


E. V. II. 1.

Cabinet W. T. 350


Schuber vorhanden!

E. V. II. 1. Catalog

1550








COSMO GRAPHIAE uniuerſalis Lib. VI. in

quibus, iuxta certioris fidei ſcriptorum traditionem deſcribuntur,

Omniũ habitabilis orbis partiũ ſitus, ꝓpriæ ꝙꝫ dotes.
Regionum Topographicæ effigies.
Terræ ingenia, quibus fit ut tam differẽtes & uarias ſpecie res, & animatas & inanimatas, ferat.
Animalium peregrinorum naturæ & picturæ.
Nobiliorum ciuitatum icones & deſcriptiones.
Regnorum initia, incrementa & translationes.
Omnium gentiũ mores, leges, religio, res geſtæ, mutationes: Item regum & principum genealogiæ.

Autore Sebaſt. Munſtero.





14 pl. lib.

Bonifacij Amerbachij Basiliẽ
ex dono Seb. Munsteri

S.M. Anno ætatis ſuæ 60.



Ad Lectorem pro Hiſtoriæ commendatione, Glareani Carmen.

Si quid in hoc mundo eſt, quod mortaleis iuuat omneis
Hiſtoria eſt. uno non celebranda modo.
Hiſtoria eſt noſtræ certiſsima regula uitæ,
Hiſtoriæ debet quicquid in orbe uiget.
Hiſtoriam cognoſſe iuuat, didiciſſe iuuabit
Dum rigidum Arctoo fulmen ab axe ruit.
Corniger arcano quæcunq; uolumine Moſes
Tradidit, & quicquid biblia ſacra tenent,
Hiſtoria eſt Euangelium, ſacra dogmata Pauli,
Quæq; ab Apoſtolicis ſunt ſemel acta uiris.
Huic ergo huic uni inuigiles prudenter oportet
Chare puer, quiſquis tendis ad aſtra uiam
Huic totum te dede puer, cœleſtia quondam
Præmia laturus perpetuumq; decus.

Ad Clariſſimum uirum Dñm Sebaſtianum Munſterum, F. V.

Vidimus Hiſtoriam & rerum Pandecta tuarum
Quibus nihil nec amplius nec doctius
Hæc ætas habuit Muſis & Apolline dignum
Longiſq; uix uidebitur poſt ſeculis.
Felix qui poſſis tantarum pondera rerum
Tot Principes: Tot orbis ingentes duces:
Vrbes: Tot populos modicis includere chartis.
Adeo nihil fatiſcit ingens ſ'a uis
Ingenij: mensq; uigor & cura futuri:
Et nomen immortalitatis arduæ.
Fortunate ſenex nunquam tua grandia ſcripta
Munſtere, delebunt Nepotes poſteri.
Quum famam ſuperes: quæ te, bene grata, ſepultum
A liuidis maliſq; lingu[illegible]: eximet.
Ergo ſi quod habes uegetum ſub corde ſemili
Robur: micatq; luminis fomes ſacri
Confice quod ſupereſt: modici eſt tibi meta laboris
Et orbis hoc munus nouum deſyderat.

BIBL. PUBL. BASILIENSIS.

INVICTISSIMO IMPE-
ratori, Cæſari Cárolo, huius nomi
nis V. Pio, Felici, Auguſto, ac rerum
geſtarum magnitudine incomparabili, SEBASTIA-
NVS MVNSTERVS S. D.



AMETSI à multis Hiſtoriarum amatoribus, inuictiſsimè Imperator, hoc opus noſtrũ expe tatur, ęgreq; hactenus moras tulerint & literis ſuis me adhortati fuerint, ut æditionem iſtã ma turarem, cuius expectatione tenerentur, reuoca runt tamen ab inſtituto multa, potiſsimum au tem, quòd uiuẽtium res non ſatis tutè publican tur. Nam ſi gloriæ aliquid dederis, adulationis nota eſt, ſi contra uitio uerteris reprehendẽda, hic quoq; periculum ingẽs, Malunt enim mul- ti eſſe quã dici mali. In ſumma, ueritatis ſtudiũ ſemper & in hac potiſsimũ temporum malicia, ſuos habet oſores. Et tamen gra- uiſsimi quiq; uiri ſic ſentiunt & rectè quidem, ſcriptorem hiſtoriarũ, ueritatis po tius quàm uel gloriæ uel elegãtiæ, in ſcribendóue apparatus affectorẽ eſſe debere, atq; omnino fauoris amoriſq;, & odij carere oportere affectu, ut ſuam apud poſte ros autoritatem retinere poſsit. Sola enim hiſtoria memorię rerum geſtarum fide lis eſt teſtis, quum omnium mortalium conſenſu, unicum fermè domi foriſq;, pa ce uel bello, ſit hominum uitæ documentum, & ueterum maiorumq; geſta abſq; huiuſmodi literarũ monumentis perpetua obliuione deliteſcendo interirent. Ta ceo quòd ad pleraſq; uirtutes mortalium animi, ueterum exemplo, ingẽti deſide- rio incendũtur, omnemq; uiuendi normam à rerum initio in hanc hominũ ætа- tem ex longo temporum interuallo ſuſceptam eſſe, & ita hiſtoriã humanis rebus ſemper fuiſſe neceſſariã, ut ſi unicum illius beneficium adimeretur, omniũ mox mortalium ordines, leges, atq; uiuendi uſus interirent, honeſtatis, omniumq; uir tutum exemplis ex mortalium uita ſublatis, uitia ſupremo humanę uitę malo in- ualeſcerent. Extincta hiſtoria, non liceret recordari præteritorum, neque futura conſilio, à maioribus accepto exemplo præuenire. Quare Ariſtoteles, ut cæte- ra omnia, ſic illud prudentiſsimè dixit, eos qui hiſtorias ignorent, ſemper pueros eſſe, & proinde ab omni reipub. adminiſtratione ſummouendos. Refert autem plurimum ad incolumitatem regni, ſi quis fines proferre, iniurias ulciſci & ſua iu ra tueri uoluerit, ſuæ gentis & uicinarum urbium res geſtas tenere, ut ea intueri exemplorum documenta poſsit: ſi quæ in illuſtri monumento poſita ſunt. Nam quis Aegyptiorum ſapientiam, Hebræorum cultum & religionem, Græcorum doctrinã, Romani imperij maieſtatem, maximorũ denicq; regnorum gloriã, &,

ut uno cõcludam uerbo, res omnium gentiũ perenni dignas laude, niſi hiſtoria, fidelis antiquitatis teſtis, ad poſteros ſummiſit? Veritas ergo in hiſtorijs ſummo ſtudio conſeruanda. At in tanta rerum magnitudine quàm uarij ſunt caſus? Nónne hi in hiſtorijs plerumq; ſunt ſequendi, qui aut nihil aut parũ ac idipſum quoq; mutilum poſteris tradidere? Certè in prima hominum ætate, uix ullis tanta ſolicitudo eaq; cura fuiſſe creditur, ut rerum ab ſe geſtarum memoriã ad poſteros literarum monimentis perferrent. Hinc conſtat, multa egregia gentium facinora, clara perennique memoria digna, ſcriptorũ penuria in æternam gemẽdamq; obliuionis noctem abijſſe, præſertim eorum populorum, qui à ciuilioribus & elegantioribus barbari ſunt appellati. Porrò his manibus, corpore & ſanguine, totis denique uiribus agere, facereq; impenſius, quàm dicere, lubuit, illis expedita lingua, quo ſæpe minus etiam clara facta ſermonis cultu adornare, ſua extollere, aliena ſemper peſſundare placuit, ut qui non armis, lingua tamen eſſent uictores: uicti magis feſsi pugnando ceſsiſſe quàm in apertã fugam acti crederentur. Hinc Græcorum geſta atq; Italorum facta toto orbe memoranda literis commẽdata, uerũ ſi dicere licet (utor autem uerbo Iodoci Ludouici ſecretarij regis Poloniæ) aliquanto minora quàm fama feruntur credenda. Hinc Hiſpaniarum, Gallorum & Germanorum res tanto ſunt & uetuſtiores, quo citius linguæ facũdiam armis iunxere. Vbi enim & illud compertum, in armis uim & poteſtatem, in literis uero laudem & gloriam cõſiſtere, facilè factum eſt, ut qui Martia uirtute Italis aut æquales eſſent aut ſuperiores, etiam lingua expeditiori ſumpta, illos ingenio quoq; uincerent. Hinc eſt quod uniuſcuiuſq; gentis & populi res tãto ſunt clariores, quanto magis eruditũ nacti ſunt ſcriptorem. Sed quia hæc odioſa ſunt & ex affectu fluere quibuſdam uideri poſſunt, relinquamus & ad primorum hominum ſtudia ſtylum uertamus, hinc operis noſtri hiſtorici atq; Coſmographici initia auſpicantes, rem arduam & grandem ſtylo inopi & arido complexuri. Initio itaq; quum aureum adhuc eſſet ſeculum, diuerſis diſsimile fuit ſtudium, quiſq; ſua arte contentus, cupiditate & inuidia nihil dominante, ſatis cuiq; ſua faciebant. Poſtquam uero libido dominandi hominũ mentes inuaſit, uaria quoq; ſtudia reperta ſunt. Eorum qui in altum uel fato uel ingenio agebãt, ſumma ars credita, nationes atq; populos ſubigere, claſſem parare, terra mariq; imperium augere: uiciſſim quibus ſua chara, urbes muro cingere, mœnia erigere, certis inſtrumentis hoſtem remouere, in hoſtium caſtra excurrere, uarijs artibus moleſtare atque libertatem ſuam aut uendicare aut conſeruare ſtuduerunt. Hinc urbem urbi, nationem populis iungere, & reges ſibi conſtituere placuit, qui miro hominum conſenſu, leges dicerent domi foriſq;, pace & bello imperium ſummum haberẽt. Sub his gentes & populi aliquandiu militantes, in regna & imperia uarijs nominibus aſcitis creuere. Collati itaq; ueteres illi rudesq; homines & moderni orbis cultores, non parũ uſui uitæq; noſtræ conducunt, dum ipſorum moribus tanq; præſentiſsimis atq; optimis exemplis perſpectis, uitam inſtituẽdo laudabiles ſanctosq; æmulemur & ſectemur, culpabiles obſcœnosq; uitemus & prætereamus, aduertamusq; quàm pulchrè & feliciter, quàm itẽ incultè & ſimpliciter olim primi mortalium à creatione ſua ad generale uſq; diluuium & ultrà multis ſeculis uixerint, quum in uſu adhuc æs ſignatum haberent nullum, mercimonia nulla, beneficia

neficia mutuo beneficijs æquarent, nihil proprij cuiquam eſſet, quemadmodum aër & cœlum, ita terra & aqua omnibus cõmunia eſſent, non honoribus, non di uitijs inhiarent, cum quiſq; ſuis & admodum paucis contentus in rure ſub dio




aut ſaltẽ umbroſa ſub arbore, humiliue caſa cum cõſorte una uel pluribus, cum dulcib. natis ſecurus & penè ocioſus ageret, congeſtis agrorum fructibus, pecoruḿ que lacte ueſceretur, aquam potaret, ueſtimentum ex arborum corticibus latisq; foliijs primum, deinde ex inconcinnatis animalium pellibus ſibi conſueret, nullis obſeptus mœnibus, nullis foſsis, liber uagansq; inter libera uagãtia q; pecora, ubicũq; nox deprehenderat reſideret, non latrones, nõ fures ullos metueret, lætus prorſusq; ignarus eorum omnium eſſet, de quibus Lucretius:

Sed nemora atq; cauos montes ſyluasq; colebant
Et frutices inter condebant ſqualida membra.

His contraria poſtea adoleſcente mundo ex uarijs diſcordibus mortaliũ ſtudijs, uoluntatibus, æmulationibus ſubſequuta ſunt, quãdo propter fructuũ abſq; cultura naſcentiũ inſufficientiã, aliarumq; rerum defectũ, beſtiarũ, hominumq; externorum in primis crebram incurſionem graſſantemq; uiolentiam, congregati hominum cœtus, eam peruagãdi nocendiq; libertatẽ cõmunibus auxilijs prohibituri, ſibi certos terræ limites, certos agros uendicauere, in quibus coadunatis tugurijs populatim habitare cœpere, ſe muris ac foſsis præmunire, legesq; ſibi et magiſtratus ut pacatè & ipſi inter ſe uiuerent, eligere. Iam non ex rure non ex pecore ſolum, ſed uarijs inuẽtis artificijs uarijsq; laboribus uitæ emolumenta quærere, per mare colligatis ratibus quàm longiſsimè deportandi primum colonias gratia, deinde mercãdi, ire: iunctis equis curribus uti, cultius molliusq; ueſtiri, humanius loqui, pacatius conuerſari, ſplendidius ueſci, magnificentius ædificare, per omnia iam mitiores, cultiores, prudentioresque eſſe, agnatam barbariem feritatemq; ſpõte ſua exuentes, à mutua cæde, ab humanarũ carniũ eſu, à rapinis à publico & indifferenti matrum filiarumque congreſſu, talibusque multis abſtinuere. Rationi & uiribus iam innitentes, terram quæ tota tunc opacis ſyluis nocentibusque beſtijs & ſtagnantibus undis, humano incolatui inconueniens deſerta, horrida, omninóque inculta & infrequẽs iacebat, induſtria & labore à ſaxorũ ſalebris, ab arborum trũcis, à ſuperfluis undis expurgauere, planauere & totam fœcũdam ſpectabilémque fecere, uarijs leguminum & frumentorum, arborũ & uitium generibus terram proſciſſam & uaria diligentique cultura præparatam, magno animo cõſeuere, obſeruato cuiuſq; ſoli ingenio & natura: qua induſtria factum eſt, ut arua, conſiti arboribus horti, ueſtiti colles uitibus, abunde reſponderint colorũ uotis, qui grauate prius glandes ſylueſtriaque poma dedere, ualles irriguis pratis hortiſque amœniſsimis decorauere, ſummitate montiũ ſyluis relicta, adeò omne ſolũ fructificationi aſsignauere, ut quod lignationi pabulationiq;

Homines humaniores fiunt.

Præfatio ad inuictiſs.



ſatisfaceret, ſuperesſeuix paſsi ſint. Loca ad hæc omnia frequentiſsimè incolere cœperũt, paſsim ædificare, ex modicis pagis ampliſsimas urbes, ex uillis pagos, in excelſis montibus arces, in multis uarijsq; locis deorũ tẽpla ſtruere, fontes ut ſæ lubriores, utq; delectabiliores eſſent, cæſis marmoribus cõplexi ſunt, circáque eos cõſitis arboribus amœniſsimè obumbrauere, à quibus in urbes ſalientẽ aquam per cãnales latentésque ſiphones quàm longiſsimè deriuauere, ubi altius latebat defoſsis in terram puteis profundiſsimè quæſiere, torrentes impetuoſáque flumi na, quæ frequenter prius pro libito in maximam interdum accolarum pernitiem expatiabantur, obiectis aggeribus coërcuere, atq; ut cõmertia hominum per trãſi tu difficilia & non uadoſa flumina non impedirentur, immiſsis in imũ paliſ aut arcubus eductis, ualidiſsimos pontes ſuperimpoſuere. In mari ſcopulos, à quibus nauigantes periclitari ſolebant, quantum potuit humana induſtria fieri, deie cere, in inſulis & cõtinenti ſolo portus multos fecere, ac in quibus admotæ naues à uentorum flatibus ſecure quieſcerent, naualia ſtationésque ampliſsimas effode re, adeò omnia per terram, per mare excoluere elaborauereque, ut terra ipſa ad pri ſcum eius ſitum naturalemq; ſqualorem hodie comparata, alia eſſe credi poſsit, cq; quæ olim fuerit: uoluptate & delitijs pleno illi horto certè haud multum difficilis, ex quo propter diuini præcepti tranſgreſsionem infelices protoplaſti Adam & Heua eiecti ſunt. Prꝛterea multas ingenioſiſsimas diſciplinas, multas artes inuenere homines, quibus per excogitatas etiam uarias literarum notas, libris tabelliſq; (ut ad poſteros peruenirent) demandatis, ſeſe extra mortalem conditionem in tantum uindicauere extuleréque, ut indigetum deorum beatiſsimam uitam iam conſecuti uideri potuiſſent, ſi non mundi princeps iniquiſsimus Satan ſuperſeminata peſtilentiſs. zizania, integrum & felicem hunc ſtatum cõfudiſſet, qui ut homines & numero ſuccreſcere cognouit & melius in mundi delitijs iam habere, inuidia permotus teterrimis omnis generis ſceleribus primum ſibi obnoxios factos, mox futurarum ſupercœleſtiumqúe rerũ curioſitate affectos, per obſcuras oraculorum ambages iniecta ſuperſtitione atq; timore, deorum dearumq; profanam culturam (ut unius ueri ſingularis dei cognitionem aboleret, mortaléſque

Fontium cõmoditas.

lésque ipſos aliquo inſigni malo afficeret) edocuit: hic Delphica, illic Euboica, alibi Naſamonia adita, Dodoneásque quercus maligna inſpiratione reſonare fecit, quibus in Latio Saturno, in Creta Ioui, in Samo Iunoni, Bacho Thebis & in India, Iſidi Oſiriq; in Aegypto, in Ilio Veſtę, in Africa iuxta Tritonem Palladi, Mercurio ſub Teutatis nomine in Gallia & Germania, Minerue Hymettio atq; Athenis, Apollini Delphis, in Rhodo, Chio, Patara Lyciæ, in Troade & Tymbra, Dianę in Delo et Scythia, Veneri in Cypro, Papho, Gnido, Cytheraq;, Marti in Thracia, Vulcano in Lipara & Lemno, Priapo in Lampſaco Helleſponti, alijsq; multis in locis (quorū adhuc nomina ob præclariſsima inuenta & beneficia popularibus ſuis collata, in recēti memoria erant) diuinos honores fieri excitauit. Deinde etiam poſtquā uerus dei omnipotentis filius aſſumpta carne apparuiſſet atque erranti mundo rurſus æternæ beatitudinis iter oſtendens, uerbo & exemplo ad patris ſui gloriam, ad benè beateq; uiuēdum hortatus eſſet, miſsisq; in orbem uniuerſum diſcipulis ſalubri illorū prædicatione nefandiſsimos ſuperſtitionis ritus damnaſſet, religionem nouam, nouáq; ſaluberrima uitæ inſtituta promulgaſſet, & iam cò deduxiſſet, ut ipſis ab omnibus in orbe gētibus receptis ad ueram felicitatem deſiderari ulterius potuiſſet nihil, ipſe Satan in geminam malitiam reuerſus, curioſa hominum pectora, quæ deſtituere coactus fuerat, iterū circumueniens, quædam in priorem errorem reduxit, quædam nouis hæreticis opinionibus adeò corrupit, ut multo melius ipſis fuiſſet, cognitā ſemel ueritatis uiā quodāmodo ignoraſſe, quàm ſic temere & malicioſe dereliquiſſe. Vnde factum

Satan dementauit orbem idololatria.



eſt, ut hodie obſeruent, diuinoq; honore cū deuotiſsimè proſequantur Aſiæ minoris, Armeniæ, Arabię, Perſidis, Syriæ, Aſſyrię, Mediæ, & in Africa, Aegypti, Numidiæ, Libyę, Mauritanię, in Europa totius Græciæ, Myſiæ, Thraciæ, Turci nominis gētes omnes, Chriſto abiecto, epilepticū Mahometum & illius ueſanum dogma. Scythiæ latiſsimi populi, qui Tartari hodie uocantur, pars imperatoris ſui Chami idola, pars aſtra, pars etiā unū deum ueneratur. Æthiopiæ gentes, quæ Preſto Ioanni parēt, Chriſtianam pietatem tuentur, ſed inſtituto longe à noſtro diuerſo. Syncerā orthodoxāq; Chriſti fidem pauci hodie cōparatione tot gentium retinent. Effecit acerbiſsimus humani generis hoſtis hac inducta morū diuerſitate, ut dum unaquæq; gens deū, quē religioſè colit, quenq; opinatur uerum ſummumq; eſſe, dum ſe rectam æternæ beatitudinis uiam ambulare, cæteros uero omnes per deuia & abrupta oberrare magnis rationibus cōtendit: dumq; unaquęq; ſectam ſuā lōgè lateq; propagare & extendere nititur, ſeſe mutuo tantis inimicitijs

Nemo nō ſuam tuetur religionē

Præfatio ad inuictiſs.

& odijs habeant proſequanturq́, ut ad externas hodie nationes peregrinari non ſolum non ſit tutũ, ſed ferè omnino prohibitũ & occluſum. Quare fit, ut dum uicinarum gentiũ nomina uicinis gentibus uix cognita ſint, pro mẽdacijs hodie à quibuſdam habeantur, quę cũq́ de ipſis aut ſcribuntur aut referuntur, quorũ cognitio tamen, adeò dulcis & utilis, honoréque digna, ſemper reputata eſt, ut clarè conſtet nõ ob aliam cauſam quàm illius amore atq́ deſiderio, pleroſq́ relicto natali ſolo, relictis charis parentibus, coniugibus, liberis & amicis, relicta (quod maius eſt) propria ſalute, cũ maximis difficultatibus, periculis, curis, anguſtijs, ut aliquid experirentur remotiſsimas tranſmarinas interdum aſſumpſiſſe peregrinationes, ut compertum habeamus non hac tempeſtate noſtra ſolum, uerum ab exordio ferè mũdi omnes perquam maximę autoritatis, prudentiæ, eruditionis ab omnibus exiſtimatos, in repub. (pacis & belli tempore) magiſtros, cõſiliarios, iudices, cenſores, adminiſtratores, duces, publico conſenſu electos aſcitósq́ eſſe, qui ad remotas terræ oras aliquando profecti, multorum populorũ mores cognouere & urbes uiderunt, quemadmodum Græciæ atque Italiæ priſcos illos philoſophos Socratem Socraticam, Platonem Academicã, Ariſtotelem Peripateticã, Antiſthenem Cynicã, Ariſtippum Cyrenaicam, Zenonem Stoicã, Pythagoram Pythagoricam, tantas ſectas, tantámque diſcipulorum frequentiam inſtituere cõciliaréque ſibi potuiſſe conſpicimus, quemadmodũ ueteres quoq́ legũlatores Minoim & Rhadamãtum Cretenſibus, Orphea Thracibus, Draconẽ Solonemq́ Athenienſibus, Lycurgum Lacedæmonibus, Moſen (quãquam cum hoc diuinitus miſſo, hos nullo modo conferamus) Iudæis, Zamolxim Scythis, aliósque multos ciuitati ſiue reipublicæ præſcriptas ſacrorũ ceremonias, ciuilesq́ diſciplinas ferre potuiſſe uidemus. Quæ non à ſe intra patrios muros excogitarant, ſed à ſapientiſsimis ſeculi hominibus Chaldæis ipſis, Magis, Bragmannis, Gymnoſophiſtis & ab Aegyptiorũ ſacerdotibus, cum quibus aliquandiu cõuerſati eſſent, ad ſuos quiſq́ deportaret, quemadmodũ poſtremo præſtantiſsimos heroas Cretenſem Iouem, qui quinquies terrarũ orbem perluſtraſſe prædicatur, pari quoq́ ſtudio ſucceſſuq́ eius duos filios Dionyſiũ cognomento Bachũ & fortiſsimum Herculem, æmulumq́ illius Theſea, Iaſonem cũ cæteris Argonautis, naufragum Vlixem, & ex Troia profugũ Æneam, Cyrum, Darium, Xerxem, Alexandrum, magnum, Hannibalem Pœnum, Mitridatem Ponti regem quinquaginta nationum linguis loqui peritũ, Antiochum magnũ, innumerósq́ Romanorũ principes, Scipiones, Marios, Lentulos, Pompeium magnum, Iulium Cæſarem, Octauium Auguſtũ, Conſtantinos, Carolos, Ottones, Conrados, Henricos, Friderícos, ſuſceptas à ſe in exteras nationes bellicas expeditiones, immortalem hãc gloriam ſempiternámque memoriã cõparare potuiſſe cognoſcimus, quibus tamen tuam Cæſaream maieſtatẽ non inferiorem ſed pleriſq́ ſuperiorem meritò iudicamus, ob duas illas inſtructiſsimas tranſmarinas expeditiones in Africã & Mauritaniam cum ſumma gloria factas, in quarum prima re feliciter geſta, deuicto ſæuo Chriſtiani nominis hoſte, magno cum triumpho redijt. Nec in altera defuiſſet uictoria, niſi illain infeliciſſimã immanémque incidiſſet tempeſtatẽ, elementorumq́ inauditam cõmotionẽ, quæ heroicos repreſsit cõnatus. Quapropter cum tãta ſit in terrarũ, gentiũ, earũdémque morũ cognitione uoluptas, tanta utilitas, neq́

Prodeſt uidiſſe urbes & regiones.

Carolus V. bis nauigat in Africam.

neq; omnib. remotas terras adire inuiſereq; ob plurimas cauſas cõcedat aut liceat, uiſum fuit operæpreciũ me facturũ in hoc libro, ſi conſcriberẽ atq; ob oculos depingerem inſigniores totius orbis terras, urbes, montes, fluuios, mineras, animalia & terræ naſcentia, item gentiũ mores, ritus, religiones, celebriores res geſtas, regum & principum ſucceſsiones, antiquitates, locorũ fundationes atq; alia id genus quæ partim hiſtoricus partim coſmographus conſiderat, & quæ non minori alacritate promptitudineq; lector amplexari & cognoſcere poteſt, cũ ſi illum regionatim fideliſsimè circũducerem, atq; quo in loco hæc omnia inueniantur aut geſta fuerint, ore ad os referrem & ad oculum digito demonſtrarẽ. Nec moueor ſi à Damiano aut alio rigido & iniquo cẽſore mihi obiiciatur exprobreturq;, rem me peruetuſtiſsimã & à multis autoribus antea pertractatam, etiam non aliis cũ eorum uerbis nunc pro meo proq; nouo aliquo attuliſſe, aut quòd multa ſcripſerim de externis regnis remotiſsimisque terris & de repertis in eis, quæ ipſe nõ uiderim aut perueſtigauerim, edat (inquit Goianus) Munſterus, dum mores gentium deſcribere conatur, ea tantũ, quæ ipſe uiderit & certiſsima habuerit. Mutantur quotidie ciuitates, oppida, mores, uiuẽdiq; hominũ rationes, nec iam Germania Galliáq; tales ſunt, quales nobis à Cæſare deſcribũtur, nec tam barbaræ ſunt. Hæc Damianus putat me ignoraſſe, qui etiam longè antequã admonitionẽ eius legiſſem, de ueterum & recẽtium nationũ moribus, poſt multos alios ſcriptores nõnihil euulgaui. Quãto rectius faceret Damianus, ſi poſita ſimultate noſtrũ potius iuuaret inſtitutum, ſuppeditaretq; quæ certa habet de regno Luſitaniæ & de nauigationibus Indicis, potiſsimum quæ his poſterioribus temporibus fiunt in Orientem? Fieri non poteſt ut unus omnia terreni orbis peragret & uideat loca, nec hominis ætas hodie ut olim ad mille extẽdit annos, ut aliquis ſuo ingenio deſcribere queat & priſcorũ hominũ atq; iã exiſtentiũ mores, facta & uitam. Iuuamur ergo ueterũ relictis monumentis, iuuamur & illorum beneficijs, qui noſtro æuo diuerſas adierunt terras, experientiaq; didicerũt, quæ mihi & multis alijs uidere non cõtigit. Credimus quoq; Damiano in his quæ de moribus Indianorũ ſub Preto Iohanne agentiũ ſcripſit, in quorũ tamen regionem nunquã uenit nec aliquando uenturus eſt. Plinius, Strabo, Ptolemæus, Diodorus Siculus, Quintus Curtius, Eneas Syluius, Iohannes Bohemus, &c. multa ſcripſerunt quæ non uiderũt, ſed à uiris fide dignis receperunt. Reprobandi ergo ſunt? Abſit. Amplectimur Tacitũ magno plauſu, legimúsq; Germani ſumma uoluptate Germaniam à ſe deſcriptam (& utinã illam integram & non tam mancam haberemus) qui tamen nunquam Germaniã ingreſſus eſt. Sic ego multa ſcribo, quæ ipſe non uidi, ſed aliorum refero experientias, etiamſi me nõ lateat, difficilimũ eſſe, prouincias externas deſcribere, quando & autores ipſi, quos imitari oportet, non ſolum uarij, uerumetiam inter ſe cõtrarij ac magnopere diſſentientes inueniuntur, ſicut apud quoſdam inueni Baleares inſulas oleo carere, recentiores autem ſcribũt eas abundare, ſicut & olim Germania caruit uino, hodie autem certare poteſt in uini optimi productione etiã cum Italia. Scio mutari temporũ ſucceſſu ciuitates, hominũ mores, terras, fortaſsis & terræ ingeniũ, id quod probat terra ſancta, Græcia ipſa & Germania noſtra, quin & cœlum non perpetuo in eodẽ permanet ſtatu, quum diuerſis tẽporibus alias & alias terræ miniſtret uires, certè quod ruſtici ipſi,

Præfatio ad inuictiſs.

ipſi, agris colendis addicti experiũtur, & doctos nonnunq; docent, id quod ipſi ſua cotidiana deprehendunt experientia. Non ergo mirum ſi aliquando nos literis ineſcati fallimur in harum rerum deſcriptionibus, multo magis autem in antiquitatũ annotationibus & rerum olim geſtarũ enarrationibus. Vbiq; coniectura potius quàm ulla certitudine nitamur oportet, nec uſquã certi aliquid affirmemus, niſi ubi ueritas ſeipſam manifeſtè prodit. Vſus eſt Beatus Rhenanus piæ memoriæ ſuis cõiecturis, quum ante paucos retroactos annos aliquot libros ſcriberet de Germania: uſus eſt & ante eum Bilibaldus Pirckheimerus certis cõiecturis, nec ulli uoluit præſcribere legẽ, ne à ſua diſcederet opinione. Idem nos in hoc opere ſentimus. Quicunq; oſtendere poterit, ſe nobis rectius ſentire, huic non ſolum non repugnabimus, ſed etiã gratias habebimus, ſi nos meliora docere potuerit. Non enim tam pertinaces in noſtro ſenſu ſumus, quin libenter cedamus rectius ſentienti. Hoc ubiq; & quantũ potuimus cauentes, ne quid ex affectu ſcriberemus, plus priuato quàm ueritatis amore ducti. De longinquis & nobis incognitis locis ſignauimus, quę apud ſcriptores fide dignos inuenimus, ſciẽtes, ut plenũ laboris eſt in aliam terræ plagam transferre calamũ, ita & fallax nonnunq; inquiſitio ac incerta, quum omnia luſtrare nemini liceat. Quare etiam doctiſsimo ſcriptori facilè uenia dabitur. Execrandum proinde illorum exemplum, qui pro uocula ſi quã inuenerint ineptam, proinde quaſi Babylonas ceperint ita geſtiũt, exultant, triumphãt, officiumq; ſuum ſtudioſis uelut exprobrãt. Rurſum ſi quis uerbo diſſentiat, ibi non aliter atq; pro focis arisque digladiantur. Sed hiſce relictis ad te reuertor clemẽtiſsimè Imperator, cuius maieſtati hoc totius mũdi opus ceu mundi domino offero, ſciens tuam maieſtatem non parum delectari Coſmographiæ ſtudio, ut uerè ingenuis ſemper iucundiſsimum fuit hoc ſtudium & hodie quoq; eſt, maximè autẽ ubi regionum tabulares deſcriptiones, ciuitatum icones, animalium & rararum inſignium plãtarum delineationes, antiquitatum formationes atq; inſignium uirorum (ubi haberi poſſunt) genuinæ effigies acceſſerint, quæ omnia huic operi ego & cooperatores mei quoad licuit adiungere curauimus, nulla etiam magnorum ſumptuum habita ratione, inuocantes præterea plurimorum doctorum uirorum iudicium & auxilium, cõſulentes principum & epiſcoporum aulas, ciuitatum etiam imperialium obnixius ſubſidiarias requirentes manus, effecimusq; aliquid hac noſtra inſolentia, ſed non omnes, ne quid diſſimulem, reſponderunt uoto noſtro. Eccleſiaſtici prælati plura contulerunt, ut uerum fatear, in hoc opus, quàm reliqui principes. Epiſcopi enim literis meis ſollicitati, fuerunt paulò propenſiores in hanc rem, potiſsimum autem Reuerendiſsimi domini Treuerenſis & Vuirceburgenſis. Et ciuitatum aliæ aliis maiore beneuolentia & ſtudio me iuuarunt, id quod opus ipſum abundè declarabit. Arq; utinam maiorum plures eam humanitatem & ciuilitatem nobis exhibuiſſent, quam in Vienna Auſtriæ, Friburgo Briſgoię, Vaegionum urbe & Vuyſſenburgo experti ſumus. Defuerunt mihi in hoc conatu, tuæ Cæſareæ maieſtatis literę, per quas facilè licuiſſet tam in Hiſpania & Italia, quàm in Germania impetrare quod uolui, ſed non patuit acceſſus ad tuam celſitudinem, quantũuis uarijs mediis eam certiorem reddere de meo conatu ſtuderim. Ex Gallia quoque nihil licuit huc referre, niſi ea quę communes habẽt hiſtoriæ, quantumlibet multorum

torum magnorum uirorum, quorum etiam aliqui hic Basileæ apud me fuerunt & uiderunt instituti mei apparatum, policitationes mihi spem aliquam fecerint. Quod si Galli, Hispani, Angli, Scoti, Dani, Sueci & Poloni, (apud quos omnes eruditi uiri & omni humanitate exculti hoc tempore reperiũtur) suas auxiliares manus adhibuissent huic operi, pfectius tuæ Ma. auspicijs feliciusq; prodijsset in orbẽ. Certè meo iudicio nihil magnificentius, glorioſius & perpetua memoria dignius transmitti possit, tuæ maiestatis autoritate ad posteras ætates ex tuo latissimo imperio, inuictiss. Imperator, q̃ si totius moderni orbis facies, quoad fieri posset, per tabulas regionum, urbium icones, rarorum animalium expressas effigies, antiquitatum & reliquarum rerum, quas suspicere solemus, genuinas picturas, explicaretur, illisq; adscriberetur, quid natura & autor naturę singulare cuiq; tulerit, qd homines in suis quiq; locis moliti fuerint aut qd adinuenerint. Quãta quæso animi iucunditatè hodie legeremus & inspiceremus librũ aliquem, si quis olim æditus fuisset, qui nobis exhiberet & ob oculos statueret ea forma orbẽ terrenum, qualis fuit sub imperio Alexandri magni? Nônne in eo uideremus faciẽ Alexãdri atq; Darij potentissimorum ætatis illius principum, uideremus picturam & figurã Iij in Troia, Athenarũ, Tyri, Carthaginis, Babyloniæ, Ephesi, Corinthi & multarũ aliarũ potentissimarum urbium, quæ iam diu collapsę aut in fauillam redactæ sunt, nihilq; de illis supereſt, nisi quantũ literarũ monimẽtis conseruatũ est. Obierunt fatũ suũ, & pleræq; in alium translatæ sunt locum. Quis olim inducere potuisset in animum, ex Memphi clarissima urbe, hodie autem uiculo exiguo, nascituram Cairum, nostro æuo florentissimam maximamq; Ægypti urbem? Quis putasset ex Augusta Rauracorum, olim notissima urbe, hodie autem tota in ruderibus iacẽt, prodituram inclytam Basileam? Nônne & Aquileię fatum, Venetiarũ fuit felix exordium? Sic perpetua fatorum serie ex aliorum corruptione alia generantur. Et quis scit quid post nostra tempora futurum sit? Pereunt aliæ urbes incendio, aliæ terræmotu concidunt, aliæ bello subuertuntur aut alio subito euentu ad fatum suum perueniunt. Quare mihi dubium non est, posteros nostros, qui post ducẽtos aut trecẽtos annos futuri sunt, si eò usq; mundus perduraverit, nõ minori uoluptate lecturos & inspecturos ea quæ illis de nostri seculi statu trãsmittimus, quàm nobis ea essent, quæ ab Alexandri magni aut Julij Cæsaris temporibus ad nos fideli sermone figurisq; accõmodatis de sui orbis facie transmissa essent. Sed ut tãdem prefationi meæ colophonem imponam, tuis auspicijs, inuictiss. Imperator, hic meus labor omni solutus metu nunc prodeat: qui si quam hominibus allaturus est utilitatem, id primum autori omnium deo optimo maximoq;, qui nos idoneos facit, deinde multorum bonorum uirorum ingenijs, qui hanc corniculam decorauerũt, acceptum referimus, si uero quicquam desiderabitur, meæ tenuitati adscribatur.

His me cõmendo tuæ Cæsareæ maiestati. Basileæ
ab incarnato filio dei M. D. L.
mense Martio.

Catalogus doctorum uirorum, quorum ſcriptis & opeſumus uſi & adiuti in hoc opere.


Adrianus Barlanus de Brabantia
Achilles Gaſſarus medicinæ doctor
Aeneas Syluius qui & Pius papa ſecundus
Aegidius Schudus
Albertus Krantzius Hamburgenſis
Aloyſius Cadamuſtus
Abbas Sponheimen. Io. Tritemius.
Americus Veſpucius
Beatus Rhenanus Seleſtadienſis
Beroſus Chaldæus
Beda Anglus
Bonfinius de Vngaria
Bonifacius Amerbachius iuriſperitus
Conradus Vuolfhardus artium magiſter
Cornelius Tacitus
Cornelius Hortenſius de Holandia
Chriſtophorus Columbus
Caſpar Contarenus de Venetis
Caſpar Bruſchius
Cuſpinianus
Damianus à Goës
Diodorus Siculus
Euſebius Cæſarienſis
Georgius Merula
Georgius Agricola
Georgius Vicelius
Haitonus Armenus
Hermannus Contractus
Iacobus Meierus de rebus Flandriæ
Iacobus Zieglerus
Ioachimus Vadianus
Iohannes Bohemus
Iohannes Kalbermatterus de Valeſia
Iohannes Maior de Scotia.
Iohannes Auentinus de Bauaria
Iohannes Dryander de Heſſia
Iohannes Sinapius medicus
Iohannes Bocardus
Iohannes Lodouicus Decius de Polonia
Ioſephus Munſterus
Iuſtinus
Laurentius Friſæus de Francia orientali
Marius Aretius de Sicilia
Matthias Mechouienſis de Sarmatia
Michaël Ritius
Nauclerus Tubingenſis
Otto Friſingenſis
Olaus Magnus
Paulus Iouius
Paulus Venetus
Paulus Aemilius
Petrus Artopœus Pomeranus
Plinius
Polydorus de Anglia
Pomponius Mela
Ptolemæus
Procopius
Quintus Curtius
Raphaël Voloterranus
Saluianus epiſcopus
Simon Richuuinus
Solinus
Strabo
Sílius poëta
Torellus Sarayna
Vartomannus Ludouicus
Vuilhelmus Vuernherus comes
Vuolfgangus Lazius
Vuolfgangus Vogelmannus
Sunt & alij multi quorũ nomina paſsim in libro adducuntur.

AD LIGATOREM SEV COMPACTOREM LIBRORVM.


Chartæ illæ quarum utramque paginam una occupat figura, ſunt papyraceo adminiculo in plica ſuffulciendæ, haud ſecus quàm tabulæ regionum: ideoq; illæ ſemper mediũ tenent locum quaternionis, ternionis, aut duernionis, aut ſolitariæ ponũtur, id quod etiam ſignatura & numerus capitalis edocet. Hæ uero tres ciuitates Vuormacia, Heidelberga & Vienna Auſtriæ geminis conſtant chartis, ideo altera alteri in unam tabulam eſt coaptanda.

VNIVERSALIS TYPVS ORBIS TERRENI, PVLchre ostendens, quibus in locis terra discooperiatur ab aquis, & quomodo natura rei tres præcipuæ eius partes, Europa, Africa & Asia ad inuicem discriminentur: item quem sibi uendicent locum nouæ illæ insulæ nostro æuo in Oceano inuentæ, quas nouum appellant orbem. Horum omnium uberiorem explanationem exhibet tibi principium secundi libri.


TYPVS ORBIS NIVE



BIS VNIVERSALIS



TYPVS ORBIS VNIVERSALIS



T

N

G E


Proler

TERRE NI ORBIS GENERALIS ET Ptolemaica deſcriptio, quæ ſcilicet me-


dium complectitur terræ globum, olim quidem ſecundum longitudinem cognitum non aut ſecundum latitudinem, quum ſuccedentibus temporibus tàm à ſeptentrione quàm à meridie portiones quædam acceſſerint: ſicut & in longitudine oppoſitus medius globus nauigationibus Hiſpanorum eſt deprehenſus.


ALTERA GENERALIS T B. SEC




Septentrio
Aquilo
Cæcias
Mare Glaciale
Sinarum regio
Imaus mons
Scythia intra Imaum
Scythia extra Imaum
Emodi montes
Caspii
ASIA
Subsolanus
Ganges
INDIA extra Gangem
Sinus magnus
India intra Gangem
Sinus Gangeticus
Mare Indicū
Taprobana
Mare Prasodum
incognita secundum Ptolemæum
Vulturnus
Eurus auster
Meridies

ALTERA GENERALIS TAB· SECVNDVM PTOL·





EVROPAE

GENERALIS DESCRI

ptio ſecundum omnes præcipuas eius partes, preter uaſtiſsimas quaſdam ſeptentrionales re-

giões, quales ſunt, Anglia, Scotia, Dania, Gothia, Noruegia, Suecia, cæteræq; retruſiores terræ, quæ quidem omnes annumerantur Europæ, & quædã excurrere putantur uſq; ad polum, ſed quum hucuſq; non ſatis cognitæ & exploratæ fuerint neq; omnes habitatæ, paucæ Europeis tabulis fuerunt adiectę. Nec dubito, ſi omnes ſatis peragratę eſſent, ſicut hodie ſunt Britannia & Hibernia, ſua magnitudine facile adęquarent amplitudinem Europę à Ptolemęo deſcriptę. Coniecturam prębet tabula Olaica ſuperiori anno de quibuſdã ſeptentrionalibus regionibus euulgata.

MODERNA EVRO




VROPAE DESCRIPTIO·



MODERNA EVROPAE DESCRIPTIO






HISPANI

AM HIC TIBI LECTOR exhibemus, iuxta modernam deſcriptionem una cum inſignioribus eius ciuitatibus, montibus & fluuijs. Non potuit tam uaſta & lata regio ſecundum omnia priuata eius loca in tam exiguam cogi chartam. Satis fuit hic obiter indicaſſe ſitum eius & tam multa quæ habet regna, metropoles q; eorum. Fuit mihi quidem in animo, celebrare eam regionem ſecundum dignitatem eius, atq; aliquot ciuitatum picturas huic noſtro inſerere operi, ſed quia defuit neceſſarium ſubſidium, non potui præſtare quod cupiebam.


HISPANICAE REGIONI




ONS NOVA DESCRIPTIO



HISPANICAE REGIONIS NOVA DESCRIPTIO·





GALLIAE FLORENTISSIMVM

regnum hæc tabula, lector, tibi ob oculos ponit. Hæc olim multiplex fuit, nempe Gallia Belgica, Narbonenſis, Aquitanica, & Celtica, quibus hodie alia ſucceſſerunt uocabula, Delphinatus ſcilicet, Prouincia, Burgundia, Francia, Normandia, Picardia, Britannia, &c. Aquitania adhuc priſtinum retinet nomen. Cæterum Neuſtria & Auſtraſia hodie in obliuionem abierunt, quæ nomina nec apud ueteres in uſu fuerunt. ſed circa tempora Carolinæ ſobolis enata & ad paucos annos in uſu habita.

GALLIAE REGIONIS



NOVA DESCRIPTIO·




GALLIAE REGIONIS NOVA DESCRIPTIO

Nominum montium, fluuiorũ & ciuitatum uulgares trãslationes.

Arelatum *Arle*
Lugdunum *Leon*
Mõs peſſulanus *Mõtpolier*
Aquitania *Gaſcongne*
Burdigala *Burdeus*
Petrocorium *Periport*
Auernia *Auuergne*
Caletes *Caux*
Lexouij *Liſieux*
Baiocenſes *Bayeux*
Andegauenſes *Angiers*
Aurelianenſes *Orleans*
Meldenſes *Meaulx*
Moſa *Maß, Meuſe*
Traiectum *Vtricht*
Ambiani *Amiens*
Cameracum *Cambray, Camerich*
Antuuerpia *Antorff, Antuers*
Tornacum *Tornay*
Rhotomagus *Roan*
Sueſſones *Soiſſon*
Campania *Champaigne*
Rhemi Rhemenſes *Reims*
Tullum *Tol, Tull*
Naſium *Nanſe, Nancy*
Toloſa *Tholouſe*
Marſilia *Marſeille*
Arar fluuius *Sagona, la Sone*
Biſantium *Beſanſon*
Aquiſgranum *Aes, Ach*
Agrippinẽſis *Colonia Coln*
Confluentia *Cobolentz*
Metis *Metz*
Nemeti *Spirenſes*
Argeutina *Strasburg*
Vangiones *Vuormacienſes*
Hannonia *Hennegew*
S. Audomarus *S. Thomer*
Dubis flu. *le Doux*
Gratianopolis *Granoble*

ANGLIA
Cornoualle
Briſtow
Grauezend
Andwich
Douer
Arundel
Larien
Falmoth
Dartemue
Plimõt
Fowe
wick
Mare Anglicum
Grentze
Chauſe
Cherburg
S. Michel
Tribores
S. Brieu
S: Pol
Sismij
BRITANNIA
Ambiates
Genez
Cõſtantz
Honfleu
Caux
Roan
Aulenci
Amiens
Perone
Picardia
Veromand
Bellouaci
Lexouij
Neuſtrij Normãdia
Sayn
Fontenay
Maleſtres
Aual
Renes
Rhedones
Pemarc
Graue
Croye
Arabon
Cadetes
Auenas
Nanetes
Nantes
Angiers
Alencon
Eburonices
Carnutes
Chartres
Sequana
Sueſſiones
Remi
Parys
FRANCIA
Melda
Cãpania
Schalon
Vertoduni
Turones
Orliens
Sequani
Senones
Sens
Troia
Bar
Loire
Ligeris fl.
Tours
Viene fl.
Ligris
Lufon
Pictones
Limon
Labayt
Hoye
Roy
Burges
Biturices
Auarici
Nieure
Hedui
Digeon
Langres
Lingones
Mandubij
Bor bonia
Borbon
Boïj
Maſcon
Segusiani
Lugdunũ
Leon
Auernia
Limoſin
Limoges
Lemouices
Rorella
Charẽte fl.
Sanctones
Petragorij
Clermõt
Lecuux
Bordeaulx
Vibiſci
Aquitania
Girunde fl.
Dordone fl.
Cahors
Garumni
Cadurci
Guienne
Cambri
Ducij
Baiona
Pyrenei
Bigerones
Gaſconia
Tholoſa
Vellauni
Viniers
Valence
Volcæ
Langũdock
Mont polier
Beſiers
Narbon
Carcaſſone
Lang Villade
Mare Gallicum
HISPANIA
Holandia
Wal fl.
Emerich
Inſulæ Selandiæ
Schilis
Bergis
Bosch
GERMANIA inferior
Brug
Gent
Flandria
Thomer
Heſdin
Morini
Artois
Arras
Atrebates
Pontieu
Some fl.
Ambiani
Brabancia
Nerun
Anewerp
Mechel
Geldria
Vendle
Maſtrich
Aquis
Colonia
Vueſtphalia
Valentines
Namurc
Confluẽtia
Treueris
Luxelburg
Mosa fl.
Mosmaa
Masiers
Verdun
Sueſſiones
Verdoni
Metis
Vueſterich
ringia
Lotha
Worms
Spira
Rhenus fl.
Argentina
Voge ſus
Nigra ſylua
Basel
Cõſtantia
Turegum
Lucerna
Glarys
Lacus Lemanus
Sedum
Rhenus
Berna
Loſanna
Geneua
Allobroges
Viẽna
Chambri
Subaudia
Granobel
Valentinois
Tarentaſia
Delphinatus
Mont cinis
Aremici
Ambrun
Pedemõt
Auenion
Digne
Eburoduni
S. Maximin
Arle
Prouicia
Aſtigna
Bres
Niſa



GERMA


NIAE NOVAM ET

ad tempora noſtra accommodatam deſcri-

ptionẽ hæc tabula repræſentat. Quæ quam

diſsimilis ſibiipſi ſit collata ad ueterem & Ptolemaicam deſcriptionem, uel ſaltem hinc patet, quod inter tot antiquorũ populorum nomina quæ recenſentur à Ptolemæo, Tacito, Plinio & Strabone, uix adhuc unum aut alterum ſupereſt, quod hodie eſt in uſu. Ex ciuitatibus uero & oppidis uetuſtis, nullum eſt quod ad nos ſuum tranſmiſerit nomen. Citra tamen Rhenum & Danubium, pauca quædam priſtinam hucuſq; retinent appellationem, qualia ſunt Auguſta Vindelicorum, Vindoniſſa, Auguſta Rauracorum, Argentoratum, Mogunciacum & Bonna. Vltra Rhenum nec unum inuenies locum, qui uetus in hunc diem ſeruauerit nomen, præter Herciniam ſyluam, quam adhuc Germani Hartzuuald uocant. Inſigniora flumina Rhenus, Danubius & Albis nomina ſua hodie habent ut ante Chriſtum natum habuerunt.

GERMANICAE NATIONIS D




NA ONIS DESCRIPTIO·



GERMANICAE NATIONIS DESCRIPTIO·





HELVE


TIAE MONTOSAM

& aſperam regionem, toti orbi hodie cogni tam, hæc tabula, lector, tibi depingit ſecun-

dum omnem eius habitudinem atq; limites quoſq;. Tradimus autem eam tibi, ut ho die ſimul includit Rhætiam, Rauracam, Sedunos unà cum adiacente Nigra ſeu Her cinia ſylua, cuius Rhenenſem terminum Ptolemæus appellat Heremum Heluetio rum. Videntur autem tempore Ptolemæi Heluetij occupaſſe utranq; Rheni ripam, quum & Cæſar Lib. 1. de bello Heluetico Tulingos & Latobrigos, qui ſunt ciſrhe nani, hoc eſt, ex latere ueræ & antiquæ Germanię, annumeret unà cum Raura cis, Heluetijs. Hodie Rhenus Heluetiam, hoc eſt, Confœderatos à Gri ſonibus uſq; Baſileam ſeparat ab adiacentibus dominijs, idq; ab oriente & partim à ſeptentrione. Ab occi dente uero terminum habet Burgundi am & Subaudię regionem.

7


HELVETIAE MODI



ODERNA DESCRIPTIO·


Biel
Mörsperg
Mas munster
Bern
Larg fl.
Disport
Delfsperg
Solotorn
Ill fl.
Dañ
Murbach
Basel
Altkirch
Gewyl
Hapsh
Ensheim
Neuenburg
Fessen
Elsaß
Bergheim
Rappolts
Berg
Arburg
Augst
Liechstal
Schopfen
Bingñ
Brißgöw
Schönau
Staufñ
Friburg
Rinow
Mellingñ
Bremgartñ
Schweitz
Schlüchtfl.
Döngen
Kenzingñ
Mormaw
Zürch
Keiserstul
Küssenberg
Stülingñ
Egliſow
Kleggow
Kyburg
Thür
Winterthur
Rinow
Funtinberg
Hegöw
Twiel
Hewñ
Engñ
Frawnfeld
Weil
Stockñ
Pfullendorf
Costẽtz
Vberlingñ
Meinow
Mersperg
Salmansweil
Rochach
Imenstad
Buchhorn
Marcdorff
Alßhusen
Rauenspurg
Lindow
Wingartñ
Zum Bug
Munderkingñ
Luter fl.
Ach fl.
Schwartz wald
Tonaubrun
Neccar
Hornburg
Tuttlingñ
Müllen
Rotwil
Schemberg
Hochberg
Zimbern
Sultz
Glatt
Wolfach
Alperspach
Schiltach
Haßlach
Kintzig fl.
Lar
Elitzach
Hohñ
Hechingñ
Rotñburg
Palingñ
Hagenau
Tübingñ
Rutlingñ
Zwifaltñ
Bittwangñ
Meßkirch
Simringñ
Veringñ
Hettingñ
Laitz
Huſen
Pfrunger ried
Meinow
Schuſſ fl.
Argen fl.
Schuſſ fl.
Thur fl.
Rins fl.
Wutach
Bad
Lauffenberg
Seckingñ
Rinow
Sletstatt
Colmar
Rifach
Thañ
Tolder fl.
Ill fl.
Oltingñ
Muln husen
Dornach
Laufen
Wallenburg
Hawñstein
Zofingñ
Zwiken
Aarow
Lentzburg
Surſee
Münp
Rynfelden
Frickthal
Rils fl.
Brug
Lintzfl.
Zürch
Meilen
Egliſow
Küssenberg
Stülingñ
Schlüchtfl.
Döngen
Vlmiar
Wirfl.
Nb fl.
S. Bleßi
Lauffenberg
Seckingñ
Rinow
Friburg
Wallkirch
Kenzingñ
Mormaw
Lar
S. Peter
Elitzach
Haßlach
Kintzig fl.
Wolfach
Alperspach
Schiltach
Hornburg
Swartz wald
Nigra Sylua
Tonaubrun
Neccar
Tuttlingñ
Meringñ
Zimbern
Sultz
Glatt
Rotwil
Schemberg
Hochberg
Müllen

HELVETIAE MODERNA DESCRIPTIO·



S

ET B

rem defc

rabulam,

cynia Syrtica exort
accurrentes rivul
bula videre, quàm
Rhenus & D
diu in o
anti

SVEVIAE

ET BAVARIAE PARTICVLA

rem descriptiõem hic in unam compeginus tabulam, præsertim quando Danubius in Hercynia sylua exortus, utrancꝙ mediam regionem perfluat & fœcũdet, atꝙ infinitos undicꝙ accurrentes riuulos colligat, secumcꝙ ad Pontum deferat Euxinum. Licet etiam in hac tabula uidere, quàm diuersum currendi institutũ hæc duo flumina toto orbe celebratissima, Rhenus & Danubius, seruent, cum unus rectà petat orientem, alter uero aliquãdiu in occasum labens, retorqueatur in plagam septentrionalem, fluantcꝙ ad utruncꝙ ceu filij ad matrem infiniti riuuli & amnes, etiamsi huiusmodi riuuli nõ à Rheno uel à Danubio extrudantur, sed potius flumina ipsa augeant, atꝙ continuo maiora reddant.

SVEVIAE ET BAVA[RIAE D]



T BA RIAE DESCRIPTIO·



SVEVIAE ET BAVARIAE DESCRIPTIO·


Bauaria
Sueuia
Algoia
Lechrayner
Perlacher hayd
Baeluni
Heluetia
Hegoia
Nigra Pons
Silua
Nordgœuui
Narisci
BOHEMIA
Beheim
Tütsch meilen
4 8 12 16 20 22
Miliaria Germanica cõmunia
FRAN CONIA
Bamberg
Herbipol
Vlm
Augusta Vindelicorum
Brigantium
Rhenus fl.
Lech fl.
Danubius fl.
Isara fl.
Amber fl.
Alta fl.
Salza fl.
Nab fl.
Tegernsee
Kochelsee
Staffelsee
Wolffgangsee
Mitten wald
Enos in fl.
Rhadtinberg
Kopffstein
Hall
Swatz
Hellel
S. Wolff
Salzburg
Rychn Hall
Chimsee
Lauffen
Rot Closter
Rosenheim
Wasserburg
Beilheim
Landsperg
Menmingn
Munchen
Andechs
Diessen
Landshut
Ingolstat
Nürnburg
Rhain
Wyrd
Hirsfeld
Tilingn
Lagingn
Guntzperg
Lypren
Gyßlingn
Blabüern
Gepping
Eßlingn
Gengen
Holtzburg
Wendingn
Aistat
Abach
Dietfurt
Gamünd
Nörlingen
Elbangn
Schorndorff
Canstat
Stuckgart
Vaingn
Pforzn
Etlingn
Do. lach
Bretten
Bruxel
Germersheim
Spira
Manhein
Wormacia
Oppnheim
Mogntia
Mentz
Asthenburg
Menus fl.
Bergstras
Bensen
Vualdsee
Vualdbar
Nagelt
Thübingn
Horb
Rotburg
Ebingen
Palingn
Riedlingn
Villingn
Don Esthingn
Gie singn
Dutungn
Simringn
Rotwy
Vuolfach
Offenburg
Kniebis
Münsinge
Vrach
Vberlingn
Marckdorff
Pfullen dorff
Kemptn
Füssn
Schonga
Ißna
Buch
Arben
Thur fl.
Constantz
Rhenus
Stem
Cell
Twiel
Kregn
Schafhusen
Stulingn
Fürstinberg
Basel
Zürich
Tygurn
Kyburg
Winterthür
Frawnfeld
Keiserstul
Zurzach
Baden
Lauffn berg
Kyntzelden
Ris fl.
Ar fl.
Argentina
Strasburg
Rhenus fl.
Selz
Baden
Rhenus fl.
Hall
Löwnstein
Bäsickn
Heltpruñ
Wimpfen
Wimpfen
Oringn
Mecknül
Krutn
Berlingn
Mospach
Rotnburg
Onspach
Swapach
Herßbrug
Sultzbach
Nümarckt
Rote
Gunzenhusen
Dönckelspüel
Winsperg
Rosenberg
Büchen
Oten Vualt
Erpach
Luden
Amorbach
Mitlnberg
Lutnbach
Bockspere
Tuber fl.
Vffne
Mergetn
Frankenberg
Oxenfurt
Höbstet
Kitzingen
Tetelbach
Wertheim
Bischoffen
Spessart
Nürnberg
Minera gris
Zeen fl
Langen sen
Winsheim
Erlangn
Nüstat
Eyß fl.
Pegnitz fl.
Laufen
Rotberg
Nükilch
Forchem
Bacrut
Weiden
Amberg
Furt
Waldmunchn
Kalmuntz
Reichnbach
Reng fl.
Cham
Graßnaw
Grauenaw
Ilz fl.
Vilshofen
Dekndorff
Regenspurck
Strubingn
Abensperg
Siegenburg
Im Tunca
Osterhofen
Passaw
Dingelfing
Landaw
Scherding
Ried
Eckn feld
Nümarckt
Landshut
Iserfl.
Mainburg
Frisingn
Aerding
Mildorff
Otinge
Brunaw
Burghusen
Dietmanung
Brenni
Wasserburg
Rot Closter
Tegernsee
Vuurmsee
Kochelsee
Staffelsee
Wolffgangsee
Mitten wald
Enos in fl.
Rhadtinberg
Kopffstein
Barn kirch
Hall
Swatz
Hellel
S. Wolff
Salzburg
Rychn Hall
Chimsee
Lauffen
Alta fl.
Salza fl.
Lech tal
Amber fl.
Lech fl.
Füssn
Schonga
Ißna
Buch
Kemptn
Algoia
Rauenspurg
Schus fl.
Podmi
Marckdorff
Pfullen dorff
Arben
Thur fl.
Constantz
Rhenus
Stem
Cell
Twiel
Kregn
Schafhusen
Stulingn
Fürstinberg
Basel
Zürich
Tygurn
Kyburg
Winterthür
Frawnfeld
Keiserstul
Zurzach
Baden
Lauffn berg
Kyntzelden
Ris fl.
Ar fl.
Helvetia
Appn Cel
S. Gal
Rineck
Rosach
Brigantium
Lindau
Rhenus fl.
Wyl
Ravensburg
Wolffurt
Bregentz
Lindau
Memmingn
Landsperg
Stadeln
Mindelheim
Wald see
Ulm
Blabüern
Gyßlingn
Gengen
Geppingn
Eßlingn
Canstat
Stuckgart
Vaingn
Pforzn
Etlingn
Do. lach
Bretten
Bruxel
Germersheim
Spira
Manhein
Wormacia
Oppnheim
Mogntia
Mentz
Asthenburg
Menus fl.
Bergstras
Bensen
Vualdsee
Vualdbar
Nagelt
Thübingn
Horb
Rotburg
Ebingen
Palingn
Riedlingn
Villingn
Don Esthingn
Gie singn
Dutungn
Simringn
Rotwy
Vuolfach
Offenburg
Kniebis
Münsinge
Vrach
Vberlingn
Marckdorff
Pfullen dorff
Kemptn
Füssn
Schonga
Ißna
Buch




BOHEMI CIREGNITA

BVLA, QVANTVM SCILICET intra montes conhercetur. Continetur autem eius regni maior pars intra hæc natu-

ralia mœnia, quandoquidem Morauia, Schleſia & reliquæ extramontanæ terræ hanc Bohemiæ partem adæqua re nequeant.


Bohemiæ descriptio iuxta insig



) iuxta i niores eius ciuitates & oppida.



Bohemiæ descriptio iuxta insigniores eius ciuitates & oppida.


Meridies
Septentrio
Oriens
Occidens
Iser ad Viennam
Die straß gen Wien
Znaim
Landstein
Budwis
Kaplitze
Rosenberg
Bapspeck
Wimberg
Braunlow
Trzebon
Klokota
Wodnianey
Prachatitz
Tabor
Sobieslaw
Bechyne
Pisecz
Pirgkirch
Strakonitz
Newmarck
Molta fl.
Klenowy
Ryzenberg
Domazlitze
Janowitz
Klutowy
Glatzaw
Rotspeck
Taynbs
Przimda
Borazdiowitz
Schwihow
Grienberg
Kladrubi
Boz
Tachow
Strziebro
Pyrn
Morauia
Märhern
Tetzitz
Badweis
Kamenitz
Humpolecz
Tabor
Pelzimow
Pazaw
Zelcow
Poln
Przibislaw
Borows
Brod
Lipnitze
Zahradka
Chlumetz
Przibram
Blana
Radymie
Pilsen
Rockizan
Ju der Maur
Gwanberg
Plana
Tepla
Brzezowitz
Rabenstein
Racovnick
Chyse
Zlutitz
Eger
Falckenow
Elbogen
Himelstein
Hasenstein
Kadan
Chomutaw
Head
Most
Brug
Eisenberg
Joachims tal
Duchzow
Teplitz
Krupka
Krouppa
Bylsperg
S. Annaberg
Schneberg
Misia
Freiberg
Albis fl.
Sietzni
Wartenberg
Fahlenz
Krapstein
Fridlant
Lippei
Dieuwin
Aich
Dub
Zelt
Gitschin
Turnow
Waldstein
Gemly
Wysoky
Landzhut
Braunow
Glatz
Kladsko
Mitwald
Homole
Nachod
Hradistie
Mladkow
Jaromir
Hof
Trotky
Gizin
Weiss
Boss
Petzka
Bydzow
Koppydlno
Belcztaw
Zampach
Potenstein
Lutitze
Richnow
Gradetz Krulowe
Worlitz fl.
Pardubitze
Zabezicka
Chlumetz
Nymburg
Brandeis
Podiebrad
Przerow
Albis fl.
Labe Rieka
Zwittow
Swojanow
Polizka
Myro
Cromitz
Chrast
Ronow
Reichinburg
Chrudim
Zlaby
Czaslaw
Liechtinburg
Kuttenberg
Hora
Kolin
Bolin
Bauzim
Brodzky
Sazawa fl.
Sazawa
Benessaw
Schamberg
Gilaw
Beraun
Bern
Karlstein
Prawda
Bustiehrad
Prag
Zirotin
Laun
Pateck
Welwary
Mseny
Zatetz
Saz
Nowohrad
Wrantek
Petersburg
Chyse
Zlutitz
Wary
Wostrow
Loket
Elbogen
Falckenow

PC

ET V

ONEN

tabula ca

re potes in quo

quibuldam cum

hodie antigo Nep

nibus tandem tri

ima Colmog

Vegan


M

POLONIAE


ET VNGARIAE DESCRIPTIONEM, LECTOR, TIBI IN HAC tabula exhibemus, ex qua facile deprehende

re potes in quot regna, prouincias & regiones uetus illa Europea Sarmatia abierit, quam multis irrigetur fluminibus, quibusdam cum Danubio Pontum Euxinum petentibus & quibusdam cum Viſtula mare ſepentrionale intrantibus. Vides & Boryſthenem, quem hodie uulgo Neper uocant, recta à ſeptentrione ferri in meridiem, atq; hauſtis infinitis amnibus tandem miſceri Ponto Euxino. Verum de his omnibus & ſingulis copioſa in noſtra Coſmographia fit narratio, ubi ſcilicet deſcribuntur Polonia maior & minor, Vngaria, Tranſſiluania, Bulgaria, Vualachia, Podolia, Ruſſia, Moſcouia, Muldauia, &c. quas regiones omnes complectitur hæc tabula.

POLONIAE ET VNGARIE NO



NGA AE NOVA DECSRIPTIO



POLONIAE ET VNGARIAE NOVA DECSRIPTIO

TABVLA

NOVA GRAECIAE, SECVNdum uariam eius habitudinem explicata, cuius præcipuę & proprię partes sunt Macedonia, Epirus, Achaia & Peloponnesus. His annumerantur Thracia, Candia & quã plurimæ ultramarinæ & in Asia sitæ regiones, Caria, Ionia, Mysia, Bithynia, Pontus &c.

II


Noua Græcia ſecundum omnes eius regiõ[nes] prouincias



ius regiões & prouincias citra & ultra Helleſpontum.



Noua Græcia ſecundum omnes eius regiònes & ꝓuincias citra & ultra Helleſpontum.



N

BVL

ferè Af

eo partim à u
fumc C

NOVATA

BVLA INDIAE ET TOTIVS

ferè Asiæ cum infinitis insulis, quæ in mari Indi

co partim à ueteribus & partim à nostri seculi Cosmographis sunt obseruatæ, inter quas sunt Ormus, Taprobana quæ hodie est Sumatra, Zaylon, Zipangri, Zanzibar &c. & peninsulę Calicnth, Malaqua &c. unde hodie omnis generis aromata petuntur atq; ad nos deferuntur.


Tabula orientalis regionis, Aliæ ſcilicet extren[mpleſte



icet ex has complectens terras & regna



Tabula orientalis regionis, Aliæ ſcilicet extremas complectens terras & regna






AFRICAE

NOVA DESCRIPTIO, QVAE peninſulæ inſtar undique ferè mari cingitur,

atq; tot regiones, prouincias, regna, montes & flumina complectitur. Licet in hac tabula uidere, quomodo Africa cohæreat Aſiæ, & rurſum quomodo per mare mediterraneum ſeparetur ab Europa.

13

Totius Africæ tabula & descriptio uniuer



A Lusitania ad Calechut Orientis imperium, hoc tantum per mare deuenitur. Per latus occidentale Mauritaniæ & Getuliæ, Noto deuenitur ad Caput uiride, dictum olim Experias, ibi uisuntur Hesperidū insulæ In transita Aethiopia apparet caput australe, quod est Cap. bonæ spei, excedítq; hyemalē tropicum nouem gradibus Mox regio se sinuat quo ad Prassum promontorium peruenias, quod Ptolemæus terminum posuit australem, ulteriorem q; plagā appellauit terrā incognitā Inde uter patet ad Troglodytas, ubi est Zaphala aurifodina, etiā ueteribus cognita. Hinc transito regno Melindæ, per sinum Barbaricū uenitur in Oceanū Indicū, & demū ad urbem Calechut.


cio uniu alis etiam ultra Ptolemæi limites extensa.



Totius Africæ tabula & descriptio uniuersalis etiam ultra Ptolemæi limites extensa.



A Lusitania ad Calechut Orientis imperium, hactenus per mare deuenitur. Per latus occidentale Mauritaniæ & Getuliæ, Noto deuenitur ad Caput uiride, dictum olim Hesperas, ibi uisuntur Hesperidū insulæ. In transita Aethiopia apparet caput australe, quod est Cap. bonæ spei, excedit q; hyemalē tropicum nouem gradibus. Mox regio se sinuat quo ad Prassum promontorium peruenias, quod Ptolemæus terminum posuit australem, ulterioremq; plagā appellauit terrā incognitā. Inde uter patet ad Troglodytas, ubi est Zaphala aurifodina, etiā uestribus cognita. Hinc transito regno Melindæ, per sinum Barbaricū uenitur in Oceanū Indicū, & demū ad urbem Calechut.



NOVVS
ORBIS, QVI INSVLAS HABET
Indici Oceani, quæ ſuperioribus annis ab Hi-


ſpanis Oceanum undiquaq; luſtrantibus inuentæ, hodie toti Europæ ſpecies mittunt aro maticas, id quod & olim quidem fecerunt, ſed non ea uia qua hodie. Nam ante ætatem no ſtram India miſit in Europam fructus ſuos per mare Rubrum atq; per Alexandriam, hodie uero à Luſitanis per Oceanum meridionalem longiſſima nauigatione hæc omnia ad nos deferuntur.


Tabula nouarum insularum, quas diuersis re[gionibus Occid]




FRANCISCA
C. Britonum
Exteriores
Hiſpania
Oceanus occidentalis
Medera
Fortunatæ inſ.
CVBA
Hiſpaniola
Antillæ
Inſ. Heſperidum
AFRICAE
pars
Iamica
Dominica
S. Iacobi
PARIA abundat auro & margaritis
Sinus Atlanticus
Canibali
orbis
inſula Atlantica quam uo
ant Braſilij & Americam.
Die Nüw
Welt
Regio Gigantum
7. inſulę Mar
guentarũ
Fretum Magaliani

Tabula nouarum insularum, quas diuersis respectibus Occidentales & Indianas uocant.





Rerum in Coſmographia Sebaſtiani

Munſteri memorabilium index ſatis copioſus.

ABbatis cella Heluetiorum 366.385
Abdiramus rex Saracenorum 132
abenalibetícum in Hiſpania regnum 64
aberdonia regia Scotiæ 51
aberthami argentifodina 7. 716
abila mons 58
abnobij montes 275.787
abydus opp. 936
acon & Aca ciuitas 1010. 1018.778
Acephalorum hæreſis 1038
achaia 924.926
achæi Aethiopes 1147
achillis geſta 981
acrídophagi 1148
actiaca pugna 933
adamas lapis 1084.1153
aden emporium 1038
aden rex 1083
adolphus imper. 305
adrianopolis 949.955.960. 963.958
adriaticum mare 140
adrius mons 914
adula mons 275
adulterij pœna 282.1145
ægina inſula 966
ægypti deſcriptio, fertilitas, pyramides, labyrinthus &c. 1008.1126.1132.1134 1135
ægyptiorum leges, mores 1130.1142
ælius Pertinax imp. 213
æmonia 932
ænaria inſula 258
æneas Syluius 196
æquinoctialis circulus 14
æris metallum 4.10.691
æſculapius 992.1119.926
æthiopia 1145.1146
æthiopum mores 1146
ætius dux 131
ætna 6.256
ætolia 961
africa maior & minor 12.13. 1118. 1116. 1113.1151.1158
agathyrſi pop. 1058
agaunum 332.340
agria 868
agrigentium 256
agrippina Colonia 501
ahauſen 573.657
ahelfingen 570
aiaz emporium 1036
aichach caſtrum 563
aiola rex Saracen. 65
aiſtulphus 222
alapia ciuitas 1009
alapinus Turca 960
alba ciuitas 181.961.867.857 861.869.870
albania 929.42.996
albanus ſanctus 323
alberſpach 589
albertus Rom. rex 699.305. 313
albertus magnus 588
albgów 563
albis fluuius 276.789
albion inſula 42
albucenſis pagus 569
alcairum 968
alcoranus 412.1038
aldenborg 511.743.718.739. 771.735
alemannia 269.353.438
alen opp. 594
alep ciuitas 1024
aleria 251
Alexander magnus 38.214. 930.987.1045.1057.1071. 1077.1049
alexander Imp. Conſtantinopolitanus 951
alexander Medices 195
alexandria 1048.1126.1139. 1138.143.995.168.173. 181.173
alexandrina bibliotheca 1130.1139
Alexia ciuitas 75.90
alexius Imperat. Conſtant. 953.954
alfonſus aſtronomus 67
alfonſi reges 241.62.70. 65.67
algarbe 57
algeri ciuitas 244.247
algoia 556.557
aloe 1089
allobroges pop. 95
allodia 316
almachara ciuitas 1038
almanzor Saracen. 66
almericus 1009
alpium deſcriptio 137.518
alſatia nobilis regio 324.114. 414.428.457.445
aluta fluuius 920
altena comitatus 511
altenburg 543.919
altenſteig 554
altimetra ſcala 25
altrip 474
Altzheimenſis pagus 481
amaſus fluuius 276.748
amazones 988.1056.988
amberg 647.625
ambiani 90
ambrum 1094
amedeus dux Subau. 96
americus Veſpu. 1108.1110
ammiraldus 174
Ammon deus 1149.1125
amorbachium 626
amorica 78
amphipolis 1031
amſterdamum 128
amurathus Turca 958.961
anabaptiſtarũ ſeditio 750
anaſtaſius Imperator Conſtantinop. 948
ancona 190
andegauum 78
andernacum 500
andex 562
andlow 454
andronicus imperat. Conſtantinop. 954
anglia 42.49
angliæ rex in Auſtria captus 1011
angli contra Scotos 50.52
angria 45
aniſus fluuius 276
anneberg 565.715
anoltſpach 650
anshelmus epiſcopus 46
anſeres arboret 49
anthenor rex 76
antenorea ciuitas 182

Index

antiochia 984.1007.1024
anthropophagi 1058.1060 1094
antipodes, Antœci 16
antoninus pius 212
antonius Verus 212
antyrius rex 760
apelles pictor 992
Apenninus 141.198
aphrica 1152
apidis templum 1133
apollonia 926.933
apollo Delphicus 927.924 990
appencellenses 530
apulia 141.233
aquæ calidę & amarę unde 5
aquæ Sextiæ 227
aquila auis 200
aquileia 161.143.132.228
aquisgranum 79.866
aquitania 75.103
arabia 1031.1033
arabum ritus & mores 10,5
arachosia 1052
aræ Flauianæ 574
aragonia 70
aragonenses 236.259
arar fluuius 93.102.276
araxes fluuius 1054
arbela ciuitas 1041
arbona 530 & Arbor felix
arca Noe 995
arcadia 925
arcadius Imperator 220
archiepiscopales sedes in Germania 485
archipelagus 1102
archon 771
ardea auis 623
arduenna sylua 116
arelatum 94.78.384
arena uitrea 1023
arestum quid 105
arethæ reges 1032
arethusa 254.995
argentea mensa 7
argentum 6.7.690
argentum uiuum 6.10.8
argentifodinæ 7.10.430
argentina urbs 428
attila 77.860
argentinensium bella 457
argæus mons 990
argiera 1122.1154
argos opp. 925
aria regio 1052
aries tormentum bel. 488
arimazæus 1048
ariminum 189
ariouistus rex 278.277
aristocratia 141
aristoteles 934.1139
aritbertus 760
armenia 1024.995.1051. 959
Armeniaci Galli 413. 438.445
armsheim 625
arnolfus Imperator 292
aruus fluuius 142
aromata 1033.1090.71
arona 174
ariani 162.65
arsinoe 1136
artemisia 985
artesia Flandriæ 125
arturus Angliæ rex 45
ascalonitæ 1010
asia 12.959.979.981
asphaltum 1030
aspides Indiæ 1070
assyria 1040.1026
asta ciuitas 181.168
astrologia Chaldæorum 1040.1031
asturicen episcopatus 65
astypalæa 992
athenæ 926
athesis 565.140
athos mons 1043.931
atlantes pop. 1149
atlas mons 1118.1116
attamentum sutoriũ 5.721
atrebates pop. 118
atria opp. 140
attica 926.959
attila rex Hunorum 90.131. 130.859.860
auendicum 419.382
auelburg 754
auenion 94.875
auentinus mons 146
augia maior 537
augusta Drusi 278.637
augusta Prætoria 333
augusta Raurac. 399
augusta Tiberij 637.278
augusta Vindelica 602.866. 600.604.636
augustus Cæsar 207.278
augustulus 221
Augustodunum 101
augustoritum 90
auion expugnatur 132
aurea ætas 140
aurea Chersonesus 1103
aurelia sancta 536
aurelia ciuitas 860
aurelius, Aurelianus Imperatores 213.216.96
aurum 6.10.691.1033.690
austrasia 78.451
austria 678.695.700.634. 700.
azanegi pop. 1154

B

BAal 1021
babenberg 666.676
babylon Aegypti 1025.1135
Babylonia 1012.1030.1027
bachus 1075
bachrach opp. 494.496
backenheim 553
bactra ciuitas 1049
bactriana 1075.1049
baden inferior 553
baden superior 388
badensis marchio 624.554
badenweiler 541.551
baiatzetus Turca 959.965
baioaria 617
baldacha 1043
bulduinus barbatus, Calu⁹ Ferreus, Ierosolymitanus, Montẽsis, Pius & curis. & reliqui 120.119. 1008.121.120.955.123
baleares insulæ 73.67.69
balenæ maris 1093
balistarum genera 489
balsamũ 37.1135.1017.1136
baltrach 1030
balthicum mare 770
baltzhusen 555
bamberga 676
bangella emporium 1092
bappenheim 569
barbarossa Turca 1121
barcinon 57
barcus hortus 181
bardensis principatus 821
bardouicus ciuitas 732. 734
barsalona 57

barutus opp. 1021
Basilea maior & minor 93. 400.860.407.338.410
basilienſe gymnaſium 404 406.Concilium 411.312
baſileæ factiones Stelliferorum 304.358
baſilius magnus 988
baſiliſcus 1151.1124
bataui 129.516.513
bauaria 628.631.647
bauaricum bellum 825
befort 417
beinheim opp. 554
benacus lacus 142.183
bela rex Vng. 873
belgica gallia 76
belgradum 962.968
belueder 187
bentiuoli 187
beraunum argentoſum 7
bergamum opp. 862.864
bergenſis ducatus 511
bergis opp. 834
bergſtras 626.490
berna Heluetica & hiſtoriæ eius 376.378.424.380. 96.414
beroſus 34.272
beſicken 625.554
beſſus Alexan. 1049
bertha regina 374
bertholdi duces Zeringenſes 543.544
betus rex 56
berwic opp. 51
berytus 1021
bibliothecæ 1139.832.906
biela opp. 409.382
bigortiæ comitatus 66
bilug princeps 767
bingium opp. 493
birſa fluuius 404.415
biſenbergenſe uinum 679
biſontium 100
biſontes 839
biſtricium opp. 919
bithynia 979
bitumen Aſphalticum 1005 1030.5
bituricenſes 91
bizantium 933
blaſij monaſterium in Nigra ſylua 588
blabuern 569
blodesheim 355.358
blumenberg 424
bochiana reg. 1117
bochnia 899
bodobriga 494.277
bœotia 926
bohemia 715.789 800.895.803.395
bolentia ciuitas 74
boleslaus dux Polo. 896
boleslauia 804
bombardarum inuctio 488
bombyx 998.1036
bonæ ſpei caput 1158
bonifacius ſanctus 323
bonna opp. 500.79
bononia 187.169.188
bopardia opp. 494
bor mons 538
borbon ducatus 101
bornei inſula 1093
bornholm 814
boruſſia 776.777
boryſthenes fluuius 908
boſnæ regnum 961.231. 915
boſo rex Arelat. 94
boſphorus 936
braga 310
brabantia 114.111.113
brabantiæ ducatus 507
bragmanni 1067
brandenburg 563.754
branneſia 771
brema opp. 751
brendiſium 141
brenner mons 565
brennus dux 989
brentz fluuius 570.569
bretten opp. 614
brig opp. 341
brigantium 530.367
brigenſes thermæ 346
briſgoia 541.545
briſacum opp. 544
britannia 42.45.78
brixia 143.565.864
brugæ opp. 117
brunbach monaſt. 671
brunna ciuitas 811
bruſcha fluuius 429
brunſuicum 722.725.728
bruntrut opp. 409.359. 419.
bruderholtz 423
brureinia 619
brutus Syluius 42.48
bruxella 619
bucephalus 1071
buchonia 705
buchorn 530
buda Vngar. 857.868. 882.969
budoris opp. 614
bug fluuius 890
bulgaria 917.960.959.878. 952.949
burdegalenſes 132
burgaw 565
burgdorff 381
burgenſis epiſcopatus 72
burgia 1123
burgundia minor 353
burgundiæ deſcriptio 112. 78.102.352
burſa opp. 979.980
buta opp. 761
byblus 1021
byzantium 937.935

C

CAdmia 8
Cæſarea 1021.988. 1118.181
cæſarauguſta 57
cæſarea lutra 474
caſa inſula 143.936
cairum 1009.1133
calaberg 679
calabria 141
Calapinus Turca 960
calaris ciuitas 246.244
calcarius mons 719
Calechut 1087. 1090.
caledonia 43.49.51
caleſium 53
caligula Imperator 208
Caliphus Saracenus 1039. 1043
callipolis 935
callilithenes 931
calmaria 831
caloioannes Imperat. 954
calpe mons 58
caluariæ locus 1014
calw opp. 580.593
camaron 868.869
cambaia 1063

Index

cambalu 1095
cambria 45
cambyſes rex 1115.1125. 1149
camelus 1050.1094
camelopardalis 1151
camenerium 905
cameracum 77
cameſena reg. 140
campania 141.143.197
campidona 562
camul prouincia 1098
canariæ inſulæ 71.1099 1112.1153
candia inſula 933
canes Indici 1082.1148
canibali 1107.1101
canini pop. 518
canonor urbs 1084
canopicum oſtium 1143
cantabria 932.61
cantuarienſe regnum 46
canutus rex Dan. 121
capellatæ 281
capetus rex 110
capha 179.959
capitolinus mons 145
cappadocia 988
capraria inſula 251
capricornus animal 348
capua ciuitas 198
caput album 1153
caput bonæ ſpei 1158
caput Lugudoris 242
caput uiride promont. 1157
carbonaria ſylua 118
cardamomus 1091
carentum 821
caria 992.984
carus Imperator 217
carinthia 714.689.690
carlota 999
carmania 1047
carmelus mons 1021
carnia 141.914.693
carnutum 101
carocus tyrannus 483
carolus Burgundiæ dux 133 135.417.421
carolus Caluus 292
carolus Craſſus, 292. 79
carolus magnus 222.290. 648.491
carolus Neapolitanus 870
Carolus V. Romanus Impe rator 315
Carolus Gallorum rex 240
Carolus Martellus 132
carpathus 8.10.935
carthagenia 59
carteia 67
carthago 1023.1119.1120
carthago noua 57.225
carybdis 253
caſia 1034
caſimira ciuitas 889
caſimirus Polon. dux 897
casletum 120
caſpiæ portæ 1073
caſſiouia 868
caſtaneæ 464
caſtel comitatus 659
caſtel monaſterium 647
caſtellæ regnum 65.66
caſtoreum 1090.2042
catalaunica pugna 131
catalonia 70
catana 256
cathay imperium 1095
catablepæ 1151
catti marini 1037
catuicum 516
catzedonij lapides 546
caub opp. 619
caucaſus mons 923
cayrum 1083
cazimirus rex Pol. 894
cecropia 927
ceculia 918
cella Ratolfi 537
cellenſes thermæ 597
celtiberia 56
cemmenus mons 102
cenſores Rom. 203
cephalenia 966
cepuſium 10
ceraſtæ 3074
cercopitheci 1082. 1089
ceruus 950.997
chalcedon 980.lapis 462
chaldæi aſtronomi 1031
Cham magnus 1063. 1098
charræ 1025
cherſoneſus aurea 1082
chimera 985
chilianus ſanctus 654
chius inſula 933.943
chorographia 18.19
chriſtiernus rex Danorum 828.736.737.843
Chriſti ſepulchrum 1013
chriſtophorus Columbus 1099.1100
chronenburgum 847
chryſocolla 5
Chryſoſtomus 220
cia inſula 935
cibinum 919
ciconiæ 1081.228
cilicia 986
cimbri 592.226
cimbrica Cherſoneſus 812. 814
cimmerius boſphorus 936
cinamomum 1090.1034. 1106
cingkis Imperator 1063
ciparesſus 1112
circumciſio Turc. 947.1038
cirta 1118
Claudius Imperator 216
claudius Tib. 209
clauſenburg 919
cleopardia 889
cleopatra 1131
clima quid 30.17.31
cliuenſis ducatus 512
clodomirus rex 76
clodoueus 77.354
coacius mons 332
cocharus fluuius 276
cochenberg 652
cœlius mons 146
cœnomannia 141.90
colchis 996
colimbrica 57
colmaria 354.305.448
colonia Agrippina 504. 501.77.79
colonia opp. 867
columbus 1106
columbarũ ueneratio 1035
comites Germaniæ 316
commodus Imp. 212
compaſſi uirtus 19.20
compoſtella 65.66
confluentiæ Rheni 498
congellæ empor. 834
conſegles 246
conradinus dux 236
conradus Zeringenſis 544

conradus Imp. 299.293
conſtans Imp. 946
conſtãtia urbs 393.860.394. 312,801
conſtantinus Imp. 948.951. 953.956
conſtantius Imp. 218.219
conſtantinopolis 935.940. 964.938.942.234
conſtantinopolitani Impe/ratores 944
coppenhagen regia Daniæ 826.823.736.737
Corallium 1136
corbinian⁹ ſanctus 641.631
corcyra 924.966
corduba 57
corinthus 924
cornubia 45
corona opp. 919
corradinus dux Sueuiæ 583
corſica inſula 251.179
corſicum uinum 92
cortina 933.861
Corycius ſpecus 986
coſmas Medices 190
cous ſeu Coum 992
cozumella 1112
cracouia 805
cracuris Tartariæ 1059
cremona 174.173
crepuſculum 17
creta 833.160
creticum uinum 933
crocodili ciuitas 1136
crocodilus animal 1137
crœſus rex 983
cronſtat opp. 919
crucis ſanctæ inſula 1112
crucis mons 848
cruciferi 1019
cruſuitza 890
crutznach 493
cryſtallus 343.345
cuba inſula 1102.1112
cuiauia prouincia 905
culmigeria 776
cumania 995.867
cumanus lacus 142
cuniculi 73.49.59
cupreſſus 103.933
curallium 1136
curch 986
cureta inſula 933
curia ciuitas 518
curtius Romanus 224
cyclades inſulæ 934
cydnus fluuius 986
cydon ciuitas 933
cygni in Anglia 50
cyneci populi 1147
cynocephali 1151.1080
cynomolgi 1151
Cynonoti 493
cyprus inſula 997.179.1010. 1013
cyrenaica 1123;1124
cyrus rex 982.1054.1047. 1055

D

DAcia 916.917
Dæmonũ illuſiones 10.11.1097.1087
dagobertus nonus rex 78
dalecarli 838.844
dalmatia 914.873
damaſcus Syriæ 1023.959. 1008
damæ biſontes 784
damiata 1136.1008.1011. 696
Dania 832.815.817.826.786. 818
dantiſcum 777
danubius 868.275.568.587. 629
danubij cataracta 678.679. uallis 588
dapiferi à waldpug 559
dargin emporium 1154
darius rex 986.1041.1049
debæ pop. 1033
dechan regnum 1084
decius Imperator 216
degernſee monaſt. 631.642
delmenhorſt 739
delos inſula 935
delphinatus 102.112
delphinus 102.413.412
delphicum templum 91.927 929
delta Aegypti 1142
democratia 141
demyn opp. 739
deſpotus 963
deucalionis diluuium 932
diana 185.983.992
dictatores 203
didesheim 472
dies faſti & nefaſti 202
dieterus epiſcopus Maguntinus 624
dietmarſi 828
diluuium in Italia 229 uniuerſale 2.34
dionyſius tyrannus 255
diocletianus 217.147
dionyſius Areopag. 1132
dioſcorides medicus 993
dioſcuria 996
dioſpolis 1005
diſion 90.425
diuidna fluuius 913
diuion 136.90
diuitenſe munimẽtum 506
dnieper fluuius 890.911
dnieſter fluuius 890
dobrzin 898
dofrinæ alpes 834
domitianus Cæſar 211
don fluuius 911
dordracum 512
dorinim petra 1076
dorneck arx 424
dornſperg 565
dottnaw 10
draconis leges 917
draco animal 889.1069
drangiana 1052
Drauus fl. 688,657.914
druntheim 833
druſomagum 278
duacum 120
duna fluuius 787.788
dunckelſpuhel 570
dura opp. 506
durlachum opp. 553
dyrrachium 919
dzwina fluuius 908

E

EBenus arbor 1065
Eboracum 50
ebur 1094
ebrach monaſt. 656
ebrodunum 382
eburones 101
ecbatana 1044
eccleſiarum ciuitas 244
edel fluuius 911
Edeſſa ciuitas 1025
edinburgum 49.51
eduardus rex Luſitaniæ 70
eger fluuius Egra oppidum 648.795
egesheim 438.446

Index

ehenheim 437
ehingen 569.590
einſidlen 385
eiſenburg arx 439.445
euiſſa inſula 74
elatea ciuitas 928
elbingen 777
elwangen 572
electrum 8
elephantus 1156.1158 1079.1029.1068.1147
elicurt 419
eliopolis 1011.1136
emanuel rex Portugal 34. 71. Imperator 985
emathia 929
emeranus epiſcopus 631
emerita 75
emodij montes 1082
endingen 546
engedin 424.566
engelburg 427
engiſtus dux Ang. 44
enipons 565
enos fluuius 276
ensheim 438.417
enſiferi fratres 684.323.786
eolia inſula 258
epheſus 973.989
epheſtia 937
epidaurus 925.926.614
epirus 929.961.932
eppingen 553.625
equi generoſi 1072
eranon lapis 1042
eraſmus Roteroda. 130.407
eri ciuitas 1042
eridanus fluuius 142
erithrea inſula 58
eroſtratus 983
erfurt 323
errones zuginer 267
eſzlingen 597.363
eſtenſis familia 187
etholia 258
etſchland 565
ettenheim 553
ettlingen 553
euboea 934
eucherius 94
eupatoria 936.990
eufrates fluuius 1027
euripus 936
europa 979.12.41.40.42.41
euxinus pontus 13.936
exarchi 188.222
eydora fluuius 814.717
eyſaliæ deſcriptio 494
eyſtet ciuitas 645

F

Fabiariæ thermæ 383
Falarica inſtrumẽ. 489
falckenſtein 566
falſtera inſula 814
famaguſcha 143.1000
fanaticus ſinus 915.693
farſsburg 398.412
faſiani 1107
fauiana 686
fauſtus poeta 94
feliciana hæreſis 672
ferdinandus rex 69.970.70. 66.64
ferraria 187
ferratus mons 181
ferrum 8.693
ferrugo 8
feſs regnum 1123
ficus 92
fiderenſes thermæ 527
fichtelberg 648
finlandia 846
finſtermuntz 565
fionia inſula 814
firmian arx 565
flagellatorum ſecta 210
flandria 914.118.124 103.115.123.121.133
flenſsborg 825
florentia 143.190.195. 192.169
flora meretrix 147
fluuij auriferi 6.10
formicæ Indicæ 1082
fornaces fuſiles 494
forum Cornelium 143.188
forum Iulium 141.161
forum Liuij 188.864
fortunatæ inſulæ 1099.1108 1112
foitlandia 799
franckenberg 702
franckental 477
franckfordia multiplex 812. 671.754.758
francigermani 108
francia 511.666.76 437
francia orientalis 650. 656
franciſcus Sfortia 170.178
franciſcus rex Gal. 176
francorum origo 288.986
franconia 651.653.77
frawenalb 589
friſinga 641.642
freunſperg 565
friberg 715
friburgum Vchtlandiæ 375. 381
friburgum Briſgoiæ 545.375 380.550.546
friburgum Miſniæ 430
fridberg 646.427
fridericus Barbaroſſa 299. 165.302.313
friſio occidentalis 752
friſiorum bellum 824
friſonum contra Holandos 115
fruxinum 641
fulda 705.486.658
fundgrub 432
furſtenberg 523.589
furſinow 524.566
furtelbach 432.433

G

Gades 57.58
Gagates lapis 49.451
galeatius 169
galenus medicus 993
galgal 1017
galienus Imp. 216
galilæa 1021
galilææ mare 1005
gallatia 75.989
gallicia 56.59
S. Galli ciuitas 385.358 366
gallia Narbonenſis 92
gallia 9.75.703.60.106.102. 209
gallorum mores 92.104. bella 54.77.133.216.237.415 878
gallinæ 1097.350
gallinarum lac 992
gambra 1157
gambræ regnum 1157
gamundia 570
gandauum 116
ganges fluuius 1065.1080
gannodurum 393
garamantes 1149
garganus mons 141

gariophilum 1106.1090 1093
gascenia 103.64
gauotri 352
gaza ciuitas 179
gdanum 901.777.781
gebelini 166.169
gebwiler 439.429
gedrosia 1052
geienhofen 530
geilingen 588
geldria 510
gelnhausen 619
gemmi mons 333.347
genebaldus dux 76
geneua 100.414.96.98
genezar lacus 1005
gengenbach 542.553
genua 139.141.177.143.173. 999
geographia quid 18.19
georgius Pogebratius 882
georgius Scanderbeg 929
georgius Ceculus 883
S. Georgij monast. 589
gepidæ 164
geppingen 598.594
Germania Cisrhenana 322. 278
Germaniæ descriptio 261. 268.287.270.327.284. 316.320
germani assequuntur imperium 288.318
gerspach 554
gesoriacum opp. 116
gestricia ducatus 839
getica 917
getuli 1116
Geysa rex Vng. 873
gibelini 302.1019
gigantes 34.932.1110
Gilona insula 1105
gingiber 1106
glaciale mare 847
gladiatoria ars 672
gladiferi fratres 784.786. 778
Glaris 366.384
Glessaria insula 783
gletsther 341
gliapola ciuitas 248
glurus opp. 565.424
glycerhyssa radix 650
gnezna ciuitas 887.890. 894.805
S. Goarus 494
Golgoltha mons 1014
Gonzagæ march. 186
Gordei montes 995
Gordianus Imperator 215
Gordium opp. 987
Gorgonia 1136
Goslaria 739.748.721
Gostauus rex 843
Godfridus rex 1007
Gothalonia 70
Gothardi mons 333
Gothia, Gothi 830.62.229. 263.282
Gotlandia 814.830
Gotschalcus 761.767
Gotsaw monast. 554
Graccus à quo Graccouia 888.889.901
Graccouiensis ducatus & gymnasium 899.812
Gradetsth 340
Græcia magna 141
Græciæ descriptio 926 921.955.981.982
Granata 57.63
Granson 382.419.135
Granus à quo Aquisgranũ 507
Gratianus Cæsar 220
Gregorius Nazianzenus 988
S. Gregorij uallis 446
Greiffensee 370
Griers comitatus 381
Grimslen mons 333
Gripswaldum 771
Grisones 518.178.524
Grubenheimeri 801
Gruninga 753.594
Grunlandia 850
Grues pugnant cum Pygmeis 1081
Grypes auis 1070
Guelphi 166.169.302
Guelfi comites 635
Guilelmus Imperator 303
Guilelmus Tell 361
Gulch 511
Gulæ pœna 105
Guntherus Imp. 311
Gymnesiæ insulæ 73

H

Habspurg 359.360
hadrianus Imperator 212
hagenoia 461
hagenschies 554
hailprunn 597
hala Misniæ 718
hala Sueuorum 570
halberstadium 743
halecum captura 118.814
halicarnassus 984.987
hall ciuitas 565
hama pugil 741
hamburgum 741.744
hamelburg 707
hammonis templum 1115
hanekam pagus 569
hanibal dux 224
hannon dux 1114
Hannonia 121
harburg 570
harmastis opp. 996
haran 1025
hassle 459.78
hassia 701.702
hatstat arx 446
hatto deuoratur à muribus 493
haugshofen 454
hebrus fluuius 935
hecla mons 5.848
hedui 90
hegoia 538.423
helena 981.999.1014
helicon mons 926
hellas 926.932
hellespontus 936
Heluetia 328.37
heluetij 172.168.363
hemus mons 935
Henricus auceps 296.722
henrici Imperator. 298.300
heptapolis 1132
heracleus lapis 932
herbipolis 660.655.662
hercynia sylua 911.568
hercules 1079.75.1128
hermannus Contractus 598
hermenstat 919
hermunduri 714
hertenfeld 570
heruli 759
hesperia 56.140.1116
hetruria 141
hexamilium 963
heydelberga 614.620
heydelbergeñ studium 614

Index

hibernia 43.45.46
hierichuntin᷑ roſæ 1017
hieronymus Sauonarola 194
hieroſolyma 1011
hildegardis 493
hilermont 582
Hipanis fluuius 890
Hippocrates 992
hippopotamus 1073
hirſow monaſt. 593.473
hiſpalis 57.72
hiſpana inſula 1099.1102
hiſpaniæ deſcriptio 56.58. 62.63.72
hiſtria 141.693
hohenberg 699
hohenburg 438.570
hohenkregen 539
hohenloh 626
hohenſtaufen 580
hohentwiel 539.585
hohenzollern 569.598
holandia 77.512.516.128.512
holſatia 814.727
horb 590.551
hufingen 589
hulmigeria 776
hundſruck 493
huni pop. 131.264.90.858. 228
huniades 962
huſſitæ 801.809.758
hydaſpis fluuius 1071
hydruntum 141.965.230
hylerus fluuius 599
hypra 118.120
hyperborei montes 913
hyrcania 1044

I

Iadera 914
Iagello dux 902
Iaitza 916
ianicula regio 139
ianus 35.139.1026.178
ianua opp. 139.173
iapides pop. 693
iaua inſula 1094
iaxartus 1051
iberia regio 996.57
iberus fluuius 43.56
ibis 1145
icaria inſula 992
ichniuſa 245
ichthyophagi 1047.849
iconium 985
idololatriæ exordium 1026
ierícho 1017
ieroſolyma 1017.1014.1108
illyria 919.914.961
ilophagi 1147
impræſſoria ars 488
india 1080.1095.1073.1065. 1067.1066
indus fluuius 1064
ingelheim 196.310.484.491
ingolſtadium 646
inſpruck 555
inſula ciuitas 118.694
inſulæ nouæ 1099.1110
inſubria 141
inthal 565
ioachimica uallis 716
Iohannitæ 1020
ionia 983
iordanis fluuius 1005
irlandia 42.43
iſcla inſula 258
iſella fluuius 516
iſenburg 78.439.445
iſer fluuius 628
iſis dea 1128
islandia 43.847
iſſedones 1058
iſteuones 273
iſthmus 922
iſtria 693
iſtula fluuius 888.890
italia,itali 137.228.222.139. 140.224.142.201
iudæa 1003
iudæus cadit in cloacam 738
iudæi Chriſtianis infenſi 457.578.133.46.230.380 444
iulia felix 1021
iulianus apoſtata 988.213
iulinum opp. 821.771.775
iulius Cæſar 206.277
iuliacum 511
iuliobonna 680
iura mons 414.382
iutia 812.814
iuuauia 527
iuſtinopolis 694

K

Karlſtein 790
katzenelnbogen 702
keiſerſperg 430
keiſersſlutern 474
keiſsheim 570
kelheim 647
kexholm 847
kiburg 357
kinigſsburg 824
kinigſsfelden 306.392.698
kintzig fluuius 552
kiouia 895
klagen 914
kleckgoia 540
kochenthal 570
kreichgoia 623.619
kunigſsfelden 698
kunigſperg 834.799

L

Labacum 914.693
Labyrinthus 934.1135
lacedæmonia 922
lacertæ magnæ 1101
laconia 922
ladislaus rex 873.700
lagingen 588
lalandia inſ. 814
lampedo Amazo 986.1056
landoia 469
landſshuta 646.381
langarus fluuius 524.527
langendocken 92
Landgrauij 316
langenaw 919
laodicea 984
lapponia 848
larix arbor 344
latium 141.197
latobricus pagus 540
laudenburg 614.479
laufenberg 540.370
laureacum 636.680
lauriſſa monaſt. 491.619
leberana uallis 434
leck fluuius 513
lechiæ 887
lechthal 566
legio 279.637.62
leitha portus 50
lemannus lacus 96.269.300
lemburg opp. 128.909.128
lemnos inſula 937
leodium 79.133
leo 1116.1074.124
leopolis Ruſſiæ 909.910
lepanthus opp. 916
leproſorum ſcelus 133
lesbus inſula 991
leuck 340

leucoſyria

leucosyria 988
libanus mons 1004.1021
liber pater 1075
libya 1145
licus fluuius 276
liguria 179
limacus fluuius 276
limitanij milites 637
limpurg 570.472.506
lindoia 532.534
lingones 90.101
lipara insula 258
lipsia 713.312.800
liqueritia radix 651
liris fluuius 142.197
lisibona 57.62
lithuania 324.902.906
liuonia 323.786.787
locustæ 1148
londinum 50
longobardia 141.816.164
longoum insula 992
lorsch monast. 619
lorch monast. 580
losanna 352.420
lotharingia 102.113.420
louanium 509.112.130
lubecum 761.734.824
lubiana ciuitas 693
lucania 141
luceburgum 127
lucerna 236.365.368
luchtenberg 648
lucretia 205
lugdunum 92.75.102
lundensis archiepisc. 813.831
luneburgum 729.730
lusitania 56.63.71
lutetia 85.78
lybia 1149
lycaonia 985
lycia 985
lyncurium 783

M

Macedonia 929.959
Madagascar 1094
magdeburgum 737.718. 666.738
magellanus 1103
magnes 932
magnesia 9840
magnopolis 739.823.760. 759.988
maguntia 482.490
machomet 1038.1032
maiorica 73.195
malacha 1092.1103.1082
malea promont. 624
mallorca 74.73
malmogia 831
malta insula 258
maluaticum uinum 933. 992. 1153
mamaluchi 967
manfredonia 148
mangi regio 1096
mansfelden 431
mantua 186.864
marrani 1117.68
marcus Crassus 1047
marcomirus 76
marcomannus 271
mare arenosum 1032
1115.congelatum 847
mareotis palus 1126
margaritæ 1035.1090
margiana 1048
marieburgum 777.781
marmarica 1124
martpurg 702
marthesia Amazo 601.1056
masouia 895
mastix 992
matthias rex Vngariæ 809. 882
matterea hortus 1136
mauritania 1118.1116
mausoleum 985
mazentius tyrannus 218
mazaca 988
mazouia 905
mecha 1032.1035
meckelburg 740.760
medera insula 71.1106.1112
media regio 1043
medina ciuitas 1032
mediolanum 862.168.162. 172.176.168
mediomatrices 85.481
megara 926
melibocus mons 720
melindæ regnum 1159
memphis 1133
menapij 510.271
menorca insula 74
mœotides pal. 993
merida 57
meroe insula 1151.1146
messana 256
mesopotamia 1024
metalla 6.9.10.691
metis 85.78.359.431
methone 925
miletum 987
mimpelgart 427.412
mineralia 4
mindelheim 563
minden ciuitas 743
minerua 927
minois 933
minorica 73.195
mirabellum 175
misnia 714.432
mitilene 177.964.991
modona 925
mœsia 984.961
mogunciacum 482.132
molaga piper 1093
moldauia 918
molossa regnum 932
molucca 1103.1106
monarchia 1026.38
monasterium opp. 750
mongal regnum 1059
monoceros 1036
monoculi pop. 1151
monomachia 572
mons ferratus 1101
montensis ducatus 511
mopsopia 927
morauia 810.893
morea 922
morini pop. 101.116
mortnaw 553
moscha opp. 910.911
moscouitæ 1055.911
muflo animal 244
muldauia 789
mundot 440.458
murbachium 427. 438
mures Indici 1074.
mus montanus 349
muscata nux 1106.1093
muschum 1090
mygdouia 1025
mymingrod 750
myrobalsamum 1091
myrrha 1034
myristica nux 1106.1093
mysia 984.958

N

Nabathæi 1033
Nagalerthal 580
nanceia 135
nanseum 412

narbona

Index

Narbona 92
Nardus 1065.1091
Narſinga 1084
Naſamones 1149.1126
natolía 971
nauariæ reg. 66.69
nazianzum 988
neapolís 143.177.234.875.238.241
nebelgoía 524
nebeorum regnum 1157
nemetes 472
nerolinga 573
neuidunum 419
neuſtria 78.120
Nicea 979
nicopolís 959.960.988
nicoſía 1000
nidilis lacus 1141
nidroſía 833.835
nigra ſylua 586.430.588
nigritæ 1116.1154.1157
nigropontus 934
nilus fluuius 1129.1011.1142
ninus rex, Niniue 1026
Niſibis 1025
nitría 867
Noe 34.139.1026
nomades 1033
nouigrod 553
noracus dux 245
noradinus 1008
nordgow 647
nordlinga 573
nordmanni 78.103 65.234.834.120
nordwegia 832.736
noricum caſtrum 648
northumbria 53
noruegía 815
nouiomagus 79
nuithones 353
nuces Indíæ 1089
nuchtlandía 353
nugardia 908
numantia 57
numidía 1118
nuſſia 506.419
nurnberga 484.649
nux myriſtica 1093.1090
nyſa opp. 1075

O

OBeliſcus Semirã. 1028
obotritæ 759.762
obrinca 277.494
ocelis 1036
ocha fluuius 911.934
octodurum 340.101
odoacer rex 221.806
odonta animal 1074
œnotría 140
œta mons 921
offenburg 552
oldenburg 739
ollæ naturales 888
olimuncia 811
olympus 926.631.998
olympiades 925
onacra fluuius 728
onſpach 572.650
ophiuſa 990
oplandía 839
opobalſamum 1135
orcades inſulæ 43.49
orichalcum 8
oſnaburg 749
oſſa fluuius 777.897
oſt francia 668
oſtphalía 462
oſtrogothi 858.863
otto Friſingenſis 642
ottomanni Turcæ 856
oſtocarus Bohem. 697
ottonica ſylua 823.626
oxonienſe ſtudium 46
oxus fluuius 1051

P

PAdua 182.143.229
Padus fluuius 141
pæones 858
palatinus mons 145
palatinus Rheni 624
paleſtina 1001.1004
pallas 1121
pallantia 57
palma 1004
pampalona 57
pamphylia 985
panchaia 1033
panis ex ligno 1100.1105
panias opp. 1021
pannonia duplex 857.678. 858.864
panormus 253
panthera 1049.1149
paphlagonia 990
papia 180.143.169.174
paradiſus Iudæorum 36
parallelus quid 30.31
parander animal 1151
pardalis 1149
pardus 1045
paria inſula 1107
paris rapit Helenam 981
pariſius 85.88.105
parnaſſus 926
paropaniſades 1052
parthenopolis 737
parthia regio 1046
patauia 630.637
patauium 182.982.231
paterniacum 353.419
patricius 43
pauones 1107
pegaſus auis 1151
pelaſgia 932
peloponneſus 922
peluſium 1011.1136.1009
peluſiacum oſtium 1142
pentapolis 1124
pentheſilea 982.988. 1056
pera ciuitas 143.943
perdica 183
perilli crudelitas 256
perlamentum Galliæ 105
perſia 1041.1044.1048
perſepolis 1041
peſtum Vnga. 868
peuce opp. 857.869
Pfedersheim 480
pfirt 397.426.699
pfortzheim 553.625
pharos 1139
phaſelis opp. 185
phaſiani Valeſiæ 350
philadelphia 984
philippus Macedo. 930.982
phocenſes 92
phœnicia 1021
phœnix auis 1034
phrigia 981
picardía 103
piceni 141
picis lacus 1030
pictones 60
pindus mons 926
piniſer mons 799
piper 1065.1090.1088
pirreport 415.409
piſæ deſcriptio 195
placentia 168
pleſcouia 908
plumbum 691.1052.10
pluteus 488

Poda-

podamicus lacus 527
podolia 905
polonia, Poloni 886.905. 890.897.899
polotzko 908
pomerania 766.770.776. 694
pomerella 769
pomonia 49
pompeiopolis 990
porcus marinus 1151
porne insula 1095.1105
porus rex 1077.1075
praga 805.789.790
portugallia 70.72.1103
posaga 857
possidonia 926
posnania 894
premonstratum 90
presilium 1091
prentzthal 579
pressouia 919
pretigoia 527
Preto Ioan. 1152.1159
propontis 936
prouincia 92
prussia 776.897
psitaci 1089.1090.1158
psylli pop. 1131
ptolemais 1018.1013
ptolemæus astron. 28.1140
pucinus mons 694
punicum bellum 224
purpuræ inuentio 1023
pygmæi 1151.1081
pyramides Aegypti 1134
pyrenei montes 56
Pyrrhus 982
Pythagoras 992.937
pythium oraculum 928

Q

Quadi 271
Quinq; ecclesiensis ciuitas 857.869
Quinsai opp. 1097
Quintilianus 73

R

Radagastus 759
Ragusia 914
raimundus Lullus 74
ramelus mons 10
rangiferi 849
rapperswyl 370
rapolcstein 447
rapotus dux 753
rascia 916
ratisbona 279.636
rauenna 188.229
rauenspurg 558
raurica colonia 93.399
reginoburgum 637
reinfaluinum 143.694
remenses 131.132
remond 419
remsthal 579
resina 587
reutlingen 596.597
reualia 726.788
rha fluuius 911
rhea Syluia 152
rhenus fluuius 275.387.528
rhetia 277.518.384
rhetorum ligæ 524
rheticum uinum 183
rhinfelden 397.414.545
rhingauia 703
rhinoceros 1086
rhodanus fluuius 333.343
rhodus insula 990.964
riga opp. 323.787
riphei montes 913
rolandus fortis 737
roma 177.149.234
romania. 971
romandiola 141.188
romulus & Remus 152.202
rosmarina herba 92.103
rostock 823.766
rotomagus 101
rotenburg 569.597.652
roterdam 76.129
rotwyl 590.598
roxolani 905.867
rubeacum 439.442
rugia insula 771.820
S. Rupertus epūs 638.639
russia 909
rusticorum bellū 480.460

S

Saba regio 1146.1033
Sabaria 857
saca regio 1051
saccarum 198.1112.254
saguntum 57
sala fluuius 666.648.714
saladinus Sarac. 1010
salamandra 1098
sal minerale 887.917.74. 899.1154
salisburgum 627.638
salinæ 245
salica lex 107.666
salona 915.861
samagittæ 905
samaria 1020
samochonites 1005
samos insula 992
samothracia 937
sandalium lignum 1094
saraceni 1121.1032.1038
saragossa 57
sardanapalus 1040.986
sardinia 242.245
sarmatia 993
sarona 926
saxonia 717.720.724
scandia 814.813
scardona 914.861
schowēburgīi comites 740
schlesia 811.867
schlesswic 825.818
schneberg 716.552
schweinfurt 668
schyern castellum 632
scipio 225
sclauonia 914
scodra 914
scopia ciuitas 931
scorpiones 1152.1024.1070
scoria 48.53.45
scylla 993
scythia 1052
scythæ 1049.1055.993
sebaste ciuitas 1021
seduni 330.381
selandia 814.820
seleucia 1048.1030
selestadium 454.436
semiramis 1026.1065
seneca 72
senegæ regnum 1155
senones 141
septem castra 917
sequani 90
serapis 1133
seres pop. 1057
sergius hæreticus 1038
serica regio 1057
serici confectio 256.1058
serpentes 1070.1050.998
seruia 916
sibenburg 917
sibilia 57
sybillæ decem 153
sicambri 76.106

sicania

Index

ſicania 253
ſicilia 252.234.238
ſidon 1019
ſimiarum captura 1082.1152
ſinarum regio 1083.1103
ſmaragdus 1093
ſmolencea arx 904
ſnebergum 7
ſogdiana 1051
ſolonis leges 927
ſolothurum 374.364
ſophi Perſa 1042
ſoſſauia 618
ſponheim 468.493
ſpira ciuitas 472
ſtadij menſura 1065
ſtargard 771
ſtetinum 770
ſtiria 688
ſtoflerus 596
ſtockholm 838.829
ſtrabo 103.988
ſtraſsburg 860.456
ſtridon 615
ſtrigonium 679
ſtruthio 1150
ſturgardia 596
ſubaudia 65.78
ſuccinum 783
ſuecia 838.826.847
ſueonia 838
ſueſſionis regnum 78
ſueuus fluuius 276
ſueuia 845.567.838
ſultani Aegypti 1008.1012
ſumatria 1092.1103
ſunggouia 426
ſuſatum 749
ſuſiana 1043
ſybillæ 153
ſyracuſa 254
ſyria 1001
ſyrtes 1123

T

TAberna 456.468
Tagus fluuius 59
tamerlanes 959.1063
tanais fluuius 13.39.911
tangut regio 1097
tantalus 983
taprobana 1092.1103
tarentaſia 352
tarentum 198.225
tarragona 57
tartaria 1059.1063
taurica Cherſon 936
taurinum 180
taurus mons 1064
teckenſis ducatus 598
templarij 1020.132.606
terebinthus 344
tergeſtum 143.699
terra ſancta 1006.1003
terræmotus unde 984.990
teruiſina marca 141
teutonici fratres 1019.778. 780.903
thaleſtris regina 1056
theatrum Veronen. 184
thebe opp. 926
theodoſia 936.179
thermæ Germaniæ 587
theſſalia 926.932
theſſalonica 929.961
thracia 935.936
thuringia 702.708
thus 1034
thyle inſula 814
tiberiadis lacus 1005
tiberis fluuius 142.224
ticinum opp. 693
tigris animal 1045
fluuius 995
tigurum 328.368.544
toletum 66.72
toloſa 861.91
tomiris regina 1054
tornacum 77.116
torneamentum 744
traiectum 514.519
tranſſyluania 917
trapezuntium 964
treueris 84.79.481
tribotes pop. 428.461
tridentum 565.630
troglodytæ 1034.1115
troianum bellum 981
tubinga 596
tungri 509.90
tunis 1121.1012
turcarum hiſtoriæ 974
turckes lapis 1042
tuſcia 141
tyrolis 690.565
tyrus 1021.987.
tyrrhenum mare 140

V

VAlachia 917
Valdach 1030
Valeſia 330.343.349
uandali 266.77.1120
uangiones 461.474
uarna 903
uaſconia 103
ueldkirchium 525.699
ueltlin 566
uenenum Macedon. 931
uenetiæ 143.229.862.231. 964.864
uerona 183.143.186
ueſeuus mons 190
ueſtales uirgines 144.148
uienna Auſtriæ 680
uilna Lithuan. 902.908
uindebonna 680
uinea inſtrument. bel. 488
uindoniſſa 392
uinum arboreum 1090
uiſogothi 858
uiſtula fluuius 767.276.266
ulixbona 57.60.63
ulma ciuitas 599
ungariæ hiſtoriæ 857.871
unicornes 1035
unionum conchæ 1042.1035 1090.1107
uoitlandia 653.649
uoſagus mons 7.429
upſalia 839
uratislauia 790.894
urſus 912
uulcana inſula 258
uulturum natura 200


W

Waldpurg 559
Wallia 45
Wandalia 767.821.229. 743
Waſgoia 462
Waldkirch 552
Wertheim comitatus 671
Weſtphalia 462.748
Weſtrich 462
Wyſſenburg 78.463
Wildbad 587.597
Wineta 760.771
Wirtenberg 592.594
Wirtzpurg 660.654.668
Wittenberga 644
Wolgaſt 821
Wormacię deſcriptio 474. 481.478
Wiſsbaden 703.491

FINIS.

COSMOGRAPHIAE uniuersalis ex probatis quibusque au thoribus tam historicis quàm cho rographis per Sebastianum Munste rum in unum collectæ, Liber primus.

De primordiali terræ & maris creatione & dispositione, Cap. I.



HABENT sacræ literæ, terram ab initio suæ formationis undi que obductã & inclusam fuisse aquis maris, donec iussu crea toris aqua ab aliqua parte superficiei terræ subducta, siccũ & cõmodum mansionis locum hominibus atq; animalibus ter restribus reliquit, plantis quoq; unde omnia uiuentia uictita rent, firmum in ipsa arida adaptaretur fundamentum. Mare ergo ab illa die non obtinet naturalem suum situm, sed quan tum terra est discooperta, tantum illud in oppositam terreng molis partem semotum, profunditatem illam cõduplicauit, quam Oceanũ uocãt, sacræ autẽ literę appellant תְּהוֹם רַבָּה id est, abyssum magnã, ubi scilicet immẽsa est collectio aqua rũ atq; profunditas imperscrutabilis, qualis passim ultra Hi spaniã, Iberniam, Scotiã, extremitatẽ Africę & in India inuenitur, ubi profunditas maris nulla industria humana indagari potest. Si enim iuxta philosophorũ traditionem, elemen

Oceanus abyssus magna.

tum unum aliud excedit in decuplo, nedum in perspicuitate & raritate, uerum & in magnitudine ipsa, terra autem ipsa in sua circumferentia complectitur 5400 miliaria Germanica, quindecim miliaribus uni respondentibus gradui, uide quàm magnũ fuerit mare, ubi adhuc naturalem tenuit situm, quando superficies eius concaua coniuncta fuit superficiei conuexæ terræ, superficies autẽ eius cõuexa longissime supra terrã sese insinuabat superficiei cõcauæ aëris, & nunc tota moles illa in unam abyssum coacta sit, & quæ prius undiq; terram sua magnitudine excedebat, nunc in unum collecta locum, quantum putas fecerit aceruum seu, ut hebraismus uocat, מִקְוֵה aquarũ? Prodũt sacræ literę, diluuij aquas ascendisse quindecim cubitis supra montes quosq;, nõ quod naturalem tunc obtinuerint & occupleuerint locum, sed tantisper à creatore permissæ fuerunt, ut redirent in natiuum locum, quousque impij homines & cuncta animalia, propter homines creata, delerentur è terra. Cõstat autem quosdã montes eleuari in mediam regionem aëris, id quod nix perpetuo fastigijs eorũ insidens probat, & in diluuio aquæ adhuc multo sublimiores fuerunt, ne quisquam mortalium ullum sub cœlis inueniret effugium, at natiuum situm non obtinuerunt, quum terra denuo esset habitanda, & hominibus atq; animalibus replenda.

De maris diuisione & fluuiorum exortu, Cap. II.

QVVM scriptura dicat diluuij aquas creuisse & uehemẽter inualuisse super terram, arcã quoq; fluitasse in superficie aquarũ, & tandem dominũ deũ transtulisse uentũ super ipsam inundationẽ terræ, ut aquæ eius flatu reuerterẽtur de terra, quousq; illa exiccaretur, nõ est dubiũ quin ille aquarũ impetus, fluxus & refluxus multas fecerit in terra cauernas, hiatus & sinus, & ubi ante diluuium nullum fuit mare, iam nouum ortum est mare, sicut & eadem ratione per discurrentes aquas multi noui mõtes & ualles oborti sunt, ubi prius plana fuit terra, id quod multis indicijs probare posset, sed quod suo loco infra non tacebimus. Quin & multi magni fluuij, quales sunt Rhenus, Danubius, Rhodanus & alij pro maiori parte in diluuio originẽ acceperunt, quando fontes abyssi magnæ aperti sunt, prouidente deo sic homini, ut qui spargendus erat per uniuersam terram, homo homini & regio regioni per fluuiorum decursus mutuã sibi opem ferre possent. Sciendum præterea quod mare illud magnũ, quod ambit circũferentiam terrę, uocatur generali nomine Oceanus. Curuitates uero & arcus littorales, quos mare olim fecit uel etiam hodie facit in terra, uocãtur sinus, & hi accipiũt denominationẽ à terris illis quas alluunt, ut est sinus Adriaticus, sinus Persicus, sinus Arabicus, sinus Indicus & similes alij. At mare illud magnũ quod Africã distermínat ab Europa, uocat mare mediterraneũ, quod scilicet apud Hispanos in occidẽte tenui meatu irrumpit in mediam terram, at paulo pòst incipit se diffundere, ut è regione Galliæ Narbonensis latissimum habeat alueũ, id quod suo loco quoq; dicturus sum. Est & aliud mare in Asia, quod omni ex parte continenti circũscribitur, atq; ob id non effunditur in aliud mare, nec ab alio mari sustentatur, sed exonerãtur in ipsum plurimi amnes, uocaturq; Hyrcanum & Caspium mare. De mari rubro nonnihil dicam, ubi uenero ad locum illum. Cæterum mare quod subiacet polo Arctico, & item quod subest polo Antarctico, appellat cõmuniter mare congelatum, eo quòd perpetuis temporibus ob solis distantiam & radios æstiuo tempore obliquè incidentes cõgelatum sit, neq; ibi nauigationes fieri queant, nec cõueniens hominum habitatio sit. Et ut hæc omnia dilucide intelligas, accipienda est tibi in manus tabula uniuersalis mundi descriptionis, quæ ob oculos posita, singula commonstrat, terræ marisq́ue uariam habitudinem. Vides ibi quomodo Oceanus infusus in multos sinus, adeò uicino accessu interna maria allatrat, ut 115. millibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari: Caspius uero 375. millibus à Pontico. Idem interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiamq; dispartit. Quãtum terrarum occupet, computetur etiam nunc mensura tot fluminum, tantarum paludum, addantur lacus & stagna. Et hæc habitatione hominum omnia destituuntur, ut taceamus terram in plerisq; locis in cœlum usq; elatã, habere tot ardua aspectu iuga, tot syluas uallesq; præruptas, & solitudines, & mille ex causis alia deserta loca, & tamẽ hęc est materia glorię nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanũ genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, & mutuis cædibus laxiorem facimus terram, ut ad horam latum habeamus imperium. O dementia.

Montes unde.

Sinus maris.

Mare mediterraneum.

Mare Caspiũ.

De Inſulis. *Cap.* III.

INſula eſt terra quæ omni ex parte cingitur aquis, præſertim mari. Vnde omnis regio, quæ uni ex tribus partibus mundi, puta Europæ, Aſiæ, aut Africæ non adhæret, nec patet ad eam aditus pedeſtris, uocatur inſula, quarum plurimæ ſunt, ut ſunt Anglia, Selandia, Sicilia, Candia, &c. Harũ multæ ab initio mundi ſunt in mari creatę, multæ etiã temporis ſucceſſu in mari natæ, uidelicet, Delos, Rhodos, Alone, Thera, Sicilia, Theraſia *Inſulæ unde fiant.*



& aliæ, idq; ob uarias cauſas. Vna eſt, cum terræmotus in mari eruptionem facit, excitat in mari magnam congeriem terræ, quæ quum temporis ſucceſſu coaleſcit, incipiunt in ea creſcere arbores & herbæ, aptaturq; ſuperficies eius habitationi hominum. Haud ſecus ubi magna flumina mare ingrediuntur, aduehunt plerũque ſecum magnam uim arenæ, ex qua cum tempore fit inſula habitabilis. Accidit quoq; nonnunquam, ut mare per fluxum ſuum recedat à certo loco, fiatq; ibi in mari locus habitabilis. Sic ubi ſęuũ mare apud continentem perpetuo fremit, fieri ſolet ut quandoq; interruptionem faciat, portionem auulſam à continenti inſulam conſtituat, id quod hiſtorici & coſmographi factum ſcribunt de Sicilia auulſa ab Italia, Cypro ſeparata à Syria, & Euboea ſeiũcta à Bœotia. Et certe hic uidemus mirabilem dei potentiã, quod tot paſſim paruæ inſulæ in uaſtiſſimo mari inueniuntur, quæ aſſiduas procellarum illiſiones ſuſtinent, & tamen nunquam è loco ſemouentur, neq; maris inundatione ſubmerguntur. Sed poſuit dominus mari terminum, inquit propheta, quẽ non prætergreditur. Sicut enim mare per dei potentiam uiolenter in loco uno cõſeruatur ne reuertatur & inundet totam terram, ita in limitibus terræ obtemperat mandato dei, ne conſtitutũ littoris terminũ trãſgrediatur, niſi deus diſpenſet cum eo, idquod factum ſcimus ante paucos retroactos annos in partibus inferioris Germaniæ, ubi multæ parochię uno die ſubmerſæ ſunt, quemadmodũ infra ſuo loco oſtendã, id quod tamen per terręmotũ fieri potuit, ſicut & alibi factũ cõſtat, præſertim in Gręcia, ut poſtea dicẽ.

Terra fœcundiſſimum elementum & ingentibus opibus plenum. *Cap.* IIII.

VT cœlum dei eſt habitaculum, ita terra hominum & animalium domicilium benignaq; mater. Illa enim nos naſcẽtes excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper, nouiſſime cõplexa ſuo gremio, uſq; ad reſurrectionis diem cuſtodit corpus transferendũ in cœlum unà cũ anima, ſi & ipſum pro modulo ſuo hic agnouerit

uerit creatorem & redemptorẽ suum. Hoc inquam terræ elementum benigne matris erga hominem fungitur officio, nec unquam illi irascitur. Aquæ subeunt in imbres, rigescũt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitanť in torrentes: aër uero densatur nubibus & furit procellis: at terra mortalium ancilla, quæ non generat? quæ non sponte fundit? quos odores saporesq; ? quos succos ? quos colores? q; bona fide reddit creditum fœnus? Quis explicare potest quãtæ eius diuitiæ? quãta eius fertilitas? præsertim si aduertas, quàm multa & uaria metalla iam tot annis ante & post Christum natum eruta sint ex ea, & in hunc usq; diem sine ulla cessatione scrobes agantur in profundum, atq; in multis locis penetralia eius referta sint hominibus, qui indefesso studio persequũtur omnes eius fibras, quærũt in sede manium opes, insidiantur auro & argento, reliquisq; minoris æstimationis metallis. Quantũ putas auri, argenti, plumbi & ferri è terra erutum, quod rursum usu ipso consumitur, aut ab igne annihilatur aut saltem perditur? Quantũ cum interitu ciuitatum interit ? quantum absorbent naufragia in mari ? Quantum auaritia hominũ defodit in terrã, ibiq; in nihilum redigitur? Quantum absumit pompa inanium hominũ? Et ut ad alias meuertam terræ opes, quot & quam uarios pręcioſos & pulchre coloratos lapides, putas includi in uisceribus terræ ? Quot salubres scaturigines frigidarum & calidarum aquarum hinc erũpunt ? Quot horribiles flammæ in diuersis locis hinc prosiliunt? Quot & q; uarij uapores, calidi, sicci, & humidi, salubres & nonnunq; pestilẽtes hinc exhalant? Quid dicã de sale fossili, de calmia & cęruleo fossili, de cerussa, alumine, nitro, uena minij, galena, halinitro, ochrapyrite, stibi, atq; alijs id genus terræ internis fœtibus? Quantã putas esse uim illam terrę, quę singulis annis tantam in superficie procreat copiam frumenti, uini & pomorum, unde sustentantur homines & animalia ? Certe hæc est ineffabilis benedictio dei uiuentis, qui aperit manum suam & dat mediante terra omni carni escam. Quis igitur satis exprimere poterit, quanti thesauri lateant in terra, qui quotidie & sine ulla intermissione, imò sine defectione terræ homini sese sua quodãmodo sponte exhibent ? Et licet terra ab initio propter hominis peccatũ maledictioni fuerit suppositа, non tamen ob id enerуata est uirtus eius, sed maledictio illa magis recidit in hominem & in laborẽ eius, dicẽte scriptura, Maledicta terra in opere tuo.

Mineræ.

Lapides præcioſi.

De uarijs effectibus terræ, eorumq; primis causis, Cap. V.

EA quæ natura in terræ canalibus atq; in quocunq; ipsius sinu interiore gremioq; gignit, partim sua ui ex terra erumpunt in aërem, qualia sunt humor, aër inclusus, uapor, ignis, exalationes, &c. unde mirabilia supra terram & in ipso aëre fiunt, partim in uentre terræ concoquuntur, ut sunt terræ quædam insignes, succus concretus, lapides precioſi, metalla &c. quibus metallorum fossores montiumq; euersores insidiantur. Non sunt supra terram in aëre tam mirabiles naturæ operationes, quin mirabilio res in terræ uisceribus continuo fiant transmutationes, concoctiones & effectus. Quum enim natura uacuum execretur, terra autem nõ sit corpus ubiq; solidum, sed in plerisq; locis sit rara, saxosa & in saxorum commissuris, fibris & uenis relinquantur cauernæ, mare suo liquore madefacit terrã, alicubi in cauernas subterraneas ingreditur, alicubi per uenas & fibras penetrat sub terras, maritimis pręterea quibusdam fontibus largitur aquas: item aër in cauernis inclusus, quem terra exalat, nonnunquam calescit & agitatur, sæpe etiam frigescit & immobilis quodammodo manet, qua de causa in aquam uertitur, atque aër est quidem de sua natura calidus & humidus, sed quàmprimum frigus expugnauerit calorẽ, necessario in aquam abit. Porrò quàm magnæ in terra sint uel fiant cauernæ, hinc intelligimus, quod in eas aliquando agros, urbes, montes descendisse, scriptum reperiamus: nec paruæ tantum capiunt uentum, qui saxa grandi pondere in aërem extrudere & ejicere possit atque egerere tumulos, colles, montes, omnino q; tam magnos & horribiles efficere terræmotus, ut oppida corruant absorbeanturq;, qua calamitate & subsecutis incendijs, superioribus annis Puteoli partim sunt afflicti & fracti. Impetus quoque aquę quum canales, per quos modo iter habuit, obturati fuerint aut deserti, continuo uel nouos aperit, uel ueteres aliquos recludit: atque is ordo conseruatur sempiternis seculorum ætatibus. Obstruuntur uero canales limo ruinaue, deseruntur ubi uis aquæ per aliquem alium canalem iter patefecerit. Cæterum succus, quem crassitudo ab aquis distinguit, uarijs gignitur modis. Aut enim quum calor rem siccã immiscet humidæ & mixtionem coquit,

Mirabilia in uisceribus terræ.

Aër resoluitur in aquã.

Terræmotus unde.

quit, aut quum aquæ lambentes terram aliquantulum craſſæ efficiuntur, quo ſanè modo plerunq; fit ſalſus & amarus, aut cum humor concluſus circũſerpit metallicam materiam, in primis autem æraríam, eamq; corroſit, atq; hac quidem ratione fit ſuccus, ex quo gignitur chryſocolla, id eſt, uiror montanus ſeu ſaxoſus, germanicè *berggrün*. Similiter cum humor corroſit pyriten æroſum (germanicè kys) & friabilem, fit ſuccus acerbus ex quo oriũ atramentũ ſutoriũ (vitrill) & alumen liquidũ: aut deniq; ſucci ab ipſa ui caloris ex terris exprimuntur. Ea uero uis ſi magna fuerit ſuccus ex terris manat & fluit, quemadmodum ex piceis crematis pix. Sin magna nõ fuerit, terræ ſucco præ ſe ſtillant, ut larix, abies & quæ ſunt generis eiuſdẽ arbores, reſina: quo modo bituminis genera in terra fieri intelligimus. *Succus terræ unde.*

De mineris thermarum. Cap. VI.

NOn negant doctiores naturæ indagatores, materiam per quam currunt aquæ, aquis calidis odorem & guſtum, uires etiam pleraſq; dare, ſed tamen non concedunt, ſulfur, bitumen, aliudue quod facilè cõcipit ignem, calefacere aquas poſſe, quod in ipſis non ſic lateat ignis ut in uiua calce, qui aquis infuſis excitatus, eas calefaciat. Ergo neq; ſolis ardor, neq; uẽtus, neque motus, neq; internus terræ calor, neq; materia per quam fluũt aquæ, cauſa eſſe poteſt calidarũ, ſed ignis ipſe cuius unius proprium eſt res in altiſſimo gradu caloris collocare.




Bitumen quidem ardet in aquis non autẽ ſulfur, unde ſi flagranti bitumini aquas inſtilles, non extinguitur ignis ſed augetur, ergo thermę habent bitumen pro fomite & nõ ſulfur, atq; hoc modo aqua calida intra terram gignitur. Tepida fit, uel cũ (ſimiliter in interiore ſinu calefacta) longius per canales fluit, antequam ex ipſis effluat, uel cum tam multa & copioſa affluit, ut eam ignis tãtopere calefacere non poſſit ut ferueat. Quod ſi calida longiſſime per canales fluxerit, refrigeratur quidem, ſed ſapor malus, odor teter, color corruptus qui ei inſedit, manet. Idẽ ſentiendũ de aquis amaris, acidis, ſalſis & aluminoſis, quarum magnam copiam Germania noſtra in diuerſis effundit locis. Quum enim intra terram gignantur aquæ fontanæ & ſucci quiq;, omnes ſapores quoq; intra terram gigni, non alienum eſt à ratione atq; experimento. Nam fiunt aquæ acerbæ per loca aluminoſa permeantes, ſalſæ per ſalſa, amarę per nitroſa, mali ſaporis per loca ſulfuroſa, & bituminoſa. Non tamen dicimus aquam eſſe auſteram, quum id proprium ſit fructuum ſtirpiũ, ſed poteſt eſſe dulcis, pinguis, ſalſa, amara, acris & acida, qualis inuenitur apud Elbogen oppidum Bohemiæ. *Aquæ unde amaræ.* *Auſteritas eſt fructuum.*

De igne in terræ uiſceribus flagranti, Cap. VII.

DVbium non eſt olim montes & campos arſiſſe in orbe terrarũ, & noſtra quidem etiam ætate ardent: uerbi gratia, in Islandia mons Hecla ſtatis temporibus foras proiecit ingentia ſaxa, euomit ſulfur, ſpargit cineres tam longè circumcirca, *Mons Hecla.*

ut terra ad decimũ lapidem coli non possit. Vbi autem montium incendia perpetua sunt, intelligimus nullam esse obstructionem meatuũ, per quos modo quasi fluuium quendam ignis, modo flammas, nunc uero fumum tantum euomunt. Sin per temporum interualla increscunt, internis meatibus obturatis, eius uiscera nihilominus ardent: superioris autem partis incendia propter fomitis inopiam nõnihil remittunt ad tempus. At ubi spiritus uehementior rursus reclusis meatibus ijsdem uel alijs, è carcere magna ui erumpit, cineres, arenam, sulfur, pumices, massas, quæ habent speciem ferri, saxa aliasq; materias foras proijcit, plerumq; non sine detrimento regionis adiacentis: cuius rei grande exemplum est mõtis Aetnę incendium, paucis ab hinc annis factum.



De metallis, potißimum de auro, Cap. VIII.

METallum fossile, est natura uel liquidũ ut argentum uiuum, uel durum, sed quod ignis ardore liquefieri potest, sicut aurũ, argentum, æs, & plumbi genera, uel molliri, ueluti ferrum. Reperiuntur autem metalla in uenis quædam pura, quædam cum terra & lapidibus permista. In Germania hodie in multis locis eruitur argentum ex terra syncerũ, sicut & æs & plumbum, etiam si Plinius neget argentum nasci purum: sed solum aurum lucentibus scintillis asserit inueniri in terra. Et si hodiernã auri conficiendi rationem consideremus, facile arguemus plus auri puri semper repertum esse quàm confectum è terrarum uel lapidũ generibus, cum quibus solet esse permixtum. Argumento sunt tot amnes auri ramẽtis celeberrimi, Ganges Indiæ, Pactolus Lydiæ, Hebrus Thraciæ, Tagus Hispaniæ, Padus Italiæ, Albis atque Rhenus Germaniæ: argumento denique sunt tot in Hispanijs repertæ auri massæ, minutæ & magnæ, & in his decem libras excedẽtes. Nostris etiam temporibus satis grandes massæ in insulis nuper inuentis perhibentur inuentæ. Hę uero massæ uel reperiuntur separatim à saxis uel ad ea adhæresc unt, sed tenuissimæ eius bracteæ, quæ quasi scintillæ lucent, marmora, saxa, lapides, gẽmas semper amplectunt, quas ab his plerunque aquarum uis abradit (unde ramenta dicuntur) & in riuos atque amnes abripit. Aurum itaque quod nulla conflatione eget, Græci apyron, id est, ignem non expertum uocant. Contrà quod coctione opus habet, quousque argentum ab eo fuerit separatum, apephthon nominant, alij obrysum. Cum autem aurum per ignem resoluitur, tantum abest ut eo consumatur, ut unum ex omnibus metallis nihil de sua magnitudine deperdat, sed quo sæpius & diutius arserit, eo fit melius & præstantius: qua de causa semper habitum est preciosissimum. Sed neq; corraditur aut imminuitur põdus eius ab acribus, quod genus sunt sal, nitrum, acetum, succus ex uuis immaturis expressus: neq; infestatur ulla rubigine aut erugine, nec manus si eis tractetur, ab ipso ut à reliquis metallis sordes accipiunt, quæ omnia aurum reliquis metallis reddunt preciosius. Attamen mollius est argento, sed ob id non est fragile: unde malleo percussum adeo dilatatur, ut ex singulis eius denarijs quinquagenę pluresue efficiantur bracteæ, senum utroque digitorum, quibus aurifices utuntur. In fila insuper tenuatur, & modo cum lana bombycina, modo sine lana texitur. Præbet homini multiplicem ornatum & usum: nam fiunt ex eo anuli, armillæ, fibulæ, inaures, torques, coronæ, catenę, & c. item aurea pocula, patinæ, pelues, quin (quod fœdum dictu) aureis uasis onus uẽtris excepit Heliogabalus, omniũ hominum turpissimus.

Metalla synce ra in terra.

Fluuij auriferi.

Aurũ apyron.

Quare aurum nobilius metallum.

Vsus auri multiplex.

De argento,

De argento, Cap. IX.

VEteres ignorarũt argentum reperiri purum, cum tamen hodie contrariũ in Germania noſtra experiamur. Siquidem Snebergum, Annebergum & Gairum gignunt purum argentum. Idem gignit in Bohemicis montibus uallis Ioachimica & Aberthamum. Gignit & Voſagus mons in Lotharingiæ confinio in ualle Leberia argentum purum, ſed non ita multum. Ex multis Miſnæ & Bohemiæ fodinis, duę facile primas tulerũt, una Snebergi, cui Georgius nomen, celeberrima omnium argenti fodinarũ, quę unquã legũtur fuiſſe. Et ſi uero tota uena non cõſtitit ex argẽto puro, tamẽ multo maxima ex parte purum miniſtrauit. Altera autẽ fodina eſt Aberthami, Laurẽtius & Theodorus dicta, è qua ingens theſaurus effoſſus eſt argenti puri, impuri non minus. Grandes autem argenti puri maſſæ ſunt erutæ ex nõnullis fodinis, una è Snebergi fodina Georgius dicta, cuius uidendæ gratia cum Albertus Saxoniæ princeps in fodinam deſcendiſſet, ea cum ſtipatoribus corporis pro menſa uſus, dixiſſe fertur: Fridericus imperator potẽs & diues eſt, hodie tamen eiuſmodi menſam non habet. Altera quoq; inſignis maſſa ſuperioribus annis effoſſa fuit in ualle Ioachimica, ex fodina quæ Stella & Suicera dicitur, pondo decẽ talentorũ Atticorũ. Plures quoq; ſunt erutæ ex Aberthami Theodoro, pondo duorum aut unius talẽtorũ Atticorum. In ſaxorum itaq; canalibus, aut inueniuntur argenti puri maſſæ, itemq; maſſulæ à lapidibus, marmoribus, ſaxis ſecretæ, uel ipſis adherẽtes, aut tenuiſſimæ eius bracteæ eadem amplectuntur. Quin & argentum purum format natura in figuras, modo arborum, modo uirgularum, nunc uero capillorum, &c. Habet autem argẽtum proximum bonitatis locum ab auro, cui ſcilicet color eſt albus & talis natura, ut igni liqueſcat, fundiq; poſſit. Metalla ſi ad argentum in catinum coniecta fuerint, mutantur nonnihil, argentum uero ipſum remanet purum: attamen ubi diutius arſerit, ei aliquid igni deperit: ac deinde acria ipſum corrodunt, ergo uilius eſt auro, ſed durius eo. Et quo mollius fuerit, eo eſt prẽſtantius. Nam minus fragile eſt, atq; ideo laxius dilatatur malleo ictum: minus tamen auro dilatatur, minuſq; eſt eo ponderoſum. Et propter eam quã habet duriciam, ſiue percutiatur ſiue proiiciatur edit ſonitum, efficiunturq; ex eo eadem opera quæ ex auro, ſed numero plura.



Snebergum ex cellẽs fodina.

Menſa argentea.

Argẽtum poſt aurũ nobilius metallum.

De argento uiuo, Cap. X.

NVlla argenti uiui metalla ueteres ſcriptores literis mandarunt, ſed tria tãtum minĩ, ex cuius uena ſolebat confici. Primum fuit in Hiſpania, unde Romam afferebatur minium: alterum in regione Attica, tertium in Ionia ſupra Epheſum. Sed noua argenti uiui metalla hodie ſunt in Britannia apud Scotos, in Germania prima apud Landſperg in Vueſterich regione, id eſt, Auſtraſia, atque apud Creutznacum. Item in Germania magna, primo apud Schonbachum, quod oppidum ſitum eſt in montibus Suditis, qui Voitlandiam ſeparãt à Bohemia: deinde apud Beraunum ſupra Pragam metropolim Bohemiæ: à quo Berauno tertium non longè abeſt, Cameraua dictum, ſed hoc eſt uitioſum, quod ſit cum ferri uena permiſtum. Quartum nunc foditur apud Francos, iuxta locum Kunigſtein. Eſt autem argentum uiuum aſſimile in colore argento, ſed non conſtat ut ipſum, quum aquæ inſtar ſit liquidum fluatq;. Eſt autem duplex, purum & impurum. Purum inuenitur in metallis, impurum in minio. Purum in lacunis,

Vbi argentum uiuũ foditur.

Duplex argentum uiuum.

cum aquæ, quibus uenæ stillant, nimium madefecerint. Vnde idem siccatum, ad minij formam redit. Venæ autem siccæ non gignunt argentum uiuum. Cumque argẽtum uiuum natura sit liquidum, infusum in tabulam planam diffluit, nec tamen ut alij liquores eam humectat propter siccitatem quæ humorem temperat, & non sinit eam tabulæ adhærere.

Aurum mergitur in argento.

Amicum est autem auro. Nam cum cætera metalla ei innatent, aurũ in eo mergitur. Etenim in duobus argenti uiui talentis unum ferri talentum innatat, unus uero aureus denarius mergitur. Plumbi generibus argentum uiuum facile adhærescit, argento difficulter, æri difficilius, ferro difficillime. Dioscorides potũ lethale esse dicit, quod suo pondere interanea perrodat.

De ære, Cap. XI.

GRæcis est æs chalcos, quod purum non modo in proprijs uenis, sed etiã in argentarijs inuenitur. Quando uero cum substantia lapidis commistum inuenitur, opificio fornacũ fit purum. Eius tenuissimę bracteæ saxis adhærescunt, ac æs fossile plerumq; argenti quiddã in se continet. Suo autem modo rubet: qui color si fuerit ex uenis excoctus, præstantissimũ esse iudicatur.

Aes rubicundũ & fuscum.

Aliud autem æs rubet, ut in Carpato monte, quod Vngaricum uocãt, in Bohemia Cottenbergium, Nortuegium, &c. aliud fuscum est, sicut in Misna. Quod melius est, malleis etiam dilatatur, nõ funditur tantum, aliud funditur sed duci non potest, sicut est illud quod in ualle Leberia apud Seleſtadiũ effoditur. Inducitur quoq; ei artificio quodam aureus color, appellaturq; à Græcis orichalcon. Tinctum enim Cadmia fossili, abit in aureum colorem. Tingitur & magnete, mutaturq; in candidum colorem. Infestatur autem æs uitio, quod inde ęruginem uocant, maxime ubi acria liquefacta attigerit. Ars itaque mutans naturam, tingit æs. Nam cadmiam fossilem combibens fit orichalcum, idq; hac ratione. Fragmenta æris optimi & cadmiæ alterna in oblongas ollas imponũtur, quæ ipsæ sic ære & cadmia repletæ, in fornaces subtus ecauatas demittuntur, ignisq; accenditur, in quibusdam quasi cuniculis. Itaq; cum simul liquefacta fuerint, æs auri colore tinctum mutatur in orichalcum, quæ ratio orichalci conficiendi uulgaris est. Alij alio utuntur modo, adhibita tamen cadmia. Fit quoque æs albũ per adiectionem arsenici albi, halinitri, argenti uiui sublimati, fecis siccæ uini, &c.

Orichalcon mosch.

Cadmia calmei uulgo.

De ferro, Cap. XII.

FErrum inueniri purum, nusquam à ueteribus est scriptum, sed multum habet fecis: & quum excoquitur uena liquescit atque fundi potest: & cum postea detractis recremẽtis refrixit, omne quidem igne accenditur & mollescit, ut malleo tractari & in bracteas queat dilatari, sed amplius facile fundi nõ potest, nisi in eius generis fornaces rursus fuerit illatum. Quoddam est tenax, quod & optimum, ut est Suedicũ, Nordiuegium, & Noricum: quoddam mediocre, ut est Misnicum & Noricum cisdanubianum: tertium fragile & ærosum. Infestatur autem ferrum uitio quod ferruginem & rubiginem nominant, id in primis humore, maxime sanguine humano, contactum trahit. Verunta men tale uitium ei aquæ marinæ celerrime exterũt, & ab eodem uindicatur multis rebus ipsi illitis, ut minio, gypso, bitumine, pice liquida.

Ferrugo.

De mixturis metallorum, Cap. XIII.

MIscet natura interdum tria metalla inter se, ut aurum, argentum, æs: interdum quatuor, argentum, æs, plumbum candidum & cinereum. Quum quinta argenti portio additur ad aurum, ea mistura electrum nominatur. Est deinde alia mixtura, quam nouo uocabulo bombardariam appellant, ex qua cõflantur bombardæ magnæ, ubi æris uiginti libris additur una candidi plumbi siue stanni. Deinde alia fit temperatura, quando sedecim libris albi plumbi additur selibra plumbi cinerei ut sonitum possit reddere, ex qua tẽperatura efficiunt malleatę lances, patinę & orbes. In quarta tẽperatura duę plumbi nigri portiones sunt & albi tertia, qua ueteres solidarunt fistulas. Habent quoque aurifabri & monetarij certas mistu ras in argento cudendo, & plericq; hodie sic præuaricantur leges præscriptas, ut multi signati aurei & quædam monetæ sint damnati, quod minus habeant uel auri uel argenti quàm debeant.


Electrum mixtura metallorum.

Monetæ parũ habent argẽti.

Quibus

Quibus in locis Europæ olim fuerit effoſſum, & hodie fodiatur metallum. Cap. XIIII.

QVi Europæ regiones, è quibus multa metalla quondam fuerunt effoſſa conſiderant, primas tribuunt Hiſpaniæ, ſecundas Thraciæ, tertias Britanniæ, quartas Galliæ, (ſi ſcilicet ueteribus terminis definiatur, id eſt, ſi cum ea ſuperior Germania & inferior ciſrhenana iungatur, quæ habet Eufaliam, Hunorum præſidium, Lotharingiæ extremitates, quæ loca in hodiernum uſque diem ſuppeditant multum argenti, æris, plumbi & ferri) quintas Græciæ. At Plinius de Italia ſcribit, *Germania ciſrhenana.*



metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis ceſſit. Audio tamen ab hinc annos uiginti iuſſu Clementis Pontificis quoſdam Suacenſes rei metallicæ peritos ex Germania euocatos, qui aliquot Italiæ uenas foderent & excoquerent. Quod cum ab eis diligenter factum eſſet, dixerunt, uenas metallis non carere, ſed tanta uix habere, quanta impenſis pariter æqualiterqúe reſponderent, exqúe eis lucrum facere neminem poſſe. *Italia parũ habet argenti.*

Argentum in Hispania fodiunt nostro tempore Pompolonenses, in Gallia Nortmanni, Scoti ad Tuidam fluuium, Germani in pluribus locis, in Eusaliæ montibus, in Lebera ualle, confinio scilicet Lotharingiæ, in Valesia, in Saxonia, nempe apud Cellerfeld in monte Meliboco & finitimis locis, in Misnia, & uicina Bohemia, quæ cũ Misnia de argenti fertilitate certat, in Norico prope Schuuatz, in Carpato monte, in Suetia. Foditur quoque haud procul hinc à Basilea argẽtum in Nigra sylua in loco qui uocatur Dottnau, sicut & olim in eisdem montibus prope Friburgum frequentes fuerunt argenti fodinæ.

Argentum uiuum.

Argento uiuo in Bohemia fœcundum est Schonbachum situm ad Egram fluuium, & Beraunum. Copiam æris suppeditat Melibocus & Carpatus. Plumbi candidi siue stanni fertile est in Misnia Aldebergum & Iberstorffum, in Bohemia Schlacchefaldũ. Sed plumbi nigri mons Ramelus apud Goslariam, Lebera uallis apud Selestadium. Cinerei aũt plumbi Snebergum in Misnia. Ferrum innumeri loci dant. Aurum nostris temporibus repe-

Aurum ubi in Germania reperitur.


ritur Granphurdi in Britannia, item in Nortmandia, in Germania quoque, nempe Corbachi in Vuestphalia, & apud Chattos. Edera fluuius auri ramenta deportat, apud Francos Goldcranachi & Steinheidæ haud procul à Nurnberga. Apud Lygios quoque qui Bohemis sunt propinqui, riui sunt qui fluunt ad Goldeberg & Risegrund, qui celebrantur uenis auriferis. In Sibeburgijs Germanis siue septem castris, Carpati montis incolis, aurarium metallum est ad Schlottam oppidum & Aldebergum, è quibus locis interdum effoditur aurum purum magnitudine nucis auellanæ. In Norico etiam sunt duo auri metalla, Gasteinum & Rauriſium, atque ibidem Lisara fluuius auri ramenta defert. In Carpato monte est Neusola, ubi admodum celebre est æris metallum. Fructus quos rex ex eo capit annuo tempore, Fuggeri redimũt uiginti millibus nummis aureis Vngaricis: Item apud Cepusiũ, quod est pars Carpati montis, sunt tria æris metalla, nempe in Golniz, Rosetal & Smolniz, ubi atramentum sutorium (uitriolum) conficitur.

De machinis, quibus metallarij utuntur in fodinis, atque de spiritibus seu dæmonibus uersantibus in eis. Cap. XV.

QVicquid è uena & mõte excisum est, machina tractoria, quam duo in orbem torquent, & modulis extrahunt, ac deinde quod extraxerũt carris euehunt montẽq; monti imponunt, terrã è fodina egestam, in tumulum redigẽtes. Sunt deinde multæ & mirabiles machinæ à nostri æui hominibus inuentæ, quę ueteres machinas non parum artificio uincunt, aut multum ab eis differunt. Cottenbergi in Bohemia putei sunt plus quàm quingentas orgyas alti. Quidã planè sunt aridi, ubi tam multis machinis non est opus, & quidam adeò multum cõtinent aquæ, ut Thales Milesius hinc terram aquæ innatare probare posset, & ibi ingens & perpetuus sine ulla intermissione adhibendus est labor, ad exhauriendum aquam semper inundantem. Et hæc uni ca est causa cur tam uaria & mirabilia excogitata sint, & hucusq; excogitẽtur instrumenta & machinæ, quibus ex tanta puteorum profunditate, aquæ undique per subterraneos meatus affluentes hauriantur. Excisо autem atque extracto metallo, si uena fuerit pura, in capsulas conijcitur & pilis præferratis, quæ rota aquaria uersat, tunditur ac tenui cribro secernitur, quæ transmeat molitur, quæ non transmeat, rursus sub pila subijcitẽ & amplius teritur. Si cum lapidibus permista fuerit, primum malleis minuitur, lauatur in lacunulis, ac palis agitatur in alueo, cribraturq; Tot exantlantur labores quousque materia metallica per fornacem excoquatur cõfleturq; Venæ quæ per saxa montis in longũ extenduntur, meliores iudicantur, quę ab oriente in occidentem extenduntur per montis decliue, ita tamen ut dorsum montis uersus meridiem sit, decliue uero ipsius in septentrionem sensim inclinet, & quanto uena ab hac recesserit, tanto minus argẽti ferax esse solet. Habet etiam

Pendens & iacẽs quid in metallicis fodinis

quæq; uena suã pendentẽ & iacentem partẽ. Iacens est, in quã uena ueluti recũbit. Pendẽs uero quę uelut tegumentũ uenæ sursum incũbit. Itaq; uenę caput semper ex iacẽte ipsius iudicãdũ erit. Et ut animãtis corpo uenas quasdã habet magnas, à quib. uenulę deriuari solẽt, sic uenę metallicę suas etiã habẽt siue uenulas siue fibras appellare uelis, atq; eas diuersas. Sũt etiã uaria officia inter metallicos, sunt leges & decreta, imò respub. quædã ipsis est bene constituta. Compertũ est quoq; genus dæmonũ in nõnullis fodinis uersari, quorum quidã nihil dãni metallicis inferũt, sed in puteis uaganẽ, ac laboribus cũ nihil agant uidentur se



tur ſe exercere, nunc cauando uenam, nunc ingerendo in modulos id quod effoſſum eſt, nunc machinam uerſando tractoriam, nunc iritando operarios, idq; potiſſimum faciũt in his ſpecubus, è quibus multum argenti effoditur, uel magna eius inueniendi ſpes eſt. Alij uero noxij admodũ ſunt, ut ille qui ante aliquot annos Annebergi fodinam cui nomen, Corona roſacea eſt, adeò infeſtam habebat ut metallicos duodecim necarit, ac ea de re fodina, quantumuis argento diues eſſet, relicta fuit. Hæc omnia habeo ex doctiſſimo uiro ſummoq; philoſopho Georgio Agricola. Romani olim ad mortẽ damnatos, in huiuſmodi cryptas deſtinaſſent, quibus cacodæmones ſic illuſiſſent.

Dæmones in puteis metallicis.


De magnitudine terræ, Cap. XVI.

SImplicioribus uidebitur fortaſſe uanum quod hic ſcribo de magnitudine & mẽſuratione terræ, illis inquam qui deſtituuntur cognitione mathematices, at mihi ſatis eſt, apud doctos hæc inuenire fidem, imò certitudinem. Hi norunt terram eſſe globum magnum & rotundũ, imò oculi omnium uident cœlum habere formã ſphæricam, & cõſequenter omnia elemẽta ſub cœlis illam induiſſe figurã, tametſi differẽter. Cœli namq; & tria ſuperiora elemẽta proprie ſunt orbes, habẽtes ſcilicet utrãq; ſuperficiẽ, conuexã & concauã, cõtinentes q; cœlos inferiores & elementa illis ordinate ſubiecta. Terra uero nullũ aliud cõtinet corpus inferius, cũ nullũ ea ſit inferius, neq; ipſa ſit cõcaua, ſed eſt corpus ſphæricũ unica ſuperficie, nempe cõuexa, contentũ, plenũ ubiq; materia terræ, niſi quod paſſim ſpeluncæ & ſubterranei meatus in ea inueniunt, ſed quæ nullius ferè ſunt momenti ſi cõferantur ad totũ globũ terræ. Imò neq; infernus, qui in medio terræ eſſe dicitur, quũ ille pũctus ubiq; à cœlo remotiſſime abeſſe diffiniatur, cõparatione eius eſt quicq;. Eſt quidẽ magna cauerna, capax tot milliũ corporũ humanorũ damnatorũ, ſed quæ nihil eſt, ut diximus,

Terræ corpus ſphæricum.

Infernus in centro mundi.


ut diximus, collata ad terrã, etiãsi longitudine & latitudine atq; altitudine duo aut tria millia cõtineat Germanicorũ miliariorũ, sicut nec altissimi montes aut cauernæ illisione procellarũ maris in terra excauatę obstant, quo minus terra sit rotũda. Nã esto, montes quosdam erigi in cœlum duobus aut tribus miliaribus, & mare tantam q; excauasse spelunca in ipsa superficie terræ, quid hoc erit comparatione totius terræ, quæ in sua circumferentia habet miliaria Germanica 5400? Ab hoc circumferentiæ complexu ulterius colligitur, crassitiem seu diametrũ terræ habere 1718. miliaria Germanica & duas undecimas unius miliarij. Partire hũc numerũ in duo æqualia, & inuenies quot miliaria à superficie terræ supputentur usq; ad centrum eiusdem, nempe 859. Si pateret in terra hiatus aliquis trium aut 4. miliariorum uergens rectà uersus centrum, quis non obstupesceret ad uisam illam profunditatẽ? et quid esset profunditas illa ad octingentorum miliariorum profunditatem? Cupis ex his scire quãtum tẽporis tibi esset insumendum, si superficiem terræ & circulũ eius peragrare uelles, modo id propter occurrentes montes, inuias solitudines & profunda æquora possibile esset, ambulares q; quotidie 4. miliaria Germanica, quæ sunt mediocris dieta cursoris, diuides 5400 per quatuor, & in quotiente inuenies dies 1350 qui tibi opus essent ad absoluendũ pedestre iter per circuitũ terræ. Faciũt autem dies 1350 annos tres dies 260. At quoniã terra ab occasu ad ortum non multum ultra circuli medietatem est discooperta, à meridie uero aquilonem uersus uix tertia pars libera est ab aquis, impossibile est ut terram quis hac uel illa plaga circueat.



Circuitus terræ quantus.

Probatio magnitudinis terræ.

Cæterum in inquisitione magnitudinis terræ, nitimur hoc fundamẽto. Terra præcise tenet meditullium cœlorum & totius mundi, unde quando hic Basileæ noctu obseruo stellam aliquam in linea mediæ noctis eleuatam supra horizontem Basiliensem gradibus 30. & muto locum uersus septẽtrionem 60 miliaribus, obseruoq; ibi rursum priorẽ stellam quũ fuerit in linea mediæ noctis, inuenio illam eleuari supra horizontem 34 gradibus, unde colligo, uni gradui cœlesti in terris respõdere miliaria Germanica quindecim. Distribuitur autem circulus cœlestis in 360 gradus, qui multiplicati per 15. ostendunt circulum terræ complecti miliaria 5400. Habita autem circuli circumferentia, facile habetur per regulam geometricam diameter circuli.



De prima diuisione totius terræ in Europam, Africam & Asiam, Cap. XVII.

ANte multa tempora experti & docti uiri diuiserunt totã terram in tres portiones, tametsi inæquales. Vnam appellauerunt Europã, alterã Africam & tertiã Asiam. Ex his Europa minima habetur & Asia maxima. India annumeratur Asiæ. Europam & Asiam aiunt sortitas hæc nomina, à duabus mulieribus sic appellatis. Europam dicunt fuisse filiam regis Agenoris, quam Iupiter è Phœnicia forma bouis aut uituli raptam abduxit in Cretam. Asiam asserũt reginam fuisse Asiaticæ terræ & filiam Oceani atq; Thetis. Alijs aliud placet, nempe nomen illud deductũ ab Asio, qui filius fuit Manei & Lydi. Porrò Africa sortita est secundũ quosdam hoc uocabulum ab Afro, qui filius fuit


fuit Abrahæ ex Cetura & expugnauit Libyam, deuictísq; hostibus consedit ibi. Alij uero huius nominis aliam afferunt rationem, nempe quod ea regio sit sine frigore, ut sit α priuatiua litera, φρίκη uero horror frigoris. Sed non est disputandum de uocabulis quãdo de re ipsa constat. Iam itaq; ut terræ & partium eius dispositionem memoria teneas, intuere tabulam seu typum mũdi uniuersalem, & aduerte primò Europam ipsam in qua uersamur, quę ab Africa separat̃ per mare mediterraneũ, & ex parte quoq; ab Asia. Nam mare illud reflectitur in septentrionẽ, ubi alia & alia sortitur nomina, in extremitate scilicet aquilonari, Pontus dictus Euxinus, ubi et insignis ille fluuius Tanais in ipsum labitur, separatq; in plaga oriẽtis Asiã ab Europa. Hic tu ipse facile colligere potes, si Pontus Euxinus pertingeret usq; ad mare septentrionale, Europa iam insula esset, undiq; mari circũscripta. Deinde uides quoq; Europam reliquis partibus minorem esse, si spectes magnitudines triũ partium, at non est propterea illis inferior in omnium rerum affluentia, quum ob naturalem temperiem habeat excellentem fertilitatem, clementioriq; fruatur cœlo ad proferẽdum frumentum, uinum & arborum fructus. Nulla ferè habet deserta loca, ubiq; terra culturæ apta, omnia loca pulchris ciuitatibus, arcibus, oppidis & castellis decorata, hominesq; in hac terræ parte nati & educati, Africæ & Asiæ indigenis multo robustiores inueniuntur. In quot deinde priuatas regiones hęc Europa distribuat̃, infrà ostendã. Cæterũ quomodo Africa à reliquis partibus sequestreat̃, poteris quoq; in uniuersali mũdi typo deprehẽdere. Cingitur enim mari usq; ad orientalem plagã, ubi mare rubrum ipsam dispescit ab Asia.

Europa.

Europæ fertilitas.

Quid per circulos & lineas in regionum tabulis significetur, præsertim in tabula generalis descriptionis mundi: & primum explicabitur circulus meridianus, Cap. XVIII.

QVemadmodũ cœlũ per suos circulos maiores, obliquè uel rectè sese intersecantes, quorũ quidam trahuntur à polo in polum, ut sunt meridiani, alij uero ab occidente transeunt in orientem, diuiditur in 360 gradus, ita in terrę diuisione uti mur quoq; hac partitione, ob id potissimũ quod terra in centro mũdi collocari deprehẽsum sit, & neutrorsum inclinari inueniat̃. Per duos polos intelli ge in cœlo duo pũcta ex opposito collocata, in quibus cœlum singulis 24. horis semel reuoluitur. Et hic oportet te imaginari lineã, aut si mauis stilum aliquem ferreũ, qui transeat à polo in polum, & is utiq; pertrãsibit centrum terræ, & in superficie terræ suo ingressu & egressu denotabit duo puncta, quæ polis cœli rectè supponent̃, uocabunturq; poli terræ, unus est in septentrione & alius in austro. Per hos duos polos trahuntur multæ lineæ circulares, ut figura adiecta ostendit (habes & in typo mundi uniuersali huiusce modi figurationẽ) & hæ lineæ uocãtur meridiani, ob id quod omnes ciuitates & regiones quæ sub uno locãtur circulo meridiano, quãtumlibet latitudine distent, hoc est, una teneat situm in aquilone & alia in meridie, habent tamen simul & semel meridiem, habent etiam eadem hora eclipses, cõiunctiones & oppositiones luminariũ. Quod ut rectè intelligas, inspice generalẽ mundi typum & elige tibi certũ aliquem circulum meridianum, sit autem 30 aut 40 non refert, & eius tractum aduerte ab Europa per mare in Africã, & omnes quas uideris ei suppositas ciuitates, habebũt unum meridiem, hoc est, in eo temporis momento quãdo hic Basileæ est meridies, simul habebũt meridiem omnes aliæ ciuitates quæ sunt sub meridiano Basiliẽsi, etiãsi mille miliaribus distent à Basilea uersus meridiẽ aut septentrionẽ. Itaq; cũ Basilienses simul meridiẽ habent Argentinẽses, Spirenses, Monasteriẽses in Vuestphalia, Groningẽses in Frisia, si ieris ad aquilonẽ, sin meridiẽ respexeris, cõmunicabũt nobiscũ in meridie & media nocte incolæ Pedemõtis, Sardiniæ, Numidiæ & Africæ minoris. Quando autẽ duę ciuitates locant̃ sub duob. diuersis circulis meridianis, habitatores earũ nõ simul habẽt meridiẽ, sed unius meridies anticipat̃ & alterius tardior erit, iuxta q; circuli illi multũ à se dissident. Pro exẽplo intuere alterã generalem tabulã, quę est Ptolemaica, in qua Germaniã reperies sitã in Europa inter trigesimũ & quadragesimũ circulum meridianũ: at Syriam,



Poli mundi.

Axis.

Circuli meridiani.

Ciuitates lõgitudine differentes.

riam,in qua est terra sancta,haud procul à mari rubro inuenies inter 60 & 70 meridianũ. Hæ itaq; duę regiones nõ subijciunt uni circulo meridiano,sed intersunt tres circuli,quapropter Hierosolymitani multo citius habẽt meridiẽ quàm Germani, anteuertẽtes scilicet suo meridie nostrũ meridiẽ tribus horis. Nam quũ Ierosolymis est meridies,nobis qui habitamus iuxta tractũ Rheni sunt adhuc ferè tres horæ ad meridiem.Haud secus potest exemplum adduci de eclipsibus solis & lunæ, item de coniunctione & oppositione.Nam cum in regione nostra circa medium noctis cõtingit eclipsis aut luminarium oppositio, illa eclipsis uidetur Ierosolymis tribus horis post medium noctis. Illud enim momentum temporis quod apud nos repræsentat medium noctis, est in Syria seu Palęstina tertia ferè hora post medium noctis. Notabis quoq; hic,quod in duobus primis uniuersalibus tabulis singuli meridiani à se inuicem distant 10 gradibus,& 15 gradibus respondet una hora,sexaginta uero 4 horæ & sic consequenter. Et quoniam terra sancta distat ab interiori Germania circiter 40 gradus, facile tu ipse iudicare poteris, meridiem Ierosolymitanũ præcedere meridiem Germanorum duabus horis & dimidia atq; aliquot minutis. Si perrexeris ultra,usq; ad Indiam scilicet,& aduerteris meridianum 120 grad. deprehendes Indiam differre à Germania 6 horis,hoc est,quando Rhenenses habent meridiem, Callecutijs in India occidit sol. Nam iste duæ regiones dissident in longitudine 90 gradibus siue quarta parte circuli. Siquidem 15 inueniuntur sexies in 90. Si ultra in Orientem processeris usque ad 200 meridianum, deprehendes Indianos illius terræ distare à tractu Rheni 12 horis, atq; hic licebit uaria ratiocinari. Nam cum nobis incipit dies, illis desinit esse dies.Quando nobis est meridies,illis est nox media. Quando apud nos dies dominica mane illucescere incipit, illis iam transacta est ea dies. Cum nos interdiu uigilamus & labori operam damus,illi uicissim eodem tempore in tenebris dormiunt.Quum nobis sol mane oritur,occidit apud illos,& rursum quando nobis occidit,oritur illis,& uespera nostra est aurora illorũ. Item quando nobis apparet eclipsis lunaris illi nequeunt eam uidere, cum apud illos tũc dies sit, illa aũt eclipsis nõ uidetur nisi noctu. Contrariũ fit in eclipsi solari.

Longitudo regionũ in eclipsibus aduertenda.

Proiectio sphæræ in plano.


Notandũ præterea per tabulam typi uniuersalis repræsentari integrũ globum seu sphæram,sectam in medio atq; in plano sic descriptã,ut duo eius extremi circuli, orientalis scilicet iuxta quem uides signatũ numerũ 260. & occidentalis cuius signatura est 270 unus sint circulus, si mappa ipsa in globũ contorqueatur recurueturq;. Vnde si mihi esset proficiscẽdum ex Europa ad insulam Zipangri, quam uides locatam ad dextram paululum ultra meridianum 230. non oporteret me arripere uiam per Asiam ac Indiam, atq; deinde traijcere mare usque ad eam insulam,sed uersus occidentem propinquior mihi pateret uia ad eam. Traijciens enim mare Hispanicum siue oceanum occidentalem & perueniens ad extremum occidentalem meridianum, iam apprehendi orietalem meridianum,à quo adhuc supersunt 24 gradus usque ad insulam Zipangri, id quod facile intelliges, si mappulam consideres in globum redactã, figuramq; recepisse sphæricã. Idem intelligendum est de omnibus mappis uniuersalibus magnis & paruis, quæ scilicet integrum terræ complectuntur circulum

De *circulis parallelis.* Cap. XIX.

PRæter meridianos circulos sunt quoque in mappa uniuersali circuli trãsuersales, qui trahuntur ab occidente in orietem. Et licet in plano sint lineæ rectæ & in quibusdam typis uniuersalibus eædem curuentur, tamen si mappa in sphæram complicetur fient ex rectis lineæ circulares. Vocantur autem hi circuli paralleli, quod ubiq; æquidistent,nec unquam ut meridiani ad unum trahantur punctum. Inter ipsos aũt tres sunt precipui, qui magnæ sunt cõsiderationis in astronomia atq; cosmographia, nempe æquinoctialis,tropicus cãcri & tropicus capricorni. Aequinoctialis secat mundum in duo æqualia, uocaturq; ob id æquinoctialis, quod dies tunc noctibus adæquentur quãdo sol ipsum trãsit,quod bis fit in anno,nẽpe in æquinoctio uerno,& æquinoctio autumnali. Tropicus cancri siue æstiuus circulus propterea sic uocatur, quod sol propius ad septentrionem accedere nequeat, sed cum ad illum parallelum peruenerit habent omnes homines qui extra æquatorem uersus polum arcticum habitant, maximũ diem,estq; solstitium æstiuale. Porrò tropicus capricorni sic appellatur, quod sol illum hyemali tempore apprehendens,ultrà nõ declinat,sed cursum rursum uersus septentrionẽ uertit, estq; tũc dies in septentrionalibus regionibus breuissimus. Signantur præterea & alij duo insignes circuli,

Aequatoris officium.

Tropicus Capricorni.



culi,unus arcticus,alius antarcticus,qui deſcribuntur reuolutione polorum zodiaci,quam recipiũt à primo mobili.Hi huic inſtituto noſtro nihil inſeruiunt,et ob id miſſos eos facimus. At æquator, tropicus æſtiualis, & tropicus hyemalis in coſmographia magni ſunt momenti, atque ob id diligenter conſiderandi.Sol enim ſemper uerſatur inter duos tropicos, nec unquam latius euagatur uel ad meridiem uel ad ſeptentrionẽ, ſed illico ut unũ horũ circulorum apprehenderit, uertit ſe in oppoſitã plagam,unde fit, ut homines qui habitant ſub æquatore aut prope æquatorẽ,ſemper æſtatẽ habeant & nunquã hyemem, eſtq; regio eorum ualde calida,& exurit ſol hominum ſanguinẽ, ut perpetuo toto corpore nigreſcant,præſertim facies & manus ſolis ardoribus expoſitæ. Et licet ſol in media noſtra æſtate atq; in media hyeme diuertat ab eis 23 gradibus, eſt tamen illis adhuc propinquior quàm nobis ſit in ſumma æſtate. Vnde & ſpacium terræ inter utrũq; tropicum cõprehenſum,appellant zonam torridã,quod Mauri,Nigritæ, Troglodítæ & reliqui Aethiopes in terra illa habitantes torreri uideantur à nimio æſtu ſolis. Notandum præterea, illam ſolis euagationem, qua nunc in auſtrum nunc in ſeptẽtrionem perpetuo & regulari tenore flectitur & reflectitur, efficere, ut quum nos in ſeptentrionis plaga habemus æſtatem,homines qui habitant ultra tropicum capricorni habeant tunc hyemem, & contrà quum nos habemus hyemem illi habeant æſtatem, & ſicut nobis tropicus cancri eſt circulus æſtiuus,ita illis tropicus capricorni eſt circulus mediæ æſtatis. Eleuatur enim illis polus antarcticus ſupra horizontem,quemadmodum nobis in noſtra regione eleuatur polus arcticus, unde fit ut illi habeant horizontẽ diuerſiſſimum ab horizonte noſtro,& omnia contrario modo illis atq; nobis eueniant,quantũ attinet ad ſtellarum & luminarium in meridie eleuationem & effectuum conſecutionem. Sic enim deus ſua ineffabili ſapientia proſpicere uoluit omnibus mundi creaturis & partibus,ut omnes fruerentẽ luminariũ ſalutari aſpectu & effectu, id quod in ſphærica mũdi figura fieri nõ potuiſſet, niſi ſol atq; reliqui planetæ motũ ſuum per obliquos circulos nũc in auſtrũ,nunc in ſeptentrionem agitarent. Quod ſi ſol ſolum moueretur in plaga ſeptentrionis uel in plaga tantum meridiei,exureretur continuis eius ardoribus plaga illa in qua perpetuo ſol uerſaretur,oppoſita autem terræ pars marceſceret rigeſceretq; perpetuo frigore,& fieret inepta ad fructuum productionem,quod præueniens deus, omnia ſic moderauit per currentem & recurrentem ſolem,ut & ſeptentrionales & auſtrini haberẽt per uices calorẽ & frigus,in frigore terra & terræ naſcentia fruerentur quiete & in calore ad fructum ferendum urgerentur. Quum autem ſol mouetur à tropico ad tropicum, quotidie nouum deſcribit parallelum,eſtq; poſterior ſemper uel maior uel minor priori, & pendet ab eis dierum noctiumq; incrementa & decrementa,iuxta quod per circulum horizontalem in maiores uel minores inæqualitates ultra citraq; æquatorem illi paralleli ſecantur. Omnes etiã ciuitates quæ uni ſubiciuntur parallelo, habent perpetuo æquales dies & noctes,quum ſol in omnibus illis eandem ſuper horizontem habeat eleuationem. Pro exemplo poſſumus uſurpare ciuitatem Moguntinam ad Rhenum ſitam. Sicut enim illa habet maiorem æſtiuũ diem 16 horarum, atq; maiorem hyemalem 8 horarũ ſic omnia loca per quæ is tranſit parallelus,non differunt à Moguntia in dierũ atq; noctium longitudinibus, ut ſunt Treueris,Herbipolis, Bamberga,Cracouia,&c. quæ ferè cum Moguntia communicantes in quinquageſimo parallelo ab æquatore abſunt, ſi paralleli numerentur de gradu in gradum. Et hic numerus uocatur in Coſmographia latitudo regionũ, quæ ſemper eadem eſt cũ eleuatione polari, niſi quod poli altitudo numeratur in aquilone à ſuperficie horizontis ad ipſum polum,latitudo autem ſupputatur ab æquatore uſq; ad parallelũ qui tranſit

Torrida zona.

Simul et ſemel æſtas & hyems in mũdo.


Sol omnes mũdi partes luſtrat.

Ciuitates latitudine communicantes.

Latitudo regionis & eleuatio poli idem.

transit per punctum uerticalem, quem Arabica uoce appellant zenith. Et quemadmodum duo sunt poli, unus in septentrione, alius in austro, & quantum unus eleuatur tantum alter submergitur, ita duæ signantur latitudines regionum, una ab æquatore uersus septentrionem & altera ab æquatore uersus austrum. Qui uersantur in latitudine australi, ijs eminet polus australis, & deprimit polus borealis, contrariu fit in latitudine septentrionali, qua nos obtinemus. Porro qui habitat sub eode parallelo aut etia climate, uocatur Periœci, id est, circumcolæ, & hi Antœci esse nequeunt, etiasi in oppositis paralleli locis habitent. Soli habitatores æquatoris habere possunt Antœcos seu antipodes, si rationem habeas paralleli. Sin meridianos respicias circulos, nulla est habitatio in latitudine septentrionali, quæ no habeat Antœcos in latitudine australi, ubi scilicet terra est discoopta ab aquis. Sut enim Anti

Antœci.
Antipodes.



podes, qui nobis è diametro uestigia uertut. Periœci aut nostri no obuertut nobis è diametro uestigia, qu linea traducta no sit diameter sed chorda, circulu in duo secas inæqualia.

De longitudine dierum per omnes mundi regiones, Cap. XX.

VT in ſumma habeas longitudines dierum atq; uariationes eorundem ſecũdum alios & alios parallelos atq; maiores & minores arcus dierũ, ordinauimus hic tabellam, in qua uidere licet ſecundum diuerſas poli eleuationes mutationes & incrementa dierũ æſtiualiũ. Quanto enim plus mundi polus attollitur, tanto æquator & paralleli ab ipſo ad tropicum cãcri ducti (qui arcus ſunt dierum) obliquius horizontem interſecant, maioresq; arcus dierum ſupra hemiſphærium noſtrum relinquunt, quàm ſint arcus noctium ſub hemiſphærio demiſſi, ſole ſigna ſeptentrionalia percurrente. Contrarium euenire ſolet, ſole in oppoſita medietate uagãte. Qui habitant ſub æquatore, qui primus eſt parallelus, perpetuo habent diem æqualem noctibus. Quorum autẽ habitatio eſt ſub polo, hoc eſt, qui habent polũ pro zenith, ſi modo is locus habitari poteſt propter nimia frigora & perpetuas glacies, his eminet ſol ſupra hemiſphæriũ integris ſex menſibus, reliquis uero ſex menſibus deliteſcit ſub horizonte. Non tamen habẽt niſi tribus aut quatuor menſibus profundas tenebras, quũ ſol in libra & piſcibus conſtitutus, haud procul ab horizõte ſuperno abſiſtat, ſplendoremq; aliquem habitatoribus adminiſtret, haud ſecus q̃ nobis mane & ueſpere ante ortum & poſt occaſum parũ lucis ad dimidiã ferè horam impertiat, quam diluculum & crepuſculum in aſtrolabio uocant, ſignantes ſub horizõte lineam diſtantem ab ipſo horizonte 18 gradibus, quã cum ſol attigerit, nullum ſui ſplendoris ueſtigium amplius relinquit. Ab æquatore uerſus ſeptẽtrionem proficiſcendo, dies tarda ſuſcipiunt incrementa uſq; ad 50 latitudinis parallelũ, qui & quinquageſimus eſt gradus eleuationis poli, ubi maximus dies cõſtat 16 horis. Hinc uero ad modicã diſtantiam uerſus polum, dies ſenſibiliter augetur, quia extremus zodiaci parallelus, qui eſt tropicus cãcri, cõtinuo obliquius interſecat horizontem donec tandẽ ſua circũferentia contingat periferiam horizontis, ubi dies eſt 24 horarũ, idq; ſub eleuatione polari 66 graduum aut prope. Porrò inter parallelos qui ab æquatore uerſus polum a arcticũ numerãtur, quidam cæteris ſunt celebriores, per quos ueteres climatũ diſtinctiones ac ueluti limites eorũ fecerunt, interceptũ ſcilicet terræ ſpacium inter duos certos parallelos, clima uocantes, in quo porrectiſſimæ diei ab uno parallelo uſq; ad alium eſt dimidiæ horæ uariatio. *Diluculum & crepuſculum.* *Climata.*

12	45	Clima primum per Meroën	12	45
13	15	Clima ſecundum per Sienen	20	30
13	45	Clima tertium per Alexandriam	27	30
14	15	Clma quartum per Rhodum	33	40
14	45	Clima quintum per Romam	39	0
15	15	Clima ſextum per Boriſthenem	43	30
15	45	Clima ſeptimum per Ripheos montes	47	15
16	15		50	30
H	m		Grad.	m
Maximus dies			*Eleuatio poli*	

Latitudo regionũ ſeu paralelus habet diẽ maiorem

52	horarũ 16 & ſemis
54	horarum 17
56	horarũ 17 & ſemis
58	horarum 18
61	horarum 19
63	horarum 20
64	horarum 21
65	horarum 22
66	horarum 23
66 1/2	horarum 24
68	unius menſis
70	duorum menſium

In parallelo qui transit per 72. dies maior est trium mensium, sole scilicet à medio tauri ad medium leonis uagante. Crescunt itaq; dies paulatim donec ad polum perueniatur. Sub ipso quippe medietas sphæræ mũdi semper super horizontẽ relinquitur, & æquinoctialis cum horizonte cõcordat, & polus ipse est loco zenith. Posuimus etiam hic figurã arcuũ dierum & noctium, uerificatam ad eleuationẽ poli borealis grad. 50 ubi quilibet integer parallelus cõplectitur 24 horas diei & noctis, sed linea horizontalis abscindit portiones noctiũ à diebus, & quantum diei accedit tantum à nocte tollitur & contrà, solus æquinoctialis in duas æquas secatur partes. Hic facile imaginari poteris, imò oculis ipsis uidere, quomodo ad eleuationem poli totus zodiacus seu cõprehensio parallelorũ, quos axis polorum ad angulos rectos secat, à parte horizontis recipit incrementa & decremẽta, attolliturq; à parte dierum æstiualium, crescentibus continuo diebus & decrescentibus noctibus, à latere autem dierũ hyemalium omnia cõtrario fiunt ordine. Finge deinde axim eleuari ad 90 usq; gradum, aut si mauis describe zodiacum, cuius æquator iaceat in linea horizontis, & uidebis solem uagari supra horizontẽ per sex signa borealia, hoc est, medio anno, & quum in libra se abdiderit sub horizonte, adhuc aliquamdiu radij eius nonnihil illustrabunt superiora, nisi quantum aẽris grossicies & nebulositas interturbat.

Summa compendiaria primi libri Cosmographici Ptolemæi, Cap. XXI.

QVum uolumen istud aliquo modo imitetur Ptolemaicã Cosmographiã, operæpreciũ facturus sum, si in hoc primo lib. mentionẽ quoq; fecero primi libri Ptolemaici & rudioribus ostendam, quid ille in eo tractet libro. Et quidem librum illum primum distinguit in 24 capita. In primo capite ponit differentiam quæ est inter Geographiã & Chorographiã. Geographia enim ostẽdit unam & continuam terram cognitam, quemadmodũ se habeat natura & positione, uersaturq; solũ in deprehensibilioribus descriptionibus, ueluti sinuũ, ciuitatum magnarum, gentium & fluuiorum, nec nõ circa ea, quæ secundũ speciem uniuscuiusq; sunt insigniora. At Chorographia resecat loca p̃ partes, seorsumq; singula, & unũquodq; iuxta se constituit, ac fermè omnia, etiam minutissima describit, ueluti portus, uicos, populos, necnon à primoribus fluminibus diuertigia & his similia. Hanc differẽtiam exprimit exemplo & comparatione artis pictorũ, qui in figurandis corporum imaginibus, maiora membra primum lineis suis explicant, uelut caput, brachia, manus, pectus, uentrem, coxas, crura, pedes. Deinde minutiora mẽbra illis maioribus cõtenta, uelut oculũ, nasum, os, &c. suis lineamẽtis & aptis coloribus repręsentant. Sic etiam Geographia maiora loca, uelut celebriores ciuitates, integras prouincias & maiora flumina descriptione repræ-

Geographia.

Chorographia



Geographus imitatur pictorem

ne repræſentat. Chorographia uero minima quædam loca, uelut uillas, arces, portus, riuulos, prata, ſaltus, &c. quàm ſimilius poteſt accommodatis coloribus explicare molitur.


In ſecundo capite oſtendit quæ ſint neceſſaria ad geographiã. Potiſſimũ autem antecedens eſt hiſtoria itineraria & literarũ monumenta, ab illis quidem tradita, qui plurima loca in terra mariq; certis longitudinũ latitudinumq; differentijs obſeruauerũt. Sine luſtratione enim & regionũ inſpectione, nemo poteſt rectè aliquam deſcribere prouinciam. Neceſſe eſt q; ipſe uiderim regionẽ aliquã quã deſcribere inſtitui, aut ſequar alterius ſcripta qui eam luſtrauit. Sunt autem potiſſimum duo obſeruãda in regionibus, latitudo ſcilicet & longitudo. Longitudo attenditr ab occidente ad orientẽ, & latitudo ab auſtro uerſus ſeptentrionem. Duæ ciuitates unam habent longitudinẽ, quando unũ habent meridiem, quum ſcilicet una ad auſtrũ & alia rectè uerſus ſeptentrionẽ eſt ſita, ut ſunt Baſilea & Argentina, Cõſtantia & Stuckgardia. Iſta longitudo poteſt deprehendi per magnetinũ inſtrumentum, quãdo ab uno loco ad aliũ uideri poteſt, aut certum indiciũ alterius abſentis loci haberi poteſt, quale eſt fumus interdiu aut ignis per noctem. Certius tamen argumentum colligitur ex cœlo, præſertim ex luminariũ eclipſibus, id quod in terris mõtoſis ſumme neceſſariũ eſt, & quãdo duo loca magno interuallo à ſe longitudine diſſident. Cæterũ duo loca in latitudine cõcordant, quãdo ſub uno & eodem locãtur parallelo, unaq; in occidentali & alia in orientali plaga ſita deprehenditur, quales ſunt Baſilea & Monacũ, Moguntia & Bamberga, Colonia Agrippina & Vratiſlauia. Latitudo facile omni die, quando cœlum eſt ſerenũ, inueſtigari poteſt, ex eleuatione ſcilicet polari. Porrò quo pacto poli eleuatio per radios ſolis deprehẽdatur in unoquoq; loco, paucis hic indicari nõ poteſt. Oportet habere ad certũ diem gradũ ſolis atq; declinationẽ eius ab æquatore, & tertio eleuationem eius in meridie ſupra horizontẽ, & eleuationi eius addere declinationem ſi ſol fuerit in ſignis auſtralibus, & proueniet eleuatio æquatoris, quã ſubtrahe à 90 gradibus, & quod reſiduũ manſerit indicabit tibi poli altitudinẽ. Sin ſol fuerit in ſignis borealibus, auferenda erit declinatio ſolis ab eleuatione meridionali, & relinquet æquatoris ſupra horizontem altitudo, quæ cõſequenter pandit poli eleuationẽ. Solis uero locum & eius declinationem inuenies in Ephemeridibus & aliꝭ tabulis planetarũ. Sũt qui noctu ex obſeruatione ſtellæ polaris altitudinẽ poli quoq; uenantur. In tabulis Ptolemaicis & quibuſdã nouis tabulis ſignãtur ad dexterã & ſiniſtram latitudines locorum. Vnde cum huiuſmodi tabula tibi offert & cupis ex ea ſcire, quæ ciuitates habeãt eandẽ latitudinẽ, trahes filũ per tranſuerſum tabulæ per duos numeros eiuſdẽ denominationis, & per quæ loca filũ tranſierit, ea omnia unam habebunt latitudinẽ, ſeu poli eleuationẽ. Longitudo regionũ & ciuitatũ haud alia ratione quæritr in tabulis Ptolemaicis, niſi quod filum à ſuperiori tabulæ numero trahitr ad numerũ ſimilem in baſi ſignatũ, & quotquot loca priuata in eius lineã incident, tot eandem habebunt longitudinem, unum meridiem, eodemq; temporis & horarum momento habebunt oppoſitiones & cõiunctiones. Noſtro æuo quãdo homines non tam ſtudioſi ſunt rerũ mathematicarum, & nobiliſſima aſtronomiæ diſciplina à pleriſq; negligitr, adinuentũ eſt inſtrumẽtum illud magnetinũ, quod uulgo Cõpaſſum uocant, quo uiatores & nautę paſſim in itineribus & nauigationibus utũtur, dirigunt q; greſſum ſuũ ad mobilis linguæ, magnetis uirtute inauguratæ, directionẽ, quæ ſine notabili errore lineã oſtendit meridianã. Hac inuenta linea, facile habetr linea matutina ſeu ueſpertina, quę ad angulos rectos interſecat lineã meridianã. Poteſt aũt mediante Cõpaſſo primũ inueſtigari locus incognitus, regio aliqua, aut inſula, deinde per idem inſtrumẽtum facile quis deduci poteſt ad locum cuius iter ignorat,

Longitudo regionis.

Latitudo regionum.

Eleuatio poli.


Magnetis uirtus & utilitas in uiatorio.



& tertio per ipsum licet deprehẽdere interuallum duarũ aut trium ciuitatum, quæ nõ sub eadem locãtur linea meridiana. Et ut cõmodior eius sit usus in hoc negocio, necesse est ut circulo alicui includat̃, cui adaptata sit regula mobilis, et circulus ipse in certos aliquos distribuatur gradus. Mihi placet forma ista hic signata, & qua hucusq; in obseruãdis locis & regionibus sum usus. Parato autẽ in hunc modum instrumento, si arripuisti ad locum aliquẽ iter, cuius situs tibi est incognitus, & nescis quæ uia te illuc ducat, ages hoc modo. Interroga aliquẽ, qui situm loci, quẽ adire cupis, nouit, & ad demonstrationẽ eius siste uiatorium tuum, ut scilicet primũ lingua mobilis rectè statuat̃ super immobilẽ perinde ac si horam solis deprehendere uelles, & instrumentum in hoc situ immotum teneatur, donec regula mobilis uersus locum, quem accedere cõtendis, pręcise uoluatur & ceu digito illũ demonstret. Quo facto, uidebis num tibi eundũ sit ad septẽtrionem, ad orientẽ uel occidentem aut meridiem, aut gradu aliquo intermedio inter septẽtrionem & orientem, uel inter orientem & meridiẽ, &c. Obseruabis ergo plagã in quã regula cadit & gradum quem abscindit. Illa enim linea directrix erit itineris tui. Quare si te cõtingat in cãpo aut sylua aberrare à uia tua, nec habes quempiã qui tibi uiã ostendat, age, profer instrumẽtum tuum et statue ipsum in eo situ quem suprà habuit, dum loci petendi lineam repræsentauit, & indicabit tibi regula ipsa ueluti digito uiã tuam quã ambules, & qua ducaris ad locum institutum. Quod si locus ille quem adire constituisti, plurimũ distaret à loco tuo unde discedis, puta cõtendis proficisci à Basilea ad Monacum, quod circiter 40 miliaribus Germanicis distat à Basilea, necesse est ut uiatoriũ tuum dirigas ad propinquiores intermedias ciuitates, primum scilicet ad Schafhusiã aut Cõstantiam, quarum situs Basilienſibus satis notus est, ac deinde à Constantia uersus Rauenspurgum lineam rectã explores, à Rauenspurgo uersus Memmingam, atq; hinc uersus Augustam, & ab Augusta uersus Monacum. Hoc experimento utũtur hodie celebriores nautæ in mari. Quin & metallorum scrutatores in uisceribus terræ delitescentes, qui cryptas & subterraneos meatus & cuniculos procul in montes deducunt, nihil agere possunt sine hoc instrumẽto, sed laborãt in abdita loca secundum horas. Sic enim illi loquunt̃, ubi plagã exprimere uolunt. Notabis etiam hic, quum secundũ tabulas regionum proficisci uolueris ab uno loco ad alium, id quod facilime fieri potest, tali utaris cautela. Para in bapyro semicirculum aliquem & distribue eum in bis 36 portiones, ut hic uides figuram tibi præscriptã, atq; pręscinde ipsum diligẽter in circũferentia. Quo facto, adapta centrum eius loco tuæ ciuitatis unde egredi contendis, & semidiametrum pone in lineam meridiei. Trahe etiam filum ex centro ad illam ciuitatem, quam uis adire, & aduerte quã plagã & quod segmentum pertrãseat filum, eritq; tibi loco certissimi demonstratoris. Nam iuxta situ illum ordinabis uiatorium tuum, quoties, te in itinere errare contigerit. Requiris fortasse exẽplum, quod huiusmodi propono. Est tibi animus proficiscendi à Basilea ad Nurnbergam. Hic tibi in manus recipienda est tabula Sueuiæ & Bauariæ, quam infrà inter nouas tabulas reperies, & in qua Basileam inuenies signatam ad dexteram iuxta Rhenum, Nurnbergam uero in medio tabulæ iuxa fluuiũ Pegnitz locatam conspicies. Pone itaq; centrum semicirculi delineati in membranula in notula ciuitatis Basiliẽsis & semidiametro aptata ad lineam meridianam, trahe filum aut lineam ex cẽtro ad notulam ciuitatis Nurnbergẽsis, & uidebis lineam cadere in quartam quam intercipiunt lineæ septẽtrionalis & orientalis, uidebis etiam abscindi in eadem quarta gradus seu portiones 19 ad quarũ directionem te oportet usurpare uiatorium, nisi quantum ob inuios occurrentes montes & ualles, flumina & paludes interdum oportet à recta deflectere linea.


Ne quis multũ erret in itinere.

Secundũ tabulas ire per terras.



Deprehendere interualla trium diſtinctorum locorum. Cap. XXII.


DIxi ſuprà per uiatoriũ Cõpaſſi poſſe deprehendi ſubtili ratione interuallum triũ ciuitatum differentiũ longitudine & latitudine, idq; hoc modo. Quum tres ciuitates talem obtinent ſitum, ut in una recta linea non inueniant, poſſunt facile in triangulum cogi æquilaterũ uel nõ æquilaterum. Cognito autẽ trianguli uno latere, poſſunt ex eo & alia duo latera facile cognoſci. Vt exempli gratia, ſi ſciuero quot pedes habet latus trianguli A B, poſſum inde colligere quot pedes habeat latus A C & latus B C, præſertim ſi hũc triangulum applicauero terræ, puta, ſum in aliqua ciuitate et uideo duo alia diſtincta loca, nõ difficile erit ſcire diſtãtiam quę eſt inter locum meum & illa duo loca, atq; diſtantiã qua illa duo loca inter ſe diſſident, ut, oculus meus eſt in angulo C & uideo angulum A atq; angulum B, & cupio ſcire quãtum à me diſtet A & quantum B. itemq; quantũ A diſtet ab angulo B. Hoc inueſtigabo tali ingenio. Accepto priori uiatorio, cõtemplor ex meæ obſeruationis loco duo illa loca à me aliquot miliarib. diſtãtia, aut ſaltẽ obſeruo ſitum illorum iuſtum, ſi interpoſita ſylua aut montes aſpectũ meum impediũt quo minus ad illa loca feratur, & aduerto in quam plagam linea cadat & quem abſcindat gradũ. Quo facto, inueni duas lineas cõcurrentes in angulum unum, quas diligẽter transferam in bapyrum aut aliã ſuperficiem planam, donec tertiam lineã inuenero, triangulum claudentem. Cõcurſus harum duarũ linearum eſt locus meæ obſeruationis, alia autẽ duo loca ſunt ſignanda in duabus extenſis lineis, ſed ubi, nõdum eſt deprehenſum. Et ne hæreas in hoc, quomodo duas deprehenſas lineas trãsferas in planũ aliquod, in quo diſcribẽdus eſt triangulus, indicabo obiter quo modo id perficias. Accipe cartam aliquã & trahe per medium eius lineam rectã uice meridianæ lineæ, atq; in mediũ lineæ fac punctum C. Supra C ſcribe meridies, & infra, ſeptentrio. Deindè applica cẽtro C ſemicirculum cartaceum, quẽ ſuprà te iuſſimus parare pro itinere cognoſcendo ex tabulis, & iuxta duas obſeruationes iam factas ſigna in hoc plano duas lineas in centro C ſeſe cõtingentes, quẽ contactum diximus eſſe notulã tuę ciuitatis in qua duas feciſti obſeruationes. Quo facto, procedes ad tertiæ lineæ inuentionẽ, qui omniũ trium locorũ pandet interualla. At illam inuenire non poteris, niſi te transferas à tuo loco ad unum duorũ memoratorum locorũ, metiariſq; unũ trianguli latus, hoc uel iſtud, nõ refert, quot ſcilicet horis uel diebus, pedes aut eques, iter illud cõfeceris. Si habes certas horas, ſigna illas per circinum in linea tuæ ambulationis, diſtendendo ſcilicet circinũ ad latum digitum & imprimendo notulas in linea, incipiendo à cẽtro C, & ubi deſinit numerus horarũ in linea, ibi erit ſitus alterius loci, cuius à tuo loco diſtantiã dimẽſus es. Poteris etiam lineæ inſerere numerũ miliariorũ atq; notas imprimere. Signabis aũt huius ſecundi loci ſitũ litera A. Inuento itaq; hoc trianguli latere, alia duo latera ſine ulteriori pedeſtri profectione hoc modo inuenies. Obſerua per uiatoriũ in ſecundo loco tertiũ locum, & aduerte diligenter lineã uiſualem in quã mundi plagã illa cadat, & quot abſcindat gradus, & trãsfer illam in planum in quo duę trianguli lineæ iam ſunt deſcriptæ, ponendo ſcilicet ſemicirculi cẽtrum in notulã ſecundi loci A, ubi hanc ſecundam feciſti obſeruationẽ, & trahendo hinc lineã quæ alteram ſecet lineã, atq; oſtendat in ea ſitum tertij loci, notula B ſignandũ. Et cum hanc lineam triangulo inſcribere uolueris, oportet te in pũcto A ſignare lineam meridianã, cui applices ſemicirculum, ut ſuprà te quoq; in prima actione monuimus. Inuẽtis itaq; & ſignatis tribus lineis, facile poteris alia duo latera metiri, diuidendo ſcilicet duas illas lineas ſecundum ſectiones primę lineæ, hoc eſt, ſecundũ intercapedinẽ horarum uel miliariorũ primæ lineæ in his lineis replicabis circinum, notulaſq; imprimes ſecũdum quas horarum aut miliariorũ accipias numeros. Sed adiecto exẽplo res ipſa dilucidior erit. Ago hic Baſileæ & cupio ſcire quot miliaribus hęc urbs diſtet ab oppido Sunggoiæ Danno, & item ab imperiali oppido Offenburgo, & tertio quantũ diſtet Dãnum ab Offenburgo. Poteſt autẽ hic Baſileæ cum cœlum ſerenũ eſt Dannum uideri, aut mons ipſe ad cuius radices oppidum ipſum locat. Offenburgũ uero uideri nequit, ſed ſitus eius demonſtrari poteſt. Inſtituo itaq; uiatoriũ, & inuenio regulam



Trianguli utilitas.

Exemplũ menſurationis.

Cosmographiæ uni-




Dannū repręsentantē, in quarta quā terminat lineę occidentalis atq; orientalis, in 22. gradu. Offenburgū uero aut situm eius deprehēdo in quarta septētrionis & oriētis in 4 gradu. Has duas uisuales lineas trāsfero in planū aliquod mediāte linea meridiana, stabūtq; ut adiecta figura ostendit. Et quoniā nulla horū locorū distātia mihi est cognita (sic enim exempli gratia fingo me nescire) proficiscor à Basilea ad Dannū & deprehendo interuallum illud esse quinq; miliariorū. Hæc miliaria signo in linea transeunte à Basilea ad Dannū per circinū expansum ad trāsuersum digitū, & quinquies hac intercapedine replicatū in linea. Rursum Dāni obseruo situm Offenburgi, & inuenio regulam cadētem in quartam septentrionis & orientis abscindentemq; 14 gradus. Hac linea inuenta, atq; designata linea meridiana in notula Dannū repręsentāte, quæ parallela sit cum meridiana Basilienſi, transfero inuentā lineā mediāte semicirculo, meridiei Dannico applicato, ad alias duas lineas, & constituet mihi triangulū A B C. In C erit Basilea, in A Dannum & in B Offenburgum. Accepta deinde cum circino intercapedine unius miliarij de linea trāseunte à Basilea ad Dannū, repeto illā quoties potero in linea transeūte à Basilea ad Offenburgum, & item in linea transeunte à Dāno ad Offenburgum, & inuenio quot miliarijs Offenburgum distet à Basilea, nempe 12, & item quot Dannū dissideat ab Offenburgo, scilicet 11, nec cogor pedibus metiri iter à Danno ad Offenburgum, neq; à Basilea ad Offenburgum.

Eadem ferè ratione & per idem instrumentū licebit metiri spacium quodcūq;, centum aut ducentorum aut trecentorū, &c. pedum: Puta uis scire latitudinem alicuius fluminis aut lacus aut aliam distantiā in plano, aut uis proijcere globum ex tormēto ad metam certam, cuius tamen spacij longitudo tibi incognita est, &c. Huiusmodi spacij interuallū hoc modo inuestigabis. Pinge in tabula aut in papyro aut alio plano circulum aliquē magnum, cuius semidiameter habeat palmū maiorē aut pedem, circulum autē ipsum diuides in tot sectiones quot habet instrumentū superius, quod uiatorium appellauimus. Deputabis præterea unā diametrorum lineæ meridianæ, altera uero trāsuersaliter ducta, orientem & occidentē repræsentabit. Hoc facto, procedes in tua operatione tali modo. Statue uiatorium ipsum iuxta Cōpassi naturalem situm, perinde ac si uelles diei obseruare horam, & in ea statione moue regulam ad illum locū, cuius inter te & illum distantiā scire cupis, et aduerte in quam quartā cadat atq; quot gradus abscindat, siue quot punctis distet à linea meridiei uel à linea medię noctis, & eam lineam pręcise cum sua declinatione trāsferas in circulum seorsum in bapyro factum, trahendo scilicet eam ex centro circuli per eam quartam & sectionē in qua eam deprehendisti in instrumento ipso. Deinde quiescente instrumēto in priori situ, moue regulam ad latus dextrum uel sinistrum, quod cōmodius fuerit, (nō refert) ad certū aliquod signū, quod pedibus tuis adire potes, quodq; pedibus, aut passibus aliquot distat à prima statione, & uide in quam quartā & sectionē regula ipsa cadat, eamq; lineam trāsfer ut prius in bapyreum circulum, obseruata diligenter mūdi plaga, ut


magnes

magnes ipſe oſtenderit: & hæc exẽpli gratia uocabit̃ línea ſecunda ſeu tranſuerſa. Quo facto, metire pedib. aut paſſibus hanc ſecundã obſeruationẽ, à ueſtigio ſcilicet ſtationis primę uſq; ad ſtationẽ ſecundã, & quot pedes aut paſſus inueneris inter has duas metas, in tot ſectiones diuides lineã ſecundã trãſuerſaliter in bapyro ductã, puta ſi interceptũ ſpacium habuerit 60 paſſus, facies in línea laterali cum circino tot æquales ſectiones, hoc eſt, diuides lineã è cẽtro circuli ad eius circũferentiã eductã in tot portiones, aut ſi patit̃ cartæ magnitudo, potes diſtributionẽ extendere ultra deſcriptũ circulũ, modo portiones ſint æquales. Opus autẽ eſt duplici ſtatione, quía unica ſtatione difficile eſt metiri longitudinem alíquã, ſecus de altitudine metienda. Signatis itaq; duabus líneis, reſtat tertia indaganda, quę cum priorib. duabus cõſtituat triangulũ. Per triangulum enim fiunt omnes dimenſiones. *Omnes dimenſiones per triangulum.*

Ages autẽ ſic. Obſerua cũ uiatorio in ſecũda ſtatione locũ illũ, cuius diſtantiã ſcire cupis, eo modo ſicut ſuprà iuſſus es obſeruare, & lineã per regulã deprehenſam transfer in cartaceum circulũ, eritq; pũctus ſecundæ ſtationis in bapyro ſignatus, centrum ſeu initiũ huius tertiæ líneæ, unde ſcilicet ea uerſus locũ à te diſtantẽ & metiendũ ſecundũ uiatorij obſeruationẽ educta, cum prima claudat triangulũ, oſtendatq; ſua interſectione in prima línea uerum interuallũ, ꝙd eſt inter primã ſtationem & locũ è remotis obſeruatum. Nam ſectiones in ſecũda línea à prima ſtatione ad ſecundã factę, ſi transferanẽ & repetanẽ in prima línea, quoties in ea repeti poſſunt, indicabũt quot pedibus aut paſſib. res uiſa, & à longe obſeruata, à te diſtet. Sed figura hic adiecta omnia tibi reddet clariora. Nec multum abeſt hęc ratio menſurãdi longitudinẽ in plano ab ea qua res altas dupli ci metimur ſtatione. Q d'ſi hic modo tibi difficilior eſſe uideẽ, quàm ut eius aſſeq̃ris practicam, age præſcribã tibi eundem modũ faci liori uia, tantũ uide ut inſtrumẽtũ aptũ facias ſecundũ formam quã infra uides expreſſam.



Vis ſcire quantũ turris aliqua aut caſtrum, aut res alia à te diſtet, aut quãta ſit latitudo alicuius præterfluentis aquæ, operaberis ſic. Pone inſtrumentũ ſuper lapidem aliquẽ aut ſuper lignũ & moue ipſum quouſq; per pinnulas B A uideris rem, cuius diſtantiam uis inueſtigare, & manente inſtrumento in eo ſitu, reſpicies ad dexrã uel ad ſinſtram, & deliges tibi ſignum aliquod, quod cõmodè adire poſſis, quodq; à te aliquod paſſibus diſtet, triginta ſcilicet aut quadraginta aut pluribus, non refert, & uerſus illud ſignũ diriges regulam B C donec per foramen pinnulæ B & aciem erectam in C uideas ſignum illud. Aduertes etiã in quã quartã circuli hæc regula cadat, & quẽ quartæ gradũ abſcindat, quia oportet in ſecũda ſtatione hãc regulã illũ ꝙq; habere ſitũ. Et anteq; moueas inſtrumẽtum è loco ſuo, pones ſuper ipſum Cõpaſſum, latus ſcilicet eius meridianũ applicãdo lineę inſtrumenti A B, & uidebis quam horã aut aliud punctũ inter horarũ diuiſiones tãgat Cõpaſſi lingua mobilis, aut ſi ſplendet ſol, uide quam horã tangat gnomonis umbra, & punctum illud diligẽter ſeruabis, quía oportet te inſtrumentũ in hoc ſitu rurſum in obſeruatorio laterali ſigno (ubi ſecunda erit ſtatio) ponere, id q̃ citra Cõpaſſi inſtructionem facere non *Vſus inſtrumenti.*




potes. Hac prima statione expedita transibis ad obseruatum laterale signum, ubi secũda erit statio, & intereundum numerabis per pedes uel p passus spacium interceptũ, et signa bis diligenter numerũ pedum uel passuũ. Vbi autẽ peruenieris ad signum à te in prima stationeobseruatum, pones instrumẽtũ super re aliqua eleuata ẽ terra, applicatoq; cõpasso statues cõpassum in eo situ quẽ habuit in prima statione. Nec posthac indigebis amplius officio cõpassi. Figes etiã regulã B C in eo situ quẽ habuit in prima statione. Quo facto, moue regulã D A super regula B C donec per pinnulas eius uideas remillã cuius distantiã q̃ris, & obserua quot pũcta abscindant in regula B C p regulã D A, & itẽ q̃t puncta abscindant in regula D A per regulã B C & habebis triãgulũ, habebis q̃q; triũ linearũ per æqualia pũcta diuisionẽ. Deinde operaberis per regulã de tri in hunc modũ. Pone primo puncta regulę B C, deinde numerũ pedũ uel passuũ à statione prima usq; ad secundã quã supra te iussimus seruare, tertio numerũ lineę A B qui semper est 24. & duc secundũ in tertiũ productũq; diuide per primũ, & habebis pedes uel passus à statione prima usq; ad rem uisam. Quod si distantiã q̃q; illã, quæ est à statiõe secũda ad rem uisam, habere cupis, pone numerũ pũctorũ regulę D A, quæ abscindit regula B C tertio loco & operare ut prius. Exemplum. Ego mẽsurauí hic Basileę iuxta tẽplũ maius latitudinem Rheni, à peribolo palatij usq; ad antemurale minoris Basileæ, q̃d alluit Rhenus quãdo intumescit et inueni pedes 609. q̃ sunt latitudo Rheni pleni iuxta tẽplũ Basilieñ. maius, nisi q̃ à pibolo palatij usq; ad littus Rheni sunt circiter 40 pedes, q̃ à 609 subducti relinquũt uerũ alueũ, nẽpe 569 pedes.

Exemplum latitudinis Rheni.

Forma alia secundum quam longitudo in plano mensuratur, Cap. XXIII.

OPus est in planiciei mẽsuratione duplici statione, in re autẽ alta duntaxat unica, ubi saltẽ satis spacij fuerit: cuius ratio est, q̃ res eleuata habet cathecũ realẽ & hypothenusam imaginariã, triangulus aũt in plano iacẽs, habet omnes tres lineas imaginarias, nisi murus aliquis aut pons uel alia res humilis, cuius lõgitudinem metiri uelles, catheci uicem teneret, tunc enim accessus pateret in basi ad cathecũ ipsum. Itẽ in rebus erectis quęrimꝰ p basim cathecũ, q̃ una est quadrati costa, in plano aũt primò signamus cathecũ imaginariũ, ac deinde per basim à catheco recedẽtes signamꝰ hypothenusam, quæ est quadrati diameter, quã demõstrat numeri quadrati radix, tracta ex summa numerorũ basis in se multiplicatæ atq; catheci in se ducti & simul aggregatorũ, hoc est ex triãguli rectãguli duab. lineis orthogonaliter sese tangẽtibus & in se ductis atq; simul aggregatis


gregatis extracta. Eſt enim omnis triangulus rectangulus, quadrati medietas, diametro clauſa. Poteris poinde in longitudine metienda uti ſcala altimetra in hũc modũ. Aduer te per pinnulas in catheco ſignatas rem ipſam cuius à te diſtãs interuallũ noſſe cupis, & ſigna lineã ipſam Cõpaſſo, in quã ſcilicet plagã illa uergat, & nota locũ ſtationis tuę. Dein de diſcede ab hac ſtatione tua prima per iter rectangulũ ad uiginti aut triginta paſſus, & pone rurſum ſcalam altimetrã ut antea collocata fuerat, hoc eſt, ut cathecus eius priori catheco ſit parallelus, id q̃ per Cõpaſſum efficere poteris, & reſpice p̃ mobilẽ diametrũ pinnulis ſignatã, quæ hypothenuſę uices tenet, locũ à te remotum & antea in prima ſtatione obſeruatũ, atq; uide q̃t gradus umbræ rectæ in ſcala abſcindantur, & cũ illis ac numeratis paſſib. fac proportionẽ ad 12 & inuenies diſtantiã. Si habueris ſex puncta, quæ ſunt media pars duodenarij, duplica numeratos paſſus et habebis totã diſtantiã. Sin diameter abſciderit 8 pũcta, quę ſunt duæ tertiæ duodenarij, addes paſſib. tuis tertiã partẽ, id eſt, decẽ paſſus ſi antea numeraſti 20 & habebis iterũ diſtãtiã. Si uero hypothenuſa attigerit duodecimi pũcti finẽ, erit baſis catheco æqualis. Hypothenuſæ uero lõgitudinẽ inueſtigabis, ſi tam cathecũ q̃ baſim in ſe duxeris ſeorſum & ſummas productas ſimul iũxeris, atq; ex tota ſumma radicẽ quadrati elicueris numeri. Exemplũ & figurã huius rei hic tibi adijcimꝰ.




In hac figura linea B E & A D ſunt latitudo fluuij, & B eſt ſignum ex altera ripa fluuij à mẽſore citra fluuiũ in alia ripa obſeruatum. Punctus A eſt locus primæ obſeruationis, lineã ſcilicet, catheci deſignãs. Latera ſcalarũ C & D debent eſſe parallela lateri A, id quod per iuſtum Compaſſum obtinetur.

Quod ſi in operatione tua ſpacium baſis maius fuerit catheco ipſo, diameterq; ſcalæ cecidерit in coſtam umbræ uerſę, conuertes puncta umbræ uerſæ in puncta umbræ rectæ, & cõſiderabis in qua ꝓportione pũcta ultra 12 prouenientia excedãt duodenariũ, in ea enim proportione ſpaciũ terręa à te mẽſuratũ ſuperabit cathecũ. Vertunt aũt pũcta umbrę uerſæ in pũcta umbrę rectę, ſi diuidant 144 per pũcta umbræ uerſæ. Exẽplum: cadit diameter in tua obſeruatione p̃ciſe in 8 punctum umbræ uerſæ: diuides ergo numerũ 144 per 8. & inuenies in quotiẽte 18 qui cõtinent 12 ſemel & medietatẽ eius. Erit igitur ſpaciũ baſis in ſeſquialtera proportione ad cathecũ. Quod ſi cupis uitare hunc laborẽ, parabis ſcalam ut nulla habeat puncta quàm umbræ rectæ, idq; in hunc modũ. Extende baſim ſeu lineam


Coſmographiæ uni-



umbræ rectæ quãtum potes ultra duodenariũ,& replica in ea aliquoties lineã umbrę rectę atq; diuide in easdẽ diuiſiones quas illa habet, & ad ſingulas ſectiones ſcribe ultra 12 numeros conſequentes 13 14 15 16,&c. Deinde pone regulã ab una parte in cẽtrum ſeu angulum unde educit diameter,& aliam eius partem pone ſuper 13 punctũ,& fac notam in linea umbræ uerſæ, quã etiam ſignabis numero 13. Poſtea quieſcente regula in angulo diametri, moue aliam eius extremitatẽ in ſectionẽ 14, & imprime punctum in linea umbræ uerſæ, & ſic cõſequenter ages, quouſq; lineam umbræ uerſę totam aut maiorem eius partem affeceris ſectionibus umbræ rectæ. Exemplum.



In magno inſtrumento ſingula puncta diſcriminatim ſunt ponenda,& notatis punctis in ſcala aſcendẽte ad dextrã,totũ quod eſt extra quadratũ reſecandũ eſt, & numeri 14 16 18 &c. ad gradus aſcendẽdo ſignãdi. Sic enim fiet cõtinuatio punctorũ umbrę rectæ poſt 12. Quod ſi per ſcalam altimetram nõ præciſe poſſis in tua operatione ſeruare rectangulum, ſed deflectendum eſt extra lineam baſis & faciendus angulus acutus uel obtuſus, facies baſim umbræ rectę mobilẽ in cẽtro, hoc eſt, in concurſu catheci & baſis; ſimiliter facies diametrum mobilem in ſuo centro, diuidesq; illam per easdẽ ſectiões quas habet baſis, ſed in plures, nam ubi baſis habet 12 puncta, diameter habet præciſe 17 puncta ſeu diuiſionis notulas & adhuc ualde exiguum quid, ſed q̃ nullũ errorẽ inducere poteſt. Et quoniã ſæpe fit, quod baſis longior eſt catheto, poteris baſim extẽdere uſq; in duplam proportionẽ, id eſt, ad 24 ſectionum notulas, (nam



hic ſcalam umbræ uerſæ relinquimus) ſicut & diametrũ augebis aliquot ſectionibus, adhibitis utriq; lineæ pinnulis, eritq; tunc idem ferè inſtrumentũ cum eo quod ab initio poſuimus, niſi quod proportio baſis & catheci hic ad duodenarium more ſcalæ altimetræ eſt facta.

cta. Habes figuram pro exemplo, qua facilior in planicie metienda fieri nequit, ubi ex baſi mẽſurata habeť cathecus & hypothenuſa. Quando 12 in baſi & 17 in diametro concurrunt, habes angulum rectũ. Sin in diametro pauciora q̃ 17 puncta per baſim abſcindãtur, erit angulus catheci & baſis acutus, modo diameter ſit in linea umbræ uerſæ. Angulus relinquit obtuſus, quãdo linea baſis deſcẽdit à baſi quadrati. Quãdo itaq; aliquid metiri uolueris, cura ut ſtationẽ alteram facias in loco ubi diameter abſcindit numerũ qui certã proportionẽ habeat ad 12. Tunc enim facilior erit operatio: ut ſi abſcindat in baſi ſenariũ, ſpacium inter duas ſtationes deprehẽſum eſt ſubduplũ ad ſpaciũ menſurandũ, ſicut ſex ſunt in ſubdupla proportione ad 12. Sin abſciderit octo, erit ſpaciũ mẽſuratum ad ſpaciũ menſurandũ ſubtriplum, ſicut octonarius eſt ſubtriplus ad 12, ergo ſpacij mẽſurati medietas, quæ eſt tertia pars duodenarij, eſt addẽda eidẽ ſpacio, ut habeať ſpaciũ menſurandũ, quod eſt cathecus. Quando diameter cadit in finem duodenarij, ſpacium menſuratũ æquale eſt menſurando. Si uero ceciderit in 15 punctum, ſpacium menſuratũ excedit menſurandũ in tribus, quæ ſunt quarta pars duodenarij. Sin ceciderit in 16 pũctum, ſpaciũ menſuratũ excedit menſurandum in tertia parte. Abſcindente uero diametro 18 punctum, ſpaciũ menſuratum erit in ſeſquialtera proportione ad menſurandum, hoc eſt, continet illud & præterea medietatem eius. Hæc per regulam de tri pulchre indagantur in hunc modum. Octo puncta faciunt in ſpacio menſurato 30 paſſus, quot paſſus facient duodecim pũcta? operare ſecundum regulam & inuenies 45 paſſus.

Quid à Ptolemæo tractetur in 3 & 4 cap. ſui primi libri Coſmographici, Cap. XXIIII.

IN tertio cap. docet Ptol. quo pacto ex gradibus cœleſtibus liceat inuenire ſtadia aut miliaria terrã ambientia, & quot miliaria uni reſpondeãt gradui, de quo & ſuprà quoque nõnihil diximus, & ob id hic nihil amplius de hoc ſcribere uoluimus. In 5. cap. docet Pto. ut iuſtũ quis ponat fundamẽtum, q uult deſcribere regionẽ aliquã, atq; inſigniores regiones deſignet iuxta Coſmographiæ regulas, longitudinẽ regionũ quę rat ex eclipſibus ſolis aut lunæ, latitudinẽ aũt inueſtiget per accommoda inſtrumẽta, per quę & altitudo poli inueniť. Quãtum attinet ad latitudinẽ uel poli altitudinẽ (eſt enim idem) nulla eſt difficultas, quũ in omni loco ſole radiãte facile inueniri poſſit. Longitudinẽ uero inter duas ciuitates non licet tam facile deprehendere ex cœlo, q̃ cœlum ſit in continuo motu, alias facilius haberi poſſet q̃ latitudo. Nã ſi ſoli cœli planetarũ mouerenť, ſtellatũ uero cœlum immotũ ſtaret, poſſet hic Baſileę ſtella aliqua obſeruari, quæ teneret plagã orientalem, poſſet & Cõſtantinopoli per inſtrumentũ eius ſuper horizontẽ obſeruari altitudo, & quot gradibus Cõſtantinopoli eſſet altior q̃ Baſileæ, tanta eſſet differẽtia longitudinis inter Baſileã & illã Thraciæ urbẽ. Poſſet & iam, dum cœlum eſt in continuo motu, idẽ fieri, ſi cõmune poſſet dari ſignũ obſeruatiõis, ut ſcilicet ego hic Baſileæ & alius quiſpiam Cõſtantinopoli eodẽ tẽporis momẽto obſeruaremus eleuationem alicuius certæ ſtellę, ac deinde differentiã adueterem us utriuſq; obſeruatiois. Nullũ aũt aliud cõmune ſignũ poteſt dari q̃ eclipſis lunę, quę hic & per totũ horizontẽ noſtrũ eodẽ tẽporis fit punc to, tãetſi error aliquis, licet nõ magno, poſſet in obſeruatione initij aut integræ obſcurationis cõtingere. Nõ enim ſic ſubito luna labiť tota in tenebras, ut p̃ciſe momẽtũ illud totius obſcuratiõis obſeruari queat. Nec eſt alia ratio obſeruãdi longitudinẽ regionũ, quã q̃ Dominus Petrus Appianus, quũ anno Chriſti 1540 mẽſe Maio illũ Auguſtæ Vindelicorum cõueniſſem, mihi narraret, ſe inueniſſe rationẽ aliã deprehendendi regionũ longitudinẽ, ſperamus q; illum nõ ſoli Cęſari Carolo hãc rationẽ cõmunicaturũ, ſed et toti mũdo.



Longitudinis regionũ inuentio difficilis.

Petrus Appianus.

Sed

Sed redeamus unde digressi sumus. Cum paras tabulam super aliqua regione, & eidem iu ste inscripsisti certas aliquot ciuitates secũdum longum & latum, possunt & aliæ ciuitates & oppida sine difficultate inseri, habito respectu ad radices inscriptarũ ciuitatũ. Sic quum ego describerem Alsatiã & Brisgoiam, fundamẽti loco primum inscripsi Basileã, Argentinã, Offenburgũ, Friburgũ, Brisacũ, Colmariã & Dannũ, ac deinde aduerti oppida, quæ circa illam aut intã inueniunt sita ciuitatẽ, aut quę inter signatas deprehẽdunt locari ciuitates. Tota ferè uis in hoc sita est, ut iustos constituamus meridianos, ꝙ hoc modo fieri nè cesse est. Accipiamus duas ciuitates latitudine differentes, una exẽpli gratia sit Basilea sita in superiori Alsatia, aut si mauis in Sunggoia, alia sit Groninga metropolis Frisiæ, uolo scire quomodo hæ duę ciuitates sese habeant ad lineam meridianã, num unum habeant meridiem aut diuersum, & quantum unius meridies differat ab alterius meridie. Id alia ratione nõ potest deprehendi nisi per eclipsim, nõ solis sed lunæ, quæ certior est solari eclipsi propter diuersitatẽ aspectus. Instituam igitur aliquẽ, qui Groningę eandem obseruet eclipsim, quam ego hic Basileæ, & necesse est ꝙ in utroq; loco horologiũ non discrepet à motu solis uel ad unum minutũ. Quo prouiso, expectabimus utercq; eclipsim certa nocte futuram, diligentissime aduertentes punctum illud quando luna tota eclipsat̃ omnem'q; perdit splendorẽ, aut quando tenebras incipit egredi, amissumq; recuperare lumẽ. Si utriusq; obseruatio idem habet tẽporis momentum, seruatis prioribus cõditionibus, puta hic Basileæ præcise media nocte luna tota obscurat̃, & idem fit Groningæ, indubitatum nobis erit signum, Basileã & Groningam habere unam & eandem lõgitudinem, sitasq; sub eodem circulo meridiano. Sin Groningæ eclipsis illa duobus minutis anticipet tẽpus Basilien. obseruationis, erit Groninga oriẽtalior Basilæa quatuor miliarib. Germanicis, eritq; differẽtia earũ in longitudie uel quatuor milliaria secundũ locum, uel duo minuta secundũ tẽpus, quæ idẽ sunt. Quod si eclipsis aliqua quatuor minutis præueniat horã Basilien sem, erit differentia longitudinis harum ciuitatũ, octo miliaria Germanica. In nostro enim climate duo miliaria Germanica faciunt unum minutũ temporis secũdum longum. Et hinc est ꝙ diaria & ephemerides factæ ad meridianum Viennensem aut Nurnbergensem, non quadrant cum meridiano Basilien. nisi auferant̃ ab eis aliquot minuta temporis in cõiunctionibus & oppositionibus, quum orientales citius in suo horizonte habeant meridiem ꝙ occidentales in suo. Est aũt tempus oppositionis & tempus meditullij eclipsis eiusdem oppositionis, præcise idem tẽporis momentũ. Non autem sic se habet coniunctio luminarium cum eclipsi solari, quę solũ in nouilunio cõtingit, quũ diuersitas aspectuũ hic duplicẽ efficiat cõiunctionem, ueram & uisibilem. Vera respicit centrũ terræ, uisibilis autẽ, superficiem eiusdem. Est etiam hodie error non uulgaris in calculo cõiunctionũ & oppositionum, nempe ut ueræ cõiunctiones atq; oppositiones pręueniant scriptas & calculo obseruatas ferè 40 minutis. Et ego satis mirari nõ possum, quod hodie sunt passim tot & tam præclari uiri, in astronomia doctissimi, qui hunc crassum errorem aduertere noluerunt.

Per eclipsim lunæ deprehenditur longitudo.

Duo miliaria unũ minutum motus seu temporis.

Quid Ptolemæus in 5. 6 & alijs quibusdã capitib. primi lib. suæ Cosmographiæ notauerit. Cap. XXV.

DOcet Ptolemæus in 5 cap. tabulas regionum temporis successu esse alterandas. Quanq; enim terra semper maneat eadem atq; in eadem forma & dispositione, quædam deniq; regna ac territoria hodie sic sese habeãt ut olim, nihilominus labentibus tẽporibus grandes fiunt mutationes in ipsis regnis, territorijs, populis & ciuitatibus. Delent̃ enim nonnunq; regna aut transferunt̃, exurguntq; noua. Sic multę nationes cõtrahuntur in unã, aut una in plures dissipatur, solitudines fiunt habitabiles, & habitabilis redigit̃ in solitudinẽ. Insignia olim nemora posteris temporibus sunt excisa et facta habitatio hominum, ciuitatesq; magnæ abolitæ & exortæ nouæ. Hæc potissima est ratio, quare hodie Ptolemaicis tabulis nouę et ad tẽpora nostra accõmodatę adijciuntur, quia à tẽpore suo (uixit enim circa annũ Christi 150) usq; ad tẽpora nostra grãdes & multę factæ sunt in terra mutationes, id ꝙ in nostra Germania apte uidere licet, in qua suo æuo nõ multæ fuerunt ciuitates, arces & aliæ munitæ habitationes, ut taceam tot principatus, ducatus, Landgrauiatus, & marchionatus. Alsatiæ uocabulũ tũc nõ erat in rerũ natura, neq; Franconiæ, Hassoniæ, Turingię, Saxoniæ & aliarũ regionũ Germanię priuata uocabula, quę postea ob populorũ inhabitationẽ sunt exorta. Fuit Polonia sua tẽpestate grandis sylua, at hodie uastum est regnum. Constantinopolis & tota Turchiæ regio fuit Ptolemæi tempore Romanis subiecta, at hodie Romani uix tantum habẽt uiriũ, ut sese tueri queant

Nouæ tabulæ in Ptolemæo.

queant contra Turcam. Vides q̄ neceſſarium ſit, ut noſtro tēpore aliæ edantur Topographicæ tabulæ, quum tanta mutatio facta ſit in ſuperficie terrę, tamq̄ diuerſa hodie ſit terrarum diuiſio ab ea quā ueteres fecerunt in regnis & alijs prouincijs. In ſexto capite indicat Ptolemæus quod olim cōmodius q̄ hodie orbis deſcriptio fieri potuit, quia tunc imperia latiſſime patebāt, & docti apud cunctas nationes, etiam barbaras, celebres habebantur, atq̄ ob id facilime potuerunt quācunq̄ deſcribere regionē. Fuerunt præterea multi docti uiri ante Ptolemæū, qui tentarunt deſcribere orbem, inter quos præ cæteris cōmendatur Marinus, quippe qui diligentius alijs in Geographia ſcripſit, quanq̄ ſcripta illius in quibuſdā non careant reprehenſione. Nam nonnunq̄ ſic ſemet inuoluit, ut longitudinē pro latitudine, & cōtrà latitudinē pro longitudine poſuerit. Deinde q̄ non docuit, quo pacto orbis deſcriptio fieri in plano debeat, & tertio longitudinē & aliquādo latitudinem maiorem fecerit, quàm ars ipſa exegerit. Hæc tria conatur Ptolemæus corrigere in Marino.

Docti olim in precio.

In 7 capite adducit Ptolem. erratum Marini, quod de latitudine & longitudine uniuerſali orbis habitabilis poſuit, examinatq̄ ipſum & emēdat. Latitudinē orbis habitabilis in utranq̄ æquinoctialis partē ſupputauit Marinus eſſe graduū ferè 87. conaturq̄ id probare per ſigna cœlitus apparentia & profectiones itinerarias, nauigationesq̄. Cœleſtia ſigna, quæ Marinus inducit, ſunt ſtellæ quædā, nempe maior & minor urſa, Orion, Pleiades, Canobus, canis maior, Algomeiſa, &c. In 8. capite oſtendit Ptol. quàm ineptè Marinus conetur demōſtrare, latitudinē terræ auſtralem terminari ſub tropico brumali, idemq̄ probare duabus profectionibus, una terreſtri, alia nautica. Certè nos hoc tempore ueriorem habemus notitiam de terræ latitudine ad auſtrum, q̄ olim habuerit uel Marinus uel Ptolemæus, quū noſtro æuo terra circūnauigetur, & potiſſimū ab Hiſpania in orientē per meridiem adinuenta ſit nauigatio, de qua infrà proprium ſignabimus caput. In 9. capite reprehendit Ptol. maritimas profectiones, ex quibus Marinus putauit finem totius auſtralis latitudinis ſubiectum brumali tropico. In 10 capite ponit Ptol. propriam ſententiam ſuper uniuerſalis latitudinis termino, cōcludens uniuerſam cogniti orbis latitudinē non eſſe 87. graduū, ut Marinus ſenſit, ſed 80. tantū graduū. In 11. cap. Ptol. cognitam orbis lōgitudinē, quā Marinus poſuerat 225 grad. ab inſulis Fortunatis uſq̄ ad Seras, corrigit, cōtrahitq̄ totā hanc longitudinem in 12 horarum interualla, hoc eſt, in 180 gradus.

Extremitas Africæ modo cognita.


In 12 capite colligit Ptol. per particularia locorū interſtitia lōgitudines, & deprehēdit Marinum à Canarijs inſulis uſq̄ ad Eufraten nō male ſupputaſſe longitudinem, at ab Eufrate uſq̄ ad Indiā per particularium locorū diſtantias inuenit illum ſæpe hallucinatū, id q̄ ſequentibus capitib. 13 & 14 per aliquas nauigationes probat, quę trāſierunt uſq̄ ad promontorium Cory & ad Cururā ciuitatem. In 15. & 16 capite oſtendit Ptol. Marinum nedum erraſſe in generali deſcriptione orbis terreſtris, ſed etiā circa particulariū locorum lōgitudinē & latitudinē in diuerſis opuſculis, quę de Geographia ſcripſit, diuerſa ſenſiſſe & planè erraſſe. Nā loca oppoſita, hoc eſt, in uno meridiano ſita, nonnunq̄ in unū collocauit parallelum & cōtra. Sic circa regionū fines nonnunq̄ erraſſe deprehenditur, dum regionē unam ad occaſum alterius regionis poſuit, quę tamē illam à Borea reſpicit. Exēpla huius oſcitantiæ ponit in 16 cap. In 17 cap. oſtendit Ptol. Marinum diſſentire hiſtorijs & enarrationibus nauigationū, quas ſui tēporis exploratores tradiderūt, præſertim de ijs quæ fiūt per Indicū littus uſq̄ ad Serā metropolim Serum, & inde uſq̄ ad terrā incognitam. Exploratores illi fuerunt mercatores & nautę Arabię felicis, trajicientes in Indiā, & item nauigantes ab Aromatis uerſus meridiem ad Praſſum promōtorium. In 18 cap. reprehenditur Marinus à Ptolemæo de inepta locorū deſcriptione, tam ſphærica q̄ plana, præſertim q̄ deſcriptionis in plano nullā idoneā tradiderit præceptionē. Ea nanq̄ quam tradidit tam obſcura eſt, ut iuxta eam difficile ſit uerā orbis in plano inſtituere deſcriptionem, quæ orbis repræſentet ſecundū longū ſimulachrū. In 19 cap. aſſerit Ptol. ſe emendaſſe Geographiā Marini, ſubijiſſeq̄ duplicem laborē. Vnus fuit quo diſcreuit ea, quæ nō ſatis emendata uidebantur ab illis quæ rectæ caſtigationis cenſurā fuerant aſſecuta. Alter, quo decenti emendatione ueriſicatis locorum poſitionibus, adſcripſit numeros lōgitudinis ac latitudinis, ut ſcilicet loca ipſa in tabulis & terrarū deſcriptione certius diſponerentē aptioraq̄ fierēt ad inſcribēdū. Narrat p̄terea q̄ prouincijs ſingulis ſuos terminos, quib. ad quatuor mūdi plagas claudunt, aſſignauit, q̄dq̄ celebriorū ciuitatū, fluminū, ſinuū & mōtium poſitiones, tam in lōgitudine q̄ in latitudine exactiores tradiderit, q̄ Marinus ipſe.

Quid

Quid Ptolemæus in uicesimo atq; sequentibus quibusdam tractet capitibus, Cap. XXVI.

IN uicesimo capite reprehendit Marinus de inepta orbis in plano descriptione, propo nituŕq; duplex habitabilis orbis figuratio: una quæ fit in sphærica superficie, & hæc nō est admodū artificiosa, quanquā nō facile tantæ magnitudinis sphæra fabricari possit, cuius superficies cōtineat omnia, quæ necessario ponenda sunt in ea. Nećq etiā unico intuitu noster aspectus omnes sphericæ descriptionis partes ualet comprehēdere, nisi uel aspectus uel sphæra ipsa circumagatur. Quæ uero in plana superficie fit orbis figuratio, manens immota cūctas sui partes nostro offert aspectui. Et quidē Marinus conatus est tra dere præceptionē, qua tale orbis simulachrū formari posset simile & cōforme sphæricæ descriptioni, sed minime iustū attigit scopū. Nam distātias posuit improportionatas, cōsti tuēs scilicet pro omnib. parallelis & meridianis, q̄ in sphęra circuli sunt, rectas lineas, & fa ciens meridianis parallelos penè æquales. In 21 capite cōmemorat Ptolemæus modum quendā, secundū quē in plano orbis fiat descriptio, nempe si pro meridianis recte trahan tur lineæ, pro parallelis uero, circulorū describantur segmenta super uno eodeḿq; centro.

In 22 capite docet Ptolemæus quo pacto sphæra parari debeat pro inscribēda cogniti orbis habitatione. Et cū suis tēporibus non totus habitatus orbis sed medius dūtaxat ex ploratus fuerit, ipse in hoc capite hemisphęriū tantū depingere docet, sed quo ingenio & tota sphæra facile describi potest. Quāto aūt huius sphærę corpus maius fuerit, tanto plu ra loca, montes, fluuiq; & gentes suis nominibus inscribi possunt. Porrò mediā sphæram Ptolemaicā posuimus quoq; inter tabulas regionū, & est secunda in ordine. Hęc ostēdit q̄ longè & latè orbis terræ cognitus fuerit tēpore Ptolemæi. In 23 capite ponit Ptole mæus 20 insignes parallelos, secundū quos maximæ dierū lōgitudines p̄ annū accipiūtur. Hi aūt paralleli sic ordinātur, ut crescāt in tēpore de quarta horę ad quartā, aut à media ho ra ad integrā horā. Inter quos quidā habent peculiaria nomina, sortiti ea aut ab insigni ur be, aut à fluuio aliquo magno, aut à monte præcipuo, per quos trahunt. Extremus aūt uer sus meridiē parallelus, q̄ cognitā terminat ter ram, tantum distat ab æquinoctiali, quantum parallelus per Meroën uersus septentrionem. Nostro uero ęuo, quan do tota Africa & littora eiꝰ cognita habētur, plures uersus meridiē statuendi sunt paralleli q̄ signauerit Ptolemæus. Inter parallelos qui dam ponūt climata, & cōprehendit clima spa ciū terræ inter duos parallelos, in q̄ maximæ diei ab initio climatis ad finem usq; est dimi diæ horæ uariatio, sum ptum in ea terræ, ab au stro ad arctū uersus, in tercapedine, qua po lus septentrionalis ele uatior est graduū 50 & minutorū 30 submissior uero graduū 22 & minutorū 45. Aliud ergo est clima & aliud pa rallelus, etiā si ambo cingant circūferentiam terræ, trahanturq; ab occidente in orientem.



Clima quid.

Parallelus quid. Parallelus est nudus circulus tractus per circuitum terræ æquidistans ab æquatore. Cli ma uero est superficies inter duos parallelos comprehensa, circuitum terræ ambiens. Assignant autem cuilibet climati tres paralleli, unus ab initio, alius in medio, & tertius à fi ne. Con-

ne. Cõtrahunturq; climata in latitudine, ſecundũ quod magis & magis receſſeris ab æqua tore. Vt enim paralleli uerſus ſeptentrionem cõtinuo contrahũtur, dies autẽ econtrà augeſcunt, ſic quoq; climata, quæ parallelis clauduntur, parallelorũ imitantur naturam. Primum clima incipit à parallelo, cuius longior dies habet 12 horas & 45 minuta. Per mediũ huius climatis tranſit parallelus cuius longior dies habet 13 horas, denominatq; à Meroẽ per quã trãſit. Parallelus uero in quem deſinit primũ clima & à quo incipit ſecundum, habet longiorẽ diem 13 horarũ & 15 minutorũ. Vbi deſinit clima ſecũdum ibi incipit tertiũ, habetq; longiorẽ diem 13 horarũ & 45 minutorũ. Medius uero eius parallelus habet horas 13 & minuta 30. appellaturq; Diaſyene. Eſt aũt Syene urbs Aegypti interioris. In extremitate ſeu fine climatis tertij habet parallelus circunductus longiorẽ diem 14 horas & 15 minuta. Medius uero parallelus, Alexandrinus dictus, habet præciſe 14 horas. In fine quarti climatis habet parallelus longiorẽ diem 14 horas & 45 minuta, medius autem huius climatis parallelus Rhodienſis denominatus habet longiorẽ diem 14 horarũ & 30 minutorum. Porrò extremus parallelus quinti climatis, Byzantinus appellatus ſeu Cõſtantinopolitanus, habet longiorẽ diem 15 horarũ atq; 15 minutorũ, medius autem Romanus dictus, habet 15 horas. Quindecim enim horarũ eſt longior dies quem habent Romani & omnes qui huic ſubiacẽt parallelo. Vbi ſextũ uerſus ſeptentrionẽ deſinit clima, ibi parallelus maximũ habet diem 15 horarũ & 45 minut. & trãſit hic parallelus p Heluetios, apud quos ſeptimũ incipit clima & deſinit in eo parallelo ubi lõgior eſtiuus dies habet horas 16 atq; 15 minuta. Huic aũt parallelo ſubiacet Colonia Agrippina, Martpurgũ, Erdfurdiũ, Lipſia, &c. Vltra hęc ſeptẽ climata ueteres nulla alia poſuerũt climata ſed dũtaxat parallelos cõſtituerunt, quia latitudo climatũ uehemẽter decreſceret, cũ ad modicã diſtantiã uerſus polum dies ſenſibiliter augereẽ. Quãto enim polus mũdi ſupra horizontẽ attollit, tanto zodiacus & paralleli per eius gradus ducti, qui longitudines dierũ efficiũt obliquius horizontem interſecant, maioresq; arcus dierum ſupra hemiſphæriũ noſtrum relinquũt, quàm ſint arcus noctiũ ſub hemiſphęrio delitеſcẽtes, ſole ſigna ſeptẽtrionalia percurrẽte.


Meroè inſula eſt Nili.

Parallelus per Rhodũ.

Vltimũ clima finitur in Germania.

Quid Ptolemæus ſignauerit in 24 & ult. cap. primi libri ſuæ Coſmographiæ, Cap. XXVII.

DOcet Ptolemæus in ultimo capite primi libri ſuæ Coſmographiæ duplicẽ orbis in plano deſcriptionem. Priorem inuenit ex aſpectu ſphærę motæ ſeu reuolutæ, in qua ſcilicet meridiani ſunt rectæ lineæ iuxta uiſam apparentiam ſphæræ reuo




lytæ


Cosmographiæ uni-

lutæ. Alteram docet formate ex intuitu sphæræ quiescentis. Descriptio prima habet se in hunc modum. Fiat parallelogramum rectum A B C D, cuius latus A B duplum sit ad latus, A C diuidaturq; parallelogramum illud in duo æqua per lineam E F, & hæc eadem linea per tertiam sui partem aut paulò amplius extendatur ultra E, ut scilicet E G habeat 34 partes tales, quales sunt per lineam F G 131 & una tertia. Quod sic certius effi cies, si lineam F E seorsum diuiseris in 97 partes & unã tertiã, hoc est, uiginti minuta, & ex illis accipies 34 partes, numerabisq; ab E sursum, & ad finem earum facies punctũ G polum mundi septentrionalem repræsentantem, quiq; centrũ est parallelorum, nempe æquatoris & paralleli transeuntis per Rhodum, atq; illius qui trãsit per Thylen. Qui tran sit per Rhodum, distat à centro G gradibus 79. qui uero per Thylen gradibus 52. Aequi noctialis autem distat gradibus 115 & qui ex opposito est ei qui per Meroën transit, gra dibus 131. Porrò meridianos hoc modo inscribes. Excipe circino intercapedinẽ 40 gra duum ut signãtur in regulamento, & pone circinum sic expansum super parallelũ Rho dianũ, atq; diuide interuallum illud in quinq; æquales partes, atq; in hũc modum diuide to tum parallelũ: æquinoctialem quoq; diuide in 18 æquales partes, & trahe rectas lineas per correspondentia puncta ab æquatore usq; ad parallelum transeuntem per Thylen, & dista būt meridiani per 10 gradus. Demum fige regulamentum in punctum G & habebis nu merum longitudinis & latitudinis pro regionibus & ciuitatibus inscribendis. Longitu do ciuitatum supputatur secũdum numerum signatum iuxa æquinoctialem, latitudo au tem numeratur in regulamento, centro G affixo. Ponit deinde Ptolomæus in hoc ul timo capite alteram orbis in pla rę quiescẽtis & est sphæricę figu meridionales formanť iuxta ap rica scribuntur superficie. Hæc scat, & aspectuum seu coni ui tro sphæræ educitur ad commu tæ terrę lõgitudinẽ in duo æqua

Alius modus descriptionis sphæræ.



no descriptionẽ, quæ scilicet fit ex intuitu sphę rationi longè similior quàm prior. Nam lineæ parentiam meridianarum linearũ, quæ in sphæ aũt apparẽtia fit, si firmetur sphæra atq; quie sorij axis cõstituatur in recta linea, quæ ex cen ne sectionis pũctum meridiani secantis cogni & ipsius paralleli latitudinem eiusdem cogni tæ terræ bifariã dispescentis, hoc est, ut oculus mediet inter centrum & sectionem illam me ridiani & paralleli in medio habitabilis terræ se mutuo secãtium. Cæterum proiectionem tetræ habitabilis in plano, secundum lineas ar cuales tam meridianas quàm parallelas, sic effi cies. In plano describe duo quadrangula, re ctãgula & æquilatera, A C E F & E F B D




lineam

lineam E F diuide ſeorſum in 90 partes æquales. Præterea eandem lineam E F extende ultra E ſecundum quantitatem lineæ E F cui adde unam partem & 50 minuta lineę ſeor ſum diuiſæ, & habebis centrum L, quod ſcilicet centrum erit omnium parallelorũ, qui hoc pacto inſcribãtur. Numera à puncto F uerſus E ſedecim partes & 25 minuta, & fini hu ius immitte pedem circini, & reliquum extẽde in L centrum & deſcribe æquinoctialem. Rurſum ab æquinoctiali recẽſe 23 partes & 50 minuta, & immiſſo pede circini in finem eius, & altero extenſo in L pinge tropicũ cancri. Iterũ ab æquinoctiali uerſus E numera 63 partes, & ut prius deſcribe parallelum tranſeuntem per Thylen. Poſtea pro meridia nis inſcribendis diſtantibus per quinq; gradus ſic procede. Accipe cum circino in linea diuiſa diſtantiam duorum graduum & 15 minutorũ, quam in parallelo per Thylen tranſ eunte, incipiendo à linea E F, utrinq; decies & octies replicabis, notando puncta. Con ſimiliter ages recipiendo diſtantiam quatuor graduum 35 minutorum, & in parallelo per Syenem tranſeunte decies & octies replicando. Iterum recipe diſtantiam 4 graduum & 50 minutorum, & in parallelo oppoſito per Meroën utrinq; pinge 18 puncta. Quibus ſi gnatis, quære cum circino centrum trium punctorũ in his tribus parallelis à meridiano re cto E F æquidiſtantiũ: quo inuento, duc arcum per hæc tria puncta. Sic ages cum omni bus trinis & trinis pũctis. Quod ſi ultra Ptolemæi inuentionẽ, terræ figurationem uerſus auſtrum extendere uolueris, deſcribe primo parallelum diſtantem ab æquinoctiali 30 gra dibus, quem diuides ſicut oppoſitum ſuum uerſus aquilonem. Secundo deſcribe paralle lum ab æquinoctiali per 40 gradus diſtantem, quem diuides ſicut oppoſitum ſuum: dein de quære cẽtra hinc inde, & cõple priores meridianos. Sic itaq; habes in ſumma, quid Pto lemæus per ſingula capita ſuæ Geographię in primo libro tractet, cum adiectione noſtræ declarationis, ubi res ipſa expoſtulare uidebatur.

De nauigatione maris, Cap. XXVIII.

ETiamſi ab antiquis temporibus magnæ nauigationes factæ fuerint in mari, lateq; hinc & inde homines ſeſe eius expoſuerint fluctib, & periculis, tamẽ nullibi inue nitur q; tam longæ profectiones in eo factæ fuerint, ſicut noſtro fiũt æuo, quãdo ferè nullus maris angulus indiſcuſſus eſt relictus. Certe Ptolemæus multa ſcruta tus eſt, & bonam partem terrę deſcripſit, at nõ pau ca illum latuerunt quæ meo æuo intra 30 aut 40 an nos adinuẽta ſunt. Extremitas meridionalis, quam in noua tabula Africæ atque in generali orbis deſcri ptione uides extẽdi ultra tropicũ brumalem, quam hodie uocant Caput bonæ ſpei, iam noſtro æuo eſt explorata & cognita, nec obſtat quod unus aut al ter ante Chriſti natiuitatẽ fuerũt, qui littora Africæ circumnauigarunt, ab occidẽte traijcientes in orien tem, quum interim uſq; ad noſtra tẽpora illa nauiga tio fuerit intermiſſa & à noſtris penitus incognita, iam demum repetita frequenter ſine ceſſatione. Et quid dicã de magnis iſtis inſulis America, Paria, Cu ba, Hiſpaniola, Zipangri, Franciſca & alijs multis, quæ ueteribus penitus incognitæ fue runt, ſicut & bona pars in extremitate Indiæ? Quin & fama terræ Callikut apud nos ho die increbuit, quæ tamen ſemper cognita fuit & à uicinis nationibus frequentata, puta ab Arabiæ, Taprobanę & aliarũ uicinarum terrarum incolis, inter quas media iacet, ut uide re licet in prima generali tabula, at per nouã nauigationẽ quæ hodie ab Hiſpania in orien tem fit, innotuit nobis emporium illud tanquam noua aliqua terra, quam tamen inexperti pro inſula habent iam primum inuenta. Ante quadraginta annos maiores nõ fuerũt na uigationnes in Europa, quàm quæ ab Hiſpania (quæ finis eſt Europæ uerſus occidentem) in mari mediterraneo factæ ſunt ad terram ſanctam, aut à Brabantia uel etiam Anglia ad Hiſpaniam: itemq; à Venetijs ad Africam & Aegyptũ. Nauigarunt & Aegyptij per ma re rubrum uſq; ad Callikut & ad alias regiones oriẽtales, unde aduexerũt aromaticas ſpe cies pro tota Europa. Noſtro uero tem pore aliud inuentum eſt iter, quod ducit ad Calli kut & plagam orientalem. Nam ſoluunt in Portugallia & nauibus circueunt totam Afri cam,



Nauigatio in orientem.

cam, uertuntq; uela in orientem. Et primum quidem longo itinere sulcant mare recta uersus meridiem, quousq; ad finem Africanæ terræ peruenerint, deinde flexa aliquam diu naue secundum recuruationem littoris in septẽtrionem, perueniunt ad mare Rubrũ & hinc ad orientem, primum ad Callicuth & inde ad reliquas terras & insulas, in quibus exercentur negocia daturq; opera mercaturæ. Fiũt præterea nauigationes ab Hispania uersus occidentem ad nouas insulas ante triginta annos repertas, nempe ad Americam. Spagnollam siue Hispaniolam, Iucatanam & alias multas insulas, quarũ distantia ab Hispania per oceanum protrahitur ferè in orientem. Nam absunt circiter mille miliaribus ab Hispania. At ex Europa uersus polum septentrionalẽ non patet iter nauigabile, quo terra possit circuiri, quemadmodum à meridie circumnauigatur, quia terra à septẽtrione porrigitur ferè ad polum usque, ubi ob immensum & perpetuum frigus atq; caliginosum aërem nemo mortaliũ uersari potest, sicut nec sub polo australi nauigationes citra periculum fieri possunt, id quod experti sunt Emanuelis regis Lusitaniæ naues, quæ penè cum gubernatoribus in extremum inciderunt periculum, ubi ingressæ sunt interiora Austri, quæsitum nouas insulas in uastissimo mari. De quo infra quoq; nonnihil dicemus, ubi nouarum insularum inuentionem ostenderimus.

De prima terræ inhabitatione, *Cap.* XXIX.

QVàm latè sese extenderit ante diluuiũ humani generis habitatio in terra, qualia erexerint ædificia, & quas incoluerint terras atq; oppida, nemo mortalium scire potest: quia tunc alia fuit facies terrę, nõ dubium quin & alia littora maris, alij fluminũ aluei, fortassis & alij mõtes & ualles. sed quę ob superueniẽtis diluuij grassationẽ omnia sunt cõfusa & immutata, ædificia cõcussa & regionum fines deleti. Non dubiũ quin primi illi patres ob longæuam suam ætatem cõstruxerint magnifica & sumptuosa ædificia, utpote quorũ uita protracta fuit in octingẽtesimũ aut nongentesimũ annũ, & interim nati fuerint gigãtes, homines uastissimo corpore, qui paruis tugurijs includi nequiuerunt. Geneſis quarto, quinto & sexto scriptura mentionem facit de illorum uita. Retulerunt & illi qui saluati sunt in arca posteris suis, qualem faciem habuerit orbis ante diluuium, de qua re pauca quædam sunt signata à Berosso historico genti li, qui tempore Alexandri magni Babyloniæ uixit. Is autem in hunc scribit modum. Ante aquarum cladem famosam, qua uniuersus perijt orbis multa præterierunt secula, quæ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt seruata. Scribũt illis temporibus circa Libanum fuisse Enos urbem maximã gigantũ, qui uniuerso orbi dominabantur ab occasu solis ad ortũ. Hi uastitate corporis ac robore cõfisi, inuẽtis armis omnes opprimebãt, libidiníq; inseruientes inuenerunt papiliones & instrumenta musica & omnes delicias, mãducabant homines & procurabant aborsus, in eduliumq; præparabant, & commiscebantur maribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis, & nihil erat sceleris quod non admitterent, cõtemptores religionis & deorũ. At postquam orbis submersus rursum exiccatus fuit ab aquis, non fuerũt nisi octo homines in Armenia Saga, per quos totum genus humanum seminatum est in terris, idq; in hũc modum. Cum nauis in aquis resedisset super uerticẽ mõtis Gordies in ipsa Armenia, exiccataq; fuisset terra, descẽdit Noa cum familia sua è monte in planiciem campi, qui cadaueribus plenus fuit, atque ob id usque in hunc diem uocatus fuit מיתי אדם methe Adam, id est, mortui homines, compressisq; cõiugibus perpetuo geminos edebãt, masculum & fœmellam, quibus adultis & coniugibus factis, genuerunt & ipsi uno partu gemellos. Deus namq; & natura nũquam defuerunt rerum necessitati quantum attinet ad propagationem orbis. Cum itaq; in hunc modum

Aedificia magnifica ante diluuium.

Berosus de mũdo ante diluuium.

Anthropophagi.




dum breui tẽporis interuallo humanũ genus ſupra modum auctum eſſet, repletaq; Armenia hominibus, cogebãtur multi illinc diſcedere, nouasq; ſibi quærere ſedes. Ianus uero (ſic uocat Beroſus Noam) monebat principes eorum qui diſceſſuri erant, ut ſibi proſpicerent de nouis habitationibus, ordinarent inter homines ciuilem ſeu politicam uiuendi rationem, extruerentq; ciuitates & oppida. Deſignauit illis tres mundi partes, Aſiã, Africam & Europam, ſicut illas ante diluuium uiderat, tribuitq; ſingulis principibus ſingulas prouincias, ad quas ſeſe cum populo ſuo conferrent. Nimrodum uero fecit regem in Babyloniæ regione, qui & campum Sennaar adiens, fecit ibi extrui ciuitatẽ, erexitq; inſignis altitudinis turrim, quæ montiũ excedebat cacumina, in ſignum quod Babylonicus populus primus eſſet in mundo. In Aegyptum quoq; miſit Chamum, & in Libyam atq; Cyrenen Tritonem, in reliquã uero Africæ partẽ Iaphetũ, qui cum Africa ſimul bonã habuit Europæ partem. Porrò in Aſiam orientalem miſit Gangem, à quo fluuius quidã magnus ſortitus eſt uocabulum iſtud. In Europam uero deſtinauit Tuiſconem, cuius dominium extendebatur à Tanai fluuio uſq; ad Rhenũ. Nouiſſime uero & Ianus egreſſus eſt de Armenia, ut per uniuerſum orbem homines doceret uiuendi ritũ & quo pacto conſtruerent ædificia. Huc uſq; uerborum Beroſi ſenſus. Nec dubiũ quin Beroſus hæc habuerit ex prædeceſſorũ ſcriptis, relictis ſcilicet uel à Noah uel à filijs eius, qui utriũq; uiderũt orbẽ, nẽpe eum qui fuit ante & qui poſt diluuium. Hi proculdubio recenſuerũt poſteris ſuis, qualem faciem habuerit mundus ante diluuium, remanſitq; poſt eorum mortem uel fama uel ſcriptum aliquod de primo mundo. Vt autem rectè intelligas Beroſi uerba, cõſules tabulam Aſiæ, & in ea uidebis ſitum Armeniæ atq; Babyloniæ. Aegyptum uero & Cyrenen quæres in Africa. Patet etiã ex memoratis Beroſi uerbis, nos Teutones ſic appellatos à Tuiſcone, de quo infrà ubi ad Germaniam peruenerimus latius diſſeremus.

Ianus qui No ha à uino ſic dictus.


De Paradiſo terreſtri, Cap. XXX.

CVm propoſitum noſtrum ſit in hoc libro deſcribere totius terræ circuitum, habitudinem & inhabitatas regiones, paradiſus autẽ certum in terra occupet locum, non abs re in initio noſtri libri de eo quoq; faciemus mẽtionem, ubi nam hic delitiarũ hortus temporibus primorum parentũ fuerit, & ſi adhuc in rerũ ſit natura. Et hic quidẽ inter doctos uariæ ſunt opiniones, & nullus ferè nõ proprium adfert cordis ſui figmẽtum. Nam ſunt qui aſſerunt paradiſum locatũ in orien te extra tropicũ capricorni atq; extra tropicum cãcri. Alij uolunt ipſum lo/ cari ſub æquinoctiali circulo, in tempe rata aliqua regione. Sũt rurſum alij qui fingunt ipſum cõſtitutum in altiſſimo loco, longe ſemotum à noſtro orbe & pertingentẽ uſq; ad lunarem circulum, expertem omnis aẽreæ tempeſtatis, & quo nullus uentus aut nubes peruenire poteſt, aſſeruntq; in eo corporaliter uiuere Henoch & Eliam. Sunt quarto, qui ſcribunt hunc hortũ ante diluuium occupaſſe in oriente aliquot fertiliſſimas regiones, puta Syriam, Damaſcum, Arabiam, Aegyptum, &c. fueritq; ambitus eius ampliſſimus & durauerit uſque ad diluuium, munitus angelorum cuſtodia, ut ſcriptura ſacra habet. Cum autem totus mundus diluuio periret, interijt et hic hortus, ut nec ueſtigiũ aliquod eius aut ſeptorũ eius in terra remãſerit. Si enim in hunc uſq; diem extaret, putas illum ſic latere, ut nõ fuerit inuentus ab hominibus, qui nullum non terræ angulum ſunt perſcrutati? Complexus eſt meliorem terræ portionem & decoratus nobilioribus arboribus & plantulis quàm reliqua terra, à quibus homo collegiſſet optimos fructus, ſubtile & incorruptũ alimentum pro conſeruatione uitæ ſuæ. Inter multas autẽ optimas arbores erat in hoc horto arbor quædã, dicta arbor uitæ, cuius



Opiniones de paradiſo.

Arbor uitæ.



fructus fuisset ceu saluberrimũ remedium homini, conser-uasset́q; eum in perpetua iuuẽtute, ut neq; senuisset neque senectutis incõmoda sensisset, sed mansissent membra corporis eius uegeta, donec tãdem à corporali uita translatus fuisset sine mortis medio ad cœlestẽ illam & perpetuo duraturam uitam cum corpore & anima. Habuisset proinde homo in terrena paradiso labores quosdam, sed quos sine corporaliũ uirium debilitatione, absq; sudore & fatigatione transegisset. Protulisset terra sua sponte nedum necessaria uerũ & amœna quæq;, inambulasset́q; homo inter terræ nascentia ipsa, & pro uoto suo omnia ordine quodam cõposuisset, & hic labor uerius recreatio quædã fuisset atq; admiratio beneficiorũ dei, quæ homini exhibuisset, quàm fatigatio. Terra nondum obnoxia erat maledictioni, atq; ideo inter optimas plantulas nullum succreuisset zizania. Habent & ludęi de paradiso suas cogitationes, easq; admodum stultas & mẽdacijs plenas. Scribũt autẽ in libro מעשה שאירע לר׳ יהושע בן לוי paradisum adhuc extare atq; multos in eo esse homines cũ corpore & anima. Potissimũ autem scribunt fabulam quandã de magno illo & probitate conspicuo rabi Iehosua, quomodo deus miserit ad eum angelum mortis, cum instaret hora mortis eius, qui eum interrogaret, quid peteret à domino deo ante mortem suam. Ille uero postulauit, ut sibi ostenderetur locus suæ mansionis in Gan Eden, hoc est, in paradiso. Cuḿq; dominus petitioni eius annuisset, ductuśq; fuisset per angelum mortis ad septum paradisi ut introspiceret nõ autẽ ingrederetur, elapsus ille è manibus angeli mortis, subito illapsus est in paradisum. Perambulans ergo locum illum uoluptatis, & lustrans omnia habitacula eius, inuenit septem in eo mansiones, quæ singulæ in longitudine habebant centum millia miliariorum, & in latitudine decem millia. In prima mãsione erant pagani, qui relicto paganismo conuersi fuerant ad legem dei. In secũda erant pœnitentes, in tertia Abraham, Isahac, Iacob & omnes filij Israẽl, qui egressi erãt ex Aegypto & mortui in solitudine. In quarta nemo erat, sed in quinta erat Messias filius Dauid, atq; Elias. In sexta erãt, qui hinc migrauerũt in mœrore & tristitia. In septima autem, qui mortui sunt in mundo ex infirmitate aut supplicio. Huiusmodi stultitias scribunt miseri Iudæi, & simplices hæc credunt, etiãsi nec iota adducant ex scriptura. Sed dicet quis. Et quomodo dixit Christus in cruce, hodie mecũ eris in paradiso? An non hæc uerba astruunt paradisum adhuc existere in terra? Respondeo. Locus ille euangelij seipsum explicat. Nam cum latro orasset, domine memẽto mei cum ueneris in regnum tuum, respondit Christus, hodie mecum eris in paradiso, hoc est, in meo regno. Regnũ autẽ Christi non est de hoc mundo, ut ille coram Pilato testatus est.

Iudæorum fabula de paradiso.

De mutatione & alteratione ciuitatum & regionum, Cap. XXXI.

SApiens Salomon scribit Eccles. 1. generationem transire & generationem aduenire, terram autem stare in æternum, quasi dicat: id quod deus facit solidum manet, quod autem ab hominibus paratur, uadit cum homine ad interitum. Fuerũt olim florentissimæ & magnæ in mũdo urbes, quas si hodie quærere uelles, nec ruinas earum inuenire posses, imò nec facile locus situs earum tibi à quopiam demonstrari posset: aut si etiam ostenderetur, non facile posses in animum tuum inducere, homines illic olim commoratos, usq; adeo in nihilum redigitur omnis fastus & pompa hominũ, id quod testantur Ilium in Troia, Alexia in Burgundia, Tyrus in Palestina, Corinthus in Peloponneso, Babylon in Sennaar, Athenæ in Attica, & aliæ quàm multæ insignes urbes, quæ ante plurimos annos in solitudinem sunt redactæ. Et tamen, ut Strabo scribit, appetit homínis animus uidere ea loca & ruinas ipsas ubi olim magnificæ illæ constitutæ fuerũt urbes, sicut & libenter uisitamus sepulchra in quibus condita iacent ossa præstantium uirorum. Sed quæris unde sit, quod quarũdam ciuitatum nec ruinæ amplius appareant. Ad quod facile respondetur, non fuisse priuatim apud ueteres in ædificando luxum, quẽ hodie uidemus apud omnes receptum. Alioquin si Augusta Rauracorũ tot è quadratis lapidibus domos habuisset quot habet Basilea, alia ruinarum apparerent uestigia. Resoluuntur facile

lignea

lignea ædificia per ignem in nihilũ,ubi lapidea perpetua relinquunt ueſtigia. Fuerũt præterea olim regiones aliquæ, quæ ſupra modũ creuerunt in potentia & dilatauerunt pomeria regnorũ ſuorũ,quæ noſtro æuo uel penitus cõciderunt uel adeò humiliatæ ſunt, ut nullam nominis ſui habeãt prærogatiuam, id quod teſtantẽ Babylonia, Perſia, Terra ſancta, imò & Italia ipſa, Macedonia & pleræq; aliæ regiones,quæ noſtris tẽporibus alijs ſubijciuntur regnis. Ecõtra uero,ubi olim nullum fuit imperium aut ulla potẽtia, ibi hoc noſtro tẽpore inueniuntẽ principatus & poteſtates ſumma autoritate pollẽtes. Sicq; fit ut omnia in hoc mundo ſurſum atq; deorſum ferãtur, uerumq; ſit,q̃ nihil perpetuũ eſt ſub luna nec quicq; ſtabile ſub ſole. Degenerant regna in prouincias, aſcendit urbs una in honore & opibus,alia uero deſcẽdit,transferũtur populi de regione in regionẽ,deuaſtaẽ hic prouincia aliqua florens, alibi alia aduerſam ſuſtinet fortunã, totq; interitus & tranſmutationes paſſim incidũt per orbẽ,ut nemo queat calamitates illas oẽs enarrare,et q̃ adhuc miſerabilius eſt,nos corruimus cũ labente mũdo,perimusq; cũ interitu eius.Certè niſi ſtipites & amẽtes ſumus, hæc nos monere debẽt, ne animũ his caducis & fluxis reb. nimiũ laxemus, ſed queramus habitaculũ Chriſti, quod fundatũ eſt ſupra firmã petrã,ubi periclitari nũq; poterimus. Porrò interitus & deſolatio regionum atq; ciuitatũ fit aliquando per hoſtiles graſſatiões, aliquãdo per cõflagrationẽ aut aliud fatũ,interdũ q̃q; corruũt per terræmotus aut per alias cauſas ſecretas, ſicut prodũt hiſtoriæ per terræmotus plurimos oppreſſos homines. Factũ quoq; legimus,ut aliquãdo per terræmotus inſulæ quædã cõtinenti adiũctæ ſunt,& rurſum aliæ inſulę à cõtinenti auulſæ, ut patet de Sicilia, Euboëa & quibuſdã alijs, de quibus ſuis quibusq; locis fiet mentio.Produnt etiã hiſtoriæ,planicies quaſdã cãpeſtres uerſas in lacus,id quod & ſacræ Geneſeos hiſtoriæ exẽplo maris mortui oſtendunt. Item in regionibus quibuſdã naturalia quædam eſſe deſierunt, & cõtrà ex terra emerſerunt aliqua,quorũ antea ibi defectus erat. Exẽpli loco tibi eſſe poterit balſamũ, quod olim ſolum in Iericho naſcebatur, poſt deſtructionẽ autem Ieruſalem illic creſcere deſijt,id quod Ioſephus quoq; teſtaẽ.Hęc nuturaliũ mutatio fit plerũq; ex noua corporũ cœleſtiũ habitudine aut alia cauſa nobis ignota. Hinc etiã eſt, q̃ noſtro æuo in quibuſdã terris creſcit uinũ ubi olim nullo labore ex terrę uiſceribus erui potuit. Sic in quibuſdam locis hodie inueniuntẽ mineræ argenti & metalli, ubi olim harum rerum nihil inueniri potuit. Horũ omnium ratio eſt,q̃ cœleſtes influxus,unde terra fœcundaẽ & ueluti prægnans redditur ad uaria producenda,mutatur per cõtinuum motum in alium & alium ſitum atq; habitudinem.

Regionum humiliatio.

Vnde interitus regionum.



Translatio uero populorũ de terra in terrã, fit plerũq; propter unam harum cauſarum. Cum enim terra aliqua repletur hominibus ultra quàm ſuis prouentibus ſuſtentare poteſt neceſſe eſt ut quidam emigrent aliasq; ſibi quęrant ſedes,ſicut olim fecerunt Gothi, Cimbri & Longobardi. Eſt deinde fundus unius terræ multo fertilior q̃ ſit alius,& id ſæpe mouit natiões,ut relicta ſua ſterili terra,alã fertiliorẽ uſurparint, uiq; intrauerint. Sic enim ueteres ſcripſerũt Coſmographi, quod Heluetij olim incoluerint terrã quæ eſt iuxta ortum Danubij, appellauerũtq; habitationem eorũ heremum Heluetiorũ, noſtro uero tempore inhabitant alpium montes. Fuerunt quoq; bella nonnunquã in cauſa, quod homines alió

Hominũ trãſmigratio.

conceſſerint relictis patrijs ſedibus, aut in aliam translati fuerint terram, id quod Saxonibus in Tranſſyluaniam ductis euenisſe multi ſcribunt.

Quomodo exortæ fuerint in mundo monarchiæ & rurſum in nihilum redactæ, Cap. XXXII.

DIximus iam, quàm mutabilia, fluxa & nulla ſtabilitate fulcita ſint omnia humana, interituíq; ſubiecta, haud ſecus q̃ homo ipſe. Vt enim homo ante cõceptionem nihil planè eſt, cõceptus uero acquirit eſſe, naſcituríq; paruus & inops in terram, atq; ſenſim tacitis auctibus grandeſcit donec iuſtam attigerit ætatis menſu



Pulchra ſimilitudo.

ram, ac deinde rurſum incipit deficere, uiribus corporis deſtitui atq; mentis uigore langue ſcere, donec tandem penitus in mortẽ reſoluaſ, ſic idem accidere ſolet regnis, monarchijs et magnis principatibus. Habẽt enim plerũq; initia exilia, ſed accipiũt paulatim incrementa, creſcũt, róborant, dilatãtur ac ueluti per gradus ad ſummũ aſcendunt faſtigiũ. Et quantumlibet armis, legibus & conſilijs ad tẽpus firmentur, tamen interim cõſeneſcunt & tandem penitus cõcidunt. Habet monarchia Aſſyriorũ memoriã peruetuſtam, fuit ampliſſima, durauitq; ad multos annos, ſed ſubiecta mutabilitati tandẽ corruit. Legiſ enim apud probatos autores, illam ſucceſſione regũ duraſſe mille & trecentis annis. Poſt hæc translata eſt monarchia iſta in Mediã, ſtansq; ibidem 350 annis, migrauit ſumma illa poteſtas ad Perſas. Perſæ uero inuidentibus fatis & ipſi experti ſunt fortunæ uolubilitatẽ. Nam cum aliquot annis uſurpaſſent orbis ſummã dignitatem, uenit Alexander magnus Macedo & ſubegit totã Aſiam cũ omnibus regnis, prouincijs & populis. Tãtaq; dexteritate uſus eſt in bellis gerẽdis, ut nunq; ſenſerit aduerſam fortunã, quantũlibet multi reges & principes atq; potẽtes urbes extremis uiribus illi irent obuiã, id qđ ſuo loco nõ tacebimus. Sed qua celeritate ille ſummũ adeptus eſt faſtigiũ, ea rurſum eſt exutus. Nam cum duodecim annis rerum potitus fuiſſet in tota Aſia, dominiũq; extendiſſet uſq; ad Indiam, ueneno Babyloniæ hauſto interijt, locoq; eius ſurrexerunt ſeptem reges, partas regiones inter ſe diuidentes. Illis eiſdem tẽporibus cœperũt Carthaginenſes in Africa & Romani in Italia potentes fieri, ſubigentes multa externa regna. Romani uero æmulantes Carthaginenſium ſtudium, nequiuerunt ferre illorũ felicẽ ſucceſſum, ut ſcilicet ipſi uel alij ſibi in potentia pares, multo minus ſuperiores fierent. Quapropter tribus horrẽdis illos petẽtes bellis, non ſine grandi ſui iactura illos tandẽ uicerunt, urbemq; ipſorum in ſauillas redegerunt, penitusq; deleuerunt, ut ipſi ſoli rerũ potirentur, caputq; fierent orbis, id quod illos nõ fefellit. Nam adeò dilatauerunt imperiũ ſuum, ut ſubigerẽt Europã, Africam & bonã partẽ Aſiæ uſq; ad Perſiã, Mediã & Hircaniã, quẽadmodũ ſuo loco cũ ad Italiã peruenerimus dicturi ſumus. Sed hoc non obſtante, ſenſit & Roma ipſa rerũ continuã uiciſſitudinẽ incõſtantiamq;. Sicut enim ipſa alias domuit gentes, ſic q̃q; domita eſt tandẽ à Gothis, deprædata & exuſta

Monarchia Aſſyriorũ.

Alexandri fortuna.

Romani imperium obtinuerunt.

& exusta. Hæc itaq; fuerũt quatuor imperia & orbis monarchiæ, nempe imperiũ Assyriorum, imperiũ Mediæ, imperiũ Persicum & Romanum imperiũ: Sed nullum ad tantum uenit fastigiũ ut totũ subiugarit mundũ. Nõ enim legit Romanos domuisse extremos Africæ Aethiopes aut Indiam orientaliorẽ, multasq; insulas, quin regiones istæ non satis tunc Romanis cognitæ fuerunt. Nostris uero tẽporibus Rom. imperium adeo est attenuatũ, ut uix supersit umbra, periculumq; est ut aliquando penitus cõcidat. Videmus enim quomodo illo deficiente alia crescunt imperia, Suldanicum, Tartaricũ & Turcicum. Porrò quo pacto Romanũ imperium translatum fuerit in Græciam sub Imperatore Cõstantino, & postea per Carolum magnum in Germania nouum institutum imperium, bicepsq; factus sit aquila Romanus, dicemus infrà quum Germaniam ipsam attigerimus. Hic uero finem faciemus primi libri nostræ Cosmographiæ.

COSMOGRAPHIAE uniuersalis opera Sebastiani Munsteri

ex probatis autoribus in unum collectæ, Liber II.

Explicat autem iste liber priores Europæ prouincias, nempe Britãnicas insulas, Hispaniã, Galliam & Italiam.

Explanatio duarum primarum generalium tabularum, in quibus typus totius terræ habitabilis designatur.

EXERCITIVM tabularũ Europæ, Africæ & Asiæ, requirit cognitionẽ situs & dispositionis totius mũdi, ut scilicet mente teneas formã illã quam terra exprimit, ubi denudat à mari. Non enim certa aliqua figura, puta circulari, quadrata aut triangulari discooperitur ab aquis, sed hic peninsulis quibusdam porrigitur in mare, alibi mare sinus quosdã grandes sibi uẽdicat in terra, interdũ portiones quędã terræ inueniunt aquis per circuitum circũfusæ, quæ mirabilem orbis reddunt figurã, & quam necesse est ut quis animo ceu oculis obuersantem cõtempletur, qui feliciter in Cosmographiæ studio uersari cupit. Figura aũt ista exprimitur per primã & alterã generalem tabulam, ut nostro æuo tota terra est lustrata per nauigationes maris & peragrationes regionum, in quibus & montes quiq; insignes atq; flumina, insulæ, chersonesi, meridiani, paralleli, &c. sunt deprehensi. Explicat autem prima generalis tabula totum globum terræ in plano proiectũ, & secunda mediũ globum, ut Ptolemæi tẽpore orbis inferior est descriptus, etiã si idẽ Ptolemæus hunc inferiorem orbem nõ integre descripserit, quia uersus austrũ bona pars terrę latuit illum, quę nostro æuo inuenta est à Lusitanis & Ptolemaicis tabulis addita, id quod uidere licet in secunda generali tabula quę proprie Ptolemęi est. Notabit itaq; hic simplex lector, totũ inferiorem orbem, à ueteribus diuisum in tres partes inæquales, nempe Europã, Asiã & Africam. Europam uides pulchre distinctã ab Africa per mare mediterraneum, idq; in altera generali tabula, ab Asia uero uides illam dispesci per Tanaim fluuium, qui à septentrione magno cum impetu euoluit in Põtum Euxinũ. Europa per suos limites sic ab Africa & Asia distincta, diuiditur cõsequenter à Ptolemæo in decem particulares regionũ tabulas, ut suo loco fusius indicabimus. Porrò terra quæ ultra mare mediterraneũ ad austrum extenditur, adscribitur Africę, excurritq; uersus orientẽ usq; ad fluuium Nilum, uel ut alij uolunt, usq; ad mare rubrum. In prima generali tabula, designat longitudo terrę per numeros iuxta circulum capricorni, latitudo autem ad læuã in extremitate tabulę. Longitudo orbis incipit ultra Hispaniã & Mauritaniam in occidente, extenditurq; in oriẽtem, & ubi desinit in oriẽte, ibi rursum incipit in occidente, id quod ex assignatis cifris aduertere potes. Latitudo incipit ab equatore, extenditurq; in austrũ & in septentrionẽ. In altera uero generali tabula, quę mediũ duntaxat terrę globum cõtinet, longitudo signata est suprà & infrà, latitudo autẽ ad dextrã, ubi & septem climata sunt notata, paralleli uero cũ numeris

Ptolemæus nõ totũ orbẽ descripsit.

Africæ limites.

Longitudo regionis.

ſuis et nominibus ſunt ſignati ad ſiniſtrã. Proinde ſi cõtuleris alterũ generale cum priori, uidebis quãtum de terrena mole exploratũ ſit tẽpore noſtro ultra explorationẽ quã fecit Ptol. & reliqui ueteres Coſmographi. Videre q̃q; poteris in primo generali, q̃ recte Hiſpani ferant ad occidentẽ cũ ad nouas inſulas inſtituunt iter, & quantũ circuitũ faciãt per extrema Africæ, cũ in orientẽ ad Callicuth uelificant. Videre etiã licet, totã terrã ferè inſulam quandã magnã eſſe, natantẽ in uaſtiſſimo mari. Item patet ex typi inſpectione, Europam modicã eſſe portionẽ, ſi conferatur ad totã terræ molem, parumq; abeſſe, quin magna ſit inſula, undiq; a quis cincta maris. Solũmodo iuxta fluuiũ Tanaim iũgitur Aſiæ maiori, alibi ubiq; p circuitũ alluit mari. Regiones quæ ad ſeptẽtrionẽ ultra parallelũ 63 porrigũt, fuerũt Ptolemæo incognitæ, noſtris uero tẽporibus omẽs ferè ſunt peragratę & cognitæ, de quibus infrà ſuis locis, ꝗ prias deſcribemus tabulas, indicabimusq; ſitus & limites earũ.

De Europa quæ noſtro æuo Chriſtianum

complectitur orbem & nonnihil de Turcica ditione.



TAmetſi Europa prima orbis pars minor ſit Africa ipſa & Aſia ſi longitudinem eius atq; latitudinẽ attendamus, eſt tamen in ſe cõſiderata uaſtiſſima regio, quũ ſecundũ longum extendat ab Hiſpaniæ extremitatibus uſq; ad Conſtantinopolim, Græciæ orientalem terminũ, miliaribus Germanicis circiter 550 iuxta Ptolemaicam ſupputationẽ. In latitudine uero eſt nõnihil cõtractior, ut uidere licet in utraq; generali tabula, & in noua Europæ deſcriptione. Tamẽ ſi annumeremus, ut par eſt, regiones ſeptentrionales, quæ ampliſſimæ ſunt, parũ aberit quin latitudo eius excedat longitudinem. Secundum deſcriptionẽ tamen Ptolemaicã longitudo maior eſt latitudine, quia apud ueteres, regiões ſeptẽtrionales, nempe Suecia, Noruegia, Gothia, & quæ illis adhuc ſeptentrionaliores ſunt, non fuerunt exploratæ. Eſt itaq; Europa regio reliquis orbis partibus minor, ſed populoſiſſima, fertiliſſima atq; cultiſſima, non cedens etiam Africæ quantumuis ipſa longior & latior ſit Europa. Nam in Europa nõ inueniunt tam uaſtę ſolitudines, tam ſteriles arenæ & tam ingens calor omnia exurẽs ut in Africa. Nullus eſt locus aut regio in Europa tam abiecta, in qua homines ſibi non fecerint manſiones, & ubi uitæ neceſſaria non cõmode ſibi parare queant. Quis olim credidiſſet ſummas alpes & aſperos illos montes perpetua cãdentes niue, ſeparantesq; Italiã à Germania, futuras hominũ manſiones, ubi cõmodum uictum, dulcemq; patriam habere licuiſſet? Si itaq; montes niue reſperſi, tam lætũ & ſufficiens pabulum miniſtrant tantę hominum multitudini, facile inde conijci poteſt, q̃ fertiles ſint aliæ Europę regiones, quæ deſtituunt niuoſis montibus atq; ſaxoſis aſperitatibus. Poſt hæc ſi libet uidere tot maris inſulas, quæ collocãtur in Europa,

Europæ ſeruitutes.

deprehendes

deprehendes illas adornare Europam noſtrã haud ſecus quàm gemmę ornant coronã aureã, potiſſimũ illæ inſulæ quæ uerſus auſtrũ ſitum ſuum habent. Certè Roma in Italia & Carthago in Africa olim non tam cruenta geſſiſſent bella propter Siciliã & Sardiniam, ſi non ex his inſulis magnũ ſperaſſent lucrũ. Nõ faciam hic mentionẽ de Euboëa, Peloponneſo, Cãdia & alijs inſulis, quàm nobiles illæ ſint, quantaq; emolumenta hinc accedãt dominis ſuis, ſed differam laudem earũ in ſua loca. Europa itaq; tota eſt habitabilis, in exigua tantũmodo parte propter frigoris uim inhabitabilis, quæ finitima Tanaidis & Mœotidis incolis, in curribus degentibus. Habitabilis autẽ regionis id quod algidũ eſt & montanũ, laborioſè habitaſ. Curatores tamẽ probos ſuſcipientia loca, etiã praueè habitata, mitigantſ. Quẽadmodum Romani multas gentes accipiẽtes, quę natura inhumanæ erãt, ex ipſis locis aſperis importuoſis & frigidis, cauſaue alia malè habitatis, inſociabiles homines inter ſe, multis alijs admixtis cõnexuerunt. Et ciuiliter quidẽ uiuere agreſtiores durioresq; docuerunt. Quãtum autẽ Europæ ipſius in plano eſt, naturalemq; habet tẽperiem, multum adiuuat ad iſta, quãdoquidem id quod eſt in felici regione pacificum omne eſt, & quod in triſti pugnax & uirile: accipiuntq; hæ gentes aliqua inter ſe beneficia. Aliæ enim opem armis ferunt, aliæ fructibus & artibus, morumq; doctrina. Eſt ergo Europa ad pacẽ & ad bellum ſufficientiſſima ſibi. Nam habet abundè multitudinẽ pugnacẽ, & quæ agros colat & quæ urbes cõtineat quoq;. Excellit hæc & fructus afferens optimos uitę neceſſarios, & metalla quę cũq; uſui ſunt. Odores ad ſacrificia, nec nõ multi ſumptus lapillos ipſa extrinſecus petit. Similter pecudum exhibet mitium multarum copiã. At beſtiarum ferarumq; habet raritatem.

Terra habitatione hominũ fit fertilis.

De partitione Europæ in ſuas priuatas regiones.

DIximus iam aliquoties, ueteres inchoaſſe Europã in occidẽte, limitemq; eius cõſtituiſſe in oriente iuxta fluuium Tanaim, qui in Męotides exoneraſ paludes, ab auſtro uero deſinit in mare mediterraneũ, et uerſus aquilonẽ complectiſ omnes regiones quæ hodie cognitæ ſunt in illa plaga. At priuatæ eius regiones multæ ſunt, nempe Albion & Hibernia, Hiſpania & Gallia quę lõgè poſt Francia nũcupata eſt, Germania quę & Teutonia, Italia, Sarmatia, id eſt, Polonia, Lithuania, Vngaria & Valachia, atq; Græcia. Fecit quoque Ptolemæus ex quibuſdam inſulis, ut infrà uidebis, peculiares tabulas & deſcriptiones.

Quali exercitio opus ſit in tabula Europæ.

OPus eſt autẽ ut ſæpe inſpicias Europæ tabulam, quo ex frequenti eius intuitu, ſitum regionũ eius diſcas, memoriaq; cõplectaris, ſciasq; in qua plaga hæc uel illa loceſ regio, ſi cũ tua in qua uerſaris cõferaſ. Diſces etiã hinc, ſi quis Baſileæ uel Moguntiæ nauẽ ingrediaſ, quomodo ſine pedeſtri itinere peruenire poſſit uſq; ad Cõpoſtellam Gallicię uel ad Liſibonã Portugallię. Licebit enim per Rhenum deſcẽdere uſq; ad mare, ac deinde inter Angliã & Flandriã Normandiamq; traijcere ad littora Hiſpanię, ut in tabula Europę iſtud ad oculum patet. Quod ſi à fano ſancti Iacobi libuerit ultra uerſus Romã iter maritimum arripere, uidebis in tabula, id cõmode fieri poſſe, ſcilicet ſi per oceanum iuxta Portugallię littora ad Gades nauigeſ, & hinc ex Oceano per fretũ Herculeũ in mare mediterraneũ ad littora Granatę traijciaſ, unde patet iter ad inſulas Sardiniã & Corſicã, atq; hinc ad Romã. Ex illa nauigatione tu ipſe iam facile poteris cognoſcere, quomodo ad alia loca maritima nauigio ueniri poſſit, puta ſi quis è Venetijs Cõſtantinopolim per mare uenire coneſ, huic ſulcandũ eſt mare Adriaticũ, quod hodie Venetũ appellant, ac deinde iuxta Pelopõneſum, quam Moreã hodie uocant, nauis in ſeptentrionem per mare Aegeum, Helleſpontũ & Propontidẽ uſq; Bizantium ducenda. Eſt enim ciuitas maritima, ut patet ex tabula Europæ. Ex Germania tamẽ multo cõmodius ac breuiori itinere poteſt ad eam urbẽ nauigari per Danubiũ, qui rectà fluit ad ortum, niſi quod oſtia eius partũ ſeptẽtrionaliora ſunt urbe ipſa. Vnde qui Vlmę aut Ratiſponæ nauim ingrediſ, is ſecũdo flumine uenire poteſt aq; Põtum Euxinum, atq; hinc ad Boſphorũ Thraciũ, in cuius littore Cõſtãtinopolis iacet. Quod ſi ex Germania libuerit pedibus ꝓficiſci in regionẽ aliquã longinquã, docebit ꝺq; te tabula, quò & ꝑ quę loca tibi ſit eundũ. Exẽpli gratia, manes Moguntię & habes in inſula Sicilię negociũ ꝺq; ibi trãſigas, dubitasq; de itinere quo illuc ducaris, age, cõfer te ad tabulã Europæ, & ilico uidebis Siciliã reſpectu tuæ

Iter maritimũ ad Conſtantinopolim.

mansionis esse in meridie, tibiq; eundum per Italiam usq; ad Calabriam, & ibi traiiciendũ fretum angustum. Haud secus ages, si itinere pedestri cupias uisitare limina sancti Iacobi in Hispania. Conspecta enim Europæ tabula, uidebis peragrandam Galliam ac deinde transcendendos montes Pyrenæos, &c.

De tabulis decem, in quas Ptolemæus totam diuisit Europam.

EVropa prima & præcipua, sed minor portio trium partiũ terræ, diuiditur à Ptolemæo in decem priuatas regiones, nempe in Albionem, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Rhetiam & Vindelitiã, Sardiniam & Siciliam, Sarmatiã, Daciam & Mysiam & ultimo Græciam. Has itaq; regiones omnes & singulas sigillatim lustrabimus, atq; unã post aliam iuxta ueterum & recentium tractationem discutiemus, adijcie musq; nouas quasdam tabulas, & regionũ, ciuitatumq; picturas, præsertim in Germania & partibus septentrionalibus,

De insulis Britannicis, Albione, quæ est Anglia, & Hibernia, & de ciuitatibus earum in genere.

Septentrio



ANglia & Hibernia appellatæ sunt olim insulæ Britannicæ, sic enim & Ptolemæus uocat eas, Anglia uero primũ dicta est Albion siue Albania ab albis rupibus, quæ primum illuc nauigãtibus apparẽt, unde cretacei lapides ad nos deferũtur, quorũ usus est in abacis calculatorijs. Postea Britannia appellata est à Bruto Syluij Posthumi Latinorũ regis filio, duce quorũdam Troianorũ, qui quadraginta annis post Troiã à Græcis deletam, classe in hanc insulam uenere, atq; Aborigenes, tunc eam incolẽtes, ad ad unum occidẽre. At Beda in Anglia natus, scribit Angliam appellatam Britanniam, à Britannis Galliã olim incolentibus. Est autẽ Britannia oceani polygonia insula, ab omni continente per mare discreta. Triginta millia passuum maxima maris angustia inter Calesium & Douerũ tenet, quam duarum horarũ spacio nauis bono uento agitata percurrit.

Fertilitas Britanniæ.

Veteres Britanniam sterilem dixerunt, & non scrupulum auri, argenti aut æris in ea reperiri. Sed contrarium hodie deprehenditur, quum abundet mineralibus, auro in Cranfordiæ ora, in Scotia argento, ære & ferro in multis locis. Terram sulfuream & bituminosam ad ignem aptissimam habet. Producit terra triticum, siliginem, pisa, auenam & huiusmodi, quantum insulæ sufficit. Habet autem hæc insula nostro æuo duo regna, nempe Anglicum & Scoticum, diuiditurq; unum ab alio tenui freto ab occidẽte, seu fluuio Suluaio, ubi periculosa est arena, ab oriente uero Tuesi fluuio, alij uocant Tuedam, & medio Ordolucis montibus, quos uulgo appellant Cheuiet.

Hibernia

Hibernia olim dicta est Iuernia & Iuuernia, & nostro æuo uulgo uocatur Irlandia, fuitq; tẽpore Ptolemæi cognita & per ciuitates locaq; alia priuata descripta, sed paucorũ populorũ, oppidorũ & fluuiorũ nomina usq; in hũc diẽ immutata permanserũt. Ptolemęus has duas ciuitates p̃cipuas ponit in Hibernia, Rhebã & Iuernim, à qua insula ipsa denominata est Iuernia seu Ibernia. Prima habet grad. 12. m̃ 0 in lõgitudine, in latitudine uero grad. 59 & m̃. 45. Iuernis uero habet grad. 11. in longit. & grad. 58. atq; minuta 19. in latitudine. Item lõgior dies æstiuus Iuernis habet horas 18. m̃. 0. Rhebæ uero longior dies habet horas 18. m̃. 30. Flumina quæ irrigant Hiberniã, secundum Ptolemæum sunt multa, recẽset autem Vidnam, Argitam, Rauium, Libnium, Ausobam, Senũ, Dur, Iernum, Dabronam, Birgum, Modonum, Obocam, Bubindam, Vinderium, Logiam. *Hibernia, Iberia, Iuernia.*

De Albione, quæ hodie est Anglia.

VVt redeamus ad Angliam, notabis in ea olim fuisse celebrem syluã Caledoniam nomine, à qua & insula ipsa primum Caledonia est dicta, deinde Albania & ultimo Anglia & Scotia. Ptolemęus describit multa in ea flumina, multos populos, multas ciuitates, multos portus maris & multas paruas insulas per circuitũ eius iacentes. Nomina populorũ & ciuitatum recensent in tabulis Ptolemaicis, inter quę pauca sunt, quę nõ sunt mutata, ut sunt Cantiũ, Londiniũ, Eboracum, Daruernum uulgo Douer, ubi traiectus est ex Anglia ad Calesium. Habet præterea Anglia à tergo, hoc est, ad septentrionem, insulam Thylen, quam putãt esse Islandiam, paretq; regi Daniæ. De hac infrà multa narrabo. Inueniũtur quoq; ab illa parte mũdi Orcades insulæ, numerãturq; triginta, inter quas principalis dicitur Hetlandia, de qua & suo loco nonnihil dicam. *Thyle.* *Orcades.*

De noua Hibernia & situ eius.

HIbernia insula in Oceano inter Angliam atq; Hispaniã posita, ab ortu habet Britanniam ipsam, unius diei nauigatione propinquam, & Galliã ab Austro, Hispaniam trium dierũ, ut aiũt, nauali cursu affinem ab occidente, oceanum infinitum à septentrione, nec multũ distat à Scotia. Forma eius oblonga ad similitudinem ouí, à meridie in septentrionem protensa. Vnde nomen istud sit sortita, incertum est. Sunt qui ab Iuerne ciuitate, alij ab Hybero duce, homine Hispano nominatã ferunt, qui primus magna hominũ congregata multitudine, eam occuparit, siue ut alij sentiũt, id nomẽ tulit ab Ibero flumine Hispaniæ celeberrimo, quod illius accolæ primi insulam habitassent: aut ab Hyberno tẽpore, quia ad occidentẽ uergit: sed illud ueri similius est, ut uel à duce Hispano, uel à flumine Ibero dicta sit, quãdo Hyberni cum habitu corporũ, tum uiuendi ritu atq; moribus nõ ualde discrepant ab Hispanis uicinioribus. Ab hyeme hyemalis insula appellari nequit, alias Norduegia & Suecia eadem ratione uocari possent Hyberniæ, quũ hyems illarum regionũ non minor sit hyeme Hyberniæ. Spatium Hybernię dimidio minus q̃ Britanniæ æstimat, quod nõ amplius miliarijs germanicis septuaginta in longitudinẽ, & 23 in latitudinem pateat. Cæterũ solum & cœlum huius insulæ haud multũ differt à solo & cœlo Angliæ, nisi quod Hybernia montosior est & aquarũ abundantior, quippe quæ in editissimis etiam montibus passim paludes & stagna habet. Mira cœli temperies, fertilitas terræ insignis, etsi Hyberni agriculturæ parũ studeant. Nullum gignit uenenosum animal, nec aliũde illatum nutrit. Maleficum habet lupum & uulpem: reliqua omnia animalia mãsueta & corpore minora quàm alibi. Hybernia omnis diuisa est in quatuor partes, quarũ unam quæ austrũ spectat Momoniã appellant, alterã borealem, Hultoniã, tertiam quæ ad ortũ solis uergit, Laginiã: quartã occiduam Connaciã. Et quoniam parent regi Anglo, imbibunt mores honestiores. Momoniã à Laginia Suerus flumen, qui ad Vatfordiam portum facit, quo ex Anglia breuior est transmissus, & à Cõnacia Sinneus diuidit, cuius principalis occidentalis oræ ciuitas est Limiricũ, quod Sinneo omnium totius Hyberniæ fluminum maximo alluitur. *Hibernia unde sic dicta.* *Quàm magna Hibernia.* *Quatuor Hiberniæ partes.*

Anno Christi 433 misit Celestinus papa sanctum episcopũ Patritium, qui filius erat sororis sancti Martini in Hyberniam, ut illi prædicaret Christum atq; fidem eius. Gignit Hybernia

Fertilitas Hiberniæ.

Hybernia multos equos, qui suauiter incedunt, studentq; ueluti data opera mollem facere gressum, ne insidenti molestiã ullam inferant. Terra huius insulæ adeo pabulosa est, ut ibi pecora, nisi æstate à pastibus arceantur, in periculum agat saties. Nullum noxium animal gignit, non araneam, non ranam, nec alit aliunde inuecta. Omnia noxia animalia ab alio asportata solo, pulueri iniecta necat. Apes in ea non reperiũtur, mira cœli temperies, fertilitas insignis. Gens tamen inhospita, inculta & crudelis, atq; ob id bello gerẽdo nõ inepta. Summum honorem ponunt in armis & bellicis rebus. Mare inter Hyberniam & Angliam ferè semper sæuit, ut nõ liceat traijcere illud, nisi certis quibusdã diebus. Sunt etiam inter Hyberniam & Scotiam multæ insulæ, quarum maximè meridionalis Mana quindecim leucis longa est.

De regno Angliæ, de situ eius & fertilitate.

Angliæ nomen unde tractum.

DIximus iam Angliam & Scotiam unam esse insulam, dispescunturq; ab occidente tenui freto, ab orente uero Tuesi fluuio, & medio Ordolucis mõtibus, quos uocant Cheuiet. Vnde uero natum sit Angliæ nomen, uariæ apud historicos inueniuntur opiniones. Sunt enim qui etymologiam deducũt à Germanica uoce angel, quæ cardinẽ significat, quod Anglia ueluti cardo sit, uel angulus, si à latina uoce sumatur, nostri orbis. Alij uolũt eam uocatam Angliam à regina quadam Angela dicta. At Iohannes maior in gestis Scotorum scribit in hũc modum: Anno à Christo nato 449 quũ Britãni ab hostibus præmerẽtur, coactus est Vortigerus rex eorum quærere externũ auxilium, nempe Saxonum, qui & cum magna multitudine uenientes liberauerunt regem ab hostium obsidione. Engistus autẽ dux eorũ dolo circũueniens regem, multos ex nobilitate Britannorum interfecit obtinuitq; tandem Britanniæ regnum. Succedẽs ergo Vortigero regi in imperio, noluit quod deinceps regnum illud Britãnia diceretur, sed à se uulgari uoce Engistland uocaretur, quæ tamen uox temporis successũ corrupta est, sublataq; una syllaba degenerauit in Engelland. Scribunt etiam quidam, memoratum Engistum pro exhibito obsequio à rege postulasse dominiũ aliquod in illo regno, quod adeò sibi placuit, ut exturbari nequiret, rege autem abnuente, postulauit rursus ut tãtum sibi spacij in terra daretur, quantũ corrigia aliqua per gyrum circumscribere posset, in quo pro uoto suo aliquod erigeret ædificium. Hoc autem à rege impetrato, acceptoq; corio bubalo discidit illud in longissimã corrigiam, & adiens locum illum quem antea delegerat, circplexus est magnum terræ spaciũ, extructoq; in eo castello, uocauit illud Corrigie. Albertus Krantzius paulò aliter describit hanc historiam, cum Beda in hunc modum sentiens: Quum Britones à Pictis & Scotis premerentur nec à Romanis iam magno bello implicitis ultra auxiliũ impetrarẽt, aliquãdiu suis se uiribus sunt tutati, sed quũ impares hostibus & uiderentẽ & essent, à proximis Germaniæ littoribus Saxones ad stipẽdia deuocabãt, ut propugnatores eorũ fierent in hostes, qui quidẽ Saxones cognomẽto Angli duce eorum Vortigerio insulã ingressi, Scotos atq; Pictos prælio repressêrunt. Sed ipsi postea mercenarij Saxones ambitione ducti, magis Britonibus, q̃ Picti aut Scoti hostes nocuerũt. Romanos enim ciues & Britãnorũ primores maiori ex parte uario genere mortis interfecerũt, ex eoq; tẽpore cœperũt Saxones Angli dominari Britãniæ. Habitabãt aũt illo tempore Scoti in Hibernia, Picti uero uenerãt ex Scythia ut cõmuniter putat, unde & antea Scoti uenerãt, conabantq; Hiberniã inuadere & sibi uẽdicare. At Scoti aliud dabãt Pictis consiliũ, nempe ut partẽ aliquã occuparent in Britãnia, quæ nõ satis culta erat ob inhabitantiũ paucitatẽ. Facta sunt aũt ista circa annũ Christi 449. Vocati itaq; Anglisaxones, expulsis hostib. facti sunt ipsi hostes regionis, insidijs laborãtes pro optima terra, nec frustrati sunt uoto suo. Nam quũ paulatim uires in terra obtinuissent, interfecerũt regẽ cum omnibus



Engistland.

Anglisaxones.

omnibus præfectis eius, cœperuntq; in terra grassari igne & gladio, ut cogerentur incolæ fugere in syluas & montes. Multi etiam traiectes mare ingressi sunt Galliam, & ui occupantes regionem quandam, ibi consederunt, denominataq; est terra illa ab eis Britannia. Britannia Gallica. Anglisaxones uero obtenta Britannia sedem fixerũt in ea, appellataq; est deinceps ab eis Anglia. Antequam autem subegerunt Britanniam, habitauerunt in regione quadam, quę post discessum eorum denominata est Angria, & duces Saxoniæ in hunc usq; diem utuntur titulo ducatus Angrię (uulgo Engern) & Vuestphaliæ. Colonienſis quoq; archiepiſcopus ex die destituti Henrici Leonis, Angriæ sibi assumpsit inscriptionis inter alios titulũ. Polydorus qui nostro æuo descripsit historiã Anglorũ, diuidit totã insulã, in tres partes, nempe Angliã, Vualliã & Scotiã. Subdiuidit uero Vuallia quę & Cãbria & populi Vuales, in Cornubiam siue Cornuualliam, quæ ab ipsis Corneual dicitur, Noruualliam, Soutuualliam & Vuestuualliam. Northuuales sunt qui uersus septẽtrionem habitant, dicti ab alijs Norgales. Soutuualles uero sunt qui meridionalẽ insulæ partẽ inhabitant: & Vuestuuales, quorum habitatio est ad occidentem. Angliæ & Vualiæ rex unus imperat, Scotię alter. Indiscreti Anglorum & Scotorum habitus, indiscreta ferè omnia, ijdem mores, subita ingenia & in ultionẽ prona ferociaq;. Scoti in bello fortes, inediæ, uigiliæ, algoris patientissimi, decenti forma, sed cultu negligẽtiori: inuidi natura ac cæterorum mortalium contemptores: ostentant plus nimio nobilitatem suam, ut in summa etiã ætate suũ genus ad regiam stirpem referant, nec non dialecticis argutijs sibi blandiuntur. Lapidũ carbonum ad calefaciendũ est usus ita cõmunis, ut mendicantes à prætereuntibus eos in eleemosynam petant. Asserunt habitatores huius insulæ, loca esse tẽperatiora, quàm in Gallia, remissioribus frigoribus, caloribusq;, optima frugib. atq; arboribus, & alẽdis apta pecoribus atq; iumẽtis, quorum est magnus numerus & præcipue ouiũ, quia nulli sunt in ea lupi. Vinum olim non gignebat, iam uero uineas habet in quibusdam locis. Habet aurum, argentum, ferrum, plumbũ, stannũ & carbonem abunde. Hinc efferũtur pelles & canes ad uenandũ aptissimi. Habet prægrãdia flumina piscosa, alternis motibus bis cotidie modo in pelagus, modo retro fluentia. Habet fontes salinarũ, habet & fontes calidos, habet gẽmas, margaritas & lapidem Gagatem plurimũ optimumq;. Hic lapis quãuis rudis & ignobilis uideat, diuini tamen nescio quid in se habet. Ignẽ enim alit in laticibus, quem solo oleo licet extingui. Si quis autem aquam & eius lapidis frustula biberit, si carnis senserit maculas, extemplo emingit, necq; cohibere urinam potest. At si uirgo biberit, non cogitur meiere. Dies longissimus in Scotia, horarũ 18 deprehẽditur, & æstate lucidæ sunt noctes. Anglica lingua mixta est ex multis linguis, præsertim Germanica & Gallica. Olim uero mere fuit Germanica, id quod aduertere licet ex Beda, qui ex Anglia orĩundus fuit: is enim in libro quẽ de tẽporibus edidit sic scribit. Veteres Anglicani populi numerauerũt menses suos secundũ cursum lunę, appellantq; lunã monã (Germani enim uocant lunã mon) & mensem monat. Decẽbrẽ uocãt haleg monath (id est, sacrũ mẽsem) & aprilẽ Eoster monath (id est, paschalem mensem) idq; à dea quadam, cui Teutonici populi in paganismo sacrificia fecerunt tempore mensis aprilis, quæ Eostre est appellata. Maium appellauerunt Thrimelci (id est, tres mulctre) quia in maio ter per diem mulserunt pecora. Hic locus in impressis codicibus non facile inuenitur, ego uero inueni in libro manu scripto, quem Glareanus ex nigra sylua anno 1545 huc Basileam misit. Alia lingua in hac insula est Scotorũ sylueſtrium atq; insulanorum, & hæc est Hibernica. Scoti uero mansuetiores utuntur lingua Anglicana. Tertia lingua est Vuallica.

Vuallia.

Scotorum mores.

Fertilitas Scotiæ.

Lapis Gagates.

Anglica lingua.

De regibus Angliæ.

RAphaël Volaterranus scribit de regibus Angliæ in hunc modum. Anno Christi 156 fuit primus Christianus rex in Anglia Lucius, successores autem eius sacpius defecerunt à fide. Post eum regnauerunt Carentius, Coël, Octauius, Codanus, cuius temporibus Cornubia propriũ habuit ducem. Post eum regnauerũt Cõstantius, Vortigernus, cuius tẽpore Saxones sese insinuauerũt in Angliã, ut supra dixi mus, fuerũtq; ab anno Christi 467 duo reges in Anglia. Discordãt tamen hic historiæ, q̃ alijs excutiendũ relinquimus. Post Vortigernũ regnauit Aurelius, Vther, Arturus, quẽ Galli uocãt Artũ, qui magna gessit bella cõtra Saxones, Nortuuegos, Danos, Hibernos, Scotos, &c. qui Britanniã sibi uẽdicare conabant. Et cũ anno Christi 542 Lucius dux Romanus

manus in Britanniam cum magno exercitu uenisset, interfecit eos Arturus usq; ad unum. Post Arturum multi principes regnauerunt in Anglia, nempe Cõstantius, Aurelius, Ca-

Euãgeliũ prædicatur Anglis

rentius, Etelbertus, cuius residẽtia fuit Cantuariæ. Huius temporibus misit diuus Gregorius precones Euãgelij in Angliam. Post Etelbertũ regnauerunt Codnanus, Atelstanus, Echeualdus, Sycobertus, Egbertus, Lotarius, Edricus, Vadredus, qui uixit circa annum Christi 710. Egbertus, Etelbertus, Egfridus, Cudredus, Vadredus, cuius tẽpore Saxones occupauerũt regnũ Cantuariense, possederũtq; aliquot annis. Anno Christi 800 Egbrutus Vuestsaxo supra modũ ampliauit Saxonicũ regnũ in Anglia, idq; tempore Caroli magni, permisitq; sub se alios reges imperare, at filius eius Edelnulphus restituit omnia quæ pater occupauit. Post eum regnauit Alfredus, qui Oxonij instituit studiũ generale. Successit ei filius suus Eduardus, & hic Danos ex Anglia abegit, qui plurimum incõmodauerunt insulam. Post Eduardum multi reges successiue regnauerunt usq; ad regẽ Cuntonẽ, cuius regia fuit Londinũ: & hic ad obedientiam coẽgit totam Angliam, Scotiã, Daniam & Nortuegiã, anno scilicet Christi 1000, creauitq; filiũ suum regem Nortuegię, & aliũ filium Daniæ. In Anglia uero regnauit Eduardus tertius, & eo mortuo sine hærede, factus est Vuilhelmus Normãdus duc



Oxoniẽse studium.

is Ruperti filius, qui erat de sanguine eius, rex in Anglia. Mortuo autem Vuilhelmo anno Christi 1085 regnauit filius eius Vuilhelmus, & post hunc Vuilhelmũ Henricus huius nominis primus frater eius. Hic duxit uxorẽ filiam regis Scotiæ Matildem nomine. Eorũ temporibus uixit Anshelmus episcopus Cantuariensis. Paruit huic Henrico ad tempus Scotia & Vuallia. Post hunc regnauit Henricus secundus, qui adiecit regno suo Hiberniã, Orcades insulas, Normandiam, Aquitaniã atq; Vasconiã. Maculauit tamen gloriam suam sanguine Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis. Successit ei in regno Richardus filius eius, & is profectus est anno Christi 1181 cum Philippo rege Franciæ atq; alijs principibus ad terrã sanctã. Cumq; reuerteretur à terra promissionis, captus fuit in itinere à du-

Richardus in Austria captus

cibus Austriæ & multatus tanta ui pecuniæ, ut pro redempione eius secundus quisq; calix aureus uenditus fuerit, & monachi cogerentur uendere libros. Historiam habes infrà in descriptione Austriæ, & item in descriptione terræ sanctæ sub titulo Guidonis regis. Reuersus autẽ in regnum tristiciaq; absorptus, breui post mortuus est. Regnauit uero post eũ Iohãnes frater eius: cui Ludouicus rex Frãciæ grauissima intulit bella, ut ille rebus suis

Anglia Romanæ sedi subiecta.

diffisus, cum Pandulfo Rom. Pontificis legato pacẽ cõposuerit, pulsos episcopos in patriam reuocauerit, Angliamq; & Hiberniã sedi apostolicæ fecerit in æternum uectigales, & magnũ auri pondus, nẽpe 70 auri marcas, uel duo millia Nobiliũ, ut Iohannes Maior scribit, in annos singulos pendere pollicitus sit. Alij de hoc sic scribunt. Cum Philippus rex Galliæ animum adijceret ad ulciscẽdum Anglum, Anglus ueritus eius potentiam, ad Rom. Pontificis gratiam confugit, atq; libere deo & sanctis apostolis Petro & Paulo, Romanæq; ecclesiæ regnum Angliæ pariter & Hiberniæ obtulit & cõcessit cum omni suo iure, proq; dictis regnis Innocẽtio tertio homagiũ fecit, ut scilicet illa in feudum ab ecclesia reges Angliæ de cætero tenerẽt, illud adijciens, ut pro omni seruitio dictorum regnorum quotannis centum auri marcas soluerẽt. Nec id nouum, quum longè ante hoc Adulphus primus monarcha Anglorum rex, idem regnum Leoni quarto, Romanæq; ecclesiæ uectigale fecerit: post quem Henricus rex ob necem sancti Thomę Cantuariensis idem regnũ pro se & suis successoribus à sede apostolica in feudum recognouit. Cæterum Iohannem regem monachus quidam potu ceruisię intoxicatę extinxit, quod audisset illum magnã caristiam in damnũ reipublicæ introducere. Anno Christi 1208 regnare cœpit in Anglia filius Iohannis Hẽricus tertius, cui successit filius eius Eduardus quartus. Hic domuit anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo secũdo rebelles Scotos, interfecitq; 70 millia, ipse uero in suo exercitu amisit 7 duntaxat millia. Expulsi quoq; sunt eo regnante omnes Iudæi ex Anglia. Successit autem ei in regno filius eius Eduardus quintus, & huic

successit

ſucceſſit Eduardus ſextus,qui anno Chriſti 1308 uicit Philippũ regem Galliæ in ipſo mari haud procul à Flandria, amiſſis à parte Galli triginta millibus uirorum. Poſt hæc idem Anglus congreſſus cum Gallo prope oppidum Calles, cepit eum,impoſito q̃ annuo tributo manumiſit eum. At Gallus promiſſis non ſtetit. Eduardo ſucceſſit primum Richardus tyrãnus,deinde Henricus quartus,dux Herefordẽſis, & huic ſucceſſit Henricus quintus,qui multa geſſit bella cõtra Normandos, obtentaq; Rothomago diripuit eam,iuuãte illum Carolo rege Franciæ,cuius filiam ille duxit uxorem anno Chriſti 1424. Mortuo autem Luteciæ rege Henrico,regnauit poſt eũ Henricus ſextus,qui rurſum amiſit Normandiam, quã pater eius acquiſierat. Quin & æmuli eius regẽ creant Eduardum ducis Eboracẽſis hæredem anno 1459 quẽ totus populus ſequitur et Henricum fugãt regno. Qui poſtea rurſum uocatus ab Anglis et ab Eduardo captꝰ, incarceratus eſt. Miſit autẽ Carolus Burgũdus Eduardo contra hoſtes ſuos ſuppetias, q̃ ſororẽ eius haberet uxorẽ. Conſpirãtibus uero Anglis contra Eduardum, liberant Henricũ ex carcere & regno reſtituunt. Eduardus accepto ſubſidio à Burgũdo ſororio ſuo, Angliam petit & cõmiſſo prælio Henricũ iterũ capit, & cõiectum in carcerẽ ibi mori permiſit. Eduardus genuit tres filios & duas filias, & moriturus regnum Richardo fratri cõmendat, rogans ut maximum natorum ſuorum in regnum inueſtiret. At Richardus poſt mortẽ fratris anhelans ad regnum, iuſſit fratris filios occidi. Quod uidentes Angli uocant Henricum ſeptimum fratrem Henrici ſexti ex matre in exilio agentem & occiderunt in bello Richardum. Duxit autem Henricus iſte uxorẽ, Eduardi regis primogenitam, factusq́ue eſt rex anno 1474. Cui ſucceſſit in regno Henricus octauus, qui & noſtro tempore eidẽ præfuit, duxitq; primã uxorem Catarinam filiã Ferdinandi regis Hiſpaniæ: qua aliquot annis potitus et in monaſteriũ truſa, duxit duas alias ex nobilibus Anglorum, ex una in puerperio moriẽte ſuſtulit Eduardum filium, alteram decollari fecit, neſcio ob quam cauſam, niſi quod à quibuſdã inſimulata fuit de adulterio. Duxit deinde ſororem ducis Iuliacenſis, ſed quã non diu amauit. Hic reuocauit annuam penſionem, quam prædeceſſores ſui ex uoto ſoluerunt ſedi apoſtolicæ.

Rex Galliæ captus.



Catalogus regum Angliæ, ab Henrico ſecundo qui Thomam archiepiſcopum interfecit, inchoatus.



Henricus

De insulis Britan-

1	2	3	4	5	6
Henricus secundus, qui S. Thomam occidit.	Richardus. Hic ꝑfectus est ad terram sanctam.	Iohannes. Hic obligauit se apostolicę sedi.	Henricus tertius	Eduardus quartus, q̄ domuit Scotos.	Eduardus quintus.

7	8	9	10	11
Eduardus sextus. Hic uicit Gallum.	Henricus 4. dux Herefordensis.	Henricus 5. Hic expugnauit Normandos.	Henricus 6. Hic expulsus est à subditis è regno.	Eduardus septimus, Hic diu bellum gessit pro regno consequendo, cuius frater Richardus per parricidiū inhiauit regno.

12	13	14
Henricus septimus Henrici sexti frater recuperauit auitum regnum.	Henricus octauus reuocauit uotum Pōtifici Romano factum.	Eduardus filius Henrici octaui.

Quomodo Anglia primum est cognita.

Iulius subigit Angliam.

POstquā Romani cœperunt sibi subijcere orbem & uēdicare dominium in omnes regiones, lōge antea fuit Angliæ populus & situs eius incognitus, nisi quod fama erat, eam inhabitatam à gigantibus. Cum uero Iulius Cæsar extrema Galliæ inciperet armis subijcere Romanis, conatus est & uicinam insulam Britanniā eisdem facere obedientem. Nec defuit fortuna uotis eius. Nam uictoria potitus aperuit insulam, ut etiam extranei commertia facere inciperent cum Britannis. Ante hunc Iulium nulli unquā externo principi subiecta fuit Britannia, sed suis legibus uiuens, nullum agnoscebat principem præter domesticos iudices. Porro quis dux aut populus primus hāc adierit & & occupauerit prouinciam, incertum est. Fabulantur tamen quidam, gigantes eam primū incoluisse, antequam Brutus Syluij filius, rex Latinorum & dux Troianorū post Troianum bellum eam magnis nauibus ingressus est.

De Scotia.

DIximus iam, Scotiam & Angliam olim uno nomine appellatam Britanniam & Albionem, indiscretamq̄ remansisse insulam usque ad aduentum Pictorum & Scotorū irruentium in regionem, conantium expellere Britannos ipsos, sed illi auxilio Saxonum à Britannis repulsi, occupauerūt posteriorem insulæ partem, hoc est, septentrionalem regionem, quæ & ab ipsis Scotia deinde est denominata. Scoti isti referunt uenisse ex Hibernia, ut suprà quoq̄ diximus, & utuntur in hodiernū usq̄ diem pro maiori parte Hibernica lingua. Cum autem temporis successu uehementer multiplicarentur, excreuerūt in proprium regnum, quod duo parui amnes separant ab Anglia, unus uocatur Tueda ferturq̄ in orientē, alius uero qui ad occidentem labitur, Suluvua seu Suluaius. Sunt qui Scotos sic appellatos putant à græca uoce, quę obscuritatē significat, quod olim consueuerint pingere corpora sua obscuro colore, figurareq̄ horrendis picturis, præsertim in brachijs & pectore, quo hostibus maiori occurrerent terrore.



De eximia fertilitate Angliæ & Scotiæ.

TAmetsi Anglia non multum distet à Flandria, mari angusto dirimente hanc ab illa, quod prope Callesiū putatur habere triginta millia passuū in latitudine, potestq̄ fieri traiectus secundis uentis spacio duarum horarū, est tamen multo fertilior quàm sit Flandria. Nam profert uaria metalla. Aurū inuenitur apud Granfurd.



furd. Argentum uero, mercurium, ferrum, plumbum, & cuprum fodiunt magna copia in Scotia. Producit quoq; gemmas quasdã, præsertim Gagatem, qui ardet in aquis & extinguitur oleo. Terra in Scotia pro magna parte est sulphurea & uiscosa, atq; ob id pabulũ est ignis, præsertim cum ibi defectus sit lignorum. In utroq; regno tantum crescit frumenti, quantum incolæ absumunt. In multis tamẽ locis nullum crescit triticũ, sed habitatores ibi ex auena mediocrem cõficiunt panem, id quod potissimum faciũt rustici in Vuallia & in Scotia. Pascua in utroq; regno sunt optima, unde & nullibi melior & tenerior inuenit lana. Abundãt syluæ feris, maxime ceruis, damis, syluestribus capris & apris. Nec usq; horũ tot inueniuntur cuniculi ut in Anglia. Scotia tamen in fertilitate non potest æquari Angliæ, nisi q; piscosior est et carnibus pecorinis abũdantior, quia habet passim portus tutos & aditus marinis aquis peruios, itẽ lacus, paludes, fluuios, fontes longe plenissimos piscibus, ut in quibusdam locis duodecim salmones uno emantur aureo. Est multis in locis montosa, & in summo montium æquata agri planicies, pecoris pabulum ubertim suppeditans. Iuxta ciuitatem Aberdoniam multa inueniuntur nemora, putanturq; esse Calidonia sylua, cuius meminit Ptolemæus, incipitq; duobus miliaribus ab Edinburgo regia Scotiæ. Vltra Scotiam uersus septentrionẽ sunt Orchades insulæ, quæ omnes nostro æuo inhabitantur, & crescit in eis auena & hordeum sed nullum triticum. Habent optima pascua, multaq; pecora. Nulli sunt lupi in Anglia, & illati non manent, atq; ob id pecora obambulant absque ulla cura & custodia hominum. Oues sunt cornutæ præter morem aliarum regionum. In Scotia inueniũtur arbores, quæ producunt fructum foliis cõglomeratum: et is cum oportuno tempore decidit in subiectã aquam, reuiuiscit conuertiturq; in auem uiuam, quam uocant anserem arboreũ. Crescit & hæc arbor in insula Pomonia, quæ haud procul abest à Scotia uersus aquilonẽ. Veteres quoq; Cosmographi, præsertim Saxo Grammaticus, mentionẽ faciũt huius arboris, ne putes esse figmentum à nouis scriptoribus excogitatum. Scribit tamen Eneas Syluius de hac arbore in hunc modum. Audiueramus nos olim arborem esse in Scotia, quæ supra ripam fluminis enata fructus produceret, anetarum formam habẽtes, & eos quidẽ cum maturitati proximi essent sponte sua decidere, alios in terram, alios in aquam, & in terram deiectos putrescere, in aquam uero demersos, mox animatos enatare sub aquis & in aëre plumis pennisq; euolare. De qua re cum auidius inuestigaremus dum essemus in Scotia apud Iacobum regem, hominem quadratum & multa pinguedine grauem, didicimus miracula semper remotius fugere, famosamq; arborem non in Scotia, sed apud Orchades insulas inueniri.

Scotia piscosior Anglia.

Orchades insulæ.

Anseres arborei.



De insulis Britan-

De moribus & ritibus Anglorum aq; Scotorum.

IN Anglia tres sunt linguæ, prima quę & pręcipua, est qua cõmuniter utũtur Angli & ciuiliores Scoti. Altera est Hibernica, qua utunt̃ rustici in Scotia. Tertia est in Vuallia, & hæc est Britãnica. Inter Scotos & Anglos perpetua est simultas, nec est spes cõcordiæ nisi hæc duo regna publico regali matrimonio uniantur. Mulieres in Anglia sunt albæ, elegãtisq; formæ. Vulgares homines inhumani sunt atq; inexperti, nobiles uero ciuiliores atq; humaniores erga extraneos. Solent aduenas salutare capite denudato, flexoq; poplite, & si est mulier, excipiũt eam oscu lo. In bellis nõ depopulantur agros & ciuitates, congredientes exercitus contendunt in mutuum exitium. Olim cum Iulius Cæsar Britanniã ingrederetur, uictitabant incolæ, præsertim uulgares, lacte & carnibus absque pane, & uestitus eorum erant pelles animalium. Vna mulier habebat aliquãdo decem uiros, nec excludebat à matrimonio fratres aut etiam patrẽ. Scoti hodie in moribus non differunt ab Hibernis unde originem duxerunt, ut supra quoq; diximus, nec magnum est inter ipsos interuallum. Nam cum cœlum est serenum, potest Hibernia uideri in Scotia. Est præterea indiscreta lingua eorum, indiscreti mores & uestitus. Valẽt ingenio, id quod doctrina declarat: nam ad quancunq; se applicant artem, in ea facile proficiunt. Sunt proni ad ultionem, ferocesq;. In bello fortes, laboris, inediæ, uigiliæ, patientes, &c. Qui meliorem terræ incolunt partem, nempe meridionalem, hi bene morati sunt, & ut humaniores lingua utuntur Anglica, & cum raræ hic sint syluæ, ignẽ faciunt ex lapide nigro, quem ex terra effodiunt. Alteram septentrionalem ac montosam partem tenet genus hominũ longè durissimũ ac asperum, qui syluestres dicuntur. Hi sago & interiore tunica Hibernico more, tincta croco, amiciuntur, nudisq; genutenus tibijs incedunt. Arma sunt arcus & sagittæ cum ense admodum lato, & pugione una tantum ex parte acuto. Differunt ab Anglis Scoti legibus & institutis, quia isti ciuile ius usurpant, uti cæteræ fermé gentes, illi uero municipale tantum habent. Sub Imperatore Marco Antonino Vero Angli, Lucio ipsorũ rege id per Epistolam ab Eleutherio Papa postulãte, conuersi sunt primum ad fidem Christianam. Et cum sub Diocletiano Imperatore ubiq; Christiani raperentur ad supplicia, etiam in Anglia multi ob Christum sunt passi. Anglisaxonibus uero irruentibus in prouinciam & indigenas expellentibus, extincta est fides Christi in Anglia usq; ad tempora Gregorij sancti. Hic cum fortè Anglorum pueros Romæ uideret uenales, alludens patriæ uocabulo, bene inquit Angli dicuntur, quia uultu nitent ut angeli. Oportet illis iter salutis æternæ administrare.

Scoti non differunt ab Hibernis.

Angli quando ad Christi fidẽ conuersi.

De fluuijs, ciuitatibus, episcopatibus & academijs Anglie & Scotie.

VT iam diximus, Angliam separant à Scotia amnes Tueda & Suluaius. Est deinde alius magnus in Anglia fluuius, Sabrina nomine, uulgo Habern, originem sumens in Vuallia, & post multas ambages apud Bristou ruens in mare. Sũt & alia duo insignia flumina in Anglia, unum uocatur Humbria, cursumq; suum dirigit uersus Eboracum, & recipiuntur ab ipso Trenta & Dunus. Alterum appellatur Tamesis, ad cuius ripam collocatur regia Angliæ, nempe Londinum, quod olim Trinouantum fuit uocatum. Tẽpore nostro est insigne emporiũ & mercatus in eadem urbe, possuntq; maiores naues per Tamesim illuc deduci. Mille passibus ab hac urbe uersus occidẽtem est monasterium Vest, id est, occidẽtale monasterium, situm ad Tamesim, ubi regiũ est palatium, regumq; Angliæ sepultura. Porrò tribus millibus passuum à Londino uersus orientem, etiam iuxta fluuium Tamesin, est Greuenuuich, regum Angliæ commune receptaculum. Illic naues ascendunt Londinum usq;, quæ ab equis non trahuntur, sed uel uẽti impulsu uel maris fluxu & refluxu. In Tamesi fluuio tria uel quatuor cygnorũ millia domestica dicuntur inueniri. Alia insignis Angliæ ciuitas est Eboracum, quod uulgo uocant Iork seu Yorck, habetq; locus ipse magnum ambitum, sed nõ est eò populosior aut etiam locupletior. Tertia insignis ciuitas appellatur Noruick, habetq; episcopũ. Habet prę terea Anglia duas academias, unã Oxonij & alteram Cantabrigæ. Habet duos archiepiscopatus, unum Eboraci & alterum Cãtuariæ. Regia & metropolis Scotiæ est Edinburgum olim Hethburgum dictum, haud multum à mari distans, estq; ibi portus maris cõmodissimus, Letha appellatus, ubi Scoti negociantur, distatq; ab Edinburgo per quartã unius milliarij. Iam à centum annis Scotorũ reges in ea urbe residẽt. Andera insignis Scotiæ


Londinum.

Edinburgum.

ciuitas

ciuitas appellatur Beruuick, locaturq; ad unum fluuiorũ, qui Scotiã ſepara nt ab Anglia. Item tres ſunt archiepiſcopatus & academiæ in Scotia, nempe apud ſanctum Andream, in Glaſqeu & Aberdoniæ, quã Aberdein uulgo uocant, ubi optimus eſt maris portus, cõueniuntq; plurimi negociatores mercaturæ gratia. Eſt & aliud emporium iuxta mare, nomine Dunde, & apud ſanctum Iohannem & in loco Montros, ubi quoq; eſt epiſcopatus. Oppidũ ſancti Iohannis alio nomine uocatur de Perth, & ſolum eſt inter uillas Scotiæ muratum. Prope Aberdoniam ſunt Scotiæ alpes, quæ ab equitibus inacceſſibiles ſunt. Ad montium radices magna ſunt nemora, ubi putãt olim fuiſſe Calidoniã ſyluam, & in illis nemoribus, incredibilis ceruorũ & damarum inuenitur multitudo. Aberdonia fuit olim Scotorum regia, hodie uero eſt Edinburgus. *Ciuitas Glaſquenſis.*

Alexander Aleſius Scotus de Edinburgo.




A Palatium regis — B Arx puellarum — C Eccleſia S. Cutberti
D Eccleſia S. Egidij — E Minoritæ — F Eccleſia beatæ Mariæ in cãpo
G Collegium reginæ — H Prædicatores — K Monaſterium S. Crucis

EST Edinburgus in prouincia Laudonię ſita ad auſtrũ miliario Italico à brachio maris, in quod influit amnis Fortha ab occidente ueniens. Habet autem ciuitas ipſa duos montes ad orientem, auſtralior uocat cathedra Arthmi, & qui reſpicit aquilonem, Collis apri. Ager undiq; fertiliſſimus eſt, amœna prata, ſyluulæ, lacus, riuuli, arces plures quàm centũ per circuitũ urbis intra unum miliare Germanicum. Ad ſeptentrionẽ interuallo Italici miliarij, ut diximus, eſt brachiũ maris, iuxta quod ſitum eſt oppidum Letha, in cuius medio cõſtructa eſt porticus, in qua ſimul uidere licet centũ magnas onerarias naues. Habet brachium maris ibi ad aquilonẽ in latitudine ſeptem miliaria. Eſt & ex altero latere aquilonari oppidũ & noua porticus extructa. Porrò Edinburgus ſita eſt in monte inſtar Pragæ, habetq; in longitudine miliare Italicum, in latitudine dimidiũ. Longitudo accipit ab occidente in orientẽ. Ab occidente urbis aſſurgit mons & alta rupes atque arx in rupe, ſub qua undiq; eſt profunda uallis, niſi ea parte qua reſpicit urbem, quare arx eſt inexpugnabilis niſi ex urbe, nec quiſquam ad eam ſcãdere poſſet etiã ſcalis, tam præceps & dura eſt petra, in qua uultures nidificant. Harũ auium nidos depredantur

Castrum puellarum.

iuuenes audaciores, ex arce in sportis demissi. Hæc arx uocatur Castrũ puellarũ, claditq; urbem ab occidente. Cæterum ad orientem urbis est augustissimũ monasteriũ Sanctę crucis, habens annexum palatiũ regis & amœnissimos hortos, quos claudit lacus ad fundum montis cathedræ Arthmi. In hoc mõte inueniũtur prętiosi lapides, clara die radiãtes, adamantes præcipue. In urbe sunt duæ magnæ uiæ ab arce puellarũ usq; ad monasterium & regium palatium, lapidibus quadris stratæ, præsertim regia uia. Est suburbiũ ad occidentẽ, dimidio miliario longum, uocaturq; uia sancti Cuthberti. Sunt in urbe multa monasteria & templa, præsertim Franciscani, Dominicastri, Ecclesia Mariæ de campo, collegiũ sacerdotum: & aliud collegiũ Trinitatis, Hospitale S. Thomæ. Vrbs ipsa non est cõstructa ex coctis sed naturalibus & quadris lapidibus, ut etiã singulæ ædes possent magnis palatijs comparari. In medio urbis est capitolium & ecclesia collegiata sancti Egidij. Habent episcopi, duces, comites, barones & proceres totius regni in ipsa urbe sua palatia, quando uocantur ad comitia. Est palatium regis positum supra monasteriũ, amplissimum & superbissimũ, & extẽditur ab eo usq; ad arcem puellarũ una perpetua platea, dicta uicus regius, sed quę prope arcem puellarũ latior, & prope monasterium angustior est: atq; hæc regia uia ex utraq; parte habet insignes ædes, potioresq; ex lapide polito cõstructas. Porrò alia oblõga uia, quæ uocat uicus Canonicorum, est angustior, sciũgiturq; à regio uico, muro, porta & turribus & reputatur pro suburbio. A regia uia inter austrũ & boreã extendunt infiniti uiculi, qui omnes excelsis sunt ornati ædibus, sicut & uia uaccarũ, in qua habitant patricij & senatores urbis, & in qua sunt principũ regni palatia, ubi nihil est humile aut rusticũ sed omnia magnifica. Inter maiores ecclesias Edinburgi, post monasterij eximiam basilicam primũ locum tenet Collegiata ecclesia S. Egidij, cõstructa in medio regiæ uiæ. Deinde in uico qui diuidit Edinburgũ à uia Canonicorũ & suburbio, est ecclesia magnifica uocata Collegium reginæ intra muros. Item inter monasteria Franciscanorũ & Prædicatorum sita est ecclesia Mariæ de campo, ubi quoq; est collegium sacerdotum. Et sub rupe arcis puellarum sita est noua parochia S. Cutberthi.

Genealogia regum Scotiæ à quadringentis & suprà annis.



Circa annum Christi 1100 regnauit in Scotia Edgarus, cui anno 1107 successit frater Alexãder, uir pius & iustitiæ amator: quo sine liberis defuncto, successit tertius frater Dauid. Hic duo memorabilia bella gessit contra Sephanum Anglorum regem, propter limites scilicet utriusq; regni, præsertim autẽ propter Northumbriam & Combriam. Hic rex Dauid multa & nimis sumptuosa construxit & fundauit monasteria utriusq; sexus in magnam regij ærarij iacturam, præsertim quum Scoti nulla aut exigua soleant regi pendere uectigalia. Habuit autem Dauid filium Henricum nomine, sed qui ante fratrem mortuus est, relictis aliquot liberis. 5 Macolmus iste auo in regno succedens, iunctus fuit amicitia Anglis, atq; ob id odio habebatur à subditis. 6 Guilelmus successit fratri anno 1165 qui homagiũ fecit regi Angliæ pro terris quas in limitibus Angliæ habuit: deinde captus ab Anglo quatuor arces pro sua liberatione dedit. Cumq; Richardus rex Angliæ ex terra sancta rediisset, & magna penuria ob passam in Austria capiuitatem premeretur, Guilelmus Scotus ei dono dedit duo millia marcarum: nec unquam legimus syncerioręm inter Anglos & Scotos fuisse pacem. Semper enim postea usq; in hũc diem rixæ, discordiæ,

Implacabile odiũ inter Anglos & Scotos

discordię, odia & atrocia bella inter hæc duo regna fuerunt, nec potuit unquam pax firma per cõiugia regum aut per icta fœdera fieri, præsertim postquam Gallus cœpit partes fouere Scotorum. Anno domini 1214 Guilelmus rex graui laborans morbo obdormiuit in domino 7 Alexander filius Guilelmi pacis amator succeſſit patri, mortuus anno 1219 & unum relinquens filium regni succeſſorem. 8 Alexander iſte inunctus fuit ab archiepiſcopo ſancti Andreæ & duxit uxorem Margaretam filiã Henrici regis Angliæ. Hic tandem de equo cadens fractis ceruicibus expirauit, nullo relicto hærede. Fuit poſt eum ordinatus adminiſtrator Scotiæ Guilelmus Vallaceus uir pugnaciſſimus, qui multas ſtrages in Anglia fecit, & regem Eduardum aliquoties in fugam uertit, ſed ſuis ſibi tandem inuidentibus hanc gloriam atque eum relinquentibus, Eduardus grauia bella excitauit contra Scotos. Tunc Scoti elegerunt adminiſtratorem regni Iohannem Cumyngum generum Dauidis aut nepotẽ eius, Marioriæ ſcilicet maritum aut filiũ, ſub quo Eduardus Scotiam ingreſſus, totã ſibi ſubegit. Cumyngus autem paulo pòſt eſt à Roberto Bruſeo in eccleſia iuxta altare interfectus, uẽdicauitq; Bruſeus ſibi regni coronam, adiutus per familiares quoſdam. At Angli & Scoti quidam, præſertim Cumyngenſes, Bruſeum perſequentes in fugam egerunt, fratres eius captos ultimo affecerunt ſupplicio, & uxorẽ eius in Angliã ductam ibi incarcerauerunt. Eduardus rex Angliæ in regno Scotię ius habere uoluit, idq; requiſiuit à Iohanne Baleolo, qui de antiquiore ſorore Eduardi deſcẽderat. At Bruſeus ſenſim uires recuperat & uiriliter reſiſtit regi Anglię ſæpe Scotiã petenti. Irritati Scoti Northumbriam populantur, uicos omnes edaci flamma conſumũt, ſenes & pueros atq; mulieres trucidant atq; delubra ſpoliant. Hæc omnia contigerunt ſub Eduardo ſecũdo, qui & acerrimã pugnam cum Scotis habuit, & multa millia hominũ ex ſuo exercitu amiſit, licet uictoria Scotis nõ fuerit incruenta. Anno 1322 Eduardus rex centum millia pugnatorũ in unum coẽgit atq; in Scotiam miſit. Scotis autem à facie eius cum rebus ſuis fugientibus, rex penuria uictualium laborans, cogitur redire.

Rex Angliæ expugnat Scotiam.

Anno 1326 Eduardus rex Angliæ & Iſabella mater eius mittunt oratores in Scotiã, & offerunt filio Roberti regis ſororem Eduardi, & renũciant ſimul iurisdictioni ſuæ ſuper regnum Scotiæ. Cõſentiens autem Robertus Bruſeus, accepit Dauidi filio ſuo quinquenni Iohannam ſororem Angli, trãſactiſq; tribus annis poſt hanc concordiam, mortuus eſt Robertus, uir in re militari excellens, qui Anglos ex Scotia eiecit, & bis cum Anglo diffi cilimis prælijs congreſſus eſt, ſemperq; uictor euaſit. Propter impuberem autem regẽ, Thomas Ranulphus regno præponitur, uir optimus, ſed qui à ſubornato monacho medico, ueneno ante legitimum tempus interfectus eſt.


Pax per coniugium firmatur

9 Dauide rege res Scotiæ moderante, Eduardus uxoris ſuæ frater Caleſium obſedit. Tunc rex Galliæ Philippus Valeſius rogat Dauidem ut Angliã hoſtiliter ingrediatur, ſicq; Eduardus obſidionem Caleſij diſſoluere cogatur. Rex Dauid conſilium iuuenũ ſecutus, obtemperat Gallo, Anglisq; ei occurrentibus capitur & Scotia paſſim diripitur. Quod uidens Gallus miſit pecuniã in Scotiam pro colligendo milite: at Vicerex accepta pecunia militibus nihil dedit. Irruentes tamen Scoti in Angliam, afflixerũt eam, ſed non ſine ſuo ſanguine. Eduardus qui ſororium regem captum tenebat, accepta clade à Scotis, relicta Gallia cum maximo exercitu Scotiam ingreſſus, paſſim omnes trucidat, etiam parulos, comburit Edinburgum & Ladoniam, tãdemq; nõ ſine ſuo damno redit in Angliã. Rex uero Dauid datis obſidibus reuertitur in Scotiam, ad tractandum cum ſuis de redemptione. Sed non inueniens conſenſum populi pro poſtulatis, reuerſus in Angliam obſides liberat. Anno 1356 Iohannes rex Galliç captus eſt ab Eduardo Anglo, ſicq; Anglus duos penès ſe habuit captos reges. A Scoto petebat ducenta millia Nobiliũ pro ſua liberatione, quæ ad certos ſolueret annos. Galli uero pro ſuo rege liberãdo magnam ſui regni partẽ uoluerunt Anglo dare. Porrò regina Scotiæ ſoror Eduardi mortua eſt in Anglia, comitata uirum. Frater quoque eius rex Angliæ mortuus eſt eo anno, uir pugnaciſſimus. Dauid autem rex quum nullum haberet hæredem, conabatur Scotos perſuadere, ut acciperent Anglũ pro rege: at illis diſſentientibus, egerunt cum eo ut aliã duceret uxorem, unde hæredem ſuſciperet. Cumq; illa nullam gigneret prolem, ille abiecit uxorẽ non ſine malo exemplo. Mortuus eſt autem rex Dauid in Edinburgo, anno 1370. & electus eſt nepos eius Robertus Steuartus ad regnum, cuius poſteri imperarunt uſque in hodiernum diem. Suo tempore uiolatæ ſunt inducię, factæ in liberatione regis Dauidis ad an-

Rex Scotiæ capitur.

Rex Galliæ capitur ab Anglo.

nos quatuordecim & utrinq; multa illata sunt damna. Mortuus autem est Robertus secun dus anno Christi 1390.



Mortuus Robertus secũdus reliquit multos filios, Iohannem qui commutauit nomen suum in Robertum tertium, Robertum ducem Albaniæ & Alexandrum comitem Bucha niæ, & ex alia uxore, Galterum comitem Atholiæ atque Dauidem. Habuit rex Iohannes Robertus unum filium nomine Iacobum, qui missus à patre in Galliam, captus est ab An glis in mari: quod patrem adeo afflixit, ut præ tristitia moreretur. Interim autem præfuit regno dux Albaniæ patruus capti Iacobi. Anno 1424 duxit Iacobus rex uxorẽ Io hannã Clarẽtiæ ducissam, sed cuius dos nõ suffecit pro sui liberatione, sed pro reliqua pe cunia coactus fuit dare obsides, optimatum hæredes. Anno 1436 Iacobus primus rex Scotiæ dedit filiam suam Margaretam uxorem Gallo Ludouico undecimo. Sub hoc rege misit Anglus ad Scotos, rogans, ut hæc duo regna tam uicina pacem perpetuam fir marent, iuuaretq; Anglum Scotus & contrà Anglus Scotum. Tunc rex Iacobus uocatis primoribus regni cõclusit cũ illis, quod pacis fœdera cum Gallo uetustissima nõ rũperẽt.

Fœdus Scotorum cum Gallis.

Anno 1447 Iacobus iste primus proditorie plurimis letalibus uulneribus occisus est, procuratione patrui eius comite Atholiæ, qui ad regnum aspirauit. Didicerat iste Iaco bus in captiuitate sua multas artes: nam erat egregius luctator, cursor uelox, musicus arti ficiosus, citharœdus ingeniosus & fortis eiaculator lapidum. Autores mortis eius à prin cipibus regni capti, misere interfecti sunt. Nam comitem Atholiæ & complices eius Edin burgi iudicarunt ad mortem: comitem quidem uestibus exutum duxerunt per urbem, fu nibus eum in altum trahentibus, & postea eum labi sinentibus in terram: coronã ferream ardentem capiti eius imponunt, & postero die ad caudam equorum ligant, atque unà cum

Supplicium grauiss.

socijs de uico in uicum traxerunt. Tertio autem die posuerunt eum super tabulam, & ui uenti intestina extraxerũt atq; combusserũt: postea cor extrahentes in ignem proiecerũt atque demum caput obtruncant, & corpus in quatuor secant partes. Robertũ uero Gra mum qui præcipuus percussor fuerat posuerunt in currum, & dexteram eius, qua regem percusserat, ligarunt in patibulo adhærente currui, sicq; suspensum circumduxerunt & ca lidis ferris pupugerunt per corpus, atque tandem quadrifariam dissecuerunt. Alijs uero complicibus, alias inflixerunt pœnas.

13 Iacobus secundus succedens patri in regno, genuit tres filios, Iacobum tertiũ, qui in regno successit, Alexandrum Albaniæ ducem & Iohannem comitem. Cumq; is Ia cobus arcem Roxburgi, quam Angli intra Scotiam multis diebus tenuerãt, obsideret, ex magno tormento obstructorium ligneũ eiectum regem interemit, nec tamẽ ob regis mor tem obsidio dissoluitur, quousque arx capta fuit. Interijt autem rex anno ætatis suæ 29 Edinburgi in monasterio sanctæ crucis honorifice sepultus.

14 Anno salutis 1469 Iacobus tertius rex duxit uxorem Margaretam filiam re gis Noruegiæ & in dotẽ accepit ius regis Noruegiæ in Orchadibus insulis. Iacobus ue ro quartus accepit uxorem Margaretã filiam Henrici septimi regis Angliæ, sororẽ Hen rici octaui. 15 Iacobus quartus sororius Henrici octaui regis Angliæ, fuit uir di gnus meliori fato, iusticia & pietate insigni, qui & diu in pace & feliciter imperauit, nem pe ad annum domini millesimum quingẽtesimum decimũquartũ. Superioribus enim an nis quamuis Galli eum contenderunt incitare contra Henricum octauum Angliæ regem, tamẽ id non poterãt efficere ut bellum susciperet, nisi pontificũ & monachorum fraudes interessissent. Cumq; obijceret, se nõ posse susciperе bellũ cõtra sororium à quo nõ esset uocatus, Galli cõtrà respondebãt, antiquũ esse fœdus sancitũ inter Gallos & Scotos, & Galliã iam propemodũ ab Anglo oppressam, quare illũ teneri aicbãt ad ferẽdum auxiliũ.


Oppositq

Oppoſuit pius rex legem domini, quam præferendam docebat omnibus fœderibus: at illi reclamãtes aſſerebant, legis dei interpretationem pertinere ad Pontificem & eccleſiam, ſicq; inducunt optimũ uirum, ut conuocato ſenatu regni & congregatis theologis, ex eorum conſilio bellum infeliciſſimum indiceret Anglo, in quo ſcilicet ipſe periit.

16 Iacobus quintus puer erat unius anni quum pater eius periret, coronatus anno 1515 apud Schonam, quo loco ſolent reges Scotorum inaugurari. Interea Iohannes patruelis regis defuncti uocatur à ſenatu regni ex Gallia, ut tutorẽ ageret pueri & regni gubernatorem. Veniẽs autem in regnum cœpit bellum gerere unà cum Gallis contra Anglos, & principes quos putabat deſeruiſſe regem in bello, occidit, ob quã rem ſibi metuens regreditur in Galliam. Porrò Iacobus rex duxit uxorem primogenitã regis Galliarũ, qua intra annum ſublata è uiuis, duxit aliam Gallicam dominam, quæ adhuc uiuit, ex qua tantũ una filia reliqua eſt, propter quam nunc inter Scotos & Anglos pugnatur: ſed de morte Iacobi quinti ſimilis hiſtoria eſt morti patris. Cõuenerat inter regem Iacobum quintum & regem Angliæ Henricum octauum de colloquio habendo Eboraci, in quo putabatur Maria filia regis Henrici deſponſanda Iacobo regi tunc uiduo: at Scotorum epiſcopi metuentes ne Iacobus ex colloquio Henrici mutaret animum in religione, effecerunt ut Gallus impediret colloquium, & animaret Iacobum cõtra Henricum ad gerendum bellum. Quod cũ nõ ſatis felices haberet ſucceſſus, moritᷣ Iacobus dolore animi in caſtro Falckenland: factuſq; eſt poſt eum gubernator regni & tutor pupillæ conſtitutus conſanguineus regis Comes de Vrania & dominus de Hammulton: is bellum gerit cum Anglis pro filia Iacobi quinti, quam renuit dare filio Henrici octaui coniugem, ſicut antea fuerat conſtitutum.

HISPANIAE DESCRIptio ſecundum regna eius, prouincias


fluuios & ciuitates: item de moribus & ritibus Hiſpanorum tam ueterum quàm recentium.



Hiſpania, ut tabula eius indicat, undique alluitur mari, excepta ea parte qua Galliam contingit, ibi altiſſimis montibus quos Pyreneos uocãt ſeparatur à Gallia. Appellantur autẽ montes illi Pyrenei à crebris fulminum ignibus, uel quod ſyluæ in Pyreneo frequẽtes & habitationes, iniecto à paſtoribus igne priſci temporis flagrauerunt. Durãte autem incendio aliquot diebus, ex montium cõcoctione cœperunt deſcendere ſtillicidia argenti liquefacti. Et cum habitatores illorũ locorũ uſum argenti non haberent cõtemnerentq; metallum illud, ſuperuenientes mercatores è Phœnicia, emerũt uilibus mercibus magnã uim argẽti. Diuiſa fuit olim Hiſpania in tres prouincias, Beticã ſcilicet, quæ hodie eſt Granata, Luſitaniam quam nunc uocant Portugalliam, & Tarraconẽ, quæ hodie cõtinet Cataloniã, Caſtiliam, Nauarram & Galliciam. Et ſecundum Ioſephum atq; Beroſum, Tubal Noẽ nepos fuit primus rex Beticæ, extruxitq; in ea regione ciuitatẽ, quã à ſe denominauit Tubal. Hic Tubal dedit operã rei pecuariæ ſicut & omnes primi patres pecoribus alendis ſtuduerunt, quæ & uictum & amictum homini miniſtrant. Hinc quoque putant maiorem Hiſpaniæ partem appellatã Tarraconem ſecundum primam hominũ linguam quaſi תורא סברא quod ſonat, boum poſſeſſionem. Succeſſit Tubalo in imperio Iberus, à quo fluuius quidam Iber eſt appellatus, & adiacens regio Celtiberia. Rex ſextus fuit dictus Betus, à quo regio certa Beticæ nomẽ mutuauit. Decimus rex fuit uocatus Hiſpanus aut ſecundum alios Hiſpalus, à quo & tota terra poſtea denominata eſt Hiſpania. Duodecimus Heſperus à ſe Hiſpaniã quoq; denominauit Heſperiam, ſicut decimuſſeptimus Luſus certam prouinciam Luſitaniã, quam hodie Portugalliam uocant. Poſteaquã uero Romani ſibi ſubiugaſſent Hiſpaniam, diuiſa eſt in duas prouincias, nempe in Beticã & Tarraconenſem, durauitq; partitio illa uſque ad tempora Attilæ, tunc rurſum alia adminiſtratione Hiſpania eſt gubernata. Nouiſſime ſub Saracenis diſcriminata eſt in quinque regna, uidelicet Galliciam, Nauarram, Caſtiliam ſiue Legionem, Cataloniam cui & Aragonia annexa eſt, Portugalliam & Granatam. Porrò Gallicia non diu proprium & diſtinctum mãſit regnum, ſed amiſſo legitimo hærede incorporata eſt Tarraconenſi. Alij adhuc plura numerãt regna, Valentiæ ſcilicet, Toleti, Algarbiorum,

Pyrenei unde ſic dicti.

Luſitania à Luſo.



Algarbiorum, Murtiæ & Cordubæ. Noſtro tempore omnia hæc regna in unum cõtracta ſunt regnum & dominium præter unam Portugalliam, quæ proprium habet regem.

De quibuſdam ciuitatibus & regionibus Hiſpaniæ.

CArtagenia quondam nobilis, potens, amœna & elegans ciuitas in Granata, primum eſt extructa & noua Carthago appellata, à duce Haſdrubale, qui princeps erat ciuitatis Carthaginen. in Africa poſitæ, cum inciperet rurſum augere & extendere dominium ſuæ ciuitatis, quam Romani in primo bello ferè extinxerant.



Iſta Cartagenia per ſingulos dies numerauit Romanis tributũ duorũ milliũ & quingentorum aureorum, ut Strabo ſcribit.

Pallantia, Numantia, Cæſarauguſta, quæ uulgo Saragoſſa uocat, ſunt illuſtres in Caſtilia ciuitates. In Granata uero iſtę reliquas antecellunt, Hiſpalis quæ & Sibilia, & Corduba. In Luſitania & Portugallia fuit olim Emerita magni nominis, quæ iam Merida appellatur.

Tarragona ſiue Tarraco in Catalonia iuxta mare ſita, hodie nõ minoris eſt exiſtimatiõis cũ noua Carthago, eſtq; metropolis inter multas ciuitates p circuitũ eius poſitas.

Iberia regio eſt, quam intericipiũt Iber fluuius & montes Pyrenei.

Lisbona ſiue Vlixbona eſt metropolis in Portugallia, ſicut Granata in Betica, Pampalona in Nauarra & Barſalona ſeu Barcinon in Aragonia. Legion uero quam uulgo Lyon uocant, metropolis eſt in Caſtilia.

Algarbe pars eſt regni Portugallię, uocatq; alio nomine Caput ſancti Vincẽtij & olim Colimbrica, & eſt ibi finis terræ, æque ut Nerium promontorium in Gallicia.

Gades ciuitas eſt in inſula Gadira prope Granatã, extructa olim à Tyrijs, qui & Vticã ædificauerunt in Africa. Fuerunt enim Tyrij olim potentes in mari, ſicut & ciuitas eorũ ſita fuit in mari, haud procul à Ieruſalem, ut ſuo loco in Aſia uidebimus.

Saguntũ ciuitas olim elegãs in Tarraconenſi. Cumq; amicitiã quæreret Romanorũ, ægreferens id Hannibal ſummus dux Carthaginenſiũ, expugnauit & deſtruxit eã, cuius loco ſucceſſit Moruetrũ. Habes apud Silium in fine 2. libri, quomodo Sagũtini ſua omnia in medio urbis cõbuſſerint ac demũ mutuis cædibus occubuerint, & Pœni in urbem uacuam irruperint. Sunt etiã multæ in Hiſpania ciuitates, quarũ uetera nomina penitus abolita ſunt & noua eis indita, ut ſunt.

Lucus Auguſti
Aquæ calidæ
Brigætium
Pintia
Barcinon
Oſca
Illipula
Bælon
Abdera
Doria flu.
Alone
Nouium
Vxama
Gallica flauia

uulgo

Oluca
Vich
Ouiedo
Valla dolit
Barſalona
Gueſca
Illipa
Tariffa
Almeria
Duero
Alicante
Noia
Oſmes
Fraga

Complutum
Valeria
Hiſpalis
Cæſar Auguſta
Pallantia
Ana flu.
Betis flu.
Calpe mons
Ilurgis
Illiberis
Segortia
Brauum
Pax Iulia

uulgo

Alcala
Concha
Sibilia
Saragoſſa
Palentia
Guadiana
Guadalqueuir
Gibraltar
Mora
Granata
Segouia
Burgus
Pacenſis, Pace

Ilerda
Vellica
Pompelon à Pompeio
Gadira
Olioſipon
Flauum Brigantium
Iber fluuius.
Idubeda mons
Tagus fluuius
Algarben finis terræ
Numantia
Dertoſa
Cantabri
Iulia regna

uulgo


Lerida
Victoria
Pampilona
Gades & Caliz
Lisbona
Compoſtella
Ebro
Iubalda
Taio
Finſter ſterra
Soria
Tortoſa
Bizcaia
Baena

Habet Hiſpania ſeptem archiepiſcopatus, quorũ ſedes ſunt in his ciuitatibus, in Tarracone, in Cæſarauguſta, Toleto, Compoſtella, Brachara, apud ueteres Bræcara auguſta, uulgo dicta Braga, Vlixbona, & Granata. Alij ponunt nouem. Sub illis autem ſunt plurimę epiſcopales ciuitates, ut ſunt Barcinon, Girona, Ilerda, Dertoſa, Valentia, Maiorica, Oſtia, Calagiera, Seguntũ, Burgus, Palentia, Salamãca, Corduba, Legion, Carthago, Colimbria, Luca Aſtorica, Almaria, Sibilia, &c.

De ingreſſu maris in terram apud Granatam, decq; columnis Herculis.

MOdico interuallo à ſe diſtãt Granata & Mauritania, ut uidere licet in tabulis Hiſpaniæ. Nam ibi ingreditur Oceanus per magnas anguſtias, quas Fretũ Herculeum & Strictum Sibiliæ uocant, diſſidentq; à ſe littora Mauritaniæ & Granatæ circiter ſeptingentis paſſibus, & erigunt ibi duo montes in cœlum, unus in Mauritania, qui Abila uocatur, & alius in Hiſpania cuius nomen eſt Calpe, & hi à quibuſdam uocantur columnæ Herculis, putantq; olim unum fuiſſe montem ſeu ſaxum perpetuo iugo coniunctum, quod Hercules ſuo robore perfregerit, intromiſeritq; oceanum in ipſam terram. Sunt rurſum alij, qui inſulam Gades aſſerunt fuiſſe Herculis columnas. Et tertij dicunt in Gadibus fuiſſe tẽplũ Herculis, in quo poſitæ fuerint duæ æneæ columnæ altitudine octo cubitorũ, in quibus ſignatus fuit ſumptus pro ędificio illius templi factus: & nautæ olim ibi Herculi ſua ſoluerunt uota atq; fecerũt ſacrificia quũ feliciter locum illum adijſſent. Fuit enim locus ille ſecundum opinionem ueterũ finis mundi, nec auſi fuerunt Hercules aut alij longius naues ducere in mare citra periculum uitæ. Fuit etiam olim conſuetudo apud magnos uiros, ut extruerent uel altaria uel columnas in extremum locum ſuæ peregrinationis, id quod potiſſimum legimus feciſſe Alexandrum magnum, in multis Aſiæ maioris locis, qui uel portas uel altaria in certis locis conſtituit ad quæ peruenit. Et cum temporis ſucceſſu huiuſmodi ædificia collaberentur, remanſit tamen locis illis nomen ipſum.

Templum Herculis.



Probat id Coloſſus qui fuit Rhodi & colũnæ Herculis quæ fuerunt apud Hiſpanos, quarum memoria in hodiernum uſq; diem durat, etiam ſi nemo ſciat an fuerint columnæ manufactę, aut montes quidam eminentes. Tradunt ſcriptores, Hãnibalem quoq; uota & ſacrificia ſua ad tẽplum iſtud Gaditanũ retuliſſe, cum uellet tranſcendere alpes & oppugnare Romanos.

Gades inſula.



Notãdum prętera Gadim, quæ & Erythrea uocatur, eſſe paruã inſulam (aliqui ponunt duas inſulas) habetq; tam pinguia paſcua, ut nullum ſerum à lacte ſegregent, ſed cogãtur affundere aquam,

aquam, cum lac in caseum coagulare uolunt. Moriũtur quoq; pecora trigesima die, nisi aliquid sanguinis illis eliciatur. Herba qua uescũtur oues, est quidem arida sed generat increbilem in lacte & carne pinguedinem.

De fertilitate totius Hispaniæ.

HIspania in multis quidem locis inculta iacet, idq; ob saxeum fundum uel ob solitudines squalentes aut ob alias causas, tamen si conferatur cũ Africa, est multo fertilior ea, idq; propter magnos calores quos Africa habet. Suppeditat Hispania in multis locis abunde ea quibus homo opus habet, ut sunt frumentum, uinũ, fructus, oleum, pecora, linum, ferrum & metalla, mel, cera, piscosæ aquæ & alia his similia. Non coquunt salem sed effodiunt è terra. Non fatigatur terra tot uentis ut Gallia, nec inficitur aër pestiferis paludibus & nebulis. Aurum, argentum & ferrum, bonum & probatum, nullibi in tanta copia ut in Hispania est inuentum. Nõ enim effoditur solum aurum è mineris, sed & flumina cum intumescunt ex pluuia producũt auream arenam, præsertim Tagus fluuius. Vnde antiqui scriptores testatum olim reliquerunt, eam auri, argenti, cupri, stanni, plumbi, ferri, omniumq; metallorum fodinis abundare, nec non argenti uiui, salis quoq; uberrimam esse. Inuenta sunt olim in Hispania fragmenta auri depurati magnitudine dimidiæ libræ. Vnde quidam dixerunt, infernum non esse sub terra illa, sed Plutonem. Sunt in ea diuersis in locis calidi & frigidi fontes, ad diuersos morbos efficaciam mirabilem habentes. Nec pecorum ullus defectus est in Hispania sed magna copia, nedum domesticorum uerum & syluestrium, præsertim autem semper est commendata equorum pernicitate, quos à uento conceptos putabant. Nocentibus animalibus non abũdat præter cuniculos, qui terram perfodiunt & terræ nascentium radices lędunt, aliaq; inferunt nocumenta, ut infra referam ubi ad Baleares insulas describendas uenero. Flumina quę per Hispaniam uoluuntur, sensim & sine impetu mouentur, quapropter suo cursu agros non deuastant. Sunt etiam multum piscosa, quia mare plurimos per ea mittit pisces in terram.

Gallicia commendatur ob mineras quas nutrit. Siquidem plurimum exundat plumbo & minio. Fit quoque interdum, ut in hac regione aratrum particulas auri effodiat. Communis Hispaniæ lingua parum differt à lingua Italica, à qua illam olim receperunt quũ Romanis subiicerentur. Qualem uero antea habuerint linguam, incertũ est. Sunt qui putant Germanicã linguam & Gallis & Hispanis olim cõmunem fuisse, sicut et omnibus septentrionalibus nationibus hodie communis est, id quod infrà, ubi de Dania mentionem fecerimus, ostendemus. Sicut enim Sarmatica lingua cõmunis est Sclauis, Bohemis, Polonis, Moscouitis, Russitis, Bulgaris, Valachis, Dalmatis, Illyriis, Lithuanis, & aliis multis populis his nationibus adiunctis, nisi quantũ hodie cõfundit per Turcicã irruptionẽ, et olim cõfusa est per Vngarorũ ingressum, ita reliquas Europę nationes occidentẽ uersus, putãt ante Romanorum dilatatum imperium, una & eadem usas fuisse lingua, nempe Germanica, sed quæ in Germania quoq; olim mutata fuisset in Romanam, si Romani tam facilè illam nationem ut Hispaniã & Galliam superare potuissent & in colonias diducere. Fateor quidem Scoticum, Danicũ imò Islandicum sermonem plurimũ discriminari à Sueuico & Heluetico, at in fundamento conueniunt, id quod plurima uocabula utriusq; nationibus communia probãt. Habet & Gallia adhuc uestigia quædam primæ suæ linguæ, id quod Glareanus per multa ostendit uocabula, si quis mihi credere noluerit.

Gallicia.

Germanica lingua olim latissima.

Hispaniæ ad Galliam comparatio, item de moribus Hispanorum.

HIspania, uini, frumenti, & carnium copia uincitur à Gallia, eorum bonitate & sapore uincit. Sic enim Villanouanus Hispanus scribit. Pluuiarum multitudine Gallia fœcunda, Hispani irriguis aquis plurimũ utuntur, fossas à magnis fluminibus longissime trahendo. Septentrionalibus uentis & frigoribus hæc ut illa non fatigatur: unde oleum, mel, ceram, crocum, rubiam, orizam, minium, coccum, saccarum, spartum, libanotidem, limones, cappares, dactylos, citrea mala & punica, aliosq; aromaticos fructus abundantius producit, mittereq; dicitur in Galliam hæc omnia, potissimũ aliquot millia centenariorum lanę & uina multorum generum in oras maritimas Galliæ Belgicæ, pruna passa, uuas passas, amygdala, castaneas, bacca laurina, balenas salitas, &c, quæ omnia ex Hispania nauibus in Italiam & Flandriam singulis annis uehuntur.

Hispanorum

Hiſpanorũ tẽperatura calidior ſiccioŕq;,& color obſcurus, Gallorũ frigidior, humidior, caro mollis & albicãs color. Gallicarum fœminarum maior ad prolem fœcunditas quàm Hiſpanicarum. Grãdioribus corporis membris Galli muniti, Hiſpani durioribus, arctiſſimo ad cingulum corpore. Galli maiori ferocia quàm arte pugnãt, & plus uiriũ quàm conſilij in bella ferunt, Hiſpani contrà. Eſt ſemper Hiſpania equorum pernicitate cõmendata, quos leuis armaturæ equites tibijs cõtractis pulchrè obequitant, haſtiludia & militares omnes actus ſæpius quàm Galli exercentes: ſunt tamen Gallorum cataphratti equites in precio. Galli ore libero, Hiſpani taciturni, qui diſſimulare melius norint. Galli læti, alacres & in conuiuia proni, grauitatem ſiquidem quam ſuo more ſeruant Hiſpani, penitus refugiũt. Sunt enim Hiſpani in ſympoſijs minus ſociales, ceremonioſi, aliquam ſeueritatem affectãtes, quod Galli non curant. Merum potant Galli, Hiſpani multa aqua dilutum. Apud Gallos aduenæ humaniſſime excipiunt hoſpitijs, nullum eius denegatur officium, ad uictum omnia parata proponuntur. Apud Hiſpanos non ita. Id efficit quod non ſunt in itineribus ita frequẽtes. Hiſpanicus ſermo grauior, Gallicus ſuauior. Elegantiori inter Hiſpanos oratione Caſtellani latiſſimi populi utuntur, in Gallia uix ſcias quæ urbs uerè Gallice loquatur, ut ſit ſermo ille magis nobiliũ & curialium, quàm alicuius certi loci peculiaris. Eſt etiam Hiſpanicus ſermo latino propinquior. Latior ſolo Hiſpania, ſed non ita populoſa: auro ditior, ſed nõ mercaturę negociatione, nec tot redditus ex hac ſicut ex illa regi colligũtur. Gallici ſoli nulla ferè pars eſt ocioſa, Hiſpanici multa ſunt inculta & deſerta loca. Cuius cauſam Damianus eſſe dicit, quod maiori anni circulo plebei homines ex ſylueſtribus fructibus, melle, herbiſq; laute uictitare poſſunt, quæ res eos parũ ad agriculturam propenſos efficit. Accedunt deinde bella quæ Hiſpani magis amplectuntur quàm aratri labores. Aucupium & uenatio maior in Gallia, & plures altilibus etiamſi carius emptis, ueſcuntur. Ex Hiſpania in Galliam mercatores deferunt ſerici & omnis generis pannos, lanas, crocum, ſaccarum, orizam, oleum, alumen, gemmas et aromata ab Indis accepta. Ex Gallia præſertim ex Arelatenſi terra, in Hiſpaniam frumentum, lineas telas, filum, libros & minutiora alia mercemonia plurima, ut gladios, ſpecula, acus, &c. defe-

Lingua Hiſp. & Gallica.

runt. Eſt in Hiſpania principum uirorum, ducum, marchionum, comitum & baronũ ingens numerus: in Gallia eſt quidem nobilium copia, ſed maiorum dignitatum pauci admodum principes, quod regis opulentiam auget, qui ſolus omnia poſſidet. Duces numerantur in Hiſpania uiginti, quorum cuiuſq; annuus cenſus quinquaginta ac ſexaginta ducatorum millia conficit. Marchiones uiginti, tantundem ferè reddituum percipiẽtes. Comites ſexaginta, quorum annuus redditus à decem ad uiginti millia eſt ducatorum, & aliquorũ plus quàm quinquaginta. Alij uicecomites, barones, prouinciarum præfecti, quos uocant Adelantados, uicereges gubernatores, mariſcales, alcaldes, omnes principes uiri, mihi ſunt incomperti. Sunt ordinum equitum magni magiſtri, ut ſancti Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, Rhodienſium ſancti Iohannis, Monteſæ, equitum quos uocãt de Chriſtus & alij cognomẽto Dauis. Horum cuiuſq; redditus millia ducatorum eſt quinquaginta & plus. Quo ad eccleſiaſticas dignitates ſuperior eſt numero Gallia, nam archiepiſcopos habet duodecim, epiſcopos ſexagintaſex: Hiſpania archiepiſcopos nouem, epiſcopos 46. Cardinalium in utraq; par numerus, nempe octonarius. Apud alios inuenio duntaxat ſeptem archiepiſcopatus, quos & ſupra recenſui. Redditus horum maiores in Hiſpania, ut unica Toletana eccleſia ducẽta millia ducatorum annuatim colligat, & ſolus archiepiſcopus octuaginta millia. Vice parlamentorũ Galliæ quatuor ſunt in Hiſpania iuridici conuentus, in Caſtella, Granata, Galicia, & Nauarra. Cæterum iuriſperitorum & foro litigantium multo maior in Gallia numerus. Fidei quos uocant inquiſitores in Marranos hæreticos & Sarracenos, magnam ſibi in Hiſpania uendicant autoritatem, & ſeueriſſime animaduertunt. Eſt aliud iuſticiæ genus mirabile, quod uocant Hermandad: eſt enim ciuium fraternitas iurata, ut in ictu campanæ ex urbibus ſingulis multa hominum millia armati prodeant, & eum qui deliquerit per uniuerſam prouinciam perſequantur, nunciis curſoribus ad alias omnes ciuitates præmiſſis, ut penè impoſſibile fuerit euadere. Deprehenſum palo uiuum affigatum ſagittis conficiunt.

Nobiles Hiſpaniæ & Galliæ.

Equites ordinum.

Eccleſiaſtici in Hiſpania diuites.

Pompa Hiſpanicarum mulierum.

Illud barbarum à Gallis cenſetur, quod Hiſpanicæ fœminæ aurea uel argentea uirgula aurium ima perforant, gemma aliqua ut plurimum appenſa. Ligneo etiam circulo uentrem ambiunt, ut latiore inceſſu pompoſiores appareant. Nec domo egrediũtur, niſi famulorum

mulorum prȩcedentium & ancillarum ſequentium comitante caterua: Gallicæ uero ſim pliciter & una uix pediſſequa comite. Illud in Hiſpanicis fœminis laudandum, quod priſcarum Romanarum inſtar uino plurimum abſtinent: illud uituperandũ ꝙd nonnunq; collyrio, minio & ceruſa faciẽ deformant, quia natiuo colore ſunt minore quàm Gallicæ. Habent etiã Hiſpani in religionis ritibus ſupra mortales oẽs ſuperſtitioſi: per regis ſolium & eius uitam gentilicio more iurant, & oſculo manuum in ſalutationibus ſupplicant.



Nomen magnũ ab aliquot annis bellica fortitudine Hiſpani ſunt adepti plurimis ab hoſte partis uictoriis, ut qui laborũ, ſitis & famis in acie ſunt tolerãtiſſimi, & in ſtratagematibus cautiſſimi, leui corpore, ut facile hoſtem fugiant & ſequantur. Frugalis uitæ ſicut & Itali, nec tantum cibi & potus ut Galli & Germani abſumentes, niſi ſint inuitati. Nam tunc hilariter eũ ſe oblectant edulijs, quia rara eis & maiori auiditate accidunt cõuiuia. Oceani nauigationibus ad incompertas regiones toto orbe ſunt clariſſimi. Verſus meridiẽ Africæ fines primi circumnauigauere aduſque Calecuth & alias orientis inſulas: quod iter Luſitanorum ſiue Portugalenſium eſt peculiare. Ad occidẽtem Caſtellani progreſſi, poſt inſularum auro diuitum multitudinem, quam inuenere & imperio ſuo ſubiecere, ad ipſam etiã orientalis Indiæ cõtinentem ſunt perducti, in quo indies magis & magis luſtrando perſiſtũt. Regionũ quoq; quæ ſub auſtrali polo ſunt, noritiam nuper adepti ſunt.

Nauigatio Hiſpanorum.

Porrò de moribus & ritibus antiquorum Hiſpanorum, Strabo & Poſidonius mira ſcribũt. Nam homines qui inhabitauerũt montes Luſitaniæ duobus anni partibus querna ueſcebantur glande, quam quum ſiccaſſent, frangebant, molebant, panes conficiebant & ad tempus reponebant. Hordeaceo utebantur uino. Nam uitium laborabant inopia. Morti adiudicatum, lapidibus obruebant. Aegrotos uetuſto ritu paſſim in uijs exponebant, ut à prætereuntibus iuuarentur aut ſaltem cõſilium abijs daretur, qui eidem morbo obnoxij fuerant & conualuerant. Cõmemorat Poſidonius eos olim tam duros & laboris patiẽtes fuiſſe, ut etiam puerperæ poſt enixum infantem lecto non decumberent: ſcribitq; tale factũ. Tempore quodam cum uir quidam Maſſilienſis mercede conduxiſſet uiros & mulieres, qui agrum ſuum foderẽt, cœpit una ex conductis fœminis ſentire dolores partus. Relicto ergo labore abijt pauliſper extra agrum, emiſſoq; fœtu rediit ad laborem, ne mercedi quid decerperet. Et cũ dominus agri uideret quod difficulter penſum ſolueret laboris, neſciẽs quid ei accidiſſet, interrogauit quidnam illi eſſet. Cognita uero cauſa numerauit ei precium, iuſſitq; abire. Illa autem ſumpto puero lauit ipſum aqua fontis, & inuolutũ panniculis, incolumem domum portauit. Fuit etiam ueterum Hiſpanorum conſuetudo, ut dormierint in ſuperficie terræ. In Cantabria cum neceſſitas belli urgeret, trucidabant matres proprios filios & uorabant, ne ſcilicet incidерent in manus hoſtium. Legitur denique puerum quendam parentes ſuos & fratres in captiuitate trucidaſſe, iuſſus ad hoc à patre, qui gladiũ porrexit, ut illud faceret. Veteres Hiſpani fuerunt ſemper bellicoſi, malueruntq; habere bellum quàm ociũ. Cumq; extraneus abeſſet hoſtis, ipſi domi excitarunt ſeminarium diſcordiæ & belli. Antepoſuerũt militares equos atq; arma bellica proprio ſanguini. Fœminæ res domeſticas, agrorũq; culturas adminiſtrabãt, uiri uero armis & rapinis inſeruiebãt.

Veterum Hiſpanorũ mores.

Hiſpani laboris patientes.

Hiſpani ſemper bellicoſi.

Quæ

Quæ & qualia bella olim propter fidem in Hiſpania geſta fuerint.



MVltis per Gothos deuaſtatis locis in noſtris regionibus, conceſſerunt tandem ĩdem Gothi in Hiſpaniam & graſſando ibi more ſuo obtinuerũt regnũ quoddam, ſed paulopoſt cõuerſi ſunt ab Ariana hæreſi ad catholicam fidem per ſanctum Leandrum Hiſpalenſem epiſcopum, anno ſcilicet Chriſti 600.

Saraceni Hiſpaniam inuadunt.

Deinde circa annum Chriſti 720 Muca Saracenorũ rex traiecto mari uenit cum numeroſa hominum multitudine ex Africa in Hiſpaniã, interfectaq; nobilitate Gothorũ, ſubegit Hiſpaniam igne, ferro & fame. Reliquiæ uero Chriſtianorum quæ ſuperſtites manſerunt, creato nouo rege, plurima geſſerunt cum eis bella, multosq; temporis ſucceſſu interfecerunt, donec tandem Carolus magnus ui & armis illorum ſæuitiam compeſcuit.

Anno ſiquidem 778 cõgreſſus cum eis in Vaſconia, amiſit de ſuo exercitu quadraginta millia Chriſtianorum. Reuerſus ergo in Galliam inſtauratoq; exercitu ſuo milite Germano & Gallo, rurſus adortus eſt hoſtem infidelem, tamq; acriter pugnauit cõtra Mahumetanos illos, quouſq; eos humiliauit & duos reges in fugam egit. Non tamen ualuit eos penitus extinguere, ſed Chriſtiani perpetua habuerunt cum eis prælia, uſq; ad annũ Chriſti 1100. tunc rex Ramirus ſecundus huius nominis, trucidauit octoginta millia infidelium.

Legionis ciuitas & regnũ.

Erat autem eo tempore ciuitas Legionis, regia & reſidẽtia regis infidelium, unde nedum Hiſpaniam uerum & alias regiones ſuis excurſionibus laceſſiuerunt. Sed coacti ſunt temporis ſucceſſu domi ſeſe continere. Nam cum anno Chriſti 1216 Saracenorum rex Hilminolinus magno congregato exercitu deuaſtaret nedum Hiſpaniæ fines, ſed & ad Auenionem uſque egreſſus, omnia Chriſtianorum loca ſubuerteret, congregati in unum quatuor Chriſtiani reges, nempe Caſtiliæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauarræ, proceſſerunt obuiam tyranno, & obtenta uictoria, recuperauerũt Legionis regnum & reliqua omnia infidelium loca præter unum regnum Granatæ, in quo ſeſe rex impius cum ſuis cõtinuit. Referunt quoq; hiſtoriæ, quod cum anno Chriſti 1147 diuus Bernhardus ſollicitaret imperatorem Conradum & alios Chriſtianos reges ad bellum, & Coloniæ Agrippinæ magnus congregaretur exercitus pro recuperanda terra ſancta, nauigioq; uenirent in Hiſpaniam, noluerunt eam præterire niſi antea uiſitaſſent diui Iacobi reliquias, quæ Compoſtellæ in Gallicia habentur. Gauiſus autem rex Galliciæ de aduẽtu eorum, rogauit eos ut ſibi auxilio eſſent contra Liſibonam ciuitatem, ubi ſeſe continebant Saraceni & multas Chriſtianis intulerunt moleſtias. Acquieſcentes itaque peregrini milites regi, oppugnauerũt urbem à mari, rex uero Galitiæ obſedit eam in terris, nec deſtiterunt coanguſtare urbẽ donec eam expugnauerunt. Expugnatam uero retinuerunt Chriſtiani uſque in hunc diem. Ab hac urbe eſt hodie frequens nauigatio in Indiam, unde ſpecies aromaticæ & aliæ merces adferũtur, id quod apud ueteres res inaudita fuiſſet, qui illud nunquã tentare auſi ſunt.

Vlixbona à Chriſtianis expugnata

Anno Chriſti 1233 interfecit catholicus rex Alphonſus ducenta millia Saracenorum. Deinde anno Chriſti 1480 Ferdinandus rex Hiſpaniæ, Aragoniæ & Nauarræ, auus maternus Caroli quinti imperatoris, Chriſtiano motus zelo, oppugnauit regẽ Granatæ Melem nomine, mari & terra ſex integris annis, obtinuitq; multas ciuitates, donec tandem

anno

anno Christi 1492 ille undiq; anguſtijs uallatus ſeſe dedidit, & tunc Saracenorũ ſiue Maurorum dominium in Hiſpania finem accepit, ſubactaq; eſt tota Hiſpania fidei catholicæ, nec in hũc uſq; diẽ auſi ſunt perfidi Mahumetani ſeſe rurſum inſinuare in Hiſpaniam. Occupauerant autem Granatam 800 annis, antequam inde expelli potuerunt. Eodem anno quo abactus eſt rex Saracenorum, expuſi ſunt quoque Iudæi ex Hiſpania in magno numero, nempe centum & uiginti quatuor millia, idq; fuit anno à condito mundo ſecũdum Iudæorum ſupputationem 5238. Numerant enim Iudæi à principio mundi res geſtas, ſicut Chriſtiani à Chriſto nato. Hoc autẽ Chriſti anno 1547 quando hæc ſcribo, ipſi numerant ab initio mundi 5307. Habuit Hiſpania ſemper doctos in ſua farina Iudæos, qui multorum librorum fuerũt autores, id quod uidere licet in tribus Kimhijm, in Aben Ezra, rabi Ahraham autore libri Zeror hammor, &c.

Granata expugnata.

Iudei expulſi de Hiſpania.

Anno itaque Chriſti 1492 expulſi ſunt de Hiſpania centum & uiginti quatuor millia familiarũ Iudaicarum, edicto regis dato, ne aurum uel gemmas è regno tollerent, ſed commutatione bonorum ſuorum merces & alias res, utpote pãnum, uinum & huiuſmodi ſecundum debitam æſtimationem abducere poſſent: ubi quilibet Iudæus transfretando coactus eſt regi ſoluere duos ducatos, promulgatumq; fuit: Si quis Iudæorum nõ abiiſſet in termino eis præfixo, is corpus & bona perderet. Itaque duæ galeæ neglexerunt abire ad conſtitutum tempus, ideo omnes & ſinguli uenditi ſunt & in ſeruitutem redacti.

Anno 1506 orta eſt Vlyxbonæ in Portugallia magna ciuium perturbatio, propter Iudæorum nouiter baptiſatorum perſecutionẽ. Nam illi occulte ritus Iudæorum æmulantes, ore tantum & non corde Chriſtianos ſe oſtendebant, quippe qui cum Iudæis paſcha celebrabant & carnibus ueſcebantur. Quod Chriſtiani aduertentes, apud regem eos accuſabant, fueruntq; ex mandato regis ſedecim capti, ſed rurſum ſine uindicta dimiſſi. Quod uidentes ciues contra regem & gubernatorem conſpirantes, tumultũ cõtra Iudæos & pſeudochriſtianos excitarũt, interficientes per ciuitatem quotquot inuenire poterant nouos Chriſtianos & Iudæos numero ſexcentos, quos & combuſſerunt. Dimanauit quoq; hæc Iudæorum perſecutio extra mœnia ad uillas, referunturq; in ſumma occiſi in urbe & extra 1930. Quod ubi rex audiuit, qui abſens fuit, indignatus, plurimos carcerib. mãcipauit, ex quibus quidam cõbuſti, alij capitibus cęſi, & alij ad crucem ſuſpenſi, reliqui ſubſtantia ſua priuati, & ex patria in exilium miſſi ſunt atq; proſcripti.

Iudei baptiſati raro boni Chriſtiani.

Anno Chriſti 1531 ſeptimo calen. Feb. motu terræ cõcuſſa eſt tota ferè Luſitania. Vliſſiponæ corruiſſe referuntur 1050 domus & circiter 600 ruinam minatæ. Hic motus terræ dies octo durauit, & quotidie per interualla rediit, ut ſepties aut octies interdiu huic periculo obnoxij fuerint incolæ. Vnde relicta urbe homines in campis ſub dio agere ſunt compulſi.

Terræmotus horrendus.

Genealogia regum Hiſpaniæ.

PRiuſquam Romani peruenirẽt ad imperij ſummum faſtigium, fuit Hiſpaniæ dominium ſub Carthaginenſibus, durauitq; apud eos uſq; ad alterum Africanũ bellum: tunc Romani expellentes Carthaginenſes facti ſunt ipſi domini Hiſpaniæ. Diuidentes autem eam in Beticam & Tarraconenſem, conſtituerunt undecim in ea iuriſdictiones. Manſitq; hæc adminiſtratio uſq; ad Attilam: tũc ſucceſſiue inter tot reges diſcriminata eſt Hiſpania in quinque regna, uidelicet in Caſtiliam, Aragoniã, Nauarram, Portugalliam & Beticam. In Betica ſeu Granata Saraceni & Mauri ferè uſq; ad tempora noſtra ſedem fixerunt: Caſtiliæ uero reges ante multos centenos annos amplexati ſunt catholicam fidem. Nam cum Gothi ab Italia arcerentur, illamq; plurimum ſub Alarico & Ataulpho incommodaſſent, fugerunt in Hiſpaniam cum rege ſuo, cuius nomen erat Singericus.

Succeſſio regum Gothorum in toto Hiſpaniæ regno.

1 Singericus ſiue Segericus.
2 Vallias & ſecundum alios Vualia.
3 Theodoricus, ab alijs Rodericus. Factus eſt autem rex anno Chriſti 492.
4 Thoriſmundus: cuius fratres Theodericus atq; Henricus.

5 Alaricus

5 Alaricus filius regis Henrici. Hic habuit primùm regiam ſuam Toloſæ, ſed pulſus eſt à Clodoueo rege Franciæ in Hiſpaniam.
6 Tendius Alarici filius: qui percuſſus interiit.
7 Tendefilius, ab aliis Theodegofilus. Cæſus eſt autem propterea, quod honeſtas fœminas ſua libidine polluere conabatur.
8 Agla. Hic in bello periit.
9 Atanagildus. Hic prope Toletum cæſus occubuit.
10 Leuogildus, habens collegam Luidam fratrẽ. Fuit autem iſte Arianus, ſubiecitq; Hiſpalim regno Caſtellæ. Perſecutus eſt etiam filiũ ſuum Hermogildum atq; interfecit anno 572 ob id quod eſſet uere Chriſtianus.
11 Recharedus filius Leuogildi & bonus Chriſtianus. Hic damnauit Arianã doctrinam in concilio Toletano, quod celebrauit in eo loco.
12 Luiba & Victericus.
13 Gundamirus: qui domuit Gaſconios.
14 Siſebatus, bonus Chriſtianus & ſyncerus cultor Chriſti, cuius tẽporibus uixit Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis. Eius dominium extendebatur in totam Hiſpaniam.
15 Recharedus ſecundus huius nominis.
16 Suitilla, ante ſuſceptionem regni Siſebati ſummus belli dux.
17 Siſenandus. Quidam præponunt ei Rachimirum.
18 Suitilla ſecundus huius nominis.
19 Tulga
20 Vindus, quem alij appellant Videſuindum.
21 Recenſuindus, rex probus & pius.
22 Bamba. Hic Mauros ab Africa in Hiſpaniã transfretantes ut illam inhabitarent, grauí contriuit cæde. Propinauit ei ſucceſſor eius potum, unde omnes memorię uires amiſit, quapropter regni habenas relinquens, monaſterium eſt ingreſſus.
23 Heringius, cuius collega Egica gener eius.
24 Vitiza. Hic excęcauit Theodebertum filium Recenſuindi in puericia eius, cui regnũ debebatur. Ille uiſu priuatus duxit uxorem, genuitq; Rodericum, qui poſtea factus rex ultus eſt patrem ſuum in Vitiza & filijs eius.
25 Rodericus. Defecit in hoc rege Gothicũ & regiũ ſtemma, idq; in hũc modũ. Fuit comes quidã Iulianus nomine, quẽ rex Rodericus præfectũ conſtituerat in Tingitana Mauritaniæ. Alij ſcribunt eum legatum miſſum ultra mare in Tingitanam. Interim autem quo comes abſens erat, rex pollui t filiam eius. Audiens pater uim filiæ illatam, dolore domeſtico ſollicitatur ad ultionem, fretus loci commoditate. Vnde clàm ex Africa uocat Saracenos. Qui anno ſalutis 714 duce Muza miſſo à Miramolino tunc eorum rege, per anguſtias Herculei freti ingreſſi, biennij ſpacio omnem ferè Hiſpaniam occuparunt, præter Aſtures, natura loci munitos.. In quo temporis ſpacio dicuntur ad ſeptingenta millia hominum in eo bello utrinq; abſumpta. Saraceni tanto potiti imperio, cum late ferro igniq; omnia uaſtaſſent, regna inter ſe plura ac ſedes conſtituere. Primum Cordubæ, quod Abenalibeticum regnum uocauerunt. Alterum apud Hiſpalim, tertium apud Carthaginem nouam. Eaq; poteſtate uſq; ad Ferdinandum tertium regem perſeuerauerunt. Hic demũ anno Chriſti 1216 Toleto, Corduba, multisq; alijs recuperatis locis, Saracenos ex magna parte dieiectos, cõpulit Granatam ac Malacã, quæ prius ſub Cordubæ regno fuerant, ſeſe recipere, ac uſq; ad ætatem noſtrã, ad annum ſcilicet Chriſti 1480 retinere. Vnde tandem dei benignitate ac Ferdinãdi regis uirtute nuper expulſi ſunt. Porrò Chriſtiani qui ſupererant ex profligato exercitu, Aſturiam ſeſe receperunt cum Pelagio principe ſuo. Aſtures enim & Callæci montibus & natura loci muniti, tantum incolumes permanſere. Porro quid egerint Chriſtiani, quidq; illis ſucceſſu tẽporis acciderit, qui in Aſturiam ſeſe ob ſæuam Saracenorum perſecutionẽ receperãt, nunc breuibus explicabo, ſignaboq; proprio numero reges eorum.

Saraceni occupãt totam Hiſpaniam.

Caſtiliæ regni exordium.

PElagius patruus fuit regis Roderici. Cum Vitiza Theoberto fratri Pelagij erueret oculos, fugit Pelagius in Cantabriam, latuitq; ibi multis diebus, donec ſcilicet bellum Saracenicum recrudeſceret, & Saraceni Chriſtianis omne adimerẽt in Hiſpania dominiũ, occiderentq; eos paſſim per uniuerſam Hiſpaniã. Tunc Pelagius profectus cũ reliquijs Chriſtifideliũ in Aſturiã, terrã montoſam atq; in Gallíciã, factus eſt rex eorũ, obtentaq; ciuitate Legionis regnauit in ea uigínti annis. Recuperãdo autem paulatim multa, effecit ut afflicta gens aliquantulũ reſpirare uideret. Hanc ſedem poſteri Caſtellam nouã uocauere, ueteris differentia, quæ circa Cordubã & Hiſpalim fuerat. Sic enim Hiſpani regiam & munitum circa locum appellant: dictiq; ſunt poſt hunc nõ Gothorũ ſed Hiſpaniæ ſiue Caſtellæ reges, qui magna uirtute res patrias quotidie recuperauerunt.



2 Faſilla filio Pelagij. Hũc diſcerpſit urſus in uenatiõe.

3 Alfonſus gener Faſillæ. Hic cognominatus eſt Catholicus, quia extirpauit Arianam perfidiã, quæ repullula re cœperat, & expulſis Saracenis multas recuperauit ciuitates. Pater eius Petrus dux fuit in Cãtabria, fuitq; de ſanguine Gothorum. *Catholicus rex.*

4 Froilla, ab alijs Friola, filius Alfonſi. Hic pcuſſit Saracenos, q Chriſtianos in Gallicia affligebant, interfecitq; ferè quinquaginta millia. Ipſe uero occiſus fuit à fratre ſuo, qui & poſt ipſum regno eſt potitus.

5 Aurelius parricida, qui fratrem obtruncauit

6 Silo Alfonſi gener. Sunt qui illi anteponunt Veremundum.

7 Muregatus Alfonſi filius nothus. Hic auxilio Saracenorum aſſecutus eſt regnum. Quapropter illis ex fœdere uirgines certas quotannis pro tributo mittebat. Degenerauit plurimum à ſuis progenitoribus, uiris mira probitate conſpicuis.

8 Veremundus Alfonſi nepos. Hic diaconatus habuit gradũ cum in regẽ inaugurare tur. Sed relicto poſtea regno, factus eſt monachus.

9 Alfonſus ſecundus Alfonſi primi filius & fratruelis Veremundi. Hic fuit uir religioſus & caſtus, qui uxorem quam habuit nunquã attigit. Cum autẽ Saraceni uellẽt regionẽ eius igni & gladio perdere, ipſe manu armata eis occurrens, trucidauit multa millia, diripuitq; predam ingentem, ex qua duas epiſcopales erexit ciuitates, Aſturicẽſem ſcilicet & Ouetenſem. Vixit autem tempore Caroli Magni. *Epiſcopatus Aſturicenſis & Ouetẽſis.*

10 Ramirus filius Veremundi. Hic percuſſit Nordmannos, qui ingenti claſſe uenientes irruebant in Galliciam.

11 Ordonius filius Ramiri. Hic reliquit quinq; filios.

12 Alfonſus tertius factus eſt anno Chriſti 883 rex: fuitq; multorũ & ingentium bellorum contra infideles patrator, ſæpeq; triumphauit de Saracenis. Nam eripuit illis in Portugallia duas ciuitates, Colimbricam & Viſeum. Fecit quoq; quatuor fratribus erui oculos, qui in eum conſpirauerant. Sunt etiam qui ſcribunt illum excitaſſe templum Compoſtellanum, & conſtituiſſe archiepiſcopatum Ouetenſem. *Templum Cõpoſtellæ.*

13 Garſias filius Alfonſi. Hic quoq; bella geſſit cõtra Mahumetos & cœpit Aiolã regẽ (eorum.

14 Ordonius Garſiæ frater. Hic eccleſiã Legionenſem eleganter conſtruxit, magnificeq; dotauit. Sed infeliciter pugnauit cõtra infideles Saracenos, amiſſis multis Chriſticolis, præſertim quibuſdã pijs epiſcopis. Habuit in ditione Caſtellæ quator comites, qui bellum id detrectauerãt. Iuſſos ergo ad ſe uenire & incolumes fore pollicitus, necari mandauit. Ob quam perfidiam Caſtellani rebellantes, factis inter ſe magiſtratibus ac iudicibus, rem ipſi adminiſtrabant è quibus poſtea reges deſcenderunt.

15 Froila ſecũdus Ordonij frater. Hic crudelis admodũ habebatur, ut qui multos è nobilitate interfecerit: factusq; eſt tandem leproſus, relictis quatuor liberis.

16 Alfonſus 4. Hic tradito fratri Ramiro regno, factus eſt ipſe monachus. Sed poſtea pœnitẽtia ductus cũ ad regnũ redire conaret, capit à Ramiro, atq; illata cœcitate mulctat.

Monſtrum pinguiſſimi regis.

17 Sanctius Ramiri frater. Hic tam portentoſæ obeſitatis fuiſſe dicitur, ut tantã ſagi næ molem uix ferre poſſet. Cumq; multa experiretur quæ illi pinguedinem minuerent, ni hil inuenit quod prodeſſet. Fuit autem Saracenorum rex qui Cordubæ regnabat, nomine Abdemarus, uir doctus, habuitq; multos expertos Medicos. Quod cum Sanctiũ non lateret, facta pace cum rege, adiũgit ſe illi, ſperans ab eo curari. Accepta uero herba quadã à medicis illis, adeo attenuatus excarnificatusq; eſt, ut breui poſt morereť, ſed non ſine ſuſpitione ſumpti ueneni. Interea domi per eius abſentiã, Ordonius filius Alfonſi illius, cui lumina diximus adempta, auxilio procerũ regnum inuadit. At Sanctius Saraceni auxilio amiſſum recuperat. Præterea Ferdinandũ Caſtellæ comitem, eiusq; ſucceſſores in iuriſdictione regis Legioneñ. in perpetuum immunes eſſe uoluit. Deceſſit anno ſalutis circiter 928. regni undecimo.

18 Ramirus Sanctij filius. Sub huius regis imperio Arabes rupta pace quam cum Ramiro fecerant, omnia depopulabantur. Quapropter Gallæci cõtempta regis iuuenili ætate, Veremundũ regis Ordonij filiũ apud Cõpoſtellam regem declarant. Inter hunc Veremundum & Almanzorem Saracenorũ regem, ingens horrendumq; natũ eſt bellum, coẽgitq; Almanzor Veremundũ fugere ad Aſturũ montes. Inde Legionem per obſidionem

Cõpoſtellanũ euertitur templum.

expugnat ac diruit. Mox Luſitaniã ingreſſus Compoſtellanam euertit baſilicam. Poſt hęc Veremundus & Garſias Caſtellæ comes iunctis caſtris magnã Saracenis intulere cladẽ.

19 Alfonſus quintus filius Veremundi. Hic ſororẽ Tyreſiam Abdalæ Saraceno Toleti regi locauit, ut ei contra Cordubæ regem auxilio foret. At uirgo Chriſtiana infidelis uiri cõſortium ac cõgreſſum detrectauit, quamuis ſæpe precibus, ſæpe minis uexata. Mox eo extincto, liberata ſeſe deo in cœnobio ppetuo dicauit. Alfonſus uero ſagitta ictus ante ciuitatem Viſeum, interijt.

20 Veremundus tertius Alfonſi filius, iuuenis deceſſit ſine liberis.

21 Ferdinandus primus ſororius Veremundi atq; Sanctij comitis Caſtellæ filius. Hic primus cõiunxit anno 1017 duo regna, Legionẽ & Caſtellam. Legionis autẽ regnum iure uxoris hęreditario aſſecutus eſt. Et ad eum uſq; diem Caſtella per comites regebatur, cum titulus tantum Hiſpaniæ regni poſt ingreſſos Saracenos apud Legionem eſſet. His etiã Nauarræ regnum adiecit, quod interfecto Garſia fratre arripuit. Tanta itaque fretus potentia, Colimbricam partemq; Luſitaniæ recuperauit. Deceſſit anno regni 40. Alij

Caſtiliæ regnũ

Nauarræ regnum.

hic aliter ſentiunt. De Nauarra ſic ſcriptum inuenio. Cum Saraceni in Hiſpania uarijs modis turbarẽt Chriſtianos, uir quidam ſtrenuus Enecus nomine in comitatu Bigortiæ, qui eſt iuxta montes Pyreneos, ſæpe triumphãs de Saracenis, factus eſt à uulgo rex Nauarræ, cui ſucceſſit Garſias. Poſt Garſiam regnauit Sanctius, poſt Sanctiũ Garſias, poſt Garſiam Sanctius magnus, qui comes fuit Caſtellæ. Huic ſucceſſit filius eius Ferdinandus, de quo iam diximus, qui tot coniũxit regna, expugnauitq; anno Chriſti 1030 nobilem ciuitatem Valentiam per Rodericũ Cidum fidelem exercitus ducẽ, expulitq; Saracenos.

22 Sanctius & frater eius Alfonſus ſextus huius nominis, filij Ferdinãdi regno præficiuntur. Excluſit tamen Sanctius fratrem ne ſecum regnaret, quapropter ille fugiens recepit ſe ad infidelem regem Toletanum, donec eo mortuo à populis reuocatus ad regni ſucceſſionẽ, nõ prius à Saraceno dimiſſus eſt, quàm iureiurando affirmauerit ſe perpetuo in eius amicitia permanſurum, quod minime ſeruauit. Nam inito regno, ſtatim Toletum

Toletum expugnatur.

expulſo Saraceno recepit. Reliquit autem filiam unicam Viracam nomine, quam duxit uxorem Raimundus comes Barcinonẽſis, genuitq; ex ea filium Alfonſum ſeptimum, qui auo ſucceſſit in regno.

23 Alfonſus 7 { Sanctius rex Caſtellæ. Alfonſus 8 filius Sanctij.
Ferdinandus rex Legionis. Alfonſus nonus.
Beatrix, nupta Ludouico regi Francorum.

Alfonſus iſte ſeptimus potentiſſimus omnium, qui ante ſe fuere, eſt habitus. Quare Hiſpanorum Imperator eſt appellatus. Ipſe recepit Cordubam, Almeriam & Baionam. Exceſſit imperante Friderico primo.

24 Sanctius huius nominis tertius rex Caſtellæ, duxit uxorem Blancham filiam Garſiæ regis Nauarrę, genuitq; ex ea Alfonſum octauum.

15 Alfonſus octauus duxit uxorẽ filiam Richardi regis Angliæ, genuitq; ex ea multos liberos.

Alfonſus

Alfonſus 8 { Henricus huius nominis primus, rex Caſtellæ.
Blancha, mater S. Ludouici regis Franciæ.
Berẽgaria uxor Alfonſi regis Legionis.
Hieraca ſeu Viraca uxor regis Portugalliæ.
Elionora uxor regis Aragoniæ.

Hic Alfonſus contriuit Saracenos clade inſigni, occiditq; ferè ducẽta millia. Mortuus eſt autem anno 1160.

26 Alfonſus nonus filius Ferdinandi regis Legionũ, ſucceſſit in regno Alfonſo octauo, genuitq; Ferdinandum huius nominis tertium.

27 Hẽricus filius Alfonſi octaui, nõ regnauit duobus integris annis, mortuus in adoleſcentia, ludendo cum pueris.

28 Ferdinandus tertius filius Alfonſi noni, factus eſt rex Legionũ & Caſtellæ. Hic feliciſſime pugnauit contra infideles, ſubijciens ſcilicet ſibi totam Hiſpaniam, præter Beticam ſiue Granatam, in quam coẽgit Saracenos ueluti in angulum, fecitq; ſibi tributarios. Tempore huius regis, nempe anno Chriſti 1252 expugnauit Iacobus rex Aragoniæ inſulas Baleares, ſubiecitq; fidei catholicæ, ferente ſibi auxilium Ferdinando iſto. *Saraceni cogũtur in Granatam.*

29 Alfonſus decimus, Ferdinandi tertij filius. Hic duxit uxorem Violantam Iacobi Aragonum regis filiam, quam & plurimum dilexit. Sed cum nullam prolem ex ea ſuſcipere t, repudiare eam cogitans, Chriſtianam Daniæ regis filiã forma conſpicuam poſtulauit uxorem. Quæ dum in itinere cum maximo comitatu nobiliũ adduceretur, & iam Hiſpalim applicuiſſet, præter omnium ſpem, Violanta regina grauida apparuit. Rubore perfuſus rex, quo pacto leuitatem ſuam tegeret, diu multumq; ſollicitus cogitat. Interim frater regis Philippus, abbas Vallis ſolidæ ac electus eccleſiæ Hiſpalenſis præſul, abiecto ſacerdotio, obtulit ſe futurum maritum Chriſtianæ. Quæ res cum admodum grata Alphonſo eſſet, cõtulit ei in dotem ciuitates & caſtra. Sic hac cura abſolutus, ex Violanta chariſſima cõiuge ſuſtulit Berenguelam, Ferdinandũ, Sanctium quartum, Iohannem, Leonoram & Beatricem, quã rex Portugalliæ duxit uxorẽ, matrem regis Portugalliæ, quæ dotẽ ſecum attulit Algarbiæ regnum cum caſtris & oppidis. Ob quam rem reges Portugalliæ deinde ſe ſcripſerunt reges Algarbiæ. Erat Alfonſus uir clarus & in ſciẽtia ſyderali impẽſe doctus, ad quã natura inclinabatur, et qua ſe plurimũ oblectabat, ut etiam uulgo Aſtrologus uocaretur. Edidit aũt nõnullos libros, hiſtoriam ſcilicet mundi, librum de motibus cœlorum & ſtellarum, qui Canones & tabulæ Alfonſinę appellantur. Sunt tamen qui ſuſpicantur hos libros ab alio quodam editos, & ſub nomine Alfonſi euulgatos. Is Alfonſus à quibuſdã electoribus deſignatus eſt rex Rom. contra Richardum regem Angliæ, miſſiq; ſunt ad eũ Burgis, epiſcopi Spirẽſis & Cõſtantienſis ac abbas S. Galli, electionem regi offerẽtes. Qui cum audiſſet principum diſſenſionẽ, ceſſit Richardo. Illo uero mortuo, Alfonſus relicto regno filio Sanctio, uenit poſſidere imperium. Sed quũ perſuaderet ut cederet Rudolfo ab Habſpurg deſignato regi, ille acquieſcens rediit in Hiſpaniã, breuiq; exanimi mœrore mortuus eſt Hiſpali, priuatus imperio & regno Hiſpaniæ. Nam filius (noluit ei cedere. *Abbas ducit uxorem.* *Alphonſus aſtronomus & rex Rom.*



Alfonſus decimus { Sanctius 4, { Ferdinandus quartus
Petrus
Philippus
Henricus
Iohannes
Iacobus
Petrus
Berenguela
Beatrix

30 Sãctius quartus ſucceſſit patri in regno, pugnauitq; feliciter cõtra Saracenos: expugnauit Tariffam ciuitatem, quæ olim Carteia fuit uocata. Potitus eſt quoq; uictoria in mari contra Mahumetum regem Fes in Africa. Fuit homo ſæuus natura. Patrem redeuntem è Germania, regno occupato non admiſit. Apud Pacemiuliam 4000 hominum trucidari iuſſit, quod in tumultu quodã exorto Alfonſum fratris filium regem appellaſſent.

31 Ferdinãdus huius nominis quartus, rex Caſtellæ & Legionis, genuit ex filia regis Portugalliæ Conſtantia nomine, Alfonſum undecimum & Elionoram, quam Alfonſus rex Aragoniæ duxit uxorem.


32 Alfonſus undecimus, rex Caſtellæ,

Genuit Petrum, Alfonſum, Telium, Sanctium, Henricum ſecundum, qui genuit Iohannem primum, Elionoram reginam Nauarræ.

33 Petrus regnauit poſt patrem, fuitq; homo malus. Nam fecit interfici multos egregios uiros ſine cauſa; & cum eandem crudelitatem exercere uellet in fratrem ſuum Henricum, fugit ille ad regem Aragoniæ, poſtulatoq; & obtẽto auxilio, cinxit Toletum, & capto Petro rege eoq; iugulato, factus eſt ipſe rex, anno Chriſti 1379.

34 Henricus huius nominis ſecundus, filius Alfonſi undecimi.

35 Iohannes primus. Hic ducta uxore Elionora filia Petri regis Aragoniæ, duo grauiſſima geſſit bella, unum contra Luſitanos, quod defuncto Ferdinãdo ſocero, ei ratione uxoris ſuccedere uellet: illi uero ſuffecto quodam Iohanne notho ordinis equeſtris ex ſtirpe regia, Iohanni reſtiterunt. Alterum mouit in Anglos, qui eum nitebantur pellere regno Caſtellæ & Legionis. Nam filius regis Angliæ, qui uxorẽ habuit filiã Petri regis Aragoniæ, iure uxoris petebat regnum Caſtellæ & Legionis. Pacatum tamẽ eſt bellum illud per ſuperueniens coniugium. Nunc itaq; ponam totam genealogiam, quæ ab hoc Iohanne deſcendit ad præſentes perſonas.



36 Henricus tertius huius nominis, ſucceſſit patri Iohãni in regno, anno Chriſti 1390. Frater uero eius Ferdinandus factus eſt rex Aragoniæ poſteaquam Martinus rex Aragoniæ deceſſit ſine hærede. Mater enim eius fuerat uxor Petri regis Aragoniæ. Locauit etiã iſte Henricus filiã ſuã Mariam fratris ſui filio nempe Alfonſo, quæ regnum Aragoniæ uiginti quinq; annis adminiſtrauit, interim quo maritus eius abſens diſtinebat in Italia propter regnum Siciliæ.

37 Iohannes ſecũdus poſt patrem potitus eſt rerum in Caſtella, genuitq; ex uxore Maria filia regis Ferdinandi Henricũ 4. Fecit etiã negociũ ſocero aut uerius patruo ſuo propter regnũ Aragoniæ, ſed nihil effecit. Ipſe perſuaſus à Vincentio monacho ord. Prædicatorum, expulit omnes Iudæos é regno ſuo, ſeruatis eorũ bonis in Hiſpania. Tunc multi Iudæi metu amittendæ rei ſacro fonte abluti, clàm uero paternis legibus inuigilantes, peſſimum genus hominum euaſere. Hi ſunt quos Marranos hodie uulgus appellat.

38 Henricus

38 Hẽricus 4. huius nominis ſucceſſit patri ſuo in regno, anno Chriſti 1454. Hic occupauit quaſdã Saracenorũ ciuitates. Deinde regnũ Nauarrę per Caroli filij Iohãnis Aragonię mortẽ, armis eſt adſecutus. Ex cõiugio nihil liberorũ ſuſcepit, ꝙ eum inhabilẽ Veneri ac uirilitate deficere cõſtans eſſet fama. Filiam ſpuriã, quam ſuam eſſe ſibi perſuaſerat, regni hęredem inſtituerat, ſi per proceres licuiſſet, qui omni ſtudio reſiſtentes, Eliſabetam eius ſororem illi prætulerunt, nuptuiſq; illi dantes Ferdinandum huius nominis ſextum, filium Iohannis regis Aragoniæ, qui erat quoq; de ſanguine eius, & ſucceſſor fuit regnorũ Caſtellę & Aragoniæ, Eliſabeta ſuppoſititia filia reiecta.

39 Ferdinãdus 6. princeps magnus & catholicus, anno Chriſti 1454 Saracenos oẽs de Hiſpania, præſertim ex Granata, ſuis armis & uirtute expulit, quã iam propè occupauerãt 700 annis. Excluſit quoq; à regno ſuo Marranos & irreformatos monachos. Quomodo uero obtinuerit regna Neapolitanũ & Siciliæ, dicam infrà, ubi harum terrarũ inciderit mẽtio. Habuit unicũ filiũ, cui nupſit Margarita Auſtriaca, ſed mortuus eſt ante patrẽ, nullo relicto hęrede regni ſucceſſore. Tunc rex Ferdinãdus accepit ueluti in adoptiuũ filiũ, Philippũ archiducẽ Auſtriæ, locans illi filiã ſuã Iohannã, unde nati ſunt Carolus & Ferdinandus reges. Habeo hæc omnia ex Raphaële Volat. & Michaële Ritio, quare ſi quid perperã in hac genealogia eſt ſignatũ, excuſabo me. Scio in hiſtorijs multa deſiderari, nec quempiam ubiq; ſatis oculatum poſſe eſſe.

De regnis Nauarræ & Aragoniæ: quomodo cœpta ſint & per quos adminiſtrata uſq; in præſens.

REgnum Nauarræ, quod partim inter Vaſcones & partim inter Cãtabros cõtinetur, initiũ ſumpſit circa annũ Chriſti 901 à quodã Eneco comite Bigorræ. Hic è montib. Pyreneis in uicinã Nauarræ planiciẽ cũ exercitu deſcendẽs, omnẽ eam regionẽ à Saracenis liberauit: pro quibus meritis, rex in eo loco primus eſt appellatus.

1 Enecus primus Nauarræ rex.
2 Garſias filius eius
3 Sanctius cognomento Abarca.
4 Garſias tremulentus
5 Sãctius maior, q ducta uxore Eluiria filia comitis Caſtellę, factus eſt p eã rex Caſtellę:


Genuit { Ferdinandum regem Caſtellæ.
Garſiam regem Nauarræ.
Ramirum illegitimum, regem Aragoniæ.

Factus eſt aũt Ramirus rex Aragonię anno Chriſti 1016. à quo deſcẽderũt ſequẽtes perſonæ, reges Aragonię.

1 Ramirus. 2 Sanctius { 3 Petrus; 4 Ramirus. Alfonſus; 5 Viraca, cuius marito Raimũdus comes Barcinonenſis.; 6 Iacobus.; 7 Petrus rex Neapolitanus; 8 Iacobus < Elionora regina Caſtellæ / Fridericus; 9 Martinus

Sanctius Ramiri filius, ictus ſagitta ante quãdã ciuitatẽ quã obſidebat, periit. Tũc Petrus filius ſucceſſit patri, & nonnulla oppida Aragonẽſi adiecit imperio. Mortuo aũt eo & fratre eius Alfonſo ſine uirili prole, elegerũt ſubditi Ramirũ, q fuit monachus, cõſtituerũtq; eum regẽ. Et cũ ex cõiuge unicã ſuſtuliſſet filiã, locauit eã Raimũdo comiti Barcinonenſi, qui & ſocero in regno ſucceſſit, adiecitq; regno ciuitatẽ Barcinonen. Anno Chriſti 1250. factꝰ eſt Iacobus rex, q Alfonſi 10 Caſtellę regis ſocer fuit, et ille expugnauit Baleares inſulas, adiecitq; regno ſuo ciuitatẽ Valentiã. Poſt eũ potitus eſt regno Aragonię Petrus filio eius, cui & q; Nicolaus papa cõceſſit regnũ Neapolitanũ. Sed Gallis omnẽ uiã p̃cludẽtibus, ne hoc regnũ ingredereẽ, p̃cuſſus in mari hoſtili telo, ex uulnere occubuit. Tũc regni faſces ſuſcepit Iacobus filius eius, q tamẽ Siciliã tradidit fratri Friderico, ipſe uero, p̃fectus in Aragoniã, mortuus eſt ibi, relicto filio Martino: qui & ipſe unã reliquit filiã, quã duxit uxorẽ rex Caſtellæ. Cęterũ poſt mortẽ regis Martini facta eſt magna cõcertatio de regno Aragoniæ, ſed uicit Ferdinãdus huius nominis 5. frater Hẽrici regis Caſtellæ, anno Chriſti 1407. declaratuſq; eſt rex, eo q mater eius Elionora filia eſſet Petri regis Aragoniæ.


Genealogia regum Nauarræ.



Hiſtoriæ regũ Nauarræ, quas ego uidi, ſunt tam obſcurę & implicatę, ut ex illis me non ſatis explicare potuerim. Quomodo uero Ferdinandus illegitimus Alfonſi filius ſe inſinuauerit in regnũ Siciliæ, ſcribam infrà ubi peruenero ad inſulam Siciliæ. Notandum quoq; hic, Aragoniam alio nomine appellari Cataloniã, quæ tamen uerius, ut quidã ſcribunt, appellanda fuerat Gothalonia, perinde quaſi cõpoſitio quædam ſit facta ex his duobus uocabulis, Gothia & Alania.

De regno Luſitaniæ ſiue Portugalliæ & ſucceſſione regum eius.

REgnum Portugalliæ cœpit circiter annũ Chriſti 1110. idq; hoc modo. Henricus Lotharingiæ comes è Gallia ueniẽs, magnas aduerſus Saracenos res geſſit: pro quibus meritis Alfonſus ſextus Caſtellæ rex permotus, filiã nothã nomine Tyreſiã ei locauit, Gallitiæ partẽ quæ in regione Luſitanię cõtinetur, pro dote aſſignando. Ex eo poſtea matrimonio natus Alfonſus, qui primus Luſitaniæ rex eſt appellatus. Primus itẽ qui Vlyxbonã à Saracenis recepit, quorum quinque ſimul regibus uno prælio ſuperatis, quinq; ſcutorũ inſigne, facti monumentũ poſteris reliquit. Verũ hoc decus in matrẽ crudelitate fœdauit, quã, q̃d poſt uiri mortẽ nupſit, in uincula cõiecit, nec ut eam dimitteret, tũc per legatum à põtifice miſſum cõpelli ulla ratione aut interdicto potuit. Quapter materna in eũ ira atq; imprecatio cauſa fuit, ut ab hoſtib. caperet. Captus autẽ ab infidelibus, reliquit filiũ Sanctiũ in regno.



Genealogia regum Luſitaniæ

1 Alfonſus — 2 Sanctius — 3 Alfonſus. — 4 Sanctius — 5 Alfonſus — 6 Dionyſius — 7 Alfonſus.

11 Eduardus — Leonora imperatrix

8 Petrus. — 9 Ferdinandus. — 10 Iohannes — Ferdinandus — Iohannes — Petrus

Petrus — Henricus infans — Iohannes

Fuit Iohãnes 10 nothus, ideoq; ab adminiſtratione regni excluſus. Et cũ ordinẽ ſuſcepiſſet militarem, eſſetq; uir ingẽti animo, uocatus ex ordine ad regnũ magna egit, ciuitatẽq; Septenſem è Saracenis bello recepit, felix ſeptena liberorũ prole, inter quos Ferdinandũ Luſitani uitę abſtinẽtia pariter & religione inter beatos referũt. Is enim bello Saracenorũ captus, ea patiẽtia in cuſtodia apud eos uixit, ut molę (ea enim uiuere cogebat) cũ famulo quanq; per ſe ſufficiẽte ſuas partes obiret. Henricus infans in Atlãtico primus pelago nouas inſulas reperit, de quibus ſuo loco dicemus. Ipſe cum in mathematicis eſſet doctus, propter aſtrorũ ſtudia cœlebs mãſit, uitãq; in ſacro promõtorio, quod Caput S. Vincentij dicitur, egit: quẽ locũ propterea q; in eo cœlũ raro turbidũ efficit elegit. Obijt anno 1460.

Eduardus autẽ maior natu rex factus, Zeliam, Tigem & Alcazar Africanas ciuitates prælio expugnatas regno Luſitaniç adiecit. Habuit autẽ duas filias, alij ſcribũt duas ſoroꝛes, Iohannam & Elionoram. Priorẽ Caſtellæ regi, alteram friderico tertio Imperatori locauit, ex qua Maximilianus Cæſar eſt natus.

11 Eduardus

13
Ferdinandus — Iohannes, qui lapſus de equo interñt
11 Eduardus — 12 Alfonſus; Leonora Imperatrix — 14 Emanuel — 15 Iohannes, cuius uxor Catarina ſoror Caroli quinti Imperatoris; Ludouicus infans; Iſabella uxor Caroli quinti Imperatoris; Alia, quam duxit Carolus dux Sabaudiæ

Habuit Emanuel rex 14. alteram uxorem Leonorã, quam poſtea Franciſcus Gallorum rex duxit uxorem. Cæterum frater regis Eduardi, Henricus infans, uir magnanimus,



primus tentauit noſtro ferè æuo nauigare per maria ad incognitas terras, uenitq; primùm ad inſulam Mederam, quæ ferè tota ſqualida iacebat, etiam quũ haberet fundũ ad omnes fructus ferendos aptiſſimum, potiſſimum autem ſaccarum, quod interim in ea inſula eſt plantatũ, & excellit ſua bonitate omne aliud ſaccarum quod creſcit in Europa. A Medera ſoluẽs uenit nauigio ad Canarias ſeu Fortunatas inſulas, ac inde circumnauigãs meridianam plagam, hoc eſt, Africam ipſam, inuenit multa mirabilia. Elapſis poſt hæc aliquot annis, rex Emanuel inſtructa magna claſſe emiſit eã anno Chriſti 1500 in occidentem, meridiem & orientem, explorauitq; per illam nauigationem res inauditas. Adinuenit uiam per mare ad nouum & incognitum orbem, quem nouas uocant inſulas, inuenitq; aliã uiam nauigabilẽ ab occidẽte in orientem, per quã ſcilicet uenitur à Portugallia in Indiã, unde eſferunt uariæ ſpecies aromaticæ, id quod idem rex Leoni decimo pontifici Romano glorians & triumphãs per epiſtolam ſignificauit. Deprehẽſum tamẽ eſt, eam nauigationem Europeis habitatoribus, maxime occidẽtalibus, nõ parum obeſſe. Vnde Paulus Iouius aſſerit, Luſitanorũ nauigationibus nõ ſolũ itinera reliquis nationibus in Indiam intercludi, uerũ etiam omnia aromata inibi cõparata, ingenti quæſtu Vlyſſiponæ, bona dum ſeruãt, corrupta proſtituũt, uenundari. Prætexũt, inquit, propagationẽ religionis ſuo cõmodo emolumento, quod ſuis nauigationibus quærũt. Quia ſumptus faciunt magnos ſuis nauigationibus, propterea uolunt aromata quoq; charius uẽdere. Damianus tamen reiñcit iſtius rei culpam in tabernarios, propolas & inſtitores, quibus nihil ſancti niſi quod cum lucro coniunctum eſt, in quos animaduertendum eſſet. Nam hi omnium generum mercimoniorum corruptela ueriſſimè ſunt.

Species aromaticæ.

Corrupta aromata.

De Epiſcop atibus, principatibus, academijs, & inſignibus doctiſq; uiris, quos habet & olim habuit Hiſpania.

ARchiepiſcopus Toletanus, cancellarius Caſtellæ: archiepiſcopus Hiſpalenſis, archiepiſcopus S. Iacobi, archiepiſcopus Granatẽſis. Et in Portugallia archiepiſcopus Bracharenſis, Vlyſſipponenſis, Funchalenſis. Epiſcopi: Burgenſis, Ciguntenſis, Cunquenſis, Placentinus, Palentinus, Iaenenſis, Segouienſis, Auillenſis, Camorenſis, Cordubenſis, Oſinenſis, Leonẽſis, Calahorenſis, Salmanticẽſis, Badaiocẽſis, Ouidenſis, Carthaginẽſis, Aſturgenſis, Corienſis, Rodrigenſis, Malagẽſis, Calixenſis, Guaditanus, Almerienſis, Mondonenſis, Tuienſis, Lugenſis, Orenſenſis, Canarienſis, Caragucenſis, Valentinus, Tarragonenſis, Taraconenſis, Hueſcenſis, Segorbienſis, Barchinonenſis, Leridenſis, Tortoſenſis, Gironenſis, Vrgellenſis, Vicquẽſis, Eunienſis, Pamplonenſis. Et in Portugallia epiſcopi: Eborẽſis, Viſcenſis, Guardẽſis, Colimbriẽſis, Portẽſis, Lamecẽſis, Syluenſis, Ceptenſis, &c: Habet quoq; Hiſpania noſtro æuo innumeras abbatias, quatuor magiſtros equitum ſeu ordinum inſignes commendaturas, & alios ordines



Abbatiæ.

dines, qui omnes ingentes poſſident redditus, ut etiam archiepiſcopus Toletanus habeat annuc 80000 aureorum ducatorum: archiepiſcopus autem Hiſpalenſis uiginti quatuor millia ducatorum, epiſcopus Burgenſis uiginti millia, &c.

Proceres ſeculares.



Magnates uero Hiſpaniæ ſunt, princeps Aſturiarũ, dux de Arſona, Comeſtabilis Caſtellæ, dux Frienſis regis cubicularius, Archithalaſſus Caſtellę & Granatæ, uulgo Ammiraldus, & dux de Medina. Item duces de Beiar, de Scalona, de Medina cœli, de Medina Sidoniæ, de Arcos, de Infantazgo, de Alua, de Naiara, de Maqueda, de Albuquerque, de Cardonia, Comeſtabilis Aragonię, de Segorue, de Gandia, de Villa formoſa, de Luna, de Sauiote, Archithalaſſus Aragonenſis marchio. Item marchiones de Oriſtan, de Gotiano, de Villena, de Aſtorga, de Tarifa, de Zenete, de Comares, de Gibraleon, de Molina, de Dema, &c. Itẽ comites innumeri. In Portugallia uero hi magnates hodie ſunt, Comeſtabilis, qui nunc eſt infans Ludouicus regis frater ac præfectus regnorũ confiniũ, qui uulgo Fonteiro dicitur. Eſt idem magiſter equitũ Rhodienſiũ. Item dux Brigantiæ, dux Colimbrienſis, dux Viſeenſis, dux Tranſcoſſenſis, dux Barcelenſis, dux Aueriẽſis, marchio de Villa Real, marchio de Tores Nouas, marchio de monte maior, marchio de Ferreira: item comites multi. Qui de his plura ſcire cupit, legat Marinæum Siculum.

Vniuerſitates opulẽtia celebres in Hiſpania ſunt ſeptẽ, uidelicet Salmãticenſis, Complutẽſis, Colimbrienſis, Pincianenſis, Siguntinenſis, Oſtenſis, Ilerdenſis. Viros doctos habuit Hiſpania paſſim exteris nationibus notos, Fulgentium, Iſidorum archiepiſcopũ Hiſpalenſem, Paulum Oroſium, Paulum Burgenſem, Alfonſum regem aſtrologum, Columellam, Higiniũ, Sedulium poẽtã, Ludouicum Viues oratorem, Quintilianum rhetorem, Senecam oratorem, Pomponium Melam, Iuſtinũ hiſtoricum, Raimundum Lullum, & ex Iudæis atq; Saracenis, Aben Ezram, Dauidem & Moſen Kimhi, Auicennam, Auerroim, Raſim, Meſalac, Albumazar, & alios multos.

Seneca Hiſpanus.



Seneca, qui & Lucius Anneus Stoicus philoſophus, natione Cordubenſis, Neronis Imperatoris præceptor, Romę in precio fuit & patruus Lucani poẽtæ. Cuius reminiſcẽs diuus Hieronymus, ſcribit illum uirũ fuiſſe continentiſſimæ uitæ, & propterea ponit eum in Catalago ſanctorũ uirorũ, potiſſimũ propter frequentes epiſtolas Pauli ad Senecã & Senecæ ad Paulũ. Cum aũt eſſet Neronis magiſter & illius tẽporis potentiſſimus, optare ſe dicit, eius ſe loci eſſe apud ſuos, cuius ſit Paulus inter Chriſtianos. Hic inter cætera gratiarũ ſuarũ beneficia ſibi à deo collata, tãtæ fuit memoriæ, ut duo millia nominũ recitata, eo quo dicta ordine erant mox recitabat, & ducentos uerſus à ducẽtis ſchola ſticis recitatos ab ultimo incipiens ad primum uſq; integerrime recitaret. Quem tãdem ante biennium quàm Petrus & Paulus martyrio coronarẽtur, à Nerone ſæuiſſimo diſcipulo, retributionis gratia interfectũ fuiſſe legimus. Nam cum ſenex admodum eſſet Seneca, Nero uerbera quæ ſibi à puericia intulerat ad memoriam reducens infremuit, atq; per centurionem ei indixit, ut ſibi ipſi mortem

tem deligeret. Tunc Seneca cognoſcẽs Imperatoris uoluntatem, petĩt ut in tepenti aqua poneretur, & in eadem omnes uenæ ei aperirentur, donec ſpiritum exalaret: ſuaue genus mortis arbitratus, uenarum inciſione mori, quo & uitam finiuit.

Quintilianus.



Fuit & Quintilianus Rhetor ac philoſophus natione Hiſpanus, uir magni pretĩ, à Galba Cæſare Romã ꝓductus, ubi ſcholam tenẽs clariſſimus habitus eſt. Fuit namq; uir eruditiſſimus atq; grauis, qui inter cætera de inſtitutione oratoria octo libros compoſuit atq; cauſarũ librũ perutilem edidit. Ex quibus hanc celebrem & memoria dignam habemus ſententiam: Vtinam liberorũ noſtrorũ mores non ipſi perderemus. Infantiam enim ſtatim delitĩs ſoluimus. Mollis quippe educatio, quã indulgentiam uocant, neruos omnes mentis & corporis frãgit. Huius celeberrimi uiri de inſtitutione oratoria liber cũ annis fermè ſexcentis deperditus fuiſſet, à Pogio Florentino circa annum domini 1414 in Cõſtantienſi concilio in quodam monaſterio integer repertus, atq; eius opera tranſcriptus & emendatus in Italiam delatus eſt.

De duabus inſulis Balearibus, Maiorica & Minorica, hodie proprium conſtituentibus regnum.

OLim hæ duæ inſulæ dictæ ſunt Gymneſiæ & Baleares, una Balearis maior, & altera minor, & fuit utraq; ſemper fertilis & optime culta, poſtq; ſcilicet à Romanis fuerunt edomitæ. Antea uero habitatores eius corrumpebant piratica rabie maria, erantq; homines feri & ſylueſtres, qui à ſcopulis ſuis proſpiciebãt maria. Aſcendebãt incõditas rates & prẽnauigantes ſubinde inopinato impetu terruerũt. Et cũ ſemel uenientem ab alto Romanã claſſem proſpexiſſent, prædam putantes auſi etiam occurrere & primo impetu ingenti lapidorum ſaxorumq; nimbo claſſem operuere. Sed non diu lapidatione Romanos terruerunt. Poſtquã enim cominus uentum eſt expertiq; roſtra & pila uenientia, pecudum in morem clamore ſublato petierunt fuga littora, dilapſiq; in proximos tumulos, quærendi fuerunt ut uincerentur. Minor inſula ſpectat ad orientem, nutriens plurima armenta, præcipue mulos, qui & magni ſunt & ſonora uoce. Referta eſt utraq; inſula habitatoribus, qui ſcilicet triginta millia hominũ excedunt. Habitãt in ſaxis concauis, iuxtaq; præcipites petras. Aureo nummo aut argenteo olim non utebanť. Diligunt ſupra modũ mulieres, ut mulierẽ à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant uiris. Quũ olim Carthaginenſibus militaſſent, ex ſtipendio impenſo mulieres ac uinum emptũ ſecum tulere. Funda utebantur in prælio, & iaciebãt lapides ita robuſtẽ, ut ab aliquo tormento lapis miſſus uideretť. Fuerunt etiã in iaciendo tam certi, ut raro effugerit ictum appetitus locus, quod eis cõtinuus à puericia uſus præbebat, à matribus ad id certa men coactis. Imponebant enim ſuper erectũ lignũ panem pro ſigno, quẽ iactu petebant, neq; antè cibũ caperent, quàm panem lapide eiectũ pro cibo ſumerent matris permiſſu.



Cuniculi peredunt inſulas

In his inſulis nullũ nociuũ inuenitť animal, etiã ſi multos habeãt cuniculos, qui plurimũ inſulas incõmodant, dãnaq; inferunt. Nõ tamen ſemper aut ab initio creationis in eis fuerũt, ſed quũ uice quadã duo illati eſſent, generatione ſic creuerũt auctiq; ſunt, ut impleuerint totam terram, tantaq; agris & domibus dãna intulerint, ut incolæ coacti fuerint quẽrere conſilium apud Romanos, quomodo animantibus illis occurrerẽt, præuenirentq; rabiem eorũ. Tũc cõſilium datum, ut afferrẽt cattos ſylueſtres ex Africa, illoſq; cum laqueis mitterent in animãtium cauernas, futurumq;, ut uel unguibus ſuis illos extraherent, aut per aliud foraminis oſtium expellerent, uenationiq; exponerent. Quod & factum eſt. Noſtro æuo hæ inſulæ proprium habent regnum, quod dicitur regnum de Mallorca & Menorca, complectiturq; has duas

Eiuiſſa profert ſalem.

inſulas & tertiam Ebuſſum nomine, quam uulgo uocant Eiuiſſam; & eſt alijs minor, habens duntaxat unam uillam ſitam ſuper montem. Leuatur autem per ſingulos annos magna uis ſalis in hac inſula. Intromititur enim certis temporibus mare in ipſam terram, ac deinde præcludit̃ locus introitus aquæ, & aqua ſic in terra collecta & inperturbata dimiſſa, in tantum coagulatur ſalis aceruum, ut nedum Mallorca & Menorca inde ſaliantur, uerum & onuſtæ naues in Italiam ductæ multis ciuitatibus ſalis ſufficientiam miniſtrent.

Nobiles caſei.

In Maiorica & Minorica optimum creſcit oleum, quod inde ad Valentiam, Flandriam & Italiã aduehitur. Fiũt quoq; tam boni in eis caſei, ut præſtent omnibus caſeis qui ueneũt Romæ & in Hiſpania. Deinde habent incolæ ſingulare negocium rudium pannorũ, quos ex lana parant, diſtrahuntq; circumquaq; uſque in Siciliam. Carent hæ inſulæ, ut diximus, nocuis animantibus, abundant autem ceruis & cuniculis, creſcitq; in eis nobile uinũ, creſcit & ſatis frumenti. Habet Mallorca ad orientem inſignem ciuitatem, quæ & ipſa Mallorca nominatur, habetq; portum optimum, & eſt metropolis harum inſularũ: olim uero fuit Palma uocata, decoraturq; hodie ſtudio uniuerſali, in quo Raimũdus Lullus magnæ eſt reputationis, quia fuit ibi natus & educatus, & in hodiernum uſq; diem fouetur ibi magno ſtipendio uir unus doctus, qui Lullianã profiteatur doctrinam, id quod habeo ex ore docti cuiuſdam uiri nomine Antonij Lullij, nati in Mallorca ex familia Lulli.


Studiũ uniuerſale.

Eſt & alia ciuitas in hac inſula nomine Bolẽtia, quæ uulgo appellatur Pollẽtia, reſpicitq; meridiem, ſicut Mallorca ſeptentrionalem inſulæ tenet locum. Eſt aũt inſula iuxta maris littora multum fœcunda, in interioribus uero eſt montoſa & infœcunda. Incolæ plurimum incommodant̃ à Saracenis, qui ſine ceſſatione ex Africa in eam traijciunt & homines abducũt, illudunt, ſeruituti ſubijciunt aut pro pecunia uendunt. Quapropter feriatis diebus in eccleſia è fidelibus colligitur eleemoſyna, qua pauperes captiui redimantur. Iacet hæc inſula è regione oſtiorũ Iberi fluuij, patetq; in eam ex Hiſpania iter nauigabile quatuor aut quinq; horarum. Ad Argieram uero Mauritaniæ opus eſt ſpacio duorũ aut trium dierũ. Porrò alia inſula Menorca nullam habet inſignem ciuitatẽ, ſed plurimas uillas, eſtq; in littore maris circũuallata altis montibus & condenſis arboribus obducta. Quomodo noſtro æuo Carolus Imperator anno 1541 ex his inſulis traiecerit in Africam expugnaturus regiam ciuitatem Argierã, quam uulgo Alger uocant, dicam infrà ſuo loco, ubi nouam deſcripſero Africam.

DE

DE GALLIA ET eius ſitu: item de eius partitione,

populis, ciuitatibus, montibus, fluuijs, &c.



GALLIA tertia Europæ regio nomen accepit à duce Galate filio Hercu lis Aegytij. Venit hic Herçules in regionem Galliæ ante deſtructio nem Troianã, condiditq; in Celtica ciuitatẽ nomine Alexiã (quã lõgè poſt Iulius primus Cæſar deſtruxit) & genuit ibi Galaten, cui adulto pater tradidit regnũ. Is ergo cum regni fines extendiſſet & multa prę clara geſſiſſet, ſubditi eius ab ipſo dicti ſunt Galatæ, & regio ipſa Gala tia. Romani uero extracta ſyllaba ex Gallatia fecerũt Galliã. Alij ue ro putant Galliã deriuari à græca uoce Gala, quæ lac ſignificat, quod ſcilicet Galli candi diores ſint Hiſpanis. Multiplicatis proinde Gallis, diuiſa eſt Gallia in duas partes, nempe Ciſalpinã, quæ ultra alpes in Lombardia locũ habet Italiæq; finibus includit̃, & in Trãſal pinam quæ citra montes occidentẽ reſpicit. Vocata eſt quoq; una Gallia togata ſeu tonſa, alia Gallia comata, quod hi nutrirent pilos, illi uero reſecarent. Gallia comata ſeu Trãſ alpina diuiſa eſt in tres regiones, uidelicet Belgicã, Celticam & Aquitaniã. Et ſecundum Beroſum, in Celtica olim regnauit Lugdus, à quo Lugdunũ & Lugdunẽſis Gallia nomẽ accepit, ſicut & à Celta rege Celtica denominata eſt, & Græci olim populos Galliæ com muniter Celtas nominauerũt. Haud ſecus illis tẽporibus à ciuitate Narbonenſi regio illa appellata eſt Gallia Narbonenſis, & Braccata à Braccis ueſtiũ genere, quam hodie uocãt Langendocken. Hęc nomina tẽporis ſucceſſu mutata ſunt in alia uocabula. Nam Gallia Celtica demigrauit in Galliam Lugdunenſem & Narbonenſem, & hodie ſunt Delphina tus, Subaudia, Prouincia, Langendocken & Burgundia. Aquitania uero uetuſtum reti nuit uocabulum in hodiernum uſq; diem extenditurq; ad fluuium Ligerim. At Belgica à Beligio rege, qui in ea imperium habuit, ad Rhenum uſq; ſecundum ueterum deſcriptio nem propagata eſt, & pro maiori parte lingua utitur Teutonica, includens omnes regio nes iſtas (ut hodie nominant̃,) Alſatiã, Lotharingiã, Vaſtũ regnũ, uulgo Vueſterich, Bra bantiã, Flandriã, Geldriã, Normandiã, Britanniam, Burgundiã, & Franciã quę eſt per cir cuitũ Lutetiæ. Olim regionũ limites fuerũt mõtes & flumina, extẽſaq; propterea fuit Gal lia ad Rhenũ, q̃ Gallos à Germanis ſeparauit, at hodie linguæ & imperia diſterminãt unã regionem

Galia togata & comata.

Lugdunenſis.

Belgica.

regionem ab alia,& eouſq; unaquęq; extenditur regio, quouſq; gentis illius ſermo uerſatur,atq; ob id Alſatia, Vaſtum regnum,Brabantia,Holandia,Geldria,& aliæ Teutonicę nationes non Franciæ ſed Germaniæ adſcribuntur.

Vnde exortum ſit nomen Franciæ,cum ab antiquis temporibus hæc regio ſemper uocata fuerit Gallia.

HAbent hiſtoriæ,Franciæ,regionem hoc nomen ſortitam aliquot annis poſt Chriſtum natum, idq; à Teutonicis Franconibus,qui ueri & genuini fuerunt Franci, tametſi Galli id conſtanter negent,longeq; aliter ſentiãt,dicantq; Galliæ partem Franciam dictam à Frãco filio aut nepote Hectoris, qui poſt deſtructam Troiam uenit in Galliam, denominauitq; Galliam à ſe Franciã. Rectè quidem ſentiunt Franciam à Franco dictam,at plurimi elapſi ſunt anni à Franco uſque ad illud tempus quando Gallia cœpit uocari Francia. Siquidem Francus non regnauit in ea regione quæ hodie Francia appellatur, ſed fuit dux aut rex Franconum Germaniæ. Vnde & Raphaël Volater. colligit ex Agathio, Francones occidentales ex ea natione migraſſe,quæ trans Rhenum nunc quoque Franconia eſt. Hi enim anno ſalutis circiter 420 exagitati à uicinis ſimul & mutandi melioris ſoli gratia in proximam Galliam Belgicam cum eorum rege Clodio tra iecere,locaq; Metenſiũ primo ac Tullenſium tenuere, ubi Aetio duce Imperatoris,deinde Gothis & Aquitanis, poſtremo Normandis ac Longobardis uaria ſucceſſione ac magna uirtute ſuperatis,tota paulatim Gallia potiti ſunt. Alij uero altius iſta repetentes,ſcribunt in hunc modum. Deſtructo Troianorum Ilio, traiecerunt Helleſpontum nepotes Priami,inhabitaueruntq; loca circa Mæotides paludes & fecerunt ſibi regem. Cumq; laceſcerentur à Gothis multis prælijs,qui non procul ab eis habitabant,nec ad reſiſtendum ſatis fortes eſſent, Marcomirus rex eorum inito cõſilio cum reliquis populi præfectis, deliberauit relinquere terram illam,nempe Scythiam,& nouam in qua quietiores eſſent occupare ſedem. Factoq; gentilium more ſacrificio,monitus eſt oraculo quodam, ut adiret eum locum cum populo ſuo, ubi Rhenus labitur in mare, ibi adepturus optatã quietem. Atque ut certior eſſet, ſuperuenit & maga quędã Alruna nomine, quæ ad idẽ illum eſt cohortata. Effecit enim mulier illa arte ſua, ut noctu regi Marcomiro appareret ſpectrum quoddam cum tribus capitibus,nempe cum capite aquilæ,capite bufonis & capite leonis. Dixitq; aquila. Genus tuum ô Marcomire opprimet me & cõculcabit leonẽ, interficietq; bufonem. Quibus uerbis ſignificauit futurũ, quod poſteri eius habituri eſſent dominiũ ſuper Gallos,Romanos & Germanos.

Fãcia à Franco.

Alruna maga.



Neomagi uox Germanica.

Anno itaq; quadringenteſimo trigeſimotertio ante Chriſti natiuitatẽ egreſſus Marcomirus cum populo ſuo Scythiam & peruenięs in Germaniam, occupauit illa loca ubi hodie eſt Geldria & Holãdia,uocatiq; ſunt à Saxonibus Neomagi, germanicè neumeg,id eſt,noui affines,ſeu noui uicini. Appellati ſunt quoq; à regina quadam Cambra nomine, Sicambri, & nomen illud multis retinuerũt ſeculis,ut etiam regio ab ipſis habitata ante Chriſti incarnationẽ Sicambria appellaretur. Primus eorum rex quem in Sicambria habuerunt,uocatus eſt Anthenor,filius dicti Marcomiri. Secundus fuit Priamus, decimuſſextus Francus, qui ob ſingularem prudentiã & egregia ſua facta in rebus bellicis, plurimũ amabatur à ſubditis, uocatiq; ſunt deinceps ab eo Frãcones. Præfuit rex ille Sicãbris anno ante Chriſti incarnationẽ 42. Septimus poſt Francũ Sicambrorum rex,dictus eſt Ratherius,& hic dicitur condidiſſe ciuitatem Roterodamũ in Batauia,ubi & ſepultus eſt anno poſt Chriſtũ natũ 70 ſub Nerone Cæſare. Poſtea circa annũ Chriſti 320 imperium tenuit in Sicambros ſeu Francos Clodomirus, cuius frater Genebaldus primus factus eſt dux Francorum Germanorum. Interim uero quo memorati Sicambri ſeu Franci inferiorem incoluerunt Germaniam plurima geſſerunt bella contra populos

Sicambria.

Genebaldus dux Francorũ orientaliũ.

populos Galliã inhabitantes, & præſertim cõtra Romanos, qui Gallis tunc imperabant, uicerunt, qùe illos ſæpius quàm ab eis uincerentur. Iuncti ſunt etiam illis multi Germani, quorum auxilio breui adepti ſunt utramque Rheni ripam. Sed hac ditione non contenti extenderunt cotidie terminos ſuos, ut etiam Treuerim & alias ciuitates occuparint, ſubiecerintq; ſibi omnem terram uſq; ad Sequanam fluuium, qui pertranſit Luteciam, ubiq; ex ea Romanos pellentes. Hæc ex abbate Spanheimenſi. Quẽ tamen ſicut & Hunibaldũ, quem ille ſecutus eſt, quidam hic ceu ineptias referentem, reiciunt, aliamq; de Francis habent coniecturã, quam infrà iuxta Geldriam obiter commemorabimus. Illis temporibus, nempe circa annum Chriſti 420 elegerunt Franci regem ſuper ſe Pharamundum nomine, qui undecim annis potitus rerũ, occupauit bonã partem Celticæ & Belgicę, profligatis undique Romanis, qui iſtarum regionum dominium ſibi uendicauerant. Fuit hic uiceſimus quartus rex Francorum ſeu Sicambrorũ. & ut Galli quoque fatentur, fuit primus Galliæ rex poſt expulſos Romanos, qui Galliam ferè centum annis ante Chriſtum natum ſibi ſubditam tenuerant. Tradidit hic Pharamundus Franconiæ ducatum, qui erat iuxta Mænum, fratri ſuo Marcomiro regendum. Pharamundo ſucceſſit Clodius filius eius, qui & ipſe ab armis non ceſſans, ditionem regni ſui nõ parum ampliauit, id q; facile efficere potuit, quãdo uires Galliæ ꝓpter diutina bella & multas hoſtiũ incurſiones eneruatæ fuerũt, factæq; inualidæ ad reſiſtẽdum, Romanis etiam ſenſim auxilium detrectantibus, unde hoſtes animati & roborati traiecto Rheno licentius ingrediebantur regionem, ut ſibi quærerent manſiones. Nec à ſuo propoſito deſiſtebant, quantumlibet à Galliæ finibus frequẽter arcerentur, ſed ſumptis uiribus rurſum ingrediebantur, & primum quidem obtinuerunt Cameracum, deinde Tornacum haud longè à Cameraco diſſitum. Occupauit quoq; rex iſte Treuerim & totam circumiacẽtem terram, interfecto duce Moſellano nomine Sabino, & ne rurſum deficerẽt ab eo, emiſit duodecim millia colonorum cum uxoribus & liberis in Frãconiam, & tot millia de Franconibus ſurrogauit in locum corũ. Cohabitantes aũt indigenæ cũ aduenis, cõtracta affinitate atq; morum conformitate uniti, facti ſunt populus unus. Succedẽtesq; in regno filio Meroueo, tota ferè Gallia uſque ad Rhenum ſubacta eſt à Francis. Expulſis namq; Romanis, occupauerunt Coloniã Agrippinam, Moguntiam, Nemetes & Argentoratum unà cum tota Gallia. Quomodo uero & ob quas cauſas Francones relicta Sicambria, quæ nunc eſt Holandia & Geldria, uenerint in eam prouinciã, quæ ab eis denominata eſt Franconia, dicã infrà in deſcriptione Germaniæ. Patet itaque ex his, quomodo Germani Frãci aſſequuti ſint ſub rege Pharamundo & eius ſucceſſoribus Galliam ipſam, denominauerintq; Franciam ſuo nomine in hũc uſq; diem. Quin & regni faſces tenuerunt ſexcentis ferè annis uſque ad Hugonem Capetum, qui aliquot annis poſt Carolum magnum regni ſceptrum obtinuit. Rex quintus in Francia, poſtquam Franciæ nomen eſt ſortita, fuit Clodoueus, & hic duxit uxorem filiam regis Burgũdię, mulierem Chriſtianam, quę & maritum ad Chriſti fidem pertraxit, ut tam ille cẽq; multi ex ſubditis ſacrũ baptiſmum ſuſceperint à ſancto Remigio, anno Chriſti 499, præſertim cum aduertiſſet uictoriam contra Germanos ſibi à deo cõceſſam. Hic Clodoueus dicitur condidiſſe Argentinę primum templum lignęum, quod poſtea lapidibus fuit conſtructum & in cathedralem erectum eccleſiam.

Pharamundus primus rex.

Clodoueus rex Chriſtianus.

De partitione in Gallia facta, poſtquam Francia cœpta eſt uocari.

INterea temporis quo Sicambri, qui & Frãci, tãtopere ſudarunt pro Gallia, Burgũdia in proprium euecta eſt regnum, idq; in hunc modum, ut Krantzius in ſua Vandalia ſentit. Cõgregati Vãdali cõſederunt ad Rhenũ, cõſtructisq; burgis, hoc eſt, caſtellis, appellati ſunt ab eis Burgũdi. Et cũ illis non ſatis eſſet loci pro ſui multitudine ad manendũ, nam putantẽ plusq; 70 millia armatorũ ripæ Rheni inſediſſe, traiecerũt Rhenũ cum trecẽtis milibus hominũ, quibus adiũcti ſunt multi Sueui et Alani, omnes inhiãtes Galliæ, quam ſciebant terrã eſſe optime cultam & fertilem atq; ob id accommodam habitationi eorum. Sedẽ itaq; figentes apud Eduos, Lingones & Veſuntios, prouinciam illam in regnum

Dux Moſellanus.

Burgũdi unde.

gnum Burgundicum ſublimarunt,quod tamen poſtea in ducatũ fuit redactum,ac deinde rurſum in comitatum & ducatum diductum, quæ diuiſio in hunc uſque perſeuerat diem. Porrò Burgundos olim fuiſſe Vandalos,teſtatur Plinius,qui ita ſcribit: Quinq; ſunt genera Germanorũ,quidam enim uocantur Vandali,quibus annumerantẽ Burgundi. Subiecta autem fuit olim regi Burgundiæ tota Subaudia,Delphinatus, comitatus Valentiæ & quicquid citra Rhodanum eſt.

Anno Chriſti 514 quum filij regũ Franciæ multiplicarentẽ, diſtracta eſt Francia in multa regna,durauitq; hæc diuiſio uſq; ad annum Chriſti 618. Tunc enim omnia particularia regna in unam redierunt monarchiam. Vnum appellabatur Auſtraſia,alterum Neuſtria, tertium,regnum Sueſſionis. Sedebat & Aurelianis rex proprius. Durabãt tamẽ Auſtraſia & Neuſtria longiori tempore quàm reliqua regna. Extẽdebatur autem Auſtraſia uſq; ad Rhenum,& habuit rex ille regiam ſuam Metis,aliquando Aquiſgrani,uel ut alij dicunt Coloniæ. Includebat enim Auſtraſia Lotharingiã, Brabantiam & totam terrã quam circumſcribũt Moſa & Rhenus à Colonia uſq; ad Alſatiam. Vocabatur autem hoc regnum Auſtraſia,ab Auſtraſo præſide,quem Iuſtinianus Imperator regioni illi præfecerat. Alij tamen dicunt Auſtraſum regem fuiſſe in ea terra,priuſquam Belgica à Francis ſubigereẽ. Sunt rurſum tertij qui Auſtraſiam ab Auſtria denominatam putant, quod ſcilicet orientalior ſit reliqua Gallia, ſicut Auſtria orientalior eſt reliquis Germaniæ regionibus. Cæterũ Neuſtria complectitur omnes regiones quæ inter Moſam & Ligerim iacent, fuitq; Lutecia eius regni metropolis. Errant ergo hi qui Neuſtriam Vueſtrich interpretãtur. Sed nec illi rectè ſentiunt,qui Normandiam pro Neuſtria accipiũt,etiam ſi pars eius fuerit. Eo autem tempore quo Auſtraſiæ regnum à reliquis Galliæ regnis ſeparatum fuit, rerum potitus eſt in Gallia Dagobertus rex nonus,qui primum poſſedit Auſtraſiam, ac deinde huic regno adiecit Burgundiam,& demum ferè totius Franciæ factus eſt dominus. Interim uero quo præfuit Auſtraſiæ,regiã ſuam habuit in Alſatia,condiditq; caſtrũ Rubeaquenſe,ꝗd Eiſenburg appellatẽ. Excitauit ꝗq; multa monaſteria ordinis S. Benedicti,quæ & magnifícè dotauit,præſertim monaſterium Vueiſſenburgẽſe anno 623. octo miliaribus ab Argentina ſecundum Rheni curſum diſtans, & alterum in Surburg,quod duobus miliaribus diſtat à Vueiſſenburg uerſus Argẽtinam, ubi hodie collegia ſunt ſacerdotum ſecularium. Item aliud in Haſelach è regione Argentinæ in montibus occidentalibus. Erexit & Argẽtinenſem eccleſiã in epiſcopatũ, magnificeq; dotauit, de quo infrà ſuo loco quoque dicetur. In hac autem Galliæ diuiſione,regnum Arelatẽſe etiam exordium ſumpſit, quod ſe habuit Subaudiam,Heluetiam, Delphinatum,dominium ducum Zeringenſium, atq; comitum ab Habſpurg, de quo infrà latius dicemus. Armorica quæ nunc Britannia eſt,fuit anno Chriſti 387 à rege Maximino Britannico, hoc eſt,Anglico,expugnata, atque ab eo tempore uſque in hunc diem minor Britannia appellata. Incoluerunt autem eam regionem multa millia Anglorum,occiſis infidelibus habitatoribus. Scribunt alij id factum anno à Chriſto nato quadringenteſimo quadrageſimo nono. Nam oppreſſis Britannis ſeu Anglis à Saxonibus,qui Angliam occupauerãt, coacti ſunt diſcedere à patrijs ſedibus atque alias quærere habitationes. Traiecto autem mari obtinuerunt terrã illam, quæ è regione Angliæ in Gallia ſita eſt, denominaueruntq; eam à ſe Britanniam: in qua adeo uiribus creuerunt, ut qui antea propriam patriam tueri nequibant, obtentam illam nouam terram nedum tuerentur, uerum & toti Galliæ graues eſſent. Fuerunt ſemper rebelles regibus Galliæ,ægreq; tandem ſub iugum ſunt redacti,quando ſcilicet Nordmanni ex ſeptentrione egreſſi, & portione terræ Gallicanæ occupata, fœdereq; inito cum regibus Franciæ,dominium aſſecuti ſunt ſuper Britannos,tametſi illis tam ægrè paruerint,ut antea regibus. Nordmannia itaq; ſortita eſt hoc nomen à Nordmannis, qui olim magna frequentia egreſſi Daniam,Sueciam & Noruuegiam,plurimum afflixerunt Galliam, donec tandem ſedem fixerunt in ea. Vnde ſcribunt Hiſtorici,quod ſub Lothario Imperatore egreſſi Nordmanni,occuparunt Britannicum mare,& ingreſſi Ligeris fluuij oſtia, repentina irruptione loca adiacentia cædibus ac rapinis depopulati ſunt. Erãt hi Danis finitimi, Oceani accolæ,reliquiæ gentiũ ſeptentrionaliũ, quos Carolus magnus deuicit,piraticã exercẽtes, oreq; tantũ maritimæ infeſti,qui ad primũ Francorũ occurſum refugiebãt. Sed tamẽ Franciã cõtinuo latrocinio adeo infeſtabant,ut ſub nullo alio hoſte tantum afflictaretẽ. Lutetiam ingenti præda ſpoliantes, primùm dulcedine ſpolij allecti, reuerſi ſunt,

Auſtraſia Neuſtria

Neuſtria.

Rubeaquum Eiſenburg.

Regnum Arelatenſe.

Britannia minor.

Nordmanni.

Nanetes

Nanetes inuadunt ſabbato ſanctæ paſchæ, & epiſcopũ cum clero ſacris intentos obtruncant. Dehinc Andegauum diripiunt, ac Turonenſem urbem fuga ciuium deſertam ſpoliant. Cumq; diutius morari nõ auderent ob aduentantem Carolũ Caluũ, cuius hoc erat regnum, ſdiſcedũt onuſti ſpolijs. Cũ autẽ ſic debacharentur in terra, exuſſerunt in oppido Noiomagi iuxta Vualam fluuiũ, pulcherrimũ palatiũ, à Carolo magno conſtructum, deuaſtantes ſimul Leodium, Traiectũ, Coloniam, Bonnam, & alias ciuitates multas. Quin & regium palatium Aquiſgrani penitus igne in fauillã redegerũt, ac deinde Treuerim grauiter afflixerunt. Habuerunt regem Gotfridũ nomine, qui perſuaſus ſuſcepit ſacrum baptiſmum poſt omnia iſta mala, deſignataq; fuit illi Friſia, modo ceſſaret à tyrannide illa, q; tamen non fecit, ſed multis damnis affecit Galliam. Hæc inciderũt in annum Chriſti 880. quando Carolus Craſſus præfuit Franciæ: qui quantũlibet multis modis conaretur reſiſtere Nordmannis, nõ tamen ualuit illos excludere à Gallia, ſed coactus fuit inire cũ eis fœdus & dare locum pro manſione eorũ, qui in hodiernũ uſq; diem ab eis uocatur Nordmannia. antea Neuſtria dicta. De Nordmannis infrà in Noruuegia plura.

Nordmanni ſe uiuunt.

De quibuſdam ciuitatibus & populis

Galliæ, in quorũ tamen deſcriptionibus nullo utimur ordine, quod poſt multas pollicitationes paucula ſimus cõſecuti.

Treueris.

TReueris ſua antiquitate omnes reliquas Galliæ excedit ciuitates, etiamſi poſt ſui conditionem ſæpe excidio & depopulationi ſubiacuerit. Docẽt autem hiſtoriq; Trebetam principem, primum eius fuiſſe conditorem, id quod & in lapide quodam ſculpto aiunt repertum anno Chriſti 1200. Aiunt etiam Trebetam à ſua nouerca Semiramide excluſum à regno Babyloniæ, cũ illa regni habenas ſibi uſurparet, traiectoq; mari per multas ambages & itinerum errores tãdem ueniſſe ad Rhenum atq; per illum & Moſellam fluuium ueniſſe ad amœnam quandam uallem, ubi cõſidens cœpit extruere ciuitatem, quam à ſe Treberim appellauit, id quod tẽporibus Abrahę, hoc eſt, duobus ferè millibus annorum ante Chriſti incarnationem actum ſcribũt. Vnde & Eneas Syluius poſt alios hiſtoricos ſcribit, hanc urbem antiquiorem eſſe Roma, annis mille & trecẽtis. Cæterum quàm ea olim floruerit potentia, opibus & alijs ornamentis, oſtendũt ruinæ eius. Monſtratur ibi palatium miri operis, quod ad inſtar Babylonici muri ex cocto latere factum tãtæ firmitatis hodie manet, ut nulla arte frangi queat. Diuus Maternus S. Petri Apoſtoli diſcipulus, prima fidei fundamẽta iecit in hac ciuitate. Siquidem Gallia paulò poſt apoſtolorum tempora ſuſcepit uerbum dei.

S. Maternus Treuirorum apoſtolus.

Iohannes dei gratia archiepiſcopus Tre

uirenſis ac princeps elector, honeſto nobis dilecto Sebaſtiano Munſtero Mathematico S.

Honeſte, ſyncere, nobis dilecte, recenti etiamnum memoria complectimur, quanto deſiderio ſuperiori anno à nobis efflagitaris, ut delineatam Treuirorum urbem nouo Coſmographico tuo operi inſerendam, atque ſic cum multis præclaris urbibus æternitatis laude celebrandam ſuppeditaremus: Nos uero cum anteh ac ſemper doctorum hominũ honeſtis conatibus & laboribus ſucceſſum expectatum acclamauerimus, nunc in hac ceu ſpecula conſtituti, intelligere haud obſcure poſſumus, maioribus incitari nos debere ingenijs ad illi ciendas ingeniorũ utiles fœturas, nõ modo ut hoc tuo ſtudio ditionis noſtræ, quę inter alias monumẽta habet antiquitatis non aſpernãda, encomiũ decãteſ, ſed ut in cõmune, omnibus omniũ gẽtium angulis depictæ ceu in tabula urbiũ & nobiliũ locorũ icones ad poſteros

ad posteros porro transmittendæ, simul in otio & negotio spectabiles communicentur. Itaque ne te diu suspensum detineremus, compluscul is ab hinc mensibus in imperij negotijs districti, prouinciam huius rei dedimus Simoni Richuuino, doctori Physico nostro, quem deinde & nostro iussui & tuæ expectationi respõdisse cognouimus. Verũ ne omnino asymbolus uideri queam, dedimus iam munusculum, nõ quod laborem & industriam tuam hac ueluti tessera pensare uelimus, sed ut extaret apud te mnemosimũ, quo testificaremur gratũ & acceptum benemerendi tuum studium. Bene uale: Treuiri 17 Nouemb. Anno à Christo incarnato 1548.

SIMON RICHVVINVS *medicinæ doctor, illustrißimi Treuirorum principis & archiepiscopi Iohannis comitis ab Isenburg Physicus, suo Sebast. Munstero S.*

Mitto typum urbis Treuirorum, doctiß. uir, sicuti uides, utcumq; elaboratum. Voluissem uacua urbis spacia, ubi pomeria sunt, propterea quod indies melius excolitur & domibus ornatur ciuitas, non tam paterent. sed noluit pictor mutare, ne falsè uideretur expreßisse, & nouus labor illi subeundus esset. Istud certißimum est, quarto fuisse excisam Treuerim, quemadmodum Saluianus episcopus Maßilienßis nimis uere testatur. Mitto tibi excerptum locum. Nam optime quadrat proposito. Velim ut libro inseratur propter antiquitatem. Adscripsi nomina insignia locorum in urbe & circa. ea curabis quàm aptißime appingi. Iam non uacat longius tecum agere. Bene uale: Augustæ Vindelicorum ex comitijs quarta Martij, anno 1548.

Antiquitates.

Treuiri in summo templo hæc picta uisuntur in uetustißimo peristromate, etiamsi quædam parum habeant ingenij.

Treberis urbs multis bello quod compta triumphis
Cum populis fortes quinq; subegerat urbes
A quibus immensum consueuit tollere censum
Quo locupletari cœpit nimis & dominari.

Picta urbs Treueris & circa illam, altera Roma.

Ciuitas Rauracorũ Basilea.

Ciuitas Vangionum Vuormatia.

Ciuitas Moguntina.

Ciuitas Nemetum, Spira.

Argentoratum ciuitas picta.

Ciuitas Vbiorum, Colonia.

Infra ista, scripta sunt sequentia carmina.

Nini Semiramis quæ tanto coniuge felix
Plurima possedit, sed plura prioribus addit
Non contenta suis, nec totis finibus orbis
Expulit è patrio priuignum Trebetam solo
Insignem profugus nostram qui condidit urbem.

Ausonius de Treuirorum urbe.

Armipotens dudum celebrari Gallia gestit
Treuericæq; urbis solium quæ proxima Rheno
Pacis ut in medio gremio secura quiescat
Imperijq; uiros quod alit quod uestit & armat
Lata per extentum procurrunt mœnia collem
Largus tranquillo prælabitur amne Mosella
Longinqua omnigenæ uectans commertia terræ.

Ciuitas

CIVITAS TREVIRĒ

SIS DELINEATA


iuxta formam seu figuram quam

habuit anno ab incarnatione Christi 1548.

Situs & figura antiquissimæ & præcipu[a]



& pre. Mediomatricum ciuitatis Treuirensis.



Situs & figura antiquiſſimæ & præcipuæ Mediomatricum ciuitatis Treuirenſis.



De Gallia
Saluianus de Treueri.

SALVIANVS episcopus Massilienſis in libro ſexto de uero iudicio & prouidentia dei multa ſcribit de magnificentia & opulentia huius ciuitatis, ſed qua incolę Chriſtiani peſſime abuſi ſunt ſuo tempore. Scribit aũt ſic: Vidi ego Treueros, uiros etiam ſublimes, calamitatibus ſuis factos peiores. Lugubre eſt referre quæ uidimus, ſenes honoratos & Chriſtianos imminente iam ciuitatis excidio, gulæ ac laſciuiæ ſeruientes. Iacebant in cõuiuijs obliti honoris, obliti ætatis, profeſſionis & nominis ſui. Principes ciuitatis cibo cõfecti, in uinolẽtia diſſoluti, clamoribus rabidi, bachatione furioſi, &c. Et cũ hæc ita eſſent, plus multo eſt quod dicturus ſum, finem perditioni huic nec ciuitatũ excidia fecerũt. Nam expugnata eſt quater urbs Gallorum, Treueris opulentiſſima. Incredibile eſt quod loquor: Aſſiduitas calamitatũ, augmentũ illic fuit criminum. Sicut enim anguinũ illud monſtrum (ut fabulæ ferunt) quod multiplicabat occiſio, ita etiam in Gallorũ excellentiſs. urbe, quibus ipſis coercebãtur ſcelera, ijs creſcebant, ut putares pœnam ipſorum non aliud q̃ matrem eſſe uitiorũ. Ad hoc autẽ poſtremo rabida uini auiditate peruentũ eſt, ut principes urbis illius ne tunc quidẽ de conuiuijs ſurgerẽt, cũ iam hoſtis urbẽ intraret. Vidi ego illic res lachrymabiles, nihil ſcilicet differre inter pueros & ſenes. Vna erat ſcurrilitas, una leuitas, ſimul omnia luxus, potationes, perditiones, cũcta omnes pariter agebãt, ludebãt, inebriabanť, enecabanť, laſciuiebant in cõuiuijs uetuli & honorati, ad uiuendũ propè iam imbecilli, ad uinũ prçualidiſſimi: infirmi ad ambulandũ, robuſti ad bibendũ: ad greſſum nutabũdi, ad ſaltandũ expediti. Dum aũt bibunt, ludunt, mœchanť, inſaniũt, Chriſtũ negare cœperũt. Et miramur poſt omnia iſta, ſi ruinã rerum ſuarũ paſſi ſunt, qui tantò ante mentibus corruerunt. Nemo itaq; urbem illam excidio ſuo tantum periſſe credat. Vbi enim talia acta ſunt, prius iam perierant quàm perirent. Inuehitur deinde epiſcopus ſanctus in eos, qui poſt tot ciuitatis excidia, theatrum & circum in urbe quærebãt, ſuntq; hæc uerba eius: Circenſes Treuiri deſideratis? & hoc uaſtati atq; expugnati, poſt cladem, poſt ſanguinem, poſt captiuitatem, poſt ſupplicia, poſt tot euerſæ urbis excidia? Quid lachrymabilius hac ſtulticia? quid luctuoſius hac amentia? Fateor miſerrimos uos eſſe, creduli cum excidia paſſi eſtis, ſed miſeriores uos uideo cum & ſpectacula poſtulatis. Putabam enim uos in excidijs rem tantum atq; ſubſtantiã, neſciebam etiam ſenſum atq; intelligentiam, perdidiſſe. Theatra igitur quæritis, circum à principibus poſtulatis? Cui quæſo ſtatui, cui populo, cui ciuitati? Vrbi exuſtæ ac perditæ, plebi captiuæ & interẽptæ, quę aũt periit aut luget. De qua ſi quid etiã ſupereſt, totũ calamitatis eſt, quę cuncta aut mœſtitudine eſt anxia, aut lachrymis exhauſta, aut orbitate proſtrata: in qua penè neſcias ſors cuius ſit peior ac deterior, interfectorum aut uiuentium. Tantæ enim miſeriæ ſunt ſuperſtitum, ut infelicitatem uicerint mortuorũ. Ludicra ergo publica Treuir petis? Vbi quæſo exercenda? An ſuper buſtum & cineres? ſuper oſſa & ſanguinem peremptorũ? Quæ enim urbis pars his malis omnibus uacat, ubi non cruor fuſus, ubi non ſtrata corpora, ubi non conciſorũ membra lacerata? Vbiq; facies captæ urbis, ubiq; terror captiuitatis, ubiq; imago mortis. Iacẽt reliquię infeliciſſimę plebis ſuper tumulos mortuorum ſuorum, & tu Circenſes rogas? Nigra incẽdio eſt ciuitas, & tu uultum feſtiuitatis uſurpas? Lugẽt cuncta, tu lætus es? Inſuper etiã illecebris flagitioſis deum prouocas, & peſſimis ſuperſtitioni bus iram dei irritas. Non miror planè non miror, eueniſſe tibi mala quæ conſecuta ſunt. Nam quia tua te excidia non correxerunt, quartò perire meruiſti. Hactenus Saluianus. Quę ob id induxi, ut uideas lector, cur florentiſſima olim Galliarum prima urbs, hodie adhuc tot habeat ruinas & uetuſtatis monumenta. Cæterum quando archiepiſcopatus eius fuerit inſtitutus, alijs excutiendum relinquo. Habet is ſub ſe comprouinciales & ſuffraganeatus titulo ſibi coniunctos epiſcopos, Metenſem, Tullenſem & Virdunenſem.

Treueris quater expugnata

Luxus reprehenditur.

Calamitas urbis.

Metis

Metis.

EST Metis antiquissima ciuitas, quam Mediomatricum uocant ciuitatem. Nam populi Mediomatrices eam regionem incoluerunt, sic dicti, quod metropolis eorum medium teneret locum inter has tres ciuitates, Tullum, Virdunum & Treuerim. Habet autem Metis Treuerim ad septentrionem, Tullum ad meridiem & Virdunum ad occasum. Scribunt quidam Metim sic appellatam à Metio Romano, qui hanc urbem à Iulio expugnatam ampliauit & muris cinxit. Habet solum fœcundum, agros & uineas supra modum fertiles, qui alluuntur à præterfluentibus amnibus Mosella & Selna. Vtuntur incolæ utraq; lingua, Gallica & Germanica. Situm ciuitatis libenter huc pinxissem, sed non potui obtinere à magistratu eius.

Lutecia Parrhisiorum urbs.

SCribit Iohānes Baptista Pius in annotationibus posterioribus de Parrhisio in hūc modum. Didici à Boëtio Seuerino, ciuitatem illam celeberrimam, quam uulgo Parisium uocant, à Iulio Cæsare cōditam esse, atq; uocatam Iuliam urbem, musæo hodie florentissimam & populo numerosissimam. De qua Architremius poëta ingeniosis. Anglus luculenter & graphice his panegyricis scribit uersibus.

Commendatio excellētissimæ urbis Parrhisiorum.

Exoritur tandem locus altera regia Phœbi
Parrhisius, Cyrræa uiris, Chrysæa metallis:
Græca libris, Inda studijs, Romana poëtis,
Attica philosophis, mundi rosa, balsamus orbis
Sidonis ornatu, sua mensis & sua potu
Diues agris, fœcunda mero, mansueta colonis
Messe ferax, inoperta rubis, nemorosa racemis
Plena feris, fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna situ, bona quolibet omne uenustum
Omne bonum, si sola bonis fortuna faueret.

Eustathius à Knobelsdorff Prutenus de laude & splendore Parrhisiorum urbis.

Lutetia regina inter multa oppida sibi seruientia.

Erigit excelsos muros regina locorum
Turrigerum late conspicitur q; caput
Oppida diuitibus circum famulantia uillis
Ad nutum dominæ pinguia dura colunt
Illa ferunt animus quicquid desiderat urbis,
Quicquid auet strepera garrulitate forum

Insula quã facit Sequana, primus urbis situs.

Ac spacium in medio quod fluminis unda locauit
Legitimus primæ terminus urbis erat
Insula q; hei, tenui decus orbis limite cinxit
Non secus ac tenerum fascia prima Iouem.
Sequana fœcundis Heduorum collibus ortus
Magnas exiguis fontibus haurit opes

Insulæ aliæ lusibus aptæ.

Diuiditur medius, nudo q; fit insula dorso
Insula perpetuis lusibus apta iocis.
Diuisus mediam duplici meat amne per urbem
Parte renitentes spectat utraq; domos
Dij quantas ædes? dij quanta palatia lustrat?
Vix ea Roma tuis inferiora puto.

Pontes habitabiles instar platearum.

Inde subit quinos sed non sine pondere pontes
Ardua structuris quos monumenta grauant.

Esse neges pontes, moneat nisi fama, plateæ
Effigiem referunt, tergora saxa premunt
Stant utrinq; domus, solida tellure locatas
Quis putet, occultis Sequana transit aquis
Mox ubi collectus muros excedere tentat
Magnanimi spectat nobile regis opus
Aula decens cultu, magnis operosa columnis
Lucida marmoreis turribus astra petit
Regibus apta domus quoties inuisere partes
Has placet, & populis reddere iura suis
Excute cunctarum diuortia flexa uiarum
Nullus in hac dices augulus urbe uacat
Si spacium uideas urbem non esse sed orbem
Congestas mundi dixeris esse domos
Sin cœtum populi, certe mirabere, quæ nam
Terra quæat tantum sustinuisse gregem.
Tot iuuenes, tantam quoties considero turbam
Huc reor humanum penè coisse genus
Quingenti quamuis scindant hæc oppida uici
Quos aliquo dignos nomine fama putat
Perpetuo cunctos uideas trepidare tumultu
Omnis multiuagum semita murmur habet
Præ turba uix est homini uia peruia, segnes
Cogimur hærendo nectere sæpe moras
Parisis urbs, cœtu ueteres excellit Athenas
Non Epheso cedit, non tibi clara Rhodos
Nec quamuis gemino sis equore clausa, Corinthus
Accumuletq; tuas plurima classis opes.
Deficiunt nunquam Cærealia munera turbam
Hic uelut in cornu diuite cuncta fluunt.
Quicquid auent oculi, quicquid mens optat ementis,
Illecebrę quicquid maximus orbis habet
Quicquid enim tellus, labor, ingenium; parauit
Huc uelut in certum confluit omne penu.
Est aliquid tantum populi uidisse, tot urbes,
Ingenio summos conciliasse uiros
Fertilis ipsa suas uix nouit Gallia uires
Tantum præ reliquis illa uigoris habet
Semina quis primùm uenturæ iecerit urbi
Me latet, ex diuis elicienda fides
Vrbs uetus est author longis intercidit annis
Credibile est aliquos hanc posuisse deos
Auspicio tam felici, tam diuite creuit
Floruit & multis inclyta temporibus
Ecce senex quidam uarijs agitatus ab austris
Attulit optatos in loca Galla pedes
Nomen adhuc meminit quamuis cariosa uetustas
Alcuinus meritum posteritatis habet
Quas posuere scholas superare palatia regum
Structuris, spatio sumptibus, arte putes
Centum Mygdonio collegia stantia saxo
Magnificas cingunt conspicienda domos
Singula mille strepunt post tintinnabula linguis
Incœptum uario murmure feruet opus

Arx regia magnificenter ad Sequanam constructa.

Populositas Lutetiæ.

Numerus uicorum urbis Parisiensis.

Lutecia excellit magnificas quasq; urbes.

Omnia Lutetiæ uenalia.

Opes & uires Lutetiæ.

Origo urbis Parisiensis.


Alcuinus primus parisiesis studij institutor.

Ciuitas


CIVITAS PARISIĒ SIS DELINEATA SE cundum ſitum & figuram quam habuit hoc

Chriſti anno 1548. intra & extra mœnia. Interiora quæq; eius ædificia & infiniti uici in tam anguſto ſpacio omnes explicari nequiue/runt. Sat fuerit, uidere urbem trifariam per Sequa/nam diſtinctam, atq; per pontes rurſum coniunctam.

Lutetia Parisiorum urbs, toto orbe celeb[erri]ma notissim[a]




S Marcein
Cordeliers
S Medard
Collegiũ Regiũ
Collegium
S Seuerin
Suburbium S. Iacobi
Carthusia
S. Augustin
S Germain
Regis
Sequana R.
A
B
D
HR MD


Nomina quorundam ædificiorum, quæ suis quibusq; locis ob spacij angustiam signari nequiuerunt.
A Sorbona. B Palatiũ regis. C Prætorium.
D Summum templum.
E Via ad Picardiam.
F Porta & uia S. Dionisij.
G Porta & uia S. Martini.
S Thome
Arx uet: ds
Monasteriũ
S Marceau
Cordeliers
S Victor
S Medard
S:Catarin
S Geruasi
Rhodiani
S:Cande
Collegiũ Regiũ
Collegia
S:Martin
S:Loriz
Hospital
S:Mary
S Seuerin
Suburbium S. Iacobi
Carthusia
S Innocent
Lepsonũ
S:Augustin
S German
Arx Regis
Sequana fl.
HR MD

Sueſſon.

Eſt Sueſſon ciuitas epiſcopalis, ubi diuus Medardus ſub Clotario rege epiſcopus fuit. Habuerunt olim reges Franciæ in hac urbe, ut ſcribunt hiſtorici, curiam ſuam.

Ambiani.

Ambianenſium ciuitas in Picardia ſita, ſic appellata eſt ab Imperatore Gratiano, eo ꝙ aquis ambiatur. Antea uero dictam uolunt Sammonobriam, extructamq́; ab Antonino Pio & filio eius Aurelio.

Aurelia.

Anno Chriſti 270 hæc urbs cõſtructa & denominata eſt ab Aureliano, poſitaq́; ad ripam Ligeris amnis. Attila rex Hunorũ ſtatuit eã, deuictis & exciſis Remenſibus obſidere ceu opulentiſſimã. Et quũ illuc caſtra mouiſſet, traiecto Sequana fluuio, tãta ui oppugnationem adoritur, ut nil magis anhelare uideretur. Hanc Cœnomannorũ uetuſtã urbem uolunt fuiſſe, non minus opibus quàm munitione populoq́; præſtantẽ. Quãuis autem hoſtis arctiſſima circũuenit obſidione & admotis machinis grauiter oppugnarit, parũ tamẽ profecit. Nam oppidani neq; deditione, neq; muneribus, neq; cõditione aliqua hoſtilẽ ſæuitiã ſedare poſſe ſperabãt. Cõfirmabant opinionẽ, finitimorũ exemplа. Vna obfirmatis ſpes erat animis, aut fortiſſime reſiſtẽdo ſe tueri, & longa barbaros obſidione defatigare, aut ſi aliter acciderit, pulcherrimè mori, ut iactura corporum animos à morte redimerent.

Cœnomanni.

Tungri.

Eſt Tungrorũ ciuitas in Brabãtia haud procul à Traiecto ſuperiori diſtans, fuitq́; olim celebris locus, quum diuus Seruatius ibi epiſcopi fungereꝛ officio. Sed quũ Huni in Germaniam irrupiſſent, & ciuitatem iſtam unà cum aliis oppidis deuaſtaſſent, trãslatus eſt epiſcopatus ad Traiectũ. Deinde anno 710 idem epiſcopatus ſub diuo Huperto translatus fuit Leodium, ubi adhuc eſt.

Sequani, Lingones.

Hedui & Sequani fuerunt olim populi habitãtes in Burgundia, in regione ubi modo ciuitas eſt Diuionis, quã Germani uocant Diſion, & quam Maximilianus Cæſar ante aliquot annos oppugnauit. Nec multum abfuerũt ab his populis Lingones, apud quos olim fuit inexpugnabilis illa ciuitas Alexia, quam Iulius Cæſar non ſine magno ſudore terræ æquauit.

Alexia.

Præmonſtratum.

Iuxta oppidum Laudanũ haud procul à Picardia eſt locus qui uocatur Præmonſtratũ, ubi anno Chriſti 1120 ordo Præmonſtratenſium fuit inchoatus, ſub celebri uiro Norberto. Geſtant huius ordinis monachi habitum per omnia album.

Pictauorum urbs.

Pictauia quæ à Ptolemæo Auguſtoritũ uocatur, urbs eſt antiquiſſima, inſignis & metropolis totius comitatus Pictauorum ſiue Pictonũ. Floret in ea famoſa uniuerſitas, maximè ſtudium iuris ciuilis, obtinetq́; ſecundum locum poſt Pariſienſem academiam. Vrbem circundat Clanus fluuius, qui in Viennam labitur. Extant in illa monumenta & reliquiæ quędam miræ antiquitatis: ut, uetus quoddam theatrum, & quidam ductus aquæ iuxta urbem, & in ipſa urbe, arces appellati, quos quidã adhuc hodie uulgari lingua Le duc uocitant, ab illo ſcilicet ductu aquarum. Vnde autem originem traxerint Pictones, ſatis liquet ex annalibus Aquitanicis.

Academia.

Vrbis

Vrbis Bituricenſium deſcriptio per Theobaldum Fagotium Bituricum.

BIturis quæ & Auaricũ à Cæſare appellatur, Galliæ Aquitanicæ urbs eſt, omnium Biturigũ metropolis, tantæq; amplitudinis, ut reliquas totius Galliæ urbes, paucis exceptis, facile ſua ſuperet magnitudine. Sita eſt in ſolo paluſtri, fereq; omnibus ex partibus flumine & palude circundata. Sunt qui putant ipſam à duabus turribus ſic dictam, quaſi Bis turris. Siquidem olim duas habuit turres, à duobus fratribus qui in ea regnabant (ſi ueteribus qui de ea ſcripſere credimus) ædificatas, quarũ una adhuc extat, ingens & rotunda, tantoq; artificio extructa, ut arx ſit, uix ullis machinis expugnabilis. Po puli ipſi Bituriges olim quoq; Cubi dicti ſunt, ut teſtatur Plinius, liberi ſicut plericq; alij popu li in Gallia, ſed poſteris temporibus à regibus Galliarũ in ſeruitutem ſunt redacti. Ager extra ciuitatem eſt ualde frugifer atq; omniũ fere rerum quas Gallia habet fertiliſſima, ubi ni hil deſiderari poteſt. Huius urbis uetuſtatem teſtãtur egregia quædam monumenta quæ in ea uidentur: Frequentiam uero commendat omniũ rerũ mercatura & nundinationes quæ ibi exercentur. Et ſi de eius celebritate aliquid audire uelis, en habes ibi academiã in omni diſciplinarum genere ornatiſſimã, ante multos annos à duce quodã, qui Buturigibus imperabat, erectam, ſed hactenus à uiris clariſſimis tam ſedulo excultam, ut iamiam literarum decus, atq; doctiſſimorũ uirorũ emporium merito dici poſſit. Siquidem illic theologorum ſchola non mediocris eſt, in qua ſacrarum literarũ profeſſores habes, qui ſuis lectionibus, diſputationibus, crebriſq; concionibus de religione Chriſtiana atq; pietate bene merentur. Illic philoſophiæ ſtudiũ uiget: illic medicina ſuos habet peritiſſimos profeſſores, illic inter reliquas diſciplinas iuriſprudentia maximè floret, tum profeſſorum, quos excellentes hactenus habuit, opera, tum auditorũ, qui undiquaque illuc confluunt, frequentia.



Bis turris.

Academia.

Toloſa.

TOloſa urbs quondam florẽtiſſima, ubi nobile templum gaza refertũ antiqua fuerat, quam ſi quis attigiſſet, exitu infelici plectebatur. Compertum id in Cepione alijſq; ducibus Romanis: ex quo prouerbium in his quæ cauſa ſunt aduerſitatis, Aurum Toloſanum. Hæc urbs Gothorum ſedes diu fuit, deinde à regibus Gallorum pulſi, intra Hiſpaniam ſe continuere. Siquidem Theodoricus rex & Thoriſmũdus filius eius Toloſæ ſedem habuerunt. Elegerunt eam tanquã uetuſtiſſimam & opulentiſſimã, idoneamq; amplificando conſeruandoq; imperio. Tectoſagum urbs quõdam fuit, quos in expeditionis ſocietatem aduerſus Delphos ueniſſe Hiſtorici memorant. Poſidonius refert, Toloſæ pecunias quindecim millium talentũm fuiſſe, easq; partim in templi penetralibus, partim in conſecratis lacubus fuiſſe reconditas, quæ multos apparatus haberent, aurum & argentum inelaboratum & rude fuit. Templum Delphicũ eo tempore exinanitũ fuiſſe talibus ornamentis à Phocenſibus antè ſpoliatum, quo ſacrum bellum commiſſum eſt. Erat etiam quondam Toloſæ templum ſanctitatis eximiæ, quod finitimi peculiari quadam ueneratione colebant, & ex collata quotannis pecunia, multis muneribus abundabat, quæ nemo tangere audebat.

Aurum Toloſanum.



Narbona.

Prouincia.

NArbona antiquiſſima ciuitas, in qua tempore Strabonis ampliſſimum fuit emporium, & à qua tractus illius regionis dictus fuit Narbonenſis Gallia, ſeu Narbon. prouincia, hodie uero appellat Prouincia, cuius pars eſt Langedocken.



In ea terra ſolũ eſt tam fertile, ut ſua ſpõte aut modico labore cultum, multos nobiles proferat fructus. Ibi tãta ficorũ prouenit copia, ut bona pars Europæ hinc ficus & uuas paſſas ſeu compreſſas petat. Ibi arbuſtula illa odorifera, quam uulgo Roſmarinum appellamus, & quæ ſemper uirides habet frondes, tanta copia in campo creſcit, quanta apud nos iuniperorum frutices. Creſcunt ibi quoque maiores caſtaneæ quàm alibi locorum in Europa. Quin & poma citrina, mala punica & mala granata uberius ibi ꝙ alibi creſcunt atque ad nos deferuntur. Plantantur ibi nobiliſſimę uites, quæ & generoſiſſimum proferunt uinũ, quod apud Baſilienſes pro Corſico bibitur.

Maſſilia.

NObilis Prouinciæ ciuitas Maſſilia initium ſumpſit tẽpore Tarquinij Romani regis, quingentis ſcilicet annis ante Chriſtum natum, Phocẽſibus prima urbis iacientibus fundamenta. Quum enim ſolum eorum ſterile non ſuppeditaret ipſis uictus ſufficientiam, coacti ſunt aliam ſibi quærere commodiorem mãſionem. Sunt tamen qui ſcribũt, Medos expuliſſe Phocenſes de ſedibus ſuis.

Phocenſes conditores Maſſiliæ.



Qui cum Romam uenirent, contraxiſſentq; cum ſenatu amicitiã, proſecuti ſunt cœptum maris iter, donec uenerunt ad oſtia Rhodani: & ibi inueniẽtes littus ſolidum ſaxeumq; & iuxta illud agrum fertilem, nõ parum exhilarati ſunt, redeunteſq; domum, narrauerunt ſuis qualem inuenirent terrã. Quibus plurimi è populo iuncti, feſtinarũt ad dictum locum, cœperũtq; condere urbẽ Maſſilienſem. Docuerunt etiam uicinos Gallos, qui in magna & ruſtica ſimplicitate uiuebant, quomodo ciuilem inſtituerent uitam, colerent terram, putarent uites, plantarent arbores, habitaculaq; cingerent muris. Vſi ſunt autẽ aliquamdiu Phocenſes in hac aliena terra lingua ſua natiua, Græca ſcilicet, ſed poſtea mutauerũt & linguam & mores. Scribit Strabo regionẽ illam ferendo uino & oleo accõmodatiorem eſſe quàm proferendo frumento. Nam aſperum habet ſolum.

Lugduni deſcriptio per C. Mylæum.

SCribit Strabo Lugdunum ſuo tempore fuiſſe alteram omnium Galliæ urbium nobiliſſimam & populoſiſſimam, Narbone excepta. Et hodie quidem non in minorem excreuit magnitudinem, cum tantus ſit mœniorũ ambitus, colles duos & uineta complectẽs, ut ei pauciſſimæ Galliarum urbes anteponi poſſint. Magnus eſt ibi concurſus externarum gentium, quas in hac urbe ſedes collocaſſe uidemus, ut transferre omne mercium genus in quancumque orbis partem cõmodiſſime poſſint. Loci commoditas



ditas ex amniũ de-
curſu apparet, q̃d c̃ꝫ
in medio ferè Euro
pæ poſita ſit. Am-
nes autẽ ſunt Rho-
danus ex Allobro-
gum & alpiũ mon
tibus, Arar (Sago-
nã hodie uocãt) ex
Sequanorũ finibus
proruẽtes & iuxta
Lugdunũ cõfluen-
tes, ſimul c̃ꝫ in mare
Liguſticum decur-
rẽtes, mercibus ex
portãdis & impor-
tãdis accommoda-
tiſſimi. Hanc tantã loci opportunitatẽ Romani cũ intuerentur, cæteris rebus ſtudioſe or-
narunt. Nam in ea urbe argenteum & aureum numiſma ſignare conſueuerunt. E Lugdu
no Agrippa in cæteras Galliæ partes proficiſcentibus, aptiſſime itinera diſtinxit, in Nar-
bonenſem Galliam, in Aquitaniam, in Lugdunenſem & Belgicam. Tributa & uectigalia
eò ex omni Gallia comportabantur, quorum fuit tantus prouentus, ut una Gallia ſtabili-
mentum imperij exiſtimaretur. Vnde Lugdunum tanquam ſedes Romanis principibus
cõſtituta erat, ad quam perfrequenter inhabitandi gratia ſe conferebant: & quàm magni
ficis ædificijs & ſtructuris ampliſſimis exornarũt. Seneca ſcribit tot pulcherrima opera
in ea fuiſſe, ut ſingula illuſtrare urbes ſingulas poſſent. Cum autem Lugdunum tantis re
rum incrementis auctum & confirmatum eſſet eo tempore quo Romanum imperium flo
ruit, paulo pòſt, ut ſunt mortaliũ omnia magnis infortunijs atq̃ periculis expoſita, triſtiſſi
mum (incẽdio late peruaſtante) ſui ſpectaculum edidit. Cuius rei memoriam Seneca, pru
dentiſſimus in aduerſis rebus perferẽdis conſultor, in epiſtola ad Liberalem uirũ Lugdu-
nenſem literis commendauit. Vnius enim noctis incendium totam ſtrauit urbem, ut una
ſcilicet nox interfuerit inter urbem maximam & nullam, tanta fuit incẽdij uis & celeritas.
Extãt apud ueteres multa teſtimonia, olim in inſula ipſam fuiſſe urbem, & incluſam Rho
dano atq̃ Arare, quemadmodum & hodie uidemus uniuerſam inſulam ædificijs pleniſſi-
mam, præter longiſſimum & ampliſſimum uicum, qui Araris decurſum ſequitur, ambitus
mœniorum & collem, qui inter duos amnes medius eſt, & montem ad Aratim complecti
tur. Illud putant nonnulli poſt incendium locum mutaſſe, quærentes ſalubritatem loci, &
in monte ſupremo urbem ædificatã. Nam etiam hodie ruinæ ſtructurarum latè diffuſæ in-
ueniuntur, maximè ab ijs, qui terram altius effodiunt. Niſi fortè, quod uereſimilius eſt, tan
tam fuiſſe urbis amplitudinem credamus, ut nõ aliter fuerit quàm hodie uidemus, collem
utrumq̃ & inſulam uno ambitu mœniorum contentam fuiſſe. Inſulam uocãt Cherſone-
ſum illam, quæ ex duorũ amnium, Rhodani & Araris concurſu efficitur, inſtar Deltæ Ae-
gypti, quam Nilus diuiſus in partes diſtinguit. In eo tamẽ eſt diuerſa, quod illius unum la-
tus claudit mare & amnium concurſum coniungit, huius uero difficiles & aſperi montes
alterum inter amnes finiunt terminum. In hunc itaq̃ locum Romani ſub Auguſto Cæſa
re coloniã traduxere, in inſulam ſcilicet, quæ aut uetuſtate erat collapſa, aut inclinarat ab
ea celebritate & frequentia quam antea habuerat. Deducendæ autem coloniæ L. Plan-
cus Munatius dux adlectus fuit, nobilis orator et Prętorius, Marci Tullij auditor, ut apud
Euſebiũ legitur. Idem quoq̃ Euſebius in libro qui eſt de ratione temporum, refert, Plan
cum, dum Galliã regeret, Lugdunum condidiſſe, ſicut & aliam coloniam, nempe Rauri-
cam apud Baſilienſes deduxit, de qua infrà in Heluetia. Huius deductæ Lugdunenſis co-
loniæ locupletiſſimus teſtis eſt Plutarchus, qui ſic ſcribit. Ibi nunc Lugdunũ eſt, celeber
rima Galliæ urbs, quam longis poſtea temporibus à Planco Munatio conditam accepi-
mus. Extiterunt in hac urbe antiſtites eruditi, & potiſſimũ in ſacris literis, quę eædem ma
ximis incremẽtis eorum opera auctæ ſunt. Pleriq̃ ex his editis ingenij monumentis, quæ

Commoditas ſitus.

Pulchritudo urbis.


Vrbs olim in inſula.

Plancus Munatius.

Irenæus. *Eucherius.* ad hanc ætatem adſeruata ſunt, innotuere. Celebres nominãtur Irenæus & Eucherius, qui ſedem primariã totius Galliæ, quæ Lugduni conſtituta eſt, obtinebãt. Et Eucherius quidem licet in maximam temporum obſcuritatem incidiſſet, dicẽdi tamen elegantia & ſententiarum grauitate, unus omnium maximè excelluit. Fauſtus quoque Lugdunenſis poëta clarus habitus eſt, quantum per obſcurorum temporum ſortem fieri potuit.

Arelatum.

ARelatenſis ciuitas non multũ abeſt ab eo loco ubi Rhodanus recipitur à mari, atq; ab ea urbe totum regnum Arelatenſe nomen habuit. Sita eſt autem hæc ciuitas in Prouincia ad occidentem, creſcitq; in ſolo eius plurimum frumenti, unde incolæ non parum diteſcunt. Adnauigant enim Genuenſes ex Italia atq; Hiſpani ab occaſu & auehunt frumentum, atq; ob id ſemper eſt ibi charum. Erectus eſt ibi olim archiepiſcopatus, & celebrata tria concilia: primũ tempore Conſtantini Imperatoris & Sylueſtri papæ. Alterũ quoq; ſub eodem papa anno 326. Tertiũ uero anno 461. Hæret urbs iſta ad collem, claudituq; ab occidente Rhodano, ad oriẽtem uero habet paludem magnam & ad auſtrum campũ fertilem. Efficit etiam Rhodanus ibi inſulam quam Camargues uocant, quæ quatuor ferè miliaribus Germanicis patet in longũ & latum, ferens frumentum & uinum atque paſcua in copia. De regno huius urbis & regibus eius pauca inueniuntur. Inueni autem de ultimo eius rege, qui Boſo uocatus fuit, huiuſcemodi hiſtoriã. Denunciauit rex Boſo epiſcopo Arelatenſi in uigilia natalis Chriſti, ne officiũ nocturnum in eccleſia celebraret, niſi ipſo præſente. Epiſcopus autem cum aliquandiu cum clericis aduentum regis expectaſſet ultra conſuetam horam, nec ille ueniret, proſecutus eſt ſacra. Et ſuperueniens rex cœpit expoſtulare cum epiſcopo cur non expectaſſet, commotusq; dedit epiſcopo alapam in medio populi & clericorum. Quam iniuriam populus ægreferens, in tumultum eſt uerſus. Deinde uero factum eſt, quum epiſcopus adiiſſet Imperatorem, conqueſtusq; eſſet quali cõtumelia rex ipſum coram populo affeciſſet, iratus Cæſar iurauit per barbã ſuam, ſe ulturũ hanc cõtumeliam, morteq; puniturũ. Vnde collecto ſine ulla cũctatione magno exercitu, ingreſſus eſt Galliam, obſedit & expugnauit Arelatum, cepit regem & aulicos eius, mandauitq; regem decollari. Archiepiſcopus uero unâ cum reliquis epiſcopis, abbatibus & principibus mitigans regis furorem, obtinuit ſua interceſſione, ut hoc ſanguinis iudiciũ ſuſpẽderetur. Tunc ait rex. Non eſt æquum ut rectum Imperatoris iudicium executioni non mandetur, cum non conueniat uel ullum uerbum ex principis ore fruſtra egredi. Cumque de hac ſententia multa utrinq; fierent uerba, tandem decretum eſt, ut rex tonſus & regio titulo ſpoliatus trudere tur in cœnobiũ. Quo facto, Imperator nempe Otto primus, incorporauit perpetuo Arelatenſe regnum Romano imperio. Inuenit quoq; Arelati iuuenem quendã monachum, Floriacenſem, Gilbertũ nomine, qui poſt aliquot annos opera Ottonis tertij factus eſt papa, Sylueſter tertius appellatus, uir in liberalibus diſciplinis impenſe doctus, quẽ inde tollens, fecit pædagogum filij ſui Ottonis ſecũdi, atq; poſtea præceptorem nepotis ſui Ottonis tertij, cuius opera ſublimatus eſt in archiepiſcopum Remenſem ac deinde in pontificem Romanum. Sed quia ſciẽtiam ſuam fœdauit arte diabolica, peſſimè audit apud Hiſtoricos. Vide Nauclerum uolumine ſecundo generatione 34. De Arelatenſi regno inuenies quoq; infrà ampliorẽ fieri mẽtionem, quum illud extenſum fuerit uſq; ad Heluetios.



Inſula Rhodani.

Regnũ Arelatenſe.

Arelatum imperio incorporatum.

Auenion.

HAec urbs ad Rhodanum ſita miras habet uetuſtates, fuitq; ante aliquot annos habitatio Romanorũ pontificũ. Nam Iohannes 22 Rom. Põtifex curiam ſuam illuc è Roma tranſtulit, manſitq; ibi curia circiter 60. annos. Factus eſt autem Rom. pontifex dominus huius urbis hac occaſione, ut ſcribit Michaël Ritius. Fuit Regina

gina quædam Neapolitana Iohanna nomine, quæ debebat pontifici Romano ratione regni ſui magnam uim pecuniæ, pro cuius ſolutione alienauit à ſuo domínio hanc urbẽ, tradiditq; eidem pontifici perpetuo poſſidendam. Scribunt id factum anno Chriſti 1360. ſub Clemente ſexto: de qua re infrà in regno Neapolitano plura dicemus.

Allobroges qui hodie ſunt Subaudi,

olim Comitatum hodie uero ducatum conſtituentes.

ALlobroges populi ſic dicti ſunt à rege quodã cuius nomen fuit Allobrox, quorum metropolis fuit Vienna ad Rhodanum ſita, quæ hodie metropolis quoq; eſt Delphinatus. Noſtro itaque tempore per Allobroges accipimus Subaudos, qui longius à Vienna habitantes ad Geneuam uſq; & Pedem montis extendũtur. Putantur aũt nomen illud accepiſſe à Sabatijs uadis ac populis, Ptolemæo & cæteris inter alpes poſitis. Hi nunc agros tenent, qui quondam Vocontiorum, Veragrorum, Caturigũ, Centronum, Lepontiorumq; fuerãt, ad alpes pertinentes. Fuit Subaudia ante paucos annos comitatus, ſed qui ſupra modum creuit in populis & terris. Et licet comitibus iſtis accederent ducatus Auguſtenſis ſeu Prætorianns atque Pedemontanus, non tamen arrogabant ſibi titulum ducalem, ſed contenti fuerunt titulo ueteri, quum ex numero eſſent quatuor comitũ Romani imperij, donec per Imperatorem in concilio Cõſtantienſi declarati ſunt duces. Ducunt autem originem à Cæſaribus & ducibus Saxoniæ, præſertim Ottone ſecundo, annos prope quadringẽtos, propagataq; eſt genealogia eorum uſq; ad Aimonem comitem, cuius filium Amedæum fecit Imperator in concilio Cõſtantienſi ducem Subaudiæ. Qui defuncta uxore, relictaq; ducatus cura Ludouico filio, cum paucis ſuorum ſeceſſit in agrum Geneuenſem, ſtudio rerum diuinarum, prope lacum Lemãnum cœnobio conſtructo. Deinde ob abſtinentiæ clariq; nominis famam, inuitus in concilio Baſilienſi põtifex max. factus, mox cõcordiæ gratia ſeſe ſpõte abrogãs, Nicolao quinto ſedente, cardinalis ac legatus remanſit, ſimul cum his quos ipſe cardinales prius creauerat. Huius filia Maria, Philippomariæ uicecomiti nupta, q̃d e uomica circa fœmina laboraret, uiro nunquam congreſſa eſt, quapropter eo extincto, cœnobio uirginum, quod ipſa conſtruxerat ſeſe dicauit, patris animum imitata. Ludouicus uero Amedęi præfati filius, ex Anna Iani Cypri regis filia ſeptem mares præter fœminas nõnullas genuit. Quorũ maior natu Amedæus aui nomen ac uirtutem referens, morbum comitialem, quo laborabat, uſq; ad extremum, patienter tulit. Is rogatus quondam à quibuſdam oratoribus, qui tunc aderant, ſi quos haberet canes uenaticos oſtenderet, annuit ut poſtera die redirent. Cum uero adeſſent, Amedęus pergula ingentem à latere ædium mendicorum multitudinem eis oſtendit unà diſcumbentium: atq; hi ſunt, inquit, canes mei, quos alo quotidie, quibuſq; cœleſtem gloriam me ſpero uenaturum. Ludouicus frater eius rex Cypri fuit, ducta in matrimonium Carlotta Iohannis regis Cypri unica filia, cum qua regnum, ſine tamẽ poſſeſſionem ſuſcepit. Porrò Amedæus uxorem duxit Violantam Caroli ſeptimi Gallorũ regis filiam, ex qua quatuor ſuſcepit mares, aliquot etiã fœminas inter quos Philibertus patri ſuccedens breui tempore ſine coniugio Lugduni deceſſit. Carolus deinde frater rem tenuit, qui ex Blanca Montisferratenſi Iohannem carolum, & Amedæum dictum genuit. Hic in puerili ætate decedẽs, Philippo patruo rem dimiſit. Ipſe poſtremo Philiberto filio ex Margarita filia ducis Borbonij prima uxore ſuſcepto, qui à Maximiliano Cęſare nuper gener aſcitus, Margarita eius filia in matrimonium accepta, ex hoc mundo migrauit. Porrò cum Philibertus non diu ſuperuiueret, ducatus adminiſtrationem reliquit Carolo fratri ex altera patris uxore ſuſcepto, qui adhuc in uiuis eſt dum hæc ſcribo. Is duxit uxorem filiam Emanuelis regis Portugallię, ſororem uxoris Caroli Cęſaris, genuitq; Carolum, ſed qui puer obijt in Hiſpania, & Philibertum, qui uiuente patre ſuſcepit principatum Pedemontanum. Porrò Ludouica ex prima uxore ſuſcepta, nupſit Carolo comiti Angoleſmenſi, genuitq; Franciſcum, qui poſtea factus eſt rex Franciæ, præfuitq; noſtro æuo regno, ducẽs maternam lineam ex ducibus Subaudiæ, id quod genealogia hic adiecta clarè oſtendit.

Subaudi unde.

Nobilitas ducũ Subaudiæ.

Subaudus rex.

Genealogia ducum Subaudiæ.

- Aimon comes
- Amedæus qui & Felix papa dux primus
  - Maria duciſſa Mediolani
    - Ludouicus, cuius uxor Carlotta conſobrina eius, filia regis Cypri
      - Ianus
        - Carolus primus
          - Philibertus primus.
            - Philibertus ſecundus, gener Cæſaris Maximiliani
              - Carolus ſecũdus
                - Carolus in Hiſpania mortuus
                - Philibertus
              - Philippus comes Geneuenſis
              - Ludouica mater Franciſci regis Galliæ
              - Philiberta uxor Iuliani Medices
            - Philippus, cuius uxor Margarita Borbonia
        - Iohannescarolus, dictus Amedæus
    - Ludouicus: cuius uxor Anna Cypria
      - Amedæus, cuius uxor Violanta filia Caroli regis Franciæ

Geneua.

Pons Heluetiorum.

HAec urbs in Subaudiæ regione ſita, miram habet uetuſtatem, quippe cuius Iulius Cæſar meminit in primo libro de bello Gallico, afferens ibi pontem tranſiſſe ultra Rhodanũ, qui ſuo tempore in Heluetiorum fuit poteſtate. Habet hæc urbs amœnum ſitum & agrum fertilem atq; uineta uberrima, ab imo ſurgens & protenſa ad collem, ubi Rhodanus ex magno lacu, quẽ ueteres Lemannum uocauerunt, egreditur: ſuntq; duæ ciuitates noſtris temporibus, in duabus Rhodani ripis extructæ, atq; ligneo ponte coniunctæ. Maior tenet latus meridianum, minor uero partem oppoſitã. Produnt hiſtoriæ, hanc urbem reſtauratam per Aurelianum Imperatorem, qui eam quoque à ſe uoluit appellari Aurelianam, ſed retinuit uetuſtum uocabulum. Iacet ferè in medio regionis Subaudiæ, multaq́ue paſſa eſt à ducibus & moderatoribus illius terræ, ius aliquod ſibi in urbe uendicãtibus, donec anno Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto liberata fuit per Bernates ab infeſtatione eorum: Sed de hac re audi Geneuates ipſos loquentes, à quibus habeo quæ ſequuntur, & ſunt ſub pictura ciuitatis ſignata.




Ciuitas

CIVITAS GENEVĒ

SIS APVD ALLOBRO

ges populos, iuxta exitum Rhodani è lacu Lemanno, in terra fertiliſsima ſita.



Latus ſeptentrionale.

Franciſcus Boniuardus domi-

no Sebaſtiano Munſtero,

Gratiam, ſalutem & pacem à domino. Retulit mihi domine Munſtere, dominus Caluus iſthinc rediens, te à me deſiderare epitomen earum rerum, quas nunc ſcribo de Geneuatibus: quod utinam tam dextrè poſſem quàm libenter deſidero, & nuncij, & tua & rei ipſius cauſa, quam ſilentio obliterari profecto eſſet indigniſſimum, quæ præter omne humanum conſilium, omnemq; humanam expectationem ſola diuina prouidentia ad effectum perducta eſt, quod ex ſerie noſtræ hiſtoriæ poſthac ſatis apparebit: cuius ſummam quàm breuiter potero tibi perſtringã, omni omiſſa præfatione, ne caput amplius ſit reliquis corporeis partibus.




Lauentrionale.

Vrbis Geneuenſis deſcriptio.

De origine huius urbis nihil habeo quod pro uero auſim aſſerere, quamuis multa paſſim de ea dicantur, quæ quia hiſtorica ueritate indigna cenſeo, prætermittam, tibi ſatisfactum exiſtimans, ſi de eius ſtatu tibi exarem ab eo tempore, cuius nobis memoria eſt relicta. Et (ut tempus ſcias quo aliquid in memoriam proditum eſt) id eſt ab anno ſalutis 1124. quo anno inueniuntur chartę, pacis cuiuſdam confortatio per archiepiſcopum quendam Viennenſem, inter quendam epiſcopum, qui & erat princeps prophanus Geneuæ, nomine Humbertum, & comitem eiuſdem urbis nomine Aymonem, qui contendebant de imperio urbis, quæ contentio durauit uſque ad tempora noſtra, quando dux Subaudiæ patria & imperio priuatus eſt. Mortuo autem Humberto epiſcopo & durante contentione, ſucceſſor eius adiens Cæſarem Fridericum primum, obtinuit ut ipſe ſolus Geneuę princi-

Contentio Geneuen-ſis.



Latus ſeptentrionale.

Franciſcus Boniuardus domino Sebaſtiano Munſtero,

Gratiam, ſalutem & pacem à domino. Retulit mihi domine Munſtere, dominus Caluinus iſthinc rediens, te à me deſiderare epitomen earum rerum, quas nunc ſcribo de Geneuatibus: quod utinam tam dextrè poſſem quàm libenter deſidero, & nuncij, & tua & rei ipſius cauſa, quam ſilentio obliterari profecto eſſet indigniſſimum, quæ præter omne humanum conſilium, omnemq; humanam expectationem ſola diuina prouidentia ad effectum perducta eſt, quod ex ſerie noſtræ hiſtoriæ poſthac ſatis apparebit: cuius ſummam quàm breuiter potero tibi perſtringã, omni omiſſa præfatione, ne caput amplius ſit reliquis corporeis partibus.

Vrbis Geneuenſis deſcriptio.

De origine huius urbis nihil habeo quod pro uero auſim aſſerere, quamuis multa paſſim de ea dicantur, quæ quia hiſtorica ueritate indigna cenſeo, prætermittam, tibi ſatisfactum exiſtimans, ſi de eius ſtatu tibi exarem ab eo tempore, cuius nobis memoria eſt relicta. Et (ut tempus ſcias quo aliquid in memoriam proditum eſt) id eſt ab anno ſalutis 1124. quo anno inueniuntur chartę, pacis cuiuſdam confortatio per archiepiſcopum quendam Viennenſem, inter quendam epiſcopum, qui & erat princeps prophanus Geneuæ, nomine Humbertum, & comitem eiuſdem urbis nomine Aymonem, qui contendebant de imperio urbis, quæ contentio durauit uſque ad tempora noſtra, quando dux Subaudiæ patria & imperio priuatus eſt. Mortuo autem Humberto epiſcopo & durante contentione, ſucceſſor eius adiens Cæſarem Fridericum primum, obtinuit ut ipſe ſolus Geneuę princi-

Contentio Geneuæ.

patum obtineret regali iure, neminiq; in prophanis subesset præter Cæsari, ab omni tributo liber. Sed ubi domum reditum est, episcopus, conniuente forsan Cæsare, priores molestias rursum perferre coactus est, quousq; tandem comes quidam Guilelmus nomine ob contumaciã suam imperiale incurrit bannum, & priuatus fuit feudo quod ab episcopo tenebat. Durante uero multo tempore bello, deficientéq; episcopo & ciuitate uiribus, accersiuerunt quendam comitem Maurianensem, qui postea comes Subaudiæ effectus est. Inter hos uero diuersa quoq; secuta sunt bella, adeò ut Subaudus multa oppida, uicos, arces Geneuatum occupauerit, donec fieret Geneuę contiguus, nec his contentus, quæ titulo suæ infeudationis occupauerat, flagitauit sibi & belli impensas resarciri. At episcopo respondente sibi satisfactum de his quæ iure feudi ab eo dati acquisiuerat, multæ hinc inde natæ sunt controuersiæ. Et maior pars populi timens ne Subaudus irritatus pacem iniret cum hoste communi in eorum perniciem, tractauerunt cum eo ut & ipse omnia in ea ipsa urbe possideret quæ antea comes Geneuẽsis, idq; iure hypothecæ. Sed ubi ille pedem fixit in urbe, maiorem prædecessoribus exercuit tyrannidem. Canonici ergo aliquot cum ciuibus contra eum conspirantes reuocauerunt comitem suum antea eiectum: qui ueniẽs cum mi'itari manu à Subaudis urbem tenentibus uictus est. Tunc Subaudi cõiuratorum domos inuadnetes, quos potuerunt comprehenderunt atque supplicio affecerunt. Durauit dissiduum istud usq; quo defecerunt comites Geneuenses, & eorum ditio peruenit ad Subaudiæ principes. Tandem uero Amedæus princeps pertæsus subesse episcopulo, sategit ascendere supra illum. Nam impetrauit à Carolo quarto Cæsare uicariatum imperialem in tota sua patria, eoq́ue titulo uoluit ut sibi subesset Geneuensis episcopus cum tota sua ditione, sed cum ille comiti resisteret, mansit episcopo sua autoritas & populo sua libertas usq; ad tempora Amedęi octaui, prioris Amedęi nepotis, qui fuit primus dux Subaudiæ & demum electus in Romanum pontificem, dictus Felix. Ille impetrauit à Pontifice Martino temporalem iurisdictionem in Geneua & eius ditione, sed quã exequi nequiuit, sicut nec posteri eius, potissimũ autẽ Carolus princeps, qui paucis ab hinc annis à suis aulicis persuasus, inuadere tentauit Geneuam & Losannam, actũ fore putans de statu suo, si hæ duæ ciuitates in medio ditionis eius, ab eius imperio liberæ remanerent. Nam hoc pacto (sic enim arguebant) possent & aliæ ditionis eius ciuitates ab eo deficere, & more Heluetiorum proprias erigere respublicas. Huic eius instituto episcopus quoque Geneuensis non parum fauebat, quippe qui ducis precibus pontificatum obtinuerat, & de familia ducum (ex latere tamen) prognatus fuerat, tandemq; ex ipsorum insolentia & insultatione factũ est, ut & episcopus suo priuaretur pontificatu & dux excluderetur magna parte ditionis suæ.

Episcopus olim princeps Genuæ.

Subaudus urbi at urbi.

Geneua subijcitur à papa Subaudo.

Visontium.

VIsontium nunc Bisontium & uulgo Bisantium, metropolis Burgundiæ, ubi plura ueterum ædificiorum uestigia cernuntur. In eius agro est locus, Salinensis dictus, ubi duo sunt fontes, alter aquæ dulcis, alter unde sal igne densatũ conficiũt, candore præstans, ac maximum eius nationis uectigal. Aliud iam nihil habeo, quod de hac urbe hic scribam, quum ad meam frequentem sollicitationẽ nihil sit missum.

Quorundam ueterum nominum Gallicæ

nationis interpretatio, relata ad moderna tempora.

Parisius & Parisij populi, hodie quoq; Parys, olim Lutetia.
Rhedon & Renes metropolis & ciuitas episcopalis in Britannia.
Carnutum olim, hodie Chartres, ciuitas episcopalis, non procul à Lutetia distans.
Trecas ciuitas episcopalis, quam Galli Troiam in Campania siue Schampania uocant.
Cathalanum, Gallicè Schalon.
Lingon & populi Lingones, Gallicè Langres, ciuitas episcopalis in Burgundia.
Blæs & Blæsis, residentia regum Galliæ iuxta amnem Ligerim.
Borbon ducatus in Auernia, Oueringen.
Lemouices, Limosis.
Rothomagus, Roan, metropolis Normandiæ.
Mons Pessulanus, Montpolier in Prouincia.
Augustodunum, Heduum in Burgundia.
Sedunum, Sitten, metropolis & ciuitas episcopalis in Valesia.
Octodurus, Sanctus Mauritius, oppidulum & infimus locus Valesiæ, uel secundum alios uicus Martinacht, ubi adhuc aliquot uetustates inueniuntur.
Eburones, populi iuxta Leodium super Mosam.
Niuedunum, Niuernia.
Nouiodunum uel Neuidunum, Neuis, oppidum iuxta lacum Lemannum haud procul à Geneua in monte situm.
Garumna, fluuius Garon.
Santones, Xantonge.
Pictones, Puttiers.
Cadurcenses, Cahors.
Augustonemetum, Neuers.
Biducenses, populi in Normandia.
Cemmeni montes, montes Cebena.
Morini, populi circa Calles habitantes.
Ligeris fluuius Lôre.
Atrebates, Arras, Artois.
Visontium, Bisantz, Besanson.
Lugdunum, Leon.
Menapij, Geldri uel Cliuenses.
Mediomatrices, Metenses.

De regionibus & fluuiis Galliæ,

quomodo nostro tempore appellentur.



Scribit

SCribit insignis Cosmographus Strabo, quod & res ipsa comprobat, Galliã ubq; allui fluuijs, ijsq; pro magna parte nauigabilibus, quales sunt Rhodanus, Ligeris, Mosella, Mosa & Sequana. Isti & alij minores, partim prodeunt ex Alpibus, partim ex Pyrenæis montibus, qui Hispaniam dispescunt à Gallia, & partim ex monte Cemmeno, qui ad Lugdunũ ferè pertingit. Quidam fluuiorũ cursum tenent uersus aquilonem recipiũturq; à mari Anglico, alij labuntur ad Austrum, exonerantúrq; in mare mediterraneũ, id quod in magnã regni cedit cõmoditatem, quum hoc pacto merces facilè ab uno mari ad aliud transferri possint. Notandum uero hic, Mosam & Ararim, quem hodie Sagonã appellant, ab uno oriri mõte, cursum uero fieri ad diuersas plagas, pura ad austrũ & septentrionẽ. Quapropter olim terræ illius dominus motus, uoluit pfodere montem atq; hæc duo flumina connectere, quo liceret sine difficultate nauigare ab uno mari ad aliud. Sed institutũ illud paulò pressius animo receptum, cœpit prudẽtioribus displicere, quippe unde multa mala emergere possent, sicq; intermissum est. Haud dissimile propositum habuit olim Carolus magnus Imperator, qui duo flumina Altmũl & Regẽtiam prope Nurnbergã in Germania cõiungere uoluit, quemadmodum suo loco fusius explicabo.

Rhodanus fluuius. Rhodanus fluuius Galliæ omnium maximus ac rapidissimus ex Alpibus per fines Allobrogum uersus occidentem in lacum Lemãnum fluit, multasq; in superiori Valesia facit cataractas, plerunq; ob præcipitium in petrosis locis in spumam resolutus, magno stridore & fragore ex alpibus descendit & alluit totã Valesiam. Geneuæ uero rursum lacum egrediens institutum cursum seruat usq; Lugdunũ, inde conuersus in Austrũ tribus ostijs in mare Gallicum desinit. Regiones particulares in Gallia nostro æuo sunt istæ, magnæ scilicet & paruæ: Aquitania, Gasconia, Britannia, Turonia, Normandia, Picardia, Francia, Limosis, Auernia, Burgundia, Lotharingia, Prouincia, Delphinatus, ducatus Barensis, ducatus Berry, ducatus Borboniæ, Campania, Langendock, ducatus Subaudiæ, &c.

Vna lingua in Gallia. Hæ regiones omnes utuntur lingua Gallica præter Britanniam quæ propriam habet linguam, tametsi uarium habeat delectum. Subaudica & Lotharingica rudior est reliquis. Sunt autem memoratæ regiones omnes sub corona Franciæ præter Subaudiam, Lotharingiam & partẽ Burgundiæ, quæ Romanum agnoscũt imperium. Sub Conrado enim Imperatore qui successit Henrico sancto, regnum Burgundiæ quod cẽtum & triginta annis Francis paruerat, subiectum est Romano imperio, redactumq; in prouinciam, etiamsi bona pars adhæserit Francis. Ante memoratum tempus, habuit regnum Burgundiæ sub se Subaudiam ultra Rhodanum & quicquid est citra Rhodanum, ut est Delphinatus & comitatus Valentiæ, qui in hodiernum usq; diem feuda sunt imperij.

Burgundia.

Delphinatus. Delphinatus hodie est principatus, qui consensu regis debetur primogenito suo aut principi sibi in regno succesturo. Est enim hic principatus proximior gradus ad regale fastigium. Siquidem moriente rege, Delphinus in locum eius succedit. Hic Delphinatus fuit anno 1349. à Delphino Humberto (ab alijs uocatur Imbertus) uenditus regi Galliæ consentiente Imperatore Carolo quarto, modo primogenitus regis feudũ eius suscipiat ab imperio. Ante tempus illud Francorum reges nihil iuris habuerunt in Delphinatu.

Anno Christi 1300 alienauit à se archiepiscopus Lugdunensis Lugdunum ipsum, commutauitq; in competentem censum seu redditum.

Burgundiæ ditio diuisa. Notabis quoque hic, Burgundiam ante tempora nostra diuisam in duas partes. Vna quæ scilicet Campaniam contingit remansit apud Gallos, & altera quæ Bisantium usque pertingit, Romanum imperium & domum Austriæ adhuc agnoscit. Et quamuis pars prior post interfectum Carolum ultimum ducem Burgundiæ Maximiliano duci Austriæ competeret, qui filiam habuit eiusdem Caroli, præoccupata tamen est à rege Galliæ atque plurimum sanguinis ob eam causam effusum.

Lotharingia à Lothario. Lotharingia antea cum reliquis quibusdã regionibus Austrasia dicta, sortita est hoc nomẽ à Lothario nepote Caroli magni, incorporataq; Romano imperio sub Ottone primo. A Carolo enim magno usque in generationem quintam posteri eius simul gubernarunt Franciam & Germaniam, aliquãdo per distinctas personas sed sanguine iunctas, aliquando etiam per unam personam. Extincta autem in quinta generatione tota posteritate saltem uirili Caroli magni, Galli proprium sibi elegerunt regem, Germanis relicto imperio, quod prius & Gallis & Germanis cõmune fuit. In illa autem imperij scissione Otto

dux

dux Saxoniæ factus est Romanorum Imperator, qui Lotharingiam & Burgundiam reduxit ad imperium, de quo infrà latius disseremus. Hic restant nobis adhuc aliqua uocabula explicanda, quę breuibus absoluemus. A Lothario uenit nomen Lotharingiæ. Britannia uero sic dicta est à Britannis, ut suprà in Anglia commemorauimus. De Normandia quoque iam diximus. Aquitania ab obliquis aquis Ligeris sic dicta est, ut quidam scribunt. Francia uero à Francis populis Galliam occupantibus dicta est, ut iam quoq; explicuimus. Picardia à Picardis populis dicta est, sicut Turonia ab urbe Turone. Prouincia autem in qua Massilia est sita, à Romanis hanc appellationem accepit. Flandria à Flandra muliere, uxore Luderici primi gubernatoris qui anno Christi 782 fuit, nomẽ accepit, prius quàm Flandria ad comitatũ ascendit. Gasconia siue Vasconia secernitur per Garumnam siue Girundam fluuiũ ab Aquitania, appellataq; fuit tempore Caroli magni, Regnum de Vasconia.

De fertilitate regionum Galliæ.

FVit Gallia ab antiquis temporibus semper culta, tam in urbibus & oppidis quàm in agris, hortis & pratis. Et ut Strabo scribit, qui tempore incarnationis Christi uixit, nullus tunc fuit angulus in Gallia incultus, præter lacus & nemora quæ culturã non admittũt. Potissimũ autẽ Prouincia, Langendoc & aliæ regiones mediterraneo mari propinquę, mirę sunt fertilitatis, ut etiam ibi Cupressi et rosmarina passim per cãpos crescãt sua spõte, sine omni humana solicitudine, haud secus q̃ in hisce partibus crescũt iuniperi. Mala punica, granata & citrones nullibi frequentiora sunt quàm in Prouincia. Deinde quàm nobile in illis partibus crescat uinum imò per totam Galliã, quæ tot irrigatur & fœcundatur amnibus, dici non potest. Sunt apud nos satis nota uina Burgundica & quæ in prouincia nascuntur, Quomodo posset Aquitania tot insignes sustinere ciuitates, ut sunt Lugdunum, Burdegalis, Lemouica, Tholosa, Carcassona, &c. nisi nobilissimum haberet fundum, aptum ad ferendum in copia uinum, uites, frumentum, oleũ, frugiferas arbores, fontes, flumina aquarum, prata, pascua, pecora, nemora, & similia, quibus indiget humana uita ad sui sustentationem? Quàm ferax sit ager Parisianus, poteris hinc colligere, quum uice quadam rex Ludouicus undecimus scire uellet, quot armatos uiros Lutetia producere posset in agrũ, numerati sunt septuaginta millia uirorum procedentium ad militiam. Vbi autem multus est populus, necesse est ut fœcundum habeant agrum unde eis sufficiens suppetat uictus.




Aquitania.

De Nordmandia quoq; scribitur, quod præter metropolitanam & alias sex præcipuas ciuitates, habet nonaginta quatuor minora oppida, uicos quoq; & castella sine numero. Habet rex Galliæ Rothomagi in metropolitana Normandiæ ciuitate senatum doctissimum, prudentissimosq; uiros, qui toti prouinciæ ius dicunt. Sunt etiam in ea urbe potentes mercatores, ob quorũ traiectiones & mercaturas, nomẽ urbis longè lateq; apud multas gentes est cognitum. Habet autem hæc regio copiam piscium & pecorum atque frumenti, sed & pomiferarum arborũ tanta est in ea multitudo, ut ex pomis potum faciant, aut pro magna parte in alias deferant terras. In summa, abundant omnibus rebus ad uitam humanam necessarijs, præter uinum quod ibi non crescit.

Normandia.

De moribus

De Gallia
De moribus & ritibus anti-
quorum Gallorum.



CRediderũt olim Galli animas humanas eſſe incorruptibiles & in alia trãſire corpora, atq; metu mortis ita ſublato audaciores in periculis fuerũt. Procedẽtes ad militiam aut graui morbo affecti, aut in periculis conſtituti, pro ſalute humanam mactabant hoſtiã. Supplicia eorũ qui latrocinij alteriusúe noxę conuicti eſſent, dijs gratiſſima arbitrabantur. Mercurius in præcipua ueneratione erat, quẽ omniũ artium inuentorem prædicabant, uiarum & itinerũ ducem, & ad quæſtum faciendũ plurimũ prodeſſe. Marti in pugnã ituri quicquid cepiſſent pro uictoria uouebãt, uiſebanturq; ob eam in pleriſq; urbibus ingentes tumuli bellicis ſpolijs conſtructi. Si quis ex præda aliquid fraudaſſet, graui ſupplicio id ſcelus uindicabãt. Se ex Dite procreatos perſuaſum habuere, obq; initium feſtorũ dierũ ab ea nocte cœpere, quæ feſtam lucem præceſſiſſet, rati noctem illi ſacram eſſe. Liberos ad conſpectum ſuum non prius uenire patiebantur, q; per ætatem adoleuiſſent, ut militaria iam obire munia poſſent. Turpiſſimum arbitrãtes, filium adhuc puerum patri aſſiſtere. Viri quantas ab uxore pecunias dotis nomine accepiſſent, tantundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatione cum dote conferre: quicquid inde fructuum perciperetur, id diligenter aſſeruari, eiusq́ue eſſe qui ſuperſtes alteri fuiſſet. Viri in uxores ſicut in liberos uitæ & necis poteſtatem habuere. Si qua ueneficij conuicta eſſet, à propinquis mariti igne ſæuiſq́ue cruciatibus necari. In funere omnia quæ uiuis chariſſima fuiſſent, cremare cum defunctis, animalia etiã ipſa. Vulgus ſatis ueſtiebatur, ſciſſaq; pro tunica amictu, qui uix nates integeret dimidias, lana quidem aſpera, cęterum oblõgis uillis, unde & ſagula hirſuta texebant, quæ lenæ uocantur. Comas ſtudio nutriebãt. Corpora genti procera & uulgo candida, & ſecundum ea armatura æqualis, gladius longus à dextro latere dependens, clypeus etiam longus, haſtæ ad proportionẽ. Arcubus plerunq; utebantur & cum telo certiorem infligebant ictum, quo in aucupijs potiſſimum utebantur, pauciſſimi bellum fundis & fuſte ingrediebantur. Humi cubabant, cœnitantes in ſtramentis aſſidebãt, plurima cum lacte illis eſca, carnibusq; multifariam præſertim ſuillis & recentibus & ſalitis. Ferox omnibus ingenium, ingenita ſimplicitas, plus uiriũ quàm conſilij in bella afferebant, maius bellorum quàm agrorum ſtudium. Mira fœminarũ fœcunditas, ut ter centum & amplius armatorum millia gens una Belgica ad bellum olim mitteret. Victoria

Gallorum militia.

ret uictoria ſupra quàm dici poſſit uincentibus læta, uictis ſtupor. E prælio decedẽtes, cer uicibus equorum hoſtium capita ſuſpendebant, eaq; domũ delata, ut eſſent ſpectaculo po ſtibus affigebant. Illuſtrium uirorum capita cedrinis cõdientes odoribus, peregrinis oſten tabant, nec tantidem auri redimi dignabantur. Hominem diuinationi deſtinatum in ter go ferientes, ex ipſo impatiẽtiæ afflictandiq; modo uaticinium capiebant. Erant Galli ex aſſiduo labore & exercitio ferè omnes olim macilenti corpore, uentresq; minimè pro pendebant: nam ſaginam adeo deuitabant, ut adoleſcentes qui zonæ menſurã uentre ex cederent, publicè mulctarentur. Cæterum Romanorum commertio multa mutari conti git, tempus inde omnia in melius uertit. Peculiariter tamen crapulæ uitio notati ſunt, ſi cut & reliquarum nationum uitia olim annotata, in talem ordinem ſunt digeſta: Inuidia *Vitia antiqua* Iudæorum, perfidia Perſarum, aſtutia Aegyptiorum, fallacia Græcorum, ſæuitia Sarace *rum nationũ.* norum, leuitas Chaldæorum, uarietas Afrorum, gula Gallorum, uana gloria Longobar dorum, crudelitas Hunorum, immunditia Sueuorum, ferocitas Francorum, ſtultitia Saxo num, duritia Pictauorum, libido Scotorum, uinolentia Hiſpanorum, ira Britannorum, ra pacitas Normandorum. Econtra uero quando olim hæc uitia in ſingulis nationibus ſunt deprehẽſa, ſunt & uirtutes in eiſdem animaduerſæ, quibus unus populus alium præceſſit, & hæ tali ſignatæ ſunt ordine: Hebræorum prudẽtia, Perſarum ſtabilitas, Aegyptiorũ ſo lertia, Græcorum ſapientia, Romanorum grauitas, Chaldæorum ſagacitas, Aſſyriorum ingenium, Gallorum firmitas, Francorum fortitudo, Scotorum fidelitas, Hiſpanorum ar gutia, Britannorum hoſpitalitas, Normandorum cõmunio. Hæc ueteres ſignarunt, non meæ ſunt inuẽtiones, tametſi ſciam hodie omnia ferè inuerſa. Quid hodie Italis, quid Gal lis, quid Hiſpanis, quid Germanis & reliquis nationibus cõmuniter imputetur, nemo in tet doctos eſt qui id ignoret. Ego mihi hic tẽpero, ne undiq; grauem mihi conciliem inui diam, etiamſi ueritatem dixero. Malumus omnes dici quàm eſſe probi & iuſti, etiam quan do publica ſunt uitia.

De Perlamento & gymnaſio Pariſienſi.

SEcundum Robertum Gaguinum Perlamentum Pariſianum tale habuit initium. Conuenerũt olim ex omnibus Galliæ ciuitatibus probatiſſimi & expertiſſimi qui que uiri in unum conſiliũ, præſertim qui ad hoc delecti erant & nouerant regni con ſuetudines & iura, examinatisq; cauſis & controuerſijs eorum qui ad ipſos prouo cauerunt, ius dicebant. Sed quia uaga eſſet incer taq; inſtitutio, decreta Pariſius curia & ſedes eſt. Suntq; ad eam iudices deſignati, qui ibi conſiſten tes, perpetui prouocationum definitores eſſent. Illorũ octoginta numero ſunt, annua ſtipendia ex fiſco regio percipientes. Hi autem diuiſi ſunt in quatuor conſilia & curias, quas cameras uocãt. In prima camera ſedent quatuor regentes ſeu præſi des atq; triginta conſiliarij, qui audiunt cauſas & lites, cõſtituunt terminos & faciũt dilationes, & quæ ad iuris cognitionem attinent. Minores ta men cauſas & leuiora ipſi dijudicant. In ſecũda camera ſedent decem & octo cõſiliarij ſicut & in tertia, & in utraq; ſunt quatuor præſidentes, & hi conſiliarij partim ſunt laici & partim doctores.




Officium eorum eſt, diligẽter cauſas examinare, & quicquid illi decernunt, hoc unus ex quatuor præſidentibus primæ cameræ denunciat pa tibus litigantibus, prima die ab ipſis determinata. Et hanc ſententiam uocant Areſtũ, *Areſtum* id eſt, firmam, nec licet ab ea appellare. Qui autem hic reus iudicatus fuerit, cogitur dare *quid.* iudicibus ſexaginta libras Turonenſes. Quod ſi quis exiſtimet cauſam ſuam non ſatis diſcuſſam & examinatam aut non rectè intellectam, atq; ob id ſibi iniuriam factam, huic li cet cauſam ſuam rurſum in iudicio proponere & diligentius examinare. Verum nõ prius auditur, quàm duplicatã dictæ pecuniæ ſummam depoſuerit. In quarta camera ſunt con

i ſiliarij

ſiliarij quos uocãt magiſtros palatij, & hi audiunt ſolum illorũ cauſas, qui regis obſequijs ſunt deputati, aut ſpeciali priuilegio donati, ne ab alijs curijs infeſtentur. Sedent in hac camera ſolum ſex iudices, licetq; ab eorum ſententia prouocare ad Perlamentum. In decidendis cauſis, quum magna difficultas offertur, hæc omnium curiarum conſiliarijs cõgregatis diſcutitur, quod etiam fit in his quæ rex de republica ſtatuit. Huius enim ſenatus decreto omnia æduntur. Habet proinde hoc Perlamentum aliquot aſſeſſores & cõiudices, præſertim quãdo Pares Frãciæ præſentes ſunt & comites qui in regis curia ſunt, & hi unà cum paribus diſcernunt & definiũt in Regalium & Parium cauſis. Sunt autem duodecim Pares electi ex cunctis nobilibus regni, quorũ ſex ſunt ex collegio ſacerdotũ, nempe epiſcopus Remenſis, epiſcopus Laudunenſis, epiſcopus Lingonenſis, qui etiam duces appellantur, epiſcopus Bellouacenſis, epiſcopus Nouiomenſis, epiſcopus Cathalaunenſis, qui comites uocantur. Et his addunt ſex principes ſeculares, nempe dux Burgũdiæ, dux Normandiæ & dux Aquitanię: item cõmes Flandreñ, comes Toloſanus & comes Cãpaniæ. Hos duodecim principes primũ inſtituit Carolus Magnus, appellauitq; eos Pares, quod pari dignitate aſtare debeant regi. Nec ſubijciuntur ulli iudicio niſi Perlamenti. Noſtro tamen tempore horũ duodecim principũ non magnus eſt reſpectus, deinde quidam ſunt

Duodecim Pares.

Pares in Francia extincti.



aboliti, præſertim ex ſecularibus, ut dux Burgundiæ & comes Flandriæ, & rex agit quod illi placet. Fundauit quoque illis temporibus Carolus magnus ſtudium Pariſienſe, ſollicitatus ad hoc per quatuor inſignes & doctos uiros, quorum nomina ſunt, Claudius, Alcuinus, Iohannes & Rabanus. Hi fuerãt diſcipuli uenerabilis doctoris Bedæ, uenerunt'q; ex Scotia in Franciam.

Quibus moderatoribus Gallia ab antiquis temporibus gubernata & adminiſtrata fuerit.

LOngè ante Chriſti tempora & priuſquam Romani Galliã ſuo dominio ſubegiſſent, præfuerunt Galliæ multi priuati reges & principes & qui non magni fuerũt nominis, quales fuerunt Lugous, Allobrox, Belgius, Trebeta & alij plurimi, unde priuatæ regiones ſuas mutuauerunt denominationes, ſicut & ſuprà diximus, fuitq; tunc & aliquot annis poſt Chriſti incarnationẽ ea regio Gallia & non Francia nuncupata. Aſſecuti ſunt autem Romani dominium in ea ferè centum annis ante Chriſti nati uitatem, retinueruntq; illud propè quingentis annis. Interea autem temporis, dum Sicambri, qui poſtea Franci dicti ſunt, quiq; oſtia Rheni & circumiacẽtem agrum poſſidebant, indies creſcerent & roborarentur uiribus, cœperunt excurrere in finitimam Gallię regionem, occupare arces & oppida atque exturbare Romanos, ut etiã anno Chriſti 420 Pharamundus uigeſimusquartus aut ſecundũ aliorũ ſupputationẽ 43 (qui ab alio principe catalogum regem incipiunt) Francorum rex, primus fuerit in Gallia Francigenarũ rex, atque ſub eius filio Clodio atque nepote Meroueo Sicambri ferè totam adepti fuerint Gal-


Sicambri Galliam inuadũt.

liam,

liam, relictisq; prioribus mansionibus quas circiter 870 annis tenuerant, migrauerunt in Galliam potiti eius dominio. Didicerũt quoq; Gallorum linguam, quam Romani introduxerãt, & conformes se fecerunt moribus eorum, sicut & alij Franci, qui à fratribus suis secedentes & pagum Mogoni seu Mœni, ubi hodie est Wircipurgum, occupantes, didicerunt Germanorum linguam & mores. Pharamundus uero unanimiter à suis electus in regem, transtulit sedem suam à Francia oriẽtali in Frãciam occidentalem, posuitq; legem quam Salicam uocant, ne regni successio in colum transferatur, hoc est, ne mulieres regni hæredes fieri permittantur. *Lex Salica.* Post Merouæum rerum potitus est in Gallia Childericus, deinde Clodoueus primus Christianus rex. Huic successit Lotharius primus, deinde Childericus, et post ipsum Lotharius secũdus: Item Dagobertus magnus, Clodoueus, Lotharius tertius, Theodoricus, Clodoueus, Childebertus, Dagobertus. In hoc Dagoberto defecit stirps Merouei, fuitq; Childericus ultimus rex. Hic, sicut & quidam prædecessores sui, ignauiæ & corporis uoluptatibus sic studuerũt, ut posthabita regni cura, contenti essent solo eius titulo, opes uero & omnis regni potẽtia, penes aulæ præfectos, quos illi Maiores domus uocabant, erant, sic ut illi quæcunq; uel domi uel foris agenda erãt, administrarent. Et quando ab exteris nationibus legati ueniebant, sedebant quidẽ ipsi in regio solio, audientiamq; auditoribus præbebant, sed aliud nihil respondebant, quam quod instructi erãt. *Maior domus.* Eligebatur autem Maior domus ad id officij ex nobilioribus & præcipuis, qui in aula uersabantur. Præerat huic officio, quum Childericus regium teneret fastigiũ, Pipinus uir grauis & ad obeundum magna atq; ardua negotia summa pręditus industria, qui & ipse ex regio descẽderat semine, administrationemq; habuit Brabãtiæ. Hic animaduertens regum Franciæ inertiam ignauiamq;, consentiente populo mittit ad Zachariam Rom. ecclesiæ præsulem legatos, Burchardum Herbipolensem episcopum & Folradum abbatem, qui interrogarent eum, uter regio fastigio dignior sit habendus, an qui nomine modo rex sit, consilio autem & opera nihil præstare posset, an qui solus omne regni onus sustinet? Zacharias memor paterni beneficij, quo Roma liberata fuit à Longobardorum rege, Pipinum, cuius humeris omnes regni labores incũbebant, regia potestate Childerico digniorem esse disertis uerbis pronũciat, sic nimirum non patris modo officium compensare, sed sibi quoque & Romanæ ecclesię fidum fortemq; patronum & propugnatorem parare uolens. Pontificis ergo sententia ferocior factus Pipinus, simulq; eandem approbantibus episcopis & quibusdam aulicis uiris, in Suessionum urbe coronatus regnum sibi uendicat, Childericum uero regem potestate & dignitate deijcit & monasterio includit. Alij tamen aliter hic loquuntur, nempe, Pipinum ambitione motum, perfidumq; fuisse in regem & affectasse regnum. Et cum uaria super hac re consilia nunc cum aulę regnięq; proceribus, mox cum ipsis quoque episcopis uoluisset, tandem rem tantam ad Romam referendã esse censuit. Sperabat enim pontificem Romanum paterni beneficij memorem gratumq;, & sententiam contra regem pro se laturũ fore, sicut & factum fuit. Descenderat autẽ Pipinus iste à filia Lotharij primi regis, quę maritũ habuit nobilem quendam Frãcum Ansbertum nomine. Ansbertus genuit Arnoldum, Arnoldus Arnolphũ. Galli tamen nonnihil mutant hęc nomina. Arnolphus antequam episcopus Metensis fieret genuit Anchisum, Anchisus uero genuit Pipinum, qui Maior domus est constitutus. Successit autẽ ei in hoc officio filius eius Martellus, qui in rebus bellicis clarus euasit, gessitq; magna, præsertim contra Saracenos in Hispania atq; in Gallia circa Narbonam. Moriturus uero diuisit inter filios suos regni præfecturas. Carolomannum enim præfecit Austrasiæ, Sueuiæ & Alemãnię, Pipinum uero constituit super Galliam. Nec multo post Carolomannus relicto seculo ingressus est monasterium, sortitusq; est Pipinus totius regni dominium. Hic Pipinus cum uidisset regum ignauiam & uitę eorum dissolutionem, obtinuit, (cõsentiente populo) regni sceptrum, anno Christi 749 Reliquit autem duos filios; Carolomannum & Carolum magnum. Carolomannus mortuus est immatura morte, potitusq; est Carolus toto regno Galliæ & Alemãnię, quod indiscretum adhuc erat. Factus est etiam idem Carolus postea Romanorum Imperator, ut infrà suo loco fusius dicetur. Manserunt proinde hic Carolus & sui sanguinis successores reges in Francia usque ad annum Christi 988. Tunc emersit ex Francigenis Hugo Capetus, qui potenter se ingessit *Hugo Capetus*

regno Francię. Sunt qui ſcribunt illum fuiſſe comitem Pariſienſem, alij uero aiunt patrem eius fuiſſe in monaſterio abbatem, ignobilem quidem genere, cuius filius homo fuit ferocis ingenij, intrepidus ad omne periculum, audax & quem nemo non formidabat ob eius tyrannidem. Paulus uero Aemilius & Raphaël Volaterranus aſſerunt matrē eius, Auidam nomine, ſororem fuiſſe Ottonis magni, patrem uero Hugonem, magiſtrum extitiſſe equitum ſiue marſcalcum regni, & comitem Pariſienſem, obtinuiſſeq; titulum ducis in Francia. Suſcepit liberos, Ottonem, Henricum & Hugonem, qui dictus eſt Capetus. Iſte ductans Francorum exercitum contra Carolum Ludouici patruum, bellum geſſit annos quatuor, quem & tandem in cuſtodiam apud Aurelianenſes miſit, quòd poſt Lotharij regis fratris ſui mortem, cum ducatu Lotharingiæ regnum quoque Frāciæ ceu propinquior hæres poſſidere uellet. Ipſe enim ſolus adhuc ſupſtes fuit de ſanguine Caroli magni. Manſit autem in carcere (non tamen duro) uſq; ad mortem ſuam. Hic uidere licet, Germanos Francos poſt Romanos multis annis uſq; ad dictum Hugonem poſſediſſe atq; gubernaſſe Galliam. Poſt Capetum uero iam ſignatum, hoc ordine Frācorum reges uſq; ad tempora noſtra diducuntur. Hugo, Robertus, magnorum operum patrator, Henricus qui regnare cœpit anno milleſimo 31. Philippus primus, Ludouicus Craſſus, Ludouicus iunior, Philippus cognominatus auguſtus, auxit enim regnum cœpitq; regnare anno 1181. Ludouicus, Ludouicus ſanctus, cuius frater occupauit Siciliā. Philippus pulcher, Ludouicus, Philippus longus, Carolus formoſus frater eius, Philippus Valeſius, Iohannes, Carolus quintus & primus Delphinus, Carolus ſextus, Carolus ſeptimus, Ludouicus undecimus, Carolus octauus qui regnare cœpit anno 1483. Ludouicus duodecimus dux Aurelianeñ. Frāciſcus comes Engoleſmeñ, qui noſtro æuo regno præfuit & plurima bella geſſit contra Carolum regem Hiſpaniæ & Roman. Imperatorem. Huic ſucceſſit filius eius Henricus.

Genealogia regum Franciæ in ſuccinctam ſeriem redacta.



		Primus Francorum rex
Tiberius Cæſar	1	Francus
	2	Clogius
	3	Herimerus
Nero Cæſar	4	Marcomirus
	5	Clodomirus
	6	Anthenor

Duo aut tria nomina in una linea cum duobus aut tribus numeris, ſignant perſonas illas fratres fuiſſe, præceditq; is qui hæredem reliquit, id quod numerus quoq; oſtendit, nō obſtante quod is minor eſt & poſt fratrem regni habenas ſuſcepit.

Commodus

Commodus Cæsar
7 Ratherus
8 Richimerus
9 Odemarus
10 Marcomirus
11 Clodomirus

Decius Cæsar
12 Farabertus
13 Sunnõ
14 Childericus
15 Bartherus
16 Clodius

Diocletianus Cæsar
17 Waltherus
18 Dagobertus
19 Clodius, frater eius
20 Clodomirus

Constantinus magnus
21 Richimerus
22 Theodomirus
23 Clodius
24 Marcomirus

Post hunc Marcomirum sequũtur principes


Dagobertus
Genebaldus
Sunno
Diocles
Meroueus
Leontius
Heribertus
Priam
Sigibertus
Anselbertus
Anfigises
Sanctus Arnolfus
Antisiges. Iste princeps duxit uxorem Beggam filiam ducis Brabantiæ, & factus est sacri imperij marscalcus, filius eius

Genebaldus dux Franconiæ
Dagobertus dux
Clodius dux
Marcomirus dux
1 Pharamundus dux & rex, obijt anno 430
2 Clodius obijt 448
3 Meroueus 458
4 Childericus 484
5 Clodius siue Clodoueus primus rex Christianus 514
7 Lotharius 6 Childebertus
9 Chilpericus 8 Aribertus
10 Lotharius siue Clotarius mortuus anno 632
11 Dagobertus magnus 646
12 Clodoueus mortuus 662
14 Theodoricus 13 Lotharius 666
15 Childericus tertius 679
17 Childebertus 16 Clodoueus 697
18 Dagobertus 19 Lotharius 721
20 Theodoricus 741
21 Childericus rex ultimus huius stirpis, obijt 750

Pipinus
Carolus Martellus
22 Pipinus post Childericum rex Franciæ obijt anno 769
23 Carolus magnus rex Franciæ & Imperator 814
24 Ludouicus pius, rex & Imperator, mortuus 840
25 Carolus caluus, rex & Imperator 878
26 Carolus Balbus, rex & Imperator 880
27 Ludouicus. 28 Carolus
30 Carolus cognominatus simplex obijt 926
32 Ludouicus 955. 29 Eude comes Andegauen.
33 Lotharius 986 31 Raoul de Burgundia
34 Ludouicus 987. Hi duo Raoul & Eude non fuerunt de linea Caroli magni. Deficiente enim linea Caroli magni, comites Parisienses ad se traxerunt regnum idq; in hunc modum. Cum Ludouicus 34 mature moreretur, erat adhuc superstes patris sui Lotharij frater Carolus nomine, dux Lotharingiæ, qui legitimus erat in regno Franciæ successor, at Capetus inhians regno conuertit se ad insidias, cepit Carolum cõiecitq; in carcerem, & uendicauit ipse sibi regnum.


Genealogia regis Capeti & ſucceſſorum eius uſque ad noſtra tempora.

RObertus comes Andegauenſis & Pariſienſis genuit Robertum ducem Aquitaniæ. Roberto ſucceſſit Hugo comes Pariſienſis, atq; is reliquit ſucceſſorem Hugonem Capetum regem Franciæ, qui mortuus eſt anno 996. Filius eius Robertus obiit anno 1030. Huius uero filius Henricus obiit 1060. Sequitur iſtũ Philippus rex, mortuus anno 1109. Cui ſucceſſit filius eus Ludouicus groſſus, qui mortuus eſt anno 1137. Hunc ſubſequutus eſt filius eius Ludouicus iunior, qui obiit anno 1179. Filius uero eius Philippus Auguſtus mortuus eſt anno 1223. In cuius locum ſuccedẽs Ludouicus octauus filius eius, obiit anno 1226. Atque is reliquit filios, Ludouicum ſanctum & Carolum qui anno Chriſti 1268 factus eſt rex Neapolitanus. Succeſſit Ludouico ſancto filius eius Philippus tertius, obiitq; idem Philippus anno 1286. Reliqua patent in ſequentis genealogiæ ſerie quæ ad tempora uſque noſtra deducitur.



Muliebres perſonas quę in alienas translatæ ſunt familias, hic ex induſtria noluimus ſignare, quod iuxta Salicam legem ac ſucceſſionem genealogiæ regum Franciæ nihil faciant, atq; deinde ſeriem præſentem ſupra modum obſcurent aut ſaltem nimium augeant. Ab Hugone Capeto uſq; ad Henricum regem, qui hodie rerum potitur in Gallijs, numerantur 25 regiæ perſonæ, id quod numerus ſupra regum nomina ſignatus pulchrè oſtendit. Licet in hac Genealogię ſerie uidere, quomodo faſces imperij plerunq; à patre ad filium, aliquando à fratre ad fratrem, & aliquando à nepote ad patruum, aliquando etiam in quartum aut quintum gradum fuerint translati. Patet quoque hinc, quomodo regia ſoboles inſerta ſit in ducatus Burgundiæ & Lotharingię, & rurſum per fœmininum genus dominium ducatuũ in alias trãſlatum familias.

Philippus



Iohannes rex 13 nõ censetur in numero regum, eo quod non diu præfuerit regno, ideo Iohãnes 1ẏ habetur pro Iohanne primo huius nominis.

Lineam successionis ducum Lotharingiæ infrà copiosius deducemus.

Lotharingia & Brabantia.

QVantum attinet ad minora dominia Franciæ, notabis hos duos ducatus, Lotharingiam & Brabantiam olim unitos fuisse sub principe Austrasiæ, manseruntq; sic cõiuncti usque ad tempora nepotum Caroli magni, tunc disiuncti sunt, cessitque Lotharingia Lothario & Brabantia fratri suo Carolo, anno scilicet Christi 956 aut circiter. Cumque hi duces & tota posteritas Caroli magni deficeret, anno scilicet Christi 1005. mortuus est & Otto filius ducis Caroli (quẽ rex Capetus uinctum tenuerat) sine hærede, tradiditq; Otto primus Imperator genero suo Conrado utrũq; ducatum. De quo uide infrà apud Ottonem Imperatorẽ. Alij etiam scribũt, Henricum sanctum Lotharingiã dedisse duci Gotfrido. Sæpe tamen principum familia, cui hi ducatus possidendi traditi sunt, penitus & sine reli-

cto uirili ſemine defecit. Henricus enim Imperator tertius, alterius familiæ principes hoc ducatu honorauit. Sic Henricus quintus tradidit hunc ducatum anno Chriſti 1106 domi nis Louanij, quorum primus uocatus eſt Gotfridus barbatus. Paulò poſt totum hoc do minium fuit diſtinctum in duos ducatus, manſitq; Lotharingia multo tempore in poſteri tate Gotfridi, qua tandem penitus deleta, Renatus comes Vademontanus uocatus eſt ad ducatum, cuius poſteri in hunc uſq; diem ducatui præſunt. Obtinuerunt quoque titulum regni Ieroſolymitani per ducem Gotfridum, qui anno Chriſti 1099 expugnata Ieroſoly ma factus eſt rex terræ ſanctæ. Sic Renatus attulit titulum regni Siciliæ. Sũt tamẽ inanes tituli, quum nullam habeant annexam poſſeſſionem. Manſit etiam Brabantia aliquãdiu in Gotfridi poſteritate, uſque ad ducem Iohannem tertium qui obiit anno 1355 relictis tri bus filiabus, nullo autem filio. Vna uocabatur Iohanna, quam duxit uxorem Wentzeſ laus rex Bohemiæ, quæ & poſt mortem eius gubernauit Brabantiam uiginti duobus an nis. Altera appellabatur Margareta quæ nupſit Ludouico comiti Flãdriæ, genuitq; unam filiam Kunigundem nomine, quam accepit Philippus dux Burgundiæ, regis Caroli quin ti frater, genuitq; cum ea Iohannem ducem Burgundiæ & Antonium, qui poſt mortẽ Io hannæ ſororis auiæ ſuæ factus eſt dux Brabantiæ. Genuit proinde Antonius ducem Io hannem quartum & Philippũ, ſed qui ſine prole ex hac uita exceſſerunt: tunc accepit Phi lippus filius Iohannis ducis Burgũdiæ Brabantiam in ſuam poteſtatem tanquam propin quior hæres, anno ſcilicet Chriſti 1434. Fecit quoque ſibi audientes Holandiam & Selan diam, quanquam ultimus comes Holandiæ reliquerit poſt ſe filiam, Iacobã nomine, quam duxit uxorem Ioannes dux ultimus Brabantiæ. Quo mortuo ſine hærede, nupſit Iacoba fratri regis Angliæ, conabaturq; retinere Brabantiam cum Holandia, ſed uenit dux Bur gundiæ & gladio recuperauit Holandiam, fuſo multo ſanguine ob hanc rem. Et cum po ſtea Iacoba Holanda cõſanguinea eius moreretur, occupauit & Brabantiam, Selandiam & Hannoniam. Flandria & Arteſia antè ſui iuris erant, intercedẽte morte ultimorum co mitum. Cunctas has terras reliquit in morte filio ſuo Carolo ultimo duci Burgundiæ, cu ius filiam Mariam accepit Maximilianus princeps Auſtriæ, factusq; eſt dominus omnium memoratarum terrarum, præter eas terras quas abſtulit in Burgundia & inferiori Germa nia rex Franciæ. Genuit autẽ Maximilianus cum ſua cõſorte Maria Philippum & Mar garetam hæredes omnium harum terrarum. Philippus genuit Carolum & Ferdinãdum, qui in hunc uſque diem poſſident Burgundiam, Hannoniam, Holandiam, Flandriam & Brabantiam.

Gotfridus dux Lotharingiæ.

Dux ultimus Brabantiæ.

Carolus potentiſs. dux Burgundiæ.

De regno Burgundiæ.

AB antiquis temporibus ſæpe tentatum fuit, ut Burgundia erigeretur in regnũ, ſed nunquam diu conſtitit in hoc faſtigio. Quin & Carolus ultimus dux Burgundiæ laborauit apud Fridericum Imperatorem, ut coronaretur in regem, at nõ fuit illi conceſſum. Anno Chriſti 1020 factus eſt rex Burgundiæ Rudolfus gener Burchardi ducis Sueuorum, cuius filiam Bertham habuit uxorem & idem ſocer Conradi Imperatoris, & quum abſq; ſobole maſcula moreretur, ſucceſſit ei rex Hẽricus filius Con radi Imperatoris. Complectebatur tunc Burgundiæ regnum Sequanos, ſuperiorem Bur gundiam, Allobroges qui hodie uocãtur Subaudi, Delphinatum & territorium quod eſt circa urbem Arelatẽſem, ubi ſcilicet Rhodanus exoneratur in mare mediterraneum. Sed non longè poſt diuiſa eſt terra in multa dominia, ubi regũ filij ſunt multiplicati. Burgun dia fuit diuiſa in comitatum & ducatum, habuitq; anno Chriſti 1300 ſuos peculiares domi nos, ſicut & terra Lugdunenſis obtinuit ſuum principẽ, quem Delphinũ appellarũt, qui multa geſſit bella cum uicinis populis Allobrogibus & comite Subaudorum. Et quum ul timus princeps Delphinatus Vmbertus unicũ haberet filium, illumq; amitteret, præ mœ rore uoluit ingredi monaſterium atque dominium Delphinatus tradere Romano põtifi ci pro modica pecunia, niſi nobiles Delphinatus obſtitiſſent, qui maluerũt eſſe ſub rege Franciæ, qui eos tueri poſſet contra Subaudos quàm ſub pontifice. Incorporatus eſt itaq; Delphinatus regno Frãciæ circa annũ Chriſti milleſimum trecẽteſimum & 50 ſub Philip po Valeſio rege Franciæ. Facta eſt quoque tunc cõſtitutio, quod ſeniores regũ filij patri bus in regno ſucceſſuri appellarẽtur Delphini, eſſentq; interim quo reges fierẽt, domini

Delphinatus.

Delphinatus,

Delphinatus, cuius prima urbs est Vienna. Hæc autē habeo ex nono libro Pauli Aemilij. Scripsi quoque nonnihil de hoc suprà, ubi de regionibus Galliæ mentionem fecimus. Notandū prętereà quod comitatus Burgundiæ & ducatus eiusdem, quum aliquādiu disiuncti fuissent, rursum sub unum dominiū sunt redacti, māseruntq; sic uniti usq; ad interfectionem Caroli ultimi ducis, tum rursum sunt disiuncti, arripuitq; rex Franciæ unū principatū, meliorē scilicet & Cæsar Maximilianus alterū. Ducatus mansit apud regnū, comitatus uero apud domū Austriæ, uterq; tamē feudum est regni Frāciæ. Alij tamen asserūt, comitatū feudum esse imperij, licet exemptum, uocaturq; Burgundia superior & est montosa. Ducatus uero habet terram planam. Pręcipuę ciuitates in comitatu sunt Bisantium, Salinum & Dollum, ubi Perlamentum est pro toto comitatu. Porrigitur autem is comitatus ad Confœderatos, ad ducatum Lotharingiæ & ad comitatum montis Beligardi. Porrò uersus occidentem extenditur ad Ararim fluuium, quem hodie Sonam uocant.

Vienna Delphinatus.

Ducatus Burgundiæ.


Duces & comites Brabantiæ & Lotharingiæ,

VT redeamus ad Lotharingiam & Brabātiam, notabis, nostro tempore quosdam conatos, harum prouinciarum intricationem hoc modo extricare. Quum Carolus magnus & posteri eius adhuc extarent, habuerunt sub suo dominio Franciam, Alemanniam & Italiam. Imperij sceptrum, ablatum est ex posteritate eorum citius quàm dominium regni Franciæ, quousque scilicet Capetus sese regni fascibus propria temeritate ingessit, qui non fuit de sanguine Caroli magni. Extabant quidem tunc aliqui, qui erant de semine Caroli magni, & hi moderabantur Lotharingiam & Brabantiam, tametsi non in multos annos propagauerint sobolem suam. Vltimus, nempe Carolus, reliquit post se filiam, quam duxit uxorem Lambertus Comes Bergensis siue Montensis, factusque est marchio Romani imperij & comes in Brabantia. Hunc secutus est in principatu filius eius senior Henricus. Post Henricum rerum potitus est filius eius Lambertus, post Lambertum filius eius Henricus secundus, & post hunc filius eius Henricus tertius. Deinde filius eius Gotfridus cum barba, qui etiam dux Lotharingiæ factus est. Gotfridum hunc subsecutus est Gotfridus secundus filius eius, qui dux fuit in Lotharingia & Brabantia. Post hunc Gotfridus tertius filius eius, & post eū Henricus primus filius eius, dux utriusq; prouinciæ. Cui successit filius eius Hēricus secundus, & post eum filius eius Henricus tertius, qui mortuus est anno Christi millesimo ducentesimo 60. Hic usus est titulo ducis Brabantiæ, prædecessores uero sui usi sunt titulo comitis & ducis Louanensis. Post eum imperiū habuit utriusq; ducatus filius eius Iohannes primus: & post eum filius eius Iohannes secundus, dux Lotharingiæ & Brabantiæ, & hic mortuus est anno Christi 1355. nullo relicto filio sed filiabus duabus, quarū unam nomine Iohannam accepit comes Holandiæ, & eo mortuo, duxit eam uxorem Wentzeslaus frater regis Bohemiæ. Eo quoq; mortuo, præfuit mulier illis regionibus quum nullum haberet filium. Moriente uero ea, Philippus audax filius regis Franciæ, qui sororem eius Margaritam habuit uxorem, factus est dux Burgundiæ & Brabātiæ atq; comes Flandriæ. Reliquit autem duos filios.

- Philippus audax
  - Antonius dux Brabantiæ
    - Philippus dux Brabantię post fratris sui obitum. Obijt autem & ipse sine hærede.
    - Iohannes dux Brabantiæ. Hic instituit academiam Louanieñ. anno 1427.
  - Iohannes dux Burgundiæ & comes Flandriæ.
    - Philippus pius dux Burgundiæ & Brabantiæ, comes Holādiæ, Selādię, &c.
      - Carolus dux & comes, cuius unicam filiam duxit Maximilianus

Sequitur

Sequitur genealogia ducum Lotharingiæ.



Alsatia separatur à Lotharingia.


SVccessio ducũ Lotharingię sępe intercisa fuit, id quod aduertere licet ex suprascripta genealogia. Primus constitutus dux uocatus est Carolus. Secundus Otto, cuius tempore Lotharingia separata est ab Alsatia, factaq; est Alsatia Lãdgrauiatus. Mortuus est autem iste Otto circa annum Christi 1020. Successit illi in ducatu cõsanguineus eius comes Gotfridus de Ardena. Et post illum filius eius Gotfridus qui mortuus est anno Christi 1070. Hunc subsecutus est filius eius Gotfridus gibbosus, qui occisus est anno 1076. Tunc Henricus quartus Imperator tradidit ducatum filio suo Conrado, sed restitutus est deinde familię Gotfridi, nempe nepoti eius ex sorore, qui & ipse appellabaẽ Gotfridus, factusq; est rex Ierosolymitanus. Successit illi in regno & ducatu frater eius Balduinus, cui deinde successit tertius frater Eustachius. Sunt tamen qui aiũt post Balduinum in ducatum trusum Henricum Limpurgensem anno Christi 1106. qui fuit septimus dux. Postea tradidit Henricus quintus Cæsar ducatũ comiti Louanienſi, nomine Guilhelmo. Cui successit filius eius Theodoricus. Hunc sequutus est filius eius Theobal-

Brabãtia separatur à Lotharingia.

dus, & Theobaldum Fridericus, sub quo Brabantia separata fuit à Lotharingia. Post Fridericũ adeptus est quidam Matthęus nomine ducatum, qui post se reliquit filiũ Simonem nomine & alium filium Fridericũ nomine, qui mortuus est anno Christi 1239. In cuius locum successit filius eius Matthęus, & post Matthęũ filius eius Fridericus, & post hunc filius eius Theobaldus, qui obijt anno 1311. successitq; filius eius Fridericus, ac deinde huius filius Rudolfus, qui mortuus est anno 1346. Rudolfo successit filius eius Iohannes, duxitq; uxorem Sophiam filiam Eberhardi comitis Wirtenbergeñ. & mortuus est anno 1382 sepultus Nanceię atq; relinquens successorẽ in ducatu Carolum, qui reliquit filiam unicam, quam duxit uxorẽ Renatus rex Sicilię, filius Ludouici ducis Andegauẽsis, factus per eam dux Lotharingię. Hic repulsus à Sicilia, retinuit inanem regni titulum. Reliquit autem filium nomine Iohannem & filiam Iolandam nomine, quam accepit uxorem Fridericus de Vademonte. Succedens autem Renato filius eius Iohannes, reliquit & ipse filium Nicolaũ, qui obijt sine liberis anno 1464. Tunc successit comes Fridericus de Vademonte factusq;

factusq; est dux Lotharingiæ, & reliquit successorem filium Renatum nomine, quẽ Carolus dux Burgundiæ tantis lacessiuit bellis, expulitq; è ducatu. At Renatus auxiliãtibus Heluetijs superior factus in bello, occisoq; Carolo anno Christi 1477 recuperauit ducatum, mortuus tandẽ anno 1508. Successit ei filius Antonius, qui anno Christi 1525 seditiosos rusticos in Alsatia trucidauit. Vt autẽ compendio in figura habeas, quomodo propinquiores duces Burgundiæ & Lotharingiæ atq; Austriæ iuxta lineam paternam aut maternam propagati sint ex regibus Franciæ, posui hic seriem & successionem totius genealogiæ Iohannis secundi regis Franciæ, quorum omnium ipse fuit pater, auus, abauus, tritauus, &c.

De comitatu Flandriæ.



QVamuis prouincia Flandriæ olim & hodie iuncta fuerit Germaniæ inferiori, tamen ego annumeraui eam Galliæ ob id quod situs eius sit in terra Galliæ, utaturq; pro bona parte lingua Gallica, præsertim in limitibus, & quod olim sub regibus Francie fuerit. Extremi eius limites tempore Christi habitati fuerunt à Morinis & Neruijs, qui hodie appellantur inferiores Flandri, extenduntuŕq; usq; ad Calesium quod & ipsum aliquando fuit Flandriæ annumeratũ. Meminit horũ populorum & ciuitatum eius Antoninus Pius in suo itinerario, potissimum autem mentionem facit ciuitatis Taruannæ atq; ciuitatis Virouiaci, quæ hodie uocantur Teruuanen & Weruijck. Virouiacum hodie est sub episcopatu Tornaceñ. Meminit quoque ciuitatis Tornacensis & item Castellæ, quæ hucusq; retinet nomen suum & sita est in monte. Interioris uero Flandriæ atque ciuitatis eius ut nostro æuo est culta, nec ipse nec alij antiqui scriptores recordantur. Sed nec nominis Flandriæ apud nos fit mentio usque ad annum Christi quadringẽtesimũ 45 hoc est, ad tempora Clodionis regis Frãciæ, qui habuit nepotem nomine Flandebertum, à quo Flandria, ut quidam putãt, hoc sortita est uocabulum. Historici cõmuniter sentiunt, quod anno Christi 620 Clotarius destinauerit in Flädriam præfectum

præfectum quendam nomine Ludericum (ab aliis appellatur Lydericus) cõstituerítq; eum foreſtarium, id eſt, Syluæ præfectũ. Nam regio illa nondum erat culta ſed pluribus nemoribus obducta, præſertim Arduẽna ſylua, cuius extremitas Flandriam cõtingebat. Alij paulò aliter de hoc ſcribunt, nempe in hunc modum. Anno Chriſti 621 ſub Imperatore Heraclio, cũ habitaret uir quidã locuples nomine Ludericus in uaſta & aſpera regione Flandriæ, uenit rex Franciæ Lotharius qui & Clotarius in uaſtã illam ſolitudinẽ uenãdi gratia, abductaq; eſt illi filia, quam ſecũ habebat, à Nordmannis. Quod cum ſenſiſſet Ludericus, rapuit puellam è manibus eorum, duxítq; eam uxorem, neſciens eam filiã eſſe regis, etiam cum ex ea genuiſſet tredecim filios. Sed cum hæc fabuloſa eſſe uideãtur, relinquamus ea. Scribunt alij Dagobertũ filium Clotarij cum rex Franciæ eſſet factus, laboraſſe, ut Chriſti fidem & cognitionem plantaret apud Flandros, curauitq; ad honorem Chriſti in loco ubi hodie eſt Brugis erigi templum, & prædicari Euangelium per ſanctum epiſcopũ Eligium anno Chriſti 665 illuc deſtinatum. Deinde ſanctus Amandus epiſcopus Tungrenſis prædicauit illis Chriſtum octo annis, conuerſaq; eſt bona pars populi, præſertim in littore maris habitantis ad Chriſti fidem. Habuit eo tempore Flandria paucas atq; eas exiguas ciuitates, ſicut & Iulius Cæſar de ea ſcribit in hũc ſenſum. Morini extremi Galliæ populi, ultimo uenerunt ſub Romanorum poteſtatem. Diu namq; repugnabant antequam ſeſe dederent, fiduciam habentes in nemoribus & ſtagnoſis locis, donec tãdem Iulius ſyluas reſecaret, agros uaſtaret atq; oppida eorũ exureret, illosq; adigeret ad poſtulandũ Romanorum gratiam. Meminit autem Iulius inter reliqua duorum oppidorum, quorum nomina ſunt Icium & Geſoriacum, quæ hodie putanẽ eſſe Caleſium & Bononia. Aliorũ oppidorum non facit mentionem, ſed uicorum tantũ. Qui uero poſt Chriſti incarnationem ſcripſerunt, hi quoq; mentionem faciunt Taruannæ & Tornaci. Quum Morini haud longè poſt apoſtolorũ tempora ad Chriſtum conuerſi eſſent, rurſumq; in paganiſmũ relaberentur, à diuo Odomaro iterũ Chriſto ſunt lucrefacti, à quo & inſignis ciuitas denominationem accepit. Vocatur enim Sant Omar, antea Sithiu appellata. Inualuit in ea noſtris temporibus uſus Gallicæ linguæ, quum antea Germanicè pro magna parte locuti fuerint.

Fides Chriſti plantatur in Flandria.


Morini putantur Flandri.

De ciuitatibus Flandriæ.

Tornacum.

NOſtro æuo multæ & inſignes ciuitates in Flandria reperiuntur, ſed paucæ uetuſtatem præ ſe ferunt, quũ intra quingentos annos ferè omnes extructæ ſint, perueneritq; ad illam in qua hodie ſunt ſublimitatem. Tornacum quod ipſi Tornay & Dornick appellant, habet mediocrem uetuſtatem, quũ Antoninus in ſuo itinerario illius mentionem faciat, & ea ciuitas ante multos annos ſeſe alienauit à Flãdris, tutelamq; apud reges Franciæ quæſiuit, quare à Comite quodã Flãdriæ Ferdinando nomine uice quadã obſeſſa expugnata fuit & recuperata. Et noſtris tẽporibus Maximilianus unà cum Henrico Angliæ rege eam expugnauit, ſed quã Anglus rurſum Gallis uendidit. Et ſuperueniens poſtea Carolus quintus Cæſar, eripuit eam Gallis, incorporauitq; Flandriæ. Eſt autem ciuitas epiſcopalis ſita iuxta Scaldim ad occidẽtem, licet cum tempore ultra flumina ad orientẽ bona pars in ædificijs acceſſerit, ubi & Angli fortiſſimam arcem condiderunt, per quam urbs in officio retineri poteſt. Mercatores & negociatores uaria exercent ibi negocia, & fundus ipſe ſatis fœcundus eſt, plurimũ ferens triticum.

Gandauum.



GAndauum ciuitas eſt ampla & bene munita, ſita in cõfluentia Liſæ & Scaldis. Porrigitur quoq; amnis quidam à Gãdauo ad Dammũ & hinc uerſus Brugas, quẽ Liuiã uocãt, eſtq; magis foſſa aquis inundans quàm fluuius, in utriuſq; urbis magnam commoditatem facta. Habet deinde Gandauum magnum emolumentum à ſtagnis, quæ Mouren uocantur, quæq; ex paludibus Vuaſię ditionis originem accipiunt. Habet præte-

rea urbs iſta ciues locupletes, qui pro magna ſui parte uiuũt ex cenſu & redditibus. Abundat opificibus, potiſſimũ textoribus, qui uaria pannorum & linteorum genera conficiũt. Situs eius eſt in ſuperiori Flandria, ſicut & ſtarum urbium Schluſz, Oldenburg, Ardenburg, &c. Sunt aliquot ciuitates & oppida ſub hac urbe, quorum habitatores municipes eius ſunt, quales ſunt Cortracum, Harlenbec, Lambec, Quatuor officia, &c. Simul enim ponũt exactam pecuniam, ſimul in militiam proficiſcuntur, ſimulq; conſilia captant. Produnt hiſtorię, quod circa annum Chriſti 661. ſanctus Amandus epiſcopus Tungrorum, gentes circa Gandauum habitantes imbuerit Chriſtiana religione, retraxeritq; ſtultos & pecuinos homines à craſſis ſuis erroribus, tametſi tũc ulla Gãdaui facta fuiſſe fundamenta negent plerique: tamen cõmuni opinione & doctorũ hominum autoritate inter omnes etiamnum conſtat, hãc urbem uetuſtate eſſe commendatiſſimã, ut quæ Iulio Cæſare autore eo loci (ubi quondam diui Bauonis monaſterium fuit, nunc arx eſt) facta ſit auctior, atq; adeò à Caio Cæſare Candauum dictum autumant.

Brugæ.



CIuitas iſta nullam habet uetuſtatem, nec natura bene eſt munita, caretq; præterfluente aliquo amne, niſi quod foſſa longitudine duorũ miliarium ad Sluſam uſque manu facta eſt, æſtu cõcitato tantũmodo nauigabilis, per quã olim cum mercatus Antuuerpiẽſis Brugis eſſet, merces nauiculis impoſitæ Brugas ducebãtur. Verum quum id mercatoribus ſatis graue eſſet, ac deinde Brugẽſes contra dominũ ſuum Maximilianum commoti eſſent, translatus eſt inde non ſine graui ciuitatis damno, mercatus ad Antuuerpiam, quo confluunt hodie mercatores ex omni natione, ex tota Germania, ex Schleſzuuic, ex Hiſpania, Italia, Anglia, Scotia, Francia, & alijs terris, quanq; Brugæ non penitus deſtitutæ ſint omni mercatu. Quantum enim attinet ad lanam, retinuit in hunc uſq; diem priſtinam negociationem & mercatorum concurſum. Anno domini 1488 commota urbs Brugenſis cepit regem Maximilianum, idq; eo nomine, ut reſignato terrę dominio, traderet illud Philippo filio ſuo, cui cõſiliarios aſſignare uoluerũt quibus ſimul adminiſtratio terræ cõmitteretur. Hanc autem diſcordiam excitauerũt præfecti regionis, qui duri fuerunt erga populum, exactiones graues imponentes, unde ipſi diteſcebant & nihil Maximiliano accedebat. Cõperta autem Fridericus Imperator filij captione, coacto magno exercitu ſine cunctatione deſcendit ad inferiorem Germaniã, & filium liberũ fecit. Habet & hæc ciuitas Brugẽſis multas ſub ſe ciuitates municipes, nẽpe Dammenſes, Honcauereñ, Sluſenſes, Neoporteñ, Duynkircheñ, Greuelingeñ, Mardycheñ, Furneñ & liberos Franconates. Per hos Franconates intellige paruam Flãdriæ regionẽ, quæ propter obtenta olim priuilegia dicta eſt Franca terra, habetq; 35 habitationes.

Maximilianus rex capitur.

De ciuitate Hyprenſi.

TOta Flandria ad orientem & occidentẽ diuiditur in quatuor præcipua membra. Primũ & principalius eſt Gandauũ, alterũ Brugæ, tertiũ Hypra & quartum terra Franca. Hyprẽſis ciuitas arte & natura optime eſt munita, fiuntq; in ea magnę nundinationes, præſertim in lana & optimis pannis, imò tota Flandria occupat hoc mercãtiæ genere, recipitq; lanas ab Hiſpanis, Anglis & Scotis, & textos pannos mittit in omnes totius Chriſtianitatis regiones.

De magnitudine & fertilitate Flandriæ.



LOngitudo Flãdriæ accipit à Scaldi fluuio, ut uerſus Antuuerpiam flectitur, uſq; ad nouam foſſam, quæ apud ſanctum Odomarum pro regionis defenſione eſt facta, poteſtq; pedibus curſoris ſpatio trium dierũ confici. Latitudo uero mẽſuratur iti nere unius diei à Lyſa fluuio uerſus mare. Terra uero quæ ultra Lyſam uerſus Frãciam exponit, uocat Flandria Gallica, habetq; multas inclytas ciuitates, præſertim Duacum uulgo Duai, Tornacum quam uulgo Dornic & Tornay appellãt, & Inſulam, quam Germani Ryſſel & Galli Lille uocant. Hannonia quoque & Arteſia, præſertim Atrebates, qui Arteſiæ pars ſunt, annumerantur ratione linguæ Flandriæ Gallicæ. Quantum uero attinet ad terræ fertilitatem, ſcribunt Flandrenſes de patria ſua, agrũ illum maiorem habere commoditatẽ ad ferẽda paſcua quàm frumenta, unde neceſſe eſt, ut Flandris aliunde frumentum miniſtretur, præſertim ab Atrebateſijs, Ambianenſibus, Cameracenſibus & alijs adiacẽtibus terris, imò ex Iutia, ex Hiſpania maritima & Anglia adfertur eis triticũ. Conficiuntur apud eos plurimi caſei & butyrum: habent quoque laudatiſſimam capturam hallecũ, quæ omnia magno ſuo lucro mittunt in exteras regiones. Exprimunt etiam oleum ex ſemine lini & raparum. Afferunt proinde eis mercatores Armorici ſal indectũ, quod ipſi nouerũt depurare ab omni fece. Habent portus maris optimos, præcipuè Cluſæ, Oſtẽdæ, Neoportus, Dunckerkæ & Duynkirchi. Caret regio uino, ſed quod optimum & uarium aliunde importatur, nempe ex Gallia & Germania. Care tamen uenditur propter longinquam uecturã & multorum uectigalium ſolutionem. Quapropter incolæ communiter utuntur ceruiſia. Abundat quoq; Flandria lignis, ut etiam quidam putent Carbonariam ſyluam olim in ea fuiſſe, nempe in agro Tornacenſi. Alij uero uolunt eam in Hannonia extitiſſe, habentes ſuas coniecturas. In littore tamen maris, penuria eſt lignorum, quapropter fouent ignem ceſpitibus graminoſis & nigra quadam atque uiſcoſa gleba, quam Darinc uocant, cuius incendium grauem ſpargit odorem. Vtuntur quoque ſtramine & ſtercore bouino ad ſolem torrefacto pro ignis fomento.

Flandria Gallica.

Inſula ciuitas.

Halleces.

Carbonaria ſylua.

In quanto periculo ſint Flandri ob æſtum & ſæuitiam maris.

QVando flat Corus, quem uentũ nautæ uocãt Norduueſt, & eſt medius inter uentum ſeptẽtrionalem & occidentalem, magno impetu cõmouetur mare, arbores quoq; turres, eccleſiæ, & ſublimiores edes grauiter quatiunt, & interdũ ad terram deijciũtur. Excitant etiã nonnunq; tam horribiles procellæ in mari, ut ſic cõmotæ longè in terrã agãtur, rumpant aggeres, inundent foſſas, diſſipentq; ſepta, deſtruantq; omnia obſtacula cõtra impetũ earum humana induſtria obiecta, quemadmodum anno Chriſti 1374 in Octobri factũ ſcimus, quãdo multa oppida inundatione maris perierũt, nẽpe Auenkerck, Hama, Iſendijck, Oſtmanſzkerck weſtend, Varna & Waterhet, ac deinde noſtra tempeſtate anno 1530 in Nouẽbri tam horẽdo impetu cõcuſſum eſt mare, ut æſtus eius deuaſtauerit plurima loca maritima, omnesq; ciuitates maritimæ multũ incõmodatæ fuerint, præſertim Caleſiũ, Grauelinga, Mardychũ, Dunkerkũ, Neoportus, Cluſa, Quatuor officia, Antuuerpia & ferè tota Selandia. Prope Neoportum aliquæ naues in portu hærentes, ſubito in profundum ſunt protractæ, agger in duobus locis ruptus & mare potenter in terrã Francã intromiſſum, porta una & pons ciuitatis diffracti, magnaq; pars inſulæ Cadſant prope Cluſam ſubmerſa. Inundantibus autẽ mari & fluminibus cum magna hominũ & rerum ſtrage, nõ tantum pagi, ſed & oppida Flandriæ & Selandiæ enauigata fuerũt cymbis fluuialibus. Ferũt maria omnia adeò inſolenter eo tempore aucta, ut ternis aut quaternis pedibus ſupergreſſa ſint aggerem. Cumq; inſula Bierfliet undiq; & ſemper alluatur mari tempeſtuoſo, quod ob eius cõtinuam commotionem uocant Dullart, id eſt, inſanum, illæſa tamen euaſit, & multi mirantur quod in hunc uſque diem non obruta fuerit fluctibus maris & planè ſubmerſa.

Nordweſt.

Inundatio maris.

Sequitur Genealogia dominorum. & comitum Flandriæ.

1 Ludericus ſiue Lydericus de Harlebec.
2 Engleranus filius Lyderici, à Germanis Ingram uocatus.
3 Odoacer, ab alijs Audacher appellatus, filius Englerani.

Ludericum, qui primũ in ſequenti genealogia tenet locũ, poſuit Carolus magnus anno Chriſti 792 præfectũ in Flandria ut ſylueſtrẽ regionẽ repurgaret à latrocinijs quę fiebant in terra illa inculta. Extendebatur dominiũ eius ab eo loco ubi hodie Brugæ ſunt uſq; ad Caleſiũ & Bononiã. Nec poterit eſſe is Ludericus, de quo iam ſuprà ſcripſi. Alij uero ſcribunt, quod poſt mortem Eſtoredi patris ſui in poſſeſſionẽ eius ſucceſſerit, ac deinde à Carolo magno in Saltuarium & præfectum Flandrici littoris conſtitutus fuerit.


2 Engleranus Luderici filius, factus eſt poſt patrẽ Foreſtarius Flãdrię anno Chriſti 808. Et quum regioni aliquot annis præfuiſſet, eliminaſſetq; rapacium hominum tyrannidem, mortuus eſt anno Chriſti 824. reliquitq; dominium filio ſuo Odoacro.

3 Odoacer de Harlebec factus eſt poſt mortem patris ſui Saltuarius Flandriæ, mortuus anno 837. 4 Balduinus iſte ferreus eſt dictus ob uirilem eius animũ, fortiaq; facta. Abduxit Iudithã filiã Imperatoris Caroli Calui, quã antea habuerat rex Angliæ, ob quam rem aliquot annis nõ potuit impetrare fauorẽ Imperatoris. Tandem tamen Imperator cõuerſus in clementiã, fecit eum primũ comitem Flandriæ, dediq; ei in dotem totam Flandriã, quam & coronę Franciæ ſubiecit, etiãſi tunc indiſcreta eſſet à Romano imperio. Cũ uero Flandria tẽporis ſucceſſu plurimis adornaretur urbibus, creſceretq; in diuitijs & ſequeſtratũ eſſet regnũ Franciæ à Rom. imperio, Flandria autẽ apud imperiũ maneret, nullum non mouerunt lapidem reges Franciæ, quo illam rurſum ad ſe traherent, multa paſſim excitantes prælia, quibus tamen parum promouerũt. Diuidunt duo iſti amnes, Scaldis & Somona Flandriã in duas ferè partes. Eſt autẽ Somona ad occidentẽ Flandriæ: & quicquid eſt citra Scaldẽ uerſus Somonã, paruit iam à multis annis Gallis, & terra quæ eſt ultra Scaldem, ut eſt comitatus Aliſt, terra Vuaſię, Quatuor officia, & Selandię inſulæ, ſubiacet Romano imperio, à quo comes Flandrię feudum illud habet, & eſt imperij Marchio. Cæterũ hic Balduinus extruxit Brugis caſtrum contra Nordmannos, obijtq; anno poſt Chriſtum natum 879.

5 Balduinus Caluus ſecũdus comes Flandiæ, habuit uxorem filiam regis Angliæ, mortuusq; eſt anno 918 cõditus Gandaui. Tempore huius principis eruperũt ex ſeptentrionalibus partibus Nordmanni, & irruẽtes in Flandriã, multa illi circa Scaldem intulerũt dãna. Collecti ergo incolæ ſtrauerũt in Carbonaria ſylua circiter octo millia, qua cæde hoſtes magis irritati, cœperunt multo crudelius graſſari in terra, exurentes ciuitates & uicos, Tornacũ, Aldenburgũ, Rodenburgum, Bononiã, Casletum, Hypram, Duacum, Taruannam, Antuuerpiam, &c. Adeò ſæuiebant, ut nemo illis poſſet reſiſtere. Et ut cohercerent à ſua tyrãnide, dedit Carolus Cæſar regi eorũ uxorẽ Gillam regis Lotharij filiã, deſignauitq; pro dote regionẽ Friſię. Deinde anno 888 Carolus Craſſus Imperator dedit illis Neuſtriã, quæ ab ipſis Normãdia eſt appellata, habetq; Rothomagum metropolim.

Seuicia Nordmannorum.

Neuſtria uocatur Nordmannia.



6 Arnolfus iſte plurimum cõmendatur à prudentia ſua. Is inſtaurauit & in meliorem ſtatum redegit ciuitates Hyprenſem, Furnẽſem, Bergeñ, Broburgeñ, Dixmudeñ, & quaſdam alias ciuitates. Inſtituit quoq; Brugis, Cortraci & Casleti annuas nundinas atq; emporia. 7 Balduinus iſte quartus fuit in Flandria comes, habuitq; uxorẽ Mathildem filiã ducis Saxoniæ. Eo autem mortuo, uxor relicta duxit maritum Gotfridũ comitem, genuitq; Gotfridum & Gotelonem duces Lotharingiæ.

8 Arnolfus quintus Flandriæ comes, duxit uxorem Roſulam filiam Berengarij regis Italiæ, quæ mortuo hoc Arnolfo nupſit anno 988 Roberto Capeto regi Franciæ.

9 Balduinus cum pulchra barba accepit uxorem Oginam principis Lutzelburgeñ filiã. Ipſe dicitur condidiſſe anno Chriſti 1007 ciuitatem inſularum. Mortuus eſt anno 1035. Fuit autẽ uir ſtrenuus atq; ob id Henrico ſancto Imperatori ualde acceptus, ut etiã dono ab eo accipere mereretur Valachriam & reliquas Selandicas inſulas, unde natũ eſt perpetuũ diſſidium inter Flandriam & Holãdiam, quod ferè quadringẽtis durauit annis. Nam Holandi ſibi uolebant uẽdicare harum inſularũ dominiũ, quod ante multos annos acceperant à Ludouico Imperatore, nepote Caroli magni. Sunt autẽ quinq; inſulæ Selandicæ, quarum nomina ſunt Valachria, Scaldia, Zutbeuera, Nortbeuera & Borſelia, quæ uulgo appellant Walachren, Scaldien, Zutbeuerland, Nortbeuerlãd, land von Borſzlen.


Inſulæ Selandicæ.

Ciuitas Inſularum.

10 Balduinus pius accepit uxorem Adelam filiam Roberti regis Franciæ. Ipſe conſummauit incœptũ ædificiũ ciuitatis inſularũ anno Chriſti 1054. Cinxit enim eam muro, muniuitq; arce. Natus fuerat in ea, & idcirco ſupra alias ciuitates amauit eam. Mortuus eſt anno 1067.

11 Balduinus


11 Balduinus Montenſis duxit uxorem Richildim filiã Raginerñ comitis Montenſis in Hannonia. Conceſſit in fata anno 1070. Soror eius Mathildis nupſit Guilelmo duci Normandiæ & regi Angliæ.



12 Robertus iunior filius Balduini Pij, cui pater dedit uxorem Gertrudem uiduã rẽlictam comitis Holãdiæ, aſſignãs ei pro portione hæreditaria quinq; inſulas Zelandicas, comitatũ Aloſtanum, terram quatuor officiorũ unà cum ingenti ſumma pecuniæ. Adegit quoq; eum iureiurando ut his cõtentus nunquã fratri foret iniurſus. Erat enim Robertus uir animo audaci ac præferoci, imperij cupidus, ad arma natus, & contrà Balduinus placido ac manſueto ingenio. Celebratis uero nuptijs in Holandia, Robertus indicẽs Phriſijs bellũ, partẽ aliquãtã eius regiõis ſubegit, indeq; nomẽ ſibi Friſio peperit. Balduinus uero frater paulò poſt uita excedens cõmiſit Roberto filiorũ ſuorũ tutelam, Arnolfõ Flandriã & Balduino Hannoniã teſtamẽto aſſignans. Eoq; defuncto poſcebat Robertus tutelam iuxta formã teſtamenti. At Richildis relicta uidua negans tutelam, occaſionẽ præbuit, ut ille ſe inimicũ declararet domus Flandriæ. Tunc Richildis feroci animo inuaſit quicquid Robertus habuit in Flãdris, nẽpe comitatũ Aloſtanũ, quatuor officia, inſulasq; Selãdicas & aduerſantes ſibi aliquot uiros primores grauiter mulctauit. Quod uidẽtes Flandri execrabanẽ durũ mulieris imperiũ, ſciſſaq; eſt Flandria in duas partes. Gandenſes, Brugẽſes, Hyprenſes, Cortracenſes, Casletani, Furnenſes, Burgẽ, &c. ſequuntur Robertũ: Arre-

Imperioſa mulier.

bates uero, Duacēſes, Tornaceñ, Audomarēſes, Bononieñ, &c. adhærēt Richildi & Arnulfo filio eius Flandrenſi comiti. Robertus autē expulit Richildim & filium eius, qui fugientes uenerunt ad Philippum Francorū regem, ſollicitantesq; illum obtinuerunt, ut rex cum exercitu ingrederetur Flandriam. Robertus uero cum ſuis magno impetu & ardore hoſtem imparatum inuadit, in fugam uertit & Richildim capit. Cumq; & ipſe caperetur ab hoſtibus, pro ſua liberatione coactus eſt Hānonienſibus Richildem reddere quæ Caſleti ſeruabatur. Deinde rurſum factus eſt cum hoſte cōgreſſus, cecidit q; inter alios comes Arnolfus, Richildis uero cum filio Balduino fugatur in Hannoniam. Ferūt in hoc prælio ad uiginti duo occubuiſſe hominum millia. Robertus itaq; Flandriam per uim obtinuit.




Hānonia ſubijcitur eccleſiæ Leodienſi.

Duxit autem tādem alteram uxorem, filiam ſcilicet Bernhardi ducis Saxoniæ. Richildis uero ut recuperaret filio ſuperſtiti paternam ditionem, conuerſa eſt ad epiſcopū Leodienſem, & aſſenſu Henrici Cæſaris ſubiecit illi in perpetuum Hānoniam, ſeq; eccleſiæ Leodienſis profeſſa eſt beneficiariam, impetrauitq; ab eo magnam uim pecuniæ, qua nouum bellum inſtaurauit, ſed inanes erant omnes eius conatus. Gerebat deinde cōtinenter Robertus bellum cū nepote ſuo Balduino Montenſi iuſto Flādriæ hærede, qui pro indigniſſimo habut, paterno ſe per patruū ſpoliari principatu. Firmatis uero in pace rebus, Robertus profectus eſt in Syriā & reuerſus mortuus eſt anno 1093. cuius filia Adela nupſerat Canuto regi Danię, ſed qui poſtea furore Danorum fuit interfectus, propterea quod eis perſuadere conaretur ut decimas penderent ſuarum frugum, unde uiuerent ſacerdotes. Canuto occiſo, Adela regina tam efferatæ gentis declinans furorem, cum Carolo impubere clanculum profugit, rediitq; in Flandriam ad patrem, duabus in Dania relictis filiabus. Nupſit autem poſtea Rogerio duci Apuliæ. Gertrudis uero altera filia nupſit primum comiti Louanienſi, deinde Theodorico Landgrauio Alſatienſi.

15 Robertus filius Roberti rerum potitur apud Flandros unà cum uxore Clemētia filia comitis Burgundiæ, profectusq; eſt cum principibus, comitibus & alijs militibus & qui

qui magnam expeditionem parauerunt in terram ſanctam cõtra Saracenos. Reuerſus uero anno 1100 cum incredibili lætitia eſt acceptus à ſuis. Deinde anno 1111 in bello Anglico interijt. Cõfoſſus enim equus eius, ipſe autem lapſus & oppreſſus tertia die expirauit.

14 Balduinus cognominatus fuit ſecuris, à ſumma legũ ſeueritate, ſiue quod ueterũ regum more ſecurim manu geſtare conſueuerit. Hic furũ latronũq; licentiã, quæ militante in Aſia patre increuerat, puniuit acerrimè, tutumq; negociatoribus præſtitit acceſſum. Cumq; demum Francorum regi opem ferret cõtra Anglum, uulnus letale in capite accepit, unde tandem mortuus eſt, poſtquam Carolum ſuum amitinũ Danorum regis filium inſtituiſſet hæredem.



15 Carolus. Hic ita ſe geſſit, ut malis eſſet formidini, à bonis autẽ impenſè amaretur. Cũq; anno 1126 ingens fames oboriretur in Flandria, tanta huius principis fuit erga pauperes miſeratio, ut uno quodã die Hypris ſeptẽ millia & octingentos panes præter pecuniã & ueſtes egenis diſtribuerit, ceruiſia cõfici inhibita, iuſſiſq; occidi tota Fiandria canibus. Eodem anno oborta contra eum Brugis cõſpiratione, optimi principis caput in templo orantis ab impijs tam grauiter eſt percuſſum ut cerebrum eius in pauimentum ſpargeretur. Sed parricidæ comprehẽſi exquiſitis ſupplicijs ſunt interfecti. Carolo itaq; interfecto non ita ſit concertatio pro principatu Flandriæ, inualuit tamen Ludouicus Frãcorum rex, qui Guilelmum Normannum comitem Flandriæ nuncupauit. *Canes tẽpore famis occidũtur.*

16 Guilelmus Normannus à Flandrorum comitum ſtemmate Mathildem Balduini pij filiam paternam habuit auiam, fitq; comes Flandriæ, cum tamen alij eſſent competitores propinquiores, nempe Arnolfus Danus nepos ex ſorore Caroli, Teodoricus Alſatius. Hic itaq; Guilelmus ab Henrico Angliæ rege patruo ſuo à Normannia exactus, ægrè ſuſceptus à Flãdris, perſecutus eſt Arnolfum Danum, coẽgitq; eum redire domum qua uenerat. Deinde cogitans de recuperãda Normãnia, impoſuit noua & inaudita Flandris uectigalia, magiſtratus precio creauit, omniaq; illi pecunia erant uiliora. Videntes er

go Flandri inexplebilem eius auariciam & intolerabilem rapacitatem, clanculum consul-
tabãt quid factu opus esset, censebantq; euocandum Theodoricum Landgrauij Alsatien
sis filiũ. Veniens ergo Alsatius acceptatus est à Flandris & Guilelmus eiectus. Grauiter
Landgrauius Alsatiæ fit comes Flandriæ. itaq; Guilelmus offensus, undiq; militem collegit, Theodoricum in Insula oppugnat, sed
nihil effecit. Diuertẽs ergo ad Alostanos cœpit illos grauiter affligere, si quo pacto Theo
doricum eliceret ad prælium. Videns autem Alsatius uim hostium Alostanis grauiter im-
minere, magno se animo ad illos cõtulit. Et cum Guilelmus ad portas usq; Alostanas Al-
satium insequeretur, balista ictus paulò post decessit, anno scilicet 1128.

17 Mortuo Guilelmo Normanno, Theodoricus Alsatius Roberti Frisij ex filia ne
pos rem Flandricam suscepit. Hic primam habuit uxorem, relictam Caroli comitis prę-
cessoris sui, qua mortua duxit Sibyllam filiam Fulconis Andegauensis Ierosolymorum re
gis. Huius tẽporibus nempe anno 1135 Oceanus se effudit in cõtinentem, bonamq; Flan-
driæ, Holandiæ ac Frisiæ partem subito submersit, magna tum hominum tum pecudum
Inundatio maris. multitudine extincta. Anno 1138 Theodoricus comes cura Flandriæ uxori Sibyllæ de-
mandata, profectus est magno comitatu in orientem, socero suo regi Ierusalem opem la-
turus aduersus Aegyptiorum barbariem. Deinde anno 1147 rursum professus est sa-
cram militiam, secutus Conradũ Cæsarẽ, reuersusq; tandem anno 1150 tradidit filiã suam
Margaritam Balduino comiti Hannoniẽsi uxorem, eaq; ratione sublatũ est bellum quod
fuit inter Flandros & Hannonienses. Anno 1157 Theodoricus cũ Sibylla uxore tertiò
profectus est Ierosolymam ut Balduino Ierosolymorũ regi opem ferret cõtra Saracenos.
Vbi Sibylla abdicato mundo monasticen est professa. Theodoricus uero omni uita pie-
tate insignis, religione illustris, munificẽtia clarus, fortitudine, iustícia ac rerum gestarum
magnitudine inclytus, anno 1168 Grauelingis moritur.

18 Phillipus Alsatiensis mortuo patre suscepit rerum gubernacula, adiecitq; Flãdrię
iure uxorio omnem Veromanduorũ comitatũ. Soror eius Margarita nupsit Balduino fi-
lio comitis Hannoniæ. Matthæus uero frater duxit uxorem instigante Henrico Anglo-
rum rege, Martam monialem & abbatissam, comitem Bononię, factusq; est ad eum modũ
comes Bononiæ: ex qua duas tulit filias Idam & Mathildim. Sed statim aqua & igni à Re
morũ põtifice interdictus, coactus est illã remittere ad monasteriũ. Ida successiue tres ha-
buit maritos, Gerardum comitem Geldriæ, Bertolfum ducem Zeringiæ, & Reginaldum
comitẽ de Castris. Mathildis uero nupsit Henrico comiti Louanienſi. Et cum pater ea-
rum Matthæus sine uirili semine ante oppidũ quoddam sagitta ictus decederet, nec à Phi-
lippo ob coniugis sterilitatem speraretur hæres, Philippus magno affectus dolore, Petrũ
fratrem retractum ab ecclesia Cameracẽsi, ubi fuerat episcopus electus, equestri donauit
dignitate, ac comitem Niuernensem matrimonio illi copulauit, ex qua ut filiam unicam
Sibyllam susceperet, accepto ueneno interijt. Philippus ergo anno



Vnde tot leones in insignibus. 1177 sororem suam Margaritam Hannoniæ nuptam comiti, hære-
dem instituit & ad cognatum suum regem Ierosolymitanum in Sy-
riam profectus est, ubi cum aliquandiu mansisset rediit sequenti an-
no domũ, assumpto leonis nigri nouo signo. Principibus enim Bel
garum parantibus nouam expeditionem in Syriã, assumpserunt ua
riorũ colorũ leones, relictis ueteribus insignibus. Anno 1182 mor
tua est Elisabeta Philippi principis uxor, comitissa Veromãdię, lon
go & insanabili implicita morbo. Duxit deinde Philippus comes
alteram uxorẽ, Mathildẽ filiam Alfonsi regis Portugalliæ. Anno
uero 1191 suscipiens arma sacra mortuus est in Syria, postq; rexerat Fladriam 24. annis,

19 Margarita soror Philippi & uxor Balduini comitis Hanonien. suscepit guber
nacula Flandriæ, licet multa loca ei auferrent, nempe Atrebates, Aria, Fanum Odomari,
comitatus quidam cum tota occidentali Flandria usq; ad fossam nouam quæ Ludouico re
gi attribuebantur. Deinde Mathildi relictæ uxori uiduæ sunt assignata usufructualia in ui
ta possidẽda, Duacũ, Insula, Sluſa, Casletum, Furnæ, &c. Balduinus itaq; uxoris nomine
salutatus est comes Flãdriæ. Decurtato aũt comitatu Flãdrico, Gandauẽses inter cæteras
ciuitates primas sibi uendicabãt partes, summãq; imperij ad se retrahebãt, indigne ferẽtes
q; tanta Flandriæ portio ad Gallos abijsset, Margaritã ac Balduinũ recipere recusauerũt,
nisi prius ipsorũ cõsuetudines, atq; ea quæ illis Philippus comes dedisset priuilegia confir

massent.

maſſent. Mortua autem Margarita anno 1194 ſalutaᷓ comes Flandriæ Balduinus filius eius, ſucceſſurus quoq; patri in Hannonia.

20 Balduinus Balduini filius uxorẽ duxit Mariam filiam Henrici comitis Cãpanię, Philippi regis Franciæ ex ſorore neptem. Fit deinde Imperator Cõſtantinopolitanus anno 1204. Cumq; ſequenti anno Adrianopolim urbem obſideret, cõmiſſo prælio interemptus eſt, ac poſtea nunq; uiſus. Frater eius Hẽricus duxit uxorem Petri Namurcẽſis filiã. Soror uero Eliſa ſeu Iſabella nupſit Ludouico regi Frãciæ, futura mater ſancti Ludouici: atque ob eas nuptias diuiſa eſt Arteſia à Flandria & ſorori in dotem aſſignata, quod poſteris tẽporibus multorũ præliorũ fomentũ fuit. Porrò Iolen aliã ſororẽ matrimonialiter duxit Petrus Altiſiodorenſ, ex quibus natus eſt Robertus Imperat. Græcorũ & Philippus comes Namurceñ. Sibyllam tertiã ſororẽ duxit uxorẽ Gerardus comes Lutzelburgeñ. *Comes Flandriæ fit Imperator.*

21 Iohanna filia Balduini anno 1211 cõciliante Mathilde Portugallenſi nupſit Ferdinando Sanctij Luſitaniæ regis filio. Eodem tempore Bochardus Auenienſis ex Britannia duxit uxorem Margaritã Iohannæ ſororẽ, cui tutor fuerat attributus. Fuerat hic Bochardus à Philippo Alſatio à teneris educatus, literis imbutus & tandẽ Aureliani profeſſor factus iuris ciuilis, deinde archidiaconus Laudunenſis ac Canonicus Tornacẽſis atq; ſacris initiatus propinquis inſcijs. De hinc rediit in Flandriam laico habitu ſpecieq; equeſtri ſuũ diſſimulans ordinem. Reliquit quotquot habuit ſacerdotia atq; ad ſtudia militaria & equeſtrẽ dignitatẽ ſe tranſtulit. Huic Balduinus Imperat. ad Aſiaticũ accinctus bellum, liberorum ſuorũ tutelam cõmiſit & procurationem Flandriæ Hannoniæq;. Eo in munere impigre ac dexterrime uerſatus, magnas ſibi opes ac diuitias parauit. Poſtquã autẽ innotuit eum eſſe ſubdiaconũ, Iohanna principe omnibus eum modis inſectante, trepidus & ſupplex refugit ad papã, ſi quo modo expediri à ſacris atque manere in matrimonio poſſet. At papa iubet ut Margaritã dimittat, illiq; & ſorori eius de tanta iniuria ſatisfaciat, inſuper in Aſiam proficiſcaᷓ militaturus cõtra barbaras gentes, & reuerſus in ſuſcepto ſemel uiuendi inſtituto æternũ maneat. His oneratus mandatis in Syriam proficiſcitur, ſed domum inde reuerſus cõſpecta uxore ac liberis, dixiſſe fertur, uiuũ ſe malle excoriari quàm cõplere ea quæ Romanus iniunxerat. Tunc à Romano põtifice interdicit participatione piorum, mortuusq; eſt anno 1221. Sunt qui ſcribunt eum diu Brugis in uinculis detẽtum & tandem Rupelmondę capite trũcatum. Porrò Ferdinandus grauiſſima cum rege Galliæ gerens bella tandem ab eo captus eſt anno 1214. Anno 1225 exortus nebulo quidam perturbauit omnem Flandriã Hannoniamq;, auſus ſcilicet ſe mentiri Balduinum Iohãnę comitiſſæ Flandriæ patrẽ apud uulgus nunq; nõ mobile, eo quod ſtatura corporis, & linea mentis haud admodũ malè Balduinũ referret. Veniensq; Cõpendium cum magno comitatu, toga ueſtitus rubra, albamq; dextra gerens uirgam, ab epiſcopo Bellouacorum publicè interrogatus, quo loco in uerba iuraſſet Philippi regis, item abs quo atq; ubi balteo eſſet inſignitus, ubi loci ac quo die celebraſſet ſponſalia cum Maria Campana, hærens æſtuansq; primũ obmutuit, deinde tridui petijt ſpacíũ ad reſpondendũ. Ob hæc aliaq; huiuſmodi pro impoſtore habitus, fide qua uenerat dimiſſus eſt, & fugiens uenit in Burgundiam, ibiq; captus uenditus eſt Iohannæ comitiſſæ 400 marcis argẽti. Tum ſe aperire coactus fatetur ſuam audaciã & nequitiam, traductusq; per omnia oppida Flandriæ & Hannoniæ, cauſaq; eius Inſulæ in iudicio cognita patibulo ſtrangulatur. Vulgus tamen Iohannam ſuſpẽdiſſe patrẽ ſuum fabulabaᷓ, eumq; tam fœdũ de muliere optima in hãc noſtram memoriã tranſmiſit rumorem. Pronũ eſt ſemper uulgus indocile ad ſtultas falſasq; cõcipiendas opiniones. Anno 1226 interuẽtu Blanchæ reginę Ferdinandus comes Flandriæ à uinculis eſt ſolutus, poſt annos ſcilicet 12 ac quinque menſes q̃ fuerat captus grauiſſimis præſcriptis cõditionibus. Mortuus eſt deinde Ferdinãdus anno 1233. Iohãna uero relicta uxor anno 1237 nupſit Thomę fratri comitis Sabaudię, quę & ipſa mortua eſt anno 1244. *Sacris initiatus duxit uxorem.* *Obſcurus quidam fingit ſe Imperatorẽ.*

22 Margarita ſoror Iohãnæ principis, nupſit poſt mortẽ Bochardi primi mariti, de q̃ iam ſcripſimus, Guilelmo Dãpetræ Burgũdici ſanguinis uiro, genuitq; Guilelmũ, Guidonem, Iohannẽ & Mariã, maritus uero obijt diẽ ſuũ anno 1241. Margarita autẽ poſt mortẽ ſororis & mariti ſucceſſit in regnũ, cœpitq; cũ filio natu maximo prudẽter ac ſtrenue gubernare. Initiotamẽ adminiſtrationis, Friderici Cæſaris & Leodiẽſis epiſcopi offenſam incurriſſe memoraᷓ, eo q̃ iureiurãdo ſe illis nõ deuinxiſſet, deq; Hannonia fidẽ in tempore non iuraſſet. Anno milleſimo ducenteſimo 45 oritur de ſucceſſione Flandriæ inter Margaritæ filios magna cõtentio, adeò ut Guilelmus, Guido & Iohannes poſteriore thoro procreati,

ro procreati, Iohannem ac Balduinũ fratres ſuos ex matre per ignominiã nothos appellarent. Iohannes uero Auenienſis ſubnixus ope comitis Holandiæ, cuius ſororem duxerat uxorem, matri ſuæ bellum indixit, eo quod Guilelmo Dampetræ poſterioris thori primo genito Flandriã poſt ſe deſtinaret, quã ſibi debitã contendebat. Factum tamen eſt ut arbitrio magnorũ uirorum diſſidiũ illud taliter cõponeretur, ut poſt mortẽ Margaritæ Dampetra Flandriã, Auenienſis uero adiret Hannoniã, ſuiſq; utercq; fratribus iuxta conſuetudinem per ſortem bonorum prouideret. Iohannes uero pertæſus longam matris uitã, rebellionẽ faciens matri, inuaſit Hannoniã, deuinxitq; ſe iureiurando epiſcopo Leodienſi, & hinc Flandriæ quoq; partes quaſdã, nempe Vuaſios, quatuor officia, Aloſtanos, &c. populari cœpit, cauſatus Flandricum dominatũ & quicquid beneficio imperij teneretur, nõ eſſe cognitionis regis Franci. Margarita cognitis hoſtium uiribus in cõditiones deſcendit, pacem à filio redemit, ſexaginta millibus aureorũ numeratis eidem. Porrò frater eius Guilelmus Dampetra, cui deſignata fuit Flãdria, profectus ad militiam ſacrã & captus à Soldano cũ alijs multis Chriſtianis principibus atq; magno auri põdere liberatus, rediẽs miſerabiliter eſt in Hannonia occiſus, quod Iohannis Balduiniq; fratrũ, qui peſſimè illum oderant, proditione factũ ſcriptores teſtantur. Incrudeſcit nouũ bellum, uincitur Margarita, capiũtur filij eius Guido ac Iohannes ab Holando, qui Iohanni Auenienſi opem tulit. Offertur Holando magna uis pecuniæ ut captos liberos reddat, ſed fruſtra hoc & alia tentantur. Paulo poſt Guilelmus Holandus in Friſiam proficiſcit ut bello eam gentem quateret, ſed uictus & occiſus eſt ibi. Dumq; aliena conatus eſt rapere, perdidit ſua. Siquidem Iohannes Auenienſ. ex Clade Guilelmi adeò fractus eſt, ut ex mœrore animi morbo cõtracto, haud diu poſt finem fecerit uiuendi. Sicq; liberati ſunt Guido & Iohannes Flandrenſes ſed non ſine grandi ære. Factum quoq; eſt matrimoniũ inter Florentiũ filiũ Guilelmi regis & Beatricem Guidonis comitis filiam, cui Selandia pro dote quoq; eſt aſſignata, appellatusq; eſt Florẽtius primus Selandiæ comes, quã cum omnibus ipſius inſulis poſſedit.

Dampetra captus à Soldano.

23 Guido comes Iſabellam Luceburgẽſis filiã duxit uxorem, factusq; eſt anno 1278 princeps Flãdriæ quãdo mortua eſt mater eius Margarita. Iohãnes uero Iohãnis Auenienſis filius adijt Hannoniã. Guido ſucceſſiue duas habuit uxores. Ex prima, Mathilde ſcilicet, ſuſtulit nomẽ liberos, & ex alia Luceburgenſi, ſex. Obijt anno 1304 in uinculis regis Francorum. 24 Robertus Betuniẽſis patri ſucceſſit in comitatu Flandrẽſi, contraxitq; matrimoniũ cum filia ducis Burgundiæ, mortuus anno 1322. Beatricem ſororem eius accepit uxorem comes Holandiæ, factusq; eſt comes inſularũ, ut iam oſtendimus. Iohannã uero aliã ſororẽ duxit princeps Iuliacenſis, ſicut & Iohannis Namurceñ. filiã Margaritam duxit alius comes Iuliacenſis. Porrò filia eius Mathildis nupſit duci Lotharingiæ.

25 Succeſſit Ludouicus iſte auo ſuo Roberto in principatu Flandriæ. Mortuus eſt enim pater eius ante auum. Habuit autem uxorẽ filiam Philippi Longi regis Francorum.

26 Ludouicus Malanus, dominus Flandriæ, Niuerniæ, Raſtellæ, & poſt matris ſuæ mortem dominus Burgundiæ, Arteſiæ & Salinæ. Accepit autem uxorem Margaretam filiam Iohannis ducis Brabantiæ, factusq; eſt per eam dux Brabantiæ, Lemburgi, Lotharingiæ, &c. Dictus eſt Malanus à certo quodã loco. 27 Margarita unica filia Lud. Malani & hæres Flandriæ, Arteſiæ, Salinę, Niuerniç, Raſtellę, Brgundiæ, Mechliniç, Antuuerpiç, &c. Hęc nupſit Philippo filio regis Francorũ, qui per eã factus eſt dux Burgundiæ & comes Flandriæ. Frater eius rex Carolus dono dedit fratris ſocero quater centena millia coronatorum. Mortua eſt autẽ mulier anno Chriſti 1404 relictis multis liberis, inter quos Catarina uxor facta eſt Lupoldi ducis Auſtriæ, Maria uero nupſit Amedeo duci Subaudienſ. genuitq; Ludouicũ ducẽ Subaudiæ & Mariã uxorem uicecomitis Mediolanenſ. Porrò Margaretã duxit uxorem comes Holandiæ & Hannoniæ. Diſcrepãt tamen iſta paululum ab illis quæ ſuprà in genealogia ducum Burgũdiæ ſunt dicta. Antonio obuenerũt Brabantia, Lotharingia & Lemburgũ. Philippus uero frater Antonij factus eſt dominus Niuernæ & Raſtellæ. Porrò Vgellani filiam accepit Iohannes Cliuenſis.

28 Iohannes dux Burgundiæ & comes Flandriæ duxit uxorem filiam comitis Hannoniæ & Holandiæ, mortuus 1419. Reliquit autem filium unum & multas filias. Margareta in duplici coniugio ſterilis fuit. Iſabella & Catarina quoq; ſine liberis deceſſerunt.

29 Philippus pius, dux Burgũdiæ & comes Flandriæ duxit uxorem Iſabellam regis Portugalliæ filiã. Cumq; nepos fraternus moreretur, factus eſt quoq; anno 1430 dux Brabantiæ.

bantiæ. Genuit proinde tres filios, è quibus Iodocus & Antonius ſine liberis deceſſerunt.

30 Carolus, potentiſſimus dux Burgũdiæ, Brabantiæ, comes Flandriç, &c. cuius prima uxor fuit filia Caroli regis Francorũ 7, ex qua nullã ſuſtulit prolẽ. Altera fuit filia Caroli ducis Borboniæ, & tertia ſoror regis Angliæ. Interijt hic dux Carolus anno 1476.

31 Maria filia unica Caroli Burgundi, cuius mater Eliſa filia fuit duciſſæ Borbonis. Hanc duxit Maximilianus anno 1478. mortuaq; eſt anno Chriſti 1481.

32 Philippus dux Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, comes Flandriæ, &c. duxit uxorem Iohannã filiã Ferdinandi regis Aragoniæ & Eliſabet reginæ Caſtellæ atq; Legionis. Mortuus eſt autem Philippus anno 1506. Margarita uero ſoror Philippi primũ deſponſata eſt Carolo 8 regi Galliæ, deinde Iohãni filio regis Caſtellæ & Aragoniæ qfuit frater uxoris Philippi, tertio duci Subaudiç Philiberto, poſtea multis annis uixit in uiduitate.

33 Carolus rex Hiſpaniæ & Imperator, comes Flandriæ, &c. duxit Iſabellam filiam Emanuelis regis Portugalliæ. Soror uero eius Leonora primum ducta eſt matrimoniali ter ab Emanuele rege Portugalliæ, deinde à Franciſco rege Galliæ. Iſabellam uero duxit Chriſtiernus rex Danorũ. Et cũ rex ille excluderetur regno, fugit regina Gandauũ, ibiq; mortua eſt. Catarinam uero duxit Iohannes rex Portugalliæ, filius Emanuelis.

De regione Luceburgenſi.

FVit primum regio iſta comitatus, ſed poſtea comitatus fuit cõmutatus in ducatũ. Henricus ſeptimus Cæſar, fuit comes Luceburgenſis non autem dux. Tempore Venceslai regis Romanorum atq; Bohemiæ, fuit comitatus iſte ſublimatus in ducatum, licet Cõradus Vecherius ſecus ſentiat, nempe, quod Henricus Cæſar ex comitatu fecerit ducatũ. Iohannes rex Bohemiæ captus oculis, habuit aulam ſuã et curiam Luceburgi, multaq; beneficia collocauit in habitatores huius regionis. Habuit hic comitatus & regnum Bohemiç centum annis et ſuprà, gubernatores de una & eadem familia. Poſtea uero ſeparata ſunt ab inuicẽ, mãſitq; Luceburgum apud fœminam Bauaricam, quæ iuriſdictionem ſuã uẽdidit Philippo duci Burgundiæ. Haud ſecus Wilhelmus dux Saxoniæ ius ſuum quod in Luceburgo habuit, uẽdidit dominis Burgundiæ. Cum q; Cæſar Maximilianus ſuccederet duci Carolo in Burgũdia, ſimul factus eſt hæres Luceburgi. Et Cæſar modernus Carolus quintus, mox in baptiſmi lauacro à patre ſuo Philippo honoratus eſt iſto ducatu, fuitq; primus eius titulus Princeps Luceburgẽſis. Quum duces Burgundiç rerum potirentẽ in hac regione, deſignarunt gubernatores in ea, Dominum de Croy & Marchionem Rudolfum de Hochberg. At quũ dominiũ eius aſſequereẽ Maximilianus Cæſar per uxorem ſuam, quæ Burgũda fuit, ſubſtituit ille in locũ ſuum pro gubernatore Chriſtophorũ marchionem Badẽſem, idq; pro aliquot millibus aureorum. Principes ergo Badenſes bonam ſeruãtes œconomiã in hac Luceburgenſi terra, defenderũt eam cõtra Galli & aliquorum comitũ (qui hoſtes erant) incurſus, deiecerunt quaſdã prædonum domos aut ſubegerũt eas. præſertim Bullgon, Eſzdan, Rodenmach & Richerſperg. Deinde Margareta duciſſa Auſtriæ & relicta uidua ducis Subaudieñ, filia Cæſaris Maximiliani, redemit oppignorationem gubernamenti à Bernhardo marchione Badenſi atq; deſignauit marchioni Montenſi Brabãtino. Quo mortuo, cõſtitutus eſt in ea regione præfectus à Carolo Imper. dapifer Hãnonienſis. Quem inuadẽs Gallus ſine præuia denuntiatione, fecit ferè totam terrã ſuæ ditionis, igne & gladio omnia uaſtans & perdens, anno ſcilicet 1542 & 1543. At Carolus Imperator paulò poſt omnia recuperauit. Eſt magnus & inſignis nobiliũ hominum numerus in hac terra, qui & ſua peculiaria habent priuilegia. Aliqui comites cogun-



tur ibi

tur ibi profiteri se beneficiarios, nempe Manderscheid, Arenburg, Salm, Ryfferscheit, Ryneck, Krichingen & Isenburg, cum alijs multis dominis & nobilibus. Habetur Luceburgi senatus sublimis, & præses unus inter consiliarios. Equestris ordinis uiri solent quotannis quater conuenire in urbe. Sunt in regione nemora multa, amnes non magni, aër salubris, & populus fidelis, cuius præcipuum studium est in pecoribus alendis quæ optima sunt in ea terra.

De ducatu Lemburgensi.



HIc ducatus haud procul ab Aquisgrano situs, fuit alí quãdo, nempe circa annum Christi 1172 comitatus, quãdo & propinqui comites Hannoniẽses, Namurcenses, Louanienses, (qui postea dicti sunt duces Brabantini) Holandenses, Luceburgenses & reliqui circumiacentes, suas possidebant ditiones. Henrici Imperatores erexerunt hunc comitatum in ducatum. Qua ratione moti, nõ inuenio, quum iustius Flandria ad hãc dignitatẽ euehi debuisset, si tota Imperatorẽ cognouisset. Defecit autẽ hic ducatus ante multos annos in uirili successione, subactaq; est maior eius pars ducatui Geldrensi. Sed cũ anno Christi 1293 comes Geldrẽsis caperet à duce Brabantiæ, coactus fuit comes pro sui liberatione multa restituere de ducatu Lemburgensi Brabãtinis. Habet autem hic ducatus titulum istum à sua metropoli Lemburgo, quod oppidum nõ multũ distat ab Aquisgrano atque à Leodio.


De terra & comitatu Holandensi.

SVmpsit initiũ comitatus Holandiæ sub Carolo Caluo, factusq; est primus eius comes Anno Christi 861 Theodoricus de stirpe & familia regum Francie, & mansit ditio illa apud posteritatem eius usq; ad annum Christi 1345 quãdo comes Wilhelmus ultimus filiam suam unicã cum comitatu tradidit Imperatori Ludouico Bauaro. Reliquit Ludouicus comitatum filio suo Wilhelmo, qui & ipse unicam tantum habuit filiam, quã duxit comes Geldrẽsis. Qua defuncta, Holandia multos habuit cõpetitores, qui pro ea contendebant, nempe Geldrenses, Bauaros & Burgundos. Tandẽ post mortem Iacobæ Burgundus factus est dominus eius, sicut & antea paucis ostensum est. Siquidem Guilelmus ultimus comes Holandiæ habuit uxorem filiam Philippi ducis Burgundiæ. Signabitur autẽ genealogia horũ comitũ infrà in Germania, ubi huius regionis quoq; fiet mentio copiosior. Habet hodie ciuitates florẽtissimas, inter quas Amsterdamum primas tenet, urbs propter mercimonia quæ ibi exercẽtur toto orbe celebris. Ipsa instar Venetiarum alluitur atq; circumluitur aquis marinis, creuitq; ex obscuris casis in tantum splendorem, quem habet hodie. Vnde Nicolaus Cannius,



Hæc illa est Batauæ non ultima gloria gentis
Amnis cui nomen cui cataracta dedit
Dicta prius Damum, raris habitata colonis
Cum contenta casis rustica uita fuit
Hinc Aemsteldamum iam facta celebrior, utq;
Fortunæ, creuit tempore nomen item.
Vrbs bene nota, propè atq; procul distantibus oris
Dotibus innumeris suspicienda bonis
Diues agri, diues præciosæ uestis & auri
Vt pleno cornu copia larga beet
Quod Tagus atq; Hermus uehit & Pactolus, in unum
Vere huc congestum dixeris esse locum.

Reliqua



A. Vetus eccle
ſia. B. Noua
eccleſia.
C. Prætoriũ.
D. S. Clara
E. Expanſoria
F. S. Margare.
G. Minoritæ.
H. Beata uirgo
K. Leproſi.
L. S. Magdale.
M. S. Barbara.
N. Paulini.

Reliqua quę memoratus Cannius de cultu, nitore, magnificoq; decore, religionis cura, de fœcundis ingenijs hic natis & alijs id genus rebus hoc loco cõmemorat, breuitatis gratia omittimus, ad alia tranſituri, præſertim cũ infrà copioſior de Holandia & eius ciuitatibus ſit mentio habenda. Roterodamum alia Holandię ciuitas, uel ſaltẽ hoc nomine clariſſima, totoq; orbe celebratiſſima, quod in ea natus eſt & à puericia educatus, doctiſſimus ille Eraſmus Roterodamus, bonarum literarum antiſtes & reparator, Germaniæ, maximè Batauę gentis, unicum decus, qui de patria ſua in Chiliadibus in hunc ſcribit modũ. Fuerunt Batani Germaniæ populi, Cattihorũ pars, qui domeſtica ſeditione pulſi, extrema Galliçæ oræ uacua cultoribus ſimulq; inſulã inter uada ſitam occupauere, quã mare oceanum à fronte, Rhenus amnis tergũ ac latera circũluit. Gens tum bello ualida tum opibus pollens, cuius terrã nunc Holandiam uocãt, mihi ſemper & celebrandã & uenerandã, ut cui uitæ huius initiũ debeam. Atq; utinã illi nos tam poſſimus honeſtamẽto uiciſſim eſſe, quàm illa nobis non eſt pœnitenda. Nam ſi mores eius domeſticos ſpectes, non alia gens eſt ad humanitatẽ, ad benignitatẽ propenſior, cuiq; minus adſit uel feritatis uel truculentiæ. Ingenium ſimplex & ab inſidijs, omniq; fuco alienum, nullis grauibus obnoxiũ uitijs, tantũ ad uoluptatẽ, præcipue cõuiuiorum aliquanto deditius. Cuius rei cauſam eſſe puto, mirã rerum omniũ exuberãtiam, quibus uoluptatis ſtudiũ irritari ſolet, idq; partim ob cõmoditatem importationũ, quod non ſolũ occupat duo nobiliſſimorũ fluminum oſtia, Moſę Rheniq;, uerumetiã q; aliquãta ſui parte Oceano alluitur, partim ob natiuam regionis ubertatẽ, ut quæ paſſim nauigabilibus ac piſcoſis interluatur fluuijs, paſcuis uberrimis



Eraſmi facies ad uiuum expreſſa.

abundet. Ad hæc auiũ infinitã copiã paludes, ſaltuſq; ſuppeditãt. Proinde negant aliam inueniri regionem, quæ ſimili ſpacio tantum oppidorũ cõtineat mediocri quidẽ magnitudine, ſed incredibili politia. In domeſticæ ſuppellectilis nitore, palmam uni cõcedunt Holãdiæ negociatores, quibus pleraque pars orbis eſt peragrata. Mediocriter eruditorum, nuſquam gentium frequentior numerus. Hæc Eraſmus.

De Comitatu Louanienſi.

Comitatus Louaniẽſis fuit olim magni nominis, habuitq; ſub ſe bonã Brabantiæ partem, cui & comites Ardẽſes præfuiſſe referunt. Tandem uero hi comites relicto ueteri titulo uſurparunt titulum Brabantiæ, ut ſuprà in Lotharingiæ deſcriptione indicauimus. De ducatibus Iuliacẽſi, Cliuenſi, Montenſi & Geldrenſi infrà faciam mentionem, ubi ad Germaniæ peruenero deſcriptionẽ.

De Britannia.

FVit Britannia aliquandiu ſub regibus Galliæ, deinde pãruit ducibus Normandiæ & tandem propriũ aliquot annis habuit ducem. Vltimus appellatus fuit Franciſcus, qui unicam filiam ſuam deſponſauit Maximiliano archiduci Auſtriæ. Cumq; Maximilianus proficiſceretur in Galliã ut illam ſibi duceret uxorem, præuenit eũ rex Franciæ Carolus octauus, præripuitq; hanc prædam. Nullam tamen ex ea ſuſtulit prolem. Moriturus autem deſignauit eã ſororio ſuo Ludouico, qui ſibi in regno erat ſucceſſurus. De qua re Kranzius ſic ſcribit. Multis ſeculis ducẽ ſuũ ſortita eſt Britannia uſq; ad annum ferè 1490. quo nouiſſimus dux Frãciſcus ſola filia relicta decedens, Romanorũ regi Maximiliano cũ deſponſa filia eius, potiũdæ ſpem fecit, ſed præuenit eum rex Frãciæ Carolus 8. qui deductã puellã Romanorũ regi, ubi Franciã pertranſire cõſtituit, detinuit, ſibi iunxit, reginã uocauit, & ipſe moriens ſine prole, ſucceſſori ſuo Ludouico pridem Aurelianenſi duci, pridem ſororio ſuo relictã coniugem habere fecit, monſtruoſis ſemper nuptijs infelicem fœminam nulli prouenientem marito, niſi quem iure tenere non poterat.

Hiſtoriæ quædam ſuccinctæ, & quæ in Galliæ regno ſunt geſta ab Hunorum temporibus uſq; ad noſtra ſecula.

PAſſa eſt Gallia multas & diuerſas afflictiones à gentibus paſſim irruẽtibus, poſtq; ſubacta fuit à Francis. Nam irruerunt in eam magno fremitu, poſt Britãnos Normandi, Gothi, Huni & Vandali, ſicut & Germania per poſteriores tres gentes ſæpe grauiter fuit afflicta. Cæterũ unde gentes illæ proceſſerint, dicã infrà, ubi Germaniam cœpero deſcribere. Vnde Britanni & Nortmãni uenerint, iam ſatis oſtendimus.

Anno Chriſti 455 uenit Attila Hunorum rex cum tanto exercitu hominum, qualem Europa antea nunquam uiderat, quem paſſim ex diuerſis collegerat immanibus hominibus, Sarmatis, Scythis, Gepidis, Quadis, Herulis, Rugis & Turcilingis. Scribũt hiſtorici, colluuiem illam fuiſſe quinquies centenorum milliũ armatorum uirorum, quos tyrannus ille ſimul habuit. Venit autem ex Pannonia inferiori & ingreſſus Italiã, ſubuertit & deuaſtauit obuia quæq;, potiſſimum Treuerim, Metim, Tungros, & alias multas ciuitates, caſtella,


ſtella, arces, & uicos, quouſque peruenit ad Catalaunicos campos, qui non longè abſunt à Toloſa prope Vaſconiam. Venientes illuc Romani, qui Galliam adhuc pro magna parte ſubiectã habebant, ut incolis opem ferrent cõtra tam horrendum & crudelem hoſtem, collegerũt ingentem exercitũ, cuius dux fuit Aetius, uir in bellicis rebus exercitatiſſimus quippe qui Valentiniani Imperatoris in occidẽtalibus partibus fuit ſummus dux militiæ. Adiunctus quoq; fuit illi Theodoricus Viſigothorũ rex, item Meroueus rex Francorum cum ſuis, qui ante paucos annos aduenę conceſſerant in Galliam, Saxones quoque, Pariſij & omnes qui uiribus ualebant, etiamſi antea inter ſe diſſidia habuerunt, iam ob communem hoſtem facti ſunt amici, modo hunc publicum hoſtem arceant à terminis ſuis. Erant Huni homines robuſtiſſimi, qui iam multas deuicerant & ſubegerãt regiones. Nec in eũ uſq; diem ullus fuerat populus, qui auſus fuerit pręlium committere cum eis: quapropter neceſſum erat, ut omni quo poterant modo ſibi proſpicerent, quatenus æquo Marte cum illis congrederentur. Aciebus itaq; utrinq; inſtructis, congreſſi ſunt duo illi exercitus populoſiſſimi, cõmittitur præliũ tam atrox & horrendũ, quale antea nemini innotuerat, nec fortaſſe unq; tale cõmiſſum erat. Pugnatũ eſt à meridie uſq; ad ueſperã utrinq; acerrimè, nocte prælium dirimente. Aiunt riuulum quendam, qui humili ripa Catalaunicũ ptæterfluit campum, peremptorum uulneribus humano ſanguine ſic auctum, ut inſtar rapidiſſi

Catalaunica pugna.



mi torrentis effluxerit. Inclinare tamen cœperunt res Hunorũ, ut etiam fuga ſibi ſalutem quærere cogerentur. Quod uidens Attila, fugit intra caſtra ſua, curauitq; conſtitui per circuitum quadrigarũ munimenta, ſcutiferos & ſagittarios, qui ſeſe hoſti opponerent, quouſq; ipſe aciem ſuam rurſum inſtauraret & in ordinem diſponeret. Iubebat etiam pyram conſtrui ex ſtramine, ſellis equorum & quibuſq; ramentis, quæ facile incendi poſſet, & in qua cõcremaretur, ſi hoſtes ſuperiores forent, ne in manus illorum uiuus incideret, aut ſaltem ſepultura non deſtitueretur, ſi in hoc prælio occumberet. Referuntur in eo prælio cecidiſſe ſupra centũ ſexaginta millia hominum. Et quamuis tyrannus uictus eſſet, id tamen ſolatij tulit, quod Theodoricum Gothorum præſtantiſſimum ducem obtruncatũ cognouit. Poſtera die uoluit Thoriſmundus filius Theodorici regis ulciſci patrem ſuum in Attila Hunorum rege, at Aetius conſuluit, ut expeditè paternum potius defenderet regnũ quàm hoſtem perſequeretur, ueritus ne profligato Attila, impetũ Gothi in Romanos uerterent. Sed pernicioſum fuit conſilium. Debellatus enim tum fuiſſet funditus Attila. Sed

Numerus occiſorum.



ubi retro abijſſe hoſtes iam acceperat, ipſe diuertit ad Remẽſes, oppugnataq; ciuitate obtinuit eam, & interfectis omnibus quos in ea inuenit, conuertit ſe ad Trecas. Cui occurrẽs diuus Lupus epiſcopus, interrogauit eũ in hũc modum. Quis es tu? At ille reſpondit. Flagellũ dei ego ſum. Comprehendens autem epiſcopus frenum eius, duxit eum per ciuitatem, nullo illato damno. Poſt hæc ingreſſus Germaniam, non deſijt ſæuire in ciuitates & alia quæq; loca, donec illi innotuit Aetium & Gothos nouũ

collegiſſe exercitũ,tunc rediens in Vngariam reparauit uires, & properãs ſæuo animo in
Attila pergit in Italiam, Italiam,profectus eſt per Stiriam & Carinthiam. Comperto autẽ per exploratores quod in mõtibus ingentes hoſtium copiæ eius expectarent aduentum, aliud arripuit iter,tranſferens ſcilicet exercitum ſuum per Sclauoniã & ueniens ad mare Adriaticũ ſubuertit ciuitates quaſcp. Aquileiã quocp obſedit tribus annis,donec eam expugnauit, de qua ſuo loco in Italia quocp ſcripturus ſum,Mediolanum diruit, Ticinum diſiecit,&c.

Anno Chriſti 700. Irruerunt Vandali in Galliam,& ſæuientes in homines & ciuitates, cõfregerunt eccleſias,ſubuerterunt monaſteria,expugnauerunt ciuitates,perdiderunt domos,deiecerunt arces atcp occiderũt innumeros homines,& in ſumma,uaſtabant omnia gladio & igne. Habuerũt etiã uice quadã regem qui Crochus appellabat̃,& is diruit Mo
Ex flagitijs magnus. guntiam iuxta Rhenum,accepitcp hoc conſilium à matre ſua,ſi cuperet magnus haberi & nomẽ poſt ſe relinquere in terra,ſubuerteret magnas ciuitates. Cumcp poſtea cõfregiſſet Metim,& conaretur etiã Treuerim in fauillas redigere,cã nullo pacto expugnare potuit.

Anno Chriſti 721 Abdiramus Saracenorum rex,qui & Muca uocabatur,& iam decennio poſſederat Hiſpaniam, ſuperatis montibus uenit in Vaſconiã & Aquitaniam, obtinuitcp Burdegalẽſem ciuitatẽ, & magno odio Chriſtiani nominis, occidit paſſim omnes in ciuitate,tam mulieres quàm uiros,iuuenes & ſenes,nec ætati nec ſexui parcens. Profectuscp ultra aggreſſus eſt Pictauos,ubi rurſum ſæuijt in homines, igneqp uaſtãs omnia lo-
Ingens hominum cædes. ca. Occurrẽs autem illi apud Turonenſes Carolus Martellus,auus Caroli magni,uicit Saracenos & regem eorũ,factacp eſt tanta ſtrages hominũ,ut ſcribantur tunc occubuiſſe trecenta ſeptuaginta quincp millia hominum. Venerant enim infideles cum uxoribus ſuis. A parte uero Chriſtifidelium referuntur cecidiſſe duntaxat mille & quingenti. Non multo interiecto tẽpore,reuerſi ſunt Saraceni nauigio ex Hiſpania,atcp per Rhodanũ, aſcendentes uenerũt ad Auinionẽ,quam & expugnauerũt. At Carolus Martellus ſine ulla cunctatione collecto exercitu cõgreſſus cũ Saracenis, atrociſſimo prælio cõflixit cum eis, uicitcp & eripuit ciuitatẽ ex manibus eorũ. Niſi hic ſtrenuus uir initio perdomuiſſet Sarace-
Maior domus. norũ tyrannicas irruptiones, iamdudum totam Europam expugnaſſent,ſuacp perfida fide conſpurcaſſent. Fuit autem Martellus iſte in aula regis ſummus dux, qui eo tempore Maior domus uocabatur, pendebantcp ab eo maiores regni cauſæ & ardua quæcp negocia. De qua re & ſuprà mentionẽ fecimus,oſtendentes quomodo poſteritas eius anno Chriſti 750 obtinuerit regnum & imperium occidentale.

Anno Chriſti 1180 fuit magna Iudæorũ multitudo in Gallia, de quibus ſpargebatur rumor, quod ſingulis annis clanculum Chriſtianũ puerum cõprehenderent, ducerẽt ad ſubterraneum quendam locũ, pœniscp affectum die Paraſceues crucifigerent. Quo audito, Philippus rex apprehendens Iudæos, ſupplicijs eos affecit, octoginta uiuos excitato rogo ſimul cremãs,ac deinde anno Chriſti 1182 expulit omnes è regno ſuo, præter eos qui ad Chriſtũ ſunt conuerſi. Poſtea uero quum propter bella inopia laboraret pecuniæ,accepta grandi à Iudæis pecunia,reditum eis cõceſſit & domicilium Pariſijs, ſicut & Ludouicus poſt eum ipſis totam aperuit Galliam.



Iudæi expelluntur.

Templarij pœnis afficiuntur.

Anno Chriſti 1307 ſæuitum eſt in Templarios & totum ordinem eorũ,potiſſimum in Gallia. Sunt qui illis imputauerũt magna ſcelera, nempe ambiguum coitum, ſacrificia crudeliſſima humani ſanguinis, & quod ſimulachrũ eis fuerit indutũ humana pelle,cui ordinem ingreſſi rationẽ uitæ profeſſi fuerint,quodcp Ieroſolymę ditio eorũ fraude Turcę ceſſerit,&c. Sed multi alij ſunt in hac opinione, ut putẽt Philippum regem, qui in proceres ordinis odium conceperat ob eorũ diuitias, magis amore cõſequendarũ opum quàm religionis gratia in eos tam grauiter animaduertiſſe. Conſenſu enim Clementis Rom. pont. cepit uno tempore omnes Templarios in Gallia, quorũ ingens fuit numerus, uarijscp eos pœnis torquens,tandem igne cremauit. Monebantur autem in primis, ut qui ſupplicium euadere cuperent, damnarent ordinem ſuum ceu ſectã inutilem, ſed nullus erat qui non in ſua pertinacia perſeueraret uſcp ad mortem,

ad mortem, quicq; malè loqueretur de ordine ſuo. Ab initio mũdi Gallia non uidit triſtius ſpectaculum atq; obſtinatius exemplum. Iacobus huius militiæ ſupremus dux ſeruabatur aliquãdiu cũ aliis tribus, ac deinde miſſus Lugdunũ ad Clementẽ papam, monitus eſt ad confeſſionem, ubi & nonnihil ipſum de ordine confeſſum produnt. Reductus uero Lutetiam & in medium cõſtitutus, rogabat ut pauliſper audiretur. Datoq; ſilentio, iureiurãdo affirmauit, ordinẽ ſuum non cõmeruiſſe ut ſic puniretur. Quod aũt aliquid Lugduni eſſet cõfeſſus, hoc magis pontificis uiolenta coactione quàm rei ueritate eſſet factum. Ipſe ſibi cõſcius non eſſet, quicq; à ſe & fratribus ſuis perperã geſtum in ordine. Hęc magna fatebatur uoce atq; intrepida mẽte expectabat mortẽ. Cumq; rurſum ipſe & alij tres ordinis magiſtri exquiſitis torquerentur pœnis, tam hilarem ac conſtantem præ ſe ferebãt uultum, ac ſi inſenſibiles facti eſſent. Hæc morientiũ conſtantia, cauſam ipſam ex parte regis magis ac magis ſuſpectã reddidit, nempe quod magis auaricia quàm Chriſtianæ religionis amore rex in ipſos tam ſeuerus fuit. Illico enim poſt Templariorũ interfectionem ſpoliati ſunt Iudæi per totã Galliã omnibus ſuis rebus, atq; unica induti tunica expulſi. Philippus tamẽ rex prætendebat peſſima illorũ facta, quo fucum aliquem prætexeret auariciæ ſuæ. Multa proinde aduerſa paſſus eſt rex cum filijs ſuis, quæ credita ſunt eis accidiſſe propter iniuſticias ſuas: multi etiã æſtimãtes illos iniuſte paſſos, ut martyres uenerati ſunt, tollẽtes deuote corpora eorũ & oſſa. Ferebãt autem ueſtẽ albã ſicut Teutonici fratres cũ rubea cruce.

Regis Philippi auaricia.

Anno Chriſti 1322 rapiebantur in Gallia multi leproſi ad ſupplicia. Incitati enim à diſcedentibus Iudæis, conſpirationẽ inter ſe fecerunt conſiliumq; inierunt, ut omnes fontes per Galliã intoxicarent, unde homines uel morerentur uel lepra inficerentur. Sicq; malignũ cogitatum effectui mãcipantes, parauerunt confectionẽ quandam ex ſanguine & humana urina, quibus immiſcebãt uenenatas quaſdam herbas, totumq; includẽtes panno & applicantes lapidem demittebant in fontes. Quo comperto Philippus rex fecit cõcremari in prouincia Narbonenſi omnes leproſos, qui rei deprehendebantur. Simile exemplum ſtatuit per totũ regnũ Gallię de omnibus Iudęis et leproſis, qui in hoc facinore rei inueniebãt. Capti quoq; fuerũt & incarcerati Vitriaci quadraginta Iudæi, de quibus ſuſpicio habebatur efficax quod ad hoc facinus cooperati fuiſſent. Cumq; illi nihil niſi imminẽtem cogitarent mortẽ, quã euadere nequirent, delegerunt duos ex ſeipſis, qui reliquos omnes interficerent, ne Chriſtianorũ manibus ad ſupplicium raperẽtur. Quo facto, ſenior inter duos ſuperſtites rogabat iuniorem ut manus in illum injceret occideretq́ue. Executus autem iunior & hoc homicidium, accepit omne aurum quod apud interfectos inuenit, & parato fune ex dilaceratis linteaminibus, demiſit ſe extra turrim in ſubiectam terram. Funiculus uero pondus corporis eius non ferens, ruptus eſt priuſquam ille ad ima peruenijſſet, & graui caſu quaſſatus fregit crus unũ, ut effugere nõ potuerit ex foſſa in quã cecidit, ſed ibi cõprehenſus iuſtaſq; & ipſe luit pœnas.



Leproſi facinus cõmittũt.

Iudæi ſeipſos interficiunt.

Anno Chriſti 1290 geſſit rex Galliæ multa & grauia bella cõtra Flandros, ut etiam ſæpenumero multa millia trucidarentur hominum. Quibus prælijs uſque adeo exhauſit fiſcum ſuum, ut intolerabiles exactiones regnicolis ſuis imponeret, religioſis & ſecularibus. Exegit enim triceſimum & quinquageſimum denarium omnium bonorum quę poſſidebant. Minuit quoque nonnihil pondus monetæ. Reſipiſcens uero tandem, monuit filium in morte, ut caueret ab huiuſmodi grauaminibus, ne ſubiectis exoſum ſe præberet, ſicut ſibi contigerat.

Regnũ Galliæ exactionibus grauatur.

Anno Chriſti 1400 ſurrexit potẽtiſſimus Carolus dux Burgũdiæ, & aggreſſus regem Franciæ, Ludouicum ſcilicet undecimum, fermè illum regno excluſit. Nam in loco Montheri non procul à Lutetia, potitus eſt uictoria contra illum. At rex cacauerat ſibi malum illud, geſſeratq; ſeſe taliter erga ſubditos, ut etiam omnes regni principes, quin & frater eius regi rebelles exiſterent. Exhauſerat enim uulgus inauditis exactionibus, grauiq; oppreſſit ſeruitute, nobiles uero contempſit & ademit principibus omnem poteſtatem & libertatem, ut ne uenari beſtias illis licitum eſſet.

Carolus Burgundus fugat regem.

Anno Chriſti 1408 quum diſſidium implicabile exortum eſſet inter epiſcopum Leodienſem & ciues Leodij, uenit Carolus dux Burgundiæ affinitatis cauſa epiſcopo ſuccurſurus

ſurus & obſidione cinxit ciuitatem. Venit & rex Ludouicus ut opem ferret ciuitati, cui bene cupiebat, ſed mutato animo Ludouici propter falſas ſuggeſtiones, deſertis Leodijs iunxit ſe duci, cœpitq; oppugnare ciuitatẽ. Videntes ergo ciues etiam cõfœderatos ſuos contra ſe hoſtiliter motos, conuerterunt ſe ad epiſcopum ſupplicãtes, ut remiſſa noxa patrem potius ciuitatis ageret quàm hoſtem, conciliaretq; eis ducem. Sed fruſtra huiuſmodi ingeminarunt preces. Videntes enim inexorabilem hoſtium animum, ſubito erumpentes ex urbe, irruerunt in ducis exercitum, incipientesq; ſæuire, facilè à fortiori repreſſi ſunt, coactiq; fugere intra ciuitatis mœnia. Inſequẽtes uero hoſtes, acriter oppugnabant urbẽ, nulla obſeſſis relicta quiete. Quod uidẽtes maiores quiq; in ciuitate, fuga ſibi ſalutẽ quęſierũt relictis in ciuitate uxoribus, liberis & uulgarib. quibuſq;. Erãt etiã nõnulli in ciuitate, qui eam hoſti prodiderũt, id quod tamen illis non impune ceſſit. Nam dux obtenta ciuitate fecit proditores omnes decollari unà cum alijs promiſcui ſexus hominibus, quos omnes interfecit, nullo habito delectu inter fœminas & uiros, pueros & ſenes. Cõfodiebant etiã ſacerdotes & monachi in tẽplis & in miſſarũ ſolennijs. Colligabãt mulieres à tergo & proijciebant in ſubiectũ Moſæ fluuiũ. Vltimo exurebant ciuitatẽ & diruebant murum. Numerantur quadraginta millia hominũ qui in ciuitate trucidati, & duodecim millia mulierum, quę in aquas proiectę fuerũt atq; ſubmerſę. At tãta Caroli ducis tyrãnis, inulta nõ manſit.

Crudelitas extrema.

Bellum Burgundicum.

Bellum inter Burgũdos & Heluetios.



Anno 1474. exortũ eſt bellũ atrociſſimũ inter Carolum ducem Burgũdiæ & Heluetios. Habuit eñ hic Carolus præfectum quendam in Alſatia & Sũggoia, Petrum ab Hagenbach nomine, qui ducis nomine curabat has terras, quas Sigiſmũdus dux Auſtrię pignoris loco duci Carolo, p ſumma quadã pecuniæ dederat. Petrus uero abuſus ſuo officio, uiolabat uxores ſuorũ ſubditorũ, fecitq; quoſdam ex ſenatu Dannẽſi, ſine cauſa decollari, quapropter captus & publico iudicio multarum inſignium ciuitatum morti adiudicatus, Briſaci fuit equeſtri dignitate priuatus atq; tandem decollatus. Fuerunt autem & Heluetij ad hoc iudicium uocati, quibus multas quoque intulerat iniurias. Hanc hiſtoriam inuenies infrà ante Alſatiam deſcriptam. Volens proinde dux Sigiſmundus ſuas redimere terras, renuit Carolus acquieſcere, ſed ui conabatur eas ſibi reſeruare, ſciens quàm fertiles eſſent ad proferẽdum uinum optimum & frumẽti ingẽtem copiam. Sigiſmundus uero numerata pecunia & depoſita apud publicum menſarium, eoq; per caduceatorẽ Carolo ſignificato, fretus auxilio Heluetiorũ, terras ſuas rurſum in ſuam accepit poteſtatem, & ubique præfectos iuratos illis dedit. Quod Carolus ægreferens, inſtituebat uindictã ſumere de Heluetijs & Sunggoijs. Heluetij uero olfaciẽtes quod futurum erat, non expectabant aduentũ hoſtis, ſed ſine mora inuaſerũt terrã duciſſæ Subaudiẽſis, quæ à parte ducis erat, occupantes meliora oppida, nẽpe Grãſen, Orben, Iũgen, Iuerdon, Morſee & totã terrã iuxta lacũ Loſanneñ. uſq; ad Geneuã.

Inter geſta Heluetiorũ hæc hiſtoria copioſe tractatur.

Effigies ducis Caroli.



At mulier

At mulier uidens ſe imparem uiribus Heluetiorum, donauit duci Burgundiæ omnes terras illas quas ei eripuerant Heluetij. Quapropter metuentes cõfœderati Heluetij, ne dux occuparet memorata oppida & arces in graue diſpendiũ ſuæ regionis, quæ ab illa parte terminat ad Subaudi ditionẽ, præuenerũt eum. Dux itaq; cõgregato magno exercitu, uenit per Lotharingiam ut aggrederetur Heluetios, & inueniẽs prope Nanceiam ſeu Nãſeum oppidum iter ſibi præclulum, facilè oppugnauit atque obtinuit oppidum ipſum, auctioribuſq; uiribus ſuum roborauit exercitũ. Hinc uero per ſuperiorẽ Burgundiã traducẽs exercitũ, uenit in Subaudię terrã, occupauitq; prope Granſen duas arces, & omnes Germanos milites quos in eis offendit (erant autẽ circiter quingenti) iuſſit ſuſpẽdi ad arbores, ſex aut octo ad ramum unũ. Heluetij ergo, Sunggoij, Briſgoij & habitatores nigræ ſyluæ excitati hoc rumore, uenerunt illico cum magnis copijs, & recuperarunt amiſſas arces. Cõgreſſiq; duo exercitus ineunt prælium ſpecie quidem horrendũ, at pauci ceciderunt. Nam Burgundi cõtra ducis uotũ fuga ſalutẽ quæſierunt. In hac pugna amiſit dux omnes ſuas bombardas, trecenta dolia (quæ donnas uocant) pulueris bombardici, & magnã uim indumentorũ & ornamentorum ſericeorũ, unà cum ingenti theſauro præcioſorum iocalium de argẽto, auro & lapidibus præcioſis. Inuenti quoq; ſunt in caſtris eius ter mille ſacci pleni auena, duo millia quadrigarũ, cũ laqueis & funibus, quibus inſtituerat captiuos ſuſpẽdere, bis mille uaſa hallecum, multa uaſa plena fumatis & exiccatis piſcibus, unà cum ſalſis carnibus, gallinis, anſeribus. Item tres quadrigæ repletæ baliſtis, neruis, funibus & telis, multæ quadrigæ plenæ iaculis Anglicis, octo millia contorũ aculeatorũ, plurima pocula argẽtea & aurea cælata cũ lauacro argẽteo, quæ cauſa ſplendidioris apparatus ſecum tulerat, ſigilla eius, maius ac minus, ſigillũ fratris eius Antonij, qui tamẽ illegitimus erat. Item ficus, amygdala & ſpecies aromaticæ ſine pondere & mẽſura, uiginti quatuor ſigna militaria ſeu uexilla, multa tẽtoria & magna copia eſcarum. Ingens quoq; pecuniæ aceruus eſt inuẽtus, quẽ uictores pileis inter ſe diſtribuerunt. In ſumma, æſtimatio omniũ bonorũ, quæ dux in hac prima pugna perdidit, fuit trigeſies centenorũ millium coronatorum. Heluetij itaq; hac potiti uictoria, caſtra mouerunt contra oppidum Granſen, quòd Burgũdi occupabant, & inuenerũt ibi miſerũ ſpectaculum, fratres ſcilicet ſuos adhuc recentes, ad arbores ſuſpenſos, quos depoſitos cõdiderunt in monaſterio Franciſcanorũ iuxta lacũ, anno ſcilicet 1476 altera Martij. Poſtea nõ multo interiecto tẽpore cupiens dux illatum ulciſci damnũ, inſtaurato exercitu obſedit oppidũ, quod uulgo Murten uocamus, & hodie ſub Bernatiũ eſt ditione. Heluetij audientes ducẽ redintegrare bellum, uenerunt abſq; mora, quibus etiã iunctus eſt Renatus dux Lotharingiæ, cui Burgundus abſtulerat Nanceiã ſed ille poſtea rurſum obtinuit, & cõgreſſi cum duce, duroq; commiſſo prælio, ſuperiores facti ſunt. Inſtauratus eſt exercitus Heluetiorũ ſubſidio Baſilienſiũ, Argentinenſium, Sunggoiorũ & ducis Renati, aſcẽditq; uſq; ad quadraginta millia electorũ militum & equitum armatorũ, qui omnes intrepido animo irruerũt in caſtra ducis Burgundi, fuderunt q; omne robur eius, & iam ſecundo ducem in fugã uertunt, diripiuntq; caſtra eius & nõ uulgaria colligunt ſpolia. Ceciderũt in hac ſecũda pugna à parte Burgundi, ad decem & ſeptem millia uirorũ, à parte uero Heluetiorũ non ſunt deſiderati ultra quinquaginta uiros. Alij uero ſcribũt, in ipſo cõflictu occubuiſſe duntaxat tria millia uirorũ, equites uero & cataphracti ducũ Auſtriæ & Lotharingiæ inſequẽtes fugientem hoſtem, ſine ceſſatione trucidarũt eum uſq; ad Paterniacũ. Aliquot annis poſt hanc cædem extructa eſt domus extra mœnia oppidi Murten, quæ impleta eſt oſſibus interfectorũ, in quibus hodie adhuc aperta indicia apparent uulnerum & ictuũ, gladijs, pugionibus & iaculis illatorũ. Indignatus autem dux Burgundiæ quod iam ſecundo occubuiſſet, profligatus fuiſſet à duce ſe longe inferiori, qui antea regem Galliæ ferè regno exturbauerat, ſeq; pro rege geſſerat, etiamſi Fridericus Imperator detrectaret illi dare regium diadema, ſpirabat minas quomodo hanc iniuriam ulciſceretur. Contigit autem hæc ſecunda eius clades menſe Iunio. Cum itaque tantam confuſionem ab Heluetijs & eorum auxiliarijs paſſus fuiſſet, uolens tantam iacturã ulciſci in duce Lotharingiæ, tẽpore hyemali obſidione cinxit Nanceiam,



Prima Burgundi & Heluetiorum pugna.

Secunda pugna apud Murten.

ceiam,adeoq; infestabat eam,ut fame arbitraretur eam subigendam. Verum nisi episcopus Metensis, illi suppeditasset cõmeatum,ipse præ fame coactus fuisset soluere obsidionem. Accelerantes autem Heluetij cum copijs ducis Lotharingiæ, inuaserũt ducem Burgundiæ & eius exercitũ in præuigilio Epiphaniæ,anno 1477 grauissimo prælio adorientes imparatos, quod Burgundi ferre non ualentes in fugam sunt conuersi,cæsis ex eis aliquot millibus in ipsa fuga,multis etiam impulsis & submersis in Mosella. Qui uero sibi latibula in nemoribus quæsierũt,inuenti ab incolis loci,trucidati sunt. Sed & dux Renatus non destitit persequi hostem quousq; nox ipsum pedem referre coëgit. Porrò infelix Carolus quũ & ipse fuga salutem quæreret, lapso equo,aut ut alij scribunt,deiectus ab equo, tribus uulneribus est interemptus. Vnum habuit in capite,alterum in fœmore & tertium in parte corporis posteriori. Fuit interitus eius aliquantisper incognitus,nec quis eum interfecerit sciebatur. Inuentum uero corpus eius inter reliqua cadauera & cognitum, delatum est Nanceiã. Facies eius adeo intumuerat ex frigore,ut uix cognosci posset. Diu fuit dubitatum de interitu eius. Quidam enim dixerunt,eum uiuum abductum & regi Galliæ præsentatũ. Alij uero aiebant,eum per fugam elapsum,assumpsisseq; uoluntariã peregrinationem,& reuersurũ post certum tempus. Mercatores multa cauillabant de eo, emẽtes & uendentes plurima,quorũ solutio differebatur in reditum eius. Inuentus est quoq; post paucos annos Bruxellis in Spirẽsi diœcesi uir quidã per omnia duci Carolo similis, quem uulgus cõstanter asserebat Carolum ipsum esse,quantumlibet ille reclamaret,negareq; se illum esse. Interempto autem duce Carolo, noua discordia exorta est inter regem Maximilianum & regem Franciæ. Rex enim Ludouicus accepta Picardia conabatur quoq; in deditionem accipere Artesiam unà cum tota Burgundia, sicut & ciuitates quasdam occupauit, quas tamẽ Maximilianus rursum recuperauit, celebratis nuptijs cum filia ducis Caroli,quæ sibi Gandaui reseruabatur.

Tertia pugna apud Nanceiã.

Carolus dux interficitur.

Anno Christi 1513 conatus est Maximilianus recuperare in Burgũdia quicquid ei subtraxerat rex Galliæ,& conducens Heluetios,adijciensq; eis copias militum, nobilium & comitum,iustum exercitum misit in Burgundiam. Qui obsidione cingentes primam & præcipuam ciuitatem, nempe Diuionem, infestabant eam aliquandiu machinis bellicis. Obsessi uero sperantes se posse pecunia emere pacem à Cæsarianis, nullum non mouerũt lapidem quo hostem scutis aureis à mœnijs arcerent. At cum illi recusarent oblatum accipere aurum,quin magis spem haberẽt,ut post illam captam ciuitatem,facilè tota potirentur Burgundia,erant in exercitu plurimi,qui inconsultis ducibus & magnatibus exercitus,accipientes pecuniam detrectarunt pugnare contra ciuitatẽ. Tunc ergo Cæsariani coacti fuerunt re infecta in Germaniam redire.


Finis descriptionis Galliæ.

Descriptio

DESCRIPTIO ITA-

liæ ſecundum uarios eius populos, ciui-

tates, montes, amnes, mores, mutationes, res in ea temporis ſucceſſu geſtas, &c.



TOmnia ſuo ordine atq; recte intelligas, quæ de Italia ſcripturus ſum, ualde utile erit ſitum eius in tabulis eam repreſentantibus cõtueri, potiſſimũ aũt eam quę integrã ob oculos ponit Italiã. Iſta uero quę paulo pòſt ponit, ob Lombardiæ maiorẽ explicationẽ à nobis eſt addita, quũ in Italiæ integra delineatione propter loci anguſtiã tot ciuitates ſignari nequeant ut in Lõbardiæ fragmẽto. Aduertas itaq; in primis totius Italiæ ſitũ, quomodo innatet mari, ſeparata ab omnibus aliis terris, ſolũq; ab una parte cohęreat cõtinenti, alias inſula eſſet. Siquidẽ ad dextrã habet mare Adriaticũ & ad læuã mare mediterraneũ, quod in eo loco ubi Italiã alluit ab antiquis tẽporibus mare Tyrrhenũ eſt appellatũ, potiſſimũ circũ Romã. Iuxta Genuã uero à Liguriæ regione Liguſticũ eſt appellatũ. Alluũtur itaq; Italiæ extremitates omni ferè ex parte aquis, ac deinde innumeris perfundit amnibus, unde ſupra modũ fœcundat, ut ſibi ſimilis terra uix ſub ſole inueniat. Patet latitudo eius maior à mari ad mare ſpacio 25 miliariũ Germanicorũ, exponitq; cœlo calido, unde plurimũ eiaccidit fertilitatis. Sumit initium ab Alpibus, quæ miram ſolariũ radiorum reflexionem reuerberãtes, magnã ei afferũt cõmoditatem. Ac deinde cũ perpetuis candeſcãt niuibus, indeſinẽtibus aquis irrigant Longobardiã, plurimos & magnos efficiũt lacus, nedũ à parte Italiæ, uerũ & oppoſita parte, quã Heluetij inhabitãt. Ab his itaq; montibus incipit Italia, porrigituq; longo tractu inter meridiẽ & orientẽ uſq; ad inſulam Siciliæ, quę olim iuncta fuit Italiæ, ut à ueteribus memoriæ proditũ eſt, & à nobis in deſcriptione Siciliæ fuſius oſtendetur. Cœpit etiã Italia ante duo millia annorũ ſibi uſurpare dominiũ in alias prouincias, eoq; temporis ſucceſſu peruenit, ut totius mũdi imperium felicibus auſpicijs obtinuerit, id quod ſuo loco infrà dicã, ubi de adminiſtratione imperij Romani ſermo incidet. Præ ſe fert autem Italiæ ſitus maieſtatem quandã, proinde quaſi non ſine ratione ad tam tam aſcenderit poteſtatẽ, quandoquidẽ undiq; ſic natura munita ſit, ut à nulla parte pateat ingreſſus in eam citra laborẽ & ſudorẽ. Cingitur æquoribus ceu magnis foſſis & à tergo habet montes inſtar incorruptibiliũ murorũ. Quanto conatu & labore Hanibal hos ſuperauerit muros tranſpoſuerit q; exercitum ſuum, inuenies apud hiſtoricos, qui Carthaginenſe bellum deſcribunt.

Deſcriptio

Alpes terminant Italiã.


Sardinia
Sardos
Ponza
Neapolis
Caieta
Capua
Campa
Rom
Corſica
Aleria
Viterbium
Aquila
Apulia
Aquapẽdent
Spoleti
Capraria
Ancona
Vrbin
Senis
Florentia
Piſa
Lucca
Ariminum
Genua
Imola
Bononia
Ferraria
Adriaticum
Mare
Padus fl.
Parma
Lombardy
Aſta
Turin
Placentz
Alexand.
Eſti
Padua
Bern
Paphy
Meilãd
Venetiæ
Vincentia
Cũm
Nawer
Triendt
Der lang ſee
Friaûl
Aquileia
Loiowers

Quomodo

Quomodo Italia primum ſedes homi-

num facta, & unde hoc habeat nomen.



CONſentiunt in hoc ueteres ſcriptores, Ianum, qui & Ogyges, eo tempore ueniſſe in Italiam, quando mundus adhuc fuit aureus, & homines iuſti. Ipſe docuit homines plantare uinum & frumentum, & de eis facere oblationes, atq; temperate inde uiuere. Sic enim Fabius pictor de eo ſcribit. Fuit Ianus ſacerdos & uir religioſus, doctus, philoſophus & theologus. Fuit inquam pater deorũ & hominũ, caput & rector totius primi humani generis, à quo ſuo æuo magni & lati orbis pẽdebat cuſtodia. Egreſſus eſt Ianus iſte poſt diluuium ex Aramea, quæ poſtea Armenia, in Italiam, condidit q; in ea ciuitatẽ, quam de ſuo nomine Ianuam appellauit, quæ hodie Genua dicitur, poſtea uero tota regio ab eo Ianicula eſt denominata. Porrò uxorem eius aiunt Veſtam appellatam. Vt autem ſcias, quis iſte Ianus fuerit, notabis uocem Iani deriuari ab Hebraica uoce

Ianus qui & Noë.

Italia dicta Ianicula.

uoce יין iaijn, quæ latinè uinum ſignificat, denominaturq; iſte princeps humani generis Ianus, quod primus fuerit inuentor uini & conſeruator humani generis in ipſo diluuio: is autem fuit patriarcha Noah, quem & gentiles agnouerunt ex maiorũ ſuorum dictis fuiſſe philoſophum in terris atque theologum, ut iam præfati ſumus. Sub eo, recenti mundo, pura illa uixit ætas, quæ aurea dicta eſt, annis ferè 250 poſt diluuiũ. Pinxerunt autem eum bifrontem, habẽtemq; duas facies, antè & retro, quia reſpexit ad utrunque mundum, ad eum qui fuit ante & qui poſt diluuium. Ab eo Italia primum dicta eſt Ianicula, ac deinde quum Heſperus in Ianiculam conceſſiſſet, pulſus ab Atlante fratre ſuo, ab eo denominata eſt (ſicut & Hiſpania) Heſperia, etiamſi Macrobio placeat eam ſic dictam, quod Heſpero ſtellæ ſit ſubiecta. Fuit etiam aliquando à Cameſe Cameſena, & à Saturno Saturnia dicta. Item ab Aegyptio Oſiride, qui & Iupiter cognominabatur, qui tamen Dionyſius uocabatur, dicta eſt à quibuſdam Taurina. Adeptus enim fuit inclytam uictoriam cõtra gigantes. Quin & ueteres non raro uocitãt eam græco uocabulo Oenotriam, uel à bonitate uini quod in Italia naſcit, nam Græci œnon uinũ dicunt, uel ab Oenotrio Sabinorum rege. Mihi uero ſecus uidetur, ut iam de Iano & Ianicula dixi. Tandem uero dicta eſt Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit & leges poſuit. Proinde duo maria quæ Italiam includunt, nempe Adriaticum & Tyrrhenum, hinc ſua ſortita ſunt uocabula: Adriaticum à ciuitate Adria, quæ & Atria dicta eſt, cuius ſitus nõ longè abeſt ab ora Padi, fuitq; olim ciuitas magna & ampla, ubi nunc ager Ferrarienſis iacet, cuiuſq; ueſtigia adhuc parua quædã extant: à qua non ſolum mare Adriaticum, ſed & Athеſis præterlabens fluuius, Atrianus uocatus fuit: etiamſi Strabo contrà potius urbem à fluuio nominatam fuiſſe dicat, quod uerius uidetur, quoniam antiquiora ſunt flumina quàm ciuitates. Tyrrhenum uero mare, à uiro Græco nomine Tyrrheno nomen accepit: cui non conueniebat cum fratre Lydo in Lydia in adminiſtratione illius regionis, præſertim cum fundus pro utroque ſatis uictualium proferre nequiret, unde ſorte proiecta quis ab altero diſcederet, ſors Tyrrhenum eiecit, Lydum uero regni moderatorem tenuit. Profectus ergo Tyrrhenus in Italiam, certam oram terræ de ſuo nomine Tyrrheniam uocauit. Id autem haud longè poſt excidium Troianum factum ſcribũt, ut pleraq; alia incerta & dubia facta in longiſſimè retroacta tempora reiiciuntur.

Italia dicta Heſperia Saturnia

Oenotria.

Italia.

Adriaticum mare.

Mare Tyrrhenum.

De populis & minoribus regionibus Italiæ, quales ſunt Longobardia, Liguria, Ethruria, Apulia, &c.

OB inſignem fertilitatem qua Italia eſt prædita, illico poſt diluuium hominum habitationi eſt adaptata, culta & caſtellis adornata, atque frequenti habitatore repleta, qui & diuerſis eius locis, & ſucceſſoribus ſuis nomina ſua reliquerũt, tam etſi quidam temporum ſucceſſu propter translationes aut aduẽtum aliorum populorum, quoque mutati ſint è ſedibus ſuis. Porrò hæ numerantur principales partes & regiones Italiæ: Hiſtria, Gallia togata, Liguria, Tuſcia, Vmbria, Latium, Cãpania, Apulia, Calabria & Græcia magna. Strabo uero partitus eſt Italiam in octo regiones, nempe, Venetiam, Liguriam, Picenum, Lucaniam, Tuſciam, Romam, Campaniam, & Apuliam. Antoninus aũt diſtribuit eam in ſedecim prouincias, ſcilicet, Campaniam, Tuſciam cum Vmbria in qua eſt Roma, Nurſiam in qua eſt Reate, Flaminiam quæ Rauennam continet, Picenum, Liguriam, Venetiam unà cum Iſtria in qua eſt Aquileia: item alpes Cottias & Apẽninum, qui Genuam includũt, Samnium in quo eſt Beneuentum, Apuliam & Calabriam, in qua eſt Tarentum, Brutium unà cum Lucania in qua eſt Regium. Item primam & alteram Retiam, Siciliam, Sardiniam & Corſicam.

Rota papæ

Rota papæ etiam alio modo diuidit Italiam, nempe in Taruiſinam ſeu Venetianã marcam, in Iſtriam quæ & Foroiulium comprehendit, in Longobardiam, Liguriam, Romandiolam ſeu Galliam ciſalpinã, in ducatum Spoletanum, ſiue Vmbriam, in Aprutium ſeu Samnium, in Campaniam ſeu Latium, in Terram laboris quæ Campaniæ pars eſt, in Calabriam

Calabriam ſeu Lucaniam, in Apuliam, regionem Hydrũtis quæ & Salentinorũ eſt regio. Deinde uero cum Longobardi occupaſſent Italiam, erexerũt in ea quatuor ducatus, nempe Foroiulienſem, Hetrurienſem, Beneuentanum & Spoletanum. Nec tamẽ hæc diuiſio perpetuo durauit, ſed ſubinde in aliam mutata eſt faciem, ſecundum aliam & aliam reipublicæ adminiſtrationem. Porrò ſub maioribus diuiſionibus comprehenduntur quoque multę priuatæ & minores regiones, ut ſunt Inſubria, Cœnomãnia, Ethruria, Aemilia, Flaminia, Lucania, &c. Iſtria cõplectitur Forum Iulij, uulgo Friaul, habetq; has duas ciuitates Aquileiam & Tergeſtum. *Iſtria.* Gallia togata ſeu tonſa, complexa eſt olim multos populos & terras, nempe Aemiliam, Flaminiam, Inſubriam, & bonam partem Venetiarũ. *Gallia togata.* Flaminia alio nomine uocatur Romandiola, habetq; Bononiam & Ferrariam. Alij uero uolunt Placentiam & Bononiam in Aemilia ſitas, Rauennam uero in Flaminia. *Romandiola.* Inſubria cõplectitur Mediolanum & quicquid per circuitũ eius iacet, quæ terra poſtea à Longobardis eſt Longobardia appellata. *Inſubria.* Venetorum ditio fuit olim uocata Carnia & Cœnomannia, iam uero appellatur marca Teruiſina. Liguriæ metropolis eſt Genua. Tuſcia habet ciuitates, Piſam, Lucam, & Senas. Vmbria uero comprehendit Peruſiũ & Spoletum, uocaturq; iam ducatus Spoletanus. *Vmbria.* Latium olim, hodie tractus eſt Romanus, & hinc quoq; latina lingua. Ethruria eſt regio ſita inter Liguriam & Tiberim, Campania habet Capuam & Neapolim regiam urbem ſic dicta propter uberrimam Capuę planiciem. Eſt autem magna ex parte montuoſa. Apulia complectitur inter cæteras has præcipuas urbes Brendiſium, Tarentum & Sipontum. *Apulia.* Calabria quæ & Terra laboris, habet has inſigniores ciuitates, Regium, Hydruntum & alias multas. Hæc regio olim uocata fuit Græcia magna, ſicut & hodie in ea Græca lingua cum Italica eſt permixta. Veteres enim Græci habitauerunt in ea, extruxeruntq́ue in ea ciuitates quaſdam. *Græcia magna.* Lucaniæ ſitus eſt inter Calabriam & Apuliam. Habitantes uero in Ancona & terminis eius, uocati ſunt aliquando Piceni, hodie uero nominatur ea terra marca Anconitana. *Lucania.* Poſt Campaniam iuxta Salernum habitant Picentini. Qui uero circa Ariminum manẽt, uocantur Senones. *Aelianus de Italia.* Cæterum Aelianus ſcribit in hunc modum de populis Italiæ. Incoluerunt Italiam plurimi homines, & uix eſt terra in qua plures fuerunt coloni quàm in Italia, idq; propter ſummam & eximiam eius fertilitatem, diſpoſitionem marium & commoditatem portuum maris. Superauit etiam manſuetudo incolarum omnium aliarum nationum incolas, & numeratæ ſunt olim in ea mille, centum & ſexaginta ſex ciuitates. *In Italia olim 1166 ciuitates.* Noſtra uero tempeſtate multa oppida ſubuerſa ſunt iacentq; in ruderibus & bona pars terræ iacet inculta. Facta eſt præterea Italia prẽda exterorum & Barbarorum, multiq; illi duces quos nacta eſt intra trecentos & quinquaginta annos, nullam ei attulerunt utilitatem, nec defenſa eſt ab eis, ſed magis per cõtinuas diſcordias & inteſtina bella lacerata & in ſeipſa ſciſſa. Noſtro æuo gubernatur quadruplici modo. Neapoli enim & Mediolani atq; in quibuſdam principatibus inueniũtur monarchiæ, Veneti uero habent adminiſtrationem Ariſtocraticam, atque Florentiæ, Senis & Lucæ gubernatur reſpub. per democratiã, hoc eſt, moderatores politiæ deligũtur ſine diſcrimine ex uulgaribus & nobilioribus. Notantur etiam quidã rectores, ut dicit præfatus Aelianus, de tyrannide, nempe qui occuparunt patrimonium ſancti Petri, in iacturam ſedis apoſtolicæ. *Monarchia. Ariſtocratia. Democratia.*

De montibus, fluuiis & lacubus,

qui in Italia inueniuntur.

HAbet Italia unum & inſignem montem, qui in Liguria initium ſumit ab altiſſimis niuoſis montibus, extenditurq; longiſſimo tractu per totam Italiam, primũ uerſus Anconam, & hinc in Apuliam, diuidens Italiam in duas partes una relinquitur ad mare Tyrrhenum, & altera ad mare Adriaticum. In Apulia extendit idem mons ramum in mare, uocaturq́ue ibi Garganus, ubi Michaẽl archangelus hominibus apparuiſſe fertur. Mons autem ille principalis uocatur Apẽninus & extrudit utrinque plurimos fontes & fluuios, inter quos inſigniores hi cẽſentur, Padus, Truentum, Arnus, Tyberis, Liris & Vulturnus: quibus & Atheſis annumerari poteſt. *Apenninus.* Padus originem ducit ex niuoſis alpibus, exoneraturq́ue in Adriaticum mare, ſuſceptis tamen prius *Padus.*

plurimis

Tiberis. plurimis riuulis & amnibus, qui undiq; ex montibus acurrũt. Tyberis cursu suo Romam petit ac deinde mare Tyrrhenũ. Augetur autem & ipse ex multis affluentibus aquis. Dispescitur ipso Tuscia ab Vmbria. Nomen hoc sortitum aiunt ab euentu quodam, à Tybe rino scilicet Albanorum rege qui submersus fuit in hoc fluuio. Alij aliter sentiunt. Arnus alluit Tusciam, diuiditq; Florentiam in duo. Traiecit olim hunc fluuiũ Hanibal cum grandi periculo uitæ suorum, quum Romanos bello petere decreuisset. Vulturnus alluit Campaniam præteriensq; mœnia Capuanæ urbis, quæ olim potentissima fuit, ruit in mare. Liris uero qui olim Ceruleus, hodie autem Garilianus uocatur, apud Caietam mari miscetur. Habet præterea Italia plurimos lacus, potissimum in Lombardia, qui ex alpium niuibus nedum ultra montes uerum & citra in Heluetia in subiectis uallibus stagnantur. Inter eos autem primum habet locũ lacus Benacus, qui hodie uulgo Gardsee uocatur, haud procul à Verona situs. Lacus Cumanus, qui inter alpes & Mediolanum suũ habet situm, non minor censetur lacu Benaco, sed non habet tam fœcundum agrum.

Lacus Benacus.

De Pado insigniori & celebriori fluuio

Italiæ, qui inter Liguriam & Lombardiam uario cursu fertur in mare Adriaticum.

PAdus quem Itali Po, Græci Eridanum, Ligures uero Bondingum, hoc est sine fundo uocant, (est enim in quibusdam locis immensæ profunditatis) ubiq; terrarũ habetur celebris, sortitus nomen Padi à picea arbore, quæ circa eius fontem nascitur, quia Gallice ea arbor pade uocatur. Oritur autem in Vesuli montis gremio, euoluiturq; in Adriam sex ostijs, sed antea attrahit omnes aquas, quas alpes meridiẽ respicientes atq; Apenninus in Liguria effundunt, ducitq; secum ad mare Adriaticum triginta insignes amnes. Nomina eorum quos Apenninus extrudit sunt, Tanarus, Trebia, Tarum, Nitia, &c. Qui uero ex alpibus proruunt, uocantur Stura, Morgus, Dieria, Ticinus, Lamber, Ollius, Mintius, Athesis, &c. & hi procreãt undecim insignes lacus, inter quos Benacus lacus dicitur habere in longitudine 14 miliaria Germanica, in latitudine uero unum, atque hunc efficit Mintius fluuius. Ticinus uero generat lacum Verbanum, quem uulgo uocant Langsee, id est, Maiorem lacum, & hic in longum extẽditur ferè 12 miliaribus, latitudo uero propemodum unum habet miliare. Lacũ Larium, qui & lacus Cumanus uocatur, cõstituit Adua seu Abdua fluuius, & exporrigitur in longum nouem miliaribus, in latum uno. Lacum Seuinum parturit Ollius fluuius, & hic non longior est duobus miliaribus, nec latior dimidio. Is ex liquatis niuibus maiora quàm ex pluuijs sentit incremẽta. Adiacẽt etiã his fluuijs multæ celebres ciuitates, præsertim Taurinum, Papia, Cuma, Crema, Cremona, Ferraria, Alexandria, Verona, Modoëtia, Bergomum, &c. Scinditur Padus paululum infrà Ficariolum, fitq; ibi oblonga insula ac late patens, in qua sita est Ferraria. Cæterum Athesis oritur supra Tridentum, ad ortum primo tenuis fluens, mox ubi Sarcam infra Bulsanum accipit, ad meridiem flectitur, maior ac uehementior factus. Posteaquam uero Tridẽtum perstrinxit tanquam accolis miteſcat, quietior fit, placideq; per Tridentinam labitur planiciem. Coniectus inde in montium anguſtias. uiolentus & præceps agitur, ut ruere uideatur non fluere, atq; ita semel concitus ne per aperta quidem pacate fluit amplius, nisi cum mari appropinquat.

Benacus lacus. *Lacus Verbanus.* *Larius.* *Athesis fluuius*

De ciuitatibus Italiæ.

OLim cum Italia floreret, dominiumq; orbis sibi uindicaret, exortæ sunt in ea magnæ & celeberrimæ ciuitates, quibus uix aliæ similes & æquales in Europa inuenire licet, quibus etiam aliquid insigniter attribuitur hominum prædicatione, ut, Venetiæ reliquis urbibus opulentiores, Mediolanum maius, Genua superbior, Florentia pulchrior, Bononia fertilior, Rauenna antiquior, Neapolis nobilior & Roma caput Christianæ pietatis. Cum uero quædam ciuitates mutauerint nomina sua, ponam hic quarundam nomina tam uetusta quàm recentiora, atq; quibus accenseantur populis.

Epitheta urbiũ Italiæ.

Papia

Papia & uulgo Paphi, olim uero Ticinũ eſt dictum, ubi noſtris temporibus captus eſt à Carolo quinto Franciſcus rex Franciç. Fuit olim tam potẽs, ut in magnitudine, pulchritudine & dignitate nõ minor fuerit iudicata Mediolano. Nũc uero longè inferior eſt, multas paſſa calamitates. De qua infrà plura.

Ethruria & Tuſcia, noſtro tempore Toſconia.

Hydrus & Hydruntum, uulgo Ottronto.

Verona, Germanicè Bern & Dietrichs Bern. Rex enim Theodoricus primũ eam cepit, atç ex ea alias urbes afflixit. De hoc Theodorico multa fabuloſe referũtur, quæ à grauioribus uiris cõtemnuntur.

Forum Iulij, uulgo, Frigaul, regio eſt in Iſtria, olim uero fuit magni nominis ciuitas, quę tamen penitus cõcidit.

Padua olim Patauium, urbs in Venetorum ditione, ſita in Marca Teruiſina.

Tergeſtũ uulgo Trieſt, ſitum in Iſtria, ubi nobiliſſimũ creſcit uinũ, Reinfal appellatũ. Reinfal uinum.

Imola, olim Forum Cornelium, ſita in Flaminia,

Alexandria inter Mediolanũ & Genuã ſita, denominata à Romano pontifice Alexandro & condita contra Fridericum primum, quo ex Longobardia exturbaretur.

Neapolis uetuſta ciuitas, olim parthenope dicta, ut Titus Liuius de ea ſcribit.

Cãpania pulcherrima Italiæ terra, quæ bis floribus uernat, certamenç dicitur Liberi & Cereris ob ſummam ſoli ubertatẽ. Hic amicti uitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus & pulcherrimus omniũ Veſuuius, Aetnæi ignis imitator. Caput urbium regionis Capua, quondam inter tres maximas Romam & Carthaginem numerata.

Venetiæ hodie potentiſſima urbs in mari & continenti, fuit olim regio tantum, habens ſub ſe multas ciuitates & loca, ut infrà de ea fuſius ſcribemus.

Aquileia olim inſignis Iſtriæ ciuitas, noſtro uero tẽpore cõcidit, uocatç uulgo Algar.

Genua & Genoua atç Ianua fuit aliquando potens in mari, quippe quę habuit multas ſubiectas terras, inſulas & homines uſç ad Græciam. Ciuitas Pera è regione Conſtantinopolis poſita, paruit olim Genuenſibus, ſicut & inſula Chius & Caſa in Taurica Cherſoneſo. Quin & Famaguſcha urbs Cypri & inſula Mitilene fuerunt olim ſub Genuenſiũ dominio. Amiſerunt tamen ante paucos annos omnem poteſtatẽ in mari. Quomodo uero iſta ciuitas euecta fuerit ad tantam potentiam, dicetur infrà copioſius.

Florentia nobilis & elegãs Ethruriæ ciuitas, primum dicitur fundata nonageſimo anno ante Chriſtum natũ. Totila uero Gothorum rex diruit eam cum graſſaretur per Italiam, ſed quam Carolus magnus inſtauraſſe dicitur & muro cinxiſſe.

Brixia & ab aliis Brexa, uulgo uero Preſz, non multum abeſt à lacu Benaco.

Sipontus in Apulia, ciuitas epiſcopalis, quæ noſtra tempeſtate Mãfredonia appellatur. Alij tamen intelligunt per Manfredoniam Apeneſten.


Roma Italiæ metropolis & olim orbis caput.

COnſentiunt communiter autores, Romam id nominis accepiſſe à Romulo fundatore ſuo, qui muros, turres, foſſas & reliquas munitiones per circuitũ urbis extruxit. Aliis uero placet, nomen Romę nõ à Romulo ſed à Roma muliere quadam & filia regis, qui longè ante Romulum in Italia uixit & regnauit, ueniſſe. Id tamen omnes fatẽtur, Romam ſuam primam gloriã muros & munitiones accepiſſe à Romulo, ac deinde temporis ſucceſſu magis ac magis in gloria & firmitate creuiſſe, ut tandem ad tantã peruenerit maieſtatem & faſtum, ut etiam in mœnibus habuerit turres ſexcentas & trigintaquatuor, portas uero trigintaſeptem. Area & fundus ciuitatis per circuitum habuiſſe dicitur uiginti millia paſſuũ, q quinç ferè efficiunt miliaria germanica: fuitç uetus regio quædã cç ciuitas. Tarquinius rex muros urbis rudib. uilibusç ſtructuris ædificatos, primus cœpit ſaxis magnis formatis ad regulã extruere, cœpitç foſſas etiã cloacis ducere, per quas fluens ex cõpitis aqua omnis ferẽ ad Tiberim. Fecit aquæductus, uiarũ cõſtrationes & cloacarũ fabricatiões. Extruxit ç cç circũ maximũ, cuius lõgitudo fuit trium ſtadiũ, cum dimidio, latitudo iugera 4. eratç capax hominũ 100 & quinquaginta milliũ.

Noſtro

Noſtro tẽpore hæc urbs plurimũ degenerauit à priſtina illa maieſtate, quũ nõ inueniatur habere ultra uiginti portas, easq; non omnes apertas, & 300 atq; 75 turres in muro extremo. Sed hæc paulo pòſt in figuris explicabimus, & nunc reuertemur ad Romulum & ad Remũ fratrẽ eius, à quibus Romana potentia, magnificentia & pompa initiũ ſumpſerũt. Vbi in primis ſciendum, Romanos ſeu Albanos (ſic enim Romani uocati ſunt ab initio) olim inſtituiſſe multas & uarias ceremonias, potiſſimũ autem erexerũt deæ Veſtę, quæ pro dea uirginitatis colebaẽ, tẽplum, in quo perpetuus conſeruabaẽ ignis. Veſta enim, & Hebraicè אֵשׁ תָּא ſonat ignem, quẽ uirgines ad hoc cõſecratæ in tẽplo inextinguibilẽ cõſeruare tenebantur, in teſtimoniũ ſuæ uirginitatis. Perſuadebanẽ autẽ homines de multis iruituris malis, ſi caſu quodã hic ignis extingueretur. Nec fas erat eũ reparari ex igne humanis manibus elaborato, ſed accenſa per fomites ex ſole flamma, purus & cœleſtis ignis eliciebaẽ. Iſtę Veſtales uirgines tãta afficiebanẽ honore, ut ſceptra ferrea illis præferrẽtur, haud ſecus ẽq; urbis moderatoribus, quando ob certa negocia ex templo ad urbem gradiebanẽ Quod ſi quis morte plectẽdus occurriſſet Veſtali uirgini, liberabaẽ à morte & ab omni pœna, modo uirgo iuramẽto affirmaſſet, ſe caſu illi in occurſum ueniſſe. Triginta annos neceſſe fuit eas manere innuptas & caſtas, ſacrificulantesq; & alias ceremonias peragẽtes ex lege. Quo in tẽpore opus erat eas decem annis diſcere, decẽ annis ſacra perficere, decẽ ultimis alias edocere. Expleto autẽ trigeſimo anno, nihil phibuit eas, quæ uoluerũt, nubere, uittas quidẽ deponẽtes & reliqua ſacerdotij inſignia, quã rem tamẽ fecere pauciſſimæ, qbus etiã inoptabiles acciderũt uitæ fines. His honores multi & pulchri à ciuitate reddebãt, propter quos neq; filiorũ eis neq; nuptiarũ fuit deſiderium. Pœnæ autẽ delinquentibus impoſitæ etiã magnæ. In minoribus delictis uerberibus afficiebãtur, corruptæ uero, turpiſſimæ miſerabiliq; tradebanẽ morti. Viuæ enim emittebãtur ſuper lecticã ceu funus in feretro, deflentibus eas amicis & cognatis, ac perlatæ uſq; ad portã Collinã intra muros, ubi ligato capite ſepeliuit eam uiuã ſummus ſacerdos in monumẽto ſub terra præparato. Atque hoc erat triſte ſpectaculum Romæ, nec erat in urbe maior planctus, q̃ cũ talis mors incidiſſet. Contigit autẽ anno ab urbe condita 500. ut Tutia uirgo Veſtalis argueretẽ inceſti. At illa argumentis purgare ſe dedignata mortalibus, ad Tiberim cribrũ detulit, ibiq; ſubmerſit, addita prece: O Veſta, inquiens, ſi pia & caſta ſum, hanc è Tiberi aquã ad templũ tuũ perferam, & pertulit. Vide illuſionẽ Satanæ, ut miſeros & excæcatos homines in errore retineret, etiã miracula fecit. Simile quiddam legimus apud Dionyſiũ Halicarnaſſeum. Imperantibus Romæ Cõſulibus L. Pinario & P. Furio, ab urbe cõdita 282. morbus quidã incidit in fœminas & mors, quanta nondũ prius, maximè in pregnantes, cruda mortuaq; parientes & cum fœtibus morientes. Neq; eis deprecationes ad ſacraria & ad aras deorũ factæ, nec pro urbe expiatoria ſacrificia aut pro domibus priuatis perfecta, ceſſationẽ afferebant malorum. In tali exiſtente urbe calamitate, fit à ſeruo quodam indicium pontificibus, quod ſacerdos quædam Veſtæ, Vrbinia, uirginitate amiſſa, ſacrificia pro urbe perficiebat, non pura ipſa. Illiq; remouentes eam à ſacrificijs & apponentes pœnam, poſtquã manifeſte eſt redarguta, uirgis ceciderunt, perq; urbem eam ferentes, uiuam defoderunt. Eorum uero qui illam impiam corruptionem peregerãt, alter ſeipſum interfecit, alterum prehendentes inſpectores ſacrorum, uerberibus in foro afflictum, tanquam mancipium necauerũt: ſicq; morb. ille muliebris ingẽsq; earũ corruptio, poſt hoc opus ſtatim deſijt,





De urbis

Veſtales uirgines.

Pœna Veſtalium ſcortantium.

De urbis Romanæ ampliatione.

VRbs Romana primum fuit quadratæ figuræ & solum duos montes inclusit, Palatinum & Capitolinum, deinde Romulus adiecit urbi duos alios colles, Quirinum & Cœliũ. Romulus Palatiũ inhabitauit & montem Cœlium propinquum: Tatius uero Sabinorum rex Capitolium inhabitauit, quod ab initio cœperat, & Quirinalem rupẽ. Alij tamen aliud sentiunt. Fuerunt itaq; duæ ciuitates ab initio. Et cum magnum bellum fuisset inter Sabinos & Romanos, cõpositio tandem bello, ex duabus facta est una ciuitas, succedentiq; temporis Tullus rex, Tarquinius Priscus & alij urbem magis ac magis ampliarũt. Sed post expulsos reges adhuc plus creuit, & fuerũt mœnia dilatata. In Palatino itaq; monte primo urbs Roma fuit extructa, & in eo reges, deinde cõsules, postea Imperatores maiori ex parte sedem habuerũt. Deinde Caligula transmisso ponte, coniunxit Palatiũ Capitoliumq;, cuius reliquias adhuc cõspicere licet. Fuerunt plurima & magnifica ædificia cõstructa in Palatino monte, quæ & si iniuria temporũ penitus corruerint, eorum tamen ruinæ multæ passim conspiciuntur. Victoriæ templum fuit in hoc monte: similiter Apollinis tẽplum, iuxta quod fuit domus Augusti, casa Romuli, domus Tiberij Imperatoris, & multa alia ædificia. Numerati sunt autem in urbe postquã mœnia eius fuerunt ad summum dilatata septem montes, Capitolinus qui & Tarpeius, Auentinus, Palatinus, Cœlius, Exquilinus, Viminalis & Quirinalis: octauoq; loco Ianiculensis postea adnumeratus est. Et quoniam ualles locaq; humiliora propter ædificatos amplissimos fornices impleta sunt, ita mõtibus æquata sunt, ut nonnullorũ montiũ discrimen uix agnosci possit. Aiunt autem Palatinum montem sic dictum, quod pallantes illuc uenerint Aborigines. Alij uero asserũt sic appellatũ à Pallanta Latini uxore. Hodie hic mons nihil habere dicitur, præter ecclesiam ruinosam.

Palatinus mons.

Septem montes intra urbem.

Capitolinus mons ob id dictus est, quod cum in eo olim fundamẽta ædis Iouis foderentur, caput humanũ inuentum est, & antè Tarpeius à Tarpeia uirgine Vestali dicebatur & & mons Saturni. Fuit mons iste muris septus tẽpore Tarquinij, & ut dicit Cicero, habuit Capitolium olim plures turres, Iouis Feretrij templum celeberrimũ, in quo clamore anserum & alarũ strepitu M. Manlius Gallos in præcipitiũ dedit. Huius totius arcis ornamenta cunctis miraculis Aegyptiorum erant anteponẽda, quare domiciliũ deorũ cognomina batur. Fuit Iouis templum in hoc monte præter cætera ornamenta multis statuis exornatum, quarũ unam auream decem pedũ dicauit diuus Claudius: fuit & Iouis simulachrum in eo, uictoriæ statua, sex pocula à Pompeio in urbem aduecta. Libri Sibyllini sub terra in arca lapidea cõditi, fœdera cũ Carthaginẽsibus icta, scripta in tabulis æneis. Habuit & fistulas quasdã, quibus aqua reliquis tẽplis & sedibus suppeditabatur. Eò ibant noui cõsules sacrificatum, quia Ioui debebatur omne initium. Erat in eo pars secretior templi, quam nemo prophanus ingredi permittebatur, in qua seruabãtur duæ coronæ aureæ, missæq; gratulatum ob partam uictoriam à Pamphylis legatis & Carthaginensibus. Habuit quoq; Iuno sacellum à sinistra sacelli Iouis, & Minerua à dextra suã habuit cellam. Habuit & Concordia templum in Capitolio: sic Fides habuit in eo templum. Fuerunt quoq; in Capitolio multorum deorũ statuæ, etiam statuæ omnium regum & multorũ aliorũ insignium uirorum, qui rempublicam cum honore auxerunt. Item tabulæ in Capitolio fuerunt fixæ, in quibus leges & publica acta continebantur. Hodie in hoc monte præter cœnobiũ Minoritanum, quod Ara cœli uocatur, nihil est extructum, quantumlibet olim habuerit delubra, ædes, sacella & templa ultra sexaginta. Bonifacius nonus latericiã quoq; domum construxit super ruinas tot ueterum ædificiorum, deputauitq; usibus senatoris & causidicorum. Fuit is mons Capitolinus, priusquam caput hominis in eo inuentũ esset, dictus Tarpeius, à uirgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata & sepulta fuerat. Est autem Tarpeia rupes quædam præceps, ubi hodie noxij puniuntur, sicut & olim ex ea rupe, damnati præcipitabantur. Infra hanc rupem stetit olim Saturni ædes.

Capitolium.

Iouis templũ.

Cõtenta in tẽplo Iouis.

Tarpeius mons.

Insula Tiberina sic nata est. Cum Tarquinius superbus ob Lucretiæ stuprum urbe pelleretur, senatus bona eius populo concessit auferenda, frumentum autem quod in campo Tiberino satum & natum fuit & stabat in culmis, nemini auferri permisit, sed ut execrabile iaciendum in flumen decreuit. Quod cum æstiuis caloribus esset solito humilius,

Figura areæ ciuitatis Romanæ atque ... eius, quas ... cum in ſummo ef... ſtigio.


paleæ fundo adhærentes, limũq; fluctibus aduectum excipiẽtes, inſulã hanc paulatim effecerũt. Opera deinde hominũ factũ eſſe opinaẽ Liuius, ut eius area firma eſſet etiam ad deorũ templa ſuſtinendũ. Lõgitudo eius paulò minus duobus ſtadijs perficitur, latitudo uero paſſibus 50. Tota erat Aeſculapio ſacra, propter eius ſimulachrũ ex Epidauro in eam aduectum.

Auentinus mons.

Auentinum mõtem ſic dictũ putant ab auibus, alij à rege Aũentino Albano, qui ibi ſepultus fuit: alij ab aduẽtu hominum, q̃ cõmune ibi Latinorũ tẽplũ Dianæ fuerit conſtitutũ. Fuit in hoc colle ara Herculi poſita, Iunonis templum, templa Dianæ, Mineruæ & Lucinæ. Habet nunc monaſteria ſanctæ Sabinæ, ſancti Bonifacij & ſancti Alexij, reliquæ partes mõtis, aut ruinis aut uineis conteguntur.


Cœlius mons.

Cœlius mons à Cœlio duce Thuſco, qui Romulo in auxiliũ contra Latinum regem uenit, dictus putatur. In hoc monte Veſpaſianus templum diui Claudij ædificauit, ubi multorũ deorum fuerũt ædes, aræ & templa, ſicut in ſingulis montibus citra Tiberim, fuerunt deorum tẽpla: quin & in Ianiculo ultra Tiberim extructa fuerunt nonnulla templa. In medio Cœlij dorſo, bini aquæ ductus ſuperbiſſimi operis conſpiciuntur: nunc eccleſijs Chriſtianis mons eſt ornatus, nempe monaſterio beati Gregogij, eccleſia Iohannis & Pauli, hoſpitali Saluatoris, eccleſia rotunda S. Stephani. In extremo eiuſdẽ montis eſt baſilica Lateranẽſis, quæ ſeruat capita apoſtolorum, ædium ſuperbiſſimarum ſtructura toto orbe celeberrima. Eſt quoq; in hoc Cœlio monte amphitheatrum ſemidirutum, iam Coloſſeum dictum.



Ianiculum

...e atque portarum eius, quas habuit olim ...nimoq; flore & faſtigio.



Ianiculum olim mons fuit altus prope Romam, trans flumẽ Tiberim.

Mõtis Exquilini ratio obſcura & incerta eſt. Sũt autem duo mõtes Exquilini, celebrior pars eſt à foro Traiani, & protẽditur uſq; ad thermas Diocletianas. Sunt autem thermæ illæ ædificiũ pulcherrimum & admirandum. Vocantur proinde therm̃, loca quæ calẽtibus aquis, aut ipſa ſine aquis fornice igne calefacto, lauãdi ſudãdiq; uſibus deputata ſunt. Sic apud Rom. multa balnea publicè ſunt inſtituta, in quibus plebs ad libitũ lauabat. Itaq; thermarũ nomine, inſana ſunt extructa à multis ædificia. Erant nanq; in thermis areæ ampliſſimæ porticibus circũdatæ ſpacioſiſſimis, cameratæq; ſupbiſſimis fornicib. ædificia in circuitu habentes, in quibus columnarũ diuerſi coloris marmorearum ordines immenſarũ fuiſſe conſtat. *Exquilinus mons.*

Collis hortulorum dicitur, q̃ ſub ipſo olim fertiliſſimi eſſent horti. Fuit etiã in hoc colle circus Floræ. Fuit autem Flora meretrix quædam inſignis, quæ cũ magnas opes arte meretricia cõparaſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamq̃ue pecuniam reliquit, ex cuius annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum. Quod quia flagitioſum uidebat̃, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, deam eſſe finxerũt, quæ floribus præeſſet, eamq̃ oportere placari, ut fruges cũ arboribus benè proſperẽq; floreſcerẽt. *Flora meretrix.*

Nomina portarum Romanæ urbis.


Collina porta à collibus ſic dicta ad quam protẽdebatur Campus ſceleratus, ubi Veſtales inceſti reæ uiuæ defodiebãtur. Ibi ſupercilium fuit intra urbem, & in eo ſtructura ſubterranea, domo haud magna, in quam è loco ſu-

Figura areæ ciuitatis Romanæ atque portarum eius, quas habuit olim cum in summo esset flore & fastigio.

palex fundo adhærentes, limúcꝫ fluctibus aduectum excipiẽtes, insulã hanc paulatim effecerũt. Opera deinde hominũ factũ esse opinat Liuius, ut eius area firma esset etiam ad deorũ templa sustinendũ. Lõgitudo eius paulò minus duobus stadijs perficitur, latitudo uero passibus 50. Tota erat Aesculapio sacra, propter eius simulachrũ ex Epidauro in eam aduectum.

Auentinus mons. Auentinum mõtem sic dictũ putant ab auibus, alij à rege Auẽtino Albano, qui ibi sepultus fuit: alij ab aduẽtu hominum, qꝓ cõmune ibi Latinorũ tẽplũ Dianæ fuerit constitutũ. Fuit in hoc colle ara Herculi posita, Iunonis templum, templa Dianæ, Minerux & Lucinæ. Habet nunc monasteria sanctæ Sabinæ, sancti Bonifacij & sancti Alexij, reliquæ partes mõtis, aut ruinis aut uineis conteguntur.

Cœlius mons. Cœlius mons à Cœlio duce Thusco, qui Romulo in auxiliũ contra Latinum regem uenit, dictus putatur. In hoc monte Vespasianus templum diui Claudij ædificauit, ubi multorũ deorum fuerũt ædes, aræ & templa, sicut in singulis montibus citra Tiberim, fuerunt deorum tẽpla: quin & in Ianiculo ultra Tiberim extructa fuerunt nonnulla templa. In medio Cœlij dorso, bini aquæ ductus superbissimi operis conspiciuntur: nunc ecclesijs Christianis mons est ornatus, nempe monasterio beati Gregogij, ecclesia Iohannis & Pauli, hospitali Saluatoris, ecclesia rotunda S. Stephani. In extremo eiusdẽ montis est basilica Lateranẽsis, quæ seruat capita apostolorum, ædium superbissimarum structura toto orbe celeberrima. Est quoꝫ in hoc Cœlio monte amphitheatrum semidirutum, iam Colosseum dictum.



Ianiculum olim mons fuit altus prope Romam, trans flumẽ Tiberim.

Exquilinus mons. Mõtis Exquilini ratio obscura & incerta est. Sũt autem duo mõtes Exquilini, celebrior pars est à foro Traiani, & protẽditur usqꝫ ad thermas Diocletianas. Sunt autem thermæ illæ ædificiũ pulcherrimum & admirandum. Vocantur proinde therm, loca quæ calẽtibus aquis, aut ipsa sine aquis fornice igne calefacto, lauãdi sudãdiqꝫ usibus deputata sunt. Sic apud Rom. multa balnea publicẽ sunt instituta, in quibus plebs ad libitũ lauabat. Itaqꝫ thermarũ nomine, insana sunt extructa à multis ædificia. Erant nanqꝫ in thermis areæ amplissimæ porticibus circũdatæ spacio sissimis, cameratáqꝫ supbissimis fornicib. ædificia in circuitu habentes, in quibus columnarũ diuersi coloris marmorearum ordines immensarũ fuisse constat.

Collis hortulorum dicitur, qꝓ sub ipso olim fertilissimi essent horti. Fuit etiã in hoc colle circus Floræ. Fuit autem Flora meretrix quædam insignis, quæ cũ magnas opes arte meretricia cõparasset, populum Romanum scripsit hæredem, certamqꝫ pecuniam reliquit, ex cuius annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum. Quod quia flagitiosum uidebat, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, deam esse finxerũt, quæ floribus præesset, eamqꝫ oportere placari, ut fruges cũ arboribus benè prosperéqꝫ florescerẽt. *Flora meretrix.*

Nomina portarum Romanæ urbis.

Collina porta à collibus sic dicta ad quam protẽdebatur Campus scelerat us, ubi Vestales incestiræ uiuæ defodiebãtur. Ibi supercilium fuit intra urbem, & in eo structura subterranea, domo haud magna, in quam è loco sum a superiore

Locus ſupplicij uirginũ Veſtalium.

periore deſcendebatur. Iacebat in ea ſtratus lectulus, lucerna ardens, panis & aqua in uaſe & oleum. Ipſm uero pœnæ obnoxiam feretro impoſitaã & exterius obtectã, loriſq; ligatã, quo neq; uox poſſet audiri, per forum uehebant. Silentio accedebant omnes, eamq; ſine uoce cum graui mœrore tranſmittebant. Neq; aliud ſpectaculũ horribilius erat, neque alium diem ciuitas mœſtiorem agebat. Et cum ad locum feretrum delatum eſſet, ſolutis à miniſtris uinculis, ſacerdotũ princeps precatus arcana quædam, ſublatisq; ad deũ manibus, ante ſupplicium educebat eam capite opertam, conſtituebatq; in ſcalis, in domicilium deferentibus. Deinde ipſe cum alijs ſacerdotibus auertebatur. Et cum illa deſcendiſſet, ſcalæ tollebantur, & multa deſuper iniecta humo, domicilium operiebatur.

De reliquis portis Romanæ urbis.

Porta Flumentana ſic dicta fuit, quod per eam Tiberis aliquando refluxerit. Hodie uocatur porta populi.

Porta Collatina dicitur quoq; Pintiana.

Porta Collina quæ & Quirinalis, nunc dicitur porta Salaria. Per eam itur ad collem Quirinalem.

Porta Viminalis propter uiminũ ſyluã ſic dicta, hodie ſanctæ Agnetis porta appellat.

Porta Querqueculana nunc clauſa, ſic dicta fuit, quod iuxta ſe habuerit quercum.

Porta Exquilina eſt porta ſancti Laurentij.

Porta Neuia uocatur hodie Porta maior.

Porta cœli, montana & Aſinaria olim, hodie S. Iohannis.

Porta Gabina hodie clauſa, quæ Gabiuſa putatur.

Porta Latina mittit in Latium.

Porta Capena eſt porta S. Sebaſtiani.

Porta Trigemina, porta S. Pauli.

Porta Naualis ultra Tiberim uocatur hodie porta ripæ.

Porta Aurelia ultra Tiberim, porta ſancti Pancratij.

Theſaurus Romæ inuentus.

In Vaticano anno Chriſti 1544 in Februario haud procul à Tiberi quũ in ſacello ſancti Petri fundamenta foderentur, inuenta eſt marmorea arca longitudine pedum octo & ſemis, latitudine quinque & ſex altitudine, in qua condita fuit Maria Honorij Imperatoris coniunx, quæ uirgo migrauit ex hac luce, præuenta inopinata morte, antequam ab Imperatore accepta eſſet. In ea arca corpore abſumpto aliquot tantum dentes ſupererant, capillíq; ac tibiarum oſſa duo, præterea ueſtis & palliũ, quibus tantum auri fuerat intextum, ut ex ijs combuſtis auri pondo 36 collecta ſint. Erat inſuper capſula argentea longa pedem unum & ſemiſſem, latitudine digitorum duodecim, in qua uaſcula multa ex cryſtallo, nonnullaq; ex achate perpulchrè elaborata. Item annuli aurei quadraginta, uarijs gemmis adornati. Erat & ſmaragdus auro incluſus, in eoq; ſculptum caput, quod creditum eſt ipſum Honorium referre. Is quingẽtis aureis noſtratibus æſtimatus eſt. Præterea inaures, monilia, aliaq; muliebria ornamenta, in quibus bulla earum quas hodie Agnus dei uocãt, per cuius ambitum inſcriptum erat, Maria noſtra florentiſſima, laminaq; ex auro & in ea hæc nomina, Michaël, Gabriel, Raphaël, Vriel, græcis literis. Item ueluti racemus ex Smaragdis alijſq; gemmis cõſertus, & diſcriminale ex auro, longitudine duodecim digitorũ, inſcriptũ hinc, Domino noſtro Honorio, hinc, Domina noſtra Maria. Ad hæc inerat ſorex ex chelidonio lapillo, cochleaq; & patera ex cryſtallo: itẽ pila ex auro luſoriæ ſimilis, ſed quæ in duas partes diuidi potuit. Innumeræ penè aliæ inerãt gẽmæ, quarũ & ſi plurimæ uetuſtate corruptæ, nonnullæ tamen recentẽ admirandamq; pulchritudinem retinebant. Et hæc omnia Stillico filiæ dedit pro dote.

Sunt autem hodie in Vaticano horti Romani Pontificis.

Ciuitas

CIVITAS ROMANA


EXPRESSA SECVNdum hodiernum ſitum & ſecundum

inſigniora eius ædificia, quæ habet hoc æuo. Quin & ruinæ ueterum quorundam ædificiorum utcunq; exprimuntur in ea.




Quorundam locorum huius

A Moles Adriani, hodie Caſtel lum S. Angeli.
B Palatium papæ.
C Eccleſia S. Petri.
D Columna Antoniana, & è regione eius, Maria rotunda.
E Columna Adriani.
F Arcus Septimij.
G Templũ pacis, ubi quoq; ſtat debuerat Colloſſeũ ingẽs ædi ficiũ, ſed loci anguſtia exclu
H Thermæ Diocletianæ.



um huiusmanæ picturæ explicatio.

I Pons Sixti. K Capitoliū.
L S. Bartholomei insula, iuxta pontem Sixti.
M S, Iohannes Lateranus.
N Aquæ ductus.
O Arcus Titi & Vespasiani.
P S. Susanna.
Q S. Maria de populo.
R S. Laurentius.
S S. Sebastianus.
T S. Vitalis.
V Caput bouis.



Quorundam locorum huius Romanæ picturæ explicatio.

A Moles Adriani, hodie Caſtellum S. Angeli.
B Palatium papæ.
C Eccleſia S. Petri.
D Columna Antoniana, & è regione eius, Maria rotunda.
E Columna Adriani.
F Arcus Septimij.
G Templũ pacis, ubi quoq; ſtãdebuerat Colloſſeũ ingẽs ... ficiũ, ſed loci anguſtia excluſo
H Thermæ Dioclctianæ.
I Pons Sixti. K Capitoliũ.
L S. Bartholomei inſula, iuxta pontem Sixti.
M S, Iohannes Lateranus.
N Aquæ ductus.
O Arcus Titi & Veſpaſiani.
P S. Suſanna.
Q S. Maria de populo.
R S. Laurentius.
S S. Sebaſtianus.
T S. Vitalis.
V Caput bouis.

De imperii Romani prima administratione.

ANte conditam urbem Albani, qui iuxta Tiberim habitabant, habebant regem nomine Procam: qui reliquit post se duos filios, Numitorem & Amulium. Amulius admonitus deorũ oraculo, ut sibi caueret à posteritate fratris maioris, egit primũ quædam præter ius & æquum, ac deinde cogitauit Numitoris domum prolis inopem facere, ut sic eam domũ arceret, ab imperio. Hæc cum animo agitasset, primùm Numitoris fratris filiũ Egestum tunc pubescẽtem, obseruatis locis, ubi uenabatur, interfecit, subornatis qui dicerent, eum interemptum à latronibus. Ad id iungit deinde alterum facinus. Filiã Numitoris Rheam Syluiã iam nubilem sacerdotẽ designat Vestæ, ne ea uiro statim tradita, pareret ultores generis. Triginta enim annis nec minus oportebat puellas sacras castas esse, & cõiugij expertes, quibus interim æterni ignis cura mandabatur, & si quid aliud religiosum bono publico per uirgines agi mos esset. Erat hoc Albanis consuetum, quod & honorificũ habebatur, generosissimas puellas Vestæ ministras legi. Hæc quanctꝫ Numitor intelligens nõ syncero animo fratrẽ agere, iram tamẽ dissimulabat, ne populi inuidiã incurreret, seruabatctꝫ tacitus hanc alterã cõtumeliã. Quarto deinde anno eunti in sacrum lucum Martis Rheæ Syluiæ, aquæ puræ ferendæ gratia, qua debebat ad sacra uti, uim in templo quidã intulit, quem nonnulli procorum quendam fuisse asserunt, puellæ amore usctꝫ à teneris annis captum, alij autem Amulium ipsum fuisse dicunt, qui tamen sui cognitionẽ quantum potuit incertam reliquit. Puella igitur post uim illatam simulãs aduersam ualetudinem non adibat sacra amplius. Motus Amulius causam perscrutatur diutinæ à sacris abstinentiæ, submittens etiam medicos, quibus cõfidebat. Agnoscens ctꝫ puellam grauidam, custodes cum armis ei apposuit, ne clam pareret: erat enim non longè à partu. Paulo pòst uenerũt custodes nunciantes puellam geminos edidisse. Tunc consessus ciuiũ censuerunt, lege utẽdum esse iuxta sententiam regis Amulij, iubentctꝫ puellam uirgis cæsam mori, & quod natum ex ea esset, in uortices fluminis iaci. Hucusctꝫ scriptores parũ inter se uariant, in sequẽtibus uero differunt, quod alij necatã dicant statim puellam, alij superfuisse in carcere & diu asseruatam. De natis uero Fabius Pictor sic scribit, Iubente Amulio infantes exportati à famulis, expositictꝫ sunt super aquam ipsam. Recedẽte autem riuo paulatim ab extremis, eiecti sunt paruuli in littus. Quibus uagiẽtibus cũ per eluuiem uolu-

Rhea Syluia.

Rhea ui stupratur.



Lupa pascit paruulos.

erentur lupa quædam apparẽs paulo antè fœta, turgẽtibus lacte uberibus, ea submittebat ad ora puerorum, lingua quoctꝫ cœnum abstergẽs quo pleni erãt. Hoc interim spacio forte pastores aduenerũt, greges agentes in pascua, uidensctꝫ unus lupam ut infantes coplecteretur, stupefactus conuocat plurimos. Qui propius accedentes rem perceperunt, hanc infantes tanquam filios fouẽtem, illos lupæ tãquam matri adhærẽtes, rem quãdam diuinam uidere se rãti, propius accedebant cõgregati terrẽtes clamore beluam. Lupa autem non multum exasperata aduentu hominũ, sed ut mãsueta sensim diuulsa abijt. Pastores uero susceperunt infantes ipsos, adhibẽtes studium, ut educarent, quasi deorum essent filij. Sũt etiã qui pastoris uxorem Lupam uocatam dicãt, quæ pueros lactans enutriuit, crescentibusctꝫ nomina imposuit, alteri quidẽ Romulum, alteri uero Remũ. At peruetusti nummi ante bis mille annos signati, qualẽ ego unũ habeo antiquissimũ, ostendunt sua pictura non esse fabulã, quod passim omnes de lupa fera scribũt. Egressi aũt Remus & Romulus pueritiã, uitã egerũt pastoralem, in mõtibus sæpe ex lignis & harundinibus tuguria figentes, seipsos contegebant. Cumctꝫ lites orirent inter pastores, secutæ sunt aliquando manibus plagæ ac deinde atrocia uulnera & homicidia, captusctꝫ Remus cõdemnatur ab Amulio. Interim uero Romulus certior fit de genere suo, subijtctꝫ animũ eius matris miseratio, & de Numitore sollicitudo. Numitor quoctꝫ liberãs Remum à morte, dedicit ab eo, quomodo à pastoribus unà cum fratre gemello sub lupa inuentus & liberatus à submer-

Romulus & Remus.

à submersiõe, atq; educatus fuit. Cui uicissim Numitor aperit casus suos, & quomodo Amulius frater ipsum fraudauerit regno, orbamq; sibi domũ liberis reddiderit, postulãs, ut Remus domus suæ uindex sit. Quod & factũ est. Nam Remus & Romulus firmissima stipati caterua, ui omnes uno impetu occuparũt, ingressum non multis militibus defensum, haudq; difficulter Amulium obtruncãt, arcemq; eius capiunt, Numitorem uero auũ suum reponunt in solij eius apicem. *Amulius interficitur.* De procreatione itaq; & educatione conditorum urbis Romæ hæc dicuntur, atq; ex his præludijs initium sumpsit Rom. imperium, quod post aliquot annos in tantum crescere cœpit, ut in hunc usq; diem simile sibi in terra non emerserit. Postquam uero Numitor mortuo Amulio imperiũ adeptus est, comparare statim cogitauit adolescẽtibus Remo & Romulo propriam dominationem, donauit pecunias, armaq; & frumentum, seruos & iumenta oneraria, & si quid aliud esset, nouæ urbis constitutioni conferens. Fratres uero in cõdenda urbe discordes effecti, utrinq; ad arma concurrerunt, occisusq; est Remus cum multis sibi adhærentibus. Hoc igitur modo Romulus rex & ab hominibus & à dijs creatus, uir in bellicis rebus grauis ac strenuus & ad constituendum ciuitatis statum optimum prudentissimus, omnem sibi subiecit populum. Ipse cõdidit aut uerius renouauit Romã, statuitq; multas leges, iuxta quas uiuerent Romani, ut infrà dicetur. *Remus occiditur.* Hæc autem inciderunt in annum ante Christũ natum, septingentesimum & tricesimum, quãdo scilicet Romulus rerum potitus est Romæ. Roma uero initium sumpsit anno ante restitutã salutem octingẽtesimo & sexagesimo secũdo, post captum uero Ilium anno 432. De successoribus Romuli in regnum, dicam infrà plura.

De Sibyllinis libris.

VEnit olim Romę ad Tarquinium tyrannum mulier quædã, non indigena, libros uendere uolens nouem, plenos Sibyllinis oraculis: at non censente æquum Tarquinio libros ipsos precio petito emere, abiens mulier tres ex eis cõbussit, ac nõ multo pòst redijt reliquos afferens, uolensq; tantidem uendere. Visa autem sine sensu quodam esse, & ex eo mulier irrisa, quod idem peteret de paucioribus preciũ, quod nec de pluribus accipere potuisset, abiẽs ipsa iterum, dimidium relictorum combussit, & tres afferens libros tantundem auri petijt. Admiratus mulieris consilia Tarquinius, augures accersiuit, remq; eis enarrans, quid agendum esset petebat, illiq; ex quibusdã signis intelligẽtes, quod à deo missum bonum rex auertisset, magnamq; iacturam esse factã declarantes, quod non omnes emisisset libros, numerari iussere aurum mulieri quantum peteret, & oracula quæ superessent capere. Mulier igitur dans ei libros & seruandos esse dicẽs diligenter, è conspectu hominum ablata est. Tarquinius autem quibusdã uiris custodiam librorum tradidit. Et post electionem regum assumens ciuitas oraculorum patrocinium, uiros etiam illustrissimos custodes eis designauit. Nec Romani quicquam ita custodierũt, ut Sibyllina oracula diuinitus missa. manserunt q; usq; ad bellum Marsicum, sub terra posita in templo Capitolini Iouis in arca lapidea. Incenso autẽ templo simul cum alijs deo repositis, ista quoq; corrupta sunt igni. Porrò quæ nunc extant, ex multis collata sunt locis, alia ex urbibus Italiæ, alia ex Erythris in Asia, ex S. C. missis legatis ad eorum descriptionem: alia uero ex alijs urbibus, ab hominibus quoq; rudibus transcripta, in quibus aliqua reperiuntur inserta Sibyllinis. Scribit autem Varro decem fuisse Sibyllas. Prima fuit Persica, secunda Libyca, tertia Delphica, quarta Cumęa in Campania, quinta Erythrea, sexta Samia, septima Cumana, octaua Hellespontia, nona Phrygia, decima Tiburtina. Omnes autem hæ Sibyllæ unum prædicant deum, maximè tamẽ Erythrea, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur. Persicam aiunt sic cecinisse: Gignetur dominus in orbem terrarum, & gremium uirginis erit salus gentium, & pedes eius in ualetudine hominum. Et Libycam dicũt tale de Christo protulisse oraculum. Ecce ueniet dies, & illuminabit dominus densa tenebrarum, & soluetur nexus synagogæ, & desinẽt labia hominũ & uidebũt regem uiuentium, & tenebit illum in gremio uirgo domina gẽtium, & regnabit in miseri cordia. Delphica uero, quam ante Troiana dicunt uaticinatã bella, tale oraculum de Christo reliquit: Nascẽt propheta absq; matris coitu ex uirgine eius. Et Sibylla Cumana tempore Tarquinij prisci sic cecinit: Magnus ab integro seculorũ nascitur ordo, iam redit & *Oracula Sibyllarum.*

o uirgo



uirgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittit alto. Item Sibylla Erythrea & Asiatica omnium aliarum clarior sic dicit: In ultima ætate humiliabitur deus, humanabitur proles diuina, unietur humanitati diuinitas, iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur. Et Sibylla Samia, à Samo insula sic dicta, in hunc modum prophetauit. Ecce ueniet dies & nascetur de pauperecula. Et bestiæ terrarū adorabunt eum, clamabunt & dicent. Laudate eum in atrijs cœlorum. Helleſpōtia uero in agro Troiano nata, sic prophetasse narratur: De excelso cœlorum habitaculo prospexit humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de uirgine Hebræa cum cunabulis terræ. Porrò Sibylla Tiburtina, quę in Italia tempore Augusti Octauiani floruit, mira quoq; de Christi incarnatione scripsit, si modo ea prophetauit, quæ de illa à quibusdam cōemorantur. Nam dicunt eam sic prophetasse: Nascetur Christus in Bethlehem, annunciabitur in Nazareth. O felix illa mater, cuius ubera illum lactabunt, &c.

De

De ciuitate & populo Venetorum.

NOmen Venetorũ olim fuit nomen populi & nõ ciuitatis. Nam ciuitas Venetiarum non habet illam, quam reliquæ urbes Italiæ, uetustatẽ, ut iam dicetur. Accidit enim circa annũ Christi 300 ut ex Scythia prodierit populus ferus & crudelis, quem Hunos uocant, qui grauissima intulit damna omnibus ferè Europæ nationibus, ut infrà in Vngaria fusius dicetur. Cœperũt primũ sæuire in Thracia, penetrantesq; Mœsiã & Illyricũ uenerunt in Italiã. Veneti uero qui tunc in cõtinenti circa Adriam habitabant, audientes aduenire colluuiem illam, fugientes in mare, cõsederunt in paruulis insulis, quarũ magnus erat numerus, & quæ non multũ à se distabant, uictitantes ibi prout poterant, potissimum autem uictum piscatura quæritantes Ichthyophagum ritu uiuẽtes. Paulo pòst cœperunt in insulis illis erigere ædificia, maximè in ea quæ uocabatur Riuo alto, sic dicta, quod mare ibi profundius esset quàm circa alias insulas, aut quod hæc insula emineret supra alias. Hac itaq; occasione moti Veneti, posuerũt primũ urbis fundamentum super insulam Riualto, anno Christi 420. uel ut alij scribunt, anno 456. Et nisi Attilam circumstãtium urbium euersorem habuisset Venetorũ urbs, nullum adhuc ortum inuenisset. E multarum namq; ciuitatũ excidio mutato fato supra modum efflorere cœpit. Siquidem ex Aquileiæ, Concordiæ, Alcini, Paduæ, Opitergij montis, Heracliæ, Aquilij, Gradus, Capreolarũ & Laureti reliquijs planè constat urbs ipsa. Primi autem cõditores fuerũt Paduani, cœpitq; protinus urbs crescere in ædificijs, dominio, potentia, opibus, numero hominum & possessione terrarum, in mari atq; cõtinenti, ut etiã temporis successu sibi subegerit magnas insulas, ciuitates & regna in remotis terris, quanq; nostro æuo Turca illis multa ademerit. In summa, urbs illa magnificẽtissima, pulcherrima & ditissima, facta est regina maris, habitaturq; à maxima frequentia populi, ex diuersis nationibus, imò ex toto fermè orbe ad exercendam mercaturam illic cõcurrentis. Est ibi omnium linguarum usus, diuersissimiq; sunt hominũ amictus. Vectigal quod ex uino, sale, oleo, alijsq; rebus magistratus leuat, dicitur ascẽdere ad duos miliones, hoc est, uicies centena millia ducatorum, præter tributa, census & redditus, quos ex subiectis leuant ciuitatibus.

Riuo alto.

De ducibus & magistratu Venetorum

ANno Christi 700 Veneti primũ cõstituerunt ducẽ, antea uero respublica fuit administrata & gubernata per tribunos & cẽturiones: inter quos cum nõnunq; graues orirentur simultates, exequerenturq; cũ discordia officia sua, & superuenirẽt Longobardi, inuiderẽtq; suam eis libertatẽ, quod nemini essent subiecti, & ob id eos lacessere tentarent, Veneti inito consilio crearunt ducẽ, sub quo concordes uiuerent, paribusq; uotis aduersarijs resisterent. At temporis successu nõ semper benè sibi consultũ arbitrãtes, multos ex ducibus turpi morte sustulerunt, si uera sunt quę passim de illis scribuntur. Vrsum tertium ducem in seditione quadã interemerunt. Filium uero eius Adeodatum priuauerũt utroq; oculo, postquã reipublicæ aliquãdiu præfuisset. Decimũ ducẽ Obelierũ dictũ, actũ in patibulũ lacerarunt in frusta. Decimumtertium occiderunt in ecclesia. Decimumquartũ combusserũt anno Christi 958. in suo palatio. Decimuquintum truserũt in monasteriũ. Vicesimum octauũ damnauerũt exilio. Quadragesimumquintũ Reinhardum nomine lapidauerũt. Quadragesimum sextũ conieccrũt in dura uincula. Quinquagesimumquintum decollauerunt. Hæc & multa alia passim scribunt de Venetis & eorũ ducibus. At Caspar Cõtarenus, qui ex professo de Venetorũ republica scripsit, nullam de hoc miserabili ducum interitu mentionem facit. Volaterranus quorundam meminit. Porrò de magnificentia

Primus dux Venetorum.



& poteſtate ducis Venetorum, dictus Caſpar Contarenus Senator Venetus in hunc modum ſcribit. Electus in ducem, quãdiu uiuit præeſt reipublicæ, nec Senatus quicquam agit ſine eo, ſicut nec ipſe aliquid agit abſq; Senatu. Quando uenit ad tribum aliquam in ciuitate, non habet maiorẽ in ea autoritatem q̃ magiſter illius tribus. Habet etiã in rebus gerendis legẽ præſcriptã & certũ modũ cui ſe cõformem reddat, quam q̃ preuaricari nefas eſt.

Magnificentia ducis. Ornatus eius nõ differt ab ornatu regis. Nam inſtar regũ geſtat indumẽtum purpureũ aut auro contextũ. Capiti uero imponit mitrã regiam ex lino factã, quam circũdat pileus purpureus cinctus corolla aurea. Quũ Senatũ ingredit, habet paratum ſolium regium, & omnes ciues, etiam ſenatores, quãdo coram eo loquũtur, diſcooperiunt capita ſua, ſtantq; ceu corã principe. Omnia diplomata quæ à ſenatu ſcribuntur & ad exteros mittuntur, ſcribũtur nomine ducis, eiusq; obſignantur ſigillo. Sic quando leges euulgãtur, ſub nomine ducis publicantur. Monetæ quoque & aurei nummi cuduntur & ſignantur nomine & imagine ducis. In ſumma, dux in cunctis præ ſe fert perſonam regis coram ſubiectis, excepto quod habenæ illi plena autoritate non laxant. Poſt illum eliguntur ſex proceres ex ſex tribunitijs collegijs, ex quolibet ſcilicet unus, nam urbs diuiditur in ſex tribuũ collegia, & hos habet immediatos conſiliarios, nec quicquam agit ſine illorum cõſilio. Sed non funguntur hoc officio ultra octo menſes. Et quo dux maiori fulgeat pompa faſtuq; conſpicuus fiat, numerantur illi ex communi fiſco ſingulis annis 3500 aurei, quos in priuatũ uſum nõ licet uertere, ſed expẽdere in faſtũ & apparatũ ut principẽ decet, alias enim poſt mortẽ eius hæredes eius non ſine mulcta cogerẽtur reſtituere ſi quid in eos eſſet collocatum. Quum foras egredi tur, tenetur poſt ſe in ſuis ſumptibus lõgum trahere ſeruorum ordinem, & quater in anno iuxta priſcam conſuetudinem opiparũ inſtruere conuiuium, pro ſexaginta aut ſeptuaginta ciuibus & ſenatoribus. In ſolennitate aſcenſionis Chriſti pro more prædeceſſorũ ingreditur pulchram & ornatam nauem unà cum epiſcopo & ciuibus aliquot, ductaq; nauí in uaſtum mare, proijcit annulum aureum in mare, & uerbis profitetur ſe hoc indicio ſibi deſpondere mare in perpetuum dominiũ. Exercet & epiſcopus quaſdã ceremonias, quibus finitis redeunt domum.



Sex tribuni.


Electio ducis. Quãdo eligendus eſt dux, nemo ſcire poteſt, in quem cadat electio. Nam fit ſorte, atq; ob id nullus inanis gloriæ cupidus hic quicquã efficere poteſt, ſed nec munera quicquam obtinere poterunt. Vt autem lectus eſt nouus princeps, cuditur noua moneta cũ nomine & imagine ducis, geſtaturq; dux magna pompa à nautis per forum ſancti Marci, ipſe uero interim ſine ceſſatione ſpargit nouam monetam inter uulgus, quouſq; uentum fuerit ad certum locum, ubi ducali pileo adornatur.

Ciuitas

CIVITAS VENETO

RVM, REGINA ET domina maris, exarata ſecundum nii-

rabilem ſitum, quem in Riuo alto poſt Hunorum ſæ-
uitiam in ſinu Adriatico eſt aſſequuta,
ſeruatæq; in hunc uſq; diem.



Venetiarũ ciuitas habet in circuitu miliaria Italica octo, ſita in æſtuario maritimo. Tuetur urbẽ cõtra mare furioſum, littus quoddam naturale ex mari eminens, quod in quinq; locis tranſitũ nautis & portum præbet, maximè apud duo caſtella & apud Chiozam ciuitatem epiſcopalem, diſtantem ab urbe miliaribus 25. eſtq; in itinere uerſus Ferrariam. Sunt per circuitum urbis 25 inſulæ, quæ ferè omnes à religioſis habitantur. Reliqua patent ex pictura ipſa.

Venetiarũ ciuitas habet in circuitu miliaria Italica octo, ſita in æſtuario maritimo. Tuetur urbẽ cõtra mare furioſum, littus quoddam naturale ex mari eminens, quod in quinq; locis tranſitũ nautis & portum præbet, maximè apud duo caſtella & apud Chiozam ciuitatem epiſcopalem, diſtantem ab urbe miliaribus 25. eſtq; in itinere uerſus Ferrariam. Sunt per circuitum urbis 25 inſulæ, quæ ferè omnes à religioſis habitantur. Reliqua patent ex pictura ipſa.

Habet urbs Venetiarum parochias 62 & monaſteria 41. Tot habet canales quot uicos. Pontes publici in ea, præter priuatos, ſunt 400. Nauigia accommoda omnibus uſibus, plus minusue 8000. In nauali, quod undique muro cingitur, aſſiduè quadringenti occupantur homines, conficiendis triremibus atq; alijs maritimis parandis rebus intenti. In Murano inſula, eximia conficiuntur uitrea uaſa, quæ uulgo Cryſtallina appellantur, & per omnes regiones circumferuntur.



Habet urbs Venetiarum parochias 62 & monasteria 41. Tot habet canales quot uicos. Pontes publici in ea, præter priuatos, sunt 400. Nauigia accommoda omnibus usibus, plus minusue 8000. In natali, quod undique muro cingitur, assiduè quadringenti occupantur hom ines, conficiendis triremibus atq; alijs maritimis parandis rebus inten ti. In Murano insula, eximia conficiuntur uitrea uasa, quæ uulgo Cry stallina appellantur, & per omnes regiones circumferuntur.

De ditione, poteſtate & opibus Venetorũ.

Venetorum exactiones.

CAeterum quantũ attinet ad diuitias & publicum ærarium, prouentus, telonea, uectigalia & exactiones, quæ leuantur annuatim in hac urbe, dici nequit in quãtam ſummam hæc aſcendant. Proditum eſt memoriæ, ſubiectos tantis grauari tributis, ut anno Chriſti 1350. Teruiſia non ob aliã cauſam ſeſe dederit Lupoldo duci Auſtriæ. Idem egit Tergeſtum. Carolus magnus dedit Venetis multa priuilegia, cui tamen illi ingrati facti, clàm ſuppetias miſerunt Nicephoro Imperatori Conſtantinopolitano, hoſti Caroli magni. Quo comperto, Carolus magnus in mãdatis dedit filio ſuo Pipino, quem regem ſuper Italiam cõſtituit, ut iniuriã iſtam ulciſceretur. Mouens ergo Pipinus expeditionẽ in Venetos, coẽgit eos omnes fugere in mare ad Riuum altum, extructoq; longiſſimo ponte, inſtituit eos bello petere, ſed oborta tẽpeſtate & fracto ponte retractus eſt à propoſito ſuo. Anno 810. attulerunt mercatores corpus ſancti Marci ab Alexandria Venetias, cõditaq; eſt pro honore eius baſilica magnificentiſſima, in hunc uſq; diem cõſiſtens. Anno Chriſti 1202 nacti ſunt Veneti Cretã inſulam, quæ antea fuerat Imperatoris Cõſtantinopolitani. Sub Ottone quoq; tertio Imperatore, adiecerunt ditioni ſuæ multas alias inſulas & ciuitates, præſertim Parentiam, Polam, Arban, Corictã, Corcirã, quam modo Corfulam & Corfun uocãt: item Pharũ quę hodie Leſinia appellat, & alias multas ciuitates, in quibus piratæ ſua habuerunt latibula. Cumq; poſt aliquot annorũ curricula Turcæ cœpiſſent Venetos multis & uarijs modis laceſſere, eripuiſſentq; eis in Albania Dyrrachen ciuitatẽ & in Sclauonia Croyam aliam ciuitatẽ, diffidentes Veneti uiribus ſuis contra tantum hoſtem, uolentesq; eum habere amicũ, donauerũt ei tredecim inſignes ciuitates, quas in Græcia de imperio Cõſtantinopolitano obtinuerant unà cum Coſdra magnifica Albaniæ ciuitate. Produnt etiam hiſtoriæ, Venetos anno Chriſti 1400 occupaſſe Vincentiam, quæ fuerat de ditione Vicecomitis Mediolanenſis. Deinde anno 1406 alienarunt à Romano imperio has duas ciuitates, Paduam & Veronam. Anno Chriſti 1473 occupauerunt Veneti regnum Cypri, idq; in hũc modũ. Deficiẽte regni uirili legitimoq; ſemine, & turbato regno, accerſitus Ludouicus Subaudię dux, qui regis Iohannis legitimã filiam Carlotã nomine uxorem habuit, magno omnium applauſu rex ſalutatur. Iacobus autẽ Carlotæ frater illegitimè natus, Ludouici aduentum haudquaq; expectare auſus, cum amicis in Alexandriã nauigauit, opem Soldani imploraturus. Erat Iacobus duos & uiginti natus annos, forma egregia, ſtatura corporis patri perquàm ſimilis, uerum animi dotibus & eloquentia longè diſpar. Exoratusq; ab eo Sultanus promiſit ſubuenire ſupplici, moxq; regijs allatis ornamẽtis, facit Iacobum indui ueſte purpurea, declarauitq; eum regem, & fecit ſibi Cyprũ uectigalem, Ludouicum uero iubet citius abire ad ſua. At Ludouicus mittit legatos ad Sultanũ, qui eius mentem lenirent, & cauſam humilibus uerbis defenderent, dicerẽtq;, Ludouicum Sultano in omne tempus amicum futurũ, tributumq; ſuis temporibus præſtaturum, Iacobo uero decem millia aureorũ ſingulis annis quoad uiueret traditurũ. Res diu in cõſilio apud Sultanum agitata eſt, & parũ abfuit, quin Ludouici poſtulata admitterentẽ, niſi Iacobus multos in aula Sultani ſollicitaſſet, ac deinde Venetos & Mahumetem Turcarũ Imperatorem ad ferendum ſubſidium ſibi conciliaſſet. Cõſentiens ergo Sultanus Iacobi precibus, accepit iuramentum ab eo, amandauitq; eum cum magna militum manu: qui ueniens in Cyprum coẽgit Ludouicum cum Gallis ſibi adhærentibus fugere in quoddam caſtellum, in quo aliquandiu obſidionem paſſus eſt. Coactus uero tãdem excedere, potitus eſt Iacobus tota inſula, duxitq; uxorem filiam cuiuſdam patritij Veneti, qui uocabat Marcus Comarius, cuius filiam poſt eius mortem ſenatus ſibi adoptauit, tãdemq; per eam acquiſierunt regnum. Nam Iacobo rege mortuo, uxoreq; prægnante relicta, Veneti ceu tutores relictam reginam ad ſe recipientes, regni adminiſtrationem uſurparunt. Sunt qui ſcribunt puerum poſthumum paulo pòſt natum, à Venetis ſublatum, ſicut & patrem eius Iacobum uolunt ueneno extinctum, Venetis ſuæ cauſæ hoc pacto proſpiciẽtibus. Alij uero aliter ſcribũt, tantæq; impietatis Venetos reos non faciunt, ut hac crudelitate ſibi compararint

Corpus ſancti Marci.

Creta ſit Venetorum.

Cyprus.

Ludouicus Subaudiæ, rex.



Iacobus fit rex Cypri.

pararint Cypri regnũ, quibus & boni quiq; ſubſcribunt uiri, ſed mortuo patre & poſthumo, ſenatus adoptionis & hæreditatis iure ſucceſſerit in regnum.

Forum Iulii & Aquileia.

FOrũ Iulij, uulgo Frioli, uel, la patria de Frioli, Germanicè uero Friaul, nec prouincia eſt nec magna admodum Italiæ pars, circiter quinquaginta miliarijs Italicis longa, & lata totidem, ager alioqui tum amœnus tum fertilis: oppidulis, ciuitatibus & pagis refertus, comitibus & priuatis dominis pro maiori parte ſubiectus Rempublicam tamen Venetam agnoſcunt omnes. Huius metropolis Vtinũ eſt, præclariſſima & ampla ſatis ciuitas, ad quã præfectus à Venetis mittitur, qui Locumtenens uulgo appellatur, ad quem ceu principem difficilia omnia deferũtur, licet multi merum iſtic dominium in ſuis oppidulis obtineant, qui etiam inter patricios Venetos recenſentur. Aquileia urbs, Carnorum metropolis, hodie uero in Foro Iulio non longè à mari Adriatico poſita, olim potẽtiſſima claruit: iam uix inuenias ueſtigia ciuitatis, nec tot habet domos ut pagus appellari poſſit. Inſigne nihil habet, præter antiquum & ruinoſum templũ, cuius Canonici propter cœli intẽperiem & adiacentes paludes uix per trimeſtre tempus uiſitare poſſunt. Patriarchatus titulo inſignita eſt, & paret patriarchæ cum plurimis alijs Foroiulij oppidis. Iam Patricius Venetus, qui cardinalis Grimanus appellatur, hac dignitate ornatus & ditione auctus eſt. Fuit hic locus olim Romanorum colonia, atque ad eum flumine aduerſo onerarijs nauigatur per Natiſonem fluuium nauibus. Leguntur paſſim multa de hac Aquileia in hiſtorijs. De Foroiulio ſic ſcriptum inuenio. Rex Auarũ quẽ Cacanũ uocant, cum maxima parte copiarũ Forumiuliũ obſedit, maiore conatu q; ſpe munitiſſimę urbis potiundæ. Cœperat urbs hæc iam inde Aquileiæ excidio, totius regionis tanq; arx & caput haberi, ſedebatq; ad Natiſonẽ fluuium. Tomilda uero uxor Giſulphi (quem rex Cacanus occiderat) tenebat urbẽ mœnibus & præſidio munitã, defendebatq; eam ualide aduerſus omnes Auarũ conatus. Sed q̃d uis nulla potuit, mulie bris intemperies urbem alioqui munitiſſimã hoſtibus patefecit. Tomilda enim regem forteintuita mœnibus obequitãtem, forma & ætate florẽtem, eius amore capta, miſit qui cũ eo urbis proditionem paciſceretur, ſi ſe in matrimonium reciperet. Accepit barbarus conditionem, uictoriæ cupidus, fideq; in id quod promittebat data & accepta. Tomildæ operam urbem admittitur. Hic rex ne fidem falleret, nocte una Tomildam pro coniuge habuit, inde effrenatam mulieris libidinem duodecim robuſtiſſimis militibus ſubiecit, qui per ludibrium & dedecus eam aſſiduis compreſſibus explerent. Poſtremo mulierem miſerabiliter uexatam palo affixit, ut omnibus ſui ſexus documẽto eſſet, ne libidinem rationi anteponerent, uoluptatem utili & honeſto, ſimul ut omnes ſcirent, perfidiam ne apud eum quidem, cui gratificari ſe putet, tutam eſſe oportere. Oppidum inde direptũ eſt, hauſtumq; ue quicquid opum Heruli, Gothi, nouiſſimeq; Longobardi, ex tota Ciſalpina Gallia per annos 150 & amplius unum in locum cõgeſſerant. Multitudine inde extra urbem educta, in Longobardorum inuidiam incendio conſumptum eſt ac ſolo æquatum. Fuit annus quo Forumiulium eſt ita exciſum ducẽteſimus ferè ab eo, quo Aquileia ab Hunis Attilę ductu diruta eſt. Quum Auarum rex prouinciam Foroiulienſem hoſtiliter adoriretur, Giſulphus dux regionis cũ exercitu haud cõtemptibili ſit hoſti obuius, committitur atrox prælium, fitq; ea pugna tandem Longobardis funeſta, qui & duce in acie amiſſo, adinternitionem omnes ſunt cæſi.



Vtinum metropolis.

Aquileia.

Patriarcha.

Mulier proditurbem.

Forumiulium exciſum.

Mediolanenſis

Mediolanenſis urbis origo & incrementũ.

MEdiolanum à Gallis cõditum, Liuius Romanæ hiſtoriæ autor tradit. Nam Belloueſus, Tarquinij priſci temporibus, Ambigati Celtarũ regis ex ſorore filius, magno hominum excito numero, ad ſedes nouas quærendas, è finibus Gallia-rum emiſſus, in agrum Inſubriũ ueniens, urbem condidit, quam Mediolanũ appellauit. Quidam ſcribũt, duce Brenno eos Gallos in Italiam ueniſſe, à quibus Mediolanum conditum fuit. Alij uero ſcribũt Mediolanum fuiſſe longè ante Gallorũ aduẽtum, uocatumq; Olanũ, ſed dirutũ a Gallis, qui primi alpes trãſcenderunt, & mox ab alijs Gallis duce Brenno inſtauratum fuiſſe, quod Iuſtinus conditũ ſcribit. Strabo Mediolanum uicum iam pridem fuiſſe refert, quod uicatim omnes habitarẽt, ſed tẽpeſtate ſua eximiæ dignitatis ciuitatẽ, quippe quæ Inſubriũ metropolis eſſet.



Inſubrium metropolis

De urbis nomine nihil apud idoneũ ſcriptorẽ (inquit Merula) legi. Fama eſt uetus, ab apro lanato ex media parte, quẽ effoſſo ſolo inuenerũt, Mediolanũ eſſe nũcupatũ. Eſt circa hãc urbẽ nobilis regio, tũ cœli tẽperie, tum ſoli fertilitate, & affluenti rerũ copia, unde ciuitas ipſa ſuo abũdãs populo & proprijs nitẽs uiribus, ſemper gẽtis fuit caput, & quotiẽs euerſa, poſt excidiũ reſtituta, ubertate agri & propinquitate alpiũ, ex quibus hominũ copia affluit. Opes & uires gẽtis quãtę fuerint, oſtẽdunt multiplicia perpeſſa bella, poſt quæ urbs rurſum ſurrexit. Olim cũ ſub Rom. populi et Cęſarũ tutela quieſceret, terreſtribus magis q̃ maritimis fructibus & multitudine populi mirũ in modũ ciuitas excreuit, in quã ſiue aëris clemẽtia, ſiue cultu agrorũ, dignatiõe morũ & opũ amplitudine, Romani Cęſares quoties ocioſi forent, uel bella cũ Germanis atq; Gallis eſſent, diuerterũt. Traianus nõ ſolũ urbem frequẽtauit, ſed & nobiliſſimũ palatiũ ædificauit in ea urbis parte, quæ adhuc nomen palatij ſeruat. Maximianus Hercules quondã dictus, ampliſſimũ templũ Herculi excitauit, quod poſteriores diuo Laurentio martyri dicauerũt. In hac urbe cultæ fuere liberales omnes diſciplinæ. Nam & Virgilius Mediolani literis operã dedit. Patet adhuc area, quã uiridariũ dicũt, deducto ſcilicet nomine à nemoribus & uiridarijs, quæ plerũq; principes & potentes populi intra mœnia, tum animi, tum uenationis & aucupij gratia fecere. Extant ſedecim ſtriatæ columnæ, operis antiqui ueſtigiũ, ſiue propylei ſiue periſtyli eius tẽpli, quod Maximianus Herculi cõſecrauit. Ingenti incremẽto res Mediolanẽſis tẽpore Gratiani Cæſaris aucta erat, & maxima accumulata diuturna tranquillitate: Nam quingentos & amplius annos, neq; ab externo hoſte, nec inteſtino bello Inſubres uexati fuere. Duraũit illa felicitas uſq; ad diui Ambroſij tẽpora. Nam cum illa tẽpeſtate Italia peſtifero Arij dogmate infecta laboraret, Mediolanũ adeo contaminatũ fuit, ut intra urbem ipſam, gliſcẽte hæreſi, ceu diuerſarũ factionũ duces, duo epiſcopi armis repugnarent. Pulſus tamen urbe Ambroſius, & uictore mox Auxẽtio, uelut ciuili bello ciuitas afflicta fuit, poſt cuius feram mortẽ reuocato in patriã Ambroſio, omnis Italia reſipiſcit. Quieuit per aliquot annos ab omni motu & bello ciuitas uſq; ad Gothos, qui Italiã miſere uaſtantes, Mediolanũ quoq; capiũt atq; direptũ incendũt. Poſtea ſub Iuſtiniano Imp. Mediolanẽn. à Gothis deficiẽtes, rurſum fuerũt expugnati, interfecti & mœnia exciſa. Durauit Gothorũ imperiũ in Italia annis ſeſquicẽtũ. Subſequuti paulo pòſt in eorũ locũ Lõgobardi, uſurparũt Mediolanẽſis regionis ditionẽ, à quorũ regibus tandẽ deſcẽderũt Vicecomites Mediolanẽn. Horũ primus fuit Matthęus, q̃ ſolus circa annũ dñi 1274 cœpit urbica negocia adminiſtrare, ſiue quia domi legib. & morib. iura redderet, pculq; à ui & iniuria res urbis ageren̄, ſiue q̃ in omni militari negotio pro ſentẽtia cũcta ſuccederẽt, magnus appellari cœptus eſt. Vicecomitũ res ea tẽpeſtate ſatis ſtabilitę & firmæ erãt, Matthæo dominãte & ſuffragãte Rudolfo nouo Cęſare. Mortuo aũt Rudolfo & ſuccedẽte alio Cæſare, idẽ Matthæus mãſit in dignitate, appellatusq; fuit Cęſaris procurator. Deinde uaria iactatus fortuna, et à bellorũ motibus

Palatium Imperatorum.

Ariana hæreſis.


Gothorum imperium.

Vicecomites.

Cæſaris procurator.

motibus liberatus, nactus aliquid ocij, ad urbis ornamenta conuertit, ædes prætorias foro mercatorio adiecit, in quas duodecim coirẽt uiri, urbicis negocijs & mercaturæ præfecti, pro quorũ arbitrio esculentis & poculẽtis precia quotidie statuũtur, de mẽsura & põderibus ius dicũt, fraudes opificũ cauẽt & castigãt, appellantẽq; publici cõmodi prouisores.

Mediolanenses unde dicti Longobardi.



DIximus suprà, regionem Mediolanẽsem olim dictam Galliam togatam atq; Insubriam, donec subacta fuit à Lõgobardis, qui anno Christi 525. in interioribus Saxoniæ in magnũ numerũ multiplicati, coacti fuerunt egredi insulam Rugiæ, quam occupauerant, & quæ minor erat quàm ut tantam hominũ multitudinem nutriret. Egressi autem ut meliorem & fertiliorẽ sibi quærerent terram, primùm uenerũt in Pannoniam: aliqui uero scribunt eos primũ occupasse Bauariam. Cumq; eam terrã inhabitassent annis 42 nec respondissent uotis eorũ, relicta ea anno Christi 568. armata manu concesserunt in Italiam, si forte in ea portionem aliquam commodiorem obtinerent. Non tamen penitus reliquerunt Pannoniam, sed Hunis eam interim possidendam tali pacto tradiderunt, ut si frustrarentur in Italia spe sua, in Pannonia locum haberent ad quam postliminio reuerterentur. Sunt etiam qui scribũt eos uocatos à Narsete, qui post Gothicam uictoriam tenuit Italiã annis 16. Sed dum ille nimium diuitijs inhiaret, accusatus à seditiosis quibusdam ciuibus apud Iustinum Imperatorem, quod nimis austerus esset, missus est Longinus cum nouo exarchatus magistratu, qui Narsetis locum obtineret. Narses uero à Sophia augusta per risum uocatus est ad gynetiũ, mulicbria facere opera, lanas & pensa diuidere, quia eunuchus erat. Quibus irritatus uerbis, Neapolim concessit, augustæ Sophiæ respondens, se tam inextricabilem orditurũ telam, quam quoad uiueret nequiret deponere. Missis ergo legatis Longobardos, qui tum in Pannonia resederant, solicitauit, uti Italiam occuparẽt, terram cunctis diuitijs refertam, salubritate cœli, frugũ, uirorumq; præstantia longè principem, relicta Pannonum paupere rure. Longobardi læti nuncium acceperũt, & post triennium rege Alboino duce, numero ducentorum penè millium cum uxoribus ac liberis & omni suppellectile Italiam petierunt, eq; & subegerunt & in potentatus diuiserũt. Quũ uero in ipsa profectione essent, intrassentq; terminos Venetorũ, ascẽdit Alboinus montem quendã, qui in ijsdem locis prominet, indeq; quantum prospicere potuit, partem Italiæ cõtemplatus, dixit ad suos. En fortissimi uiri, hæc est nobilis illa Italia, quã quærimus. Ingressus inde Foriiulij terminos sine ullo obstaculo, præfecit illi prouinciæ Gisulphum nepotem suum, uirum per omnia idoneum. Deinde expugnauit Taurisiũ, Vincẽtiam, Veronam, Mediolanum & alias multas ciuitates. Protractum est autem bellum istud in quartũ usq; annũ, subegerunteq; Longobardi ferè totam Galliã togatã, quæ & ab eis denominata est Longobardia, ac deinde corrupto uocabulo Lombardia. Iste Alboinus rex 11 in numero, quum uice quadam genio indulgeret, inter pocula iussit afferri phialam



Inextricabilis tela.

Forum in[illegible]

Lombardia

phialam, cui craniũ Comundi regis Gepidarum erat incluſum (alij uocant eum Eurimundum) quem in Vngaria occiderat, atq; filiam eius uxorem duxerat. Fuerunt autem Gepidæ iſti reliquiæ Hunorum, qui cum rege Attila ingreſſi fuerãt Italiam, facti Longobardorum uicini. Poſtquã uero Alboinus multas in Italia adeptus fuiſſet uictorias, plurimasq; ſubegiſſet ciuitates & in eis præſidia poſuiſſet, atq; regnaſſet tres annos & ſex menſes, reuerſus Veronam, ubi regni ſedem conſtituerat, ad uxorem ſuam, publica celebrauit conuiuia, uinoq; grauatus iuſſit ſoceri Chunimundi cranium afferri, eoq; uino repleto & epotato, miſit pincernam ſuum cum craneo illo deteſtabili ad uxorem ſuam Roſimundam, clamauitq; alta uoce: Bibe cum patre tuo. Accepta mulier hac iniuria, altum concepit in corde dolorem, quem compeſcere non ualens, mox in mariti necem, patris cædem uindicatura, exarſit. Habuit autem rex in aula ſua adoleſcentem nomine Helmechildem, cuius mulier illicito tenebatur amore, eumq; ſubornauit, ut regem dormientem in ſomno necaret. Quo facinore patratro, nitebatur mulier regnum cum adoleſcente retinere. Inſidiantibus autem Longobardis reginæ & Helmechildi, fugit illa cum adoleſcente Rauennam, auferẽs ſimul magnam uim auri, totumq; Longobardorum theſaurũ. Exarchus uero Longinus, Rauennæ tunc habitans, ſuſcepit illos cum magno honore, præſertim quod mulier elegãti eſſet forma, aut quod abundaret diuitijs, atque ob id ambijt nuptias eius, cœpitq; ſuadere ut Helmechildem interficeret, & ipſius ſe nuptui copularet. Quod mulier uidens (ut erat ad omnem nequitiam facilis, affectansq; Rauennatium fieri domina,) cogitare cœpit, quomodo reiecto adoleſcente, exarchum ſibi iungeret maritũ. Occurrens ergo quodam die adoleſcenti uenienti ex balneo propinauit illi poculum ueneno mixtum. Adoleſcens nihil ſibi metuẽs nec quicquam mali ſuſpicatus de muliere, accepto poculo bibit, & illico ſenſit mortiferam hauſti potus uim, & antequam totum ebibiſſet, diſſimulato mortis dolore, dedit & mulieri ex eo bibendum dicens. Et tu quoq; in balneo languidior ui caloris effecta es, ebibe ergo reſiduum. Qua renuente & dicente, iam certè non ſitio, ille obſtinatius inſtans, cœpit nolentem cogere, tandemq; extracto gladio & intẽtata morte illam coẽgit, ut ſumeret calicem mortiferũ, ebiberetq; quod reſiduum erat in eo. Quo facto, paulo poſt utercq; ueneno inflatus animam reddidit. Sicq; dei omnipotentis iudicio regis Alboini interfectores nequiſſimi, uno momẽto perierunt. Poſt iſta Longobardi aliũ creantes regẽ Clephem nomine, cœperunt graſſari in Italia, incendio & gladio omnia deuaſtantes, tantamq; rabiem exercentes, ut Italia grauiora damna uix antè ſenſerit. Non parcebãt mulieribus neq; pueris. Exarchus uidẽs tantam furentis populi debachationem, coactus fuit eos rogare pro pace, quodq; contenti eſſent ciuitatibus à ſe ſubactis, & reliquas minime infeſtarent, quibus tamen uerbis parum impetrauit. Nam exercuerũt tyrãnidem ſuam uſq; ad tempora Caroli magni, annis ſcilicet 204. qui potẽti manu illos cõpeſcuit, idq; anno Chriſti 770. Cepit quoq; Deſiderium regem ipſorũ ultimũ, & relegans eum Lugdunum, cõſtituit ſuper eos duces alienos, qui tam humaniter eos tractabant, ut iam ex ſua gente rectores ſibi nõ optarent. Dicti fuerunt Longobardi ab initio Winili, ſed poſtea ob prolixas barbas mutato uocabulo uocati ſunt Lõgobardi, quaſi longè barbati. Et quo exteris nationibus perſonarum numero formidabiliores eſſent, reſoluebant quoq; uxorum ſuarum cęſariem, & fluxam comam adaptabant genis earum, tradebãtq; arma in manus earum, hoc cõmento hoſtem ludificantes. Infrà in deſcriptione Daniæ nõnihil quoque inuenies de Longobardis, unde primùm prodijſſe ab hiſtoricis commemorantur.

Verona regni caput.

Alboinus interficitur.

Veneni poculum.

Mulieres barbatæ.

Stratagema.

Multa excidia urbis Mediolanenſis.

ANno Chriſti 540 antequam Longobardi ingreſſi fuerunt Italiam, Gothi quoq; eam occupantes & ſæuientes in ea, expugnauerunt Mediolanũ atq; ſubuerterũt. Memorantur tunc ex Mediolanenſibus occubuiſſe triginta millia hominum.

Poſt Carolum uero magnũ, quum multi reguli in Italia ſurgerẽt, ut infrà ſuo loco dicetur, & quidam ex eis uocarentur Berengarij, qui & Longobardicum regnũ tandem ſibi ſubiecerũt, fecit Otto magnus expeditionem magnam in Italiam, eripuitq; Longobardiam de manibus Berengarij & incorporauit eam Romano imperio. Berẽgarium uero duxit ſecum in Germaniam, nempe ad Bambergam, ubi & mortuus eſt. Sunt etiam

qui

qui ſcribũt ſub Henrico quarto duces Bauariæ Marchiones fuiſſe in Longobardia, præſertim autem dux Guelfo ſignatur hunc marchionatũ poſſediſſe. Quo tempore magni motus, diſſidia & inteſtina bella fuerunt in urbe Mediolanẽſi, diuitibus & nobilibus plebeios opprimentibus, & impunè eis uim inferentibus. Poſteris uero temporibus quum Mediolanũ creſceret in diuitijs & potentia, ſubducerentq; ſe ciues ab obediẽtia Romani imperij, Fridericus Barbaroſſa cõtracto ualidiſsimo exercitu, Mediolanẽſes cum cæteris facile ad iuga coẽgit. Tum uero irrogatam imperatrici contumeliã fertur uindicaſſe. Aiunt illam fœminea, ut putabant, ſecuritate urbem intraſſe, cum illam conſpicere plurimũ amaret, nec potuit aut ſæuitiam aut cõtumeliam ab eis qui parerẽt imperio formidare. Sed plebei ciues male affecti imperatori, cũ iterum rebellionẽ meditarentur, inſolentia ſingulari petulantiã ſuam aperuerũt, obliti decoris ſui, fœmineiq;, obliti armorum Cæſaris, quæ ſæpius illis cum uictoria intentauit. Regiam dominam mulæ impoſitã capite obuerſo in caudã beſtiæ, tradidere in manus pro freno eiuſdem beſtiæ caudã. Ita ludibrio habitam emiſere per portam alteram. Iratus Cæſar iuſta indignatione, obſeſſos perurget, ut ſæpe aliàs, ad deditionẽ, neq; bellũ neq; pacem perferre potentes. Tum deditos illa lege accepit, eos qui uiuere mallent, ficum de genitalibus mulæ dentibus eximerent, alioqui mox obtruncãdi. Multi præponebãt mortẽ ignominiæ: uitæq; cupidi, fecere quod iubebant. Vnde nata eſt Italis illa contumelioſa irriſio, cum digito inter duos oſtenſo proferunt, Ecco la fico. Hæc Krantzius libro 6. ſuæ Saxoniæ.



Barbaroſſa expugnauit Mediolanum.

Imperatrix ludibrio habetur

Anno Chriſti 1162 ſubuerſum Mediolanũ â dicto Imperatore Friderico primo, & poſtea ſubſidio Parmenſiũ & Placentinorũ rurſum in triennio eſt extructũ & inſtauratũ. Obſedit autẽ Imperator urbẽ ſeptem annis quouſq; illam expugnare potuit. Factaq; præda innumerabiles uiros & mulieres cũ paruulis in Germaniã tranſmiſit. Mœnia uero ciuitatis euertit, & urbe ſolo adæquata aratrũ per circuitum duci & ſal in perpetuã damnationẽ ſeminari iuſſit. Deinde uero anno 1170 cõuenientes ciues Mediolanenſes ciuitatẽ rurſum reparauerũt, mœnia munierunt & cum omnibus ciuitatibus Longobardiæ rurſum Imperatori rebelles facti ſunt. Tandem uero cum multis annis Imperator, papa & tota Italia inter ſe cruenta bella geſſiſſent, anno 1177 reformata eſt pax inter eos. Quibus uero mediſs id effectũ ſit, ſcriptores nõ per omnia cõcordant. Sunt qui aiunt Fridericũ cum magno exercitu ueniſſe contra Romã, cuius aduentũ perhorreſcens pontifex, ſumptis coqui ſui ueſtibus fugit Venetias, uenitq; ad monaſteriũ quoddam, ubi hortulo præficitur. Cognitus uero poſt aliquot mẽſes, dux Venetus cum ſenatu pontificẽ ſolenniter perducit ad tẽplum diui Marci. Imperator audiens pontificem eſſe Venetijs, mittit filium illuc, qui ductus ad pontificẽ procurauit ut ſimultates inter patrem & pontificem cõponerentur. Deinde Fridericus quoq; Venetias ueniens, approbat pacem à filio cõfectam. Erat autem hæc cõpoſitionis forma, ut Imperator pontifici redderet Romã & quæ ditionis erant eccleſiaſticæ, & quicquid pontifex pro perpetrata culpa iniungeret, patienter ferret. Iſto igitur fœdere Alexãder pontifex inito, confeſtim ad ianuas templi diui Marci acceſſit, & ibidẽ uniuerſo aſtante populo Imperatori iuſſit, ut ſe humi proſterneret & ueniã denuo poſtularet. Ac pontifex Imperatoris collum pede cõprimens ait: Scriptũ eſt: Super aſpidẽ & Baſiliſcũ ambulabis & cõculcabis leonem & draconẽ. At Fridericus. Non tibi inquit ſed Petro, cuius ſucceſſor es, pareo. Et pontifex reſpondit. Et mihi & Petro. Ac ſic inter Imperatorẽ & pontificem pace cõpoſita, ipſe Imperator cum bona uenia abijt. Quidã tradunt tunc primũ præpoſitos uniuerſæ prouinciæ præſides fuiſſe, qui uicarij Cæſarũ appellarentur, & ſummos urbibus magiſtratus eſſe conceſſos, quos poteſtates dixerunt. Archiepiſcopus quoq; annuum uicarium quem uicecomitem appellabant, iuri reddendo præficiebat. Huius præcipuè erat, quæſtiones exercere, ſupplicia & pœnas capi-

Excidium Mediolani.

Papa induit ſeruilem conditionem.

Papa calcat pedibus imperatorem.

talis noxæ arrogare, &c Cœperũt tunc factiones in urbe. Vicecomites poſtremo nati fuerunt ex comitibus Angleriæ, qui reliquiæ fuiſſe putantur regum Longobardicorum, archiepiſcopo ſubſeruientes ut ſuprà quoq; meminimus. Anno Chriſti 1238 Fridericus ſecundus expugnauit rebellem ciuitatẽ Mediolanenſem, atq; multos in ea interfecit. Abduxit quoq; optimates ciuitatis, unà cum filio ducis Venetorũ, & aliis multis Longobardis, quos ſecum duxit in Apuliam, ubi ducis filium in quadam turri in littore maris ſtante fecit ſuſpendi. Reliquos uero uariis mortis generibus fecit occidi, aſſecutuſq; eſt in hunc modum dominium Longobardiæ.

Duæ factiones Mediolani.


ANno Chriſti 1310 erant Mediolani ſub Imperatore Henrico ſeptimo duæ factiones, quæ & per totam Italiam fixerãt radicem, nempe Guelfi & Gibellini, qui anno Chriſti 1240 ſub Imperatore Friderico exorti fuerũt. Guelfi erant à parte Romani pontificis & Gibellini à parte Imperatoris. Hæ duæ factiones inter ſe digladiabantur odio exitiabili, nec quibãt in una ciuitate cohabitare, ſed quæ ualidior erat aliã expellebat. Earum origo tale dicitur habuiſſe initium. Cum Fridericus ſecundus proficiſceretur in Italiam, excommunicatus eſt à Rom. pontifice, quod non per omnia illi cõſentiret. Imperator uero ſingulas luſtrans ciuitates, facilẽ deprehẽdit, qui propenſum erga ſe haberent animũ. Qui ei fauebãt, illos uocabat Germanico nomine Gibellinos, quod illis haud ſecus fideret atq; domus duobus robuſtis muris, quibus ne corruat nititur. Eos uero qui auerſum à ſe habuerũt animum, appellauit Guelphos, id eſt, lupos, & hi pontificis, ut diximus, tuebantur partes. Res ſanè pernicioſa, ex qua populorum excidia & ſubinde urbium ruinæ profectæ fuerunt, adeoq; in animis nepotum hæc mali labes & pernitioſa appellatio propagata eſt, ut in noſtra uſq; tempora iſta dominãte peſte, uiolato ſanguinis iure, cædes paſſim per urbes fiant, bona diripiantur, domus ad ſolum æquentur, ciues in exilium alij agantur, trucidentur alij; & dum quiſq; ſibi aut parti ſuæ reponi iniurias & male ficia formidat, in eam plerumq; ætatem gladios diſtringit, cui immaniſſimus quiſq; barbarus parceret. Quo malo Gregorius perculſus, ſolenni ſupplicatione apoſtolorũ capita tota urbe circũtulit, habuitq; ad populum orationem accuratiſſimã ſuper ea re. Nam & Romana ciuitas eiuſmodi inſania diſſidere cœperat. Erant autem Mediolani huiuſmodi factiones. Vni adhærebant Vicecomites & alteri Turriani, duo ſcilicet magnæ & nobiles in ipſa urbe familiæ, ob quarum diſſenſionem tota urbs uerſa eſt in ſeditionem. Prævalentes uero Vicecomites, retinuerũt multo tempore urbis gubernaculum, ſubuecti poſtea ad ducalem dignitatem. Nam rex Wenceslaus accepta pecunia fecit Vicecomitem dominum Mediolanenſem, ducem, qui antea ſolum erat ſacri imperij per Longobardiam conſtitutus præfectus, atque in hunc modum bona pars Italiæ ſubtracta eſt à Romano imperio. Iohannes Galeatius factus eſt dux primus Mediolanenſis, mortuus anno 1402.

Gibellini.

Guelphi.

Turriani Vicecomites.

Genealogia ducum Mediolanenſium.



Poſterior & illuſtrior Vicecomes Theobaldus nomine, genuit anno Chriſti 1250 Matthæum, Matthæus uero genuit Galeatium & Stephanum. Galeatius uero habuit filium Actium

Actium, in quo hæc linea desijt esse. Legitur de isto Actio quod quodã tempore cum humi in castris deposita galea dormisset, ac deinde rursum galeam capiti imponeret, ingressus fuerat serpẽs in galeã, egressusq; & delapsus per faciem principis, in nullo illum læsit.



Atq; hinc est, quod principes Mediolanenses serpentem in suis insignijs habẽt. Merula tamen scribit hoc insigne anno Christi 1099 ab Ottone Vicecomite Mediolanũ allatum, quod scilicet expugnata Ierosolyma & deuicto feroci cuidam Saraceno abstulit. Habuit enim barbarus ille in suo clypeo uiperã sinuosam, quæ nudũ infantem dentibus tenebat, barbaricæ crudelitatis documentum, &c.

Porrò Stephanus genuit Galeatium, & Galeatius Iohannẽ Galeatium, primum Mediolani ducem Venceslai Cæsaris beneficio. Iohannes uero genuit Philippummariã, Iohannemmariam & filiam unam Valentinam nomine, quã duxit uxorẽ Ludouicus rex Franciæ, quod matrimoniũ postea tot bellorum & cædium fuit seminariũ, ut paulo pòst dicẽt. Philippusmaria reliquit filiam unicam Blancam nomine, illegitimam tamen, quam duxit uxorem Franciscus Sfortia. Natus fuit Franciscus iste anno 1369 patre Attendulo, uiro infimæ sortis, honestæ tamen magis q; nobilis familiæ, sed maxime opulentæ, ut Paulus Iouius scribit, qui Frãciscus primùm in castris fuit culinarius, ac deinde euasit inmilitẽ strenuum, atq; ob fortia eius facta, factus est ex milite pedestri miles equestris atq; tandẽ dux cãpestris.



Instituit quoq; interim filiũ suum in militia, ut breui in exercitio rerum bellicarum adeo patrẽ superaret, ut Philippusmaria unicã filiã suã (illegitimè tamẽ natã, quia cõiunx filia comitis Subaudiẽsis sterilis fuit) illi daret uxorẽ. Mortuus est autẽ Philippusmaria anno Christi 1447. Proinde Franciscus Sfortia genuit Galeatium, Ludouicum, Philippũ, &c. mortuusq; est post multa egregia facta, (quæ infrà recẽsebo) anno 1404. Cui in ducatu succedens Galeatius, uixit tam dissolutam uitam, ut à subditis occideretur substitueturq; in locũ eius Ludouicus Sfortia frater eius, quem rex Maximilianus creauit ducem Mediolanensem, quod pater eius Fridericus Imperator facere renuerat, asserens Mediolanũ cameram esse Romani imperij. Habuit Galeatius filiam nomine Blancammariam, quã duxit uxorẽ rex Maximilianus anno Christi 1494 & priusquã nuptias celebraret occisus est spõsæ pater ut iam scripsimus, traditusq; est ducatus à Maximiliano Ludouico patruo puellæ. Notandum præterea quod anno 1447 post mortem Philippimariæ multi aspirauerunt ad dominiũ Mediolanense, sed qui coloratis utebantur titulis quatuor tantum fuerũt. Fridericus Imperator deuolutum ad se principatum Philippo sine liberis legitimis uita subtracto contendebat. Alphonsus ex testamento hæreditatem petebat. Carolus dux Aurelianensis ex sanguine Vicecomitum natus, ab intestato sibi deberi ducatum aiebat. Habuit enim Valentinam filiam Iohannis Vicecomitis matrem. Franciscus quoq; Sfortia uicecomes coniugem suam, quæ Philippi filia fuerat, hæredem patri suscipiendam affirmabat. Auditæ sunt legationes omniũ in senatu Mediolanensi. Sed ciuitati, quæ iam libertate gaudebat, nulla conditio placuit. Obtulit tamen Imperatori censum quotannis aureũ poculum, si libera suis legibus dimitteret. Dilaniabatur interea undique Philippi hæreditas. Veneti Placentiam, Cremam, Laudam & multa præterea minora oppida occupauere. Dux Subaudiæ Ludouicus Valentiam & Confluentiam inuasit. Altenses ad ducem Aurelianẽsem Carolum defecerunt. Papienses intestinis agitati discordijs, diu ancipites fuerunt, quibus se potissimum partibus iungerent. Nouarienses, Comenses, Alexandrini ac Terdonenses, Mediolanensium imperium subiere. Mediola-

Franciscus Sfortia.

Quatuor hæredes ducatus Mediolanẽsis.

nenſes uero miſſis oratoribus & oblatis non paruis ſtipendijs cõduxerunt Sfortiam, conſtituerunt ducem ſui exercitus, imperaueruntq; ut Placentiam omnibus copijs obſideret.

Sfortia fit dux exercitus.

Cõtinuata autem apud Placentiam obſidione, tandem ſumma ui oppugnare adorſus urbem, quamuis magna & forti militum manu munitam, armis tamen oppugnauit ac diripuit. Mediolanenſes uero potentiã eius uerentes, intra urbem ſæuierunt in nobiles, magiſtratum commendãtes ignobilibus hominibus. Et cum nec ſic urbi cõſultum eſſet, ſed in dies magis prȩmeretur, & conarẽtur ciues excutere imminens Franciſci iugum, cuius iam uires atq; arma non ſine graui iactura ſenſerant, percuſſerunt fœdus cum Venetis & præſcripſerũt leges, mandantes Sfortiæ, ut ſuis terminis contentus Mediolanenſes in pace dimitteret. At ille cõtemnens eorũ imperiũ, ciuitatem quam aliquandiu obſederat, nõ deſinit inſeſtare, producit obſidionem, ad tantamq; adegit neceſſitatem, ut intra mœnia manducarent canes, equos, cæteraq; id genus animalia, nec multitudo amplius ferre poſſet famem. Collecti ergo ciues in unum, correptis armis obuium Venetorũ legatũ gladijs confodiunt ac diſcerpunt. Exin miſſis ad Franciſcum legatis, principatum ei ciuitatis obtulerunt, qui mox ingreſſus, dominiũ urbis accepit, ac breui arcem Mediolanenſem, inſanientis populi furore dirutam reſtaurauit ac magnifico opere refecit. Succeſſit huic Franciſco filius eius Ludouicus. Quo rempublicam adminiſtrante, rex Galliæ nihil prius aut antiquius habuit quàm ut animum ad res repetendas intenderet, conatusq; eſt ui magna inuadere ducatum, allegans iure auiæ hæreditario ſibi deberi ducatum, ſeq; uerũ & legitimum hæredem. Ludouicum uero hominem alienum cõtra æquitatem intruſum. Quibus uerbis ſibi ciues Mediolanẽſes ſic deuinxit, ut inuiſus illis eſſet dux Ludouicus, tutumq; nõ eſſet illi amplius uerſari in urbe. Anno itaq; ſalutis 1499. delectu habito, rex exercitum equitum peditumq; ferè duodecim millium miſit, qui Aſta primum capta, Alexãdriam propere uenit, ubi munitiones, roburq; omne militũ ducis Ludouici fuerãt: qua celerius omniũ opinione in poteſtatem redacta, nihil cunctatus Ludouicus cum auro & argento omniq; theſauro quem antea præmiſerat, ultra alpes in Germaniã ad regem Maximilianum eius neceſſarium cõfugit, cedereq; ad tẽpus maluit furori hoſtili, quàm, licet poſſet, fortunam periclitari. Galli itaq; Mediolanum ingreſſi & omnem regionem illam occupantes, præſidijs illam munierunt. Et licet à cædibus & rapinis temperarent, nauſeã tamen (uti ſolent) ac faſtidium ob morum diſcrepantiã generãtes, ſexto quàm uenerant menſe auxilio Heluetiorum, & lancearíorum expulſi fuere ac Ludouicus dux reuocatus, in priſtinamq; reſtitutus ditionem. Nequiuerunt tamen expugnare arcem Mediolanenſem & arcem Nouarienſem. Audiens uero Gallus ſe à ciuibus excluſum & ducẽ reuocatum, maioribus rem uiribus aggreſſus, anno Chriſti 1500. magnum mittit exercitũ cõtra ducem Ludouicum, qui à parte ſua aliquot milia habuit Heluetiorum. Fiebãt utrinque in diuerſis locis multæ priuatæ digladiationes, nulla autem aperta pugna. Compertoq; Gallus, ducem cum magnis copijs deliteſcere intra ciuitatẽ Nouarienſem atq; populum eius magna laborare inedia, moto exercitu cõtra eam cinxit obſidione, & acri oppugnatione infeſtabat eã. Erãt autem quidam intra mœnia, qui corrupti pecunia, languidius repugnabant. Quod uidentes Itali, nolebant & ipſi reſpondere officio ſuo, atq; in hunc modum ciuitas tandem ſeſe hoſti dedidit, obſidionem eius diutius ferre non ualens. Tunc regius exercitus tam Heluetios quàm lancearios qui fuerant in ciuitate, libere abire permiſit. At illi cupientes ſecum abducere ducem, ne incideret in manum hoſtis, mutata ueſte eius induerunt eum ueſte Heluetica, traditaq; haſta in manu eius, ſatagebãt eum ut incognitum extra hoſtium cateruas educere. Sed res longè præter ſpem euenit. Nam Galli longa ſerie ad dextrã atque ſiniſtram armati ſtantes & procedẽtium Heluetiorum atq; lancearíorum perſonas diligentius intuentes, cognouerunt ducem, alij uero ſcribunt ducem à ſuis proditum atq; hoſti in manum traditum. Capto uero duce & in arcem quam Gallus hucuſque tenuerat, ducto, ciuitas quoque eſt ad plenum ſubacta. Et paulo pòſt miſſus eſt dux Ludouicus in Galliam ad regem. Sunt autem qui hanc ducis captiuitatẽ, ultionem diuinam eſſe putãt. Nam quum dux plurimum formidaret regẽ Galliæ, miſit legatum ad Turcarum Imperatorem, qui indicaret ei, Gallum & Venetos iniſſe fœdus ut totam ſubigerent Italiam, atq; ex ea impugnarent Turcam. Veniret ergo quãtotius in Italiam, id quod ſibi nequaquam difficilè foret, quũ per Apuliam ſibi pateret uia, nec rex Aragoniæ Fridericus illum ab ingreſſu prohibere poſſet, quandoquidem Gallus illum ex Apulia pellere niteretur. Turca

Pxincipatus offertur Sfortiæ.

Gallus inuadit primũ Mediolanum.

Dux Mediolanenſis capitur à Gallo.

certior

certior factus huiuſmodi ſcriptis & literis, protinus deſtinauit octo millia militũ in Italiã, qui rapinis & incendijs deuaſtauerunt terrã, ceperuntq; plurimos, quos ſeruituti addictos paulo pòſt in uniuerſum trucidauerũt. En talia Chriſtianus homo cõtra Chriſtianos molitus eſt, ſed non euaſit iudicium dei, quum & ipſe in captiuitate & ſeruitute mortuus ſit.

Præfatæ genealogiæ ducum Mediolanenſium dilucidior explicatio.

IAm diximus tempore Hẽrici ſeptimi Mediolani fuiſſe duas factiones, Gibellinorum ſcilicet & Guelforũ. Vni adhæſerũt anno Chriſti 1250 Vicecomites, prævaluitq; familia eorũ, ut tandem Matthæus uicecomes excluderet magnã Turrianorũ familiã ab urbe Mediolano. Matthæo ſucceſſit Galeatius in adminiſtratione reipub. Galeatiũ uero ſubſecutus eſt filius eius Actius, cui ſerpẽs ex galea proceſſit. Cumq; is ſine prole moreretur, patrui eius, Iohannes epiſcopus Mediolanenſis & Luchinus gubernaculũ ducatus ſuſcipiẽtes, multa prælia geſſerũt cõtra ciuitates, nẽpe Parmã, Laudã, Cremonã, Bergomũ, Genuã, & Sauonam, ſubiecerũtq; ſibi. Mortuis autẽ epiſcopo & Luchino, adminiſtratio peruenit ad Barnabã, qui cooperantibus fratribus multa prælia geſſit cõtra Rom. pontificem, potiſſimũ autem Bononiam tam diu uexauit, quoad ciues pecunia ſe liberauerũt ab eo. Suſtulit ab uxore ſua quindecim liberos, ex quibus quatuor præfecit ciuitatibus Cremonæ, Parmæ, Bergomo & Laudano. Decem uero filias eius adiunxerũt ſibi matrimonialiter dux Auſtriæ, dux Bauariæ, rex Cypri, Iohãnes Galeatius nepos fraternus, rex Siciliæ, &c. Dedit autẽ cuiq; pro dote centum millia aureorũ. Iohãnes Galeatius ui ſibi ſubiecit Papiam, urbẽ antea liberam, extructaq; arce in ea, ſub ſuo cõtinuit dominio. Ipſe primus Mediolanenſiũ factus eſt dux. Soror eius Violãta nupſit filio regis Angliæ, attulitq; dotem quinquies mille centenorũ aureorũ. Mortuus eſt aũt maritus eius haud longe pòſt celebratas nuptias. Iohannes Galeatius interfecit Barnabam patruum & ſocerũ ſuum. Nam cum potens eſſet, haberetq; medietatẽ Mediolani, cuperet autẽ totum poſſidere, cepit patruũ ſuum atq; in carcere mori permiſit. Occidit etiã quoſdã ex Barnabæ filijs, & reliquos expulit, cooperante uxore Catarina, (ut quidam ſcribũt) quæ maritũ magis irritauit, dicens, patrẽ ei tendere inſidias. Adeptus itaq; Iohannes Galeatius totum dominiũ, propagauit illud ferè ſuper totã Italiã. Nam ſubiugauit Bononiam, Veronã, Senas, Peruſiũ, Lucam, Vercellas, aliasq; multas ciuitates numero 29. Produxit etiam prælium cõtra Florentinos ad duodecim annos. Cõcedens uero anno Chriſti 1402 in fata, reliquit ſucceſſorẽ filiũ nomine Iohannẽmariam. Hic magnã in imperio exercuit tyrannidẽ, cottidie ciues diuerſis interimẽs pœnis. Correptus autẽ à matre, cõiecit illam in carceres, in quibus & eam mori permiſit. Ob quã impietatẽ ſubditis exoſus redditus, in eccleſia ſub miſſarũ ſolennijs cõfoſſus interijt. Defecerũt quoq; ab eo multæ ciuitates, quũ uiderẽt tyrannidẽ eius, alios ſibi eligentes dominos. Adminiſtrationẽ uero reipub. poſt eum ſuſcepit frater eius Philippusmaria, & hic recuperauit quaſdam dilapſas ciuitates, reſtituitq; Rom. Põtifici Bononiam, Forũ Liuij & Forũ Cornelij. Expugnauit quoq; Genuã, ſed quam rurſum amiſit. Præfuit in initio reipub. felicibus ſucceſſibus, ſed in faſtũ ſublimatus, cœpit formidabilis eſſe toti Italiæ. Et quũ Sigiſmundus Imperator Romã proficiſceretur, uolens Philippusmaria arrogantiã ſuã oſtendere, ex cõtemptu dedignatus fuit illũ adire, etiã cũ Cæſar Mediolani eſſet. Factũ tamẽ eſt ut inclinãtibus rebus poſteriora infortunia, ſuperarẽt priores ſucceſſus, adeoq; uires eius langueſcerẽt, ut ultrà ſe defendere cõtra hoſtes negret. Deductus eſt præterea eò, ut omnibus per circuitũ populis ac principibus contemptui eſſet. Cumq; ob aduerſam ualetudinẽ oculis caperet & deinde ex ipſa arce hoſtilium armorũ fragore audito uehementer cõmoueretur, uitæ tædio ſimul & languore mortẽ obijt. Fuit autẽ ingenti corpore, in iuuẽtute macer, in ſenectute pinguiſſimus, deformi facie ac terribili, inſtabilibus ac prægrandibus oculis, ſtngenio peracri & callido, cultus corporis ac mũdiciarum omniſq; lenocinij negligẽs, uenandi cupidus, equorũ ſtudioſus. Cæterum quietis impatiens, atq; imperitandi auidus. In pace bellum, in bello pacem quæſiuit: ſimulandi atque diſſimulandi egregius artifex. Raro in publicum prodijt, delatoribus facilè credidit, in ſuſpitiones adeò pronus, ut ſæpe fidiſſimos à ſe amicos leuiſſimis de cauſis alienauerit. Pulchris indutos ueſtibus, ægrè ad ſe uenire permiſit. Sermonem de morte audiuit inuitus.

Papia olim libera ciuitas.

Galeatij in Italia dominium.


Superbia Philippimariæ.

Mores Philippimariæ.

Tonitrua ac fulmina mirum in modũ expauit. Tabifica labe percuſſos ex urbibus migrare in agros iuſſit, eorũq; domos incẽdio tolli: qua cura innumerabilẽ Mediolani populum multis annis intactũ quodãmodo ab ea peſte ſeruauit. Soror eius Valentina nupſit Ludouico duci Aurelianenſi, dotis loco Aſtam ciuitatẽ afferens. Mortui autẽ reliquerũt filium Carolum, qui poſt obitũ Philippi mariq; cõtendebat hereditario iure ei ſuccedere in ducatu Mediolanẽ, quũ nulla alia legitima extaret proles. Mediolanẽſes quoq; dilaniato Philippi teſtamento, elegerunt ex fece populari duodecim ignobiles uiros, qui urbi de more præeſſent. Fridericus uero Imper. deuolutũ ad ſe principatum Philippo ſine liberis legitimis uita ſubtracto cõtendebat. Alphonſus etiã rex Siciliæ ex teſtamẽto hæreditatẽ petebat. Et quoniã Philippus Blancã filiam, illegitimẽ tamen natam, reliquerat, quã Frãciſcus Sforcia uxorẽ duxerat, aſpirabat & Franciſcus ipſe ad ducatũ, quem & ante alios tandem obtinuit. Obſtabant omnibus modis Mediolanẽſes ne libertatẽ diu deſideratam & tandẽ obtẽtam amitterent atq; rurſum ſub dominij iugũ cogerent, curauerũtq; ob id aliquot nobiles innocẽter obtrũcari, qui erant à parte Franciſci Sforciæ, aut qui ſanguine iuncti erãt Blancæ uxori eius. Sed nihil profuit eis hoc ipſorum conſilium. Cum enim undiq; ab hoſtibus laceſcerẽtur, feliciterq; uſi fuiſſent Franciſci Sforciæ opera contra Venetos, ille ex parta uictoria animo eleuatus, cogitare cœpit quomodo ad ducatus dignitatẽ aſcẽderet. Quod Mediolanenſes ſentiẽtes excludunt illum ab officio ſuo, libertatẽ ſuam mordicus retinere ſatagentes. Ille uero collectis copijs, tam dura obſidione premit urbem, ut tam in exercitu ſuo quàm in urbe ſumma omniũ rerum eſſet indigentia, ita ut dubium uideri poſſet, an obſidens Franciſcus aut obſeſſus dici deberet. Vix ei bis mille equi ſupererant, qui ferre ſeſſorem poſſent, & milites ſtipendio fraudati, pro cibis ſeſe armis exuerant. Franciſcus itaq; inter ſpem metumq; dubius, obſidionẽ de die in diẽ, uerba pro factis oſtentans, producebat. In ciuitate uero cum iam frumẽtum omne abſumptũ eſſet, nec ferre amplius famem multitudo poſſet, dediderũt ſe Franciſco, fruſtra expectantes Venetorũ ſubſidiũ,

Franciſcus Sforcia.

Sequitur Genealogia Sforciana.




Frãciſco Sforciæ primo ſucceſſit in ducatu filius eius Galeatius, homo corruptiſſimus, lenocinijs & omnibus ſpurcitijs deditus, quapropter etiam à ſubditis fuit interfectus, ſubſtituto in locum eius filio eius Iohãne, anno ſcilicet Chriſti 1478. Sed quia ille adhuc puer erat, ſuſcepit adminiſtrationẽ ducatus patruus eius Ludouicus, factus nepotis tutor, conſeruauitq; ducatum in ſua magnificẽtia & opibus. Cumq; Iohannes in florenti ætate in fata concederet, factus eſt quoq; memoratus Ludouicus filij eius Franciſci tutor, & tradidit. Blanchammariam uxorẽ regi Maximiliano. Sunt qui ſcribunt eum ueneno ſuſtuliſſe nepotem ſuum, ne ipſe deſtitueretur adminiſtratione ducatus. Nam cum Iohãnes adoleuiſſet & Iſabellam neptem Ferdinandi Neapolitani regis uxorem duxiſſet, rex ægre ferebat Iohannem Mediolani ducem non agere. Et quia Ludouicus metuebat ſibi, ſicut illis ſolet accidere qui non legitimẽ imperant, ſtatim aduerſus regem Neapolitanum Gallos in Italiam accerſiuit. Carolus itaq; Gallus nullam faciens moram, expeditiſſimis copijs peruagauit Italiam & ſine negocio potitus eſt toto regno Neapolitano. Cumq; pro totius Italiæ aſpiraret imperio, inito fœdere inter pontificem, rẽgem Hiſpaniæ, Mediolanenſes & Venetos, rurſum ex Italia excluſus eſt. Carolo mortuo ſuffectus eſt in eius locum Ludouicus, qui ueniẽs in Italiam, expulit Ludouicum Sforciam & captiuum in Galliam duxit, & deinde cum rege Hiſpaniæ obtinuit regnum Neapolitanum, ut alibi copioſius ſcripſi.

Ludouicus Sforcia.

Vade

Vnde rex Galliæ putet se ius habere ad ducatum Mediolanensem.



Quam atrocia bella geſta ſint poſt Franci ſcum Sforciam, qui ui ſe ingeſſit principatui Mediolanenſi.

ANno Chriſti 1500 diſſoluit rex Gallię fœdus, quod paulo antè fecerat cum Romanorum rege, acceperatq; ducatũ Mediolanẽſem in feudũ à Cæſare Maximiliano. Deinde anno Chriſti 1511 quum rex Galliæ & Cęſar Maximiliãnus communibus copijs impugnarent Venetos, ſubordinauit Gallus clam militem & pecuniã, miſitq; ad ducẽ Geldriæ cõtra ipſum Maximilianũ. Quod olfaciens Cęſar Maximilianus,

rursum spoliauit eum ducatu Mediolanensi, traditítq; filio Ludouici Sfortiæ, qui etiã Maximilianus appellabat, fuitq; honorificè à Mediolanẽsibus susceptus, & deinde ab Helue tijs, episcopo Sedunẽsi & legatis pontificis Romani atq; Cæsaris Maximiliani anno Christi 1512 circa natalicia Christi ducatui inauguratus. Pater uero eius iam mortuus fuerat apud regem Galliæ in ipsa captiuitate. Anno Christi 1513 conatus est rex Galliæ uarijs modis ad suas trahere partes Heluetios, qui illi opem ferrẽt ad expugnationem urbis Mediolanẽ. Sed quum Heluetij addicti essent Cæsari atq; ducem in auitam restituissent ditionem, uentũ est circa festum Medardi iuxta Nouariẽsem ciuitatẽ ad pugnam, adeptíq; sunt Heluetij uictoriam cruentam. Abstulerũt etiam Gallo multas machinas saxiuomas, & occiderunt lancearios milites & Gallos circiter sex millia. Anno Christi 1514 & 1515 cum papa, dux Mediolanẽ. & Cæsar multis & diuersis modis ambijssent Heluetiorum opem & copias contra regem Galliæ, pollicitíq; essent, ad singulos annos certã pecunię summam, & omnia literis atq; sigillis essent cõclusa & cõfirmata, omnis denique Gallo præclusus esset aditus ad Heluetios, Gallus ingenti apparatu traiecit alpes festinauitq; ad Mediolanũ. Quo comperto, Heluetij secundò plurimos milites miserũt in Longobardiam, atq; anno Christi 1515 in prævigilio sanctæ Crucis in ipso septembri cũ iam sol occasum peteret aggredientes Gallos, uerterunt eos in fugam, ablatisq; magnis tormentis æneis, magnũ populi interfecerunt numerũ. Mane uero sequentis diei instaurans Gallus aciem suã nouo milite, eamq; in quatuor distribuens ordines, habentes tormẽta ænea quinque millia diuersi generis, manuaria scilicet maiora & serpẽtina, aggrediensq; Heluetios, qui fessi uiribusq; exhausti erant & tota nocte in suo ordine constiterant, receiserantq; ab eis illa nocte aliquot signa militaria, facilè eos in arto constitutos fudit, interfecitq; circiter septem millia, residui uero pedem retro mouentes armata manu ingressi sunt Mediolanũ, relicta Gallo cruenta uictoria. Nam desiderati sunt à parte eius duodecim millia. Incõmodauit hoc Heluetios non parũ atq; in hãc adegit necessitatem, quod Bernates, Friburgenses, Solodurenses & Valesiani, numero duodecim millia, antè pugnam deseruerũt fratres suos, asserentes regem pacem cum Heluetijs fecisse, quã ipsi infringere nollent. Ascendit numerus Heluetiorum usq; ad quinquaginta millia, qui Mediolani & in Pede montis partes ducis tutabantur. Et hi ut quidam scribunt facilè prohibuissent transitum regis ultra alpes si pro sua uirili illi obuiã ijssent. Post hanc pugnam misit Cæsar legatos ad Heluetios, monẽs ne concordiam ullam inirent cum Gallo, neq; sibi hanc confusionis inurerent notam, scilicet ut relicto Cæsare cui operam suam promisissent, Galli partes adiuuarent. At illi contra perpendẽtes & obijcientes pollicita sibi minimè seruata, nempe promissam pecuniam nõ numeratã, ac deinde cum quinq; mensibus Mediolani expectassent equitatum sibi promissum, neq; in hoc sibi fidem seruatã, & præterea Cæsarem dissimulasse permisisseq; suos turmatim currere ad Gallum, paruipendendo si ab eisdem cęderentur: & in summa, Cæsarẽ parum ex animo fauere Heluetijs, & ob id eos motos ad conciliandũ sibi Gallorum regem. Facta est autem hæc cõcordia Geneuæ post diem omnium sanctorum, consensitq; rex dare Heluetijs decies centena millia coronatorum, modo essent à parte sua, ni hilq; molirentur contra ipsum. Heluetij tamen tali cautione obligauerunt se Gallo, ut exciperẽt sedem Romanam, Imperatorem, Romanum imperium atq; regem Hispaniæ. At rex Galliæ excepit ducem Subaudiæ & ducem Lotharingiæ.

Heluetij cædũt & cæduntur.

Heluetij cũ Gallo fœdus faciunt.

Anno Christi 1521 accidit Mediolani horribilis casus. Erat supra fornicem portæ arcis, Iouis turris, non solum ad propugnandũ munitissima, sed aspectu etiã pulcherrima, quippe in cuius fronte præter alia ornamenta locatæ essent tutelarium diuorũ marmoreæ imagines ad amussim sculptæ, cum insignibus Sfortianorum ducum, qui tantam molem fundauerant. Fortè autem cum intra turrim seruarentur in usum tormentorum plurima pulueris sulphurei uasa, fulmen de cœlo ipsam tetigit, & murum scindens, igneam materiam accẽdit: cuius impetus non solum turrim euertit à fundamentis, sed mœnia etiam & arcis cubicula ac reliqua ædificij mẽbra proxima humi prostrauit, saxaq; circumuolitãtia duos arcis præfectos, qui de more paulo antè ad salutandũ uirginem matrẽ in sacello iuxta portam conuenerant, in area deambulantes occiderunt. Alios quoq; è militibus, qui ibidẽ auram captabãt (erat enim æstas & diei uespera) interfecerunt, aliorum capita, thoraces, brachia & crura fregerunt, adeò ut è ducentis propugnatoribus uix duodecim è tam magna clade euaserint. Neq; tãtæ ruinæ fragor ciuitati fuit ignotus, quin & ipsa ualido terræmotu concussa magnũ pleriscq; iniecit timorẽ, ne tota eo impetu corrueret. Quo sedato cum fulminis

Fulmen incendit puluerẽ sulphureum.

minis ardor uehemẽs uersus arcem uisus fuisset, innumeri eo cõcurrentes, omnem aream quæ ante ipsam arcem erat latissima, saxis opertã repererunt, admiraba nturq; aliquot lapides, quales decẽ boum iuga uix loco mouere potuissent, quingentos et amplius passus iactos fuisse, fundamenta turris euulsa supra portã stare, ipsius fastigia in imo conspici, neq; id sine dei nutu euenisse existimabant. Cęterũ Galli dubitantes ne per noctẽ arx sine præsidio remaneret, senatores, quæstores & alios magistraatus Gallici generis, qui pauci & imbelles in urbe erant, arcẽ ingredi iusserunt, donec postero die cataphractos equites cẽtum cum totidẽ uelitibus Nouaria euocatos introduxere. Neq; huiusmodi casus ad suscipiendum magis audacter aduersus Gallos bellum Leonẽ pontificẽ & Cæsarianos cum eo fœderatos parũ iuuit, quippe qui uiderint ob hanc causam Heluetios segniores factos ad ferendum regi auxiliũ, cõtra quem nedum põtifex uerũ & dij arma ferre uiderent. Tenebãt tunc Galli Mediolanũ, uehementerq; timebãt ne amitterent arcem tanto hiatu apertam. Audiens itaq; Leo põtifex & Cæsaris exercitus quod acciderat, sine cũctatione expediuerunt copias cõtra Mediolanũ, & urbem ipsam sine negocio occupauerũt, præsertim cum ciues exosos haberẽt Gallos ob eorũ insatiabilem & incessabilem pecunię emũctionem, qua bellum illud in tam longũ protrahebãt tempus. Arcem tamen nõ potuerũt expugnare. Audiens uero Leo põtifex Mediolanũ à suis captum, uehementi affectus gaudio & nimijs indulgens cõpotationibus, primũ in tertianã incidit febrem, ac deinde pituita & catarro laborans, non sine ueneni suspitione fuit suffocatus. Occupantibus proinde Gallis omnia & munitiora tenẽtibus ducatus loca, puta Cremonensem ditionẽ, arcem Mediolanensem, Nouariã, Aronã, totum lacum Verbanũ, & Alexandriã ultra Padum fluuiũ, exercitus papę obtento Mediolano festinauit contra Alexandriã, cinxitq; obsidione. Erũpentes autẽ qui in præsidio erant ciuitatis, & ineuntes certamen cũ hoste, coacti sunt uertere tergum, quos hostes insequẽtes simul cum illis ingressi ciuitatẽ præter spem ea sunt potiti, protinusq; Galli cum sequacibus suis per aliam portã anteq; hostes totã ciuitatẽ occuparent, fuga salutẽ quæsiuerũt. Quod audiẽs Frãciscus Sfortia, qui pulsus ex ducatu Tridentise cõtinebat, surgens uenit noctu Mediolanũ, lætissimeq; susceptus est à ciuibus. At Galli copias suas roborãtes cõtendebant recuperare urbẽ Mediolanen. Cõtra Mediolanẽses cũ duce suo illis obuiã ueniẽtes, inuaserunt exercitũ eorũ in loco qui uno miliario distat à Mediolano nomine Bicocha, cõuerterũtq; Gallos in fugã, interfectis tribus millibus Heluetiorũ atq; decẽ & septẽ uiris capitaneis. Nõ longè post profectus est exercitus Cęsareanus uersus Genuã, quã Gallus quoq; in sua habuit potestate, & obsedit eam. Dux aũt exercitus, nẽpe Ferdinãdus Daualus, misso caduceatore cũ literis ad pręfectos urbis, postulat deditionẽ eius cum his cõditionibus, ut intra unius diei spaciũ, pręsidiũ omne Gallicũ dimitterent, assumerẽt ducẽ Cęsareanũ, classem omnem quoties è re Cæsaris esset, paratam haberent. Si hæc facerent, de cætero eos suis legibus uti permissurũ. Quod si mãdata negligerẽt, omnia hostilia, si in bello succubuissent, illis esse subeunda. Quare plurimi in urbe, quæ nouarũ rerum cupida semper extitit, nisi nouũ militum præsidiũ uetasset, mãdata accipiẽda suadebãt, sed prę timore libera haud erat ciuitas, et propterea Benedictus Viualdus, Genuẽsiũ nomine ad Daualũ mittit: & dum sub spe res Genuẽses cõponendi morã in castris trahit, pedites, q turrim quandã prope portã eo die pluribus tormẽtorũ ictibus pstrauerãt, dum incautius, qui iuxta mœnia stationes agebãt, urbẽ custodiũt, inscio Daualo & cũ Viualdo ad rem cõponendã intẽto, turrim facto impetu occupãt, aditũ sibi ab ea parte facientes, qua murus aliq̃t in locis ruinã dederat. Fit undiq; in exercitu cõcursus & clamor ingens, eleuant à cohortibus signa, peditesq; qua primi eruperãt, circũquaq; inuadũt. Ipse autẽ Daualus dimisso cõcilio uersat inter primos & muri parte occupata ingressus, suos qui temere progredi uidebãtur, subsistere imperat. Admonet præterea de uictoria aliũ ducem, qui cum Germanis & equitatu ferè omni in alia parte cõstiterat, ut cum reliquo exercitu in urbem iam captam introeat. Mox suis in unũ collectis præcipit, ut ordinibus seruatis procedant. Fit fuga undiq; ab ijs qui urbem tutandam assumpserãt, nec ullus iam audet uel seipsum defendere, relinquiturq; urbs direptioni. Et quia tãtum prædæ inibi fuit quantum uix hostis amplius optare decens putasset, capitaneus edicto mandauit, ne quis è ciuibus captiuus à quoquam fieret. Postero etiam die, ut populationibus tandem modus imponeretur, ciuitate exercitum omnem eduxit, dolens eam urbem direptam, è qua propter immensas opes Cæsareum exercitũ multos mẽses pecunia sustentare potuisset. Paulo p̃ost Cremona quoque ad deditionem compulsa est, sicut & arx Mediolanensis. Sub-

Mediolanẽſſs odiunt Gallos.

Cædes Heluetiorum apud Bicocham.

Genua capitur.

ſecuta enim altera æſtate poſtquã Galli apud Bicocham cladem acceperãt, quum omnes ferè qui in arce Mediolanenſi obſeſſi erant, uario morborum genere, reliqui moræ tædio, non expectato bello, quod magnis uiribus denuo inſtaurabatur, arcem ipſam Sforciæ dediderunt, incolumem in patriã reditum cum armis & impedimentis pacíſcẽtes. Gallus uidens ſe omnem in Italia amiſiſſe ditionem, rurſus quàm maximum potuit Italorum pedi-
Gallus ꝓpter bella exactiones graues imponit. tum equitumq; leuis armaturæ numerũ ſtipendio conducit, tormenta bellica, tormentorũ materiam omnem, iumentorum & uehiculorũ ingentem apparatum inſtruit, ac in primis tantam contrahit pecuniarũ ſummam, & uectigalia mercatoribus Lugdunenſibus oppignerãdo & decimas ſacerdotibus, & tributa in unaquaq; regni prouincia paſſim indicendo, quantam nemo unquã antea in Gallia collegerit. Oratores etiam mittit ad Heluetios pro requirẽdo peditatu, ut eos cum primum in Taurinos deſcẽderit, ſibi adiungat. Quod audientes Frãciſcus dux Mediolanẽ. & reliqui Italiæ proceres, colligunt & ipſi magnũ exercitum contra hoſtem qui Italicam nitebatur turbare quietem. Et quoniã dux Burbonius regi negociũ faciebat, nõ poterat tam cito in Italiam uenire ut propoſuerat. Interea tamen Ammiraldus cum triginta millibus peditũ, duobusq; equitum millibus, totidemq;
Cremona bombardis cõcutitur. ſagittarijs equeſtribus in Italiã deſcẽdit. Cremonã contendit & ciuitatem oppugnare aggrediẽ, admotiſq; tormentis triduũ urbis mœnia quaſſauit, & quũ ſupra 30 muri paſſus humi ſtrauiſſet & ingredi milites niterentur, tantæ repente de cœlo pluuiæ per quatriduũ demiſſæ ſunt, ut rem differre opus fuerit. Interim Cremonenſes reparauerunt ſtrata mœnia. Spe itaq; recipiendæ Cremonæ fruſtratus Ammiraldus, ſuos ad Mediolanum obſidẽdum redire iubet, cauitq; ne cõmeatus aliquis ciuibus adduceretur, quin & molas frumentarias quæ extra urbem erant incendio abſumpſit. Et cum molæ intus, quæ hominum manu fruges molerent non perfectæ eſſent, tanta farinæ in urbe oborta eſt penuria, ut ſupra cẽtum hominũ millia hebdomadam totam pane caruerint, donec inſtructis tandem molis, farina hominũ manu abunde fieri cœpit. Gallus fruſtra aliquandiu obſidionem protrahens, cœpit timere, ne cõmeatus penuria laboraret, & quoniam inſtabat hyems, ſoluta Mediolani
Arona oppidũ obſidione in Hyberna cõceſſit. Miſit tamen ſeptem millia peditum contra Aronam oppidũ munitiſſimũ in finibus Verbani lacus ſitum, qui licet per dies triginta nunquã ceſſarent tormentis arcem oppido imminentem quaſſare, ita ut ferreæ pilæ ſex mille aduerſus mœnia excuſſæ fuerint, ac multoties inſtructis ordinibus irruptio tẽtata fuerit, tamẽ tãta ſemper uirtus fuit intus propugnãtiũ, ut hoſtis re infecta abire coactus fuerit. Interea crescentibus uiribus exercitus Cæſariani in Italia, iunctisq; ſimul copijs pontificis, ducis Mediolanenſis, Venetorũ, ducis Vrbinenſis, Florentinorũ, Lucenſiũ, &c. coactus eſt Gallus excedere Italia magna cũ cõfuſione & iactura, Italico exercitu ubiq; uincente. At animus regis nondũ quieſcens, inſtaurat exercitũ ſuum, cõductisq; ſex millibus Heluetiorum, ſex millibus lanceariorũ atq; decem millibus Gallorũ & Italorũ, quibus adiũxit duo millia cataphractorum atq; duo millia ſagittariorum equeſtrium, feſtinauitq; in Italiam, incredibili quodam recuperãdæ Mediolanẽ. ditionis deſiderio accenſus, nemini auſcultando, qui ipſum ab huiuſmodi expeditione deterreret, nec alium quàm ſe ducẽ fore exercitui æquũ ducens. Et quia ipſi itineri accincto Ludouica mater ſignificauerat cõuenire eũ ſe cupere antecq; alpes tranſiret, quũ alioqui ſemper illi fuiſſet obſequẽtiſſimus, ueritus ne à ſuſcepta prouincia filiũ pro quodã affectu dehortaretur, colloquiũ parentis reſpuit feſtinauitq; tranſcendere alpes & occupare dominiũ Mediolanenſe, antecq; Mediolanenſes ſeſe cõmuniſſent. Et quidẽ res præter ſpem nõ euenit. Poſita enim omni ſpe uictoriæ in celeritate, inſtructis ordinibus Mediolano appropinquabat, ipſumq; occupauit. Nihil tamẽ hoſtile in ciuitate fieri uoluit, quin paucos præter eos qui arcẽ obſeſſuri erãt ciuitatẽ introire paſſus, ipſe ne eam quidem uidere uoluit, quoniam niſi confecto bello muris ſe tenere haud decorum eſſe exiſtimabat. Conſtituebat itaq; cum exercitu proficiſci ad Papiam, ut eam ciuitatem & tormenta bellica, quæ omnia ibi Cæſariani habebant in poteſtatem redigeret. Quod Antonius Leua animaduertẽs, excubias ſtationesq; militum circum mœnia diſponit, molas etiam frumentarias, quæ manuum opera farinam conficerẽt, quam plures quanta maximè poteſt celeritate parari iubet, ne cis tranſque Ticinum amnem à Gallo obſeſſus, omnibusq; molis, quæ plurimæ in fluuio erant, excluſus, panis penuria laboraret. Inte-
Gallus Papiã infeſtat. rim rex admotis tormentis Papiæ muros quaſſare, mox inſtructa acie milites foſſas tranſire & murũ aſcendere iubet. Sed acriter his qui intus erant repugnantibus, non ſine multorum cæde

torũ cæde Gallicus exercitus repellit. Perseuerat tamẽ atq; tres menses acriter oppugnat, & exercitus partẽ ad tentandũ regnum Neapolitanũ mittit, copias hostis contemnens, q; illæ penuria rei numeratiæ laborarẽt, ac deinde q; Clemens papa & Florentina respublica sibi fauebãt. Interim autẽ quo rex obsidionẽ producit, Cæsareæ partes non patũ firmãtur milite Germano atq; Hispano. Fiuntq; multa leuia prælia & in omnibus Cæsariani superiores existũt, quod eis spem magnam fecit, si regẽ absq; loci incõmodo tota acie aggredi possent, eis nõ defuturã uictoriã. Monebat pontifex regẽ, ut omnino decertandi occasionem uitaret, exercitumq; ita cõmuniret ut necessitate adductus, cogi nõ posset ad pugnã, breui enim fore, ut exercitus hostilis pecuniæ defectu dissolueret. At rex sibi dedecori fore existimãs, si Papiensem obsidionẽ ob timorẽ intermitteret, noluit illũ audire. Cæterum Daualus qui exercitũ suum eò uidebat adductũ, ut nisi celerem reportaret uictoriã, paulo pòst inde discedendi necessitatẽ esset habiturus, media nocte mouit castra, equitũq; duas, peditum aũt quatuor instruxit acies. In prima erant duo millia Germanorũ totidemq; Hispanorũ & Italorũ. Secunda uero erat cõstituta ex solo Hispano peditatu, tertia & quarta erat ex Germano. Porrò rex habuit omnẽ exercitũ inter castra Cęsareana & Papiã, à fronte, à tergo & à sinistro latere, munieratq; prælatis fossis & uallo, à dextro autẽ muro Parci Papiensis se tutum esse credebat, præsertim q; nõnullas equitũ turmas & peditũ cohortes dispositisset intra palatiũ Mirabellum, ubi antiquitus duces Mediolanenses habitare soliti erant, quũ ue nationi operã darent. Sed Daualus per fabros lapidarios auxilio militũ, sexaginta muri passus tanto silentio prostrauit, ut strepitus ab hoste nunq; fuerit auditus. Itaq; cum Parcũ seu hortũ ingressus esset, prima peditũ acies Mirabellum, reliquũ uero exercitus ad regia castra cõtendit. Rex suis statim opem ferre decernens, iussis militibus arma capere, castrorũ relicta munitione, Cæsarianis æquo loco pugnãdi fecit potestatẽ. Et quũ primum agmen Hispanorũ obuiã habuisset, à scloppetarijs primi Gallorũ multa cæde et sanguine coguntẽ retrocedere, donec Heluetij pedites equitatusq; à latere Hispanos repellũt. Sed subsecuti Germani in cuneatã frontẽ aciem porrigentes, Heluetios post magnam illa tam cædem profligant. Tum rex magno equitũ cataphractorũ numero stipatus, pugnam ingressus suos à fuga cõpescere q; maximè enitit. Verũ postq; paululum pugnauit, equo grauiter icto, effusus à quinq; Cæsarianis militibus nondũ illis notus capit. Prodit tamen seipsum rex quis esset. Eodẽ tẽpore Daualus cũ prima acie equites Gallicos qui Mirabelli substiterãt sternit, & Antonius Leua cũ Germano peditatu Papia egressus Gallos à tergo cædebat, donec fuga undiq; cœpta nemo amplius è tãto exercitu resistere auderet, sed omnes quibus primus impetus uitã nõ ademerat, sese captiuos reddũt, qui effugere nequiuerunt. Cecidere in ea pugna tum ferro, tum fugiẽtes Ticino submersi ex Gallorũ exercitu supra octo hominũ millia, eq; primoribus totius Galliæ circiter uiginti: ex Cæsarianis uero uix septingenti defuerunt. Totus exercitus Cæsarianus, potissimũ autẽ Hispani, tam opimã nacti sunt in Gallorũ castris & ex captiuorũ redẽptione prædã, ut nulli unq; in Italia milites ditiores effecti sint. Cõtigit autẽ hęc pugna anno Christi 1525 in Februario, ipsa die Matthiæ apostoli.

Parcum.

Mirabellum.

Rex Gallus capitur.

Profligato itaq; ad Ticinum Gallorũ exercitu, Carolus Lanoius summus Cæsariani exercitus dux, regẽ custodiens in arce Pisleone, Cæsarẽ q; primũ de uictoria certiorẽ reddere uoluit. Quo aũt id celerius fieret regẽ, ad scribendũ literas ad matrem hortatus est, quibus rogabat ut nuncij in Hispaniã proficiscẽtes & inde etiã rediturí tutò iter agere possent, fore enim ut id sibi magnopere proficeret. Quod non solum poscenti ultro cõcessit mater, sed nuncio etiã properanti alias ipsa dedit literas, quibus Cęsarem obsecrabat, ut humanæ cõditionis esset memor. Fieri enim posse, ut mansuetudinis & clementiæ gratiã aliquando acciperet. Cæsar Lanoio per literas mãdat, ut regis animũ & loquẽdo & cõsulendo ad pacẽ hortaretur. Rege capto tantus erat in Italia Cæsareanorũ metus, ut paucis diebus Clemens Pont. 125 aureorũ millia numerarit, ne hostis loco haberet. Et quoniã magna summa pecuniæ militi erat soluenda, ea omnis duci Sfortiæ necesse fuit persoluere. Postulauit autẽ Lanoius iussu Cęsaris duodecies cẽtena aureorũ millia, ut Sfortia iustis ducatus titulis insignireturẽ. Neq; propterea ditionẽ Mediolanensem à Cæsare uendi aiebat, qui maiorẽ tam in ea defendẽda q; in adipiscẽda impẽsam fecisset. Cumq; id grauius onus quàm quod ferri posset uideretur, haud imprudẽter responsum fuit, Sfortiã propediẽ legatos ad Cæsarẽ missurũ, ut quo statu res Insubrũ essent, certior redderetur. Lanoius uero ad regẽ secedẽs, magnã ei spem iniecit, ut si cum Cæsare cõgredi posset, æquis pacis conditionibus in libertatẽ restitueretur. Rex etiã Lanoium obsecrabat ut in Hispaniã potius

Itali metuunt Cæsarianos.

potius q̃ Neapolim, quo ſibi proficiſcendum eſſe antea audierat adduceret. Neq; ad id minus intentus erat Lanoius, quippe qui & magnã pecuniã & haud minorẽ gloriã ſibi ſperaret cõparare. Quãobrem regi perſuadet, ut iter in Hiſpaniã à Gallis tutũ reddat, q̃d & factũ eſt. Ductus itaq; eſt rex cũ decẽ et ſeptẽ triremibus in Hiſpaniã. Ludouica uero mater regis ut filio capto morẽ gereret, Margaritã filiã, relictã ducis Alanconij, in Hiſpaniã cum legatis miſit, in obſequiũ Cæſaris, qui iam animo agitabat Helionorã ſororẽ ſuã, quã Burbonio promiſerat, Frãciſco regi, Margaritã autem regis ſororẽ Burbonio in matrimoniũ tradere, atq; ita illum in ducatum, quo ob ſecutas ipſius partes fuerat expulſus, reſtituere. Cũq; ad cõditiones pro regis libertate allatas deuentũ eſſet, & Cæſar quibuſcũq; Italiæ uiribus, nec nõ etiam iuri quod ſenatus Pariſienſis in prouocationibus Flandriæ iamdudũ obtinebat ac in primis Burgũdiæ renunciari à Gallo uellet, legati inter cætera mandatum habere ſignificant, ne particulæ quidẽ tranſalpini regni cederẽt. Cumq; aliter Cæſaris animus ad pacẽ haud inclinaret, unà cum regis ſorore quæ Caroli Burbonij nuptias cõfeſtim aſpernata fuerat, in Galliã re infecta rediere. Rex uero qui recuperãdæ libertatis nõ paruã ſpem in ea legatione poſuerat, animo cõſternatus in aduerſam ualetudinem incidit, & niſi Cęſar ægrotum uiſitaſſet, bonoq; iuſſiſſet eſſe animo, in magno uerſabatur uitæ diſcrimine. Inter hæc animos Italorum principum irrrepſit opinio, Italiæ monarchiã à Cæſare affectari, regisq; libertate ingentem quæri pecuniæ ſummam, atq; ita Cæſari facilẽ fore, qui regnum Neapolitanum poſſideret, & in Inſubribus uictorem haberet exercitũ, alias Italiæ urbes & loca in poteſtatem redigere, ab alijs pecuniam extorquere, quæ placerent diripere, militum hoſpitia pro libito in oppidis & ciuitatibus diſtribuere. Quo metu perculſi Clemens Pontifex & Veneti, conſilium inire cœperunt qua uia hoc impedirent, nihilq; magis conducere uiſum eſt, quàm Ludouicam regis matrem Italicis uiribus in ſpem filij liberandi inducere. Fore enim ut Cæſar rebus ſuis metueret, ſi inter ſe cõſentiẽtes tot principes perſpiceret. Exiſtimabant quoq; Sfortiam Mediolani ducem unà cum eis cõſenſurum, præſertim cum iam dudum à Cæſare inſignia & iuſti ducatus tituli non niſi duriſſimis conditionibus promitterent. Interim monebatur Cæſar à ſuis in Italia, ut pacem Gallicã honeſtis cõditionibus nõ aſpernaret, neq; ſineret Gallos Italis iungi: periculum enim imminere, ne diſſoluto exercitu, qui rei pecuniariæ inopia diutius cõtineri nõ poterat, nõ modo eius autoritas in Italia, ſed regnũ etiam Neapolitanũ in diſcrimen adduceret. Admonitus Cæſar ſtatim ſcripſit Daualo, ut quoquo modo ei melius uideret prouideret, ne quid reſ ſuæ detrimẽti acciperẽt. Ipſe uero Cæſar uidens quid in Italia fiebat, ſatius duxit conditiones à rege captiuo oblatas non aſpernari, q̃ anſam relinquere ut Ludouica mater eius Clemẽti põtifici atq; Italiæ principibus iungeret, atq; ad id incitabat, q̃ rex libertatis deſiderio Burgũdiæ cedere pollicebat, dicebatq; ſe effecturum ut tota Gallia poſtq̃ in regnum eſſet profectus, cõſenſum præbere haud abnueret. Quibus promiſſionibus fretus Cæſar, fœdus ita cũ rege ictum eſt, ut Gallus iuri ſuo cuicũq; in Italia cederet, Senatũ Pariſienſem à Flandriq; prouocationibus abdicaret, Burgundiam relaxaret, utq; ipſi ad ſumendam imperij coronã in Italiã uenturo peditũ ſex millia, equites cataphractos ſexcentos cũ totidẽ ſagittarijs penſo in ſemeſtre ſtipendio in auxiliũ præberet, proq; his obſeruãdis & donec libertate adepta promiſſa denuo ſibi rata eſſe iuraret, filios duos natu maiores daret obſides, utq; pax firmior & fœdus arctius iungeretur, Helionorã eius ſororẽ uiduã in matrimoniũ acciperet. Ex qua ſi filios cõtingeret naſci, Burgũdiã duces eos efficere Cęſar pollicebatur, atq; ita firmata pace minus iam rebus Italiæ ſibi timendum exiſtimans, Pontifici haud auſcultabat, quotidie pro reſtitutione Franciſci Sfortiæ oranti, quem Daualus ducatu & libertate ſpoliauerat. Recepit tamen ſe dux in arcẽ Mediolanẽſem, in qua aliquãdiu obſidione cinctus fuit. Duces uero Cæſareani interim quęcũq; onera uel intolerabilia urbi imponere in animũ inducunt, potius quàm principi obſeſſo opem ferri patiant. Quare ſenatus populusq; Mediolanẽſis cõuentu inter ſe habito, omnes uno ore coram legatis Cæſaris querũtur, non modo uillas oppidaq; diuturno militum ſumptu quotidie exhauriri, agrosq; colonis paſſim diſcedentibus incultos remanere, ſed etiã in urbem ipſam & ciues manus iniici, priuatasq; pecunias cõtra toties promiſſam fidẽ extorqueri. A quibus cum temperari poſthac enixe cõtenderent, omnia ſeſe facturos Cæſareani pollicerentur, nihilominus Cęſareani quibus cordi magis erat habere pecuniã quã pollicita obſeruare miſſis ſatellitibus in priuatam fabri cuiuſpiam domũ, totam urbem tumultu concitarũr. Dominus enim domus quum ſibi per uim auferrẽtur pignora, correptis repente armis auxilioq;

Rex Galliæ ducitur in Hiſpaniam.

Gallus in captiuitate ægrotat

Sfortia fit dux Mediolani duris conditionibus.

Cõditiones regi capto præſcriptæ.

xilioq; uicinorum implorato, abire coëgit ſatellites, illi uero in tumultum uerſi, totam urbem excitauerũt ad arma, ut de relinquenda urbe Cæſareani deliberauerint, pugnatumq; eſt à ſolis occaſu ad ortum incerto euentu, & ab armis utrinque diſceſſum. Sed paulo pòſt multo pernicioſior orta eſt cõflictatio. Proſternebãtur paſſim ciues, nec quiſquam in prælio uiuus capiebatur, ſed ubiq; uulnera, cædes, incendia apparebant. Voti itaque compotes Cæſariani, urbem ingreſſi, ſibi à ciuibus opipare cibum parari imperãt, ueſtes & indumenta præbere iubent, & pro arbitrio ciuium bonis utuntur. Pontifex & Veneti undiq; coactis militibus, duces ſuos in Inſubres maturare imperant, ut iuxta fœdus cũ Frãcorum rege paulo antè initum, Cæſareanũ bellum aggrederentur, & duci Sfortiæ iamdudũ obſcllo opem ferrent. Sed nihil efficere potuerunt. Cumq; milites pro libito debacharentur in ciues, ciues petebãt ut ſibi liceret quo uellent abire, relictis etiam facultatibus, ut ſaltem à militum iniuria corpora libera eſſent. At Burbonius dux meliora illos ſperare hortatus, deuouebat caput ſuum primis tormentorũ hoſtilium ictibus, niſi ex ſoluto aureorum triginta millium tributo, quibus menſtruum ſtipẽdium militibus dare poſſet, extemplo tam graui onere liberaret urbem. Quod creditum eſt illi poſtea Romæ ob periurium cõtigiſſe. Fruſtra enim intra paucos dies à Mediolanenſibus pecunia numerata eſt, & nihilominus milites in uexandis ciuibus adeò perſeuerarunt, ut reperti ſint, qui tot ærumnarum tædio ſibimet laqueo mortẽ conſciuerint. Sfortiani enim in arce cum duce obſeſſi, iam non famem ſed mortẽ in faucibus habentes, extrema neceſſitate adducti, Burbonio arcẽ offerunt, modo non iniquæ conditiones fiant, donec Cæſar re intellecta iuſticiæ melius poſſit conſulere. Sicq; factum eſt, ut Sfortiæ cum ſuis omnibus ac tota eorum ſuppellectile abire liceret, illiq; Comum ciuitas aſſignatur cum non modicis redditibus, donec à Cæſare ſuper imperio Mediolanenſi & criminibus, quę in principem impingebãtur iudicatũ eſſet. Sfortia uiro Cæſarianus non ſatis fidens, Italicum fœdus cum cæteris pontificibus iniit, & bellum aduerſus illos tanquam communes hoſtes pro uirili ſuſcepit. Deuaſtato itaq; agro Mediolanenſi & exhauſta urbe per diutina bella, placuit tandẽ alias quærere ſedes, alioq; tantam exonerari procellam. Adiectus eſt animus ad Pontificis urbes, in quem tanquam priſtinæ amicitiæ delertorem malè animati erant, rectaq; profecti contra Florentinorũ urbem, ſperabãt in ea ſeſe magnas obtenturos opes, ſed fefellit eos eorum opinio. Nam Burbonius maximis itineribus Romã contendit. Aditu autẽ per uim occupato, cum ipſe Burbonius murũ aſcendens ſcloppo ictus ſtatim mortuus cõcidiſſet, milites nõ modo hoſtiliter urbem diripuerũt, ſed ipſum etiã Põtificem, qui in Adriani molem cõfugerat, captiuũ tenuerunt, urbs prędæ fuit, uirgines parietibus cõcluſæ libidinẽ coactæ fuerunt militũ explere. Quin & per ludibriũ ſacerdotalibus ueſtibus induti urbẽ perequitabãt, & quæcũq; ad uoluptatem faciebant quærebãt. Nec à Gothicis, Vandalicis & Longobardicis tẽporibus Roma exitio propior q̃ nunc fuit. Violata ſunt templa, refractę Veſtaliũ fores, cœnobitarũ ſepta dirupta, cõtaminata ac direpta omnia. Felices erant qui ſua tantũ amiſiſſent: torquebanť inſuper homines & iugulabantur dum nõ habẽt q̃d nouo raptori tradant. In ſumma nihil intactũ reliquit hoſtilis furor, pepcit nemini. Scripſit poſtea Cęſar ex Hiſpania ad Pontif. & anxiè excuſabat ea quę Romæ acciderãt. Nã iniuſſu ſuo omnia eſſe geſta teſtabať. Iubebatq; liberũ dimitti Pontificẽ cum ſuis, q̃d & factũ eſt, ſed haud dubie prius pecunia placatis animis Hiſpanorũ. Interim quo iſta agunť Romę, miſit Gallus nouã expeditionem in Italiam, opem laturus duci Sfortiæ & Italiæ principibus, occupauitq; Genuam, Alexandriam & deinde Papiam, quam & gtaui incendio afflixit ob acceptam ſuperioribus annis ibidem cladẽ. Burbonio Romæ ſucceſſit in exercitus prefectura Philibertus Orangiæ princeps. Dum itaq; hæc agunť in Longobardia, Cæſar Henricum ducem Brunſuicẽſem in Italiã mittit cum magno belli apparatu, ſed qui parum effecit. Nam tanta lues inuaſit Cæſareanorum caſtra quod inumeri moriebantur, neq; ullus poſtquã ægro talſet conualeſcebat, & pleriq; fatum illud euitare non ſperabant, niſi in patriam redirent. Hac itaq; potiſſimũ cauſa & ob uictus penuriam, quam diuturnitas attulerat belli, Germani frequentes quotidie ex caſtris diſcedebant, & domum reuertebantur, ubiq; in uia pecorum more morientes. Idem morbus corripuit Gallicum exercitum, qui iam quartum menſem Neapolim obſidebat, ut cogeretur obſidionem illam deſerere. Interim quoque Gallo Genua erepta eſt, nec quicquam æquè regis animum angebat ac eius amiſſio. Productum eſt prælium in Italia tam diu, ut utraq; pars fatigata cuperet deponere arma, & mitioribus animis

Cæſareani fæuiũt in Mediolanenſes.

Militum crudelitas.

Habes hanc hiſtoriam quoq; infrà.

Burbonius interit.

Gallus Papiã comburit.

animis diſſidia quæq; componere. Vnde & rex Ludouicam matrem adhibitis aliquot regni cõſiliarijs miſit in Picardiam, ut unà cum Margareta Cęſaris amita, quæ Flandriæ adminiſtrationi præerat, in confinibus utriuſq; prouinciæ conuenirent. Nec difficilè admodum fuit utrinque animis ad concordiam inclinantibus rem componere, Gallo preſertim Helionoram ipſius Cæſaris ſororem uiduam in matrimonium ducente, & numerãte pro

Precium liberationis regis Galliæ.

filiorum liberatione aureorum uigeſies centena millia. Fama aduentus Cæſaris in Italiam increbreſcente Franciſcus Sfortia nullam amplius in Gallo ſpem ſibi ſupereſſe uidẽs, quo modo Cæſari recõciliari poſſet, indies animo uoluebat, nemoq; ad id pontifice magis idoneus uidebatur. Agente uero Cæſare Bononiæ Franciſcus Sfortia decreuit quoquo modo reſtitutionis cõditiones accipere, & allato pro fide incolumitatis diplomate Bononiã proficiſcit, Cęſarẽ alloquitur & ſuam innocentiam multis illi probat. Cæſar pro re pauca reſpondit, amplexatusq; principem bono iuſſit eſſe animo, reſtituitq; in auitum & hæreditariũ ducatũ, certis tamen cõditionibus, ut ſcilicet præter ea quæ purpuratis Cæſaris dono dedit, ſummã aureorũ nongentorũ milliũ Cæſari polliceret, è quibus primo anno, qui erat Chriſti annus 1530 quadringenta millia, reliqua æquis penſionibus in annos decẽ numerare teneretur. Cæterum pro pignore iſtius debiti, reſeruauit ſibi Cæſar in Longobardia duo certa loca, nempe Cumam & arcẽ Mediolanẽſem. Atq; in hunc modum recupera

Frãciſcus Sfortia Mediolanũ poßidet.

uit Franciſcus Sfortia quietam poſſeſſionẽ ducatus Mediolanẽn., cunctis diebus uitę ſuę, niſi quod anno Chriſti 1531 Iohan. Iacobus Medices dominus Muſſij, (uulgo Myſz) bellũ geſſit ad decimũ menſem contra ipſum & Chryſones, qui ſunt Rheti, propter uallem Vol turenam, quam uulgo Veltlin uocamus, quam in ſuam poteſtatem redigere cupiebat, eò quod uideret illam armentis & uino ditiſſimã atq; ob id ſibi cõmodiſſimã. Et quanq; non ignoraret ſibi à Frãciſco duce timendũ eſſe, tamen exiſtimabat ipſum ob ingentẽ pecuniã paulo antè Cæſari numeratã, ita exhauſtũ eſſe, ut non niſi poſt multũ tẽporis ad bellum gerendũ neceſſaria in promptu habere poſſet. Fuerat antea uallis illa imperij Mediolanenſium, ſed per multas bellorũ mutationes, ob uicinitatẽ & locorũ fertilitatẽ occupata fuit à Rhetis. Vexatis itaq; hoſtiliter per decem menſes utrinq; partibus, uentum eſt tandem ad conditiones pacis, nempe ut Franciſcus Sfortia Medici exolueret 35 millia aureorum, & ne quod debitæ pecuniæ ſoluendæ impedimentum adferri poſſet, ſponſores darentur idonei extra ditionem Mediolanenſem. Præterea princeps eundem oppido quopiam donaret, cum redditu annuo ſaltem aureorum mille. Tormenta inſuper bellica & res omnes ipſius nõ ſolum exportari ſineret, ſed etiã iumenta & uehicula, quibus id fieri poſſet, præberet. Iohannes autem Iacobus arcem Muſſy, Leucumq; redderet. Re in hunc modũ com poſita, arx Muſſij, quæ tantorum malorum occaſio fuerat, iuſſu Sfortiæ exciſa eſt.

Griſones Rhetĩ.



De Genua ciuitate Liguriæ, item de ducatu eius & terræ illius aſperitate.

GEnua Ligurum domina & regina, quam etiam Ianuam dicimus, Italię urbs celebris clariſſimaq;, in Ligu/ſtici maris littore à Saturni regis filio Genuo conditam & cognominatam putant. Alij à Iano Italorum rege poſt Troianam cladem ampliatam aſſerunt, ubi Iani bifrontis idolum primo coli cœptum eſt. Quidam tamẽ ante belli Punici tempora nullam eius urbis mentionẽ haberi dicunt. Hanc ab initio Romanis ſubditam fuiſſe conſtat uſq; ad annum Chriſti 600. Tunc Rotaris Longobardorum rex impetum in eam faciẽs, uicit & diſpoliauit eam. Sed recuperatam poſtea, Carolus magnus Pipinusq; filius rex Italiæ

Italiæ & ſucceſſores Franci reges, per annos circiter centum ſumma cum iuſtitia & humanitate gubernarũt, ducibus illi adminiſtrandæ, qui comites appellarẽtur, præfectis. Cumq; Saraceni irruerent in Corſicam inſulam ſibiq; eam uendicarent, comes Ademarus cũ Genuenſibus claſſem expediens atq; inſulam adiens, eripuit eam de manibus inſidelium, retinuitq; ſub Genuenſiũ poteſtate. *Corſica à Genuẽſibus ſubigitur.* Hęc ciuitas totius Liguſtici ſinus emporiũ eſt, habuitq; intra quadringẽtos annos maxima incrementa. Vnde & ingẽtes nacta uires, & portu edibuſq; ſuperbiſſimis ac reliquis in omni genere ornamentis, omnes Italiæ præter Venetias ſuperat maritimas urbes. Excelluit etiã naualis belli peritia ſupra modum, ut annos multos maris imperio potiretur & piratarũ abſtulerit latrocinia. Poſt Carolum magnũ & filios eius plurimã ciuium ſuſtinuit tyrannidem, propter quod & peregrinos dominos aliquando aſſumere coacta eſt, imò agitata ciuilibus diſcordijs, imperium maris ferè totum amiſit, quod tamen olim ad Peram & ultra extenderat. Anno Chriſti 1258. natũ eſt ingens diſſidium inter Genuenſes & Venetos, propter Tyrum & Ptolemaidem, ubi utriq; cõmercia exercebant. Nam Genuenſes accepto ingenti damno à Venetis, inuocato auxilio Imperatoris Conſtantinopolitani, nempe Michaëlis Palcologi, diripiebant atq; diſpoliabant Gazam ciuitatem Venetorum, captoq; duce Venetorũ profecti ſunt uſq; ad fluuium & ciuitatẽ Tanaim, plurimas ſibi ſubijciẽtes ciuitates & inſulas, præſertim Capham ciuitatẽ, quę antea Theodoſia fuit uocata, ſed quam ultra 30 annos retinere nõ potuerunt.

Anno Chriſti 1237 inſtituerunt Genuenſes ducem iuxta formã ducis Venetorũ. Mittentes autem eum in Cyprum, quam ſibi ſubiecerunt, ceperunt regem & reginã, ductoſq; captiuos Genuam, paulo pòſt impoſito annuo tributo rurſum liberos dimiſerunt. Retinuerũt autem de regno illo ciuitatem Famaguſcham. Habes hanc hiſtoriam infrà in deſcriptione Cypri inſulæ longè fuſius explicatam. *Genuenſes creant ducem.*



Cæterum cum primus Genuenſium dux grauem expeditionem cõtra Venetos mouiſſet atq; exercitus eius ſuccubuiſſet, priuatus eſt ducatu & in cuſtodiam coniectus, atq; in locũ eius alius ſurrogatus, qui uirili animo aggreſſus Venetos, multa eis intulit damna, ſed interijt tandem in prælio. Tum Genuenſes alium creauerunt ducem, qui profectus ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, ſic ſe apud illum geſſit, ut ob præclaras in bellis à ſe res geſtas, donatus fuerit inſula Mitylene, quã Genuenſes etiã retinuerunt uſq; ad annum Chriſti 1454. Poſt hunc ducem creatus eſt anno Chriſti 1381 dux alius qui & ultimus fuit, atq; poſt eum ſuſceperũt pro defenſore urbis ſuæ Carolum ſeptimum regem Frãciæ, qui Vicetenẽtem illuc conſtituit. Affecti autem tædio Gallorũ, iunxerunt ſe duci Mediolanenſium, quem defenſorem habuerũt uſq; an annum Chriſti 1435. Tunc deſerto duce Philippo, proprium inſtituerunt ducem, quod tamen non omnibus placuit, adhærentibus quibuſdam Gallo & alijs duci Mediolanẽſi, ſicq; factum eſt, ut regnum in ſe diuiſum, tandem corruerit. Noſtro æuo agnoſcunt Imperatorem pro ſuo domino, quemadmodũ & Mediolanẽſes, tametſi interim liberi eſſe uelint, habentes ſtatum regiminis haud multum diſſimilem gubernationi Venetorum. Creãt enim ducem, non tamen perpetuum ſed annuum. *Genuenſes potiuntur Mitylene.*

Ciues exercent commertia grãdia, ſulcantq; maria, & in his anteeunt omnes Italos, ſolis Venetis exceptis. Vrbs eorum magna eſt, diues & pulchra, tum ſitu tum palatijs, habetq; portum maris cõmodum. Regio in qua ſita eſt urbs Genuenſis, uocatur Liguria, habetq; agrum rudem & ſaxoſum, nec quicquam profert, niſi quòd magno labore ex terra eruitur. *Liguria.* Fuit olim hęc terra pro bona eius parte ſyluis obducta, habens paucos colonos, qui latrocinijs plerũq; tranſigebãt uitam ſuam, latitãtes in ſyluis, nec à quoquam mortalium apprehendi poterant, donec tandem quidam uenit Fuluius nomine, qui undique ſyluam incendit, & latrones ex ea abegit. Ligures uſq; in hodiernum diem labore plurimo uitam duram agunt. Nam multis arboribus oppleta regione, materia eſt ad naualem fabricã præcipua, arbores tanta craſſitudine, ut diametri octonos pateant pedes. Vnde quidam cædendæ materiei, quidã ſubigendo agro à lapidum aſperitate uacant. Venationibus quoq; continuo intendunt, captiſq; feris fructuum inopiam ſuſtentant. Nonnulli meſſis raritate carnes partim domeſticas edunt, partim ferinas, aqua in potum ſumpta. Oleribus uulgo ueſcuntur, præſertim hi ad quos neque Ceres uenit neq; Dionyſius, præ cæteris

præ cæteris dĩs hominibus utiles. In terra cubant ut plurimum, rari ſub tecto aut in tugu rijs iacẽt. Plures ad cõcaua ſaxa ſpelũcasq́ ab natura factas, ubi teganẽ corpora, diuertũt.

Taurinum urbs Pedemontana.

DE hac urbe Cœlius Secundus, in ea natus, ſic ſcribit. Taurinum hodie, antea Auguſta Taurinorũ, quòd eius gentis caput eſſet, appellata eſt. Taurinos Iulij Cæſaris beneficio Romana ciuitate donatos fuiſſe, teſtis eſt Dion rerum Romanarum ſcriptor illuſtris. Vrbs ipſa à Gothis exciſa, denuo inſtaurata minor fuit q̃ prius eſſet, forma quadrata, ædi cijs pulcherrimis ornata, leniſſimo riuo media alluit̃, cui nomen Duria, quòd à flumine eiuſdẽ nominis quod propter urbem labitur, deriuatus ſit. Ab inſtaurata urbe foſſa, muro & aliquot turribus & arce pulcherrima munita fuit. Diu hanc urbem Allobrogũ reguli, quos hodie duces appellant, tenuerunt: uerũ Franciſcus huius nominis primus Galliæ rex eã ante annos aliquot occupauit muniuitq́ ſic, ut nulli urbium Italicarũ munitionibus cedat. Eſt enim loco plano ſita, ab oriente Eridanum flumen, quem Padum uocant, habet, à quo non plus mille diſtat paſſus, ab occaſu alpes Graias, à ſeptentrione alpes quas Cæſar ſummas uocat, & flumen Duriam, cuius modo mentionem feci: à meridie uero planicie̅, eamq́ fertilem, quæ patet paſſus quinq́ millia inter Padum & alpes. Suprà Padum ingẽs põtis moles eſt, ſaxis extructa, turribus & propugnaculis munitiſſima. Inter urbem & Padum iacent horti amœniſſimi & irrigui: ultra Padũ colles uitiferi ſtatim occurrunt, è quibus uina præſtantiſsima omnis generis habentur. Hæc ciuitas multis rebus ornata fuit: primùm principis aula & domicilio, deinde eiuſdẽ principis & totius regionis ſummo cõſilio atq́ ſenatu, poſtea põtifice archiepiſcopi titulo inſignito, clariſsima præterea fuit Legum, Medicinæ, & aliarum ingenuarum artium academia, quo tempore duces Allobrogum eam tenuerunt: quo etiam tempore Typographia in ea urbe fuit omniũ Italicarum, præter Venetias, celeberrima. Geſta ſunt iuxta & propter hanc urbẽ noſtro æuo plurima bella & ſtrages, inter Cęſarem Carolum & regem Gallorũ Franciſcum, potiſſimum autem anno Chriſti 1544 altera paſchę, iuxta Carmaniolam, grauis fuit commiſſa pugna, in qua referũtur cecidiſſe duodecim aut tredecim millia uirorum de Cæſaris exercitu, reliqui uero omnes ferè aut fuere capti, aut pecunia mulctati atq́ ſine armis domũ remiſſi.



Academia Taurinorũ

Papia, olim Ticinum.

PApia uulgo Pauia, ciuitas antiqua ſita in regione, quam ueteres Trãſpadanam & Subalpinam, poſteri autem Longobardiam uocauerunt. Alluuntur mœnia eius Ticino fluuio perſpicuo etiam cum pluuioſum eſt cœlum. In hac urbe Longobardi & alij poſt ipſos Italiæ reges olim habuerunt regiam ſuam ſedem, antequã à Carolo magno Imperatore domarentur. Multaq́ paſſa eſt temporum ſucceſſu ob factiones Guelforum & Gibellinorum. Etiam bellis ruinoſa tota, in qua nihil præter ueſtigia antiquæ academiæ uidere licet, cæterum undequaque affertur occaſio dolendi ſuper tam pulchra & amœna ciuitate. Dum enim Cæſaris iugũ ſubterfugere ſæpe conatur, ſuo magno malo didicit obedire. Pertinet hodie ad ducatum Mediolanenſem. Iohannes Galeatius primus dux Mediolanen. coẽgit eam, quæ antea libera fuit ſub iugum ſuum, extruxitq́ in ea arcem



in ea arcem & iuxta eam parauit insignem atq; magnū uenationis hortū, qui tam amplus est, ut circuitus eius cōprehendat uiginti millia Italica, undiq; muro cinctus & diuersis animalium speciebus refertus. Vocatur autem hodie Barcus. Abundat ciuitas his quæ ad uictum pertinēt, colligitq; uina plus quàm egregia. De captione regis Galliæ iuxta hanc urbem, suprà dictum est. *Barcus hortus.*

Alexandria.

IVxta fluuium Tanarū, qui ex Liguria uenit & haud procul à Papia Pado miscetur, locantur aliquot insignes ciuitates, præsertim Alba, Asta, & noua Alexādria. Accepit autem Alexandria ista tale exordium. Subuerso Mediolano per Fridericum primum, erant aliqui Ligures circa montem Apenninum, qui relictis prędijs suis concesserunt ad uillam quandam Robereto nomine, ubi cœperūt extruere ciuitatem, quam Cæsaream in fauorem Cæsaris appellauerūt. Pontifex uero Romanus nomine Alexander tertius, hostili animo Imperatorem persequens, adiunctisq; sibi Venetis & Mediolanēsibus atq; multis alijs illarum partiū uulgaribus populis, contendebat Imperatorem penitus excludere Italia, & in memoriam huius rei perpetuam, uoluit quod memorata Cæsarea à se appellaretur Alexandria, abolito pristino nomine, uicitq; sua pertinacia.

Mons Ferratus.


ESt Mons Ferratus pars Liguriæ cis Apenninū situs, fertilis & habitabilis, diei ferè spacio ab alpibus diuisus atq; discretus, per patentes interim campos collibus magis quàm iugis eleuatus, ubi colonus nihil incultum aut inaratum relinquit. Hunc à dextera parte Tanarus, à sinistra Padus urgent, nec ultra progredi sinunt, & quatenus à fluuijs discedit. & quodammodo subducitur ferax admodum planicies interiacet: quam terram Mesopotamiam appellare possumus: gemino amne clauditur.

Modoëtia siue Montschen.

SIta est iuxta fluuiū Lambrum Modoëtia ciuitas antiqua, quam olim rex Theodoricus & postea Theodelinda regina Longobardorū magnifice suis muneribus adornauerunt. In hac ciuitate consueuerunt Imperatores ante quadringentos annos suscipere coronam ferream, sed quæ postea translata est Mediolanum. *Corona ferrea.*

Patauium.

PAtauium uulgo Padua, à uicinitate Padi sic dicta, ut quidã uolunt. Certum est Antenoream à conditore prius appellatam esse, cuius sepulchrũ adhuc uisit cum epitaphio, non longè à Franciscanorum monasterio locatum. Fuit autem Antenor iste Troianus, qui una cum Aenea patriã prodidisse existimatus est, quòd legatos qui propter Helenã uenerant, susceperit hospitio, & Vlyssem habitu falso cognitũ nõ indicauit. Hinc Venetiam uenit, urbemq; in ea condidit Antenoream primo dictam, postea Patauium quasi Padauium. Fuit urbs ista ante Christi natalẽ Romanorum habitatio, quum status eorũ felicior esset, nõ quod noui coloni in eam translati essent, sed q; Paduanis ius eligendi senatum Romanũ concessum esset. Sunt qui putant nul



Paduæ pulchritudo.

lam in Italia ciuitatem æquari Paduæ in pulchritudine & publicis ædificijs. Attila Hunorum rex primus eam destruxit. Deinde à Narsete & Rauennatibus reædificatam, Longobardi incenderunt atq; diruerunt. Carolus uero magnus & sui successores rursus eam instaurauerũt, mansitq; in ea forma usq; ad Fridericum primum, cuius temporibus multa est passa. Habet hæc urbs hodie iam elegãtem domũ senatoriam, ut putent in orbe uix ibi similem extare. Paruit olim Romano imperio, sed subacta est deinde obuicinitatẽ ditioni Venetorum, anno scilicet Christi 1406. quod ad multa illis commodissimus effecit locus. Rex Maximilianus superioribus annis illã expugnatã rursum adiecit imperio, retinuisseq;, nisi proditione Venetis rursus tradita fuisset. Retinent tamen ciues in hunc usq; diem propẽsum animũ ad imperiũ, ob quã causam multi patricij Patauini referuntur à Venetis de medio sublati & multæ magnæ familiæ excisæ, ut illi imperium pacatius possiderent. Vindicarũt etiã sibi Veneti meliora quæq; prædia, quæ inueniuntur extra mœnia ciuitatis Paduanę, nec habent subditos aliquos, quos uilius tractant q; Paduanos, aut qui miserabiliores cõtemptibiliores q; uiuãt. Adde quod ciuitas nulla fermè iam mœnibus, uallis & fossis, arcibus & propugnaculis munitior sit in toto Venetorũ dominio. Loca multa, eaq; amplissima, uacua habet, tum ad mœnia, tum passim per ciuitatem. Palatijs cernit

Academia Patauina.

insignibus & ujs fermè regijs, academia nobilitata & frequẽtissima. Nam studiosis exceptis, uix restaret quod numerare possies. Ciues enim rura sua habitãt. Colunt incolæ agrũ fertilissimum & fœlicissimum, ex cuius prouentu non studiosi tantũ, qui ad minimũ sunt mille quingenti, sed ciues quoq; & aliquot millia hominum in ipsis Venetijs aluntur. Prętor huic ciuitati imperat cum præfecto, habenturq; hæ duæ functiones in republica Venetа pro supremis. Hoc commodum huic ciuitati accedit, q; una nocte uel uno die nauigio Venetias ire & inde redire eodem temporis spacio possunt. Nam si Venetias eant secundo feruntur flumine usq; ad cataractas quasdam, ubi salsa & marina aqua à fluuiatili dispescitur, reliquum spacij eadem naui per paludes Venetias conficiunt. Redeundo uerò, aduersi fluminis raptum equis superant. Fluuius hic Brenta uulgo dicitur

Titus Liuius.

Cõditus est in hac urbe Titus Liuius Historicus, cuius in hunc usq; diem ossa honorificè ibi seruantur. Is quarto imperij Tib. Cæsaris anno excessit, ætatis uero suæ LXXII.

Verona.

VErona alpibus finitima, primũ Brenona dicta, ac deinde mutatis literis Verona, urbs Venetorum præclara ac pulcherrima, munitiſſima & nobiliſſima, diuiditur & cingitur fluuio Atheſi, ut is fluuius ſimul ſit & ornamento & cuſtodiæ, uſuiq; magno in aduehendis & auehendis mercibus & frugibus. Nec ea urbs eſt admodum diſſimilis Baſileæ noſtræ. Quidam putant eam à Gallis duce Brenno extructam, qui urbem Romam & Mediolanum ceperũt, & Brixiam atq; Bergomum condiderunt. Alij uero alſerunt eam extructam poſt Troiæ excidium. Fruitur cœlo ſaluberrimo & agro fertiliſſimo, quippe qui gignit olei magnam uim & frumenta ad abundantiam, uinorum uarietatem & præſtantiam, pomorum omnis generis copiam & lanæ ſubtilis magnam uberatẽ. Vnde & hic uilius uiuiẽ q; in multis Italiæ locis. In ſumma, quãtum attinet ad humanæ uitæ uſum, Verona nulli eſt Italiæ urbi ſecũda. Decãtatiſſimus uero lacus Benacus carpionibus lautiſsimiſq; alijs piſcibus cunctis gratiſsimis undiq;. Breuiter omnes qui Veronã ſemel uiderint, ad ſe inuitat atq; allicit. Creſcit ibi acinaticũ uinũ colore purpureo, regio ſapore præcipuum, cuius dulcedo ineffabili ſuauitate ſentitur, quod tamẽ tactus eius denſitate pingueſcat, ut carneus liquor aut potio edibilis uideatur. Vocatur alio nomine Rheticum uinũ. Imminet ciuitati mons altiſſimus Balbus appellatus, qui nobilibus herbis celebratẽ. Libera fuit aliquãdo hæc ciuitas & imperio addicta, ſed à Venetis anno Chriſti 1405 uſurpata. In qua ut multa egregia ſunt, hoc unum tamen rariſſimum eſt, theatrum antiquiſsimũ uel potius theatri ruinæ & ueſtigia, ex quibus adhuc molis magnitudinẽ & magnificẽtiam clarè deprehendere licet. Siquidem fuit ciuitas ipſa Romanis principibus tam grata, ut in ea amphitheatrum quoq; Romano more, nonnullaq; alia cõſtruxerint mirãda ædificia, quæ poſtea à Gothis & Longobardis rurſum fuerũt deſtructa. Habet præterea urbs ipſa loca uacua ad mœnia, & paſſim per urbẽ multa, ut omnes ferè ciuitates habent, quæ noſtris temporibus muniũtur, eiuſq; rei cauſa eſt ipſa noua muniendi ratio, quæ multa loca culta ſolo æquat, & uacua rurſus plura complectitur.

Amphitheatrum Veronenſe.

VEronæ plura ædificiorũ antiquorum ueſtigia quàm in cæteris omnibus Italiæ locis, excepta Roma, inueniuntur. Ante theatri autem molem, fuit & amphitheatrum ab Octauio conſtructum, cuius exterior paries marmoreus in tres arcuum ordines mirãdos diuiſus, infimos, medios & ſupremos altitudine incredibili extollitur, quorum unuſquiſq; ſeptuaginta duos continet arcus. Inter ſupremos quoſq; ſtatuæ pulcherrimæ erectæ erãt. Supra arcuum ordines alius inerat ordo feneſtrarum 72 ampliſſimarum, aulis ingentibus toti amphitheatro circũductis deſeruientium, unde exterius & interius patebat deſpectus. Per portas decem & octo datur aditus in ipſius interiorem planiciem, cuius longitudo perticarũ 39 id eſt, 234 pedum, habet enim pertica ſex pedes: latitudo uero 22 perticarum & dimidiæ erat, oualem conſtituens figuram. Ab ipſius uero planicie pro ſedibus, quadraginta duo inſurgunt gradus. In gradibus ipſis, hominum 23184 ſeſſionem commodam habuerunt, cuiq; hominum ſpacio pedis cum dimidio attributo, demptis portarum ſpacijs. Capacitas ſupremi gradus in circuitu perticarum 183 reperitur: medij autem, uiceſimi primi à ſuperiori deſcendendo, perticarũ 142.

Monumẽta antiqua ciuitatis Veronenſis & agri eius, quia ferè infinita ſunt, hic breuitatis gratia omittimus. Vide de illis librum quintum, Torelli Veronenſis.

Figura theatri Veronenſis, quum adhuc integ[rum]




Torellus Sarayna, natione Veronenſis, de Verona ſic ſcribit. Quàm ampla fuerit Verona hinc patet, quod in ea fuit theatrum, amphitheatrũ & Campus Martius, quo nec qui Romæ erat, maior fuiſſe exiſtimari poteſt. In eo exercebantur corpora, equis, iactu, ceſtribus, ludisque aliis campeſtribus. In amphitheatro, gladiatorij ludi & alia ſpectacula edebantur, in theatro ſcęnica. Theatrũ ipſum iamdudum magna ex parte uetuſtate corruit, pars quoq; demolitione cecidit, rege Berengario mãdante. Vnde ſcribit idem rex. Quia

Campus Martius.

Theatrum.


eucnit

uc integrum & perfectum esset. Hodie ruinæ eius extant.



euenit nuper in ciuitate Veronæ, ut pars quæ dã medij circi, quæ Veronæ subiacet castro, præ nimia uetustate corruit, collidens cũcta sub se posita ædificia, hominesq; cunctos, penè quadraginta attriuit, idcirco mando cunctis sub ipso castro morãtibus, quatenus ubicumq; ædificium aliquod publicum parti pertinens ruinam minatur, unde damnum contingere posset, quod ipsum ædificium publicum usq; ad firmum euertatur. Datum quarto nonas Maij, anno salutis 895. Olim flumẽ extra urbem iuxta theatri mutum currebat:

Figura theatri Veronenſis, quum adhuc integrum & perfectum eſſet. Hodie ruinæ eius extant.



Campus Martius.

Theatrum.

Torellus Sarayna, natione Veronenſis, de Verona ſic ſcribit. Quàm ampla fuerit Verona hinc patet, quod in ea fuit theatrum, amphitheatrũ & Campus Martius, quo nec qui Romæ erat, maior fuiſſe exiſtimari poteſt. In eo exercebantur corpora, equis, iactu, cęſtribus, ludisque aliis campeſtribus. In amphitheatro, gladiatorij ludi & alia ſpectacula edebantur, in theatro ſcęnica. Theatrũ ipſum iamdudum magna ex parte uetuſtate corruit, pars quoq; demolitione cecidit, rege Berengario mãdante. Vnde ſcribit idem rex. Quia euenit nuper in ciuitate Veronæ, ut pars quædã medij circi, quæ Veronæ ſubiacet caſtro, præ nimia uetuſtate corruit, collidens cũcta ſub ſe poſita ædificia, hominesq; cunctos, pene quadraginta attriuit, idcirco mando cunctis ſub ipſo caſtro morãtibus, quatenus ubicumq; ædificium aliquod publicum parti pertinens ruinam minatur, unde damnum contingere poſſet, quod ipſum ædificium publicum uſq; ad firmum euertatur. Datum quarto nonas Maij, anno ſalutis 895. Olim flumẽ extra urbem iuxta theatri murum currebat:

quo deiecto flumen deuectũ est in ciuitatem. Putatur theatrum ipsum ex coniecturis quibusdam constructum iubente Octauiano Cæsare augusto, aut eius tempore. Fuit autem marmoreum non latericium. Nam cõstruebantur theatra pro ciuitatum facultate, nobilitatéq; ac amplitudine. In Veronensi autem agro marmora non solum alba uerum & nigra & rubea & diuersis coloribus maculata, insignia'q; excidũtur. Theatrũ ab uno cornu unde spirat aquilo ad aliud unde africus flat, pedũ 360 longitudinẽ cõtinet. Ab euro uero ad alterã partem, usq; ad Athesin protensam, 340 pedes in latitudine numerantur. Pes Veronensis continet palmũ meum (Munsteri) maiorem bis, minus duobus trãsuersis digitis.

Nobile marmor Veronense.

De administratione reipub. Veronensis.

FVit Verona ter à Barbaris incursantibus combusta, à Germanis direpta, terq; solo æquata & à Galieno instaurata. Legimus in Chronicis eam etiam ab Antonio Vero Imperatore cum diruta ac desolata esset instauratã ac pristinæ dignitati restitutã. Prima deuastatio facta est à militibus Vespasiani: altera contigit Galieni tempore: tertia uero Atilæ regis Hunorum tempore, anno scilicet Christi 427. Præfuit olim Veronæ Albuinus rex, statuitq; in ea sedẽ suam: quo interfecto, paruit Longobardorũ regibus. Deinde fuit sub regimine ecclesiæ. Tẽpore uero Ottònis primi fuit imperio cũ multis alijs ciuitatibus subiecta: ac deinde tempore Friderici primi cũ Mediolanensibus inito fœdere libertatem est cõsecuta, quoad ex ambitione & dominandi cupiditate, orto inter ciues dissidio, in contrarias factiones ciuitas est distracta: sed prævalente una factione, in tyrannidem omnia abierunt, donec tãdem ad populare regimen redacta est ciuitas sub umbra Rom. ecclesiæ. Tunc Scaliger quidã est prætor electus, cui anno 1277 successerũt frater & posteri usq; ad Antoniũ Signorium, qui à Iohanne Galeatio Vicecomite regno priuatus est, sicq; finitũ fuit dominiũ Scaligerorum, anno 1396. Porrò Galeatius Vicecomes dominatus est Veronæ annos 18. Quo defuncto unus ex Scaligeris rursum sibi uẽdicauit Veronam. Quo per uenenum sublato, Franciscus Carrariẽsis regimine est potitus sesquianno. Tunc Veneti indigne ferẽtes Scaligeri illius deformem mortem, anno 1405. urbem occupauerũt, pacificeq; in ea regnarunt usq; ad annũ Christi 1509. tunc fuit septem annis sub Maximiliano Imperatore; qui anno 1517 eam restituit Venetis, atq; illi usque in præsens potiuntur dominio eius.

Mantua.

Vergilius.

MAntua antiqua ciuitas, gloriat poẽtarũ clarissimo illustrissimoq; principe Virgilio Marone, cuius fœlix ingeniũ tam omnes efferre debẽt, quàm imitari nulli possunt. Ciuitas ipsa est ampla, munita & aspectu iucũda, nobilibus frequẽs, palatijs insignis, fœlici satis solo prædita. Hæc haud procul à Benaco lacu sita est, ex quo Mintius fluit, qui exundans Mantuam usq; labitur, ibiq; lacu facto urbẽ circuit. Inde etiam progrediẽs, breui cursu Padũ influit. Agnouit hæc urbs olim Imperatores, sed illi ex ea principatum facientes à se alienarunt, sicut cum multis alijs Italiæ ciuitatibus est actum. Pro modica pecunia magnæ & illustres ultramontanæ ciuitates ab imperio sunt separatæ. Anno Christi 1220 ius dixit in hac urbe Sordellus. Deinde anno 1328 præfuit Aloisius. Anno uero 1420 successione hæreditaria adeptus est dominium Ludouicus, & is duxit uxorem filiam marchionis Brãdenburgensis, quæ sanguine iuncta erat Cæsari Sigismũdo. Et quum idem Imperator uice quadam Italiam ingressus diuerteret ad Ludouicum, creauit eum marchionem. Regnat hodie ibidem familia Gonzaga, cuius successores iam ab hoc Cæsare duces & creati & nũcupati sunt, magnam satis possidentes ditionem, sed iam multo maiorem, quod Monferratus quoque eis accesserit nomine hæreditatis. Nam marchionis Mõferrati unica filia nupsit duci Mantuano, & mortuo patre dux Mãtuanus obtinuit quoque marchionatũ illum splendidum satis & ampliori quàm Mantua ditione ornatum.


Gonzagæ marchiones Mantuani.

Mantuanus ducatus.

Ferraria

Ferraria.

CIuitas Ferrarienſis non numeratᷓ inter antiquas Italiæ ciuitates. Nam ſcribũt eam mœnibus cinctam ab Exarcho quodam. Fuit autem primùm ſub epiſcopo Rauennenſi, ac deinde dominium eius nacta eſt familia Eſtenſis, primuſq; dominus uocatus eſt Actius. Hũc ſubſecutus eſt anno Chriſti 1225 Ecelinus, durauitq; huius familiæ legitima ſucceſſio uſq; ad annũ 1394



tũc enim Nicolaus Eſtenſis princeps cõiugis ſuæ uindicans adulterium, Leonellum reliquit principatus ſucceſſorem: quo decedente Borſius frater eius & ipſe Nicolai filius ex concubina ad principatum uocatus eſt. Egregia forma iuuenis, & in armis cum laude uerſatus, dicendi & agendi peritus: qui cum Cæſarem Fridericũ Romam petentem & inde reuerſum magnificentiſſimè accepiſſet, ſuper Mutinam & Regium ciuitates, ducatus honorem accepit, primuſq; omnium in Eſtenſi familia dux appellatus eſt. Fuit etiam domus Eſtenſis uiris ſemper doctis amica, honorãs multos in omni ſtudiorum genere: quin & principatus ſui rationẽ habẽtes, cum temporis ſucceſſu nõ parũ auxerunt ditionẽ ſuã, ut etiã filiæ regũ ambierint nuptias eorũ. Noſtro tẽpore dominatur huic ciuitati & terræ Hercules Eſtenſis, ditiſſimus auro & argento omnium Italiæ principum. Ipſe ni fallor tertius eſt dux: antea uero Marchiones uocabantᷓ. Adiacet urbs ipſa Pado fluuio nobilis, potens & ampla, mercibus frequens, paludibus circundata, atq; idcirco minus fœlix in frugibus & uitibus. Amœna tamen eſt & populoſa, pulcherrimis ornata palatijs, & latis ac longis uijs atq; uicis inſignis. Pater iſtius ducis extruxit in altera fluminis ripa è regione ciuitatis, hoc eſt, in parua inſula quam facit Padus, ampliſſimum palatium cum hortis, eſtq; fabrica illa inſignis & famoſa in tota Italia, & uocatur Belueder, quod ſonat latinè pulcher proſpectus.

Eſtenſis familia.

Belueder.

Bononia.

BOnonia magnitudine non multas habet pares in Italia ciuitates, ſuperiores paucas. Olim Exarchatui ſubiecta fuit, donec Pipinus & poſt eum Carolus magnus eam tradiderunt Romanorum Pontifici poſſidendam. Poſtea tamen ſæpe à Vicecomitibus Mediolanenſibus occupata fuit, quum ditionem ſuam dilatare ſatagerent. Sita eſt hæc urbs in plano, licet ab uno latere paululũ excreſcat, ubi tẽplum eſt, dictum S. Iohannes in monte. Loca non multa habet uacua, eaq; ad mœnia, ab ea parte qua Ferrariam itur, ubi etiam planiciem maximã habet: cæterũ à reliquis partibus montibus cingitur, præſertim Hetruriã uerſus. Abũdat fœliciſſimè omnibus ad uictũ pertinentibus, eſtq; populoſiſſima, ſi ulla alia eſt in tota Italia. Fortes & feroces homines gignit: ciuilis & humana erga exteros, intelligit no tamẽ laborat diſſidio. Bentiuolorũ familiam habuit potentiſſimam, quæ non ſemel tyrannidem ſibi uſurpauit. Pontificum auxilio liberata, eiſdem paret. Quadraginta deliguntur patricij, quorum magna eſt autori-



Bentiuoli.

ritas aut fuit in administrãda ciuitate: nam minuitur quotidie à Rom. pontif. qui præfectũ exterum illis designat & legatum quoque cardinalem. Habet urbs academiam celebrem, ut tam studiorum mater, quàm seditionũ alitrix appellari possit. Porrò principes factionum eius fuerunt Baptista Connetulus & Hanibal Bentiuolus, ambo sanguinarij, ambo patratis cædibus insignes. Qui licet simul compatratus sacramento iuncti essent, nihil tamen inter se meliores fuere. Nã Hanibal leuato de sacro fonte Baptistæ filio, uisurus puerperam, compatrem sequitur, ei manu prensa pro nouo nato cõgratulatur, ab irruentibus ex improuiso Baptistæ satellitibus obtruncatur, ut manifestè apparuerit Baptismi sacramentum non tam fœderis retinendi quàm cædis patrandæ causa à Baptista quæsitum fuisse. Sed non inulta mors Hanibalis fuit. Nam qui partes eius sequebantur, sumptis paulo pòst armis, fugatis aduersarijs plateam obtinuere. Baptista indicio puerili tãdem in specu quodam subterraneo cum plerisq; complicibus suis latitans repertus & fumo compulsus exire, mox pluribus uulneribus confossus est. Cadauer eius in forum tractum & diu ludibrio habitum, quum plericq; more ferarum cor eius dentibus laniassent, cruoremq; bibere non horruissent, tandem exustum est.

Atrox facinus.

Forum Liuii, uulgo Forli.


ASsignatur ciuitas ista Aemiliæ regioni, agnoscitq; papam dominũ temporalem. Sed cum ciues eius Martino quarto Romano pontifici rebelles essent, misit pontifex ipse Gallum quẽdam Guidonem nomine & cum eo grandem exercitũ, qui rebellem ciuitatẽ domaret. At cum ille ciuitatem oppugnare tẽtaret, profligatus ab incolis, fugere coactus est. Pontifice uero altera uice grandem mittente exercitum, expugnata est ciuitas & euersa. Postea subiecta fuit Ordelaphis, uiris scilicet qui fuerunt de familijs Venetorum, sed qui non diu ciuitatem sibi parẽtem retinuerũt. Nam rediit ad obedientiam Rom. pontificis, qui præfectos illi dedit, quos tamen ciues sæpe uel expulerunt. uel interfecerunt.

Rauenna.

Romandiola.

Exarchi.


REgio in qua sita est Rauẽna fuit olim appellata, Gallia togata, ac deinde diuisa in Aemiliã & Flaminiã. Nostro uero æuo uocat Romandiola, in qua proprie Rauẽna locũ habet. Est aũt uetustissima ciuitas, quã rex Theodoricus olim pulchris adornauit ædificijs. Habuerunt etiam in ea olim Exarchi sedẽ suã, qui scilicet in



Italia locum tenebant Imperatoris Constantino politani, incœpitq; is regiminis status sub Cęsare Iustino anno Christi 620. durauitq; annis 164. Fuit Exarchus summus magistratus, quẽ Cõstantinopolitani Cęsares Italiæ ita dabant, ut illi sine prouocatiõe populi parerẽt. Obibat in Italia Exarchus ea omnia, quæ regiæ uicis erant: per quæ tempora de imperio Longobardorũ reges & exarchi dimicauere. Habuit autẽ Exarchus immediate sub se has ciuitates, Rauennam, Cesenã, Forũliuij, Forum Cornelij, quæ hodie est Imola, Bononiã, Mutinam, &c. Et has ciuitates tradidit postea Pipinus Romano pontifici, quã donationem cõfirmauit quoq; Carolus magnus & filius eius Ludouicus. Volebant etiam quod hæc regio appellaretur à Roma Romandiola cui subiecta esset. Sed tẽporis successu Rauenna fuit aliquandiu occupata à Venetis, quã tamen Iulius papa recuperauit. Est autem posita ad mare Adriaticum, ex qua præter antiquũ nomen nihil ferè habet. Siquidem non habet priorem situm, quũ distet à mari dimidio milliario Germanico. Et quæ nunc Rauenna appellatur, uix dimidiato habitat. Occupat paluſtres locos segetibus fœlicissimos, & uino cõtrà infœlicissimos. Frumẽta enim suppeditat Flaminiæ toti & multis alijs regionibus.

Rauẽnæ situs.

Cepis



Cepis quoq; abundat magnitudine notabili: paſcua habet optima, iccirco caſeo. butyro, lacte & carnibus abũdat egregie. Laborant diſcordia ciues & factionibus. Templa habet quæ uetuſtatem redolcant. Archiepiſcopus, canonici & monachi hîc ditiſſimi ſunt, & totam fermè ditionem ſibi uendicarũt. Homines alit ſtrenuos & cordatos ac bello idoneos. Quod autem iam ſcripſi, Pipinum & Carolum magnũ Romano pontifici tot inſignes donaſſe ciuitates, aliį id negantes, aſſerunt põtifici nihil donatum præter patrimonium Petri, quod eſt in Tuſcia. Nõ eſt autem illi collata tota Tuſcia neq; Romandiola aut ducatus Spoletanus, marca Anconitana, Bononia, Peruſium, Ferraria, Trinacria, Calabria, Apulia, Aprutium, Terra laboris & aliæ multæ regiones atq; ciuitates, quarũ ipſe hodie immediatus eſt dominus, aut ſaltem habet beneficiarios in eiſdẽ, ſed temporis ſucceſſu cum magna iactura imperij uendicauit ſibi memorata loca, præſertim quando inter ipſum & inter imperatores aut reges ſchiſmata & diſſidia fuerunt. Præſtat eñ piſcari in aqs turbidis. Excommunicauit imperatores atq; ſubiectos abſoluit ab eius obedientia, quærens interim quæ ſua eſſe cupiebat, ut imperator hodie fermè nihil habeat in Italia, meliori ſui imperij portione. Sic illi ſcribunt. Eneas tamen Syluius ſcribit, patrimonium Petri eſſe terrã interiacentem à Radicofano Senenſis agri oppido uſq; Ceperanum, quam Mathildis uirgo filia Bonifacij ducis Lucani, de Bohemorum ducum ſanguine nata, donauit eccleſiæ Romanæ, anno ſcilicet Chriſti 1080. aut circiter.

Vnde põtifici Rom. tanta ditio.

Patrimonium Petri.

Ariminum.

ARiminum ciuitas eſt in Flaminia non longe à Rubicone inſigni fluuio (qui hodie Piſitella uocatur) ad mare poſita, portu non infeliciter ornata, non admodum magna, diues ſatis & nobilis, paſcuis & caſeo abundans, ſegetibus non uſq; adeo accommodum colit agrum, uino omnino ineptiſſimum. Nam uina inſipida & debilia paſſim colliguntur. Paruit aliquando hæc ciuitas dominis de Malateſta, qui poſtea ſua ipſorum inſolentia ciuibus inuiſi, à Romanis pontificibus expulſi ſunt, & adiecta eſt ciuitas pontificio imperio, cuius nomine ibi præfectus degit, quem uulgo gubernatorem uocant. Ciues tamen aliquot ſenatores deligunt ad reipublicæ adminiſtrationẽ, quemadmodum in omnibus ciuitatibus pontifici ſubiectis fieri conſueuit. Veneti tamen ante quadraginta annos occupauerunt eam aliquot annis.

Vinum Ariminenſe.

Vrbinum.

EST urbs iſta una ex antiquioribus Italiæ ciuitatibus, quum mentionem eius faciant Plinius & Tacitus. Tempore uero Conradini ultimi ducis Sueuorum, ſubacta eſt à comitibus de Feretra, cuius poſteri ſucceſſu temporis rem ſuam ampliantes, Eugubium quoq; ſunt adepti. Fuit autem inter ſucceſſores dux quidam Oddo nomine, matre Columnenſi nobiliſſima natus, qui per libidinem in matronas nobiles debachabatur, nec modum licentiæ faciebat, quapropter populari tumultu interfectus eſt. Incenſor quoq; nequitiæ & adoleſcentiæ ſuæ corruptor, protonotarius Carpenſis, nobili genere ortus, ſed ingenio peſſimo, qui nuptis ac uirginibus quam plurimis uim intulerat, quiq; per omnia ſcelera ad ſummam uiciorum peruenerat, eadem nocte cum diſcipulo ſuo necatus, inexhauſtæ libidinis pœnas dedit. Cadauer eius in forum delatum, defecta uirilia in ore mordicus tenuit. Succeſſit patri malo filius bonus, Guido ſcilicet uir probus, qui factus eſt primus Vrbinatium dux. Cunq; is filium non haberet, cooptauit ſibi in filium Comitem adoleſcentem, Fridericum nomine de Vbaldinenſi familia, quem papa Sixtus creauit ducem anno 1475. Fuerunt olim Vbaldini ciues Florentini, fauebantq; partibus Fri-

Princeps libidinoſiſſimus.

Primus Vrbini dux.

r derici

derici primi imperatoris, & ob id inuisi conciuibus, excluſi ſunt urbe. Exercentes autem ſe in armis & rebus bellicis, euecti ſunt tandem ad hanc dignitatem, in qua ſunt hodie.

Ancona.

ANcona ciuitas, in ea parte Italiæ quę uulgo Marca appellatur, ad mare Adriaticũ poſita, nobiliſſimo portu ornata, quem Traianus inſigni ope extruxiſſe fertur, quo non extat in tota Italia commodior nec capacior. Hanc à portus curuitate dictam putant Anconam. Mercatura eſt inſignis, frumento abundat & uino, reliquiſq; ad humanum uictum neceſſarijs. In ipſius portus faucibus turrim antiquiſſimam & inſignem dicunt extructam, ueteres à pharo Alexandriæ pharum appellant, unde noctu nauigantes facis ardentis lumen poterant obſeruare. Pontifici Romano paret, à quo & legatione inſignita eſt. Vetuſtatem undequaq; olet.

Florentia.

FLorentia uulgo Firentz, inſignis Hetruriæ ciuitas & ferè Metropolis, Arno flumine diuiditur, pontibus uero iũgitur, collibus inſuper undiq; fermè ornata, circuitu ampliſſima, & amplior adhuc multo eſſet, ſi ſuburbijs pulcherrimis ab ipſa bellorũ inſania priuata non fuiſſet. Hoc quidam a parte audent affirmare, nullum fuiſſe ſub urbium, quod cum ipſamet ciuitate pulchre conferri & eidem æquari non potuerit. In præſentia uero ne ruinę quidem extant ſuburbiorum, ijs enim propugnacula extruxit tyrannis, quibus ſe muniret. Dolendum itaq; magis quàm referendum putarem, pulchra & ampliſſima palatia & templa, quæ ſolo hac poſtrema obſidione æquata ſunt. Quæ qualia fuerint ex ijs quæ in ipſa ciuitate cernuntur colligere quis poterit. Nocuit huic urbi non parum factio Gibellinorũ & Guelforũ. Nã qui uiribus ſuperiores fuerunt, inſolescentes excludebant ciuitate & ditione aliam factionem, tametſi Guelfi ſæpius Gibellinos uicerint.

Suburbia dele ta.

Anno Chriſti 1312. petente Henrico Cæſare ſeptimo Romam, Florentini ſuſceperũt Robertum regem Neapolitanum defenſorem ad quinquennium, quo firmius reſiſterent Gibellinis ſiue Cæſareanis, tam inuiſi fuerunt eis Germanorum imperatores. Eſt autem urbs ipſa pulcherrima, elegantibus ornata ædificijs, amplo dilatata ſpacio, præſertim anno Chriſti 1310. adeo fuit ampliata & habitatoribus impleta, ut anno Chriſti 1400. ad triginta millia hominum peſte in ea morerentur, unde facile quis colligere poteſt, quam populoſa ſit. Paruerunt ei tunc ciuitates Hetrurię multę, ſed tam ipſamet cum eiſdem Medicæ familiæ paret. Sic enim eſt temporum uiciſſitudo. Ipſa ſumma felicitate ſuperaſſet omnes, ſi priuatis ciuibus fortuna parcius diuitias elargita fuiſſet. Floruit an. Chriſti 1430. in hac urbe Coſmas cognomine Medices, eminuitq; & prudentia & autoritate. Is enim princeps urbis habitus, ſenatum quo uoluit impulit, ciuitati leges ex arbitrio dixit, inopes ciues complurimos ditauit, matrimonia conſtitutis ex argento ſuo dotibus multa cõiunxit. Villas magnificentiſſime exædificauit, in ſacras edes ditiſſima dona contulit, monaſterium ſancti Marci amplum & nitidum à fundamentis erexit. Parrochiæ ſuæ templũ, cum ſibi parum placeret, prorſus diruit, ac deinde ſtructuram admirandi operis ex lapide Feſulano ſuſcitauit. Edes ſuas quamuis ornatiſſimas erexiſſet, amplius tamen meditatus opus, palatium altum & ingens ex quadratis lapidibus inſigni urbis loco adeò pulchrum, adeoq; amplum conſtruxit, ut alterum æquari tota ciuitate non poſſit. Mortuo autẽ Coſma anno 1464. reliquit filium nomine Petrũ, qui & ipſe potens fuit in urbe. Succeſſit ei in adminiſtranda republica filius eius Laurentius Medices, uir magni nominis & qui ob rerum geſtarum magnitudinem celebris fuit in tota Italia, quippe qui cum fratre Iuliano ditioni Florentinorum multos adiecit populos & loca. Id quum uehementer diſpliceret quibuſdam epiſcopis & cardinalibus atq; alijs proceribus, conſpirationem facientes uenerunt anno Chriſti 1478. Florentiam, diſſimulatoq; odio religioſe ingreſſi ſunt templũ, quo minus notaretur peruerſus ipſorum animus. Factumq; eſt dum inter ſacra templi leuaretur hoſtia, ut illi ad inſaniam uerſi, ex domo dei facerent ſpeluncam latronum, exertisq; gladijs ruerẽt in Iulianũ & fratrẽ eius Laurẽtiũ, Julianũ quidẽ quẽ fors obtulit interficientes, Laurentiũ aũt leui uulnere ſauciantes, qa elapſus fuit ex manib. eorũ in ſacrariũ.

Magnitudo urbis.

Coſmas Medices.


Laurentius Medices.

Putantes &c. *poſt ciuitatis picturam.*

Ciuitas

CIVITAS FLORENTINA HETRVSCORUM metropolis, pèr picturā quo ad fierí potuit iuxta modernum ſitum expreſſa.


Florentia nobiliſſima Hethruriæ



Hetruriciuitas, deformata ad noſtra tempora.



Florentia nobiliſſima Hethruriæ ciuitas, deformata ad noſtra tempora.





Putantes autem malefactores ſe obſequium præſtitiſſe ciuibus, illiſq; pro ſeruitute obtinuiſſe libertatẽ, decepti hac ſua opinione, capti ſunt omnes poſt cõmiſſum facinus atq; quidã eadem die p̃ feneſtras funibus ſuſpenſi & enecati. Quidam uero altera & quidã octaua die ſunt cõprehenſi atq; ſuſpenſi: Nec parſum eſt ſacerdotibus neq; epiſcopis. Omnes qui huius facinoris ſuſpitione laborabant, in uniuerſum ſunt ſtrãgulati. Archiepiſcopus quoq; Piſanus, qui ſacra celebrabat, traditus eſt carnifici, elitiſq; faucibus ex alta feneſtra ſuſpendio ſtrangulatus, qui lorica tectus ſolennia celebrauerat. Indignatus ob eam rem pontifex Rom. diris deuouit principem Laurentiũ, excitauitq; Ferdinandũ regem Siciliæ, ducẽ Calabriæ & ducem Vrbinenſem cõtra Florentinos, qui ultionem ſumerent de Florentinis. Venientes autem illi cum grandi exercitu, cœperunt deuaſtare terram Florentinorum atq; occupare loca quædam ditionis eorum. At Laurentius uidens ſe imparem tanto exercitui, conſcenſa clam naui (conſenſu tamen ciuium) uenit in Siciliam ad regem ipſum, impetraturus gratiã eius, cui & magnam uim pecuniæ annuatim dandam promiſit, ſi irritaret conatum ſui & reliquorum ducum exercitus, quod & factum eſt, liberataq; eſt urbs in hunc modum & tota ditio urbis ab hoſtium deuaſtatione, id quod in regis odium põtificem accendit, ſed diſſimulare coactus, pacem iniit cum Laurentio Medice. Mortuo deinde Laurentio, anno Chriſti 1492. reliquit tres filios, nempe Petrum, Iulianum & Iohannem, qui & in Cardinaliciam ſubuectus eſt dignitatem. Petrus uero ſuſcepit gubernaculum reipub. tamerſi eidem non diu præfuerit. Nam tranſegit cum Gallo rem, ita ut Piſæ & aliqua alia loca fœdus cum Gallo inirent, quod adeo diſplicuit Florentinis, ut ſeuirent in Petrum, cogerentq; cum ſuis urbe excedere, ac abſentem hoſtem iudicarent, eius bona publicarent ac partim diriperent. Priuatus itaq; Petrus publicę adminiſtrationis officio ſenatus auctus aliquot perſonis per ſe iam uoluit moderari cuncta quæ ad rempublicam ſpectabant. Et quoniam multi ex ignobili plebe in ſenatum erant adoptati, nobiles uero neglecti, data fuit occaſio tumultuandi in ciuitate & extrà, defecerunt q̃ue multa oppida ad ſuos priſtinos dominos, à quibus Laurentij opera fuerant auulſa. Conatus eſt quoq; Petrus Medices ui & proditione rurſum ciuitatem recipere, ſed nihil effecit. Emerſit tunc monachus quidam ordinis Prędicatorũ, Hieronymus nomine, qui ea temporum nouitate plus omnino humanis ſe rebus miſcuit quàm deceret hominem religioni addictum, uenditauitq; ſe prophetæ nomine apud uulgares, & multas nouas inauditasq; aſſertiones ſparſit in uulgo, nec tantum negocijs eccleſiaſticis uerum & ſecularibus ſeſe ingeſſit, ita ut nihil magni in ciuitate ſine eius ſcitu ageretur, etiamſi multi inter ciues eſſent, quibus monachi diſplicebat procacitas. Ventum eſt autem tandem eò, ut nedum inter ciues, uerum & inter domeſticos grauia ſeminaret diſſidia & odia, ingreſſusq; eſt monachus ſtipata & armata manu in eccleſiam, libere prædicans uerbum dei, non reſpiciens ullum hominem, non papam, neque ſui ordinis maiores, quin conſtanter ſuum proſequeretur propoſitum. Alij uero ſcribunt hunc Hieronymum magno zelo populum docuiſſe uerbum domini & omnium taxaſſe uicia, etiam papæ, epiſcoporum & ſacerdotum. Quod cum magnates illi ferre non poſſent, examinauerunt eum uerbis, minis, & tandem tortura, elicueruntq; ex eo cauſam ſuæ liberæ prædicationis, & tandem combuſſerunt ceu hæreticum. At ille tam conſtans fuit in ſuo propoſito, ut nullo pacto à ſua ſententia deduci poſſet, tantoq; ſpiritus feruore docuit, ut paratus fuerit igne probare doctrinam ſuam. Excitato nanque in medio foro magno incendio, ille arrepta euchariſtia cõtendebat ingredi ignem, niſi prohibitus fuiſſet à ciuibus, timentibus aliud periculum. Alij paulo aliter ſcribunt de eo & de actis eius. Comprehenſus itaque Hieronymus cognomento Sauonarola Ferrarienſis cum duobus alijs monachis ſibi adhærentibus, iuſſu Romani pontificis concremati ſunt in publico foro. Rebus itaque Forentinorum ſic ſeſe habentibus, conatus eſt Petrus Medices ſubſidio Romani pontificis recuperare principatum Florentinum, occupatiſq; aliquot locis ſæuijt in ſubiectos, magna inſolentia uſus contra eos, donec per minas regis Gallię, qui tunc erat in Italia, coactus fuit à tyrannide ceſſare. Tunc Florentini inito conſilio elegerunt anno Chriſti 1502. caput in ciuitate, principem ſcilicet qui in omnibus talem ha-

Laurẽtius Medices moritur.

Hieronymus Sauonarola.



lem haberet autoritatẽ, qualem habet dux apud Venetos. At nec iste status regiminis multis durauit annis. Nã quum Carolus quintus Imperialem coronã in Italia suscepisset & familia Medicea exularet ab urbe Florentinorũ, laborabat papa Clemens qui etiam de familia illa erat, ut sui reducerentur ad urbẽ. Florẽtinis uero id recusantibus, impetratus est à Cæsare exercitus cuius dux fuit Philibertus Auraiensis, qui obsidione cinxit Florentiã, continuauitq; eam spacio decem mensiũ. Interim uero cũ copiæ quędã in subsidiũ Florentinorũ mitterẽtur, cõgressus dux Philibertus cũ illis, cõmissoq; prelio, uicit quidẽ egregiè, sed ipse bõbarda ictus interijt. Videntes aũt Florentini quod nihil spei reliquũ esset, dediderunt se Cæsari. Ingressus ergo Alexander Medices urbem, qui Cæsaris naturalem filiam habuit uxorem, dominium occupauit. Cumq; insolenter & impudice cum pudicis mulieribus uiueret, deprehensus in cubiculo quodam, gladijs in frusta est concisus. Spirantibusq; tunc rursum Florentinis pro diu concupita libertate, non potuerunt eam obtinere. Nam Cosmas Medices factus est dux in urbe, cui iam ciues libenter, ut aiunt, ob multas & eximias eius parent uirtutes.

Princeps mactatur.

Fuit hæc urbs à multis annis libera, quę & alias ciuitates domuit atque sibi subiugauit, cauens ne aliqua iuxta se erigeret crista, præsertim autem Pisas pro uiribus semper oppressit. quapropter & ipsa tandem sensit iustum dei iudicium, ut quemadmodum alijs fecit, ita quoque sibi factum est, seruitutis ferre coacta iugum. Abundat hæc ciuitas omnibus quæ ad uictum pertinent. Vina habet excellentissima, inter quæ Trebulanum uulgo trebiano primatum obtinet, quod & suauitate & lenitate Cretico anteferri possit. Homines profert ingeniosissimos & ad omnia idoneos. In literis enim & armis æque floruere. Nunc mercatura excellunt: in extruendis edificijs non habent pares. Veste tum modestissimo utuntur & graui: humanitate facile Hetruscos omnes antecellunt, quemadmodum & sermonis elegantia. Cœlo fruuntur maxime temperato & aperto, à mari non amplius quam biduo absunt.

Pisæ.

Pisæ Hetruriæ ciuitas antiquissima, testibus Cicerone, Vergilio, Claudiano & antiquissimis quibusq; autoribus, qui de hac scriptum aliquid reliquerunt, quin & non multis antea seculis celeberrima & potentissima fuit, ita ut non in Hetruria solum, sed longe terrarum dominium suum aliquando armis propagarit. Nam circa annum Christi 1020. Pisani bis aut ter excluserunt Saracenos Sardinia insula atq; in suum receperunt dominium, sicut & anno Christi 1108. inuaserunt insulas Maioricam & Minoricam, interfectoq; rege eorum homine Mahumetano, abduxerunt reginam & filium paruulum: quem in Christi fide à puericia bene informatum tandem regem fecerunt in Maiorica. Retinuerũt autem potẽtiam suam usq; ad tempora Rudolfi imperatoris, qui plurimum eos humiliauit.

Pisani domant Maioricam insulam.

Anno Christi 1369. emit Petrus Gambacurta hanc urbem à Carolo imperatore pro duodecim millibus aureorum. Deinde quum in manus alias uenisset, uendita est tandem Iohanni Galeacio uicecomiti. Qui rursum uendidit eam Florentinis. Quod cum Pisanos male haberet, in seditionem uersi expulerunt Florentinos, recuperantes suam pristinam libertatem, sed quam non diu conseruauerunt. Nam Florentini rursum facti sunt domini huius ciuitatis usq; annum Christi 1495. Nunc uero seruit cum domina sua Florentia duci Cosmæ Medices, cuius præfectus hic ius dicit. Huius rei indignitate olim moti ciues quiq; ditissimi, aufugêre relictis opibus & laribus patrijs, malentes alibi ignobiles quam

Pisani seruire coguntur.

domi

domi in ſeruitute uiuere, licet ubicunq; locorum uenerint mitius cum illis egerit domina rerum fortuna, uſq; adeo, ut non ſolum diuitias recuperauerint mercaturã exercendo, ſed & priſtinã nobilitatem retinuerint, atq; huius rei ueritas hinc facile elucebit, quod Venetijs multæ ſunt Piſanorum familiæ profugorum, qui non ſolum ciuitate donati, ſed & in ſenatorium ordinem cooptati ſunt, & Piſanorum cognomen retinuere. Ampla ciuitas eſt Piſanorum urbs & flumine diuiſa, pontibus iuncta cernitur. Mœnia altiſſima habet, eaq; marmoreis lapidibus extructa. Infrequens eſt ac penè deſerta ſuis habitatoribus, ſed iam

Academia apud Piſas.



academiæ inſtauratione frequens: loca habet multa uacua. Templum tenet admirandum portis ahenis: Ab hoc turris eſt non procul poſita raro artificio extructa. Extrinſecus enim eo uſq; pendet ut ruinam minari uideatur præſentaneam, intus uero ad perpendiculum recta apparet. Eſt & baptiſterium (ut uocant) inſigne, ſed illud inſignius, cœmiterium ſcilicet amplum, mœnibus & porticibus clauſum, cuius terra infra 24 horas corpus humanum conſumere & in ſeipſam conuertere poteſt. Hæc quatuor ſunt precioſis lapidibus intus & extra fabricata, nec coniuncta, nec admodum inter ſe remota, in una eademq; platea. Agrum colit ſegetibus accommodatiſſimum, in tantumq; fertilem, ut Hetruriam totam paſcat, & ad exteros quoq; aduehatur annona. Vina non admodum probantur. Cæterum reliquos fructus mediocriter bonos profert, pepones uero optimos. Mare uicinum habet, quapropter mercaturis exercendis admodum commoda eſt. Cœlo ſatis inſalubri fruitur, præſertim exteris. In hac Decius famoſiſſimus iureconſultus ante aliquot annos, & paulo antè Curtius medicorum princeps obiere & ſepulti iacent.

Luca.

LVca Hetruriæ ciuitas pulcherrima, diues & libera, etiamſi moderno Cæſari commendauerit ſe. Ditionem habet exiguam, eamq; feracem feliciſſime, uerũ non habet multum planiciei, quo fit ut ciues omnes mercaturam exerceant. Sericis inſignis eſt, palatijs magnificis egregie extructa, mœnibus munitiſſima, populoſiſſima, cum tamen nulla forte ſit ciuitas in Italia, quæ tam multos habeat ciues peregrè atq; hęc. Summus magiſtratus uocatur Cõfaloniero, iſq; ſingulis duobus menſibus mutatur. Aliquot alij ſenatores deliguntur qui uocantur Domini, & mutantur ſingulis ſex menſibus. Omnes habitant ſimul cum Cõfaloniero in palatio ſemper. Tempore Ludouici Cæſaris Bauari habuit ciuitas iſta paulatim multos dominos. Fuit enim aliquãdiu ſub Genuenſibus, deinde ſubiecta eſt dominio Iohannis regis Bohemiæ: poſtea uendita Florentinis. Cunq; hi nouem menſibus ius dixiſſent ei, uenerunt Piſani, aſſerentes ſibi deberi dominium urbis, ob ius quoddam quod ab Henrico Imperatore obtinuiſſent, qui ob rebellionem ciuium eam Piſanis deſignauit. Obſidentes ergo Piſani Lucam, plurimum eam incommodauerunt, donec tandem certis pactionibus his eſt dirẽpta. Non longe poſt ueniens Carolus rex Bohemiæ filius regis Iohannis, uendicauit ſibi dominium eius, poſuitq; ſui loco pro gubernatore Cardinalem, qui acceptis à ciuibus uiginti quinque millibus aureorum, reddidit eam liberam.

Senæ.

PRodunt hiſtoriæ Senas antiquam eſſe ciuitatem atq; coloniam Romanorum, ſed quæ temporum ſucceſſu peruenit ad magnam ditionem, ſubijciens ſcilicet & populos & terras. Alij uero tradunt eam à Gallis Senonenſibus tempore Brennij cum in Italiã ueniret, anno ſcilicet ante Chriſtum natum 382. conditam. Sunt alij qui eam numerãt inter nouas Italię ciuitates, quod nulla antiquitatis ueſtigia in ea apparcant. Natus eſt in hac urbe Pius ſecundus, Romanus põtifex, Aeneas Syluius antea nominatus. Nec legitur quod ullus unquam ad eiuſmodi dignitatis faſtigium exercitatiore uita

Aeneas Syluius qui et Pius.



uita peruenerit, ut ad negociũ & uirtutem non ad ocium natus dici possit. Nullum ferè (citra armorũ tractationem) publicum Christianæ rei negocium siue sacrum siue prophanum iam inde à Basiliẽsis cõuentus celebritate incidit, cui non interfuerit, quum de eo ageretur. In summa, per omnes honorum gradus, quos sola uirtus peperit, ad Pontificium decus est euectus. Venit is Basileam fortunam quæsiturus, cum esset supra modũ tenuis. Dexteritas primũ commẽdauit hominem Cardinalibus, deinde in aulam Friderici Cæsaris ascitus, mirabilẽ fortunæ benignitatem sensit, quousq; tãdem ad summi pontificis culmen ascendit. Vide commẽtarios eiusdem de gestis Basilienſis concilij. Hic cõstituit fossiones aluminis, quod tum primũ in Italia fuit repertũ, unde ingens uectigal quæsitũ est fisco pontificio.

Exortum est implacabile odiũ inter hanc urbem & Florentinos, postquam Gibellini & Guelfi in Italia suscitati sunt. Expulsi enim Gibellini de urbe Florentinorũ, iuncti sunt Senensibus. Haud procul ab urbe Senarũ incipit patrimonium S. Petri, comprehenditq; Aquã pendẽtem, quam Ptolemæus uocat Aquulam, Volsiniũ, Tuscanellam, Montflascone, olim Faliscum, Viterbium, Sutrium, Soanam, sanctam Floram, Griptas, S. Laurentium, Balsenam, Martham castrum, Balneũ regium, Ortham, Veientã, Castrum nouũ, Nepas & alia multa. Porrò Senæ, uulgo Siena, ciuitas est Hetruriæ pulcherrima, dives & amœna & amœnissimo loco sita, uniuersitate decorata, frequẽs medicinæ studiosis propter situs amœnitatem & cõmoditatem uictus atq; humanitatem ciuium erga exteros. Libera ciuitas est, sed factionibus insignis, quæ ut tyrãnunculos quosdam extirparet funditus, coacta est se Cæsari cõmendare, qui milites huc & præfectum delegat, ea cõditione ut is præfectus sit semper unus ex senatoribus Mediolanensibus, idq; pro cõmuni bono ciuitatis. Quiete enim iam & citra potẽtiorum insultus uiuit & floret. Est ciuitas ampla, turribus & propugnaculis benè munita, habens agrum herbidum, semper boum, bubalorum atq; ouium multarum nutritorem. Frumenti quoq;, uini & olei ferax, ac fructuum omnis generis abundans.

Patrimoniũ Petri.

De Latio Latinorum regione.

LAtium ea pars Italiæ est, quæ cõtinetur inter Tyberim & Lirim fluuios. Ea primũ à Siculis fuit habitata; quibus expulsis, Aborigines sedes illorum occuparũt. Surrexit tandem inter eos rex Latinus nomine, à quo terra Latiũ & incolæ Latini dicti sunt. Horũ lingua tẽporis successu per ingeniosos & doctos uiros, quos inter se habuerunt, sic est propagata, ut nedũ per totã Italiam uerũ & per uniuersam Europam & bonam partem Africę sit à studiosis recepta, excepta parte Græciæ. Ad cuius propagationem non parum fecit Romanorum potestas, qui sibi obnoxias fecerũt Galliam, Hispaniam, Britanniam, Illyridem, exteriorem Africam, &c. Crescẽte uero in potestate Roma, cœpit deficere Latinorum nomen atq; loco eius à Romulo usurpatum est nomen Romanorum, cœpit & Latina lingua uocari Romana lingua. Habet autem Latium multas ciuitates, inter quas Roma metropolis est. Iuxta mare inueniuntur Ostia, Asturia, ubi Cõradinus ultimus Sueuorũ dux interfectus est, Terracina, Formiæ, Caieta, Fundi, & Sinuessa iuxta ostia Liris fluuij, qui hodie Garilianus uocatur. In mediterraneis uero locis sunt istę Latinorum ciuitates. Laurentum, Alba, quæ trecentis annis ante Romam fuisse dicitur, Prenestę, Tybur, Suessa, Aquinum.

Latina lingua.

Liris & Garlianus.

De Campania & eius ciuitatibus.

IN Campania est Laborinus ager, qui uulgo Terra laboris, secũdum alios Leboris, & secundum Narcissum insignem medicũ Terra leporis dicitur: in qua adeò pinguis est terra, ut stipulam tantæ crassitudinis faciat, quod ea incolæ pro ligno utantur. Vocatur autem Terra laboris, quod ingẽs labor sit in ea colẽda. Nam habet solum arduum

Terra laboris.

opere & difficile cultu. De hoc agro Plinius ſic ſcribit. Quantũ uniuerſas terras campus Campanus antecedit, tantũ ipſum pars eius, quæ Laboriæ uocantur. In Campania ſi-

Neapolis. ta eſt nobilis illa & uetuſta ciuitas Neapolitana, quæ olim Parthenope appellata eſt. Hæc multa eſt paſſa à Vandalis ac deinde Saracenis, qui eam quoq; triginta annis incoluerunt. Paſſa eſt etiam circa annum Chriſti 1448 horrendũ terræmotum, in quo aliquot millia ho-

Capua. minum perierũt aut graue damnũ ſuſtinuerunt. Eſt etiam Capua in Cãpania, urbs uetuſtiſſima, quæ in bello Carthaginenſi defecit à Romanis ad Hanibalem. Obtinentibus aũt tandem Romanis uictoriam contra Carthaginenſes, occiderunt Romani totum ſenatum Capuenſem paucis exceptis, qui antea ueneno ſibi mortem cõſciuerunt, uidentes quid futurum eſſet. Longè poſt hæc urbs gladio & igne abſumpta eſt per Genſericum Gothorum regem. Cumq; uix inſtaurata eſſet, ſuperueniẽtibus Longobardis, rurſum diruta eſt.

Calabria.

SVccedit Campaniæ Calabria, quę extenditur uſq; ad Siculum mare, hoc eſt, deſinit in oram Italiæ proximam Siciliæ, à qua Pharo breui maris tractu diſiungitur. Vetes hanc extremitatem terræ uocauerunt Meſapiam. Habet inſigniores ciuitates,

Rhegyum. Rhegyum cum y ad differentiam Rhegij oppidi in Gallia Ciſalpina iuxta Parmam ſiti. Dicitur autem Rhegyum, quod ibi Sicilia auulſa abruptaq; olim ſit ab Italia. Strabo tamen à quodam rege putat Regium dictũ. Vſq; ad hanc ciuitatem extẽditur mons Apenninus. Eſt autem in hac regione Tarentum inclyta urbs, circa Salentinorũ confinia: item Brunduſium, quod nobilem habet portum, & eſt hinc tranſitus in Græciam. Ad hanc uſque urbẽ extend.t ferè Apulia. Excellit autẽ Calabria in fertilitate omnes reliquas Italiæ partes. Nam profert frumẽtum ſecundum omnes eius ſpecies: producit uinum & oleum, lanam arboream, quam xylinon uocant, atq; lanam ouillam. Gignit præterea equos bello

Saccarũ in Calabria. gerendo aptiſſimos. Quin & ſaccarũ in ea parte Italiæ creſcit, quod eſt mel ex cannis collectum. Eſt autem primũ medulla quædam liquida, quam alij uocant gummi cãdidum & fragile, deinde liquor ille decoctus in morẽ ſalis reſoluitur in ſpumam, donec tandẽ quod bonum eſt ſubſidat in imo, fecibus per ſpumam ablatis.

De fertilitate totius Italiæ.



EXplicari uix poteſt quanta fertilitate prædita ſit Italia, & quam nobiles multiplicesq; natura in hac modica terræ portione producat fructus. Primo habet aërem temperatiſſimũ, unde uegetãtur nedum animalia uerum & arbores atq; herbæ, & quicquid eſt ꝗd homini conducibile eſt. Eſt enim metallis grauida, ubiq; uitalis & perẽnis ſalubritas, eximia cœli temperies, cãpi fertiles, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca nemora, &c. Habet deinde huius terræ tractus mirabiles portus maris, ubi & uaria fiunt cõmertia, & ubi irruentibus hoſtibus facilè obuiari poteſt. Habet tertio inſignem mon-

Apenninus mons. tem, nempe Apenninum, qui ab alpibus ſumpto initio extenditur per totam Italiam uſq; ad Calabriam,

ad Calabriã, utrinq; plurimos emittẽs collium ramos, unde ualles quoq; fertiliſſimæ procreantur, ut nedum montana uerum & plana ſumma inueniantur prædita ubertate. Ad quod non parũ cõducit, quod tota terra uariis irrigatur aquarum fluentis, ſtagnatur multis piſcoſis lacubus, ſcatet quàm plurimis uenis aquarum frigidarum & calidarum, grauidatur uariis metallorum mineris, adornat amœnis & condenſis nemoribus, & in ſumma, habet Italia abundanter quicquid ad uictum & fere ad luxum humanæ uitæ pertinet. Habet uina præcioſa & fortia, habet olei & olearum copiam, habet pecora tenero & puro uellere, id quod ſuis quibuſq; locis iam indicauimus. Quapropter aliqui ſcribunt, Italiam auide procurrere in maria ad mortales iuuandos, & uelut gremium omniũ gentium commertio pandere, ut uere à quibuſdam dicatur, eam alumnam eſſe omnium terrarũ, idq; nedum ob fertilitatem eius, qua reliquas antecellit terras, uerũ & quod per dei prouidentiam electa eſt, quæ ſparſa congregaret imperia, molliretq; efferatarum gentium ritus, diſcordes ad colloquia linguas munere literarum latinoq; ſermone congregaret. Certe ſine dei prouidentia factum non eſt, q; illo tempore quando deus incarnatus hominẽ in terris uiſitare dignatus eſt, omnium gentium imperium & caput in Italia eſſet, ſed quod aliis excutiendum relinquimus. Diximus hactenus de Italiæ ſumma fertilitate, qua reliquas ſuperat terras, quod de ea intelligi uolumus in genere, nõ ſecũdum omnes eius partes, quandoquidẽ in Liguria circa Genuã terra aſperior ſit, lapidoſa & mõtoſa, atq; nõ ſine magno ſudore ad ferendũ fructũ cogi poſſit. Accepit tamen terra in eo loco aliud dei beneficiũ, ut ſua ſcilicet ſponte proferat proceriſſimas arbores aptas ad fabricandas naues, quibus cædẽdis magnus hominũ numerus operam ſuã impartit. Alij uero repurgantes agros à lapidibus cum difficultate macerant terram, aptamq; reddũt ad frumẽti aliquantulã productionẽ, adhibẽtes illi pinguedinis fomentum, per fimũ ſcilicet naturæ defectum ſupplentes, & iumentorũ ſtercore ſqualẽtem & agreſtẽ terrã fœcundiorẽ reddẽtes. Sic enim in multis locis ſagacitas humani ingenij meliorem reddit terrã, quæ ſua uirtute nihil aut parũ proferret. Quare & cultor uineę euangelicæ dicebat ad herum ſuum, qui iuſſerat ſuccidi arborem fici: Domine, dimitte illam & hoc anno, uſq; dum fodiam circa illam & mittam ſtercora, &c.

Arborũ proceritas in Liguria.



De monte Veſuuio.



VEſuuius quẽ alij Veſeuũ uocãt, mons iuxta Sarnum fluuium non longè à Neapoli, bonitate uini celebratus, ſemper emittit fumũ & ignes, ſicut Aetna in Sicilia. Hic mons amœniſſimis olim habitatus eſt agris, excepto tamen uertice, quippe cõſitus uitibus, oleis, aliiſq; arboribus frugiferis. De hoc Strabo quoq; ſcribit libro quinto: Cineroſus eſt inquit & cauernoſus petris exuſtis, quas color indicat igne abroſas fuiſſe. Hic Tito imperante ruptus in uertice, tantum emiſit incendij, ut regiones uicinas incenderet. De quo Mart. lib. 4. Hic eſt pampineis uiridis Veſuuius umbris. Cuncta iacent flammis & triſti merſa fauilla. Scribũt hiſtorici hũc montem aliquando tantam copiam eructaſſe fauillarũ, ut circumiacens ager altitudine arborum oppletus fuerit eiectis cineribus. Memoriæ quoq; proditũ eſt, Pli-

Plinius incendio ſuffocatur

nium ſecũdum, autorem illum grauiſſimum tempore

Traiani Imperatoris correptum incendio huius montis & ſuffocatum, quum propius ac-ceſſiſſet deſiderio uiſendi eius motus. Arſit enim mons T. Veſpaſiano & Fl. Domitiano conſulibus, ruptoq; uertice primùm ſaxa eiaculatus eſt altius, deinde tantas emiſit flãmas, ut earum ardore duo oppida conflagrarent: tam denſos fumos, ut lumen ſolis obſcurarẽt, & ex luce diurna tenebras facerent nocturnas: tum pumices alioſq; lapides nigros eiecit. Poſtremo tam denſum cinerem efflauit, ut tãquam niues uicinam regionẽ tegeret, quem partim uis uentorum in Africam, Aegyptum & Syriam proiecit. Quod incendium cum Plinius ſenior contemplaretur, fumus adeò obſtruxit aſperam eius arteriam, ut animi in-terclusione ſuffocaretur. Arſit idem mons anno Conſtantini quarti decimoſexto. Poteſt autem cõſcendi mons ille, & ubi ſuperatus fuerit collis præceps, peruenitur ad craterem, qui amplus & profundus eſt, & poteſt in eum ſine periculo deſcendi. Materia egeſta gra-uiſſimi eſt ponderis & nigra: ueruntamen circa craterem nonnihil rubra, lenis & mollis, adeò ut teri manibus poſſit. Cæterum noſtris temporibus anno Chriſti milleſimo quin-genteſimo trigeſimooctauo aut nono rurſum horrẽdam fecit eruptionem, & in loco pla-no magnum terræ hiatum aperuit, atque per circuitum ingentem molem in modum mon-tis coaceruauit.

De quibuſdam auibus Italiæ,

potiſſimum de Aquila.

NVtrit Italia rapacẽ, crudelem, & carniuoram iſtam auem, aquilam. Hęc adeò ra-pacitati eſt intenta, ut nedum in uictu neceſſitatem quærat, uerum & ſuperflui-tatem. Inuadit mordicus lepores, ceruos, anſeres & grues. Habet oculos tam limpidos tamq; acutos, ut in ſummitate conſtituta aëris, uideat quid ſubſidat in terris. Inter omnes ſola eſt, quæ recta ſurſum & deor-ſum ſuo uolatu moueri poteſt ſine ullo deflexu latera-li. Commẽdatur ob fidelitatem erga alias aues cum ha-bet cibum. Nam familiariter illum cõmunicat aſsiden-tibus. Quum nihil amplius ſuppetit quod diſtribuat, correptum hoſpitem diſcerpit atque deuorat. Contre miſcunt omnes aues ubi uiderint aquilam, ſcientes ty-rãnidem eius erga ipſas. Pullis autem ſuis uiciſſim in-credibili iũgitur amore, ut totum corpus pro eis expo-nat, obiecteq; periculis. geſtãs pullos in dorſo, ubi ui-derit illos ſagitta petendos. Quum ceruum in præcipi-tium agere laborat, multum puluerem uolatu colligit, inſidensq; cornibus, excutit in oculos, atq; pennis ora uerberat, donec in præcipitiũ agat.



Aquilæ fidelitas & crudelitas.

Aquilæ et draconis pugna.

Cum dracone etiam init certamen. Oua hic aquilæ conſectatur auiditate malefica. Illa ob hoc ubicumq; uiſum oppugnat. Ille autem multiplici nexu alas ligat, ita ut aliquando ſimul concidere uideantur. Ex omni auium genere, hanc ſolam delegiſſe ſibi armigerum Iupiter exiſtimatur, quod ſola contra orientis ſolis radios immotam aciem oculorum te-nere poſſit, uel quod ſolam hanc auem nunquam fulmine fuiſſe tactam produnt. De ſpe-ciebus aquilarum uide apud Plinium.

De Vulture.

ESt uultur auis rapax & carniuora, magno corpore, tardo uolatu & aeri uiſu, inue-niturq; in Italia, in alpibus, in Hiſpania atq; in Aegypto. Maceratur pellis eius cum plumis ab alutarijs, appoſitaq; ſtomacho ægro, uehementer adiuuat digeſtio-nem. Inſidiatur hæc auis præ cæteris auibus humanis cadaueribus, atque ſingulari ingenio dignoſcit hominis mortẽ, aliquot ſcilicet diebus antẽ illã præſagiens. Acie quoq; oculorum à longe cognoſcit expetitũ cibũ. Sũt qui mirabilia de ea ſcribunt, nempe quod tempore

tempore belli ſeptem diebus antea olfacit locum futuræ pugnæ, adiungitq; ſe illi parti, quã ſentit gladio morituram. Et idcirco habuerunt olim reges ſuos augures atq; auium inſpectores, qui ſumma diligentia contuerentur oculos uulturum, aduertẽtes ad quam partem illos uerterent, quamq; prænunciarent occubituram in prælio. Diuus Ambroſius ſcribit uulturem ſine maſculorum ſemine concipere, & ſine coniunctione generare, natosq; ex his in multã ætatem longæ uitę procedere, ut uſq; ad centum annos uitæ earum ſeries producat. Et cum ad ſummam peruenerit ætatem, excreſcente ſuperiori parte roſtri ultra inferiorem, adeò illam cõſtringit impeditq;, ut aperire ad capiẽdum cibũ non poſſit, fameq; mori cogatur. Nam non acuit roſtrum ad lapidem, ut aquila facere ſolet. *Ætas uulturis.*

De moribus & ritibus Italorum.



ITalicus ſermo neq; ille eſt qui olim fuit, neq; omnino ab eo diuerſus, ſed barbaris uocibus plus minus ue adulteratus, ut hæc aut illa regio fuit externis gentibus magis obnoxia. Litoralis Hiſtriæ ora, Venera plurimum utitur lingua, quæ compta eſt & grauis, plurium; linguarum flore conflata, quod facilè contigit in frequentiſſimo Italicarum gentium commertio. Olim multo ſimplicior fuit, ac minus auribus grata. Carnicus ſermo plures ſonat linguas & aliquid ab Italico diuerſum, dulcior auditu, quo Taruiſij, Patauium, Verona, Vincentia, Mantua, Ferraria utunt, ſed in his urbicus gratior agreſti. Raueniæ, Bononiæ & uniuerſę Aemilię & Flaminiæ uenuſtus ſermo, Picenis & Marſis craſſior, Apulis, Lucanis & Brutijs & cæteræ Italiæ rudior lingua ac minus peregrinis imbuta præter Neapolim, ubi plericq; Hiſpanicũ affectãt. In Calabria corruptior eſt quàm uſq; locorum. Quantum uero attinet ad mores & uiuendi inſtituta, conſtat ex autoribus, Romulum honores pro dignitate cuiuſq; diſtribuiſſe. Illuſtres enim genere & ſpectatæ uirtutis uiros, tum diuites, & quibus erãt filij ab ignobilibus humilibus & egenis diſcreuit, uocauitq; tenuioris fortunæ homines plebeios, & qui melioris erant conditionis patres: his de cauſis progenitos eorum deinceps patricios uocabant. Romulus ubi maiores à minoribus diſcreuerat, leges dehinc poſuit, ſtatuitq; quid utroſq; agere opus eſſet. Sacra quidẽ patricios perficere, magiſtratus gerere, ius dicere, ac ſecũ quoq; publica adminiſtrare, urbanis ipſos maximè negotijs intentos eſſe. Plebeios autem his muneribus ſolutos, cum *Sermo Italorum.* *Plebei Patricij.*

inexperti essent, & ob inopiã ingenioſi, agricolari ſimul & paſcere pecora, quęſtuariasq; exercere artes. Ne uero diſſiderẽt Patricij à Plebeis, permiſit ut quiſq; ſibi deligere quem uellet, & officia inſtituens utriſq; commoda, beneuolas ciuilesq; eorum coniunctiones fecit, ut illi tuerentur clientes tanquam patres filios, clientes è conuerſo patronis obſequioſi eſſent. Conſiliarios poſt hæc inſtituit, centum uiros ex patricijs eligens, qui à Romanis Senatus dici cœptus eſt, qui ob autoritatẽ Patres ob ætatem Senatores dicti ſunt. Deinde trecentos uiros ex generoſiſſimis familijs eligens robuſtiſſimis corporibus, quos circum ſe habebat Romulus, uocabanturq́ue Celeres ab exequendi miniſterij celeritate, erantq; cuſtodes regis. Regis autem hæc officia, primum quidem templorum ſacrificiorumq; principatum tenere, deinde legum cuſtodem ipſum fieri, iuriſq; ſimul omnis ſenatum cogere, populum conuocare, poteſtatemq; ſibi in bello imperatoriam eſſe. Senatorio ordini talem tribuit poteſtatem, omni de re de qua referret regno cognoſcere atq; ſuffragium ferre, & quod uiſum maiori parti eſſet, id uincere. Plebi deinde tria hæc dedit, magiſtratus creare, leges ſciſcere, & de bello decernere quum rex uellet, neque tamen poteſtatem horum abſolutam, niſi & ſenatus approbaſſet. Ferebat populus ſuffragium nõ uiritim, ſed per curias conuocatus, & quod pluribus uiſum eſſet curijs, ad ſenatũ referebatur. Romulus etiam ciuitatis uires augere uolens, cauſam honeſtam commentus & rem in honorem dei referẽs, templum in loco umbroſo erigit, confugientibusq; ad illud ſponſor factus eſt per ſpeciem religionis erga deos, nihil eos mali ab inimicis accepturos, &c. Fuit item & aliud inſtitutũ, ut ne captas bello urbes funditus euerterẽt aut in ſeruiturem redigerent, uerum miſſis in eas colonijs, pro portione aliqua regionis colonias Romanorum facerent urbes deuictas & reipublicæ participes. Legem de matrimonijs tulit, ut mulier uiro ſocia eſſet pecuniarum & cæterarum rerum, ſacrorum etiam, & ut uiueret ad mariti ſui morem, domusq; ut ille dominus, ita & hæc domina. Morienti uiro ſine liberis ſuccederet, ſui cum prole æqua ſit illi pars ſua. Adulterij conuictã, uir & cognati ut uellent, necarent. Non licebat Romæ fœminis uinum bibere, quod & multis fuit ſeculis ſeruatum. Vnde & dotale inſtrumentum inuenitur, quo genitori ſponſæ maritus promittit, quoties peperiſſet uinum illi octo primis diebus quãtum deceret bibendũ dare, & pariter de cõſilio medici quãdiu ægrotaſſet, inſuper feſto quoque ſolenni die potu illam unico oblectare. Cato cenſor conſtituit, ut propinqui fœminæ oſculum darent, quo ſciret illi an temetum oleret. Exemplo enim id factum uidetur Egnatij Metentini, quem cõſtabat uxorem, quod uinum è dolio bibiſſet, fuſte occidiſſe, & fuiſſe à Romulo abſolutum. Atque hunc morem inualuiſſe putãt ut quoties maritus domum rediret oſcularetur uxorem & filias, ſimul odore ipſo aduertẽs, an uinum bibiſſent nec ne. Fuerũt autem ob id tam ſeueri in mulieres uino perfuſas, quod ſcirẽt ebrietatem cauſam eſſe & originẽ corporalis corruptionis. Permiſit quoq; Romulus parẽtibus omnẽ poteſtatem in filios, ut ſcilicet illos ad officiũ cogerẽt pro ſuo arbitrio, ſiue uellent coẽrcere, ſiue uerberare, ſiue uinctos ruſtico operi detinere, uendere quoq; permiſit & occidere. At Numa Pompilius, qui poſtea factus eſt rex, nonnihil remiſit de rigore harum legum, nempe q̃ pater nullum haberet ius in filium à ſe elocatum. Fuit etiam conſtitutio facta, quod ſingulis tempore pacis labore campeſtri occuparẽtur. Admittebantur tamen commertia mercatorum, præſertim earum rerum, quarum penuria in regione erat. Sed nec religionis oblitus eſt Numa: erexit enim multa templa, altaria, idolorum imagines, conſtituitq́ue ferias quaſdam, dies faſtos, oblationes & alia pleraque deorum miniſterio accommoda. Ordinauit etiam ſexaginta ſacerdotes, qui occuparẽtur publicis deorum officijs, quibus adiuncti ſunt aruſpices & ſecretorum expoſitores. Factus autem Numa Pompilius rex, ſuperaddidit prioribus ceremonijs & alias obſeruantias, præſertim dies faſtos & nefaſtos, quibus ſcilicet aliquid lege licebat aut non licebat agi, ſicut apud nos diebus Iouis & Veneris, ſolenni & prophano, aliquid licet aut non licet. Creauit præterea pro ſummo Ioue Pontificem,

Senatores à Senio.

Regis officia.

Plebis officia.

Matrimonij lex.



Vinum fœminis prohibitũ.

Religio deorũ.

Dies faſti & nefaſti.

pontificem, Flaminem dictum, ob id quod filo caput cinctum habebat, ſicut & alios duos conſtituit pontifices pro honore Martis & Quirini. Longè tamen pontifex Iouis, qui & Dialis uocabatur, præcellebat alios duos pontifices, quapropter ſingulari ueſte ab alijs diſcernebatur, parauitq; illi ſedem eburneam. Prohibuit quoque deflerí puerum, ſi more retur intra triennium. Sin triennium exceſſiſſet, lugereť tot mẽſibus quot annos uixiſſet. Ex his legibus poſteris temporibus multæ ſunt abrogatæ & multæ aliæ inſtitutæ uſque ad ea tempora, quãdo Italia cœpit Chriſtum agnoſcere. Nam Tarquinio exurbe eiecto, mutata eſt regiminis forma, & pro regibus cõſules habere cœptum, quibus omnia inſignia permiſſa, quæ fuerant & regum, præter coronæ & togæ uſum, adactiq; ſunt ciues ſacramento, ne mortalium quenquam amplius Romæ regnare paterentur. Senatorum numerus in trecentorũ ſummã expletus eſt. Leges Valerius tertius conſul tulit, quibus prouocatio à conſulibus ad populũ eſt permiſſa. Addidit quoque ut qui tyrannidem affectaret, impune occideretur. Aerarium in quod publica pecunia reponeretur, Saturni templum conſtituit, populo ut duos quoque quæſtores crearet, permiſit. Creatus tamen non longe pòſt magiſtratus, à cuius imperio nulla fuit appellatio. Dictatoris ei nomẽ inditũ, qui alio pacto creari non ſolebat, niſi quum uis aliqua maior repente exorta, ingentem urbi cladem minitari uideretur: huic cæteros magiſtratus eligere licebat, ut, magiſtrum equitum, qui ſecundam poſt eum gerebat dignitatem, iungebaturq; dictatori ſicuti regibus tribunus. Deinde quoq; plebi datum eſt, ut ſuum haberet magiſtratum, & hic tribunus plebis dicebatur, & tanta fuit poſtea ipſorum inſolentia, ut decreta conſulum & ſenatorum caſſarent, ſi eis non placerent. Cenſores præterea creati duo. Tanta illis temporum ſucceſſu dignatio, tanta autoritas, ut omnis morum ciuilisq; diſciplinæ ratio ipſorum eſſet, priuata quoque & publica loca cognoſcere, uectigalia populo Romano locare, cenſum agere, luſtrum condere, ſenatores è ſenatu remouere, notare infamia: quinto quolibet anno creabantur. Magiſtratus & alius ſuperadditus, qui ius diceret, prætorem uocant: huic omnis publici priuatiq; iuris poteſtate permiſſa, nouũ ius cõdere & uetera abrogare facultas. Erat unus ab initio qui urbanus dicebatur, quo non ſufficiente, pro peregrinis in ciuitatẽ uenientibus alius creatus eſt, peregrinusq; uocatus, quod plerumque inter peregrinos ius diceret. Permanſit hic ciuitatis ſtatus ad Iulij Cæſaris uſque tempora, qui monarchiam iterum induxit. Porrò quales hodie mores Itali habeãt, ſatis conſtat. Multi ſcribunt, papatum in Italia non parum minuiſſe Chriſtianam diſciplinam.

Flamines.



Dictator.

Tribunus.

Cenſores.

De Italia

Qualis ſtatus & forma regiminis fuerit ab antiquo in Italia ſub regibus, conſulibus & Imperatoribus.



COeperunt monarchiæ ut in plurimum ab exiguis initijs gradatiḿq; ad ſummum aſcenderunt apicem, & deinde rurſum deſcrelcentes, ſenſim in arctos deuenerũt fines: qua rerum uiciſſitudine monemur inconſtantiæ eorũ quæ fiũt in terris. Tale incremẽtum & itidem decrementum habuit olim prima monarchia Babyloníca, ſub Nimrod fortiſſimo uenatore, & poſtea ſub filio eius Belo atque nepote Nino, ſub quibus uehementer creuit, ſed tandẽ cum ad ſummũ peruenisſet, corruit. Durauit autem annis 1234 & deinde ſciſſa eſt in Babyloniam & Mediã. Mediæ annumerata eſt Perſia. Diuiſio huius monarchiæ durauit annis 304. Deinde ſub Dario & Cyro rurſum inſtaurata eſt monarchia, durauit́q; annis 191. Superueniẽte aũt Alexandro magno, defecit & ipſa. Paulo pòſt cœperũt Romani extendere pomœria regni ſui, paulatiḿq; obtinuerũt ſummum orbis dominium. Sunt tamen qui aliter loquuntur de his monarchijs mundi, nempe q; fuerint quatuor: prima fuit in Aſſyria, durauit́q; annis 1300. Deinde translata ad Medos manſit apud eos aliquot annis. Tertia exorta eſt in Perſia ſub rege Cyro, uel potius ut alij dicunt, altera translata eſt ad reges Mediæ & Perſiæ. Tertia fuit apud Græcos, & quarta initium ſumpſit ſub Iulio Cæſare Romano, creuit́q; uehementer ſub Auguſto ſucceſſore eius. Cuḿq; trecentis ferè annis in Italia conſtitiſſet, translata eſt per Conſtantinũ ad Græciã, ut infrà ſuo loco explicabitur. His obiter commemoratis, iam rurſum calamũ uertemus ad Romulũ urbis Romanæ cõditorem. Et quamuis ante eũ multi reges in Italia fuerint, ſex ſcilicet Latini, quorum nomina ſunt, Ianus, Saturnus. Picus, Faunus, Latinus, Aeneas, & quindecim reges Albani, quorum primus uocatus eſt Aſcanius, penultimus Amulius, & ultimus Numitor: relictis tamẽ illis, exordiũ faciemus à Romulo, qui primus Romanorum fuit rex, atque unà cum Remo Romam extruxit, uel ut alij ſcribunt, urbem incœptã ampliauit, firmiorem q; reddidit, anno ſcilicet ante Chriſti natiuitatem 730. Durauit autem illud eius & ſuorum ſucceſſorũ regnum annis 250 uſq; ad annum ante Chriſti natalem quingenteſimum decimumtertium. Tunc dominatus conuerſus eſt in tyrannidem, idcirco excluſis regibus crearunt Romani duos Conſules, penes quos omnis erat auctoritas: iſq; regiminis ſtatus durauit multis annis, nempe ad annum ante Chriſti incarnationem quadrageſimum octauum, tunc Cæſares uſurparunt imperij gubernaculum. Fuerunt autem ante conſules ſeptem reges ſibi inuicem ſuccedẽtes, inter quos primus fuit Romulus, ſecũdus Numa Põpilius, tertius Tullius Hoſtilius, &c. ſeptimus Lucius Tarquinius qui propter ſuperbiã & tyrannidẽ ſuam deſtitutus fuit regno. Hoc eodem tempore Sextus eius filius maximus natu miſſus ab eo in urbem, quæ Collatia uocabatur ob negocium quoddam militare, diuertit ad cognatum ſuum Lucium Tarquinium, Collatinũ cognomine

Pomæ conſtructio.

gnomine, cuius uxor erat fœmina Romana pulcherrima, filia Lucretij illuſtris uiri, quæ & eundem tanquam uiri ſui cognatum hoſpitio excepit. At ille cum conaretur eius corrumpere pudicitiam, putaretq; ſe nactũ commodiſſimã occaſionem, abiens poſt cœnam dormitũ & magnã partem expectãs noctis, ſurgit & uadit ad cubiculũ dormiẽtis iam Lucretiæ, minaturq; ſe eam occiſurũ, ſi uel fugere uel emittere uocem conaretur, & duorum



illi proponit electionem, mortem ſcilicet cum dedecore aut uitam cũ felicitate. Si inquit enitaris obſiſtere, ſeruare uolens pudicitiam, ego te occidam, famulumq; unum mactãs, ponam ſimul ueſtra corpora ac dicam, quod indecenter te in cõplexu ſerui deprehenderim & iniuriã cognati perſequutus fuerim. Hiſq; minis elegantem fœminam in hanc adegit neceſſitatem, ut ſtuprum uiolentum intulerit, exortoq; die & nefario deſiderio expleto abierit. Lucretia uero acerbiſſime ferens hunc caſum, celerrime aſcendens uehiculum Romam uenit, ueſte induta nigra, & abſconſo ſub ſtola cultro, ingreſſaq; domũ patris & genua eius complectens, iubet aduocare amicos & cognatos, uti illis exponat grauem & intollerabilem cõtumeliam ſibi illatam. Collectisq; amicis & cognatis, narrat eis rem omnem & calamitatẽ, à principio incipiẽs, poſteaq́ue ſalutans patrem multasq́ue ei preces & eis qui aderant adhibens, ne inultum facinus relinquerent, ac deinde diſs laribusq́ue ſupplicans, celerem dari ſibi migrationem è uita, educit cultrum quem ſub paludamentis occultauerat, ne inquiens aliæ fœminæ adulterium admiſſuræ, excuſationis uelamen à me ſuſcipiant, dicentes: Lucretia quoque tale quid admiſit, unum uulnus pectori inferens trudit uſque ad cor gladium. Clamore autem & luctu & comploratione muliebri domum omnem detinente, ipſa in gremio patris palpitans, efflansq́ue animam moritur. Aſſiſtentibus autem illic Romanis, adeo atrox uiſum eſt hoc facinus & miſerabile, ut una fuerit uox omnium, mori millies eſſe melius pro libertate, quàm huiuſmodi contumelias à tyrannis negligere. Veniens autem Collatinus maritus eius & miſerabile ſpectaculũ in propatulo iacens, corpus ſcilicet ſanguine conſperſum, uidens, altè gemit, complectitur & oſculatur mortuam Lucretiam, allocquebaturq; ut uiuentem. Quod uidens L. Iunius cognomento Brutus, dixit: Innumera habes tu & cuncti amici tui tempora, per quæ ipſam defleatis, at nunc ipſam ut ulciſcamur conſideremus. Hoc enim tempus præſens poſcit. Cuius conſilio à tota urbe obtem peratum eſt. Excluſus enim Tarquinius à regno, creati ſunt in locum eius duo conſules & ſenatus. Et in ea adminiſtratione manſit reſpublica Romanorum annis 460. creuitq́ue dominium eorum ſupra modum. Et cum poſtea rurſum admitterent reges & Imperatores, imminutum eſt ſenſim imperium ipſum. Habuerunt Conſules regiam & ſummam poteſtatẽ, fuerunt q; primi & ſummi duces in exercitu, & ab eorum officio atque conſulatu ſupputatio fiebat annorum. Primi duo conſules uocati ſunt L. Iunius Brutus & Lucius Collatinus. Prior eiecit collegam ſuum L. Collatinum, qui fuit de genere Tarquinio rum & maritus Lucretiæ, & in locum eius delectus M. Valerius. Brutus uero qui regium dominatum expulit & primus creatus fuit conſul, breui tempore in ea floruit dignitate. Nam cum dux eſſet exercitus contra eos qui Tarquinio adhærebant, confoſſus lancea interijt. Horũ primorum conſulum temporibus Tribuni ſunt quoq; conſtituti, atq; cum maior ingrueret neceſſitas, creauerunt & Dictatorem, penes quem ſumma erat poteſtas in populum, durabatq; ſolum per ſex menſes. Erat extraordinarius magiſtratus, cuius tanta erat poteſtas, ut haberet ius animaduertendi in cuiuſcumque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat. Nec alio pacto creari ſolebat, quàm cum uis aliqua maior repente oborta, ingẽtem urbi cladem minitari uideretur. Fuit autem ad eam dignitatẽ per gradus à quæſtura acceſſus per edilitatem, prætu ram, conſulatum, & cenſuram, nõ quod ſemper per hos gradus iretur, explendusq́ue eſſet numerus, ſed in dignitate poteſtateq́ue hic erat ordo, ut in re bellica certi militiæ gradus, miles centurioni parebat, centurio tribuno, tribunus legato, legatus conſuli, magiſter equitum dictatori. Legitima militia decennium habuit, ſi nõ prius debellari cum hoſte contigiſſet aut miſſio aliqua interciditſſet. Militaris ætas à decimoſeptimo anno in octauum & quadrageſimum decurre-

Lucretiæ uſtprum.

Conſulum officium.

Tarquinius excluditur.

Tribuni.

bat. Ciuitates aut ſociæ, aut coloniæ, aut municipia dicebãtur. Municipibus, alijs ciuitas cum ſuffragio data, alijs ſine ſuffragio. Coloni ut membrum ciuitatis erant & Romanis uiuebant legibus, municipes ſuis. In his decuriones erant, ꝙd Romæ ſenatores. Purpura patritium diſtinguebat ordinẽ ab equeſtri, aurũ equeſtres à plebeis. Hæc officia & hic ſtatus regiminis Romanorũ durauerunt uſq; ad annũ ante Chriſtũ natum 48 & interim Romani ſupra modũ extenderunt poteſtatẽ ſuã, ſubijcientes ditioni ſuæ multa regna & prouincias, non ſolum in Europa, uerum & in Africa atq; in Aſia. Domuerũt potẽtiſſimam illam Africæ urbem Carthaginem, quum Romæ æqualis eſſe contenderet, aut illam excedere in potentia, quemadmodũ infra ſuo loco dicetur. Anno 58 ante Chriſtum natum factus eſt Romæ Iulius dictator, habens ſcilicet ſummam poteſtatem, & poſtea miſſus eſt contra Germanos, ut illos prælijs perdomaret. Veniens ergo cum exercitu ad Rhenum, ſubegit omnes ciuitates quas in ripa occidentali inuenit. Extruxit quoq; ad Rhenũ arces & firma præſidia atq; duos pontes, unum apud Vbios, qui hodie ſunt Coloniẽſes, & alterũ apud Menapios, hoc eſt, Geldrenſes, ut ſcilicet illi pateret iter ad debellandũ Germanos, etiamſi parum proficeret ſuis incurſionibus apud illos. Cumq; in decimũ annum expeditionẽ illam produxiſſet, reuerſus eſt Romã cũ magna potẽtia, uſurpauitq; omnem urbis poteſtatẽ, etiã contra Romanorũ uoluntatẽ, ſed magno cõmodo eorũ, & ſine ſubditorũ ullo diſpendio. Inuidentes autẽ ei quidam Romanorũ hãc poteſtatẽ, cõſpirationẽq; facientes occiderunt eum. Ipſe fuit primus Cæſar à quo omnes Cæſares id nominis habent. Appellatus eſt autẽ Cæſar non ratione officij aut poteſtatis quã habuit, ſed ob huiuſmodi euentũ, q̃ mortua matre, & cæſo eius utero natus ſit. Alij uero alias afferunt rationes, negãtes matrẽ eius in puerperio cæſam, quũ matrem Aureliã habuerit, quã amiſit eo tẽpore quando bellum in Gallia geſſit. Hic omnẽ Galliam nouem annis in prouinciæ formam redegit. Germanos quoq; qui trans Rhenum habitãt primus Rhomanorũ fabricato ponte aggreſſus, cladibus afficere ſategit. Aggreſſus eſt & Britãnos antea ignotos, ſuperauitq;. In Macedonia uicit Pompeiũ cũ Ptolemæo rege. In Ponto ſuperauit Mitridatẽ, in Africa Scipionẽ & in Hiſpania liberos Pompei. Triũphauit quinquies, primũ de Gallia, poſtea de Alexãdria, deinde de Ponto, de Aphrica & de Hiſpania. Noluit uocari rex, ſciens Romanis ab antiquo tempore nomen regis eſſe inuiſum: perpetuus uero Dictator appellari uoluit, quod nomen apud poſteros Cæſares, commutatum eſt in uocem Imperatoris. Conſtituto itaque imperio in Italia uſq; ad Conſtantinum magnum, nempe ad annum Chriſti 330. fuit inde translatum in Græciam, & factum eſt Byzantium ſedes imperialis, dictaq; eſt urbs illa à Conſtantino inſtauratore eius Conſtantinopolis. Manſit autem ibi ſedes imperialis ad annos ferè quadringẽtos, antequam aquila biceps efficeretur, id quod factum eſt anno ſalutis 776 quando Carolus magnus in eccleſia occidentali imperialem obtinuit dignitatem, Græcis ſuum orientalem conſeruantibus Imperatorem. Ante uero hunc Carolum magnum, licet Imperatores Cõſtantinopoli reſiderent, habuerunt nihilominus in occidente imperij adminiſtrationem, quam exequebantur uel per ſe uel per alium ſibi uel ſanguine uel affinitate iunctum, quem & Cæſarẽ creabant; & is ſtatus regiminis durauit uſque ad Valentinianũ tertium. Dicarũt autẽ Romani aquilam pro ſigno legionibus ſuis militaribus ſub Caio Mario cõſule in ſecundo eius conſulatu, ut ſcilicet hoc ſigno eis adderent animum, quo fidentius aggrederẽtur hoſtem, ſicut aquila intrepide irruit in ceruos & dracones, ut ſuprà quoque oſtendimus. Porrò ut ſcias quot Cæſares & qui in Italia imperio præfuerint, ponam nunc ordine nomina eorum atque recenſebo catalogum ſecundum ſucceſſionem eorum.

Iulius cõſtruit pontes ſuper Rhenum.

Iulius Galliam ſubegit.

Aquila Romani imperij ſignum.

Nomina

Nomina & numerus Imperatorum. qui

post Iulium primum in Italia rerum potiti sunt.



1 **Iulius** Cæsar primum dictator Romanus ac deinde dux exercitus, triumphator et uictor multarum gentium, ac tandem Imperator Romani populi, mense quintili creatus est Dictator, uel ut alij sentiũt, natus est hoc mense, atq; ob id reliquit mensi illi nomen suũ, ut hodie Iulius idẽ sit mensis, qui olim quintilis. Hic dictaturam, quæ semestris dignitas erat perpetuam in se recepit, ad hæc Imperatoris prænomen decreto est ei à senatu datum, quod cupide accepit. Cum uero cognomen patris patriæ sibi uẽdicaret, statuamq; suam inter reges locaret, & in curia sede aurea uteretur, diuinos honores sibi fieri pateretur, inexpiabile odium incidit, potissimũ cum eò arrogantiæ uenisset, ut quæ loqueretur pro legibus haberi uellet, nec adeũtes se honore dignaretur ullo, conspiratum est in eum & in curia 23 uulneribus interfectus anno ætatis suæ quinquagesimo sexto. Habuit filiam sed nullum filium, ideo C. Octauiũ ex sorore nepotem hæredem instituit. Genealogiã eius sequens pagina ostendit.

Iulius mensis unde.



2 **Octauianus** patre Octauio senatore natus stipatus, ingẽti multitudine Cęsaris interitum uindicauit, & deinde confectis multis bellis, fastigiũ imperij attigit rerũq; potitus est. Eius nominis magnitudine motæ omes ferè gẽtes, miserunt legatos cum donis. A Germanis uero adeo ignominiose acceptus est clade Loliana & Variana, ut consternatus nihil ei illa cęde cruentius fuerit. Hic urbẽ pro maiestate imperij ornauit, plurima publica opera fecit, tẽpla pſertim ædesq; sacras, annũ confusum negligentia sacerdotum, ad pristinam rationẽ redegit, sacerdotia reformauit, abusus correxit, leges quasdã retractauit. Fuit Romano populo percharus, paterq; patriæ consensu totius plebis uocatus. Dictus est quoque Augustus, cum post bella ciuilia prouincias ordinasset & imperium condidisset. Cumq; in senatu tractaretur an Romulus quasi alter urbis cõditor dici deberet, sanctius & reuerẽtius uisum est nomen Augusti, q; loca religiosa & inaugurata augusta dicantur, ab auiũ gestu aut ab auctu, hoc est incremẽto, quasi auctũ Iouis ope imperium. Vixit autem hic Augustus annis 76 & regnauit annis 47. Ab eo dictus est mensis sextilis Augustus, q; hoc mense consulatum inierit, triumphos in urbem intulerit, finisq; ciuilibus bellis impositus sit. Ob has inquam causas, cum hic mẽsis huic imperio felicissimus fuerit, placuit senatui ut ille Augustus diceretur.

Augustus.

Nomina


3 **Claudius Tiberius** Nero Cęsar, filius fuit Tiberij Neronis, cuius mater Liuia post genitũ Tiberiũ impregnata Augusto nupsit, tertioq; pòst mense Drusum Neronẽ in domo Augusti peperit, q postea in Germania perijt. Tiberius uero ab Augusto in filiũ adoptat⁹ est. Hic Illyricũ domuit, de Germania quã feliciter adierat triũphauit, mortuoq; Augusto delatus est ei à patribus principatus, sed pro quo ille antea arte & dolo contenderat. Assecutus est autem imperiũ anno

anno 56 ætatis ſuæ. Verſipellis fuit & omnia diſſimulans. Tandem uero uitia diu diſſimulata detexit. Vnde ob nimiã uini auiditatẽ, pro Claudius Tiberius Nero, dictus eſt Caldius Biberius Mero. Fuit portẽtoſæ libidinis ſenex, crudelis in filios, nepotes atq; amicos, tantamq; paſſim tyrãnidem in Romanos exercens, ut nulla dies à pœna hominũ uacaret. Mortuus eſt in Cãpania anno ætatis 78 imperij uero 23 non ſine ſuſpitione ueneni. Morte eius lætatus eſt populus, ut pars clamaret, Tiberiũ in Tiberim proijciendũ, pars oraret ſuperos, ne ulla ſedes mortuo nec inter impios dicaretẽ, &c. Habuit uxorem primã Agrippinam ex qua filium Druſum accepit, coactuſq; eſt hãc grauidam inuitus dimittere ac Iuliam Auguſti filiam ducere uxorem alteram, quam tamen poſtea ob adulteriũ interfecit.



4 Caius Caligula Germanici filius in exercitu natus et educatus, militibus admodũ charus, Tiberio mortuo, cui tabificum ferebatẽ dediſſe uenenum, in imperio ſucceſſit. Hic ſæuam ſuam atq; probroſam naturã in iuuentute adeò texit, ut poſt matrem ſuam relegatam & in exilio inedia mortuã, ac fratrũ Neronis & Druſi calamitates, obliuioſum omniũ rerũ ſe ſimularet, cũctisq; obſequioſiſſimũ ueluti ſeruũ præſtaret, licet clam ganea obambularet & adulteria paſſim exerceret. Tãdem uero in tam uanã gloriã prolapſus ut ſe adorari pateretẽ, hoſtiasq; expeteret. Tum ſęuitiã in omnes propinquos exercuit: Tiberium fratrem ueneno interfecit, tres ſorores ſuas conſtuprauit, ſenatores multos occidit, concluſis nonnunquam horreis populo famem induxit. Oprabat ſæpe exercituum cędem, famẽ, peſtilentiã, incendia, hiatũ aliquem terræ, ut ſua tempora redderentur inſignio ra. Libidinis erat inexplebilis ac luxuriæ portentoſæ in mares & fœminas. In talem crudelem beſtiam cõſpirationes multæ factæ ſunt, & tandem una fœlicem ſortita exitum. Nam 30 uulneribus confectus interijt anno ætatis 29. cũ imperaſſet triennio & decẽ mẽſibus.

Genealogia Cæſarum, quæ in Nerone defecit. Maior ſcriptura conſanguinitatem, minor uero affinitatem indicat.



Agrippina Germanici filia oppido Vbiorum fuit nata, à qua et deinde Agrippina colonia denominationem accepit.

Auguſtus

Augustus assumpsit nomẽ Cæsaris maioris auũculi, eoq; deinceps uti maluit q̃ paterno. Liuia Drusilla duos filios ad Augustũ attulit, quos ex Tiberio Nerone genuerat, qui prigni Augusti fuerunt. Tiberius Imperator habuit primam uxorem Agrippinam M. Agrippæ filiam, ex qua Drusum filium accepit, quam grauidam coactus est inuitus dimittere ac Iuliam Augusti filiam ducere alteram uxorem, sed quam paulo pòst cœpit odio habere, eiusq; tædio ab urbe secessit. Post mortem uero Augusti soceri eam ob adulterij suspitionem interfecit. Claudius Imperator quintus inter multas uxores ultimã duxit Iuliam Agrippinam fratris filiam, & filium eius Neronem priuignum suum Domitij filium adoptauit in nomen familiæ, eiq; filiam Octauiam collocauit. Filium uero eius Britannicum, Nero postea ueneno sustulit.



5 Claudius Tiberius frater Germanici & patruus Caligulæ, cum Caius occisus esset & inter milites tumultus exortus totam urbem commouisset, timẽs ne & ipse raperetur ad supplicium, sese occultauit, inuẽtus ductusq; ad palatiũ urbis Imperator à militibus creatur. Cum autem senatus de communi libertate asserẽda cogitaret, multitudo uero unum rectorem exposceret, à militibus Imperator est factus anno ætatis quinquagesimo. Initio principatus gessit se in cunctis tam ciuilem ut omnium in se fauorem ac amorem traheret. Priuatis tamẽ insidijs infestabatur, ut non nulli in eum cõspirarent. Curã urbis habuit maximam. Fuit natura sæuus sanguinariusq;, tormenta quæstionum ac pœnas parricidarum coram aspiciẽs, gladiatorijsq; spectaculis plurimũ delectatus, cõuiuijs & libidini in fœminas plus nimio deditus. Extinctus est ueneno 64 ætatis anno, imperij uero decimoquarto. *Claudij sæua uitia.*



6 Nero filius Domitij Aenobarbi & Agrippinę filiæ Germanici, priuignus Claudij, unde et postea Claudius Nero uocatus est, Claudio successit in imperio procuratione matris suæ Agrippinæ, quã tamen filius postea necauit. Hic primũ quinquẽniũ liberalitate, clemẽtia ac comitate ita exegit, ut omnes principes superaret. Prauos mores emẽdauit, sumptibus superfluis modum adhibuit, & multas bonas leges tulit: sed mox Imperatoriæ dignitatis oblitus, sese musices studio adeo addixit, ut in scenam prodire concupiuerit & in theatro publicè cantauerit, certauerit q̃ agonali certamine, & paulatim petulantiam, libidinem, auaritiam atq; crudelitatem detexerit. Crepusculo pileatus popinas inibat circumq; uicos uagabatur, obuios quosq; aut uerberibus aut uulneribus dehonestans, cloacisq; immergens, ut sæpe periculum uitæ adiret. Cõmessationibus ita inseruiuit, ut è medio die ad mediam noctẽ epulas protraheret, inter scortorum sedens cœtus, pueris abutens & nuptis. Agrippinam matrem incestauit ac contaminauit. Britannicũ ueneno è medio sustulit. Deinde uarijs modis aggressus est matrem suã ut illam quoque interficeret, at cum illa semper euaderet, submisit tãdem percussores qui eam occiderent. Vt uero Agrippina uidit centurionem strinqẽtem ferrum, illa uterum protendens, exclamat: hic uenter ferro est fodiendus qui monstrum tale tulit, ministrumq; rogauit, ut utero dirum ensem conderet. Ilico ictibus multisq; uulneribus confecta est. Tum Nero perfecto scelere, ut quidam tradunt, spectauit intrepidus occisæ matris cadauer. Multos præterea affinitate ac propinquitate sibi coniunctos crudelissime interfecit. Senecam quoque præceptorem suum & Burrum magistrum suum ueneno sustulit. Quin et in senatores ita desęuit, ut eum ordinem è republica se sublaturum minaretur. Nec populo quidem ac mœnibus patriæ pepercit. Vrbem ipsam incendit, causatus ædificiorum deformitatem ac uicorum flexuras, durauitq; incendium illud sex diebus & noctibus septem, quod è turre tyrannus prospexit. *Neronis malicia.* *Nero incendit urbem.*

Cumq; Galliæ & Hispaniæ defecissent, & ille audisset Galbam salutatum Imperatorem ab exercitu, furibundus cogitauit uniuersum senatum ueneno per cõuiuia necare, incendere urbẽ & feras immittere in populum quo difficilius defenderetur. Sed desperatione deterritus cum ab omnibus derelictus esset et amicorumq; fores omniũ cõclusæ, nec quisq; repertus

repertus qui eo petente ſibi ceruicem amputaret, præceps procurrit ſeſe immerſurus Tiberi. Sed cum auocaretur à quodam & audiret ſe hoſtem à ſenatu iudicatum & ab equitibus inquiri, ferrum iugulo adegit, anno ætatis 32 cum tredecim annis & menſibus octo imperaſſet. Habuit autem uxores tres. Primam Octauiam filiam Claudij principis, quam ut ſterilem dimiſit & tandem interfici iuſſit. Poſtea duxit Pompeam Sabinam, quæ antea habuerat Rufum Criſpinum, cuius filium Criſpinum Nero occidit. Tertiam accepit Statiliam Meſſalinam, cuius maritum trucidauit ut ea potiretur.

7 **Sergius** Galba in adoleſcentia liberalibus diſciplinis & iuri operam dedit: conſulatum per ſex menſes geſſit, Africam proconſul biennio obtinuit Tarraconenſem Hiſpaniã octo annis rexit, auditaq; morte Neronis ab exercitu Imperator ſalutatus eſt, quũ annorũ eſſet 73. Sed paulo pòſt, nempe menſe ſeptimo ab æmulo ſucceſſore ſuo Othone, trucidatus eſt, familia & diuitijs non multis Romanis inferior.



8 **Otho** uir ſplendidis ortus maioribus, apud Neronem tanta potẽtia creuit, ut omnium ſecretorum particeps fuerit. Prouinciæ Luſitaniæ præfectus, ſumma moderatione adminiſtrauit. Poſtea omni officio atq; ambitione uſus, militũ animos demerebat atq; beneficio deuinciebat, ut palã omnes prædicarẽt hunc ſolum ſucceſſionis imperij dignum. Sed cum paulo pòſt Germanici exercitus cõtra Othonẽ coniuraſſent & in Vitellij uerba iuraſſent, ille pugione ſibi mortem conſciuit, anno ætatis 38. imperij uero nonageſimoquinto die. Fuit uir ab adoleſcentia ſemper mollis & effœminatus atque imberbis.



9 **Aulus** Vitellius poſt tranſactam adoleſcentiã omnibus probris contaminatus eſt apud Caium, Claudium & Neronem. Ventri enim deditiſſimus fuit, & cũ ſemel cibi uiniq; meridiani eſſet plenus, à militibus Imperator ſalutatus eſt in Colonia Agrippinenſi. Paludatus dehinc præcedente claſſico urbem introijt cum armato exercitu, diuina humanaq; iura commiſcens, nobiliores condiſcipulos & æquales ſuos ad imperij ſocietatẽ pellectos blanditijs, occidit, deſæuijt in plebeios, in equeſtrem ordinẽ & in alios quoſcumq;, dicẽs ſe paſcere oculos, quum quis corã ſe interficeretur. Luxuriæ, libidini ac delicijs ita deditus fuit, ut uentri omnem operam dare genitus uideretur. Cibis uſus eſt exquiſitiſſimis & qui non niſi maximis impenſis è remotioribus locis comparari poterãt, ut etiam de eo ſcriberetur, ſi diutius uixiſſet, Romani imperij opes præcio menſarum abligurriſſet. Helluantem itaq; Imperatorem deſtituerunt octauo imperij menſe, atque in Veſpaſiani iurarunt uerba, exercitus Mœſiarum, Pannoniæ & Syriæ. Hoc ubi reſciuit Vitellius, ut cæterorum retineret fauorem, omnia largitus eſt ſine modo, ſine menſura, blandimentis uſus erga milites imperatoriæ dignitati indecentibus. At qui Romæ à parte Veſpaſiani ſtabãt, tantam uim Vitellio & eius complicibus inferebant ut ille in latebras fugeret, ſed extractus & religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, laniata ueſte ſeminudus in forum trahitur fœdo ſpectaculo nullo illachrymante, quibuſdam ſtercore & cœno inceſſentibus, alijs incendiarium & patinarium uociferantibus, tandẽ ad gemonias ſcalas raptus, numeroſis ictibus confoſſus interijt, & inde unco tractus eſt in Tyberim. Perijt autem anno uitæ 57. imperij menſe octauo.

Luxus Vitellij.

10 **Flauius** Veſpaſianus ex antiqua Flauiorum gente anno Chriſti 73 ad imperatorium faſtigium euectus eſt poſt multa officia fœliciter adminiſtrata. Vltimo autẽ cũ tribus legionibus adminiſtrabat in Iudæa bellũ Iudaicũ cũ Tito filio maiore. Ioſephus uero dux belli Iudęorũ captus & poſtea opera Titi uinculis exutus, ſeptẽ libros Iudaicę captiuitatis Imperatorib. patri ac filio obtulit, q publicæ bibliothecæ traditi ſunt. Et ob ingenij gloriam dehinc Romæ ſtatuã meruit. Electus itaq; eſt Veſpaſianus inludęa à militibus in Imperatorẽ, q inferiores eſſe noluerũt ijs qui in Hiſpania Galbanũ, qui in urbe Othonẽ & qui in Germania elegerãt Vitelliũ. Veſpaſianus itaq; in urbẽ reuerſus nihil habuit charius aut melius, cũ afflictã nutantẽq; rem ſtabilire & ornare, militũ licentiam ad nimiã audaciã progreſſam, reprimere, prouincias & ciuitates tumultuoſius agentes,

Ioſephi Iudaici libri.

agentes, coërcere, disciplinam militarem eneruatam corrigere ac castigare. Sola pecuniæ cupiditate culpatus est, adeò ut prorsus si auaricia abfuisset, antiquis ducibus par fuisset. Quidam tamen scribunt compulsum necessitate ob inopiam ærarij & clades urbium. Nam per omnes terras quâ ius Romanũ est, renouatæ à Vespasiano urbes sunt cultu egregio, quæ aut terræmotu aut incendio afflictæ corruerant. Perijt tandem uentris profluuio anno 69. ætatis, imperij uero decimo.

Vespasiani auaricia.



11 Titus Vespasianus, Vespasiani filius, ubi adoleuit in Germania et Britannia militauit, non sine excellenti industria ac modestia. Vbi autem pater rerum potitus ad urbem cõtendit, Titus ad perdomãdam Iudæam relictus, crudeli oppugnatione Ieroſolymam fame, ferro & flamma cõfecit, annoq; secũdo principatus Vespasiani cepit octauo die Septembris. Deinde Romam ueniens, mox imperij particeps, tanta concordia imperium gubernarunt, ut nulla lyra consonantiorẽ harmoniam reddere posset. Et licet ante susceptum imperium uitijs subiacuerit, ut etiam à quibusdã Nero dictus fuerit, tamen ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantũ quos imitabatur ante celluerit clemẽtia, liberalitate, honorificentia, pecuniæ contemptu, omniumq; uirtutum genere, ut amor & deliciæ humani generis uulgo diceretur. Vnde sæpe dicere solebat: Nemo debet à facie principis discedere tristis. Quadam autem die, in cœna recordatus nihil se cuiquam toto die præstitisse, memorabili dicto, Amici inquit, diem perdidimus, quasi significaret optimum thesaurum principũ esse fideles amicos, quibus esset quotidie impertienda opera. Perijt autem post biennium & tres ferè menses imperij, ætatis quinquagesimo secundo, febre correptus.

Titus hominũ delitiæ.

12 Domitianus filius Vespasiani, à paterna pietate ita degenerans, ut Caligulę & Neroni similior esset quàm patri ac fratri. Varius circa administrationem imperij cõmixtis uirtutibus & uitijs, donec ingẽtia uitia uirtutes superarent. Sumptuosissima spectacula edidit, instituit quinquennale certamen, fuit autor capitolinorũ agonum, ædificia multa publica fecit, bibliothecas incẽdio absumptas reparauit, castrari mares uetuit, ius diligẽter dixit, abolcuit scripta famosa, cupiditatis ab initio nullam suspicionem habuit. Sed paulo pòst cõuersus est in sæuissimum hominem. Nam interfecit plures nobilissimos ex senatu, adinuenit noua genera tormentorum, adiecit animum ad rapinas, uersabatur diu noctuq; inter meretrices. Cumq; terribilis cunctis & inuisus esset, oppressus tandem est conspiratione amicorum familiariũ atque uxoris. Perijt autem anno ætatis 45 & imperij decimoquinto.

13 Cocceius Nerua natus ex nobilissima domo, uisus est dignus principatu, quod mitissimo esset ingenio & summo loco natus. Constitutus est autem Romanus princeps cum ageret circiter sexagesimum sextum annum, & initio principatus mox clementiæ & liberalitatis indicia dedit. Mortuus est autẽ anno ætatis sexagesimo octauo uir probus & honestus.

14 Vlpius Traianus natus in Hispania, agens annum 42 suscepit imperium apud Agrippinã coloniã. Iste hoc semper egit, ut apud populum mitis, apud senatum ueneradus, & omnibus esset uenerabilis, grauis nulli nisi hostibus. Hic Dacicus dictus est ob deuictũ Dacorum regem. Hic uarijs periculis in mari iactatus, cum Oceani naturam inuestigare niteretur, nauigãtes fortè in Indiam conspicatus, utinam (inquit) iuuenis essem, uiresq; ac robur suppeterent, in fines Indorum penetrarem. Mortuus est apud Selinuntem Ciliciæ urbem, quæ & Traianopolis pòst dicta est, cum imperasset annos undeuiginti, menses sex & dimidio, anno ætatis 64.

15 Pub.



15 Pub. Aelius Adrianus, cõsobrinus Traiani Imperatoris, cuius familia fuit ab Adria oppido agri Picení, quod & mari Adriatico nomen dedit. Fuit ingenio acri & in græca lingua cõsummatissimus, ut à multis Græculus uocitaretur. Venãdi studio usq; ad insaniam & periculum tenebatur. Peregrinatiõis ita cupidus fuit, ut omnia quę legerat de locis orbis terrarũ, præsens uellet addiscere. Multa in repub. reformauit, & multa Romæ instauravit, omnibus se benignũ & ciuilem exhibuit, pacis magis quàm belli cupidus fuit. Reges ad amicitias inuitauit, quos ad se uenientes ita accepit, ut eos pœniteret qui non uenerant. In ludæa tum tumultus erat, quod uetarentur mutilare genitalia. Vno tempore scripsit, dictauit, audiuit & cum amicis fabulatus est. Cum autem iam peragrasset omnes penè partes orbis nudo capite, & in summis plerũq; imbribus ac frigoribus, in morbũ incidit letalem, & miserabili cruciatu affectus, inq; ultimum uitæ tædium delatus, gladio se trãsfigi à seruo petijt, uenenumq; à medico popposcit. Tandem Baias petijt ubi & perijt.

Adriani perspicax ingenium.



16 Antoninus Pius, adoptatus ab Aelio Adriano, natura clemẽtissimus, uultu placidus, fòrma cõspicuus, statura decorus & longus, sobrius, largus & ingenio clarus. Hic cum in senectute incuruaretur, tiliaticijs tabulis in pectore positis, fasciabatur, ut rectus incederet. In uictu eius erat opulentia sine reprehensione & parsimonia sine sordicie. Tanta diligentia subiectos sibi populos rexit, ut omnes sub eo prouinciæ florerent. Ociosis salaria subtraxit, dictitãs, nil esse crudelius quàm remp. ab ijs arrodi qui nihil in eam suo labore conferunt. Perijt anno septuagesimo cum alpinum caseum in cœna edens auidius, nocte reiectaret, febre correptus, anno imperij uicesimo.



17 Marcus Antoninus uerus & Lucius Cõmodus Antoninus, æqua potestate administrarunt imperium, quum hucusq; singuli Augusti à C. Iulio Cæsare annis ferè ducentis præfuerint imperio. Fuit autem Marcus Antoninus uir omnium uirtutum & sanctitate uitæ præcipuus, cœlestisq; ingenij, in omni uita philosophiæ deditus. Amauit quoq; uenationẽ, pugilum luctamina, palestras, ludos circẽses, cursus, aucupatus, & pilæ studium. Defuncto Pio Imperatore, hic à senatu coactus regimen publicum capere fratrem sibi participem in imperio designauit. Fuit tamen hic frater uitijs & luxui ita deditus ut magis porcũ ageret quàm Imperatorem. Adepti ergo imperium ita se ciuiliter ambo gesserunt, ut lenitatem Pij nemo desideraret. Mirabili enim cura & prouidentia temperauerũt ambo grauissima incõmoda urbis, quæ inundatio Tyberis fecit, qua multa urbis ædificia corruêre & animalia periere & fames grauissima subsecuta est. Cæterũ post multa gesta prælia, quũ fratres Imperat. simul iter facerent cõtra Marcomãnos, alter apoplexia tactus perijt in itinere, alter uero, nẽpe Marcus Antoninus deinde rempublicam tenuit, filiumq; Commodum Cęsarem fecit, clausitq; ultimum diẽ anno imperij 18 uitæ uero 61. Et uix dici potest quantum urbs audito mortis nuncio, publico luctu cõfusa mœrorem induerit.

18 Commodus filius Marci Imperatoris, à pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, scurram se & gladiatorem magis quàm Imperatorẽ ostẽdit. Paulò maturior ætate omne genus sceleris perpetrauit. Senatũ ipsum uelut abiectũ mancipiũ ita cõtẽpsit, ut honores, præfecturas ac dignitates per seruos ac libidinũ magistros uendiderit. Inter trecentas concubinas, quas ex matronarũ meretricũq; delectu ad formæ speciem collegerat, in palatio per conuiuia & latebras debacchabat, impudentiæq; tantæ erat ut muliebri ueste in theatro publicè sedens sæpissimè biberit, inter gladiatores pugnauerit, multa ferarũ millia cõfecerit sua manu, licet aliâs debilis esset. Cæterum cum urbem tanquam suam coloniam incẽdi iussisset & populum in amphitheatro interimi

Flagitiosus Imperator.

interimi præcepiſſet, factæ ſunt in eum conſpirationes, uenenumq; ei propinatum, ſed cum illud ineffícax eſſet, ſtrangulatus eſt. Sic omnibus incõmodus Cõmodus expirauit anno uitæ 32. imperij uerò decimotertio.



19 Aelius Pertinax ſexagenario maior Imperator ſaluta tus eſt poſt interfectũ Commodũ, licet nomen imperij tanquam rem inuidioſam & ſenectutem cauſando recuſaret. Imperatorijs poſſeſſionibus nomẽ ſuum inſcribi prohibuit, dictitans non eſſe illas proprias imperantiũ, ſed cõmunes Romanorũ & publicas eſſe. Lætus tamen præfectus prætorij, qui eum imperatorem fecerat, quod ſæpius reprehenderetur ab eo, conuocatis militibus, qui inter uina & epulas conſilia inierunt, Pertinacem in palatio confodit ſexto imperij menſe. Sic perijt uenerabilis ſenex, cui fuit imperatoria ſtatura, facies uenuſta, eloquentia mediocris & blandicies innata.



20 Iulianus patria Mediolanẽſis, audita morte Pertinacis, ſedatoq; tumultu in urbe qui á populo ob eius cædem excitus fuit, ingeſſit ſe militibus edicentibus imperium uenale, emercatusq; imperium, magno militum comitatu armis munitus in aulam deducitur. Ac tum primũ corrupti ſunt militum mores, fœdaq; & inſatiabilis pecuniæ cupiditas, & contemptus imperatoriæ maieſtatis inoleuit, cum nullus crudeliter interfecti principis uindex exiſteret, & nemo emptum nundinatumq; imperium prohiberet. Vbi autem Iulianus imperium eſt adeptus, delicijs cõtinuo crapulæq; deditus, circa rempub. indiligẽs, uitam molliſſimã traduxit, ſpe ſua militibus fruſtratis. Nam fidem promiſſorũ nõ impleuit, nec publico ærario pepercit. Inuiſus ergo militibus atq; ſenatui, abrogatũ eſt ei ſenatus autoritate imperiũ, Seuerusq; Imperator appellatus. Tũ miſſiſá ſenatu qui eum occiderẽt, inter fœdas cõplorationes ab omnibus deſtitutus obtruncatus eſt, cum imperaſſet mẽſibus duobus. Vixit aũt annis 56. uir ſenex, guloſus, aleator, ſuperbus, &c.

Imperium emitur.

21 Seuerus in Lepti ciuitate Africe natus, ſtudiorum cauſa Romam uenit, tandemq; poſt quæſturam & præfecturã imperator eſt appellatus, quo tempore & Peſcennius niger á Syriacis legionibus Imperator eſt ſalutatus. Congreſſi ergo apud ſinum Iſſicum, ubi quondam debellatus eſt Darius ab Alexãdro magno, inſignis edita eſt ſtrages, interijtq; Niger, ac breui omnis familia eius eſt extincta. Sic ille imperiũ magis metu quàm beneuolentia retinuit, ut eſſet Imperator uerus nominis ſui, pertinax & ſeuerus. Mortuus eſt tandem Eboraci in Britannia ſenex, anno imperij 18. ætatis 89. Fuit uir bellicoſus, liberalis, literatus, ac inſignis mathematicus, crudelis tamen adeò, ut ſenatus iudicauerit illum aut naſci non debuiſſe, aut mori, quod & nimis crudelis & nimis utilis reipublicæ uideretur.

Seuerus nimis crudelis & nimis utilis.



22 Marcus Aurelius Antonius Baſſianus filius Seueri Imperatoris, in pueritia blandus, ingenioſus & affabilis: egreſſus autem pueritiam, adeò mores immutauit truculentior factus, ut eum quem puerum nouerant, multi eſſe non crederent. Contra uerò frater eius Geta fuit uir probus, moderatus & lenis, tractans honeſtiora ſtudia, placidus & humanus in optimos quoſq;. Conabatur mater conciliare diſcordes fratres ſed nihil proficiebat, cum fraternũ odium indies gliſceret, & paratæ inſidiæ ueneno non procederẽt, quod uterq; eſſet curæ ac diligentiæ ſingularis in cibo potu'q; ſumendo. Tandem Antonius irrupto fratris cubiculo, nihil eum tale expectantem, ſupra matris pectus multo undantem ſanguine ſæuus obtruncat. Poſtea enormem militibus largitionem tam in nummis quàm in annona donat, cuius magnitudine illecti, uulgata iam cæde fratris, unum illum declarãt Imperatorẽ. De hinc Rom rediens, ſæuijt in fratris domeſticos, & in quoſcunq; qui opibus excellebãt, ut bona eorũ raperet. Occidit etiam Papinianũ iureconſultum quòd parricidiũ excuſare noluerit. Peroſum autẽ ſe ſentiẽs, relicta Roma ad ripas ſeceſſit Danubij, ubi Germanos ſibi aſſociauit, habituq; Germanico ſæpe inceſſit, ſicut &

Parricidium fratrum.

cum in Macedoniã ueniſſet, geſtauit habitum Macedonicũ, & Alexandro ſimilẽ ſe fecit. Cumq; paſſim ſæuiſſet in Alexandrinos & Parthorum populum, in Meſopotamia per Martialem centurionem pugione perfoſſus eſt, dum ſubligacula deduceret uentriſq; oneri ſubleuando intenderet. Sed Martialis à cuſtodibus corporis dum fugam molitur, militibus eſt confoſſus. Vixerat autem Baſſianus annis 43. imperauitq; annis ſex.

23 **Opilius** Macrinus homo obſcurus, malis artibus educatus, quibus & ad prefecturam primum eſt euectus & deinde ad imperiũ. Senatus tamen odio Baſſiani eum libenter accepit, ſperans ipſum mitiorem futurũ. Macrinus uerò ſciens Antoninorũ nomẽ magni eſſe momẽti atq; amabile apud milites, iuſſit filium ſuum quoq; appellari Antoninum, incitauitq; milites ad Parthos, ut ſordes ac infamiam aboleret magnitudine uictoriæ, habito conflictu interemptus eſt, defectu legionũ quæ ad Varium Heliogabalum confugerant, quem cognouerant eſſe filium Antonini Baſſiani. Occiſus eſt autem & filius eius, quem Antoninum appellare decreuerat.



24 **Antoninus** Varius Heliogabalus ſtupro ex Antonino genere natus, dum Antoninus pater à Macrino interficeretur, fugit ipſe in Iouis templum ueluti in aſylum. Deinde aſtu matris declaratus eſt imperator, & occiſus Macrinus à militib. quibus mater profuſas dedit largitiones. Nactus itaq; imperium nuncios miſit Romam, ſimulq; figuram numinis Heliogabali Iudaici in tabula pictam (unde ipſe Heliogabalus dictus) ſeq; ſanguine Antonini Baſſiani genitum denunciãs, deſideriũ ingens ſui fecit, ſtatimq; in ſenatu princeps appellatus. Ipſe primus Cæſarum fecit mulierem, hoc eſt, matrem ſuam in ſenatu conſulum occupare ſubſellia. Quæ (Symiamira dicta) ſenatus conſultu de legibus matronalibus quo ad ueſtitum & ornatum tulit plurima & ſententiã dixit. Sed cum ipſe p cũcta obſcœnitatis uicia impuriſſimus ueluti ſus in uolutabro ſeſe immergeret, ſtatim milites pœnituit quòd in Macrinũ conſpiraſſent & hunc principem feciſſent, atq; ideo conſenſerunt in Alexandrum conſobrinum Heliogabali. Nam Heliogabalus omnes honores, dignitates, magiſtratus ac poteſtates per libidinum miniſtros adminiſtrabat, profanabat ſacra populi Rom. inceſtabat Veſtales uirgineſ, conabatur Caligulæ & Neronis genera libidinũ non modo æquare uerum & excellere. Oreſtam ciuitatẽ condidit & humanas hoſtias ſacrificauit. Cumq; ob crudelẽ uitam omnibus eſſet inuiſus, tum magis in eum exarſit odium militum, quum Alexandrum conſobrinũ ſuum, quem paulò ante adoptauerat & Cæſarem fecerat, trucidandum quibuſdã præcepiſſet. Et cùm nollet cum Alexandro in concordiam uenire, à militibus in latrina ad quam confugerat interemptus eſt. Et cùm non poſſet cloaca excipere cadauer ob anguſtũ foramen, tractum eſt per Circi ſpacia more canini cadaueris & in Tyberim tandem abiectum, ne unquã ſepeliri poſſet. Occiſa eſt & cum eo mater Symiamira, cautumq; eſt ne unq; mulier ingrederetur ſenatum. Putant illum quatuor annis tenuiſſe gubernacula Romanæ maieſtatis.

Mulier recipitur in ſenatũ.

Crudelitas Heliogabali.



25 **Alexander** conſobrinus Heliogabali, matre ſcilicet Iulia Mammea ſorore Symiamiræ natus, & in literis ac militari diſciplina optimè inſtitutus eſt, ac ob animi uirtutes ei nomen Antonini magni datum, ob ingentem autem animi uigorem contra militum inſolentiã, Seueri nomen à militibus inditũ eſt, Recepto enim à ſenatu Auguſti nomine, ſenatum & equeſtrem ordinem perpurgauit, impuros & infames ab aulico miniſterio abiecit, poteſtates ac magiſtratus uendi nõ eſt paſſus, multis ciuitatibus terræmotu obrutis, ad inſtaurationẽ pecuniam ex uectigalibus dedit, pauperum filios publicè aluit, neminemq; ab alio damnum ferre permiſit, ſed omnibus operibus præſcripſit illam legem naturæ: Quod tibi nõ uis fieri, alteri ne feceris. Et quanq; ſeueriſſimus eſſet in milites, nullum tamẽ delictum atrocius exiſtimabat quàm furtum, appellans fures Reipub. hoſtes. Cùm autem Germanicum bellum immineret, cõſcripto exercitu ad Gallum profectus eſt, ibiq; à militibus quòd ſeuerior eſſet trucidatus à Maximino duce, anno ætatis 29. cùm imperaſſet annis tredecim.

Pientiſſimus Imperator.

Maximi-



26 Maximinus Thrax, à puericia paſtor, demum ob corporis uaſtitatẽ ac robur prima ſtipendia ſub Seuero fecit, inter ſtipatores corporis ſui in aulam locatus, quòd magnitudine corporis conſpicuus & uirtute inter milites clarus eſſet. Ferus erat morib. aſper, ſuperbus, corpore procerus & uorax, magnitudine corporis tanta ac fortitudine, ut quidam eum Herculem alij Achillem uocarent. Interfecto autem Alexandro Maximinus è corpore militari ſiue decreto ſenatus ab exercitu Auguſtus appellatus eſt. Primum quidem milites non uirtute regebat ſed præmijs atque lucris exercebat. Deinde in omnes cœpit eſſe crudelis præſertim in nobiles, quo ſuam ignobilitatem tegeret, ut crudelius animal in terris eſſe non diceretur quàm hic Cyclops. Quoſdam enim in crucem adegit, quoſdã feris obiecit, alios fuſtibus uerberauit ſine delectu dignitatis, uolens barbaricam ſuam humilitatẽ uiolentia & crudelitate nobilitare & imperium ſuum retinere ſæuitia. Omnes enim generis ſui cõſcios, ignobilitatis tegendæ cauſa interemit. Vnde & plures in eum factæ ſunt conſpirationes, tandemq; cùm Aquileiã obſideret & duces aliquos ſuos trucidaret, in odiũ exercitus ueniens, unà cum filio à militibus trucidatus eſt in caſtris, pater ſexagenario maior, & filius uigeſimũ annum agens. Deinde omnes in uerba Maximi Balbini & Gordiani iurarunt, uenientesq; Imperatores Romam receperunt ſe in palatium. Talem exitum ſortitus eſt Maximinus crudelis cùm triennio imperaſſet cum filio ſuo.

Maximinus crudele animal.



27 Maximus qui & Pupienus & Decius Gelius Balbinus cùm Maximinus adhuc uiueret dicti ſunt Auguſti. Et ueniens Maximus cum omni exercitu Romam, decreti ſunt ei plurimi honores. Quod cùm Balbinus ægrè tuliſſet, exortæ ſunt inter eos tacitæ diſcordiæ. Et Maximini exercitus utrunq; odio habuit, quòd quem ipſi imperatorẽ fecerãt occiſus eſſet, illi aũt eis à ſenatu dati eſſent, qui urbem & populũ regerent, leges optimas cõderent & res bellicas diſponerẽt. Quocirca dolebãt milites, tantã eſſe autoritatẽ apud ſenatum. Quæ rebãt igitur occaſionẽ, ut ambos occiderent, quę tum demum inuenta eſt, cùm ipſorum intelligerent inter ſe diſcordiã. Cùm autẽ Maximus contra Parthos & Balbinus contra Germanos eſſent profecturi, ludis quibuſdam ſcenicis milites tumultum excitarunt in palatio contra Maximum, gliſcenteq; ſeditione militum, ambo ſunt de palatio deturbati ac per mediam ciuitatem ad caſtra raptati atq; occiſi cùm annum unum imperaſſent.

28 Gordianus amabat memoria Gordiani aui ſiue patris à militibus, quòd ij militari morte perierant pro ſenatu populoq; Romano. Et cùm is ſolus regnaret, inter populum & milites ac ueteranos pax roborata eſt & finis belli inteſtini fuit. Profecturus autem ad bellum Perſicũ quod tum imminebat, duxit uxorem, ne contemptibile eius uideretur imperiũ, tranſiensq; per Mœſiam quicquid hoſtium in Thracijs reperit, deleuit, fugauit & expulit. Inde per Syriam in Antiochiam uenit, quæ iamà Perſis tenebatur, triumphauitq; de hoſte. Erat tunc in exercitu Philippus quidã, qui Gordianum in odium militum duxit, circumuenitq; milites artibus ut ſe imperatorem poſcerent, quòd Gordianus nimium iuuenis eſſet, nec regere tantum exercitum poſſet. Imperium igitur Philippo mandatum eſt, ut ille cum Gordiano pariter imperaret. At ille ſuſcepto imperio in eam ſuperbiã uenit, ut Gordianum nec in imperatoris nec in alicuius ducis loco habere uellet, imo cùm amorem populi & ſenatus circa Gordianũ conſideraret, curauit illum occidi cùm regnaſſet annis ſex, ætatis anno 20.

29 Marcus Iulius Philippus Arabs, humili genere ortus, uirtute rei militaris clarus Romam uenit & ſub cæſaribus militauit, cumq; Gordiano contra perſas profectus, primũ præfectus creatus eſt, ac deinde de imperio cogitans, Gordianum Imperatorẽ circumuenit ac de imperio deturbauit, clamq; occidi mandauit. Et ſcribens ſenatui literas, dixit Gordianũ morbo extinctum & ſe ab exercitu Imperatorẽ creatum. Deceptus ſenatus credidit, ipſumq; Auguſtum appellauit. Hic ſeculares celebrauit ludos, quòd eſſet milleſimus annus urbis conditæ, uenationesq; dedit, ubi feras omnis ge-

neris confecerat. Gordianus enim pro Persico triumpho elephãtes, alces, tigres, leones, leopardos, hienas, camelopardalos, onagros, equos, & innumera alia animalia uoto publico reseruauerat, ut natali urbis triũpharet, quę ille secularibus ludis atq; Circentibus dedit & occidit. Gladiatorum preterea paria mille in circo maximo exhibita. Et scenicos ludos in Pompei theatro tribus diebus, totidemq; noctibus peruigil populus spectauit, facibus atq; lychnis tenebras uincentibus. Et cum multitudo solẽnibus ludis intenta esset, incendium ex luminaribus in curia diuagatum est. Theatrum Pompei exarsit, & ei propinquum theatrum centum columnarum. Hæc & alia multa ludis secularibus exhibuit, licet Christianus esset. Primus enim Cęsar, nomen est professus Christi. Interim tamen dicitur, deterior fuisse punica fraude, texisseq; scelera sub specie cultus Christiani nominis. Sed à militibus Veronæ cæsus anno imperij quinto.

Peregrina animalia ducuntur Romam.

Christianus imperator.

30 **Decius** clarissimis in Pãnonia inferiori natus parentibus, à cunabulis spem bonam præbuit futuræ indolis, moxq; uirtutes cum ætate creuerunt, quibus amplissimas assecutus est dignitates, non ambitione neq; emptis suffragijs. A militibus Illyricianis primum Imperator est factus, deinde à senatu Augustus appellatus. Cogente autem senatu, consortem imperij ac Cæsarem fecit Decium filium suum. Vixit annis quinquaginta regnauitq; cum filio ferè biennio. Senatus luxit eum ac eius nomine Decianas in Auentino thermas ędificauit. Fuit princeps in omnibus laudandus, nisi à Christianorum supplicijs abstinuisset.

31 **Gallus** Hostilius Imperator factus est à legione quæ integra mansit in prælio Scytharũ. Qui enim superfuerant, ad hunc cõfugerunt ueluti seruatorem reliquiarũ Romani exercitus. Hic ignominiosum fœdus percussit cum Scythis, tũcq; respub. Rom. primũ accepit iugum seruitutis Scythicæ. Cumq; paulo pòst Aemilianus à milite Cęsar saluaretẽ & Gallus motus illos uellet opprimere, interfectus est cũ filio anno ætatis suæ 47. Sed paulo post cum Aemilianus tribus mensibus imperasset, fuit & ipse interfectus. Gallus uero imperauerat duobus annis.



32 **Valerianus** & Gallenus filius eius Imperatores facti ab exercitu qui in Rhetia & Norico fuit, pater quidem uitã ad senium usq; incorruptã duxit, superatusq; est à rege Persarum. Sic eĩ fuit captus, ut ignobili ac perpetua seruitute apud Parthos cõsenuerit. Quoad eĩ uixit Sapor rex Persarum, eo incuruato pedem ceruicibus eius imponẽs, equũ alcẽdere solitus erat, pro scabello eo usus. Galienus uero cum audisset patris captiuitatem, mox in delicias lapsus gaudebat & omnia negligẽter agebat. Tunc exercitus cõgregatus facit Macrianũ cum filijs Imperatores. Quibus in oriente occisis, Valens imperium assumpsit, qui in Achaia proconsul fuit. Galienus uero interim uino, mulierculis, popinis, lenonibus ac mimis deditus erat. Reseruauit tamen eum fortuna diutius quàm oportebat. Ad quintumdecimũ enim annum peruenit cum Valeriano patre, qui septem, ipse uero solus octo annos regnauit, fuerunt q; sub eius imperio 30. Imperatores in diuersis locis à militibus electi & omnes interfecti ab æmulis suis,

Imperator fit scabellũ regis Persarum.

33 **Claudius** Flauius Imperator, è Dalmatis genus trahens uir morum grauitate insignis, uitæ fuit integerrimæ, proceræ staturæ & ex nobili familia ortus, adeo moderatus in cibo & potu, ut omnibus esset admirationi. Gessit quoq; se in repub. ut eius stirpem ad imperium senatus principesq; eligerent. Hic Daciam recuperauit, barbaros uicit & fudit præsertim Scythas & Gothos impetũ in res Romanas facientes. Post hæc in morbum incidens interijt cum duobus tantum regnasset annis.



34 **Aurelianus** in Pannonia obscura familia natus, uir à pueritia omnis ocij & nertię impatiẽs, nullũ permisit abire diem in quo nõ pilo & sagittis se exercuerit. Adulta uero ætate fuit procerus statura, neruis ualidissimis, uini cibiq; paulo cupidior, libidinis rarę, gladij agitandi studiosus, seueritatis immensæ, disciplinæ singularis, erumpentes Sarmatas attriuit, repulitq; Gothos, tandẽ mortuo Claudio Imperator factus. Et cum Marcomãni tantum Romanis incussissent terrorem, ut iam de urbe sua desperarent & magnæ in urbe excitarentur seditiones, uenit Aurelianus in urbem ut illos compesceret,

ſceret, interfectiſq; aliquot nobilibus ac ſenatorib. inciuiliùs imperio uſus eſt, adeo ut iam timeri non amari inciperet. Compoſito dehinc urbis ſtatu ad orientem profectus eſt, partaq; uictoria in Europam rediit, triumphumq; Romæ egit. Poſtea uero in orientem reditu-
rus, inter Heracleã & Byzantium à notario ſuo interemptus eſt, quòd princeps eſſet ſeue- *Magis neceſſa-*
rus, truculentus, ſanguinarius & Imperator magis neceſſarius quàm bonus. Regnauerat *rius quam bo-*
autem ferè ſex annis. *nus.*

35 **Annius** Tacitus occiſo Aureliano uir egregius & reipub. cõmodus à ſenatu eligitur Imperator. Fuerat autem interregnũ ſex totis menſibus. Cum enim exercitus nullum haberet principem qui Aureliano conferri poſſet, retulit electionem ad ſenatũ, ſenatus uero eam reiecit in exercitum, quod ſciret milites ægre eos accipere quos ſenatus elegiſſet. Reluctatus eſt autem diu & multum Tacitus quod iam ætate eſſet propemodum decrepita & corpore ualetudinario. Suſcepto autem imperio uitæ fuit *Imperator ſtu-*
parciſſimæ, & ualidior in ſenectute, adeo ut etiam ſenex minutulas literas ad ſtuporem le- *dioſiſſimus.*
geret. Nunquam noctem intermiſit, qua non aliquid uel ſcriberet uel legeret. Ob breuitatem autem temporis nihil præclarum geſſit. Interijt enim ſexto menſe. Tunc Annius Florianus Taciti frater uir imperandi cupidus, mox ſine ſenatus autoritate quaſi hæreditariũ arripuit imperium, ſed uix duobus menſibus in eo lætatus, Tarſi à militibus eſt occiſus.

36 **Probus** è Pannonia oriundus, quum adoleſcẽs eſſet patrimonio moderato, uirtutibus ſeſe clariorem effecit, multaq; ultra Danubium fortiter & ſtrenue geſſit. In Africa contra Marmaridas fortiſſime dimicauit, Carthaginem à rebellione uindicauit & multa præclara geſſit. Quapropter cum omnibus militibus admirationi eſſet, delectus eſt ab eis in Imperatorem. Poſt multa autem bella feliciter geſta, tandem bellum Perſicum parans in Illyrico à militibus ſuis per inſidias eſt interemptus, quod nunquã *Orbem Roma-*
militem ocioſum pateretur, dicens, annonam gratuitam militem non comedere debere, & *nis ſubiecit.*
quod iactabat breui milites fore neceſſarios, cum iam totum penè mundũ Romanis ſubiciſſet orbemq; pacaſſet. Interemptus eſt autem anno imperij ſexto.

37 **Carus** Narbonæ natus & Romę literis educatus, per militares gradus creuit uſq; ad imperatoriã dignitatem, & bellum Perſicũ quod Probus parauerat cum omni belli apparatu aggreſſus eſt. Et niſi fulmine ictus concidiſſet, regnum Perſicum ſubuertiſſet. Mortuo itaq; Caro, traditæ ſunt rerũ habenæ filio eius Numeriano. At ſocer eius Arrius Aper cupiẽs inuadere imperium, generum nihil tale timentẽ occidit. At paulo pòſt Diocletianus quem exercitus Imperatorẽ fecit manu ſua cõfodit Aprum, uindicans necem Numeriani. Tunc Carinus frater Numeriani uolens inuadere Diocletianũ, abeo in Dalmatia occiſus eſt, homo impudentiſſimus, & omni libidinum genere deturpatus, quem & pater ob eius nimiam libidinem ſæpe cogitauit è medio tollere, eiq; abrogare imperium & cæſaris nomen.



38 **Diocletianus** Dalmata natus ex parentibus obſcuris uicto Carino Auguſtus eſt appellatus & à ſenatu magno honore exceptus. Quũ autem in diuerſis mundi partibus inſignes excitarentẽ tumultus, pluresq; undiq; ſurgerent tyranni, in Gallia, Britannia, Aegypto ac Italia, Diocletianus prudenter animaduertit conſorte imperij opus eſſe, quo & imperium firmaret & pacem ubiq; redderet, unde Maximianũ Herculeũ legit, quo cum imperij habenas æquo iure mira cõcordia gubernauit. Obtemperauit emm Maximianus Diocletiano tanquã filius patri acminor maiori, nec unquã eius reſtitit uoluntati. Cum aũt Diocletianus in oriẽte plurimas nactus eſſet uictorias, maximus eſt ei à ſenatu decretus triũphus cum inclytis cognominib, populorũ à ſe deuictorũ. Quibus non cõtentus, diuinos ſibi uſurpauit honores, uoluitq; adorari, & pedes exoſculãdos *Diuinos expe-*
omnibus exhibuit. Aureo quoq; & gẽmato curru triumphauit, ſplendidius multò q; uetu- *tit honores.*
rum quiſpiã. Senio autem cõfectus decreuit imperio ſe abdicare & priuatus uiuere, quod & fecit Nicomediæ, quo die & Maximianus Mediolani depoſuit imperiales faſces. Imperauerunt uero annis 20. & Diocletianus poſt depoſitum imperiũ manſit priuatus Salonis rei ruſticę indulgens annis 10. Fuit uir ſagax admodũ & ingenio acer, in Chriſtianos tamẽ ualde impius & crudelis, qui multa millia occidi iuſſit. Porro Maximianus fuit uir ſeuerus

ciuilitatis expers, ſtolidi ingenij, libidinoſus & qui ægrè depoſuit imperium. Genuit uero Maxentium, quem poſtea milites prætoriani Imperatorē fecerūt, & ad quem ſe parer conferens, ſperabat reſumere faſtigium imperij. Sed cum ſibi non ſuccederet, profectus eſt ad generum Conſtantinū qui eius filiam Fauſtam habuit, conabaq; per inſidias illum imperio deturbare. Quod ubi Fauſta filia cognouit, reſerauit marito, patri ſcilicet maritū prę ferens. Gener itaq; apud Maſſiliā illum obſedit ac uiuum cepit, iuſſitq; genus eligere mortis. Ille uero fractis laqueo ceruicibus occubuit, homo ſanguinarius & crudeliſſimus in Chriſtianos.

39 Conſtantius poſt abdicatum à Diocletiano imperiū, factus eſt imperator in Gallijs, Hiſpanijs, Italia & Africa, Galerius uero obtinuit imperium in Illirico, Græcia, Aſia & Oriente. Habuit aūt Conſtantius uxorem Helenam obſcuri generis, fœminā tamen ſanctā, ex qua Conſtantinū Imperatorē genuit. Habuit & Theodoram Maximiani priuignam, ex qua ſuſtulit Conſtantiū patrem Iuliani, ac Conſtantiā, uxorem Licinij Imperatoris, conſumptusq; morbo anno eius imperij 13. Hic Chriſtianis ſupra modum fauiſſe dicitur. Galerius uero quem Diocletianus adoptauerat & Cæſarē fecerat, tradita ei filia Valeria, eximius fuit bellator, proſpereq; pugnauit in oriente. Prætoriani uero milites interim fecerunt Imperatorē Maxentiū, qui tamen non ut Cæſar ſed ut tyrannus ſumma ſæuitia gubernauit, qui Seuerum Rauennæ captum occidit anno eius imperij 2. Tunc Galerius fecit imperij conſortem Liciniū, ipſe uero paulo poſt ob ſæuam in cunctos libidinē ac in Chriſtianos horrendā crudelitatem in morbum incidit ac conſumptis genitalib. defecit. Nam ulcus inguinibus innatum uirilia exedit, marceſcenteq; tota illa corporis parte uermes pullularunt, remedia deerāt, medici deſperauerūt. Fœtor enim tam intollerabilis erat, ut nullus omnino, ne medicorū quidem ullus, propius accedere poſſet. Igitur digna morte tandem periit, cum ſolus regnaſſet annos duos, cum Cęſaribus uero & imperij conſorte annos ſedecim.

Helena ſancta.

Maxentij crudelitas.



40 Conſtantinus natus patre Conſtantio & matre Helena, à patre in Britannia agente creatus eſt Cæſar & ſucceſſor. Prætoriani tamen milites Romæ Imperatorem fecerunt Maxentiū, qui & mox cum ſumma ſæuitia imperitauit in urbe, pleroſq; claros uiros occidit, bona rapuit, uectigalia noua inuenit, uirgines ſtuprauit, & caſtiſſimis matronis uim intulit, inextinguibilis libidinis & corradēdis pecunijs inexplebilis. Interim uero Conſtātinus uocatus à ſenatu ad deturbandū Maxentium, qui iam à matre ad Chriſti fidem erat inductus, uenit in Italiā, pugnā initurus cum tyranno. At cum ille confugeret in urbem, iuſſit iuxta Miluium pontem fluuiū ſterni nauibus ad decipulam cōpoſitis, ut inſequentē hoſtem ludificaret ſubmergeretq;. Sed ille prior antè exercitū ſuū furibund⁹ è portis proruit urbis, immemorq; fraudis à ſe fabrefactæ, pontē cum paucis aggreſſus in profundū mergit cum equo, nec uſquā cadauer eius poſtea eſt inuentū. Periit autem tyrannus ille ſexto imperij ſui anno. Poſtea Conſtātinus Liciniū Imperatorem perſequutus, in Græcia apprehendit & interfecit. Quas pœnas luit homo ſanguinolentus & uecors propè ſeptuagenarius, cum imperaſſet annis ſedecim. Fuit & alius Cæſar in oriente Maximianus, quem alij Maximinū appellant, qui cōtra Chriſtianos ſumma truculentia in oriente deſæuijt. Sed cum aduerſus Licinium res nouas in oriēte moliret, rupto fœdere oppreſſus eſt, poſtq; imperauerat annis ſeptem. Conſtantinus uero fecit Cęſares filium Conſtantinum & nepotem ex ſorore Licinium iuniorem Licinij filium, ipſe uero omnē orbem gubernabat, ex omnibus bellis uictoriā reportabat, & ſemper proſpera uſus eſt fortuna. Vnde ſtatuit urbem ſui nominis ædificare, delectoq; Byzantio & ductis rite foſſis, urbem in medio cōdidit & à ſe Conſtantinopolim denominauit, imperij ſedemq; conſtituit anno imperij ſui 25. qui fuit annus Chriſti circiter 336. Fuit antiquū Byzātium, quod à Pertinace & Galieno penè euerſum fuerat, ſed à Conſtātino firmiſſimè munitū & multis monimētis exornatū, quæ ex omni orbe in eius dedicationē aduecta ſunt, adeo ut D. Hieron. ſcribat, Conſtantinum omnes penè urbes nudaſſe, ut nouam Romam exornaret. Ex arce ēm quæ fuerat Ilij tranſtulit palladium, ex Troade æneam ſtatuam Apollinis mirandæ magnitudinis, ex Roma Coclidem columnā Porphyreticā, quam uarijs ſignis circundatā in foro lapidibus ſtrato locari iuſſit. Sed non diu hęc ornamenta cōſtitere propter frequentes terræmotus

Fouea fecit alteri & incidit in eam.

Conſtātinopolis fit ſedes imperij.

motus & barbarorũ irruptiões. Studuit hic princeps nutrire artes bonas, præcipuè ſtudia literarũ, ſcribere, meditari, audire legationes & querimonias prouinciarũ. Senex uero Sotiropolim urbem petijt. ut a quis calidis ſenile corpus foueret, & priuſquã ſe ablueret medici pharmacum dederunt, miniſtri uero corrupti precio ab affinibus nocua immiſcuere. Ille intrepidus poculum ebibit, & paulo poſt incidit in morbum quo & tandem extinctus eſt. *Pietas Conſtantini.*

41 **Conſtantius** Conſtans, & Conſtantinus fratres & filij Conſtãtini magni ex teſtamẽto imperium ſuſceperunt atq; inter ſe partiti ſunt. Conſtantino obuenerunt Gallia, Hiſpania, Britãnia, Ibernia, & quicqd terrarum eſt ultra alpes. Conſtans uero tenebat Italiã, Africã, Illyricum, Dalmatiã, Macedoniã, & Achaiam. Conſtãtino autem cedebat Thracia & quicquid à freto Propontidis Aſiam uerſus in orientem protendit. Conſtãtinus uero hac diuiſione nõ cõtentus, bellum ciuile mouit contra Conſtantẽ, ſed uictus apud Aquileiam confoſſus eſt, anno ætatis 25. quum nondum triennnio imperaſſet in Gallijs. Tunc Conſtans potiẽ rerũ in Gallijs, ſed poſt aliquot annos & ipſe cęſus factione Magnentij, anno 13. imperij, Magnentio reliquit imperiũ. Fuit aũt Magnẽtius obſcuris ortus parentib. uir legendi ſtudio prõptus, ſermone acer, animi timidi, & artifex ad occultandã audaciæ ſpecie formidinem. Conſtantius audita cæde fratris uenit ex oriente & manus conſerens cum Magnentio victor euadit, cęſiq; fuerũt in eo bello ſuprà 54. millia pugnatorũ. Euaſit tamen Magnentius & uenit in Italiã. Reparatoq; denuo exercitu, tentauit euentũ, ſed uictus fugit Lugdunũ, ſibiq; ipſi mortem cõſciuit, menſe imperij 42. Habuit tunc Conſtãtius in oriente conſortem imperij Gallum nomine, qui cum ſceleratiſſime uiueret, 4. imperij ſui anno interẽptus eſt, ſicq; rerũ ſolus Conſtantius potitus eſt. Poſt hęc Mediolani Iulianũ patruelẽ Galli fratrẽ Gallijs prefecit, Cęſarẽ fecit adoptauitq;, & ſororẽ Helenã uxorem dedit, mortuus tandem febri ardente anno imperij 38. *Magnentius arripit imperium.*

42 **Iulianus** filius Conſtantij Conſtantini Magni fratris, bonæ indolis puer, ab initio apparuit, & inſtitutus in Chriſtianiſmo, cœpit inde fidei eſſe deſertor, quin & cõtra Chriſtianos edidit librũ, quẽ tamẽ argutiſſime Cyrillus epiſcopus Alexandrinus confutauit. Gallijs primũ fuit præpoſitus, unde & in cãpis Argentoratenſibus in paucis militibus infinitas hoſtiũ copias deleuit. Cum itaq; re bene geſta in Gallijs ſæpe hoſtes ꝓfligaſſet ultraq; Rhenũ coẽgiſſet, cõcordi aſſenſu à militib. uocatus eſt Imperator & auguſtus. Erant tunc domandi & profligandi Perſæ qui per 60. fermè annos ſæuiſſima cædiũ monumenta in oriente fecerãt, Romanis exercitibus ſępe repulſis atq; deletis. Cum his ardebat Iulianus cõgredi & in flore ætatis Parthicũ nomen affectabat. Itaq; cum ingenti apparatu uenit Conſtãtinopolim & hinc trãſmiſſo Boſphoro à Chalcedone Nicomediã proceſſit, quę tum terrę motu corruerat, inde Antiochiã perueniens hyemauit ibi. Sequenti uere Hieropolim profectus in Meſopotamiã ſigna mouit, atq; hinc traiecto fluuio pugnã iniit cum Perſis, acceptoq; letali uulnere & manu cruore repleta ut Deo noſtro blaſphemaret, in aẽrem ſanguinẽ proijciens dixit: uiciſti tandẽ Galilæe uiciſti. Sic enim Chriſtũ uocare ſolebat, cum Chriſti cultores impios Galilæorũ appellaret filios, ipſe impiiſſimus & fraudulentiſs. cum nominis contumeliã ſe eis inferre ſic putaret. Cumq; paulatim ſanguine uacuatus circa noctis ferè mediũ ſpiritus deficeret, popoſcit aquã, epotaq; frigida aqua, uita ſolutus eſt cum imperaſſet ſolus annum unum, menſes ſeptem, ab eo autem quod Cęſar fuit annos ſeptem. Hic quanquam Chriſtianos nimium infectaretur, ſanguine tamen abſtinuit. Chriſtianos ſchola tum prohibuit, ne doctores artium liberalium eſſent, unde materia deeſſet & paulatim ingenium fidei defendendæ. *Iulianus iuxta Argentinam pugnat.* *Viciſti Galilæe*

43 **Iuuianus** ſeu Iouinianus eligit Imperator à militibus, quum Iulianus in exercitu orietali interijſſet, licet paulo ante cum Iulianus lege ab exercitu exegiſſet Chriſtianos, cingulum militiæ deſerere quàm Imperatori obtemperare maluiſſet. Electus autem Romanum exercitũ traiecit ultra Tigridem fluuium, ibiq; ictum eſt fœdus pacis ad annos 30. non ſine calamitate Romani imperij, datis obſidibus nobilibus. Reſtituit deinde Iuuianus ſacerdotes & epiſcopos præſertim Athanaſiũ magnũ, qui prius ſub Conſtãtio & Iuliano pulſi erant Cumq; uenijſſet ad locum qui eſt inter Bithyniam & Galathas, nocte mortuus inuentus eſt cum imperaſſet menſibus ſeptem, anno ætatis 33. *Athanaſius reſtituitur.*

44 **Valentinianus** ab exercitu Nicææ in Bithynia eſt Imperator electus, atq; Valens frater collega imperij deſignatus. Valens itaq; Conſtantinopolim concedens bella geſſit in oriente, Procopium deuicit & occidit.

Poſtea Arrianus factus Chriſtianis orthodoxis multa incõmoda intulit. Valẽtinianus uero Saxones Germanię populos tumultuãtes domuit, ubi & Gratianũ filiũ appellauit Auguſtũ. Paulo poſt apoplexia tactus uoce amiſſa ſenſu integer expirauit anno ætatis 55. imperij uero 11. Hic fuit erga Deum ualde pius & à iuſticia nunq̃ alienus. At Valens cum in ſua hęreſi perſeueraret & multa bella contra Gothos gereret, tandem magna clade uictus & in fuga uulneratus ſagitta decidit ex equo, acceptusq̃ eſt in uile tugurium circa Hadrianopolim, iuxta quod palearum ſtrues erat cumulata, quod igne ſuppoſito in flãmas ſolutum, Imperatorem Valentem abſumpſit. Locus enim ſeptus ab hoſtibus, quia primo impetu capi nõ potuit, dum uictor Alanus Imperatorem perſequitur, inſcius illic eum latere, ignem iniecit quo concrematus eſt. Periſt aũt anno ætatis 50. imperij 16. Anno Chriſti 378.

Valens hæreticus.

45 **Gratianus** filius Valentiniani Imperatoris, à patre inſignibus imperij eſt ornatus, princeps religioſus erga Deum, pudicus ac uerecundus, liberalis & comis in proximũ, feciq̃ participem regni Valentinianũ fratrẽ. Fuit Gratianus admodum iuuenis, quando immenſa hoſtium multitudo irrupit in Galliam, cui obuiam profectus, fudit circa Argentoratũ triginta millia Alemãnorũ. Deinde miſit Theodoſium magiſtrum militum cum exercitu contra Gothos in Thraciam, & re bene geſta fecit illum conſortem imperij, tradito ſibi oriente cum Thraciæ imperio. Gratianus uero dolo & inſidijs Maximi, cum annis regnaſſet 15. anno ætatis 29. interijt. Valentinianus iuuenis in orientem ad Theodoſium properans, ab eo liberaliter eſt exceptus, admonitusq̃ ne ſectaretur Arrianã perfidiam. Theodoſius quoq̃ ingentes copias ordinauit contra Maximum tyrannũ, cepitq̃ eum circa Aquileiã & occidit. Valentinianus uero ab Italia in Gallias profectus, dum Viennæ negligentius moraretur, fraude Arbogaſti Alanorum pręfecti noctu in cubiculo ſtrangulatus eſt anno eius imperij 18.

Apud Argentinam cæduntur Germani.

46 **Theodoſius** Imperator Traiano moribus & corpore perſimilis fuit, tam uultu q̃ ſucceſſu. Nã & eminẽs utriuſq̃ fuit ſtatura, par cæſaries, ingentes oculi, uterq̃ comis ac clemens. Vinolentiã tamen & triumphãdi cupiditatem plus deteſtatus eſt Theodoſius q̃ Traianus. Ipſe imperiũ Rom. q̃d negligentia trium principũ & diſſenſione partiũ dilaceratũ erat, rurſum inſtaurauit, filioſq̃ conſortes imperij fecit. Arcadiũ orienti & Honorium occidenti præfecit. Ipſe uero Mediolani conſenuit, ex ſenio in morbum incidens defunctus eſt anno ætatis 60, imperij autem 17. Corpus eius fuit Conſtantinopolim translatum ibiq̃ ſepultum, & diuus Ambroſius habuit funebrem orationem poſt obitum eius.

47 **Arcadius** orientis & Honorius occidẽtis factus eſt poſt mortẽ patris Imperator, erantq̃ ambo filij iuuenes quũ imperiũ capeſſerent, & undiq̃ plures orti ſunt tyrãni & duces mali, Alaricus ſcilicet in oriente, Gildo in Africa & poſt eum in eadẽ prouincia Maſcezel, Stilico in occidente, per quos Gothi irritati diripuerunt Romã & ferè totam Italiã, quod tamẽ Honorius homo ſocordis ingenij parum curauit, etiamſi Conſtantinũ militiæ magiſtrũ cum exercitu miſerit contra Vuallem regem Gothorum ad liberandas Gallias, ſed qui à Gothis circa Arelatũ occidit. Moritur quoq̃ Arcadius cum regnaſſet annis 13. ſuperſtite filio Theodoſio, qui regnũ paternũ poſtea adminiſtrauit. Mater eius Eudoxia fœmina arrogans & ſuperba, cuncta ſuo arbitrio agebat. Caſtigata autem ob id à uiro ſancto Io. Chryſoſtomo, induxit maritum Arcadiũ, ut uiro ſancto exilium indiceret. Qui ad deſerta Armeniæ delatus indignãte populo quòd tantus uir ſine cauſa exilio mulctaretur, cum diem obijſſet, haud prætereunt tres menſes ab eius obitu, cum & Auguſta diuina ultione moritur. Tempore eĩm partus, fœtu in utero mortuo, in aſperrimis doloribus & cruciatibus mortua eſt. Interim uero Honorius in conſortem imperij accepit Conſtantium, cui & ſororem deſponſauit, qui magna indole ſuſtulit tyrannos atq̃ domuit barbarorũ impetus, qui Galliam, Britanniam & Hiſpaniam infeſtabant. Sublatus tamen eſt Conſtãtius immatura morte ſeptimo menſe poſtquã Cæſar appellatus eſt. Non longe pòſt Honorius quoq̃ mortuus eſt cum regnaſſet annis 31. nulla ſuperſtite prole.

Io. Chryſoſtomus in exilium mittitur.

48 **Theodoſius** orientis & Valentinianus occidẽtis Imperator, ſub idem tempus Rom. rexerũt imperiũ. Theodoſius fuit filius Arcadij & Eudoxię, feciq̃ Valentinianũ conſobrinũ ſuum Cęſarẽ, uir Chriſtianiſs. lõgo in perij potentatu afflictus, tandemq̃ febre ſolutus, cum regnaſſet annis 48. Nam cum Honorio patruo regnauit annis 21. & cum Valentiniano genero 27. Valentiniano itaq̃ imperãte

plurimi

plurimi hoſtes in occidente & Africa ſurrexerunt, quibus neq; uiribus neq; conſilio undique obſiſti potuit, incumbentibus undiq; barbaris, Genſerico in Africa, Attila Hunorũ rege in Europa, qui Rom. imperium cupiebat ſubuertere & Gallias occupare, & Theodorico Gotho in Gallia. Confoſſus eſt aũt Valentinianus conſilio, ut aiũt Maximi (qui & ſtatim arripuit imperiũ) poſtq; imperauit annis 30. Vixit plurimũ Rauennæ, eſtq; ab eo urbs ipſa cum murorũ refectione, tum publicis exculta ędificijs, factaq; caput 14. urbiũ. Fuit hic Valentinianus ultimus Imperator occidentis, donec poſteris temporib. Carolus Magnus rurſum Imperator eſt factus. Durauit hæc imperij diuiſio, à Cõſtãtino magno ad Valentiniani huius tertij tempora annis circiter 120. ad annum ſcilicet Chriſti 456. quãdo orbis monarcha Conſtãtinopoli regnãs orientis Imperator dicebaẽ. Huic uero additum collegã Cęſarem qui Romę rebus præſidebat, occidentis Imp. dicebant, cõfuſoq; ordine multa geſta ſunt, præſertim poſt Valentiniani tempa. Multi eñ cõſtituti ſunt Imp. aliqñ quidẽ ab Imperatorib. Conſtantinopol. aliquando à ſenatorib. Rom. & aliqñ à milite quem Imperator Conſtãtinopol. habuit in Italia. Quin & ſummus dux belli nõnunq; deſignauit Imperatorẽ, quidã etiã ſua autoritate arripuerunt imperiũ. Quibus tamen omnibus ſuum inſtituũ infeliciter ceſſit, quum nullius ſtabile & diuturnũ fuerit regnũ. Aut eñ cito interfecti ſunt, aut expulſi, aut ſua ſpõte depoſuerunt imperiũ, uidentes res Romanorũ indies ire in pręcipitiũ. Horum autẽ nomina fuerunt, Maiorianus, Seuerianus, Anthemius, Oreſtes dux exercitus imperialis, qui filium ſuum Auguſtulũ fecit Cæſarẽ in Italia. Recte quidẽ is fuit Auguſtulus, infelicis ominis nomen ſortitus, ſub quo auguſtiſs. impium in tantas fuit redactum anguſtias. Videntes autem extraneæ nationes, Italiã penitus neglectã ab Imperatore Conſtantinopolitano, cœperunt moliri res nouas, & contra Romanum imperium inſurgendo libertatẽ ſuam aſſerere. Exortæ eñ ſunt bellaciſſimæ Vandalorũ, Gothorum, Francorum, Longobardorũ & Herulorum gentes, una cum multis alijs, qui ubi proprios ex ſuis reges creauerunt, contra occidentis Imperatores armis ſumptis rebellarunt.

Auguſtulus.

Romanum imperium inuaditur a tyrannis.

VBi Valentinianus Romæ à ſuis occiſus fuit, ſurrexerunt multi tyrãni, Romã & imperium ipſum inuadentes, quorum primus fuit Maximus ciuis Romanus, quem Genſericus Vandalorũ rex ex Africa euocatus trucidauit. Quem ſubſecuti ſunt & alij multi, qui ex imperio latrocinium fecerunt. Quum eñ Auguſtulus imperiolo præeſſet occidentis, penetrat Odoacer Herulorũ rex cum inſtructiſſimo exercitu ẽ Germanorũ populis collecto in Italiã. Cui ad Ticinũ Oreſtes Auguſtuli pater occurrens, memorabili pugna uictus & cęſus eſt. Quare Auguſtul. purpura & imperiali dignitate præmetu abiecta, Roma fugiens diſcedit. Odoacer uero urbẽ uictor intrat & totã Italiã occupat, mutatoq; nomine eã à ſe Odoacriã denominauit. Sic qdẽ Rom. imperium in uniuerſum ſublatũ & oppreſſum defecit, circa annũ Chriſti 471. Odoacer eñ in urbe Roma ſui regni ſedem cõſtituẽs, in eadẽ annis regnauit 14, idq; tãta cum potẽtia tantisq; uiribꝰ, ut nullis Zenonis impatoris Conſtãtinopol. uel cõſilijs uel armis eijci potuerit. O Italia, ubi nunc tua potentia atq; fortitudo? Tu olim tua potentia ſubegiſti nationes & populos, quinetiã uniuerſum orbẽ. Tu recepiſti regibus & principib. terras eorũ, fuitq; nomẽ tuum formidabile toti mundo, & iam ſinis alienum hominẽ eumq; plebeium ingredi & te ſibi ſubiugare. Cœpit aliqñ imperium tuum ſub potentiſſimo Auguſto, & iam ſub Auguſtulo penitus ruit & deficit. Quæ hæc rerum mutatio? Occupata itaq; ab Odoacro tota Italia, miſit Imperator Conſtantinopol. Theodericũ regem, qui ex Gothis fuit, cum grandi exercitu, tradiditq; ei Italiã, ut eſſet rex in ea, id tamẽ ſed difficulter obtinere potuit. Multoeñ labore Odoacrũ qui ex Hunis erat, tandẽ interfecit & Italiã ſibi ſubiecit. Factus eſt proinde idẽ Theodoricus Arrianus, afflixitq; multum catholicos. Succeſſerunt ei in regno Theodatus, Vitigis & Ildouadus, qui omnes Gothi erãt. Deinde ijdẽ crearunt Totilã regẽ. Interea autẽ tẽporis & Lõgobardi irruerunt in Italiã, à quorũ ingreſſu obſtupuit Romanũ imperiũ. Quod audiens Imperator Conſtantinopolitanus, miſit in Italiam legatum Longinum nomine, qui Rauẽnę cõmorans, cõtinuit Impatoris ciuitates, quas adhuc in Italia habuit in officio. Non erat tunc ullus exercitus in Italia, q hoſtilibus irruptionib. reſiſteret, ſed quælibet ciuitas prouirili ſua defendebat ſe contra hoſtium impetum. Tunc quoq; iuſſu Iuſtiniani Im-

Italia Odoacria.

Habetur quoque infrà in Vngaria hæc hiſtoria.

peratoris nouus fuit per Longinum in Italia inſtitutus magiſtratus, quem Exarchatũ Ra-
Exarchatus Rauennenſis. uennenſem dixerunt. Nam exarchus ſeu uicarius Imperatoris Conſtãtinopol. Rauennæ
uerſabatur, non Romæ, quòd illa barbarorum irruptionibus miſere uaſtata & direpta iace
bat. Id autem factum eſt anno Chriſti 570. Duravit hæc Italiæ adminiſtratio annos 75. uſq;
ad annum Chriſti 750. & fuerunt interim quatuordecim exarchi.

Longobardi occupant Italiam.

LOngobardi uerò qui ſeſe iam in Italiã inſinuauerãt, Rauennã forti manu obſidẽt,
oppugnant & tandem capiunt, ſimulq; Imperatorẽ omni iuriſdictione Italica pri-
uant. Sicq; factũ eſt, ut Luitprandus Longobardorũ rex regnandi cupidine & am-
bitione flagrans, eam Italiæ partẽ quę Conſtantinopol. Imperatorib. ante ſubiecta fuerat,
Longobardi erigunt regnũ in Italia. ſuo regno uendicaret, & finitimis urbibus circumquaq; captis, ipſam quoq; Rom. urbem
obſidione pmeret. Quod uidentes Veneti, Pont. Rom. & reliqui populi Italiæ, auxiliũ &
defenſionẽ quærunt, non apud Imperatorẽ Conſtantinopol. quòd is negligens eſſet ad tu
endã Italiã, uel ut alij dicunt, quòd ſimultas quædã nata eſſet inter Rom. Pont. & Impera-
torem ratiõe imaginũ ſanctorũ, ſed Papa legatũ miſit ad Carolũ Martellũ regiæ domus in
Gallijs pfectum, rogauitq; illum ut laborãti Romæ & eccleſiæ ſuccurreret. Nec ſpreuit põ
tificis preces Carolus, quin Luitprandũ regẽ amica exhortatione retraheret ab urbis obſi
diõe & Rom. graui periculo liberaret. Et tunc qdem eccleſię tutela primũ ab Imperatorib.
Græcis ad Gallorũ principes eſt translata. Olfaciens aũt Leo Imperator Conſtant. qd futu
rum eſſet, nẽpe ut ſe reiecto Pont. Rom. aliũ conaret in occidente creare Imperatorẽ, miſit
alium exarchũ Euriſthiũ nomine in Italiã, monens eum ut Romanũ Pontificẽ qui hæc mo-
liebatur, & ei adhærentes quoad poſſet uexaret, Longobardos uero ut amicos tractaret.
Longobardi ergo ab incœptis non deſiſtentes, ſed ſub Aiſtulpho rege Romanorũ agros
& fines aſſiduis bellis uexantes, Stephanus Papa ad Pipinũ regem cõfugit, ab illo ſuppli-
Pipinus fuga currit Rom. pontifici. citer petens, ut Romanę eccleſiæ laboranti ſuppetias ferret & a Longobardorũ tyranide
liberaret. Pipinus qui paulò ante regiam dignitatẽ acceperat, detruſo legitimo rege in mo
naſterium, memor accepti beneficij, collecta ualida manu alpes ſuperat, & ad ipſas mon-
tium fauces occurrentibus ſibi Longobardis prælio aggreſſus uictoria potit, regemq; il-
lorum Aiſtulphum Papiæ incluſum armis extorquet, & ad conditiones pręſcriptas cogit.
Sed Aiſtulpho nihil eorum quę promiſerat pręſtante, Pipinus ſequenti anno nempe anno
Chriſti 756 magno armorũ apparatu ingreſſus eſt Italiam, Longobardorũ uires oppreſſit
& Rauennatẽ exarchatũ & quæcunq; alia Italiæ loca quæ Imperatori & imperio antehac
ſubiecta fuerant Romanæ ſedi donauit. Vnde factum eſt, ut Imperator Græcus, antea qui
dem Longobardorũ armis Italia pulſus, recuperandi uero iure & iuſtæ poſſeſſionis titulo
nondum ſpoliatus, nunc his quoq; in uniuerſum amiſſis, totaq; Italia eiectus, omne quod
in hoc tenuerat imperiũ amiſit. Potuiſſet quidem ulciſci hanc illatam iniuriam, niſi Sarace-
norũ impeditus fuiſſet armis, qui aſſiduis bellorũ incurſionibus uexabãt orientis imperiũ.
Quare Gallus Chriſtianiſſimus. Pipinus autem ampliſſimis hiſce beneficijs ſuis in Romanos pont. collatis, auguſtũ Chri-
ſtianiſſimi regis titulum ſibi & ſucceſſoribus ſuis meruit in hodiernũ uſq; diem, quo etiam
hodie Francorũ reges ſuperbiunt, hanc nimirũ ob cauſam, q quæ ad Imperatorẽ in Italia
pertinuerunt loca, ex Longobardorũ manibus aſſerta Rom. donarunt eccleſiæ. Et cum ad
huc ultimus Longobardorũ rex Deſiderius in Romanum Pontificẽ Adrianũ aliquid mo-
liri cœpiſſet, ille Carolum Pipini filium pro defenſione ſedis apoſtolicæ implorauit. Et fa-
cile quidem quod uolebat impetrauit, ob beneficia in ſuum patrẽ & auum collocata. Mox
enim cum exercitu in Italiam penetrat Carolus, Deſideriũ cum exercitu ſuo occurrentem
Longobardorum regnum extinguitur. acri prælio fundit & oppida illorum omnia in deditionẽ accepit, captumq; regem una cum
uxore atque liberis in Galliam exulatum relegat. Et ſic Longobardorum regnum, quod
annis plus ducentis in Italia obtinuerãt in uniuerſum deletum eſt, anno ſcilicet Chriſti
776. Carolus uero Pipini filius & Francorum rex poſtquam hæc geſta ſunt, fœdus cum
Rom. Pontificibus perpetuum iniit, ſimulq; quod pater Pipinus Romano Pont. donarat,
idipſum amplioribus priuilegijs & iureiurando interpoſito confirmauit. Timentes autem
Romani pontifices (ut quidã ſcribunt) ne Saracenis in oriente domitis, Imperator Græco-
rum Rauennatẽ exarchatum cum alijs locis ad imperium pertinentib. denuo ſibi uendica-
re conaret, perſpectũ habentes Caroli Magni infractum animi robur, ſimulq; propenſum

erga

erga Romanã eccleſiã animũ, cogitare cœperunt de imperij translatione, perſuaſumq; fuit eis, Italię ſtatum incolumẽ, pacem atq; libertatem cõmodius reſtitui non poſſe, quàm ſi no uus in Occidente Imperator electus omnem imperij dignitatẽ & eiuſdem curam ſuſcipiat. Mouerũt hæc multorũ animos, resq; ipſa perficit anno Chriſti 801. decernitq; Rom. Pont. ipſum Carolum magna uoce Imperatorẽ ac donat diademate Romæ in baſilica diui Petri, acclamante Rom. populo ter, Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori uita & uictoria. Et quãuis hæc iniquius ferrent Imperatores Græci, quo minus tamẽ fierent, obſtare nõ potuerunt, bellis impliciti. In hunc itaq; modũ Rom. imperiũ fuit inſtauratum, quod iam 330. ferè annis apud Græcos fuerat, corrueratq; in Italia. Habuit autẽ Carolus ſubiectã Galliã, Germaniã, Britanniã & Italiã, tametſi bonã partem de Italia Romano Pont. unà cum urbe Roma tradiderit, quam alij errãtes Conſtantini donationẽ uocant, cum tamẽ nullis hiſtorijs probari poſſit Conſtantinũ & ſuos ſucceſſores poteſtate ſua Romæ priuatos fuiſſe aut alijs Italiæ ciuitatib. quouſq; Huni, Gothi & Longobardi irruerunt in Italiã & uendicarũt ſibi certas quaſdã ſedes, ac deinde per Carolum magnũ tota fuit alienata à iuriſdictione Græcorũ. De hoc infrà quoq; apud 27. Imperatorẽ Conſtãtinopolitanum. Manſit autẽ imperium Romanũ iam innouatũ apud Carolum Magnũ & poſteros eius uſq; ad annum Chriſti 905. Tunc Berẽgarius qui in Longobardorũ terris principatũ obtinebat, totí Italiæ ſua potentia moleſtus eſſe cœpit, afflixitq; eam multis modis. Quod cum innotuiſſet Ludouico tertio, quem Boſonis regis Prouincię ac Burgundię filium quidam ſcribunt, profectus eſt in Italiã ut illum ab ea arceret. Exiſtente uero Ludouico Veronæ intromiſſus eſt clam Berengarius in ciuitatẽ, cõprehendensq; Ludouicũ eruit illi oculos, obtinuitq; regnum in Italia. Paulo poſt circa annum Chriſti 913. quum omne ſemen uirile de Carolo Magno defeciſſet, cõtendebant pro Rom. imperio tres nationes, nempe Itali, Galli & Germani. Quin & Imperator Conſtantinopolitanus nullum non mouens lapidem, bellis quoq; laceſſiuit Italiã, ſubordinans etiam Saracenos, qui ingreſſi illam perderent. Germani tamen retinuerunt imperiũ, ut ſuo loco dicturus ſum. Berẽgarij quoq; & alij quidã homines qui de nullo regio ſtẽmate fuerunt orti, cõtenderunt aſcendere ad regiũ faſtigium quiſq; pro ſua libidine, partim factione & partim armis illud uſurpare conãs, etiam cum in Germania interim imperialis ſedes non uacaret. Durauit hęc Italię cõfuſio annis circiter 50. quouſq; Otto primus in Italiã profectus, captum Berengariũ ſecundum duxit Bambergã, ubi & mortuus eſt, ſubiecitq; rurſum Italiã imperio Germanorũ. Deinde uero Ottones, Henrichi & Friderichi imperatores multa aduerſa perpeſſi ſunt in Italia. Redacta eſt quoq; Apulia & Neapolis in regnum hæreditariũ. Ciuitates aũt iſtę. Mediolanũ, Florentia, Genua, Venetiæ & aliæ nõnullæ defecerunt ab imperio, & nõnunq; rurſum coactæ ſunt ſuo magno malo ad obediendũ Imperatori, ſed illico iterum ſubtraxerunt ſe à iugo, ut ſuprà de Mediolano indicauimus. Veneti quoq; latius graſſati ſunt cũ par erat, adhæc perditi quidã & ignaui Imperatores cœperunt pro pecunia impignorare aliquas ciuitates, aut accepta ſumma pecuniæ fecerunt illas liberas, abſoluentes eas ab obedientia imperij, eoq; tandem uentum eſt, ut Romanus Imperator præter nudum titulum nihil habeat in Italia. Ventzeslaus etiam alienauit Genuam ab imperio, tradiditq; eam regi Franciæ, & hæc una fuit ratio, quare depoſitus fuit ab imperiali dignitate. Ludouicus Imperator Bauarus acceptis ſex millibus aureorũ à Florentinis, liberos eos reddidit. Carolus quartus Bohemus accepit pecuniã à Vicecomite Mediolanenſi, qui imperij Vaſallus in Longobardia erat, & creauit illũ ducẽ ſuper Mediolanũ, cũ annexa ditione melior pars imperij fuit in Italia. Sicq; ſenſim deplumata eſt Romana aquila, ut uix illi ad uolandũ pẽnę ſuperſint. Cęterum quomodo in Germania quoq; ſit deplumata, audies infrà in ſuis quibuſq; locis.

Carolus Magnus fit imperator.

Conſtãtini donatio nulla.

Multi contenduñt pro Rom. imperio.

Imperij Romani tenuitas.

Deplumata aquila.

Sequuntur hiſtoriæ quædam memorabiles, quæ in Italia ante & poſt Chriſtum natum contigerunt.

ANno ab urbe condita 384. ante uero Chriſtũ natum ferè annis 300. ingens uniuerſam Romam peſtilentia corripuit, nata quidem non ut aſſolet plus minúsue ſolito tempore ex turbata temperie, hoc eſt, ex intempeſtiua hyemis ſiccitate, aut ex repentino ueris calore, aut ex incongruo humore æſtatis, uel ex autumni pinguis indigeſta illecebra, uel expirata de Calabrię ſaltibus corrũpente aura, quę repẽtinos acutarum

rum infirmitatũ ſolet afferre trãſcurſus, ſed grauis diuturnaq́ incidit, q̃ in nullo ſexu erat diſpar, in nulla ętate diſſimilis, quin cunctos per bienniũ iugiter tabe confecit, ut etiã quos non egit in mortẽ, turpi macie exinanitos afflictosq́ dimiſerit. Sequẽti anno ſecutũ eſt ſatis triſte prodigium. Siquidem in medio urbis foro terra diſſiliit, uaſtoq́ prȩrupto hiantia ſubito inferna patuere. Quod cum diutius ad ſpectaculum ita maneret, cunctisq́ terrorem inferret, tandem interpretantibus aruſpicibus, obſtrui barathri amplitudinem poſſe, ſi in eo quod eſſet Romæ prȩcioſiſſimũ mitteretur, uoluntariè diu iactatis inaniter monilibus matronarũ, M. Curtius eques Romanus, domo clarus, militiæ inſignibus ſumptis cum equo ſe in id barathrũ prȩcipitauit, ſicq́ cõcluſum eſt. Addunt quidã, ſed quod alij negant, illum antea poſtulaſſe hoc unũ, ut ſibi integro anno liceret per ſingulas noctes dormire cum qua uellet fœmina, & tum illum ſua ſpõte ſe præcipitẽ daturum in hiantem



ſpeluncam. Id cum obtinuiſſet exactusq́ eſſet annus, munitus armis, conſcenſo equo, manibusq́ prehenſa lancea, inſiliit intrepidus in barathrum, quod illico eſt clauſum.

Bellum primum Punicum.

ROmanus populus domita ſubactaq́ Italia à condita urbe uſque ad quingenteſimum annum, qui ferè annus eſt ante Chriſtum natum 270. ſequentibus ducentis annis Africam, Europam, Aſiam, totum denicq́ orbem terrarũ ſibi ſubijcere ſategit. Cumq́ à terra fretum uſque ueniſſet, & uideret opulentiſſimam in proximo prædam, Siciliã ſcilicet, adeo cupiditate eius exarſit, ut ad continentẽ ſuam abſciſſam bello reuocandam putaret. Nec occaſio defuit, quum de Pœnorum impotentia, Meſſana fœderata ciuitas quereretur. Affectabat enim ut Romanus ita Pœnus Siciliam, & eodem tempore paribus uterque uotis ac uiribus imperium orbis agitabat. Igitur ſpecie quidem ſocios iuuandi, re autẽ ſollicitante præda, rudis ille populus atrocia terra mariq́ inchoat, perficitq́ contra Carthaginenſes bella, quæ & ad 21. aut 23. annum extendit, adeoq́ conterit, ut Afri cogantur mittere Romã & orare pacem. Fecerunt tamen Carthaginẽſes cum Romanis his cõditionibus pacem, ut decederent Sicilia, Sardiniaq́ & per cõtinuos uiginti annos perſoluerẽt puri argenti tria millia talentorũ. At modicã illã Romę lȩticiã, ſuperueniens repente quàm grauiſſimus luctus oppreſſit. Siquidem diuerſę ignium aquarumq́ clades penè abſumpſere urbem. Nam Tiberis inſolitis auctus imbribus, omnia Romæ ædificia in plano poſita deleuit. Et quæ ſegnior redundatio tenuit, madefacta diſſoluit, & quæ curſus torrens inuenit, impulſa deiecit. Hanc aquarum cladem grauior ignis ſecuta eſt uaſtatio. Is enim plurimas ciuitatis partes peruagatus, tantum opus uno conſumpſit incendio, quantum plurimæ & peregrinæ uictoriæ conferre non potuerunt.

Tiberis inundatio.

Alterũ bellum Punicum.

Deinde anno ab urbe condita 534. bellum Punicũ ſecundum eſt Romanis illatum per Hannibalem Carthaginenſiũ ducem, quoniam iam dudum Hamilcari patri ad aras iurauerat, cum adhuc nouem eſſet annorum, ſe ut primum poſſet aduerſus Romanos pugnaturum. Hãnibal ergo Saguntum florentiſſimã Hiſpaniæ ciuitatem Romanis amicam oppugnare aggreſſus eſt, annũ ætatis agens 20. Huic Romani per legatos denũciauere, uti bello abſtineret. Is legatos Romanorum ad ſe miſſos iniurioſiſſimè eſt auerſatus. Miſerunt quoq́ Romani Carthaginẽ, ut mandaretẽ Hãnibali, ne bellũ cõtra ſocios Rom. populi gereret. Durũ reſpõſum à Carthaginenſib. datũ eſt. Sagũtini interea fame uicti & octauo demum menſe expugnati, ultimis afficiuntur pœnis. Quib. hoc antè portenderat triſte prodigiũ. Nã quũ penè mulier enixa eſſet, in uterũ regreſſus infans, ciuitatis excidiũ ſignificauit. Profectus eſt aũt cum exercitu Cornel. Scipio in Hiſpaniã, & Tib. Sempronius in Siciliam. Porro Hannibal relicto in Hiſpania fratre Haſdrubale, Pyrenæos montes tranſiuit,

inter

inter ferociſſimas Gallorũ gentes ferro uiã aperuit,& nono poſt die á Pyrenæo ad alpes peruenit. Vbi dum montanos Gallos repellere cum ab aſcenſu obnitentes bello ſuperat, atq; inter inuias rupes igni,aceto,ferroq; uiã aperit nono poſt demũ die cũ maximo labore ad plana peruenit. Tradit ad Italiã cum 100.millib. peditum&20.millibus equitum,37. ſimul elephantos adduxiſſe. Cognito Hãnibalis ad Italiã aduentu exercitus Sempronij & item Scipionis apud Ticinum Hannibali occurrerunt,cõmiſſoq; prælio Romanus exercitus pene totus fuit extinctus. Tunc ſe Hannibali multi Itali dedere. Et cum is per Apenninum in Hetruriã tranſiret,in niuibus magnus hominum numerus, iumenta plurima & elephanti pené omnes frigore perieruut. Deinde in Arno fluuio magnã quoq; ſociorum iumentorumq; partem perdidit. Et Hannibal oculum quo iam dudum in alpibus æger erat, uiolentia frigoris,uigiliarũq; ac laboris amiſit. Paulo poſt ad Traſumenũ lacum in Flaminio 25.millia Rom.ſunt occiſa. Deinde apud uicum qui Cannę appellat,in Apulia rurſum pugnat,uincũturq; ambo cõſules,& ſternit Romanus exercitus. Nam in ea pugna 44.millia Romanorũ ſunt interfecta. De exercitu uero Hannibalis tria millia cęſa ſunt & magna pars ſauciata. Nec dubium eſt, ultimũ illum diem Romani ſtatus futurũ fuiſſe,ſi Hannibal mox ad perſuadendã urbem cõtendiſſet. Sed ſic ſucceſſu belli elatus eſt, ut neminẽ ciuium ſuorum in caſtra ſua admitteret,ſed reſponſa eis per interpretes daret. Hannibal Romanis obtulit ut captiuos redimerent,at ſenatus reſpondit ei,eos ciues non neceſſarios,qui cum armati eſſent,capi potuiſſent. Ille omnes poſtea uarijs ſupplicijs interfecit. Quibuſdã imapedum amputauit,alios in caſtris binos inter ſeipſos dimicare cõpulit, nec ſpectaculum finiebatur quàm unus cædibus ſuperfuiſſet,ſed & ipſe iugulandus. Pro teſtimonio uero uictoriæ ſuæ,tres modios annulorum aureorum Carthaginẽ miſit,quos ex manibus interfectorum Romanorũ equitum, ſenatorũq; & militum detraxerat. Vſq; adeo autẽ ultima deſperatio reipub. apud reſiduos Romanos fuit, ut ſenatores de relinquẽda Italia, ſedibusq; quærendis conſiliũ ineundum putarint,niſi Cornelius Scipio tribunus tum militum,idem qui poſt Africanus eſt dictus,diſtricto gladio decreuiſſet ſingulis mortẽ inferre minitans, ac potius pro patriæ defenſione in ſua uerba omnes iurare coégit. Cum itaq; fortuna diu à parte Hannibalis fuiſſet, relicto eo demum ad Romanos eſt uerſa, & Claudius Marcellus procõſul Hãnibalis exercitũ prælio fudit primus. Qui poſt tantas reipub. ruinas ſpẽ fecit Hannibalem poſſe ſuperari. Occidunt quoq; in Hiſpania á Romanis 25.millia & capiuntur decem millia. Nam uno tempore quatuor locis pugnabat. In Italia cõtra Hannibalem in Hiſpania contra fratrem eius Haſdrubalem,in Macedonia contra Philippum, in Sardinia contra Sardos & Carthaginenſes, & ubiq; Romani cœperunt potiri uictoria. Occiſa fuerunt in Sardania 12.millia, ſubactaq; eſt á Romanis Sardinia. Vide mirabilem fortunæ inconſtantiam. Quando ærarium populi Romani egenam ſtipem priuata collatione poſcebat,miles in caſtris non niſi aut puer aut ſeruus aut ſceleratus aut debitor,ſenatus in curia omnis nouitius penè uidebatur, poſtremo quum imminutis fractisq; omnibus rebus deſperaretur & conſilium de relinquenda Italia ſubiretur, eo inquam tempore cum unum domeſticum bellum nullo modo ferri poſſet, inſuper tria bella trãſmarina ſuſcepta eſſent atq; unum in Italia gereretur,in omnibus Romani deſperando pugnantes uicerunt. Decimo anno poſtquam Hannibal in Italiam uenerat, mouit exercitum de Campania uerſus Romam incredibili totius ciuitatis metu, infeſtusq; acceſſit ad portam Collinam,cui cum exercitus Romanus obuiã ueniret, Hãnibal circiter nouẽ millia hominũ interfecit. Scipio uero annos natus 24. imperium in Hiſpania proconſulare ſortitus, Pyrenæũ tranſgreſſus, primo impetu Carthaginem nouam Hiſpaniæ cepit, ubi ſtipendia maxima, præſidia ualida, copiæ auri argentiq; magnæ Pœnorum habebantur & nobiliſſimi hoſpites, quos ab Hiſpanis acceperant. Ibi etiam Magonẽ fratrem Hannibalis captũ cum cęteris Romã miſit. Romæ ingens lętitia poſt hoc fuit. Hannibal uero interim frequenter dimicans cum Romano exercitu, uicit aliquoties, donec tandem Conſul Romanus ex eius exercitu interfecit octo millia,cõpulitq; Hannibalem cum reliquis fugere in caſtra. Interea & Q. Fabius Maximus expugnato Tarento deleuit ingentes Hannibalis copias atq; triginta millia hominum captiuorum uendidit,prædam militibus diſpartiuit, pecuniã hominum uenditorũ ad fiſcum retulit. Tum multæ ciuitates quæ ad Hannibalẽ tranſierant rurſus ſe Fabio Max. ſubdiderũt. Deinde ob deſperatas res in Hiſpania, Haſdrubal in Italiã uocatus & proditus,ab exercitu Rom. interfectus eſt, caputq; eius Hãnibali ante caſtra,pięctũ eſt.

Hannibal Italiã ingreditur.

Hannibali uictoria.

Hannibali fæcunditia.

Scipio Africanus.

Sardinia ſubacta.

Hannibalis frater in Italia interfectus.

Quo

Quo uiſo & ſimul clade Pœnorum cognita (fuerunt enim cum Haſdrubale occiſa 59. millia Pœnorum) fugit Hannibal ad Brutios. Poſt hæc anno continuo ceſſatum eſt à tumultu bellico, quia inquietudo morborum in caſtris erat & graui peſtilentia uterq; exercitus angebatur. Cœpit & Hannibal diffidere de belli euentu, Romanis autem ingens acceſſit animus. Cõmendat uehementer Hannibal ob ſummã prudentiã & aſtutiã, qui tot annis manebat in terra hoſtiũ ſuorũ cum ſuo exercitu, quem collectũ habebat ex tam uarijs hominib. qui diſſimiles habebant mores, leges & linguas, diuerſiſq; utebant ueſtibus & armis, & tamen Hannibal tanta eos gubernauit prudentia, ut nunq; inter eos aliquis oriret tumultus aut ſeditio, etiã quum nonnunq; magna laborarent uictualium penuria, ſtipendiũq; in multum differretur tempus.

Hãnibalis ſumma prudentia.

Anno 14. poſteaquã in Italiam Hannibal uenerat, Scipio qui multa bene in Hiſpania egerat, cõſul creatus in Africã eſt miſſus, pugnãsq; contra ducem Pœnorũ interfecit eum & 11000. Pœnorũ. Deinde noctu cõcubia fecit incendi hyberna Pœnorũ & Numidarũ, ad quem ignem extinguendũ Pœni inermes cõcurrentes, 40. millia hominum de Carthaginenſib. & Numidis igni & ferro abſumpta ſunt, capta quinq; millia. Pœni uero exercitũ reparãtes & cum Scipione cõgreſſi, uicti fugerũt, duxq; eorũ Syphax captus Romã cum infinitis ſpolijs miſſus eſt. Qua re audita, omnis ferè Italia Hãnibalem deſeruit, ipſe à Carthaginenſib. redire in Africã iubet, quam Scipio uaſtabat. Ita anno 17. Italia ab Hannibale eſt liberata, quam flens dicitur reliquiſſe, omnibus Italici generis militibus qui ſequi nollent interfectis. Legati Carthaginenſiũ pacem à Scipione petierũt. Ab eo ad ſenatum Romã miſſi ſunt & induciæ datæ, quouſq; redire poſſent. Porrò Hannibal frequentibus prælijs à Scipione uictus, petere & ipſe iam cœpit pacem & colloquium Scipionis. Vbi cum ſe diu attoniti admiratiõe mutua duo clariſſimi duces toruè ſuſpexiſſent & colloquium inter utroſq; eſſet, diſplicuerunt Carthaginenſibus cõditiones, iuſſeruntq; Hannibalem pugnare. Eſt ergo prælium conſertum, quod diu magnis ducum artibus diſpoſitum, magnis copiarum molibus geſtum, quale uix ulla memoria fuit, cum peritiſſimi uiri copias ſuas ad bellum educerent. Scipio uictor redijt, 80. elephanti capti & occiſi, Carthaginenſium militum interfecti uiginti millia & quingenti. Hannibal inter tumultum elapſus Adrumetum confugit, poſtea Carthaginem uenit. Inuenta in caſtris Hannibalis argenti pondo uiginti millia, auri octoginta. Hannibalem Campaniæ luxurijs immorantem prouincia delicioſa ſuperauerat. Dum em̃ aquis innatat, dum piſcibus atq; oſtreis paſſim inficitur, dum olet, dum potat, dum dormit, aquarum reſolutio molliuit Punicam feritatem. Igitur poſt id certamen Carthaginenſes nullam eſſe reſiduã ſpem niſi in petenda pace perſuaſi, ut pax daretur denuo ſupplicauerunt. Pace autem conceſſa, pluſq; quingentæ naues in altum productæ in cõſpectu ciuitatis incenſæ ſunt, & Scipio iam tunc cognomento Africanus cum ingenti gloria triumphans urbem ingreſſus eſt. Finitum eſt autem hoc ſecundum Punicum bellum poſt annum 19. quàm cœperat. Hannibal uero clam ex Africa metu profectus ne Romanis traderet, ad Antiochum migrauit, ſed ſequẽti anno cum pro Antiocho pugnaret à Scipione Africano nauali prælio uictus eſt. Victo deinde quoq; Antiocho à Romanis, Hannibal ad Pruſiam Bithyniæ regem fugit, ne Romanis traderetur. Cumq; & ab illo per Romanos repeteretur & iam tradendus eſſet, bibit uenenum & apud Lybiſſam ſepultus eſt. De bello tertio Punico infrà ſcribã in Africa, quomodo ſcilicet Romani miſſis copijs & duce Scipione minori, expugnauerunt & exuſſerunt Carthaginem, populumq; captiuum abduxerunt.

Hannibal Italiam relinquit

Hãnibalis mollities.


Scipio Africanus.

Hannibalis mors.

Cimbricum bellum.

ANno ab urbe condita 642. hoc eſt, ante Chriſti aduentum anno cẽteſimodecimo, uel ut Crantius habet anno quinquageſimo, habuerũt Romani ingens prælium aduerſum Cimbros, Teutonas, Tygurinos, & Ambronas, Gallorum Germanorumq; gentes, quæ tum imperium Romanum extinguere conſpirauerant. Numerus eorum taxatur ad trecenta millia armatorum hominum. Cimbri ipſi putantur originem ſumpſiſſe ex Dania & reliquis regionibus ſeptentrionalib. Expulſi enim per maris inundationẽ, primum dicunt ſedem tranſtuliſſe ad Danubium, ac inde profecti per Heluetiam uenerunt in Hiſpaniã. Quam cum grauiter incõmodaſſent, profligati ſunt armata manu per Celtiberos, expulſiq; Hiſpania uenerunt per Galliam ut ingrederentur Italiam. Alij ſcribunt Cimbros profectos patria, duxiſſe per Saxoniã quę nunc eſt Vueſtphalia & inde

inde transmisso Rheno in societatẽ belli ex Gallijs accepisse Amburones & Tigurinos. Mittentes autem legatos ad senatum, petierunt ut aliquid terræ sibi daret quasi stipendiũ, cæterum ut uellet manibus atq; armis suis uteretur. Sed repulsi à senatu, quod nequiuerant precibus, armis petere cõstituunt. Sed nec primũ impetũ barbarorũ Sillanus, nec secundũ Manlius nec tertiũ Cepio sustinere potuerũt. Omnes fugati & exuti castris sunt. Manlius consul interfectus est, duoq; filij eius cæsi, octoginta millia Romanorũ sociorumq; ea tempestate trucidata, quadraginta millia calonum atq; lixarum interfecta & ex omni penitus exercitu decem tantum homines, qui miserum nuncium ad augendas miserias reportarẽt, superfuisse referuntur. Hostes binis castris atq; ingenti præda potiti, noua quadã atq; insolita execratione cuncta quæ ceperant pessundederũt. Vestes scissæ, aurum argentumq; in flumen abiectum, loricæ uirorum cõcisæ, phaleræ equorũ dispersæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis in collo inditis, ex arboribus suspẽsi sunt, ita ut nihil prędæ uictor, nihil misericordiæ uictus cognosceret. Maximus tunc Romæ nõ solum luctus, uerumetiã metus fuit, quantus uix Hannibalis tẽpore Punicis bellis, ne confestim Cimbri alpes transgrederentur, Italiamq; delerent. Missus autem C. Marius & Q. Catulus posuerunt castra ad Aquas sextias, ubi Isara & Rhodanus in sese confluunt, ubi Cimbri cum uniuersa colluuie tribus agminib. Italiã petere destinarũt. Sed Marius occupatis cõpendijs prævenit hostẽ, & mox iusto certamine cõpositis ordinibus bellum gestũ est & uicere Romani. Quarto die rursus productæ utrinq; acies in campum usq; ad meridiem simili ferè pugnarunt discrimine. Post uero meridiem incalescente die fluxa hostium corpora in modum niuium tabuerũt, & usq; in noctem cędes potius quàm pugna est protracta. Ducenta millia armatorum Gallorũ, qui à parte Cimbrorũ fuerunt, in eo bello interfecta sunt, octoginta millia capta. Relicta sunt in eo loco ex cadauerib. resolutis tot ossa, ut Massilienses posteris annis macerias facerent circum uineas ex ossibus occisorũ. Sunt etiã qui scribunt terrã adeo fœcundatã & pastinatam cruore & carne humana, ut multo fertilior posteris ẽporibus fuerit reddita q; antea extiterit. Cæterum Teutones & Cimbri integris copijs alpiũ niues emensi, Tridentinis iugis in Italiam prouoluti ruina descenderãt, traiectoq; Athesi flumine, Romam infesto agmine aggredi statuerũt. Sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est ob cœli soliq; clemẽtiam, eorum robur elanguit. Vsu itaq; panis & carnis coctæ, dulcedine præterea uini mitigatos, Marius in tempore haud procul à Verona aggressus est. Fuit tanta eorum feritas ut læti perirent in bello, in morbo autem cum lamentis. Die itaq; ad pugnã & campo dato, cæduntẽ ad centum & quadraginta millia Cimbrorũ. Sed addidit Imperator Marius uirtuti dolũ, sequutus artẽ Hãnibalis. Primũ nebulosum nactus diem, ut hosti inopinatus occurreret, tum uentosum quoq; ut puluis in oculos & ora ferretur, tum acie conuersa in orientẽ, splendor hostium hebetauit oculos. Ita factũ est ut tãta ac tam terribilis multitudo, minima Romanorũ clade, sua aũt ultima internitione cæderetẽ. Centũ & 40. millia eorũ tunc in bello cęsa, 40. millia capta dicunt. Romani milites ex utroq; exercitu Marij scilicet & Catuli trecenti periere. Nec minor cũ uxorib. eorũ tunc pugna q; cum ipsis fuit, quum obiectis undiq; plaustris atq; carpẽtis, alte desup quasi è turribus lanceis cõtisq; pugnarẽt diuq; Romanis obstiterunt. Sed cum ab eis nouo cędis genere terrerentẽ (abscisis emm cum crine uerticibus, inhonesto satis uulnere turpes relinquebantẽ) ferrum quod in hostes sumpserant, in se suosq; uerterunt. Siquidẽ quædã concursu mutuo iugulatæ, aliæ apprehẽsis inuicẽ faucibus strãgulatę, aliæ funibus per equorũ crura consertis, ipsisq; cõtinuo equis extimulatis, postq; suas ijsdem funib. quibus equorũ crura nexuerãt, indidere ceruices, protractæ atq; exanimatæ sunt, aliæ laqueo de subiectis plaustorũ temonibus pependere. Ita in his duobus prælijs 340. millia sunt cæsa & centum quadraginta millia capta absq; innumera multitudine mulierũ, quæ se suosq; paruulos fœmineo furore, ui autẽ uirili necauerũt. Actum fuisset illo tẽpore de Roma, si Marium Romani nõ habuissent. Idcirco dicit Plutarchus, illum tertium fuisse, qui Romam reparauit.



Romani à Cimbris cædũtur.

Cimbrorum interfectio.

Cædũtur Cimbri.

Mulierũ Cimbrarũ occisio.

Summa Cimbrorum interfectorum.

Compulsus

Compulſusq; tamen fuit in hoc prælio, excitare omnes Romanorũ uires. Exhortatus fuit omnes, quotquot Romanorũ fuerũt amici aut ſocij. Exhauſit etiam omnẽ ferè Romanorũ theſaurum, ut ſufficientẽ ſibi pararet militem. Quin ad urbem reuocauit omnes fugitiuos, homicidas & mortem cõmeritos, quò copias ſuas augeret hoſtibusq; reſiſtere ualeret.

Gothi uaſtant Italiam.

ANno poſt Chriſtum natum 412. Alaricus rex Gothorum diſcedens ab urbe Conſtantinopolitana uenit in Illiricum & omnia ſubuertit. Poſt hæc Italiam ingreſſus cum ab Honorio ſedes, quo cum ſuo exercitu conſiſtere poſſet, expeteret, Honorius deliberato conſilio Gallias eiſdem conceſſit. Sed dum in itinere irritantur in rabiem furoris excitati, cœptum iter deſerentes Romam contendunt petere, & cuncta per quæ iuerunt igne atq; ferro uaſtant. Obſidione autem Romam cingentes, in tantã neceſſitatem eam cogunt, ut ciues præ fame humana ueſcerentur carne. Capientes autem urbem triduo deuaſtant & diripiunt eam, quæ antea longo tempore regna & terras ſpoliauerat. De qua re diuus Hieronymus ſic ſcribit. Miſeranda res eſt, ut ea urbs iam capiatur, quæ antea totum ceperat mundum. Incenderunt quoq; Gothi plurima urbis ædificia, & multos ſenatorij ordinis diuerſis ſubdidere ſupplicijs, dato tamen prius præcepto, ut ſi qui in ſancta loca, præcipueq; in baſilicas Petri & Pauli confugiſſent, hos in primis inuiolatos ſecuroſq; eſſe ſinerent, deinde in quantum poſſent prædæ inhiantes à ſanguine temperarent. Deinde per Campaniam & Brutiam ſimili ſtrage Gothi bachantes Rhegiũ peruenerunt, in Siciliam transfretare cupientes. Sed perpeſſi naufragiũ, plures ſuorũ ibi amiſere. Quare conſilium mutare cogunt. In reditu rex morbo correptus, ſubita morte Conſentiæ moritur. Viſigothi dum grauiſſimè eum lugent, & ne qua in eius oſſa uindicta fieri poſſet ſtolida pietate reformidant. Deriuato nanq; quodam fluuio, in alueo ſepulchrũ ſtatuũt, ibiq; Alaricum regem cum precioſa ſupellectili recondunt, moxq; reuocato fluuio ne quis Italus eius monumentũ ſcire poſſet, foſſores obtruncant. In Alarici uero locum Athaulfum regem affinem eius conſtituunt. Redeunteſq; Romam, ſi quid reſiduũ fuit, more locuſtarum eradunt. Voluit hic rex delere nomen Romæ, eamq; deinceps appellare Gothiam, ſed impeditus eſt.

Romani ad inediam ſummam coguntur.

Alarici ſepultura.

Huni uaſtant Italiam.

ANno Chriſti 454. cum ex longa obſidione cunctam regionẽ Foroiulienſem & circumiacentem exercitus Attile expoliaſſet, & non minori fame atq; penuria obſidentes quàm obſeſſi laborarent, ita quòd capiendæ urbis Aquileienſis quaſi deſperaſſet, & die quadam rex Attila muros ciuitatis cerneret, conſiderauit ciconias quæ in turribus ciuitatis nidificauerant, uno impetũ ex urbe migrare atq; fœtus ſuos exportare, deprehẽdit magnam intus eſſe famẽ, auemq; præſagire quod futurum erat in ciuitate, nempe illam interitui proximam. Exhortatus eſt ergo populũ ſuum, ut uirili animo urbem oppugnarẽt, illisq; langueſcẽtibus alios ſubſtituit in eorum locum, quouſq; muri ſunt diruti. Tunc hoſtis ingreſſus diripuit urbẽ, interfecitq; omnes tam ſenes quàm iuuenes, exceptis pulchrioribus mulieribus, quas ad illecebras reſeruarunt. Traduntur cæſa illic ſupra 37. millia hominũ, & tandem urbs etiam incenſa. Fuit in ciuitate mulier forma & diuitijs inſignis, ſed pudicitiæ laude in primis uenerabilis, quæ ubi barbari hoſtis iram & libidinem per omnia fœda & immania, uictoria abutentem uidit, uitam potius quàm pudicitiã amiſſura, domeſticã turrim præterfluenti Nataſoni imminentẽ conſcendit, obuoluq; ca-



Aquileia expugnatur

tōq; capite in ſubiectum turri gurgitem ſe præcipitauit. Profecti autem inde Huni diruẽ/runt Paduam, Veronam, Vincẽtiam, Brixiam, Bergomum, &c. Tunc etiam ob metũ Hu norum cœpta eſt ædificari urbs Venetorum. Excíſis itaq; regijs urbibus, Ticino atq; Me/diolano & alijs locis uaſtatis, dum tyrannus Romam quoq; pararet irrumpere, Leo papa ad eum acceſſit, eum̄q; adeò mitem reddidit, ut illico promiſſa pace firmiſſima ultra Da/nubiũ abierit, non rediturus amplius. Cum milites eius de hoc mirarentur, dixit ad eos At tila. Stetit ſupra me uir grauis, qui nudato gladio mihi cõminatus eſt mortem, ſi oblatas Pontificis preces non admiſiſſem. Diſcedens autem Attila, continuo rebus humanis ex/ceſſit, & humani generis diutinę uexationi finem aliquando uel mortuus attulit.

Venetiarum conſtructio.

Vuandali uaſtant Italiam.

ANno Chriſti 456 uenit Genſericus rex Vuandalorũ ex Africa ducens ſecum tre/centa millia hominum, collectorũ ex omni natione atq; ex uarijs populis, & diri/puit in urbe tam eccleſias quàm domus ſine ullo diſcrimine. Ingenioſiores uero artifices & alios inſignes uiros miſit in Africam. Poſtea diſpoliauit Capuam, No lam & ferè totam Campaniam.

Gothi rurſus affligunt Italiam.

ANno Chriſti 545 Totila à copijs Gothorum rex effectus, mox Italiam incẽdijs & populationibus deuaſtauit, inuaſaq; Sicilia ad urbem properat quã obſidione cin/git ac tanta fame perurget, ut obſeſſi radicibus & carnibus canũ ſtomachi rabiem domare cõtenderint. Tandem uero proditione Iſaurici militis Totila cepit ciui/tatem. Deiectis autem mœnijs ac bonis omnibus direptis, multis interfectis urbeq; incen/ſa, Pelagius diaconus occurrit illi cum euãgelico codice, precabaturq; miſericordiã. Tũc iuſſit Totila ut ceſſarent interficere ciues: qui uero ad direptiones excurrere uellent, illis non eſſet prohibitũ. Incẽdit aũt capitoliũ igne, unde plura alia palatia fuerũt quoq; cõbu ſta, & homines reſiduos abduxit & diſtraxit in Cãpaniæ ciuitates. Senatores uero accepit obſides, euacuauitq; in hunc modum Romam, ut quadraginta diebus urbs ſine habitato/ribus uacua ſtaret, quoniam tredecim diebus flamma quotidie domos depaſcebatur. To/tila uero expugnato interim Spoleto, demolitus eſt muros eius. Oppugnauit quoque Ra uennam. At Beliſarius patricius grauí dolore cõmotus reparat interim urbem eamq; mu/nitionibus circumſepſit & ciues expulſos redire iubet. Inſtaurauit enim muri ruinas, pro/fundasq; fecit circũ muros foſſas, erexit turres ligneas & parauit ſe ad reſiſtendum hoſti. Accepto hoc nuncio Totila, cum infeſto exercitu ad euertẽdam urbem redijt. Cum quo Beliſarius cõgreſſus, licet uiribus impar, ſic eum in fugam uertit, ut plures Tiberi demer/gerentur quàm gladio caderent. Cumq; Beliſarius uocaretur Conſtantinopolim ad Cæſa rem, Totila interim occupauit urbem, ſed non ſæuijt in ea quemadmodum antea fecerat, nec quicquam demolitus eſt. Audiens autem Auguſtus quibus calamitatibus ſubijcere/tur Roma, miſit Narſen cubicularium ſuum Romam cum manu ualida, fecitq; eum Exar chum Italiæ, ut afflictæ Romæ quantocyus ſubueniret. Is ad Italiã ueniens cum Longobar dis fœdus inijt, & ad Alboin legatos dirigit, quatenus ei pugnaturo cũ Gothis auxiliũ mi niſtraret. Tunc Alboin electa è ſuis manu, direxit qui Romanis aduerſum Gothos ſuffra gium ferrẽt. Qui per maris Adriatici ſinum tranſuecti ſociati Romanis, magnũ cum Go/this certamẽ iniere. Quibus ad internitionem penè cõſumptis, regem Totilam, qui ultra decem annos iam regnauerat interfecit. Deinde urbes eorum munitas duas capiens, Ve/ronam & Brixiam & Romanam ciuitatem, uniuerſamq; Italiam ad reipub. iura reduxit & Longobardos honoratos multis muneribus ad propria remiſit, omniq; tẽpore quo Lon/gobardi poſſederunt Pannonias, Romanæ reipub. aduerſus æmulos adiutores fuerunt.

Roma capitur.

Roma habita toribus uacua.

Totila interficitur.

Diluuium fuit in Italia.

Anno Chriſti 590 fuit aquæ diluuium in finibus Venetiarum & Liguriæ, cæteriſq; re/gionibus Italiæ, quale maximum poſt Nohæ tempora creditur nõ fuiſſe. Factæ ſunt lacu næ poſſeſſionum ſeu uillarum, hominumq; pariter & pecudum magnus interitus. Deſtru/

u cta ſunt

cta ſunt itinera, diſſipatę uiæ, tantumq; Atheſis fluuius excreuit, ut urbis Veronenſis muri ex parte una ſubruti fuerint. Fuit autem inundatio illa kalendis Nouembris. Quin & tantæ coruſcationes & tonitrua tunc fuerunt, quantæ uix æſtiuo tempore fieri ſolent. Tiberis quoq; Romæ in tantum excreuit, ut aquę eius ſupra muros influerẽt, & maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alueum eiuſdem fluuij cum multa ſerpentiũ multitudine, draco etiã mirę magnitudinis per urbem tranſiens, uſq; ad mare deſcẽdit. Subſecuta eſt ſtatim hanc inundationẽ grauiſſima peſtis, quam inguinariã appellant, quæ tãta clade populum deuaſtauit, ut ex inæſtimabili multitudine uix pauci remanerent.

Peſtis grauis.

Concilium Aquileiẽſe.

Anno Chriſti 625 celebratum eſt Aquileiæ quintum generale concilium, in quo condemnati ſunt hæretici, qui dixerunt uirginẽ Mariam ſolum hominem & nõ deum genuiſſe.

Anno dñi 1112 cõflagrauit urbs Florẽtinorũ, interfecitq; incẽdiũ duo millia hominũ.

Anno Chriſti 1475 coriarius quidam ciuis Tridentinus amiſit in hebdomada ſancta, quã pœnoſam uocãt, puerũ natum annos duos. Requirens autẽ eum per omnes uicos & minime inueniens, ſuſpitio ſubijt animum eius, puerum ſublatum à Iudæis in eadem habitantibus ciuitate. Vnde magiſtratum conueniens ciuitatis, aperuit illi animi ſui angorem, indicauitq; ſuſpitionem. Annuit facilè magiſtratus, ut inquiſitionem faceret per ſingulas Iudæorum domos, ſi quo pacto, perditum infantem reperire poſſet. Facta itaq; ſcrutatione, puerum non inuenit. Mox autem ſequẽti dominica die Iudæi epiſcopum ciuitatis adeuntes, exponunt illi, ſe in fluuiolo Ruſch appellato, inueniſſe infantulum quendam Chriſtianum, idq; intra domum Samuelis Iudæi, aquæ impetu illuc impulſum, rogantes ut à ſe tollerent eũ. Tunc ſubordinati ſunt quidã, qui diligentius cõtemplarentur & inſpicerent puerum. Accedentes ergo domum Samuelis, inuenerunt puerum indutum madidis ueſtibus, perinde quaſi fluuius eũ illuc ſuo curſu impuliſſet. In corpuſculo uero eius uarias inuenerunt punctiones, quibus impij homines innocẽtem puerum ob Chriſti odium interfecerunt. Interrogati uero Iudæi quomodo puer ad ſe ueniſſet, reſponderunt ſe neſcire, putantes tamen ipſum aquæ impetu illuc delatum. Comprehenſi ergo & tormentis affecti, cõfeſſi ſunt facinus, ordineq; retulerunt omnia, quomodo habito cõſilio unũ ex ſe delegerint, qui Chriſtianum puerum clam adduceret, quem mactarent & crucifigerẽt tempore paſchali. Tobias itaq; miniſter impietatis, allectum ad ſe puerũ Simonem nomine, introducit in domum Samuelis, offertq; hoſtibus Chriſti ibi congregatis mactãdum. Qui arripientes infantem, primum adhibuerunt collo eius mantile, ne uagire poſſet, & extenſis brachijs in modum crucis, primo priapulum, mox genam dextram præciderunt. Inde quiſq; forpice carnem cõuellit ac ſudibus præacutis pupugere. Portantes autem extinctũ & ſauciarum corpuſculum in ſynagogã & rurſum deferentes in domum Samuelis, proiecerunt in fluuium. Habita ergo diligenti examinatione, fuerunt omnes Iudæi, qui ad hoc facinus conſpiraverant, dignis ſupplicijs exterminati.

Puer à Iudæis comprehenditur.

Puer à Iudæis crucifigitur.

Turca per mare anguſtum uenit in Italiam.

ANno Chriſti 1480 Veneti ſolicitati à Cæſare & Romano pontifice, ruperunt fœdus ictũ cum Turca. Quod Turca ægreferens, traiecit mare Adriaticũ, idq; eo loco ubi mare illud ſummas habet anguſtias, & ubi ex Macedonia in Apuliam non numerantur niſi 55000 paſſus, & quo in loco Pyrrhus rex olim deliberauerat cõdere pontẽ, per quem utrãq; committeret terram: per has inquam anguſtias irruit Turca in Apuliam & obſidẽs Hydruntum expugnauit ipſum. Sęuiensq; paſſim in omnes, occidit ciuitatis epiſcopum & omnes ſacerdotes atq; plebeios quoſq; ſibi occurrẽtes. Florem iuuẽturis abduxit, & muliebrẽ ſexum libidine ſua dehoneſtauit. Potiti hac uictoria barbari, cœperũt ſtatim uicina oppida ſollicitare ad deditionẽ, diſcurrũtq; igni & ferro omnia perdentes. Et niſi Mahumetes cito de medio ſublatus fuiſſet, nõ modo de Apuliæ regno, ſed de tota Italia actũ fuiſſe credebatur. Tunc maluiſſet pontifex Romanus, pecuniã à Chriſtianis undiq; prætextu Turcæ expugnandi collectam, ſe pro tuendis Chriſtianæ religionis terminis expẽdiſſe, quàm in propinquos ſuos collocaſſe. Scripſit quidẽ literas ad principes & implorabat opem illorum contra Turcam, at illi altum dormientes ſomnum inſenſibiles erant, Matthias tamen Vngariæ rex expeditionem mouit in Turcam, recupe-

Pontificis Romani fraus.

rauitq;

uitq; regnũ Boſnæ, quod Turca antea coronæ Vngariæ ademerat. Matthia uero nõ multo poſt ab humanis exempto, Boſna rurſum uenit ad manus Turcarum.

Bellum graue contra Venetos.

ANno domini 1508 & ſequentibus annis, Venetis amplũ & uarium fuit bellum, magnum & memorabile. Quatuor reges cum Heluetijs & tota Italia in eos mouerunt arma, atq; infeliciter cum Gallis pugnatum & ad hoſtes deſcitum eſt. Poſtea rebus Venetis acciſis, ſubijt ſpes habendi Hiſpana auxilia, atq; illis conductis ſtipendio, reparandæ reipublicæ ſtudebatur, ſed fefellit Venetos uana ſpes, quia ab illis dolo decepti fuerunt. Denicq; accerſitis Heluetijs, fruſtra etiam confiderunt, quia Galli hoſtes expulſi, nec potuerunt Veneti rempub, reparare. Itaq; neceſſe fuit cum Gallis iterũ in amicitiam coire, atque illi uenerũt in Italiam, profligaueruntq; hoſtes Heluetios, & inde ſalus Venetis reddita, unde tantum uulnus prouenerat. Volebat Maximilianus rex coronam imperij ſuſcipere, miſſiſq; oratoribus ad Venetos, quærebat tutũ iter. Quod ueritus Gallorum rex, conabatur Venetos in Germanos inceſſere, quo ipſe facilius rem ſuam ageret, quam antea molitus fuerat. Itum itaq; eſt à Venetis in eam ſentẽtiam, ut fœdus ſancitum cum Gallis inuiolatum ſeruaretur. Quod Maximilianus ſupra modum aegre tulit, atque ſtatim bellum mouit. Tunc Venetorum & Gallorum & Italorum iunctæ ſunt copiæ contra Maximilianum uenientẽ per Tridentum. Paulo pòſt conciliauit ſibi Cæſar regẽ Gallorum, conſpiraueruntq; omnes unà cũ Iulio pontifice in Venetos. Erat Venetis pugnandum contra marchionem Mantuanum apud Aſulam, & ubiq; uires Venetorum debilitabãtur. Maximilianus per Tridentũ magnũ exercitum adduxit, & ex parte alia dux Ferrariæ Venetis terra mariq; bellum inferre cœpit. Volebat quoq; rex Hiſpaniæ à Venetis habere ciuitates in Apulia oppigneratas. Igitur patres Veneti trepidatione ducti, omnia ut cumq; petebantur tradebant. Iulio pontifici traditæ ſunt Ariminũ, Fauentia, Rauenna, Cernia: duci Ferrariæ tota Rhodigij peninſula, regi Hiſpaniæ ciuitates Apuliæ, regi Romanorum tradita eſt urbs Verona, Vincentia, & Patauium. Gallus obtinuit Brixiã, Cremonam, Cremam & Bergomum. Cum hæc agerentur, Venetus exercitus aſtu quodam recuperarunt Patauium, & ad ſeruandum ipſum omnia parabant ac faciebant contra hoſtium impetus, unde pendebat ſalus reipub. Venetorũ. Tandem pontifex ad Venetos declinauit, uariaq; euentu terra mariq; pugnatũ eſt. Modo Veneti, modo hoſtes uincebant, & multa oppida ſæpe capta & recepta ſunt. Tandem apud Rauennam atrox certamen fuit, & multi ex utraq; parte ceciderunt, nec incruenta fuit Gallorũ uictoria. Nam ex Gallis 6700 peditum ceciderunt, ex pontificis uero exercitu 800 milites & 7000 peditũ. Hac pugna facta, Veneti aſciſcunt ſibi Heluetios, ſed paulo pòſt inter Venetos & Heluetios ortæ ſunt diſcordiæ. Veneti recedunt à pontifice & confœderantur Gallo, atq; tam uaria fortuna iactantur Venetorum res uſq; ad annum Chriſti 1517. tunc finis belli fuit, in quo expenſa feruntur ad quinq; millia millium nummum à Venetis.

Galli & Veneti contra Maximilianum.

Pugna apud Rauennam.

Roma occupatur à Cæſareanis.

ANno Chriſti 1527 cogẽte magna famis neceſſitate, exercitus Cæſareanus, qui erat in Italia, feſtinauit Romam, uenientesq; in medium hoſtium (ſiquidem habebant ante frontem Romani exercitus potentiam, & à tergo alium exercitum ex populo pontificis, ex Gallis, Venetis & tota circumiacente Italia præter Senenſes, collectũ) miſit Borbonius ſummus Cæſarei exercitus dux tubicines ſuos nomine Cæſariẽ maieſtatis Romam, ſemel atq; iterum rogans, ut ciues ſibi & ſuis concederent tranſitum, darentq; pro iuſto precio cõmeatum. At Romani hoc pertinaciter & iniurioſis uerbis negauerunt. Tum dux rurſum poſtulabat ſibi nomine Imperatoris aperiri urbem. Ad hæc reſponſum eſt tubicini: niſi illico ſe reciperet ex urbe, futurũ ut ſuſpenderetur. Irritati Cæſariani initoq; conſilio irruperunt ui in quoddam ſuburbium & in palatium põtificis, occideruntq; circiter quinque millia Italorum, à parte autem ipſorum occubuerunt circiter trecenti Hiſpani, inter quos & dux Borbonius ictus bombarda interijt. Direptum itaque

Cauſa huius belli ſuprà ſignatur inter bella Mediolanenſium.



eſt ſuburbium, pontifex autem Clemens unâ cum Cardinalibus & epiſcopis fugit ad caſtellum S. angeli. Territi interea Romani, fugerunt quoq; & ipſi, neſcientes quo ſe uerterent, inſequentibus duobus ſignis Hiſpanorũ & paſſim eos interficientibus. Videntes autem Romani in quantis eſſent anguſtijs, rogabant Albertũ marchionẽ, qui natione Germanus erat, ut cõueniret militem Cæſareanum, ageretq; cum illo de pace, quibuſcũq; illa tandẽ obtineret conditionibus, modo ceſſarent à ſæuitia ſua. Quod cũ ille tentaret, nihil effeci, quin & uitã ſuã uix à morte eripere potuit. Nã captus fuit & priuatus omnibus bonis ſuis. Simili furore irruerunt milites in aliã urbis partem, inuadentes eam crudeli animo, perdentesq; quicquid inuenerũt, capiẽtes diripiẽtes, & cõfodientes quoſcunq; occurrentes. Capti quoq; fuerunt quidam cardinales, epiſcopi, prælati, monachi, & moniales, & magno ære mulctati, plurimi libri, bullæ papales, breuia, regiſtra & ſimilia reperta, omnia dilacerata & combuſta ſunt, nõ ſine magna iactura eorum quorum intererat. Item eccleſiæ ſanctorum Petri, Pauli, Laurentij, &c. fuerunt ſpoliatæ omnibus iocalibus & ornamentis. Interfecti quoque ſunt in templo diui Petri ante altare circiter ducenti homines, atq; in hunc modum tota urbs Romana ſpacio quatuordecim dierum fuit à Germanis & Hiſpanis grauiter afflicta & diſpoliata. Nec hic referendum, quanta libidine abuſus fuerit impius miles monialibus & puellis, nobilibus domicellis & honeſtis matronis, quas uiolatas Romani deinde magno ære coacti ſunt redimere. Corpora uero occiſorum, quorum referuntur fuiſſe octo millia, alij numerant decem millia, iacuerunt inſepulta quinque aut ſex diebus. Quidam ex militibus inſidentes equis & mulis, circuierunt quotidie plateas ciuitatis, uenerunt q; ante caſtellum S. angeli. Vnus autem ex ipſis impoſita triplici corona, indutusq; paludamento papali, ſtipatus multis militibus cardinalicio pileo, aut epiſcopali infula decoratus, in deſpectum pontificis magna pompa pertranſibat urbem, præcedentibus & ſequentibus curſoribus, fiſtulatoribus & tympanorum luſoribus. Tandem cum pontifex caſtello S. Angeli incluſus, uideret ſe non poſſe reſiſtere furenti militi, dedidit ſe his cõditionibus, quod ſatagaret dare Cæſari aliquot ciuitates, & militi ſtipendia ſolueret, quæ Cæſar à retroacto tempore debebat, quorum ſumma erat, circiter quadringenta millia ducatorum, & præterea ſua propria perſona ſe captiuum traderet, in manus Cæſaris. Mox ut has conditiones pontifex Cęſareanis præſcripſiſſet, eiſdemq; placuiſſent, recepta eſt arx ſancti Angeli, & poſita præſidia duorum ſignorum in eam, unum ſcilicet ex Germanis, & alterũ ex Hiſpanis, aſtrictiq; ſunt omnes captiui contra Cæſarem ne quicquam agere aut etiam moliri.

Cardinales & epiſcopi capiuntur.

Papa dedit ſe Cæſari.


Deſcriptio

DESCRIPTIO APVliæ. Item regni Neapolitani initium,

ſucceſſus ac multa bella propter ipſum geſta.



TEmpore Imperatoris Ottonis ſecundi, quando Italia in multa lacerata fuit dominia, & nemo non partem de ea habere ueller, non obſtante quod ſub Carolo magno, portio quædam Italiæ fuit regno oriẽtis adſcripta, nempe Neapolis & Apulia cum reſpondẽtibus maris mediterranei inſulis, ubi limes fuit deſignatus utriuſq; imperij Conſtantinopolitani & Romani, orta ſunt paulatim multa bella inter utrũq; Imperatorẽ atq; inter Imperatorẽ Conſtantinopolitanũ & Saracenos, uendicãtibus non raro ſibi Saracenis Siciliam & partem magnam Italiæ. Tunc enim nondũ fuit inſtitutum regnum Neapolitanum, ſed aliquot annis pòſt, reges Sicilię quos & Neapolitanos appellant ab eorum regia totiuſq; regni principe ciuitate Neapoli, genus à Normãnis habuiſſe cõſtat. Nam poſt imperij Romani fractas opes, pars illa Italię, cui Sicilia attributa erat, Gothis aliquando paruit, Apulia uero Calabriaq; Conſtantinopolitanis paruerunt Imperatoribus, ut diximus. Tandem uero uenerunt ſub imperium Normandorum. Fuit enim uir quidam in Normandia nomine Tancredus, qui genuit duodecim filios, pauperatecq; adactus uenit cum filijs in Italiam. Vbi cũ filij armis & ingenio præſtantes ſeſe exhibuiſſent uiros, facti ſunt quorundam locorum domini, potiſſimum autem ſubiugauerunt Apuliam & Siciliam, idq; circa annum domini 1008 quando Apulia erat comitatus ſicut & Sicilia. Succeſſu tamẽ tẽporis facta ſunt duo regna, licet initio circa annũ Chriſti 1050 unum fuerint regnum. Rex primus fuit Rogerius filius Roberti Normandi, nepos autem Tancredi, qui & titulum regis Italiæ ſibi conabatur uſurpare, ni pontifex Romanus illi obſtitiſſet, monuiſſetq; ut regio Siciliæ titulo cõtentus eſſet. Tranſactis deinde aliquot annis, diuiſum eſt regnum iſtud in duo regna, id quod infrà quoque dicemus, unum poſſederunt Aragoni & alterũ Galli. Aragoni obtinuerũt inſulam Siciliæ & Galli regnum illud quod eſt extra Farum. Et quoniã illius regni prima & uetuſtior ciuitas erat Neapolis, uocatum eſt quoq; regnum illud nouũ à regia urbe Neapolitanũ. Erecti ſunt quoque in eo aliquot ducatus & comitatus, complectiturq; dominium eius ferè mediam Italiæ portionem. Quicquid enim cõtinentis eſt ultra Romam, eſt de iuriſdictione regni Neapolitani. Veneti & Mediolanenſes poſſident priorem Italiæ portionem, quæ alpes ſcilicet contingit, interſperſis tamen ultra citraq; nonnullis principum ciuitatibus, & quibuſdam imperialibus, ſed quæ ſocordia aliquorum Imperatorum ab imperio ſunt alienatæ. Pontifex Romanus in hac Italiæ partitione ſuiipſius nõ oblitus, mediam & meliorem portionẽ uſurpauit, extenditurq; limes ſui imperij ad terminos regni Neapolitani, quod complectitur Campaniam, Apuliam & Calabriam. In his autem Neapolitanis prouincijs magni ſunt principatus & comitatus, inſignesq; ciuitates, præſertim principatus Tarentinus, ducatus Calabrienſis, ducatus Dyrracenſis, ducatus Sueſſanenſis, comitatus Laureranus, Nolanus, Grauinenſis, Pulcinẽſis, Caſertẽſis, &c. Inſignes autem ciuitates ſunt Neapolis, Caieta, Aquila, Capua, Luceria, &c. Quo pacto autem hæc Italiæ portio ad regale aſcenderit faſtigium, ſcribunt hiſtorici de ea re in hunc modum. Circa annum Chriſti milleſimum & quadrageſimum Robertus Normannus in defunctorum fratrum locum ſuccedens, Apuliam ſibi uendicauit & Nicolaus Romanus pontifex primus eum Calabriæ Apuliæq; ducem declarauit, certisq; conditionibus ſibi aſtrinxit, quas tamen ille reuocauit pontifice ab humanis exempto. Mortuo autem circa annum Chriſti 1077 Roberto, Rogerius filius eius principatum obtinuit in Neapoli & Sicilia, iurauitq; in uerba pontificis, nempe Anacleti, à quo rex fuerat declaratus, & cui opem tulerat contra alium pontificem in diſcordia electum. Anacletus uero cum non eſſet canonicè electus, fuerunt paulo pòſt acta eius caſſata & Rogerius regia dignitate priuatus. Quin & Innocentius ſecundus pontifex inito pontificatu contra Rogerium mouit, incautumq; aggreſſus illum in fugam egit. Interea autem Guilielmus Rogerij filius, qui ſe Calabriæ ducem ſcribebat, cum auxiliaribus interueniens copijs, obſidione patrẽ liberauit, ipſumq; Rom. pontificem & quoſdam cardinales cepit, nec eos dimiſit donec impetrauit quæ uoluit, excepto regni titulo. Interim uero antipapa quidam pontificatum inuadens & Innocentium in Galliam adigens, pellexit Rogerium, utriuſq; Sicilię



Limes Rom. et Cõſtantinopolitani imperij.

Normandi obtinẽt imperiũ Neapolitanũ.

Sicilia & Neapolis olim unũ regnum.


Erigitur regnũ Neapolitanum.

Principatus in regno Neapolitano.

Nortmanni Apuliam obtinẽt

cõcesso regni titulo, ut se pontificem salutaret. Innocentius uero ex Gallia reuersus unã cum Lothario, quem Germani principes Romanorũ regem creauerant, bellum suscepit in Rogeriũ, nec multo post eum regno Neapolis exegit, in insulam Siciliæ cõpulso Rogerio. Sed mortuo pontifice Rogerius omnia amissa recuperauit, tantum titulo regis Italiæ abstinuit, contentus in posterũ Siciliæ rex appellari. Bellum suscepit aduersus Pœnos, eosq; tot affecit cladibus ut regem Tuneti iniquis conditionibus impetrare pacem cõpulerit, pacto solutoq; stipendio circiter annos triginta. Fretus aũt tanta potestate in mari & continenti, fecit scribi in gladio suo hunc uersiculum.

Rogerij regis bellica uirtus.



Solutus est ab humanis anno salutis 1052. atq; in eius locum subijt Guilielmus filius, qui primũ graue dissidium habuit cum pontifice Romano, tandem uero factis pacis cõditionibus, pontifex Guilielmũ utriusq; Siciliæ regem declarauit, qui tamẽ mox apud Panormũ decessit anno 1166. in cuius locum successit Guilielmus secũdus filius eius, Alexandri tertij pontificis maximi gratiã promeritus. Et cum Panormi è uita sine liberis excederet, Clemẽs tertius põtifex in ius ecclesiæ regna tentauit asserere, sed utriusq; Siciliæ proceres in defuncti locum regem sibi creauere Tancredũ eius patruum, Rogerij ex pellice filium. At Celestinus tertius id non ferẽs, Henricum Aenobarbi filium Friderici Siciliæ regem declarauit, atq; eidẽ Constantiam Guilielmi secundi sororem monialem, permissuq; suo resecratã, tradidit uxorem, etiam cum illa rite iurasset in uerba religionis. Constituit autem pontifex Henricum sub certis conditionibus regẽ in Neapoli, nempe quod regnũ posceret tãquam dotem uxoris saluis redditibus quos pontifex annuatim ratione feudi leuabat. Placuit Henrico oblata conditio, recepitq; primò Siciliam ac deinde Neapolim. Inuentum etiam iuxta Neapolim Tancredum, interfecit exercitus eius. Rex uero Henricus, qui & postea Cæsar factus, genuit ex memorata Constantia filium Fridericum nomine, hæredem horum regnorum, qui imperator secundus huius nominis patri successit. Scribunt Historici quidam præsertim Krantius in sua Metropoli, mira de huius Constantiæ partu. Noua enim nupta, iam sexagenaria ferebatur, annos longè transgressa fœcundos. Medicorũ adhibita sunt cõsilia, ne sine hærede Siciliæ regnũ permaneret: spondent operam, spem largiuntur prolificandi uetulæ mulieri: intumuit uenter speratæ puerperæ, incertum quibus ex causis. Creditum est à multis pregnantem esse reginã, credidit cuius maximè intererat Imperator, ordinatum ut in publico ponerẽtur ad pariendum, auleis tamen ad pudorem circumpendentibus, prouisum ferunt, ut in horam partus ei alienus supponeretur, quem enixa regina uideret. Tres uno tempore mulierculæ non longè ab reginæ domo prægnantes non magno interuallo omnes peperere, physici, molendinarij, aucupis uxores, unius ex tribus, incertũ cuius infantulus affertur & supponitur, ut aiunt reginæ, ut ab illa progenitus è cæteris putaretur, auito nomine pater illum uocans Fridericum, mater suo de nomine dici cupiebat Cõstantinum. Ea ferebantur natalia eius Friderici, qui se orbis malleum prædicabat, qui cũ summis pontificibus grauissimas gessit simultates. Potitus autem Fridericus regno triginta annis, lapsus est in morbum, strangulatusq; in lecto à filio suo Manfredo, quem genuerat ex ancilla, feceratq; ducem Tarentinum. Habenas imperij suscepit ex eo natus Conradus, in cuius absentia Manfredus occupare regnum studuit. Conradus uero ex Alemannia reuersus (erat enim Sueuus sicut & maiores eius) primum Siciliam occupauit, deinde obsessam Neapolim fame domuit, compulsamq; ad deditionem, muros eius & non nullas publicas & priuatas ædes solo æquauit. Cumque potitus esset omni Sicilia, altero post eius aduentum in Italiam anno, diem clausit, non absq; suspitione dati ueneni ab eius medicis, à Manfredo pecunia corruptis.

Papa ius regni Neapol. usurpat.

Fridericus secũdus nascitur

Manfredi impietas.

De Italia

Conradini ultimi Sueuorum ducis fatum.

Cõradinus hæres Siciliæ.

INstituit Cõradus ex asse hæredem Henrici fratris sui filium Conradinũ, eius quem Fridericus in carcerem coniectum necauit, eiq; nominatim tutores ex Germania dedit, qui Siciliæ res impubere Conradino moderarentur. Hortatus quoq; est ad Cõradini fidem populos. Quo audito, Manfredus misit legatos in Germaniam, qui puerũ Conradinum ueneno extinguerent. At mater pueri summam habens curam, loco eius alium exhibuit puerum legatis, suspitionemq; quam de illis non inanem habuit, in pueri ostensi morte comprobauit. Nam offerentes legati puero aliquid ad edendum atq; recedentes, audierunt paulo pòst puerum extinctum, quem tamen Conradinũ esse putabant. Alij scribunt Manfredum in Italia publicasse, Conradinum fuisse mortuum, atque ob id se occupasse omnia regni loca & præsidijs firmasse, allegans se fratris esse hæredem. Opera enim eius attracti quidam ex Germania uenerant nuncij, qui flentes affirmabant, Cõradinum ab humanis exemptum. Manfredus etiam simulato mœrore, quo mendacio fidem faceret, exequias mortuo Conradino celebrauit, appellariq; cõtinuo rex edicto iussit, quin & omnem regiam gazam, quæ iam olim Panormi seruabatur, uoluit ex ærario ad se trãsferri: & colligens militem, extorribus Florentinis auxilia misit, Florentiam & fermè omnẽ Ethruriam occupauit. Erat autem Vrbanus quartus Rom. pontifex, cui Manfredi & prædecessorum eius insolentia ualde displicuit, perinde quasi illi tyrannicè egissent cõtra terras Romanæ ecclesiæ, atque ideo uocauit Ludouici Francorum regis fratrem Carolum nomine, qui comes erat Andegauensium prouinciæq; Narbonẽsis, & ei utriusq; regni Siciliæ concesso iure, primò mandat, ut incubatorem Manfredum ui deturbet, qui se beneficiariũ Romanæ ecclesiæ agnoscere recusabat; ac deinde iniũgit, quadraginta octo millia aureorum pendat Romanę ecclesiæ tributi nomine, atq; ad Romanum imperium se nũquam patiatur assumi. Veritus est enim pontifex, ne si Romanorum Imperator fieret, cum illo quoq; esset de iure ueteri imperij contendendum. Audiens uxor Caroli, maritum uocatum ad regnum, quæ tres habuit sorores reginas, ipsa autem comitissa tantum erat, sollicitat uirum sine cessatione, ne occasionem negligat, tandemq; suasu suo inducit, ut è Massilia cũ triginta triremium classe soluens & ostium Tiberis ingressus Romam cum coniuge ueneri, auriq; nummũ annuis sexaginta millibus Romanæ pacisceretur ecclesiæ, meruerit q; rex coronari & uxor regina. Tunc Carolus terrestribus copijs regni fines ingressus fratrem Manfredum persequitur, commissoq; prælio apud Beneuentum, Manfredum in acie interficit. Notandum hic, titulum regni Ierosolymitani annexũ esse regno Siciliæ propter uxorem Friderici secũdi Imperatoris, quæ filia fuit regis Ierosolymitani, attulitq; marito suo dotis loco titulum & ius quod pater habuerat ad memoratum regnũ Ierosolymitanum. Atq; hinc est, quod omnes reges Siciliæ sibi adscribunt titulum regni Ierosolymitani. Vt autem reuertamur ad res regni Siciliæ, sciendum, quod postquam Carolus Gallus occupauerat Neapolitanum regnum, erant multi in regno, qui desiderabant uerũ eius hæredem, nempe Conradinum, quem sciebant adhuc in uiuis esse. Euocatus ergo Conradinus uenit in Italiam, occupaturus auitum regnum. Cum autem Carolus Luceriam cœpisset expugnare, ecce nuncius uenit qui affirmabat Conradinũ adesse, regniq; ingressum fines. Territus Carolus de eius aduẽtu, coẽgit agmen aduersus hostem, fusisq; & fugatis hostium copijs, Conradinũ uiuum redegit in potestatem, circumductumq; per octo dies & publici spectaculi loco habitũ, perduxit Neapolim, ubi publico iudicio rei capitalis damnatum, securi percussit. Incidit autem hoc in annum Christi 1268. quo anno defecit ducatus Sueuiæ, ut infrà suo loco fusius sum scripturus. In gratiã deinde Ludouici Francorũ regis eius fratris, expeditionis aduersus Afros Carolus rex socius fuit, unde amisso fratre reuersus ad obsidendam Luceriam animum intendit.

Manfredus laborat pro regno.

Gallus uocatur ad Siciliæ regnum.

Manfredus occiditur.

Titulus regni Ierusalem.

Conradinus in suo regno occiditur.

Aragones obtinent regnum Siciliæ.

INſecuto tempore, anno ſcilicet ſalutis 1281. Siculi conſpirauerunt in Gallos: initium defectionis à Panormitanis eſt factum, uno eodemq; die quicquid in Sicilia Gallorum fuit, ad internitionẽ trucidatum, cõtinuoq; à Carolo ad Petrum Aragonum regem defecerunt, qui regis Manfredi filiam habuit uxorẽ. Veniens ergo Petrus cõflixit cum Carolo Caroli regis filio, uiuumq; in ſuam recepit poteſtatem, & primum in Siciliam atque mox inde in Aragoniam deduxit, quatuorq; annis in carcere detinuit. Factum eſt autem iſtud anno Chriſti milleſimo ducenteſimo nonageſimoſeptimo. Interim Carolus pater eius ex Gallia Neapolim rediit, urbem trepidam confirmat, ipſe cum copijs in Apuliã ſe confert, ut contractis undique nauibus in Siciliam trãjceret, ſed inter apparatum belli ſubita ui morbi correptus interijt, ſic Aroganus manſit rex Siciliæ. Cõpoſito uero tandẽ diſſidio, Carolus liber è uinculis dimiſſus eſt, deditq; obſides duos filios Carolũ & Ludouicũ, ipſe uero rex mãſit Neapoli, & Aragonus retinuit regnum Siciliæ. Poſt Carolum regni habenas tenuit filius eius Robertus, Calabriæ dux, cuius sororẽ duxit uxorem Iacobus Aragonus rex Siciliæ. Nec iſta affinitas fuit Carolo Neapolitano impedimẽto, quominus ſpreto fœdere poſt Iacobi Aragoni mortẽ agitaret cõſilia recipiẽdæ Siciliæ. Sed cũ aduerſam pugnam ſentiret, relicta Sicilia rediit Neapolim. Interea Fridericus Aragonus ſucceſſor Iacobi regis ducta claſſe in Calabriam, breui eam regionem in ſuam redegit poteſtatem. Defuncto rege Roberto circa annum Chriſti 1343 ſuperſtites fuerunt duæ ex defuncto iam Carolo filio eius neptes, ex quibus Iohanna maior natu, quæ nupſerat Andreæ Vngaro ſucceſſit in regno, uirumq; Andream ſuſpendio tollendum curauit ac Ludouico Tarentino principi, filio Philippi fratris Roberti regis iterum nupſit. Audito autem Ludouici regis Vngariæ Andreæ fratris aduentu, ſceleris conſcientia uiribusq; ſuis diffiſi, Ludouicus & Iohanna, Narbonam fugerunt. Non tamen longè poſt pax à Ludouico Vngaro Iohannæ data eſt his conditionibus, ut regnum Iohannæ reſtitueretur, maritus autem eius Ludouicus, ſolo Tarentini principatus titulo contentus eſſet. Verum Clemens accepta à Iohãna Auenione ſpecie uenditionis, maiori parte remiſſa ſtipẽdij, quod pro regno Neapolitano debebatur, Ludouicum regijs ornauit inſignibus. Alij uero ſcribunt, quod feudi debiti loco Auenionẽ pontifici ex patrimonio tradiderit. Ritius ſic ſcribit: Iohanna & Ludouicus Auinione pontifici uendita, ex ea pecunia reparatis uiribus Neapolim bello repetebant. Et Sabellicus ſic habet. Debebat Iohanna regina pontifici grandem pecuniam, quam ſe illi pro regia corona ab eo accepta daturam promiſerat: ſed multis & grauibus caſibus iactata, quũ nõ eſſet alioqui ſoluendo, cum ea pontifex egit, ut Auinionem Romanæ eccleſiæ eo nomine habẽdam relinqueret: ſicq; urbs nobilis pontificiæ ditionis eſt facta. Superueniens deinde Carolus Andreæ Vngari filius potitur regno uniuerſo, captamq; reginam nouercam ſuam cõiecit in carcerem, nec ita multo poſt eliſis faucibus ibi ſtrangulandam carnifici dedit. Carolus deinde uocatus ad regnum Vngariæ, trucidatus eſt in quodã conuentu ſuperſtitibus Ladislao & Iohãna, quos impuberes apud uxorem Margaritam Neapoli reliquerat. Adnitente autẽ pontifice Ladislaus Caroli filius accepit regis nomen & inſignia. Cumq; nõ diu in regno uiueret, lapſus in ægritudinẽ Neapoli occubuit, hærede relicta Iohanna ſorore. Quæ Geldriæ duce, cui nupta fuerat, amiſſo, certior facta de morte fratris & teſtamento, ad ineundam hæreditatem Neapolim rediit, ubi à multis fuit ſollicitata ad coniugiũ, qui ſe libẽter regno ingeſſiſſent, & regni hæredes fuiſſent. Et quidẽ mulier per ſuã inconſtantiam multis illuſit. Primum, cum cuidam elegantis formæ uiro uſq; ad infamiam nimis indulgeret, hortatu principum ſecundo nubere ſtatuit, atque Iacobum Marchiæ comitem certis cõditionibus ſibi iunxit, ſcilicet ne titulum regis uſurparet aut perſonã gereret, ſed Tarenti principatu cõtentus eiusq; ue

Regina ſtrangulat maritũ.

Auenio datur pontifici Rom.



Reginæ Neap. inconſtantia.

ctigalibus, regni adminiſtratio libera Iohannæ remaneret. Sed cum regni principes exercitum ducerent, mandarunt Iacobo ut regium nomen animumq; afferret non defutura ſibi auxilia. Vnde Neapolim ueniẽs, ſummo omnium plauſu exceptus eſt ut rex, potitusq; arce quam Caſtellum uocant nouum. Quam iniuriam regina non ferens breui curauit, ut Iacobus maritus conijceretur in carcerem. At ille tandem liberatus è carcere fugit in Galliam, mortuusq; eſt apud oppidum Biſuntium. Poſt hunc Ludouicus Andegauẽſis eſt declaratus rex Siciliæ. Sed cum paulo pòſt Iohannę reginæ bellum indiceretur, illa metu perculſa, Alphonſum regem Aragonum in filium adoptauit. Qui quidẽ paulo pòſt uidens in muliere incõſtantiam, circumſedit eam in arce Campania, quæ Neapoli ſic appellatur, ſed nihil efficiens à Sfortia fuſus, in fugam eſt uerſus. Tunc Iohanna Ludouicũ Andegauenſem abdicato Alfonſo adoptauit in filium. At Alfonſus indigne id ferẽs, antipapam erexit contra Martinum pontificem, quem inimicum ſentiebat & interea mortua eſt regina Iohanna.

Multi contendunt pro regno Neapolitano.



HInc uariæ ortæ ſunt contentiones. Nam pontifex ſatagebat regni oppida redigere in eccleſiæ poteſtatem. Principes autem regni & ciues Neapolitani miſerunt legatos ad Renatũ defuncti paulo antè Ludouici fratrem, qui nunciarent illum à Iohanna ſupremis tabulis hæredem ſcriptũ. Alij miſerunt ad Alphonſum in Siciliam nuncios, rogantes ut mature ueniret Neapolim, ſeſe curaturos ut omnia cõderent in eius poteſtatem. Alij decreuerunt eum ſe pro rege habituros, quemcumq; pontifex daret, & ab optimis quibuſq; regni probaretur. At Alfonſus oblatam recipiẽdi regni occaſionẽ non negligens, Aenariam delatus inſulã, quæ nunc Iſcla nominatur, inde Sueſſam uenit. Et quum Genuenſes tunc circa Caietam triremes aliquot haberent, fauerentq; Renato, inito nauali prælio ceperunt Alfonſum & duos fratres eius, multosq; regni principes, qui tamen omnes inuitis Genuenſibus perducuntur ad Philippum Mediolani ducem, habentq; apud eum in ſummo honore, quin & pluribus magnificisq; donati muneribus in patriam remiſſi ſunt. At Genuenſes à Philippo ſe neglectos rati, quod ſe incõſultis Alfonſum liberaſſet, ab eo defecerunt. Legati uero qui ad euocandum Renatum abierant, comperientes illum apud oppidum Diuionenſe à duce Burgundiæ cuſtodiri, Iſabellam coniugem cum duobus liberis in Italiam Neapolimq; deduxerunt. Quæ cum Caietã diuertiſſet, urbemq; in poteſtatem Mediolanenſium ducis eſſe redactam nouiſſet, mutatis magiſtratibus, omnem regni curam per ſe geſſit. Quin & Eugenius Renati partes amplexus auxilia ſubminiſtrabat. Alfonſus uero maiores quàm antea parans copias, diu certauit cum Renato, è uinculis liberato, pro regno Neapolitano, & paulatim regnum occupauit. Quum uero diu oppugnaſſet Neapolim ui & fame, nec quicquã effeciſſet, conuertit ſe ad dolos. Nam nonnullos ex his qui purgare reficereq; conſueuerãt aquæductus, per quos aqua in urbem deducitur, pecunia corrupit, iſq; ducibus milites per aquęductus intempeſta nocte in urbem penetrare iubet. Is per puteũ quendam publicum qui eſt in ea quam ſummam plateam memorant, ſcalis admotis faſtigium putei ſuperant, albeſcentęq; die portas

Alfonſus obtinet regnum.

die portas urbis adeũt, signumq; dant socijs quos Alfonsus extra urbem locauerat, & obtruncatis portarum custodibus, claustra portarum restringunt, agmenq; ex Alphonsi castris intromittunt. Ad eum nuncium Renatus equo uectus, concitato cursu in arcem nouam se recepit. Alfonsus itaque anno salutis 1442 mense Iunio Neapoli potitus & paulo pòst arce noua certis conditionibus à Renato tradita, regnum subigit Neapolitanum. Arcem Neapolis eam quam nouam uocant à fundamẽtis instaurãdam suo ære curauit, opus magnificum & plane regium. Cum uero liberis ex iusto matrimonio careret, Ferdinandum, quem susceperat ex pellice, ducẽ Calabriæ declarauit in spem successionis, cuius rem ut ualidius cõstitueret, Isabellam de Claro mõte ducis Venusini filiam ei matrimonio junxit. Apud hũc Alfonsum Fridericus Imperator celebrauit nuptias cum Elionora filia sororis Alfonsi & uxoris regis Portugalliæ. Exceptus est autẽ Imperator splendidissime ab Alfonso, institutis in eius honorem ludis, uenationibus, epulisq; nuptialibus, quam maximo potuit apparatu, tanta pompa, quantam nulla hominum memoria illa ætate nouerat. Cæterum Alfonsus ætate ingrauescente febre correptus anno salutis 1458 fato functus est, cum Neapoli regnasset annis sedecim.

Nuptiæ Friderici Imperatoris.

Noua concertatio pro regno Neapolitano.

CAlabriæ dux Alfonso patri successit et è uestigio recepit arces urbis, salutatusq; est ab omnibus rex. Erãt tamẽ interim nonnulli qui Iohannem Lotharingiæ ducem Renati filium accersierant, ut paternum decus acciperet ac regnum capesseret. Nec ille cunctatus instructa duodecim triremiũ classe delatus ad Lirem prope Suessam descẽdit, ipsasq; naues è uestigio redire domum iussit, ut sublata spe fugæ, aut uictoria potiretur aut honestã mortem oppeteret. Veniens autem in Apuliam, multos in suam fidẽ pellexit, recepitq; multa ex omni regno oppida. Ferdinandus uero audiens hostem ingressum regnum, processit illi obuiã, mognoq; animorũ ardore utrinq; est pugnatũ, donec Aragonẽsibus in fugã uersis adeò laboratum sit, ut ægre Ferdinandus Neapolim se receperit. Interiecto tamẽ tempore per ociũ reparauit exercitum, quem paulo pòst in expeditionẽ deduxit: cui Lotharingus sese obiecit, datisq; utrinq; signis & acri cõmisso prælio, uictoria penes Ferdinandum fuit. Qui et cõuersus ad expugnandum eos, qui pertinaciter in fide Lotharingi perstabant, rem celeriter confecit, eorumq; nõnullos extorres egit, pleroscq; coniecit in carcerem & quosdam in uinculis mori permisit. Habuit Ferdinandus liberos Alphonsum, Fridericum, Iohannem & Franciscum. Iohannes cooptatus est in numerũ Cardinalium. Alfonsus uero genuit Ferdinandum & Isabellam. Alfonsus consensu omnium summæ rei bellicæ præfectus est, gessitq; cum suo damno aliqua bella contra oppida ecclesiæ, contra Venetos & alios quosdã, ueniensq; Neapolim permissu patris cœpit subditos nouis sollicitare uectigalibus, quosdã in uincula cõiicere, & quorundam bona publicare. Orto deinde in regno tumultu, Ferdinandus conspiratores omnes cõprehendit & in carcerem cõiecit anno 1487 ac deinde omnes ad unũ silentio noctis carnifici tradidit ad supplicium, uiolato iureiurando pacisq; cõditionibus, necq; simplici morte in quibusdã comitibus contentus fuit, sed etiã in frusta fœdissime secari iussit. Interim uero dum hæc agerentur, quidam ex regno Neapolitano elapsi, Ludouicus quoq; Sfortia gubernator Mediolanensium, qui metuebat Alfonsi Neapolitani opes,



Duo reges certant pro imperio.

Carolum

Carolum Francorum regem multis largitionibus in Italiam uocauerunt, ut regnum Neapolis ex Andegauensium successione sibi debitum repeteret. In ipso uero belli apparatu Ferdinandus obijt, anno 1494. & Alfonsus filius eius dux Calabriæ faustis acclamationibus rex Neapolitanus est salutatus. Carolus uero rex Galliæ occasionem non negligens, ad antiquum regni Neapolitani ius ante omnia repetendum animũ adiecit, & in tota Gallia habito delectu multa millia equitum atq; peditum collegit, instrumenta etiam bellica, currus & regni principes in unum cõgregauit, quibus Philippum Subaudiæ ducem auunculum suum præfecit, & traiecit alpes. Vbi uero in Subalpina regione cum tanta multitudine apparuit, timor omnibus est incussus, quippe qui sciebant ferocissimam gentem non posse à maleficio cõtineri. Ex Asta itaq; ciuitate Parmam uenit, inde in ditionem Florentinorum, inde Romam, ubi se dies aliquot continuit. Vbi Alfonsus Carolum aduentasse Romam cognouit, facinorum cõscientia perturbatus (occiderat enim quosdam magnos uiros sine causa post mortem patris) ultro se regia potestate abdicauit, Ferdinandumq; filium pro se regnare iussit. Ipse cum traiecisset in Siciliam nõ ita multo post è uita decessit, cum uix integrum regnasset annum. Ferdinandus autem cui pater Alfonsus regno cesserat, à Carolo Francorum rege duobus ferè mẽsibus exactus est. Sicq; Gallus usq; Neapolim nullum habuit aduersarium. Moratus autem Neapoli menses ferè quatuor, deficiente paulatim exercitu, ac partim morbis partim cædibus debilitato, iã sibi timere cœpit, eoq; magis quod Ludouicus dux Mediolani, quem cœpti iam pœnitebat, ac Veneti nõ æquo animo ferebant Gallos Italiam inuasisse, omnibusq; uiribus ad eum expellendum conspirauerant. Rex ergo cum redire in Galliã statuisset, Veneti & Mediolanenses prope Parmam acie sua illi occurrerunt, commissaq; pugna, uictoria Gallis non omnino incruenta stetit. Nam ex illis ferè mille, ex Italis uero duo millia cecidere. Rex itaq; incolumis in Galliam penetrauit, ubi biẽnio pòst morbo extinctus est. Interea Neapolis à Caroli fide desciuerat, redeuntiq; Ferdinando portas aperuit. Carolus in Galliam reuersus, agitabat animo regnum recuperare, sed eius consilia mors interrupit. Succedensq; Ludouicus appulit animũ recuperando regno Neapolitano. Ferdinandus uero non ita multo post absque sobole Neapoli diem clausit, quum duo de uiginti mensibus regnasset. Tunc Neapolitani Fridericum Ferdinãdi patruum in regnum admiserunt, qui Gallorum reliquias, quæ adhuc in regno substiterant, imperata facere compulit. Non tamen potuit regnum ultra quinquennium retinere, expulsus à Ludouico rege Francorũ, qui regnum Neapolitanum potẽter subegit. Fridericus tamen sua sponte concessit in Galliam ad regem, susceptusq; est perhumaniter & principatu donatus. His autem omnibus gestis, nondum fuit pax & quies in misero regno Neapolitano. Priusquam enim Fridericus expelleretur, Ludouicus Gallus iniit fœdus cum Ferdinando Hispaniæ rege his cõditionibus, ut bello partũ regnũ Neapolis ex æquo diuiderent, Alexandro sexto pontifice quicquid ecclesiæ competeret utriq; concedente. Sed cum ob certum aliquod oppidum inter se altercarentur, initio de iure disceptari cœptũ, mox incalescentibus animis & gliscente iurgio ad arma est concursum, fugatisq; Gallis uictoria fuit apud Hispanos, qui & regno illo sunt potiti. Alij hanc historiam in hunc modũ tradunt. Excluso Friderico à regno, partiti sunt duo reges regnũ Neapolitanum, sic quod Campania & Calabria cederent Ferdinando Hispano, Neapolis uero cum suis ciuitatibus esset Galli. Cumq; præfecti utriusq; partis inter se magna laborarent discordia, uentum est anno Christi 1501 ad magnam cædem, in qua tria millia Gallorum ceciderunt, defeceruntq; principales ciuitates, nempe Neapolis, Capua & aliæ à Gallis ad Hispanos. Nec fuit deinceps pax inter Gallos & Hispanos ob regnum istud Neapolitanum. Numerant autem quidã annos quibus sub diuersis familijs hoc regnum fuit, scribuntq; Nortmannos ipsum possedisse annis 335. Deinde præfuerunt duces Sueuorum annis 76. Post Sueuos dominati sunt in eo Galli annis 178. Nouissime uero Aragonenses annis 61. ac deinde nunquam fuit pax sed perpetua discordia propter ipsum inter Hispanos & Gallos.

Gallus magnanimi in Italiã uenit.

Neapolis defecit à Gallo.


Gallus & Hispanus partiuntur regnũ.

Genealogia


Liber II.

Genealogia Regum Neapolitanorum,


ex Michaële Ritio desumpta, & in hanc seriem ordinata.



Post exactos Sueuos inserti sunt regno Neapolitano reges Gallorum hoc ordine.



Iohãna 7. cũ ultima esset ex familia Carolina & Vngarica & nullam haberet sobolem, adoptauit primò in filium & regni successorem Ludouicũ Andegauẽsem, & deinde illo abiecto adoptauit Alfonsum Aragonensem regem Siciliæ. Alij scribunt, pontificem Romanũ euocasse Ludouicũ Andegauensem ex Gallia ad regnum Neapolitanum, cuius maiores antea quoq; reges Neapolis fuerant. Quod Iohanna regina ægreferẽs, milit pro Alfonso rege Siciliæ, adoptauitq; eum in filium. Sed non ita multo post mutato animo abiectoq; Alfonso adoptauit Ludouicũ Andegauẽsem, unde multa orta sunt bella. Nam uterque uenit cũ apparatu bellico, Alfonsus tamen præualuit. Interim uero regina mortua est. Mortuus est quoq; paulo pòst Ludouicus Gallus. Tunc miserunt quidã ex proceribus regni pro Renato fratre dicti Ludouici &c. ut suprà indicauimus.



Alfonsus Aragoneus octauus in numero arcem regiam, cui Nouo castro fuit nomẽ, à fundamentis

fundamentis eiectam, iterum magnificè ac splendide erexit, tum opere mirabilem inexpugnabilemq́, tum sumptu magnificentissimã, turribus orbiculari forma ex lapide quadrato mirifica structura atq; artificio, muricq; crassitudine inaudita & ingenti arcu triũphali ex marmore candidissimo reformauit. Arcem sancti Saluatoris in mari ex Ouo nũcupatam reparauit, cuius inexpugnabilis situs ad usum magnificentissimæ regiæ est redactus. Ampliauit & urbis portũ, obiecta in profundum maris altissima mole crassissimo muro, turribus munita. Salubritatẽ urbi exiccatis paludibus introduxit. Magnus fuit princeps & in utrãq; fortunæ partem probatus, qui inter cætera sibi aduersantia etiam terræmotũ passus est toto fermè regno, qualem memoria hominũ non est experta. Nam & multa regni oppida funditus corruere, inter quæ Arrianum ita absorptum est, tanquam terræ fissura ceuorasset ipsum. Raro ciuitas absq; insigni ruina superfuit. Circiter triginta millia hominũ inter cadentia tecta periisse feruntur.

SARDINIAE BREVIS historia & descriptio, per Sigismundum Arquer Calaritanũ, sanctę theologiæ & iuris utriusq; doctorem.

De Sardiniæ situ & magnitudine.

SARDINIA uulgo Sardegnia, teste Ptolemæo circũdat ab oriente Tyrrheno pelago, à meridie Africo, ab occasu Sardoo, & à septentrione mari ęd ipsam & Corsicã interluit. Plinius eius situ & magnitudinẽ ita describit lib. 3. natural. historiæ. Sardinia ab oriẽte patet 185 mil. pass. ab occidẽte 170 à meridie 74 & à. sept. 121. In circuitu 560 mil. pas. Abest ab Africa secũdum eundẽ 200 mil. à Calaritano promontorio. Nũc minori spacio duorũ dierum nauigatur à ciuitate Calaritana ad Africam. Sed milliaria Plinij non recte concordant cum Sardorum miliaribus, ideo dierum itineribus sic mensuramus Sardiniam: Patet in longum itinere sex dierum, in latum, ubi angustior est, patet itinere duorũ dierum equitis.

De Sardiniæ solo, eiusque rerum copia & insalubri aëre, aliisq; rebus in ea memorabilibus.

EA pars Sardiniæ quæ Corsicam spectat montosior est, sed qui montes amœni sunt & humanis necessitatibus utiles. Oppositа uero pars quę Africam spectat, planior est & tritici abũdantissima, amœna quoq;, sed altera amœnior est, appellaturq; hodie Caput Lugudoris. Abundat tota insula frugibus, pecore & armento, quare hic ut uili precio ibi emãtur carnes: quin & mercatores hinc multa coria in Italiam & Hispaniam abducunt, sicut & miram caseorum copiam asportant. Sunt in hac insula tam multi equi, ut non pauci agrestes sint, careantq; dominis, & generosiores uili emãtur precio. Etiamuis non sint tam proceri ut Germanorum, Hispanorum & Italorum equi, tamẽ non sunt illis deteriores in robore, agilitate & pulchritudine. Incolæ nõ uescuntur alio quàm tritico pane. Abundat autem adeo triticum ibi, ut à mercatoribus multæ quotannis naues tritico oneratæ, abducantur in Hispaniam & Italiam. Quod si Sardi paulo magis rebus suis intenti essent, tantam tritici aliarumq; rerum affluentiam sibi in sua compararent terra, ut Sardinia ipsa in fœcunditate superaret Siciliam. Incusatur hic colonorum negligẽtia desideraturq; in rusticis maior industria. Vini optimi magna passim per insulã colligit copia, albi & nigri. Ob incolarũ incuriam terra oleũ non producit, cum olei abũdantissima esse possit. Sic quidẽ, pfert passim in syluis sua sponte multas oleastros, & quidã iam paucis retroactis annis cœperũt plãtare oleas, q̃ satis feliciter cultorib. cõpẽsarũt laborẽ.

Caput Lugudoris.

Triticum.


Vinum.

Cæterum


Septentrio
CORSICAE
Pars
Bonifacio
Lõgo sardo promõt.
Asinaria
Portus Turris
Castrũ Aragonẽ.
S Guim.
Olmedo
Saffer
Oſuli
Martis
Poſada
Cap de la Caſa venatonis promõt.
Alguer
Turritania
Puzgre
Culeri
Terra noua
Vrufel
Boſa
Macomer
Milis
Oriſtang
Meana
Oglaſtro
Carue S: Marci
S Iuſta
Vras
Giara mons
Laconi
Sarabus
S Guiuus
Ecclesiarũ Ciuitas
Genoni
Quirra
Geſtori
Sorris
Calaris
S: Antioch: Inſul:
Sols seu Sulcitani
Quarti
Pula promõt.
Carbonaira promõt.
S Petri in ſula
Occidens
Oriens
Nomina iſta omnia noua ſunt & uſitata nunc in Sardinia. Si diligens lector voluerit nomina antiqua etiam ſcire, tabulam Ptolemæi cũ hac conferat ac rem apertam habebit.

Cęterum loco olei ad concinnandum lampades utuntur animalium pinguedine, quorum magnam habẽt copiam. Conficiunt etiam ex lentiſci ſemine oleum: oliuæ autem oleum petunt ex Liguria & ex inſulis Balearibus. Venationem habent maximam, multiq́ue ruſtici ex ſola uiuunt uenatione, præſertim qui in montibus habitant. Abundat enim regio apris, ceruis, damis, & alio quodã animali quod muſlonem uocãt, quodq; alibi in tota Europa non inuenitur, habẽs corium & pilos inſtar cerui, & cornua inſtar arietis, non longa ſed retro circũ aures reflexa, magnitudinem retinens mediocris cerui, quod ſolis herbis ueſcitur, habitãsq; in mõtibus aſperioribus, curſu prædituũ uelociſſimo, & cuius carnes bonæ ſunt ad ueſcendum. Nullum gignit Sardinia lupum aut aliud huiuſmodi nocẽs animal, ſed omniũ quadrupedũ nocẽtior eſt uulpes, eius magnitudinis cuius eſt in Italia. Occidit in Sardinia arietem etiam fortiſſimum, capram & tenellum uitulũ. Tradunt ſcriptores quidam in Sardinia nullum eſſe ſerpentem nec uenenum ullum præter peſtilentem aẽrem: unde Sil. Italus de ea ſic ſcribit:

Muſlo ſingulare animal.



Serpentum tellus pura ac uiduata ueneno
Sed triſteis cœlo & multa uitiata palude.

Sardonica herba.

At alij tradunt in ea Sardonicam inueniri herbam, apiaſtro ſimilem, & qui illam edũtri ſuperire uidentur. Nam neruos & muſculos contrahit & rictu diducit ora, facitq; morientes ridere. Hinc natum eſt Græcum prouerbium σαρδόνιος γέλως riſus Sardonius. Huius herbæ Dioſcorides quoq; mẽtionem facit, eamq; ranunculi ſpeciem eſſe dicit: & qua uia poſſit ei ſuccurri qui eam comederit docet. Certè ego nunquã eam uidi, nec homines unquam audiui ridentium more interire. Audiui tamen à peritiſſimo artium & medicinæ doctore Thoma Rocha de Ferraris, eam herbam in Sardinia eſſe, & quod ille eam uiderit. Tradiderunt quoq; ueteres Solifugam exiguum & uenenoſum animal araneis ſeu formicis ſimile in ea inſula inueniri: at ego nec animãs iſtud nec homines eius ueneno interemptos unq; uidi. Scorpiones quidem in ea ſunt, quin & ſerpentes, ſed qui ferè innoxij ſunt.

Abundat Sardinia aqua dulci.

Habet præterea Sardinia flumina multa & amœna ſed non profunda, qui æſtatis tẽpore tranſuadari poſſunt. Scribit Solinus, & uerè quidem, piſculentiſſima ſtagna eſſe in Sardinia, præſertim iuxta ciuitatẽ Oriſtagn. Et quod idem dicit hybernas pluuias in æſtiuam penuriam reſeruari, id hodie uerum nõ eſt, quum in tota inſula magna aquarum ſit copia, tam fontium quàm puteorum. In Calaritana quidẽ ciuitate, quæ in monte eſt ſita, ciſternæ ſunt, ſed putei intra eius mœnia non deſunt, præſertim tres, qui pro tota ciuitate ſufficere poſſent etiãſi nullæ ciſternæ in ea eſſent. Deinde & in ſuburbijs eius aliquot ſunt putei bonarum aquarum, quin & ſingulæ ferè uineæ & horti ſuos habent puteos, tantũ abeſt ut Sardinia aquarum laboret penuria, excepta Algeri ciuitate, quæ alquem defectum habet aquæ, cum ſita ſit ad littus maris inter arenam & ſcopulos.

Thermæ.

Sunt quoq; in Sardinia balnea multa ſalubrium & calidorum fontium, tametſi incolę ea non curẽt, quo factũ eſt, ut omnia conciderint, & uix ueſtigia quædam ſuperſint. Pulcherrima balnea eaq; neglecta iacent inter caſtrum Montis regalis & oppidum S. Gauini. Fabulantur quidã ſcriptores in Sardinia fontem eſſe, cuius aquæ fures arguũt, idq; hoc pacto: ſi latro iurauerit ſe furtũ non admiſiſſe, eaq; aqua lauerit manus ſeu oculos, cęcitate animaduertitur: ſin furtũ nõ admiſit, clariores acquirit oculos. Certè huius fontis hodie nulla extat notitia.

Argẽti fodinæ

Argenti fodinæ in Sardinia ditiſſimæ ſunt, maximè apud ciuitatẽ Eccleſiarum, ubi aliquantulum hodie eruitur argenti, paucis impenſis, quod tamẽ in magna copia incolæ effoderent, ſi maiori uterentur induſtria. Alumen in Sardinia inueniri teſtatur Plinius, at hodie nihil tale apparet.

Salinæ.

Salinas uero habet magnas & inexhauſtas, non in uno tãtum ſed in multis

in multis locis: meliores ſunt prope Calarim: in qua ciuitate certis anni tẽporibus datur ciuibus ſal gratis in magna copia, alijs uero uenundatur uiliſſimo precio. Paratur aũt hoc modo. Ingrediuntur hyberno tempore aquæ maris in certa quædã ſtagna, quę & ob id Salinæ uocantur, ubi poſtea æſtiuo tempore ob ſolis feruorem coagulantur in ſolidiſſimum ſalem, atq; mẽſe Iulij & Auguſti idem ſal inde extrahitur aut magna eius pars, nam totum extrahere neceſſarium non eſt, neq; id ſine magnis impenſis fieri poſſet. Sunt & alię præter Calaritanas ſalinæ in Sardinia, ſed è quibus omnibus non extrahitur ſal. Fruunt Sardi ubiq; locorũ & omni tempore ſalubri aëre, niſi quod in quibuſdã locis planis, pręſertim Oriſtagni, ubi terra eſt paludinoſa, aſcendunt è terra uapores craſſi, accedẽtęq; feruore ſolis, corrũpitur aër, & inaſſuetis multum obeſt. Incolis uero & qui à puericia ineſcati ſunt illo aëre, quiq; labori uacant, minimè nocet, quin ſenes & robuſti accolæ ut in alijs regionibus ibi inueniũtur. At qui aliunde ueniunt in Sardiniam aut delicatiori educati ſunt uita, facilè in morbum ruunt, ubi ſolis ardoribus ſeſe exponũt. Cauſam puto hanc eſſe. Habet inſula pinguiſſimũ ſolum & planicies multas, maximè ab Oriſtagno uſq; Calarim, & increbreſcente ſolis ardore, conſurgunt uapores craſſi aërem corrumpentes, quos cum delicatiora corpora ferre nequeant, facilè contrahunt morbum. Habent deinde ruricolæ domos nullis tabulatis & contignationibus intercluſas, ſed tectum incumbit ſine ullis interſtitijs manſioni, unde fit, quod calor facilè infeſtat totam domum & teneriora corpora, laboribusq; inaſſueta lædit. Hinc fit, quod ditiores quiq; & ij qui luxui uacant corporis, ſolum hyberno & ueris tempore ex ciuitatibus ad ſua caſtra & oppida egrediũtur: aut ſi cogũtur tranſire per Sardiniam æſtatis tempore, quærunt loca montana, ubi aër ſalubrior eſt quàm in planicie. Raro tamen Sardi aliqua peſte laborant.

De Sardiniæ antiquis uocabulis atque reipub. moderatoribus, quos habuit olim & hodie quoque habet: item de antiquitatibus.

APpellauit Timeus Sardiniã Sandaliotin ab effigie ſandalij, hoc eſt, ſolcæ: Mirſilus uero & Chryſippus à ſimilitudine ueſtigij Ichnuſam nominarunt. Demũ à Sardo Herculis filio aut nepote fuit Sardinia appellata & uulgo Sardegnia, ut Plinius libro tertio naturalis hiſtoriæ tradit. Porrò quis primum in ea ſibi uſurparit dominium non ſatis conſtat. Sardus quidẽ in eam ueniens, ueteres accolas, non expulit ſed unà cum illis habitauit, qui antea inſulam occupauerant, & quorum Iohannes Anius in commentarijs ſuis in Beroſum meminit, ſcribens Phorcum, Cadoſſanen inſulam compleuiſſe Vetulonienſis colonis. Plutarchus uero in uita Romuli oſtendit Tuſcos primos Sardiniæ fuiſſe colonos, ſicut & Strabo dicit Iolaum inueniſſe in Sardinia Tuſcos barbaros accolas. Poſt Tuſcos autem & Pœnos Græci quidam duce Ariſteo memorant ingreſſi in Sardiniam, ſed qui & ipſi dominium inſulæ non occupauerunt. Poſt Græcos (ut quidam ſentiunt) Iberi Hiſpani duce Noraco dicuntur manu ualida ueniſſe in inſulam atque conſtruxiſſe Noram urbem, ſed que hodie nõ eſt in rerum natura, niſi malis Nurũ oppidũ agreſte accipere pro Nora. Hodie inſula paret regi Hiſpanorũ, habetq; paſſim antiquiſſimas ruinas in locis agreſtibus & montoſis, inſtar rotũdarum turriũ in anguſtiã aſcendentiũ, quæ robuſtiſſimis ſaxis ſunt extructæ, habẽtes ianuas anguſtiſſimas: intra uero muri mediam latitudinem ſunt gradus per quos in altum conſcenditur. Præ ſe ferunt formã propugnaculorum. Incolæ uocant huiuſmodi ruinas muraghos, fortaſſis quod reliquiæ quædã ſint operũ Noraci. Plinius ſcribit populos fuiſſe in Sardinia Ilienſes (ab Ilio fortaſſis) dictos, quos putauerim Troianos fuiſſe, qui euerſa Troia huc uenerũt: ponit & Corſos in ea, ſed quorum nullum hodie extat nomen. Deinde tempore quo Athenienſium res floruerũt, uenerunt quoq; Græci in Sardiniã, expulſiſq; Afris qui eam paulo antè occupauerant, ipſi in eorũ ſucceſſerunt locum & condiderunt Calarim ciuitatem. Aliquot annis pòſt, quum cõtentio eſſet inter Romanos & Carthaginenſes propter Sardiniam, tandem poſt longũ bellum Romani eam ſibi ſubiugarunt. Atq; hinc eſt quod Plinius Calarim nominat oppidum ciuium Romanorum, dicitq; coloniam eſſe Romanorum ad turrim Libiſonis. Deficiente uero Romano imperio, fuit Sardinia rurſum ab Afris occupata & aliquandiu iugo

Dux Noracus.

Calaris.

eorum obnoxia facta, donec tandem Pisani & Ligures Italiæ populi suasu Rom. Pontifi cum magna classe Sardiniã aggressi, expulsis Afris insula potiuntur. Atq; hinc putãt esse quod Rom. pontifices in Decretis Sardiniã appellant patrimoniũ S. Petri & Rom. eccle

Diuisio Sardiniæ.

siæ. Obtenta autem Sardinia, Pisani & Ligures diuidũt eam inter se, partem unam Caput Calaris uocitantes, & alterã, Caput Lugudori, quam & Ligures sibi retinuerũt. Habebãt tunc Sardi quoq; suos iudices habitantes in Oristagñ, qui locus antea dictus fuit Arborea, & hi fœdus habuerunt cum Pisanis & Genuensibus. Quin & Brancha Doria Genuensis quidam magnũ obtinet dominiũ in Sardinia, nempe in Lugudoris capite, eiusq; leges pro parte adhuc seruãtur in quibusdam locis, sicut & in ciuitate Ecclesiarũ quædam leges Italica lingua eo tempore quãdo Pisani ibi rerum potiebantur sunt cõscriptæ, & adhuc in eo loco seruãtur. Sic & Iudices Arboreę reliquerunt post se leges lingua Sardoa in uno uolumine conscriptas, quæ hodie in tota ferè Sardinia in causis rerum & rusticarũ personarum seruantur, uocanturq; carta de Logu. Labentibus postmodũ annis, quũ Pisani Rom. pontifici ob certas causas inobedientes essent, pontifex Sardiniã proscripsit, eamq; quodammodo in feudũ dedit Petro, uel ut Volateranus habet, Iacobo Aragonum regi. Rex itaq; collecto exercitu insulam ingreditur, Calaritanã expugnat urbem & Pisanos expellit, & postea paulatim Genuenses quoq; suo in Sardinia exuit dominio, & loco iudicũ, qui in quibusdam locis Sardiniæ imperabãt, cõstituit Barones. Ex Arboreæ uero iudicatu fecit Marchionatum, & regionem illam cuidã ex suis subditis dedit in feudum: sicq; Sardinia tota facta est regum Aragoniæ, qui & hucusq; pacifice eam possederunt. Hodie præsidet ei D. Antonius de Cardona, uir nobilis genere & moribus, cognatus Caroli quinti Rom. Imperatoris & regis Hispaniæ, cuius uices gerit in Sardinia, prudenter in ea administrans rempublicam.

De Sardiniæ ciuitatibus.

Calaris.

ESt Sardinia mediocriter populosa, habens ciuitates non paucas, inter quas Calaris (uulgo Cagler) nobilior & ditior est, sita in monte iuxta mare, Africã respiciẽs, magnum & pulcherrimum habens portũ, in quo semper uaria nauium genera inueniuntur, ultro citroq; in orientẽ & occidentẽ uelitantia, mercesq; portantia. Habet urbs ista tria suburbia, ut pictura eius hic adiecta explicat, cingiturq; munitissimis mœnibus. Residet ferè semper in ea Prorex unà cũ baronibus, comitibus, et multis diuitibus, Habet aũt ciuitas ipsa suam reipub. administrationẽ, in quam nec rex Aragoniæ neq; prorex eius se intromittit, sed ex ipsis ciuibus quotannis sorte quinq; eliguntur cõsules, quos Consegles appellant, qui per ciuitatẽ officij insignia portãt, & soli rempub. administrant, ciusq; redditus, qui multi sunt, dispensant distribuuntq; pro sua prudentia, utentes ciuium consilio, & in cunctis ad publicã respicientes utilitatẽ. Habent in quibusdã casibus legũ condendarũ potestatem, possuntq; pœnã mortis & mutilationis membrorũ statuere. Ha-

Priuilegia ciuitatis.

bet ciuitas multa priuilegia multasq; immunitates, quas Calaritani olim obtinuerũt à regibus Aragoniæ, ob suam singularem fidelitatẽ. At hodie quando nõ solliciti sunt de republica, sed magis priuatũ considerant cõmodum, ut ubiq; ferè fieri solet, omnia ruunt in peius, incolę bonas literas cõtemnunt, satis sibi esse putantes, si uel à limine latinã salutauerint linguã, intellexerintq; obiter Imperatorũ leges & põtificũ decreta, quo rem suã familiarem locupletiorẽ reddant. Galenum & Auicennã tam oscitanter legunt, ut inde paucis cõsulant ægrotis. Luxus, pompa, & crassa ignorantia in ciuitatibus hodie multorũ malo-

Ignorantia mater errorum.

rum sunt seminaria. Det illis dominus spiritũ salutarem, sine quo omnia peruerso aguntur ordine. Nam ubi ille nõ regnat, sapientia habet pro stultitia, & iustitia pro sæuitia, atq; ibi necesse est, ut ciues mutuis laborent odijs, utantur proditionibus, falsisq; attestationibus & quisq; alterũ deuorare contendat, maximè autem boni uiri periclitent copore & rerum iactura. Sed redeamus ad Calarim. Prope hanc urbẽ maximę sunt salinæ, crescit ibi optimum uinũ album & rubrum. Summum templum & turres eius magnificas extruxerunt Pisani. Reliqua patent ex pictura & descriptione eius.

Oristagn ciuitas.

Oristagñ ciuitas metropolitana, sita in solo plano & parum distans à mari, portũ habet occidentẽ respiciens, estq; aër in ea insalubris ob paludes & stagna, atq; ob id nõ est multũ populosa. Stagna eius sunt pisculẽtissima, maior Sardiniæ fluuius prope eam labitur. Est

in hac

in hac urbe magna Crucifixi ſtatua aliquantulum uetuſta, quã ferunt factam à Nicodemo, atq; ob id in magna eſt populi ueneratione. Fuit olim regio illa Arborea appellata, nunc aũt marchionatus Oriſtagni uocatũ. Et cum marchio quidã rebellaret regi Aragoniæ, priuatus fuit dominio ſuo, factuſq; eſt rex immediatus dominus ciuitatis. Turris ciuitas teſte Plinio Romanorũ fuit colonia: Ptolomæus appellat eam Turrim Biſſonis, ſitaq; erat in plaga aquilonari ad littus maris, cuius ruinæ adhuc extant & appellatur portus Turris. Ea deſtructa, Saſſaris ciuitas fuit extructa, diſtans tamen ab ea 12 miliaribus, habens ſolũ amœnũ & pulcherrimis irriguũ fontibus, abundans multis & bonis frugibus. Eſt tamen parum munita, unde & annis ſuperioribus ſub Franciſco Galliarum rege ob negligẽtem cuſtodiã magiſtratus fuit à Gallis direpta, licet illico à Sardis recuperata expulſis Gallis. *Turris ciuitas.*

Algher ciuitas eſt noua, parua, populoſa tamẽ & munitiſſima, domibus & ædificijs pulchris ornata, cuius incolæ ferè omnes Taraconenſes ſunt, &c. Habet Sardinia & alias ciuitates, oppida & uillas, ſed quarum mentionem hic non faciemus, breuitati ſtudentes. Si dominus requiem & ocium dederit, prolixiorem de rebus Sardorum ſcribemus hiſtoriã. *Algher ciuitas.*

De Calari metropoli Sardiniæ.

CAlaris Sadiniç primaria ciuitas, hic quoad fieri potuit genuina pictura expreſſa, diuidit in quatuor partes: media quæ fortiſſimo ſepta eſt muro, propriè uocatur Calaris: ea uero quæ orientẽ ſpectat, appellatur Villa noua, latinè, nouũ oppidũ: ea uero pars quæ meridiẽ reſpicit atq; mare mediterraneũ, uocatur La Gliapola, ſeu La Marina, & quæ ad occidentem uergit Stampax nominatur: ſuntq; hæ tres partes ſuburbia quædam & appendices Calaritanæ urbis, quarum præcipua ædificia iam ſigillatim explicabo.

Calaris.

A Turris S. Brancatij, magna & pulcherrima, totaq; ferè marmorea.
B Turris bellicarum munitionum.
C Portæ S. Brancatij, ubi ſunt tres murorũ portæ, una poſt aliam, per quas in ciuitatem introitus patet.
D Hic eſt fons publicus ſatis exuberans, dictus, Fons S. Brancatij.
E Sancta Lucia, monaſterium monacharum.
F Palatium regium, ubi Prorex habitat.
H Cathedrale ſeu archiepiſcopale templum.
I Carceres publici.
K Domus ſenatoria, quã ciuitatis domum uocant.
L Ciuitatis platea.
M Vicus Iudæorum, ubi ſcilicet olim Iudæi habitauerunt.
N Templum S. Crucis, ubi olim ſynagoga fuit Iudæorum, hodie uero Schola ibi eſt publica Grammaticæ.
O Propugnaculum S. Crucis.
P Fons S. Crucis, largiter aquam propinans.
Q Propugnaculum nouum.
R Turris noua & magna, Elephantis dicta, tota ferè marmorea.
S Propugnaculum Elephantis.
T Lanienæ hic ſunt.
V Portæ Calaris, ubi quatuor ſunt ordines murorum cum quatuor portis.
X Platea ſeu forum caſeorum.
Y Fons publicus, aqua inundans.
Z Propugnaculum portæ magnum.

Villæ nouæ inſigniora ædificia.

A Hic rupibus nititur murus Calaritanus
B Porta Cabanias,
C S. Iohannis templum.
D Dominicaſtrorum monaſterium
E Parochialis eccleſia ſancti Iacobi.
F Fons publicus aqua abundans.

Gliapola ſeu Marina.

A Propugnaculum quod uulgo Turrio de Gleuant uocant.
B Turrio ſeu propugnaculum S. Auguſtini.
C Platea Gliapolæ.

 D Vicus



D Vicus Barchinonenſis, uulgo Carrer de Barſelona.
E S. Eularia, parochia.
F Hoſpitale S. Antonij.
G Sancti Leonhardi templum.
H Supplicij locus.

Stampax ſuburbium habet hæc inſigniora loca.

A Stampacis platea & Publicus locus.
B S. Clara, monialium clauſura.
C Parochia Stampacis.

Alia quædam loca extra Calarim.

* S. Mariæ Bonairæ, id eſt, boni aëris monaſterium.

2 Templum S. Mariæ portus
3 Iesus, monasterium Franciscanorum de obseruantia.
4 Sancti Augustini monasterium. 5 Palisada, id est, mare palis septum.

De Sardorum lingua.

HAbuerunt quidem Sardi olim linguã propriã, sed quũ diuersi populi immigrauerint in eam atq; ab exteris principibus eius imperium usurpatũ fuerit, nempe Latinis, Pisanis, Genuẽsibus, Hispanis & Afris, corrupta fuit multum lingua eorũ, relictis tamen plurimis uocabulis, quæ in nullo inueniuntur idiomate. Latini sermonis adhuc multa tenet uocabula, præsertim in Barbariæ montibus, ubi Rom. Imperatores militum habebant præsidia, ut l. ij. C. de officio præfecti præ. Afric. Hinc est quod Sardi in diuersis locis tam diuerse loquũtur, iuxta quod tam uarium habuerũt imperium. etiamsi ipsi mutuo sese recte intelligãt. Sunt autem duæ præcipuæ in ea insula linguæ, una qua utuntur in ciuitatibus, & altera qua extra ciuitates. Oppidani loquuntur fere lingua Hispanica, Tarraconensi seu Catalana, quam didicerunt ab Hispanis, qui plerumque magistratum in eisdem gerũt ciuitatibus: alij uero genuinam retinent Sardorũ linguam. En habes utriusq; linguæ discrimen in dominica oratione.

Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Adueniat
Pare nostre che ses en loscels sia sant.ficat lo nom teu Venga
Babu nostru sughale ses in soschelus santusiada su nomine tuo Bengiad

regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: Panem
lo regne teu, fasa e la uoluntat tua axicom en locel i en la terra lo pa
su rennu tuo, faciadji sa uolũtade tua comenti in chelo et in sa terra su pane

nostrum cotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra,
nostre cotidia dona anosaltres hui, i dexia anosaltres losdeutes nostres
nostru dogniedie dona anosatoros hoæ et lassa anosateros isdebitus nostrus

sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in
axicom i nosaltres dexiam als deutois nostres i no nos inducscas en
comete e nosateros lassios a isdebitores nostrus e no nos portis in

tentationem, sed libera nos à malo, quia tuum est regnum, gloria
la tentatio, mas liura nos del mal, perche teu es lo regne, la gloria
sa tentatione, impero libera nos dasu male, poiteo tuo esti su rennu sa gloria

& imperium in secula seculorum, amen.
i lo imperij en los sigles de le sigles amen.
e su imperiu in sos seculos de sos secolos amen.

Ciuitatensis. Sardorũ cõmunior lingua.

De magistratibus Sardiniæ, incolarum

natura, moribus, legibus & religione.

MVlti sunt in Sardinia magistratus. Omnium supremus est Prorex seu uicerex, qui omnem ferè regis tenet autoritatem: & solus Hispanus hunc magistratũ gerere potest secundũ antiquas constitutiones. Habet à rege assignatum assessorem iuris u. doc. quem regentem ibi appellant. Habet præterea & alios consiliarios, quorum consilio omnia ferè disponit, appellaturq; eius tribunal, Regia audientia. Olim hũc magistratũ iuxta priuilegium regni nullus poterat gerere nisi per triẽnium: de-

Vicerex.



inde alius ſuccedebat in locum eius. Nunc autem in eo offi-
cio multis temporibus quis perſiſtit, ut regi placet. Cumq;
Sardinia in duas partes ſit diuiſa, nempe in caput Calaris &
caput Lugudoris, unaquęq; ſuum habet gubernatorem, nec
refert an is Hiſpanus ſit aut Sardus. Præſente tamẽ Vicere
ge ille nullam habet autoritatem, abſente uero Prorege, gu
bernator omnem habet autoritatem, ſed licet prouocare ab
eo ad uiceregẽ. Committit rex hoc gubernationis officium
cui uult, quicq; idoneus ad id gerendum uidetur. Eſt & alius
in ciuitatibus magiſtratus, qui ab incolis Vigher appellat̃,
qui etiam pręſente uicerege ſua non priuatur iuriſdictione,
tam in cauſis capitalibus & pœnis infligendis quàm in aliis
controuerſijs. Durat ſolum per unum annum, idq; propter
inſolentiã quorũdã qui huic pfuerũt officio deinde ut et reli
qui ciues hoc officio potiri queant. Olim durauit quinquen
nio, deinde triẽnio. Concedit rex aut prorex hanc functionẽ ſingulis ciuitatibus, habẽtq;
ſinguli qui eiuſmodi officio præſunt aſſeſſorem unum utriuſq; iuris peritum. Sunt adhuc
& alij magiſtratus minores, ſed quos hic breuitatis gratia miſſos facio. Eccleſiaſtici
Archiepiſcopa tus. magiſtratus in Sardinia ſunt conſtituti iuxta papæ decreta. Nam ſunt in ea tres archiepi-
ſcopi, nẽpe Calaritanus, Arborẽſis & Turritanẽſis ſeu Saſſarenſis, qui & nõ nullos ſub ſe
habent epiſcopos. Eſt quoq; ibi inquiſitor generalis contra hæreticos, apoſtatas & male
ficos, ſecundum Hiſpaniæ mores & conſtitutiones, ultra ea quæ iure cõmuni Imperatorũ
& pontificum inquiſitoribus ſunt conceſſa. Habet iſte immenſa priuilegia, nec quenquã
præter Hiſpaniæ ſupremũ inquiſitorẽ, cuius eſt delegatus, agnoſcit ſuperiorẽ in Sardinia.
Cõſtituit ipſe quoq; ſub ſe alios inquiſitores & miniſtros, quorũ omniũ iudex ipſe eſt, qui
tanta ſeueritate contra ſuſpectos procedunt, ut paucis uerbis exprimi nequeat. Nam miſe
ros homines multis annis in carcere detinent, examinant & torquent, priuſquã eos uel da
mnent uel abſoluant. Habent autem de his rebus libros impreſſos, ut Malleum maleficа-
carum, Directoriũ inquiſitorum & nonnullos alios, item inſtructiones ſecretas & multa
alia quæ ex ipſorum pendent arbitrio. Habent præterea Sardi & Cruciatæ cõmiſſa
rium, qui nullum præter Romanum pontificem agnoſcit ſuperiorem, &c.

Mores. Cęterum quantum attinet ad mores & naturã Sardorum, noueris eos eſſe corpore ro
buſtos, agreſtes & laboribus aſſuetos, præter paucos luxui deditos: literarum ſtudio pa-
rum ſunt intenti, uenationi autem dediti ſſimi ſunt. Multi pecuariam faciunt rem, agreſti
cibo & aqua contenti. Qui in oppidis & uillis habitant, pacifice inter ſe uiuunt, aduenas
amant, & humaniter tractant. Viuunt in diem, uiliſſimoq; ueſtiuntur panno. Bella nul-
la habent, neque multa arma. Et quod mirandum eſt, nullum habent artifícem in tam am-
pla inſula, qui enſes, pugiones & alia fabricet arma, ſed hæc petunt ex Hiſpania & Italia.
Vtuntur plerunq; baliſtis, maximè in uenationibus. Et ſi quando piratæ, Turcæ aut Afri
illuc ueniunt prædam abacturi, facilè à Sardis in fugam uertuntur aut captiui detinentur.
Sunt Sardi optimi equites, ſunt ob ſolis ardorem ſubfuſci coloris, uiuunt benè ſecundum
legem naturæ, optimè uicturi, ſi ſynceros haberẽt uerbi dei præcones. Cum ruſtici diem
Superſtitio. feſtum alicuius ſancti celebrãt, audita miſſa in ipſius ſancti templo, tota reliqua die & no
cta ſaltant in templo, prophana cantant, choreas uiri cum fœminis ducunt, porcos, arie-
tes & armenta mactãt, magnaq; lætitia in honorem ſancti ueſcuntur carnibus illis. Sunt
etiam multi qui pecus aliquod ſaginant in honorẽ certi alicuius ſancti, ut illud in fano eius
potiſſimum in ſyluis extructo, & feſta die deuorent. Et ſi familia minor fuerit ad eſum pe-
coris, cõuocant et alios ad conuiuiũ illud quod in fano celebrant, ne quid reſidui maneat.
Fœminę ruſticorum ualde honeſtæ ſunt in ueſtitu, omnem excludentes pompam: at urba
næ diuitijs abundantes, abutuntur illis in magnam ſuperbiam. Sacerdotes indoctiſſimi
ſunt, ut rarus inter eos, ſicut & apud monachos, inueniatur, qui latinam intel
ligat linguam. Habẽt ſuas concubinas, maioremq; dant operam
procreandis filijs quàm legendis libris,

De Corſica

De Corſica inſula.

CORſicã inſulam Græci appellãt Cyrnum, diſtatq; à Sardinia per unum miliare Germanicũ, quod unius horæ ſpacio traijci poteſt. Eſt inſula in interioribus plena altiſſimis, aſperis & ſaxoſis montibus inſtar alpiũ, ſterilis, parum habitata, qualisq; eſt terra tales ſunt et inhabitatores. Nam habet homines agreſtes, feroces, furto et latrocinijs deditos, q ipſo aſpectu, ut aiũt, referunt animi ferocitatẽ. Sũt homines pauperrimi, nullas curãtes literas: nõ habẽt ullũ medicũ neq; iuriſperitum. Genuenſes, quibus parẽt, dant illis ſingulis annis gubernatorẽ unum generalẽ. Viuũt autem carnibus domeſticis & ſylueſtrib. Creſcit optimũ & nobiliſſimũ uinum in ea inſulæ parte, quę reſpicit Liguriã, quod ob ſui cõmendationem exportatur Romã. Fert quoq; reſinam, mel & ſimilia. Nõ tamen laudat mel in ea collectum. Referta eſt ouibus & bobus. Ea pars quæ reſpicit Ethruriã Italiæ eſt mediocriter plana, habetq; ibi fœcundũ ſolum & producit nobiles & dulces fructus. In reliquis uero locis aditu eſt difficilis, ob montium aſperitatem. Scribit Plinius olim in ea fuiſſe ciuitates 33. hodie uero nullam ferè habet præter unã Baſtiam (penult. producta) quæ tamen eſt parua ciuitas, maritima, & quę reſpicit Caprariã inſulã. In hac ciuitatula reſidet ſupremus gubernator, habentq; ibi Genuenſes militum pręſidia. Ex incolis uero nullus permittit̃ geſtare arma per totã inſulam. Ea parte Corſicæ ubi Baſtia eſt ſita, terra eſt populoſior, uocatq; Cãpo Loro, quaſi cãpus de auro, propterea quod ibi generoſum creſcat uinũ, caſtaneæ & aliquãtulum tritici. In ea extremitate Corſicę quę reſpicit Sardiniam eſt arx fortiſſima, natura munita, Bonifacio dicta, ubi optimus eſt portus, habẽtq; ibi Genuẽſes præſidia militũ cõtra piratas, qui quoslibet homines abducunt, nec ſunt incolæ tuti in uniuerſa inſula, niſi qui habitãt in oppidis munitis, quorũ tamen hodie paucula ſunt. Ante paucos annos miſerunt Genuẽſes coloniam in Corſicam, cõſtruxeruntq; oppidulum prope Bonifaciũ in portu maris, quod uocãt Porto uecio, id eſt, portus antiquus, diſtãs à Bonifacio itinere dimidiæ diei, ubi & milites atq; equites cõtinuas agunt excubias cõtra piratas, ut illorum reprimãt inſolentiã, qui ſæpe ad portas uſq; ueniunt oppidorum. Cæterum quãtum attinet ad antiquã illam ciuitatẽ Aleriam, ſciẽdum illã diſtare fermè tribus miliaribus Germanicis à Baſtia, ſed iacet hodie in ruinis, nec quiſq; ibi nunc habitat præter paſtores, translatusq; eſt inde archiepiſcopatus ad Baſtiã. Haud procul ab area ciuitatis Alerię labit̃ fluuius quidã, qui maximus habet̃ inter amnes Corſicæ.



Vinum generoſum.

Baſtia ciuitas.

Bonifacio caſtrum.

Aleria.

Capraria inſula.

Diſtat Capraria inſula 30. mil. Italicis à Corſica, eſtq; parua inſula & tota montuoſa, Genuẽſibus ſubdita, à Græcis Aegilion dicta. In ea habitãt pauci homines agreſtes, qui colunt uinum, quod ibi ualde generoſum creſcit, præſertim rubrum. Habitãt autem incolæ propter piratas in ſublimi caſtro inter ſaxa locato, quod paucis ab hinc annis Genuenſes ceu tutum aſilum cõſtruxerunt. Ante 7 uel 8 annos fuerunt ferè omnes incolæ capti & abducti à piratis. Sed cum Chriſtiana claſſis prope Corſicã hanc prędã recuperaſſet, uiciſſim captiuarunt prædones illos & egerunt cum illis quod cõmeriti fuerant. Cæterum diſtat Capraria ab Italia miliaribus Italicis ſexaginta.

Vinum generoſum.

Ilua inſula.


Ilua inſula quã uulgo Elwam uocant, nõ multũ diſtat ab Italia, eſtq; ſatis fertilis. Sunt in ea ferri & chalybis fodinæ. Aiunt quoq; eam habere minerã auri & argenti. Sunt in ea aliquot oppida, quia eſt triplo aut amplius maior Capraria. Parebat olim cuidã domino, qui reſidebat in Pumblino ciuitate Italiæ, nunc uero Imperator Carolus habet ſua præſidia in ea. Græci uocauerunt eam Aethalam ob ferri officinam in eo loco flagrantis. Sunt & aliæ paruę inſulę in mari Liguſtico, Gorgona, Planaſia, Oglaſa, &c. quas hic prętereo.

SICILIAE INSVLAE

atque totius regni eius descriptio,

secundum uariam eius habitudinem.





SIciliam sic dictã putant à Siculo duce, qui primum in Latio habitauit, atq; pugnacẽ sub se habuit populũ, cũ quo traiecto freto in Siciliã uenit atq; insulã armata sibi subiecit manu. Sũt qui aiunt illum Neptuni fuisse filiũ. Ab eo itaq; insula dicta est Sicilia, quę antea Trinacria & Triquetra fuit appellata à tribus eius promontorijs, quorũ unũ Pelorus ad Italiã & aquilonẽ uergens contra Scyllã, decẽ miliaribus ab Messana distat, à Peloro Annibalis nauis gubernatore nomẽ sortitum. Est in eo promõtorio turris recẽs, non q̃ maris defendat angustias, sed procul uenientibus, quà transeãt uadũ ostẽdat. Scylla scopulus in cõtinenti, ubi oppidũ Scyglũ, è regiõe cuius memorata turris ultra fretum abest tribus millib. passuũ, tãta enim ibi est latitudo freti, ut etiã bos tranare quæat (est enim προβμὸς) quẽadmodum Diodorus de hoc nugat, Herculẽ in natãte boue ibi traiecisse. Carybdis uorticosum mare, nuncupatũ à Siculis Galosarus, quasi Calofaros: ibi enim faces noctu accenduntur, nautis portum petẽtibus signũ. Scribunt ueteres hãc insulã ab initio portionẽ fuisse Italię, nullamq; inter Italiam et Siciliã extitisse discretionẽ, & eo loco terra fuit appellata Oenotria. Cumq; uice quadã ingẽs oriret terræmotus scissa est Sicilia magno hiatu ab Italia. Alijs tamẽ aliud placet, nẽpe q̃ mare in eo loco impetuosis & perpetuis procellis & illisionibus tandẽ terrã perfregerit, fecerit q; sibi meatũ, sicut & in hunc usq; diẽ ibi semper est impetuosum & ex occurrentiũ undarum cõcussionibus magnus ediẽ sonitus instar horribilis latratus, ut etiã à lõgè rugitus ille audiat. Alterũ promontoriũ uocat Pachynus ab ærís crassitudine, nũc uero Caput Passarũ dicitur, habetq; duo cornua, unum ad ortum & alterũ ad austrũ spectat. Tertiũ est Lilybeũ, Africæ & Libyæ oppositũ: nostra ætate caput Boei dicunt, centum miliarib. à Carthagine ad orientẽ remotũ. Hinc sereno cœlo uideri potest Africa, sicut et memoriæ proditũ est, quendã è specula prospicientẽ naues Carthaginis portu egredientes, quũ olim Romanos expugnare conarentur, Lilyberanis renunciasse. Iuxta promontoriũ istud mirabiles inueniunt lapicidinæ, è cuius saxis olim muri Carthaginẽ ses fuerunt facti. Diodorus Siculus hanc insulã dicit quoq; olim Sicaniã à Sicanis antiquis indigenis dictã, sed nõ diu retinuit nũcupationem istam. Nam quũ mons Aetna crebros euomeret ignes, deuastarẽtur q; circumiacẽtes agri, deseruerunt Sicanij insulã, Siculis q; inhabitandã reliquerũt. Discernit proinde insulam ista in tres uarios, & desinit quæq; uallis in unum promontoriũ. Una, quæ Pelorũ habet, nemorũ est plena. Altera quę extẽditur ad nothum, elit frumentarijs tum cãpis tum nemoribus læta, pecorum q; fœcũda, Pachynũ cõtinens. Tertia Mazaræ, frugiferarũ arborum propè impatiens, messibus armẽtis q; abundãs, Lilybeum sibi uendicat promontoriũ. Ambitus haud indiligẽter facta mẽsione 615 miliarib. Italicis definit, quæ faciunt sesquicentũ Germanica miliaria. Sũt adhuc multi in Sicilia, qui utuntur Græca lingua. Quàm fertilis sit tota insula, ostendã infrà, ubi de singulis locis peculiaris fiet mentio. Ceres apud Siculos in precio fuit. Nã ualuit tanto ingenio, ut agrorũ cultũ excogitarit. Prima apud Siculos boues domuit & aratro terrã sulcis proscidit & semina tradidit. Quę cũ in segetẽ extriuisset collectis spicis flabellis separare & molis terere ac panem conficere docuit, cum antea homines glandibus & pomis syluestribus sustentarentur. Ob quod meritũ post mortem eam deam frugum arbitrati sunt & diuinis honoribus extulerunt.

Tria in Sicilia promontoria.

Scylla.

Sicilia scissa ab Italia.

Pachynus.

Sicania.

Ceres fuit in Sicilia.


Panormus uulgo Palermo, metropolis.

CIuitas Panormitana uetustissima est urbs, sita in loco amœno & fertilissimo. Ad septentrionem spectat, pelago q; alluitur Tyrheno, muris septa perquàm altis, quod opus est Friderici regis. Secũdum mare arx est, quæ nostra tempestate amplificata, quod castrum ad mare nominant. Tres item antiquæ ciuitatis portę, & ueteres muri multis cum turribus lapide quadrato cõstructi, & nunc manent. Ibi inueniunt lapides literis inscripti, quibus Nohæ tẽpore fuisse Panormũ planè cõstat. Sic enim scribit Marius Aretius. Templum ingẽs est Panormi, exteriores parietes multo pulcherrimi, à Gualtherio archiepiscopo Guilelmi regis affine dedicatũ, opus sanè cũctis spectabile, ubi Siciliæ reges sepulti iacent. Ipso in templo statutis cautum est, ne priuatorũ quisq; sepeliat, regibus namq; duntaxat & episcopis cõcessum. Prope est ad orientem fermè celebre hospitale, cuius ministris curãdi ægros atq; infantes alendi, quos uel paupertas uel mu-

Panormus fuit tempore Noæ.

lierum uerecundia clam expoſuerit, maxima cura. Altera parte eſt locus ubi ueteri conſue tudine aureas coronas reges accipere cõſueuerunt. Ibi enim regio diademate donati ſunt Rogerius, utercꝫ Guilelmus, Tancredus, Hẽricus Imper. Fridericus filius, Manfredus & Petrus Aragoneus. Dulcium arundinum, quarum ex recocto ſucco fit ſaccarum, fertiles in Panormitano agro fiunt meſſes. Quod ſic faciunt. Principio cãpum non multum à mari remotum, bene paſtinant, inꝯ paulò eminẽtiores diſponunt ſulcos. Martio deinde menſe arundinum dulciũ nodos, qui ad ſummũ pertinẽt, foliis libriſꝯ exutos ita cõſerunt, ut ſulcorũ latera tribus aut quatuor cũ geminis fruſtis uno ictu perforentur, ſicꝫ implent omnes campi ſulcos. Irrigat̃ terra æſtate, ſimul & à luxuria aſſidue purgatur: brumale demum prope ſolſtitium, radicibus tantũmodo pro altera ſatione (biennium durat) relictis, frangunt̃ arundines. Quarum ex maturis dulciſſimiſꝯ nodis in minuta inciſis fruſta, eo artificio quo oleum, elicitum ſuccum uno ex tribus in hypocauſto diſpoſitis aheno purgatur ac uili percolat̃ panno. Colati mox ſucci partẽ (ſic enim recoquunt) in alterum cõiiciunt ahenum, & hinc rurſus in tertium reponunt cõfeſtim, uerberantꝫ feruẽtem, unde extractũ ſubnigrũ erit ſaccarum. Idem deniqꝫ itidẽ ſemel, iterũ & tertiũ ſi fuerit recoctum, candidum elegantiſſimum'icꝫ fiet. Altera uero illis ex radicibus meſſis, niſi menſe Maio ſtercoret̃ cãpus, uix emerget. Ádiecimus aũt hic cãnamellę picturã & formã è qua ſaccharum ipſum elicitur. Planta eſt millio Indico, quod mellegam & ſorgum Itali uocant, aſſimilis, breuior tamen. Caudex eſt nodoſus inſtar arundinis, non tamen intus, ut arundo, uacuus, ſed materia quadã, qualis eſt in millio Indico uel in iunco ſpõgioſa plena, tenui cortice, dulci ſucco referta, qui in hunc exprimit̃ modum. Caudicem totum in fruſta minutatim incidũt & ſecãt, moxꝫ ſubmittũt torculari, & ſuccum inde expreſſum in cacabum mundiſſimũ immittũt, igniꝫ ſubiecto excoquunt donec perpurgatũ uideat̃. Purgatum in figulinis reponunt uaſis, in quibus ubi refrixerit, in ſaccarum laudatiſſimum congelatur. A Panormo haud longè fundus, cui Cifala nomen, oſtendit̃, ubi aquæ ſunt calidæ, ægrotis admodũ ſalubres.

Saccari planta tio.



Thermæ.

Syracuſa Regia ciuitas.

VRbem Syracuſas maximam pulcherrimamꝫ ac triplici ſeptam muro, opibus & uiribus potentẽ fuiſſe, multi ſunt teſtes. Ea capta prædę tantum fuit, quãtum uix capta Carthagine tum fuiſſet, cum qua uiribus æquis certabat̃. Et Dionyſius tyrannus centum uiginti peditum, equitumꝫ 12 millium exercitũ, ac naues ad quadringẽtas ex urbe una eduxit Syracuſis. Quæ tum manu munitiſſima, tũ loci natura erat, & portus adhuc habet duos, qui quũ diuerſos inter ſe aditus habeãt, in exitu ſunt cõiuncti, quorum cõiunctione inſula ipſa diſiungit̃. Ea tãta fuit, ut ex quatuor tunc urbibus cõſtaret, quarum una ea eſt quã dixi inſula, quæ duobus illis portubus cincta (magnũ & paruũ uocãt) quęꝫ in præſentia, cęteris ſolo adæquatis, tantummodo ſtat. In faucibus portuũ, ubi nunc caſtrum Marker eſt, arx erat tyrannorum, Hieroniſꝯ regis domus, qua prætores poſtea uti ſolebãt, theſauro plena, ac armorum copia ita munita, ut hominum ſeptuaginta millia illis armarentur. In inſula huius urbis eſt fons, cui nomen Arethuſa, tunc incredibili magnitudine, plenus piſciũ, qui fluctu totus opertus fuiſſet, niſi munitione ac

Arethuſa fons.

mole



mole lapidũ à mari fuiſſet diſiunctus, Arethuſa itaq; quã uis nõ ea magnitudine, è rupe ueluti è ciuitatis latere uſq; in hũc diem in portum magnũ effundit. Regnauit olim in hac urbe Dionyſius, occupauitq; tyrãnidem quũ compleſſet annos 25. & regnauit 38. Idem ipſe, fratres & omnes regni æmulos interfecit. Cum ꝙue ob ſæuitiam omnibus inuiſus redderet, abſq; omni regio apparatu in Italiam tacitus profugit. Hic coniuges principũ ad ſtuprũ rapi iubebat, uirgines ante nuptias adducebat, ſtupratasq; procis reddebat, locupletiſſimos ꝙſq; aut ciuitate pellebat aut occidi imgabat, bonaq; eorũ inuadebat. Cũ aũt ſecũdo cõſpiratiõe obſideret. depoſito imperio arce cũ exercitu Syracuſanis traditis, receptoq; priuato inſtituto Corinthũ in exiliũ proficiſcit, ubi in ſordidiſſimũ uitæ genus deſcẽdit, in popinis & lupanaribus totis diebus reſedit, pãnoſus & ſqualidus inceſſit, omniaq; ita fecit, ut cõtemnendus magis q̃ metuẽdus uideret. Nouiſſimè ſe ludimagiſtrũ profeſſus, pueros in triuio docebat. Huius Dionyſij cũ omnes Syracuſani interitũ optarẽt, quædã anus ſola quotidie deos orabat ut incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſet. Audiẽs Dionyſ. admiratꝰ, cauſam q̃rit. Ait illa. Cũ puella eſſẽ et grauẽ tyrannũ haberemus carere eo cupiebã. Succeſſit illi grauior & cum illo carere cuperẽ, tertiũ te importuniorẽ excepimus. Timẽs ergo deteriorẽ ſuccedere tibi, caput meũ, p tua ſalute deuoueo. Tã facetã audaciã Dionyſ. erubuit. Huius Dionyſij fuit Plato magiſter. Cẽte rũ filias Dionyſius ne tõſori collũ cõmitteret, tõdere docuit: adultis uero illis, ferrũ earum manib. remouẽs, cãdẽtibus carbõibus capillũ & barbã adurere. Damocles aſſentator propter eius opes atq; rerũ abundantiã beatum Dionyſiũ aſſidue in ſermone cõmemorabat. Cui Dionyſius: Vis ne igit̃ inquit ô Damocles ſic te eſſe beatũ? Cũq; ille uelle dixiſſet, hominẽ Dionyſius in aurea ſede collocari iuſſit, mẽſasq; inſtrui cõquiſitiſſimis epulis, pueros delectos conſiſtere, iuſſitq; rurſus fulgentẽ gladiũ à lacunari ſeta equina appẽſum demitti. Damocles itaq; gladiũ ſuſpiciens nec pulchros adminiſtratores aſpiciebat, nec manũ porrigebat in menſam, ſed potius exorauit tyrannũ ut abire liceret, q̃ iam beatus eſſe nollet. *Pertilitas agri Syracuſani.*

Agri Syracuſani omniũ quę ad uictũ humanũ pertinent rerũ lõgè ſunt feraciſſimi. Tritici enim omnisq; leguminum generis lætiſſimas ferũt ſegetes, ita ut ibi arare terrã ac frumẽtum ab ea mortales extorquere Cererẽ docuiſſe crederẽt. Ibi q̃q; armentorũ copia & pecudũ, aucupiũ etiã maxima cõmoditas. Anno Chriſti 1070 factus eſt Syracuſis horribilis terræmotus, per quẽ urbs ſic eſt cõcuſſa, ut multa ædificia conciderint. Cecidit quoq; eccleſia interim quo ſacra peragebantur & oppreſſit omnes ferè homines qui in ea erant.

Scribũt quidã Syracuſanos olim regali poteſtate & magiſtratu totius inſulæ Siciliæ potitos fuiſſe. Nã Gelo Syracuſanorũ rex Carthaginenſibus bello iam profligatis, uniuerſę Siciliæ dominium obtinuit, quem Hieroni fratri poſtmodũ ex teſtamento reliquit. Et ubi Romanorum prouincia Sicilia facta eſt, Syracuſis prætoriã domum, ibidem qui ius dicebant, iudices manſiſſe nemo eſt qui improbet.

Catina

Catina.


PTolemæus & Diodorus Siculus uocant urbem iſtã Catanam, eſtq; in planicie, habens montem Aetna ad ſeptentrionẽ. Decorata eſt noſtro æuo ſtudio uniuerſali, ubi & docti quidam habentur uiri. Hanc ciuitatẽ Hiero renouatis colonis Aetnã uocauit, quod ſub radicibus montis Aetnæ cõſtructa ſit, ſed poſt eius mortẽ priſtinum recuperauit nomẽ. In eo loco ubi hodie diuæ Agathæ eſt tẽplũ, fuerũt olim celebres thermæ, marmoreis columnis et epiſtilijs circũſeptæ. Ager Catanaicus eſt totus fertilis, & præſertim uinũ ibi natũ p̃ſtat omni uino Siculo, quale olim hic Baſileæ bibimus, miſſum Eraſmo Roterodamo bonæ memoriæ à mercatoribus Auguſtanis. Pecora quoque optimis paſcuis, quæ ibi ſunt, in tantum ſaginãtur, ut in ipſa pinguedine ſuffocarentur, niſi interdum ſanguine circa aures elicito leuarentur.

Agrigentum.

HAec peruetuſta eſt ciuitas atq; opulenta, quam olim Carthaginenſes euerterunt, & Megalus atq; Feriſcus ab Helea urbe Lucanæ rurſum inſtaurarunt. Plura fuerunt in ea uetere templa egregiè facta, unum Aeſculapij illa tẽpeſtate religioſiſſimum, in quo ſignum erat Apollinis & Scipionis monumentum: alterum Palladis, tertium Iouis. Phalaris Cretenſis ob ſeditiones domo profugus in Siciliam comigrauit atq; Agrigẽti principatũ obtinuit, uir prudens inter omnes, domi militiæq; clarus, literis ac liberalitate inſignis. Perillus Athenienſis faber huic plura opera mira artificio exlata dederat, qui pluribus obtã donatus muneribus, taurum rurſus æneũ naturali ſtatura maiorem obtulit. Ipſe nondum reſerato artificio, quòd homo qui morti deſtinatus eſſet, tauro incluſus ſuppoſitis flammis nõ humanam uocem, qua tyranni ſæuitia leniretur, ſed taurimugitus ederet, donum benigne accepit. Artificium inde doctus, Perillum qui tale excogitauerat tormẽtum omnium ſæuiſſimum ac illo cruciatu dignum exiſtimans, eundem faceret periculũ adegit. Taurus Carthaginẽ deinde adductus, atq; à Scipiõe Africano multos poſt annos reſtitutus. Quẽ taurũ Scipio cũ redderet Agrigentinis, dixiſſe dicit, æquũ eſſe illos cogitare, utrũ eſſet Siculis utilius, ſuis ne ſeruire an populo Rom. obtemperare, quum idem monumentũ & domeſticæ crudelitatis & Romanæ mãſuetudinis haberent.



Incidit in foueam quam fecit



Meſſana.

MEſſana uetuſta Siciliæ ciuitas, hodie ſatis proſpera & pollens, ab Italiæ finib. charybdis freto, portuq; natura ipſa facto diſcreta, ab occaſu collibus munita, tritici meſſibus, quia montibus clauditur & pelago, caret, nemoribus abundat, ſed tota propè eius meſſis in mororum foliis cõſiſtit. Probatiſſima enim à Meſſaneis lana ſerica in multas Europæ partes mittit. Venit artificiũ illud in Siciliã tẽpore Conradi Imperat. Nam cũ rex Rogerius ea tempeſtate ex Sicilia in Græciã traijceret, multoſq; captiuos abduceret, inter eos etiã quoſdam ſerici artifices & textores ſecum duxit & in Panormitanam ciuitatẽ collocauit, per quos breui tota Sicilia ac deinde Italia huiuſmodi artificibus erat repleta. Et quidẽ parciſſimus fuit antiqs ſerici uſus, cuius poſtea luxuriam plurima ſata morus p̃ Siciliã et Italiã auxit, ut nõ ſolũ ad uiliſſimi ordinis homines puenerit, ſed eo canũ equorum

equorumq; stragula ac dorsualia fiant. Nihilq; siue in ordiendo siue in tingendo maiorem recipit uarietatem. Sunt qui scribunt, ad Iustinianum principem duos monachos ex Serinda Indiæ ciuitate serici semen Constantinopolim primũ attulisse, ex eoq; deinde sub fimo posito paulatim uermiculos emersisse, qui mori foliis enutriti sericum fecere, inde transfusum artificium in reliquã Europam, potissimũ in Siciliam. Notatur hic Plinius de errore, qui libro sexto sic scribit: Seres lauticia syluarum nobiles, perfusam aqua depectẽtes frondium caniciem, quasi sine uermiculo sericum sponte in arbore nascatur. Sed redeamus ad Messanam ciuitatem. Portus tutissimum diuersorium, qui charybdis scyllæq; rabies superare pertentant, eam urbis partem alluit, quæ ad orientem pertinet. Fons est in ipsa ciuitate perennis atq; saluberrimæ aquæ, atq; insignis pila, quo potum equos agunt, omnibus quæ in toto ferè orbe pulchrior. Effigies lapideæ duę, Scipionis & Annibalis antiquitate ferè corrosæ in maioris templi porta uisuntur. Sunt quoq; hic uenæ quæ aurum, argentum, porphyritũq; marmor gignũt, sed quæ alumen cęteris omnibus abũdãtius proferũt.

De monte Aetna.

AEtna mons, uulgo Montgibel dictus, suis mirus incendijs, quũ sit materia plenus sulphurea, quæ humidis generãt nutrimẽtis, ueluti in Epheltijs Lyciæ montibus, intra fistulas cauernasq; uẽtorum incluso impetu, & Euri potissimum, subsolani, boreæq;, quibus ipse plus quàm cæteris patet, accensos ignis globos exesis undiq; ex crateribus eructat. Thucydides ab eo tẽpore quo Græci Siciliam tenuerunt, tres Aetnæ ignis inundationes commemorat. Dicit quoque Strabo ante sua tempora cãpos Aetneis cineribus sparsos fuisse. Aliquot pòst annis deinde huiusmodi ignem rursum ex Aetnę hiatu emanasse legimus. Orosius præterea refert, M. Aemilio, Lucioq; Oreste consulibus, horrendis cũ sonis flammas eũdem eructasse montem, Ac Lucio denique Cæcilio Q. Tito Flamineo consulibus, his maiorẽ ignis cladẽ accidisse, & propterea Romanos decennio tributũ Catinensibus remisisse. Arsit & altero post sanctæ Agathæ Catinensis martyrium anno, qui fuit 254 post Christum. Itemq; anno 1165 quando sonantibus ruinis terra adeò fuit concussa, ut ipsius diuę Agathæ domorũ lapsu, sacerdotes omnes obruti sint,



Anno quoq; post Christum natum 1329 factis quatuor profundissimis hiatibus, magnũ prorupit ignis flumen. *Ignis flumen.* Ignis eius noctu horrendũ habet aspectũ, nec lucet ut alius ignis, interdiu autẽ obscure ardet, haud secus quàm accẽsum sulphur, qua materia mons est plenus. Veteres multa de hoc scribunt, potissimũ Strabo, qui & in cacumine montis se fuisse asserit & omnia diligẽtissimè lustrasse. Aiunt in summo apice mirabiles esse mutationes. Interdum enim eructat igneum flumen, aliquando flammam ignis aut obscurum fumum. Et hoc maximè est mirandum de illius ignis calore, quod ille nullo frigore temperari potest, neq; frigus per calorem illum dissolui. Superior enim pars montis plena est cinerum, qui hyemali tempore cooperiuntur niuibus. Supremum fastigium montis est planũ, comprehenditq; per circuitum circiter uiginti stadia, hoc est, dimidium miliare germanicum, in cuius medio consurgit colliculus quidam ex cineribus congestus, unde aliquando ignis & aliquando fumus exhalat. Noctu uidetur ignis in uertice montis, interdiu uero fumus quidam obscurus ascendit. Nostro tamen æuo quando materia combustibils putabatur per ignem consumpta, nihil uisum est ex monte ascendere præter caliginosum uaporem usque ad annum Christi 1537. quando incredibilis magnitudinis ignea massa de incẽso sulphure facta; ex ipsius Aetnæ nouis factis crateribus cum maximo fragore prolapsa, quæ ab aëre aliquantulum condensata superficie, non quidem uelociter sed passim ruebat, colles, nemora, saxa ac rupes, pagos etiam duos (mons enim pagos multos continet) combussisse audiuimus: ac denicq; montis cacumine flammis continuis una ex parte prolapso,

ampliorem

ampliorem factum craterem. Ipse ignis globus, quem incensum sulphur esse cõstat, interdiu subnigrum, noctu autem igneum totum, horrendumq; sese spectantibus ostendit. Tonitrus plurimis diebus continuos, mortales terrentes, exaudiri atq; adustis nigrisq; cineribus non Siciliam modo, uerum & Calabriæ partem opertã, cœlumq; totũ infestissimo fumo, hi qui terras illas inhabitãt sunt testimonio. Cohibitus fuit ignis multis annis, atq; interim in radicibus montis multa bonarũ arborũ genera succreuerunt: sederunt & Catanenses in magna quiete, at quũ ignis tanta uiolentia erumperet & Vulcanus officinã suam reformare conaret, omnia circũ montem grauissimè fuerunt læsa, arbores, nemora, homines & pecora. Rationẽ naturalẽ huius tam mirabiliter ardentis ignis afferunt philosophi talẽ. Est hæc insula in inferioribus suis partib. tota cauernosa atq; plena sulphure, alumine, igne & aqua, alijsq; similibus rebus quæ ignem fouent: ignis autẽ esse nequit sine respiraculo, sed ubiq; sese exerit, sicut & in Sicilia multæ calidissimæ inueniũtur thermæ. Ingressus præterea aër in cauernas excitat flammã, quæ exitũ petens, fumũ & ignẽ euomit, multisq; in locis suos quærit caminos per quos respiret. Interdum quoq; in uisceribus terræ tanta est ignis uiolentia, ut cũ flamma lapides adustos & arenã expellat, calore incluso omnia latera cauernarum concutiente & commouente. Haud procul à Sicilia est parua quædam insula quæ olim Hiera hodie uero Vulcano appellatur, dedicata à gentilibus Vulcano: & hæc habet collem fastigiatum unde noctu ignis, interdiu autem fumus exalat. Obseruatione est etiam deprehensum, flammam per uentum excitari, modo in Vulcano ac deinde in Aetna, sedatoq; uento & flammam extingui. Est autẽ insula Vulcana tota aspera, petrosa & ignibus plena. Flante uento à meridie, cõsurgit circum insulam caligi nosa nebula, sin ab aquilone spiret, erũpit ex camino eius flãma ignis, auditurq; magnus fragor & sonitus crepitãtis ignis. Quo autẽ sterilior est insula Vulcana, eo fertilior est insula Lipari appellata, haud procul à Vulcana sita. Abundat enim fructibus, alumine & sulphuribus thermis. Vocata fuit aliquando Eolia, habetq; ciuitatem unã quam Lipparũ uocant, habet & optima pascua & salubres thermas. Maximũ tamen commodum habet ab alumine. Abest deinde non multum ab ea alia insula Ethalia uocata, quæ mineras habet unde ferrũ coquitur Notandũ præterea, inter Siciliã & littus Africæ sitã insignem insulam Maltam nomine, quam Ptolemæus Melitã uocat, inhabitaturq; nostro æuo à Rhodianis militibus, qui ante paucos annos per Turcam exacti sunt Rhodo insula. Maltam insulam olim Saraceni incoluerunt. Sparguntur & aliæ multæ insulæ circũ Siciliã, ex quibus quædam habitantur, quædã uero incultæ iacent, quales sunt Aenaria quæ hodie Iscla appellatur, nec multum abest à Caieta. Item Cosyra, Aegusa, Strongile, Didyma, Ericusa, &c. quæ ferè omnes nostro æuo alia habent nomina. Quædã coluntur, unde scilicet aliquid cõmodi percipi potest: aliæ uero omnino squalidæ & incultæ relinquunt, quousq; & ipsæ beneficio cœli aliquando afficiantur. Haud enim alia habet ratio de insulis maris, q; de cõtinẽti inhabitato. Sicut enim in terra ipsa regio aliqua certa aliquot annis nullo labore domari potest & perduci ad fructificationem, & deinde irradiata aspectu cœli ad summam assurgit fertilitatem, sic in mari insularum fertilitas & sterilitas subinde suas permutat uices. Aenaria insula olim flagrasse quoque dicitur. Nam collis Epomeus in medio eius positus, cum terræmotibus quassaretur, incẽdia euomuit: ac deinde cum Carolus secundus in Sicilia regnaret, eadẽ insula arsit spatio ferè duorũ mensiũ. Etenim nõ longè ab Iscla ciuitate, quę tunc Gerunda dicebatur, ignis ex uenis sulfureis erũpens magnã insulæ partem incendio uastauit, & præter reliquas animantes multos homines consumpsit, cæteri fuga dilapsi sunt. Manent incendij eius uestigia in hodiernum diem.

Cineres in Calabriam delati

Causa incendij

Vulcana insula.

Lipari insula.

Malta insula.

De administratione reipublicæ in Sicilia ab antiquis temporibus usq; ad nostrum æuum.


IAm suprà obiter cõmemorauimus, Syracusanos ab initio imperiũ tenuisse in Sicilia usq; ad ea tẽpora, quãdo Marcus Claudius Marcellus tertio cõsul post Carthaginense bellũ Syracusas, pfectus, triẽnio urbẽ oppugnauit, atq; Siciliã in prouinciæ formã redegit, Romanisq; subegit, unde Romani nõ parũ cõmoditatis habuerũt. Est enim insula ipsa fertilissima in melle, frumẽto & croco, imò supat ferè in his & alijs rebus fœcunditatẽ Italiæ,

Italiæ, ſicut & uulgo dicitur, Siciliã horreum eſſe & thecam penuariam Romanorũ. Nam quicquid Siculis ſupereſt & quo illi non egent, id Romanis uendũt. Durauit autẽ iſta adminiſtratio uſq; ad Caroli magni tẽpora. Tunc partito inter utrũq; imperium orbe, Sicilia omnis cum Calabria & Apulia Cõſtantinopolitano ceſſit imperio. Cui ſine controuerſia paruit uſq; ad Nicephorum Imperatorem, quo tempore Saraceni Apuliam, Luceriam & alia nõ nulla loca occuparunt, anno ſcilicet Chriſti nongenteſimo decimoquarto. Vnde ſæpe poſtea factis excurſionibus, Calabriã, Neapolim & alia loca penetrauerũt. Deinde poſt annos ferè centum rurſum expulſi ſunt, idq; per Tãcredum Normandũ, uirum armorum gloria inſignem, quiſcũ numeroſa prole finibus ſuis egreſſus in Italiam uenit & tandem cum aliquot milibus Normandorũ, qui ad expeditionem Ieroſolymitanã ſe eo tempore accinxerant, Siciliam, Apuliã & Calabriam cepit. Atq; poſtea moriens imperiũ poſteris ſuis dimiſit, qui comites Siciliæ dicti 43 annorũ ſpacio, magna cum felicitate creuerunt. Succeſſit autẽ Tancredo filius Robertus, qui Apuliam per ſe & Siciliã per Rogeriũ fratrem rexit, atq; cõſtitutus eſt per Rom. pontificem dux feudatarius. Ipſe Neapolim primus poſſedit, longa obſidione & ui expugnatam. Obijt anno 1086. Sequitur genealogia ſecundum Raphaëlem Volater.

Sicilia horreũ Italiæ.

Comites Siciliæ.

Dux Siciliæ.



Poſt Robertũ ducem rerũ eſt potitus in Sicilia Rogerius, quo mortuo ſucceſſit Guilielmus: ſed interim quo ille Cõſtantinopolim conceſſit, nuptias expetiturus filiæ Imperatoris Cõſtant. Rogerius fratris ſui filius, capta abſentis occaſione regnũ inuadit. Guilelmus ſpe nuptiarũ fruſtratus, regnoq; ſimul eiectus, apud principem Salernitanũ animi mœrore diẽ obijt ſine liberis. Rogerius uero uarie in regno iactatus eſt, de quo ſuprà multa in Neapolitanorum regum genealogia. Mortuus uero Panormi, reliquit filiũ Guilielmũ ſecundum ſucceſſorem, qui regnauit annos 12, mortuusq; reliquit hæredem filiũ Guilelmum tertiũ cognomẽto bonũ, qui mortuus poſtq; regnauit 25 annis nullum reliquit filiũ. Tunc electus eſt quidã è genere Roberti Guiſcardi nothus, nomine Tãcredus. Quod cũ põtificibus Rom. diſpliceret, Conſtantiã Rogerij regis filiã deo dicatã é cœnobio Panormitano Henrico Friderici Imperatoris filio ſimul cũ regni iuribus matrimonio tradiderunt. Henricus aũt Tancredũ bello perſequẽs, Neapoli demũ obſeſſum interfecit, & regnũ utrũq; Friderico filio ex Conſtantia ſublato reliquit. Res tãdem deducta eſt ad Manfredũ Friderici filium nothũ, ut apud reges Neapolitanos habes. Is uero regno abdicatus eſt à pontifice, & euocatus cõtra cum Carolus frater regis Francorũ dux Andegauẽſium atq; ei regnum cõceſſum, idq; hac lege ut quadraginta millia nummum aureorũ quotannis pontifici penderet. Carolus igitur traiectis alpibus, Mãfredum tandem ſuperatũ interfecit, deinde Cõradinum Friderici Imperatoris nepotẽ poſt multa prælia cum toto exercitu etiã ſuſtulit, ſicq; ſuperatis hoſtibus uindicauit ſibi citra ultraq; Pharum Siciliæ regnũ. Cumq; in Africã traijceret fratri Ludouico ſuppetias laturus & rediret in Italiã, offendit omnia turbata. Nam pontifex Rom. ſollicitauerat interim Petrum Aragonem, ut iure hæreditario Conſtantiæ uxoris ſuæ, quæ Manfredi regis filia fuerat, regnum Siciliæ inuaderet. Petrus hac ſpe erectus, cum claſſe quaſi aliud ſimulans Sardiniæ propinquat, ſtatimq; Siculos Gallis inteſtos clàm ad defectionem ſolicitat. Qui ad unum omnes, ueſperi dato ſigno, ex ea natione utriuſq; ſexus interficiunt. Quo perpetrato, Petrus ſtatim Siciliam occupat, anno 1283. Carolus uero in hoc tumultu extinctus eſt Neapoli ſuperſtite Carolo eius filio. Qui pugna nauali cũ Petro rege apud Siciliam cõgrediens ſuperatus & captus eſt. Alius uero creatus pontifex, fauẽs Gallis, Petrum ſacris interdicit, regnoq; paterno abdicat, bona diripientibus concedit. Moritur paulo pòſt ex uulnere Petrus, relictis duobus filijs Iacobo & Friderico.

Monialis fit regina.

Aragonenſis occupat Siciliam.

Petrus

Petrus rex Aragoniæ & Siciliæ: Iacobus; Elionora uxor regis Castellæ; Fridericus. Martinus rex Aragoniæ ult.; Ferdinandus rex Siciliæ.

Petrus: Ludouicus; Fridericus. Maria

Fridericus ex Hispania cum classe ueniens in Siciliã uexatã à Roberto Caroli filio, non solũ Siciliã, sed & Calabrię partẽ assecutus est, donec tandẽ pace facta & Carolo liberato cõditiones factæ sunt, ꝙ Carolus duos filios obsides daret & Fridericus Siciliã dum uiueret haberet. His actis Carolus paucis post annis de uita decessit, relictis ex Maria filia regis Vngariæ filijs 14 è quibus notiores fuerũt, Carolobertus, qui postea rex Pãnonię fuit & pater Andreæ, qui successit in regno Apuliæ Roberto patruo & interfectus à Iohanna fuit. Diuus Ludouicus archiepiscopus Tholosanus, Robertus dux Calabrię qui in regno patri successit, Philippus princeps Tarẽtinus pater Ludouici cõfugis secũdi Iohannæ reginæ, &c. Habuit quoq; duas filias, quarũ unam Blancã dedit Iacobo Aragoni, & Leonorã Friderico Iacobi regis fratri. Iacobus rex tradito regno Siciliæ fratri Friderico, secessit ipse in Aragoniã. Cæterũ mortuo Martino Aragonũ rege ultimo absq; prole, orta est de regni iure cõtentio inter Iohannẽ & Ferdinandũ patruum, ꝙ uterq; se propiorẽ Martino materno stemmate prædicaret, armis regnũ Ferdinandus asseruit, cũ uno gradu propior esset q̃ nepos eius ex fratre. Genealogiã eorũ habes in successione regum Castellæ. Ferdinãdus itaq; frater Hẽrici regis Castellæ obtinuit utrũq; regnũ Aragonię & Siciliæ, & ab eo nouã faciemus successionis lineam.

1 Ferdinandus rex Aragonię & Siciliæ

2 Alfonsus rex Siciliæ & Neapolis

ij Iohannes rex Aragoniæ & Nauarrę

3 Ferdinandus illegitimus

iij Ferdinandus rex Aragonię adeptus p uxorem regnum Castellæ

4 Alfonsus

5 Ferdinandus

6 Fridericus ultimus rex Siciliæ

iiij Iohanna cuius maritus Philippus dux Austriæ, rex Castellæ, &c.

Carolus Imperator, rex Castellæ, Nauarræ, Aragoniæ, Sicilię, Neapolis


Ferdinandus Romanorum rex

Numerus cifrarum signat reges Sicilię & eorum ordinem à Ferdinando primo ad Fridericum ultimum. Numerus uero per unitates extẽsus signat reges Aragoniæ & eorum successionẽ. Alfonsus secundus à Iohanna regina Neapolitana adoptatus, multis bellis tãdẽ Siciliæ regno rursum adijcit Neapolim, ut suprà indicauimus, anno scilicet 1442. Succedit ei Ferdinãdus, quem ex pellice sustulit & quem pontifex prius legitimauit. Is autem sexagenarius ex morbo periit anno Christi 1494 & succedit Alfonsus iunior filius eius, sed uix anno uno regnauit, fugiens q̃ à Carolo Gallorum rege in Siciliam, filio Ferdinando permisit regnũ. At nec filius Gallici tumultus flammã expectauit. Gallus itaq; potitus Neapoli octo ferè mẽsibus, reuocatus est in Galliã, & Ferdinando rursum regnũ Neapolitanũ à subditis oblatũ, sed cũ post biennũ sine liberis decederet, & pater quoq; mortuus esset in Sicilia, patruus Ferdinandi Fridericus utriq; regno est suffectus. Qui cũ & ipse post annũ sextũ à Ludouici Gallorum regis exercitu in Aenariam proximã insulam pelleretur, concessit inde sponte in Galliam, seq; ipsius regis misericordiæ permisit. Antequam tamen Fridericus esset pulsus regno, Ludouicus Gallus & Ferdinãdus Hispaniæ rex iunctis copijs consenserunt expugnare regnum, & partum inter se diuidere. Sed cum in diuisione discordia ingens oriretur, uentum est ad pugnam, superatisq; & exclusis Gallis, Hispani in hunc usq; diem retinent utrumq; Siciliæ & Neapolis regnum. Cæterũ quomodo his regnis accesserit titulus regni Ierosolymitani, suprà ostendi.

Finis descriptionis Siciliæ.

COSMOGRAPHIAE uniuerſalis, opera Sebaſtiani Munſteri ex probatis quibuſq; Geographicis & hiſtoricis ſcriptoribus in unum collectæ, Liber tertius.

Deſcriptio Germanicæ nationis, propter quam celebrandam atq; illuſtrandam, autor ſubiit uniuerſum huius uoluminis laborem, diutiusq; ob id in Germania deſcribenda quam in reliquis omnibus totius orbis hæret terris.



VERVNT hucuſq; plurimi tam ex gentilibus quam ex Chriſtianis, qui anxie conati ſunt deſcribere Germaniā, ſed meo iudicio nullus fuit ex priſcæ ætatis ſcriptoribus, qui ciuitates, regiones & populos latiſſimæ Germaniæ rectè conſignauerit. Fecerunt quidem ſinguli quod potuerunt, & ſunt qui illos ſic excuſant, quod per temporum bellorumq; iniuriam nomina ciuitatum & regionū partim interciderunt, partim mutata ſunt, uixq; eſt inuenire aliquid, quod ſuum priſtinū nomen tueatur. At mihi hoc quoq; conſiderandū uidetur, quod ueteres ſcriptores, qui Germaniā deſcribere tentarunt, fuerunt plerique exteri, qui Germaniā nunquam ingreſſi ex ſolo auditu eam deſcribere ſategerunt, quantum ſcilicet à Romanis inueſtigare potuerunt, qui ripis Rheni & Danubij occupatis, excubias & inſidias Germanis tetenderunt, aliquando irruperunt & rurſum pedem retraxerunt, uixq; Germaniā à limine ſalutaruut, ad interiora uero non penetrauerunt, & tamen iuxta qualitatem limitum uoluerunt æſtimare totam Germaniam, nempe, ſicut extrema apparebant informia, aſpera cœlo, triſtia cultu aſpectuq; ſic iam iudicarunt totam nationem, libroſque ſcripſerunt, quibus illam magis infamauerunt quam celebrauerunt. Et utinā eos libros hodie integros & non mancos aut omnino per-

Germania ab exteris male deſcripta.

ditos haberemus. Traiscientibus illis Rhenum à Basilea usque ad Nemetes ilico aspera facies Nigræ syluæ & montium eius, quæ ab occasu ueluti Germaniæ propugnacula sunt, occurrebat. Simile itineris impedimentum à Spira usq; ad coloniam Agrippinã, quum in eo tractu Germania ferè usque ad Moguntiam desinat in Ottonicam montosam syluam, & à Moguntia per Rheni descensum ad Cattorum montes. Quòd si hos transcendissent montes, inuenissent plurimas planities & ualles summa ubertate præstantes, qualis est regio Vuirtenbergensis, præsertim iuxta Neccarũ, uallis Tuberina à Rotenburgo ad Vuerthemicum comitatum, totus Mœni tractus à Bamberga usque Francfordiam, ut taceam Baua riam citeriorem, Franconiam interiorem, Kreichgoiam, Rhetiam Norlingensem, Mysiam, Thuringiam, Saxoniam, Schlesiam, Bohemiam, quę & ipsa pars est Germaniæ, &c. Hæ enim omnes Germaniæ regiones, abundant aut uino aut frumento aut utroque, quædam etiam proferunt argentum, quædam ferrum, quædam sales, aut alias mineras. Scripsit Cornelius Tacitus multa de priscis Germanis, edidit & multos de eorum moribus & locis libros, sed qui pro bona parte interierunt, nec ad nos peruenerunt. Fragmenta tamen quæ adhuc supersunt cupimus in unum colligere ne & illa pereant, quum ostendant quid senserint olim Romani de patria nostra, qualeq; testimoniũ illi tribuerint. Siquidem apud maiores nostros tunc nemo fuit in Germania qui scripserit aut scribere potuerit, quum tota regio barbarie laboraret, nullasque omnino attigerit literas, imò nec uiderit, nisi quod Græci dicuntur illis suos ostendisse characteres, quos pro miraculo habuerunt. Non dubium quin primi Germaniæ cultores inuenerunt terram suam squalidam, informem & planè incultam, pro qua edomanda & in meliorem formam redigenda opus habuerunt multo labore & sudore. Excidendæ fuerunt syluæ, amnes in suos riuos cogendi, ædificia construenda, sterilitas terræ per pastinationẽ tollenda, loca pro habitatoribus distribuẽda, prata & pascua pro pecoribus adaptanda, &c. De his itaque & de nominibus Germaniæ, de situ eius, de regionibus, ciuitatibus, habitationibus, fertilitate, populis, moribus, factis, dignitate, & qualis administratio rerumpub. in ea fuerit ante translatum imperium, &c. multa mihi erunt scribenda.

Interiora Germaniæ fertilia

Terra Germaniæ olim squalida.

De Gothis & eorum sæuitia.



IN describenda Germania, in primis usum fuit. ostendere qui fuerint & unde uenerint Gothi, Vandali & Huni, quod illi olim superioris Germaniæ habitatores sæpe afflixerint plurimumq; incõmodauerint, id quod omnes scribũt historici, simulq; testant pro magna parte illos genere & origine aut Germanos fuisse aut Germanorũ uicinos, præsertim Vandalos, Alanos, Suecos, Gothos, Longobardos & Normannos, qui omnes originem putantur duxisse à Germanis. Nam hi populi orti sunt ex insula Scandia siue Scandinauia, quæ postea appellata est Gothia. Alij scribunt, ex dicta insula prodijsse Gothos, Gepidas, Rugios, Vandalos, Herulos, Turcilingos, Hunos, Vuinulos, qui alio nomine Longobardi uocantur, mouenturq; hac ratione, quòd homines septentrionales propter frigi-

Scandia.

Gothia.

frigidiorem regionem diuturnioris sunt uitæ, multiplicatíq; in immensum nequeunt simul habitare, sed ob uictualium penuriam coguntur turmatim emigrare & alias sibi quærere sedes. Quidam scribunt Gothos & Getas unum fuisse populum, quorum trecenta millia Claudius secundus apud Martianopolim in Mœsia deleuit. Nam longe ante Christum natum putantur in Mœsia habitasse, quæ & minor Scythia á quibusdam appellatur, nec multum abest á Constantinopoli, ubi & regnum habuerunt geisseruntq; grauissima bella contra Cyrum regem Persarum. Alij uocant minorem Scythiam, regionem quæ est circa Mæotidas paludes, unde Gothi emigrarunt ad Mœsiam inferiorem, Thraciam, Daciam & Pannoniam. Sed quando id factum fuerit incertum est. Id constat, priores Asiaticos Scythas fuisse quàm Europicos, quippe qui traiecto Tanai Europicam sibi uendicarunt, ac sua imposuerunt nomina. Diuisi autem quidam Visigothæ, alij Ostrogothæ dicti sunt. Procopius de illis sic scribit. Gothi & Visigothi & Vandali atque Alani uno Sarmatarum nomine appellantur, eademq; est natio, tantum ducibus, quorum nomina accepere, discreti. Deinde alio loco dicit, famam esse Gothos ex Cimmerijs, qui ad Tanaim habitant, uenisse iuuenes quosdam, ac ceruum insectando fluuium traiecisse, reuertentes deinde, suis agrum optimum se uidisse renunciauerunt. Illi armis freti cum exercitu ad Istrum usque uincendo peruenerunt. Fuerunt bellicosissimi, quibus multi Imperatores prævalere nequiuerunt. Iulius Cæsar cos deuincere nequiuit, neque Caius Tiberius, sed neque Domicianus duodecimus Cæsar, qui in superiori Mœsia iuxta Danubium ab ipsis uictus, amisit multas ciuitates. Deinde anno Christi 250. sub Cæsare Philippo traijcientes Danubium ceperunt in Mœsia Martianopolim, quam Cæsar Traianus secundum sororis suæ nomẽ extructam denominauit. Paulo post sub Cæsare Galieno traiecto Bosphoro cum trecentis millibus uirorum, deuastauerunt Bithyniam & insignem eius ciuitatem Nicomediam, & multas alias ciuitates in minori Asia, præsertim restauratam Troiam & Ephesum, in qua olim templum fuit Dianæ celeberrimum, à tota Asia annos ducentos per Amazones ædificatum, quod durauit usq; ad Gothorũ sæuitiam, numeratumq; fuit inter septem orbis miracula. Hoc templum despoliauerunt Gothi sicut & ciuitatẽ, & postea igni exussserunt. Perpetratis autem multis malis, illatisq; plurimis damnis in Bithynia & Asia, onusti spolijs confestim petierunt Græciam, Achaiam, Thraciam & Macedoniam, ceperuntq; eas simili insania perdere. Sed superueniens Cæsar Claudius, cepit & trucidauit ex eis ferè trecenta millia, compescuitq; in hunc modum Gothos ad tempus. Deinde erumpente sæuissima Hunorum gente, Gothi multa ab ea perpetientes, missis legatis ad Imperatorem Constãtinopolitanum Valentem, rogabant ut ipsis portionem aliquam terræ in Thracia uel Mœsia inhabitandam traderet, offerebantq; simul obedientiam & Christianæ religionis susceptionem. Gauisus est Imperator de legatione ad se missa, annuitq; ut ad Danubij ripam in Mœsia ea cõditione residerent, ut nõ ultra procederent & unà Christiani fierent, murusq; essent inter se & hostes suos. Cõstituit etiam super eos præfectos, & missis ad eos Arianis (quorum sectæ ille se addixerat) cunctam gentem eo dogmate pollutam reddidit. Post aliquot uero annos, quum gens barbara à præfectis in officio contineri nequiret, neque à maleficio coherceri, uersa in furorem, præfectos Imperatoris trucidauit circa annum Christi 382. Valens itaque uolens iniuriã ulcisci quintodecimo anno imperij sui lachrymabile cum Gothis bellum commisit. Nam ad primum Gothorum impetum perturbatæ sunt Romanorum equitum turmę, nudatosq; pedites deseruere. Qui mox equitatu hostium septi ac sagittarum nubibus obruti, cum amentes metu huc illucq; fugitarent, funditus cæsi insequentum gladijs contisq; periere. Ipse Imperator sagitta saucius uersusq; in fugam ob dolorem nimium, dum de equo laberetur in uilissimam portatur casam. Vbi superuenientibus Gothis, igne suppositio uiuus est crematus. Qua uictoria Gothi elati Constantinopolim confestim petierunt & cum uxore Valentis pecunia transegerunt, ac domum pacati se recepe runt. Deinde Gratianus & Theodosius pluribus prælijs cum eis initis, pacem tandem fecerunt. Habuerunt deinde reges Atanaricum & Alaricum. Anno Christi 407. sub rege Alarico occupantes Pannoniam, Illiricum & Bauariam incommodis omnibus affecerunt, coniunctiq; cum Radagaso Ostro gothorum rege de inuadenda Italia cogitarunt. Gestisq; multis cum Stilicone sub Honorio prælijs, Alaricus rebus feliciter succedentibus in Italiam hostiliter ingressus, omnia ferro igniq; uastat, urbemq; Romanam à nemine defensam facile occupat, anno Christi 412. urbis autem conditæ 1104. iussitq; primum

Gothorum origo.

Martianopolis.

Ephesi nobilissimum templum.

Gothi fiunt Christiani.

Imperator à Gothis uictus.

Gothi Italiam deuastant.

ad templa confugientes ſaluos eſſe, inde magna ciuium facta ſtrage poſt diem tertium diſ ceſſit, ac per Campaniam iter faciens populabundus, apud Conſentiam ciuitatem correptus morbo perijt. Ataulphus ſucceſſit, qui & ipſe urbem ingreſſus ſi quid erat reliqui diripuit. Deinde relicta Italia in Galliam ſe recepit, quem poſtea Theodoſius iunior bello petens compulit in Hiſpaniam fugere, ubi breui deinde interfectus eſt. Cui Segericus ſucceſſit, & poſt illum Vallias: quo extincto Rodericus rerum eſt potitus. Hic in Catalaunicis ampis contra Hunos cum Aetio pugnans occubuit. Cui Thuriſmundus filius ſucceſſit, potitus regno Hiſpaniæ, interfectus tamen paulo poſt à Theodorico fratre. Hic uero Theodoricus ſubegit totam Italiam, delegitq; ſibi Rauennam pro regia. Quo mortuo regnum adminiſtrauit uxor relicta & filius Atalaricus. Interim uero Theodorus ſeſe ingerens breui eſt interfectus. Cui ordine ſucceſſerunt Vectiges, Ildebaldus, Alaricus, & Totila: Alij plures numerant inter Theodoricum & Totilam. Porro Totila Romanæ urbis mœnia diſiecit, capitolium incendit ac omnia diripuit, ex quo Dei flagellum eſt cognominatus. Hunc Totilam quidam magnis extollunt laudibus, ut liberalitate ac alijs animi uirtutibus præditũ, alij uero crudelem ac ſingulari arrogantia uirum taxant. Quomodo Totila deinde ſecundo Romam inuaſerit, oſtendimus in Italiæ deſcriptione. Fuit autem interfectus à Narſete recuperante Romam, finemque accepit Gothorum in Italia imperium poſtquam illud tenuerant annis ſeptuaginta & uno. Cæterum in Hiſpania interim regnauerunt poſt interfectum Theodoricum, Thuriſmundus filius eius, cui ſucceſſit Henricus frater eius, qui leges ſcriptas primus tradidit Gothis, filiumq; hæredem Alaricum reliquit, qui primum Toloſæ in Gallia regnum obtinuit, ubi & ſedem conſtituit. Inde autem expulſus à Clodoueo Francorum rege ingenti prelio amiſſis omnibus quæ in Gallia poſſidebat, intra Hiſpaniam ad auitum regnũ ſe recepit, cui ſucceſſit Tenda & multi alij ut Hiſpania ſignauimus.

Theodorus rex.

Totilæ ſæuitia



Sunt qui ſcribunt Gothos lege cauiſſe, ne quis eligeretur rex, niſi eſſet craſſus obeſoq; corpore, ſicut contrà Sarraceni (alij ſcribunt Sirraceni) nullum eligebant regem niſi eſſet procero & macilento corpore. Carthaginenſes uero in electione regum attendebant ſolum uirtutem & magnanimitatem, non nobilitatẽ neq; corporis elegantiam,

De Hunorum gente crudeliſſima.

NOn legimus ante ſæuiſſimam Turcarum nationem populum ullum exortum in terris crudeliorem & truculentiorem Hunis ipſis. Fuerunt quidem & Gothi ab initio crudeles & inhumani, ſed in tyrannide & malitia longe ſuperauerunt eos Huni, qui nulli nationi & populo pepercerunt, quin in eos ſummam exercuerint tyrannidem. De eorum origine texunt quidam ſatis ridiculas hiſtorias, nempe quòd prognati ſint ex dæmonibus & maleficis mulieribus, fortaſſis moti ad ſcribendum talia quòd uidiſſent ferociſſimam & abominabilem illorum uitam & horrenda facta. Habet autem ridicula eorum hiſtoria ita: Repertæ ſunt olim in populo Gothico mulieres quædam magæ, quæ ob ſuſpitionem è medio populi ſui proturbatæ longeq; fugatæ, coactæ ſunt errare in ſolitudine. Quas ſylueſtres homines (quos nonnulli faunos ficarios uocant) per deſertum uagantes dum uidiſſent, & earum complexibus in coitum ſe miſcuiſſent, hoc genus ferociſſimum Hunorum ediderunt. Quod fuit primum inter paludes Męotidas minutum, tetrum atque exile, quaſi inhumanum genus, nec alia uoce notum, niſi quòd humani ſermonis imaginem aſſignabat. Quærebant primum uictum per uenationes, donec didicerunt obruere & ſpoliare uicinas gentes. Tali igitur ſtirpe Huni creati, Gothorum finibus aduenerunt. Nam & quos bello forſitan minime ſuperabant, uultus ſui terrore nimium pauorem ingerebant & terribilitate fugabant. Sunt qui ſcribunt eos primum

Fabulæ quorundam hiſtoricorum.

primum duce cerua traiecisse paludes & uenisse in Scythiam. Albertus Krantzius, qui Hunorum quoque meminit, scribit eos primum uenisse ex Suecia seu Gothia, natosq; ex Huno filio Tuiscónis, unde Teutones siue Germani nomen suum sunt sortiti, ut suo loco quoque dicetur. Scribitur etiam de Hunis, quòd in pignora sua prima die nata sæuierint. Nam maribus ferro genas secabant ut antequam lactis nutrimenta perciperent, uulneris cogerentur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescebant & sine uetustate ephebi fiebant, quia facies ferro sulcata tempestiuam pilorum gratiam in cicatrices absumebat. Quod si infans ploralsset, occidebatur uelut adulterinus atque degenerans. Deprimebant etiam pueris nasum, ne ille galeæ imponendæ obstaculo esset. Vbi autem uiribus inualuerunt, primum cœperunt Gothos pellere Scythia. Deinde circa annum Christi 450. relicta Scythia uenerunt cum rege suo Attila in Pannoniam inferiorem occupauerunt q; eam, ubi rex Attila adeo uiribus creuit, ut unà cum Marcomannis ac Quadis (qui hodie sunt Bohemi & Moraui) sibi adiunctis, exercitum conscriberet quingentorum millium militum. Egressus q; Pannoniam, ubique ferociter sæuijt, subuertens multas ciuitates iuxta Rhenum, præsertim Basileam, Argentoratum & quasdam alias. Similem tyrannidem exercuit in Italia & Gallia. Interrogatus autem cur tam crudeliter sæuiret in homines, respondit, se esse flagellum Dei. Callimachus Hunorum mores & res gestas paulo fusius describens, de illis huiusmodi texit historiam. Huni diu natalia loca ab omnibus lingua, uictu, habitu, moribus discrepantes incoluere, sine ullis ædificijs sub diuo passim & tantum ferarum pellibus, aduersus cœli terræq; rigorem & tempestates circumtecti magis quàm amicti. Non religio apud eos, numinisue ullius uel metus uel reuerentia. Corpora hirsuta, facies terribilis ac minax, desæuientibus in filios parentibus, marium scilicet genas candenti ferro insecando, unde imberbes semper, cicatricosa & sulcata cute fuerunt. Argenti aut auri nec usus nec possessio apud eos erat, exercentes permutatione commertia. Diuitiæ solæ in armentis, maxime equorum. Prædæ studio grassabantur in gentes alias. Arcubus tantum studium impenderunt, ut omnes in ea arte excellerent, sicut & Baudetes uir magnæ apud eos nobilitatis uenandi studio ceruam insequens, sic ante se fugientem ut lassitudini mox cessura uideretur, non prius abstitit, quàm superata Mæotide, se uelut in orbem alium elapsum uidit. Cumq; ita cerua, quam oculis pedibusque subsecutus usque ad paludis extrema progredientem nusquam appareret, in campis longe lateq; patentibus locorum situm miratus, retro ad suos uersus, omnia quæ uidit exponit. Quibus auditis, qui paludem imperuiam crediderant, superata Mæotide ad ostia Tanais peruenerunt & per mediterranea in Daciam Mysiamq; declinantes, cum Gepidis & Alanis pugnauerunt. Difficilior res cum Gothis fuit, exercitatis omnium fere gentium bellis. Victi tamen Gothi ab Hunis, Velambro paruerunt patri Attilæ & Bledæ, quem alij Budam uocant. Visogothi indigne ferentes Hunorum imperium, Daciam, Mysiamq; incolendas à Valente Imperatore impetrauerunt, quibus persequendis dum pararet Attila expeditionem, Bleda interijt. Et quia mors eius subita uulgata est, à fratre ueneno necatum ut æmulum regni putant. Deinde Attila mouit in Visogothos, uictosq; Mysia & subinde Dacia in Pannoniam subsecutus est. Vnde fessos cæsosq; multis ac magnis certaminibus tandem commigrare in Galliam coëgit, ipse uero uictoria allectus, in Thraciam Macedoniamque ad mare usque Aegæum penetrauit. Quæ res compulit Martianum, qui orientale tenebat imperium, ut cum Persis & Vandalis, qui in Asiam se receperant, pacem firmaret, quo tutius Hunis occurreret. Quo audito, Attila conuerso agmine rediit in Pannoniam, ibiq; sedem suam ponere constituit, captus locorum amœnitate & oportunitate, quippe quæ magnis & frequentibus fluminibus circumsepta erant, munita & clausa contra insultus externos. Mox ut uidit domi omnia esse pacata & firma, reputans secum Gothorum in Italia & Gallia successus, ad occidentale imperium animum adiecit. Erat enim gloriæ ac bellorum percupidus. Fuit clementis animi in deditos & inexorabilis in deuictos. Pecunias ueteri maiorum suorum instituto propè contemnebat, auditusq; est sæpe cum dicere-

Quare Huni imberbes.

Huni occupãt Pannoniam.

Callimachus de Hunis.



Mors fratris Attilæ.

Attilæ facies genuina & mores.

ret, plus esse molestiæ in earum amissione quàm in possessione uoluptatis. Sermo erat illi horridus & minax, ac propter barbaram pronunciationem auribus grauis. Adiunxit sibi copias plurimas ex Marcomannis, Quadis, Sueuis, Herulis, Turcilingis, Rugijs, quas nationes omnes dicto audientes habebat, una cum Gepidarum rege atque Ostro Gothorum rege. Præmisit legatos Romam ad Valentinianum, indicans se bello accingi contra Theodoricum, qui Visigothis in Gallia præerat, instituisse delere gentem publicæ omnium gentium pacis perturbatricem, haud dissimilibus mandatis instructam legationem ad Theodoricum misit in Gallias, ut separatim postea eos aggrediens facilius utrunque superaret. Sensit tamen Valentinianus astu se peti, & ut conatus Attilæ retunderentur, misit in Galliam Aetium patricium, qui una cum Theodorico omnia præpa-



rarent aduersus Attilam. Congrediuntur itaque in Catalaunicis campis duo insignes exercitus, uictoriamq; sed cruentam Romani consequuntur, & nisi nox bellum diremisset actum fuisset tunc de Hunis. Scripsi historiam huius belli fusius suprà. Verebatur tamen Aëtius ne deleto Huno, Romanis subinde difficilior res foret propter Visigothos, atque ob id dehortatur Thorismundum à suo instituto, qui ob patris interfectionem moliebatur extinguere Hunicum nomen. Sæuijt post hæc Attila in Tungros, quibus relictis adijt Trecenses, ac inde redijt in Pannoniam, nouas copias ad ueteres adiecturus, stimulanteq; pudore rei malè gestæ in Gallia, iræ ac minarum plenus in Italiam conuertit, quasi Galliarum uictoriam ex manibus sibi Aetius eripuisset. Aquileiam tam obstinato capiendi animo aggressus est, ut cum eam primo impetu expugnare non potuisset, triennio obsidere perseuerarit. Cùm autem Huni ducentis ferè annis inhabitassent Pannoniam, quæ postea Vngaria est dicta, eamq; immensis replessent opibus, quas ex Italia, Gallia, & Germania collectas coaceruauerant, mouit in eos Carolus magnus expeditionem, oppugnauitq; octo integris annis, donec tandem ad unum eos interfecit, obtinuitq; cunctas illorum diuitias. Sed de hoc in Vngaria latius.

Bellum in Catalaunicis campis.

De Vandalis.

VAndalos quidam numerant inter populos septentrionales, quod hinc scilicet orti, in alias sese effuderint terras. Alijs tamen magis placet, quòd Bohemi, Poloni, & alij populi maritimi his affines, olim dicti fuerint Vandali. Nominis uero etymologiam deducunt à Vanda regina Poloniæ, quam pro assecuta contra Teutones uictoria, fabulantur dijs seipsam immolasse, de ponte in Vistam salijsse, & ab aquis suffocatam uno miliario à Graccouia. Vnde fluuius in quo est submersa, dictus est Vandalus, & gens circa fluuium habitans, Vandalitæ. Nostro tamen tempore fluuius ille appellatur Vistula, Germanice Wixel, qui scilicet Germaniam separat à Polonia. Lege de hoc Vandaliam Krantzij. Hoc certum est, Vandalos circa annum Christi 400. una cum multis alijs populis, Alanis scilicet, Germanis, præsertim Sueuis, aut, ut alij sentiunt, Francis sibi

eis ſibi adiunctis, numero trecentorum millium, traieciſſe Rhenum, ueniſſeq; in Galliam, ac ca direpta, tranſcenſo Pyreneo penetraſſe in Hiſpauiam, occupaſſeq; loca circa Beticam, quæ Vandalia poſtea eſt dicta, ubi capta Hiſpali quum Gandaricus (ab alijs uocatur Guntharius) templum prophanare uellet, ſubita morte corruiſſe dicit. Cui ſucceſſit Genſericus. Sub eo Vandali ex Hiſpania circa annum Chriſti 431. à Gothis expulſi in Africam traiecerunt, quam cunctam penè ferro, flamma, rapinis crudeliſſime deuaſtantes, inſuper catholicam fidem Arriana impietate ſubuertunt. Sub hoc turbine diuus Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus, ne ciuitatis ſuæ ruinam cerneret, tertio eiuſdem obſidionis menſe, 76. annis uitæ expletis, ad Chriſtum perrexit. Tenuerunt autem Vandali ſubactam Africam 96. annis, alij ſcribunt 74. atque interim Romani tentauerunt aliquoties eos armata manu expellere, ſed non potuerunt. Pax ergo cum eis neceſſaria magis quàm utilis facta eſt. Tunc Genſericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq; opes eius, excruciatis diuerſorum tormentorũ genere ciuibus in ius ſuum uertit, præcipuè autem nobilitati & religioni infeſtus fuit. Cumq; de rerum ſucceſſu tumidus etiam apud ſuos ſuperbiret, ualida conſpiratio aduerſus eum facta eſt. Paulo poſt Romam ueniens, continuo illam præſidio uacuam capit, omnibusq; opibus ablatis, multa inde captiuorum millia cum Auguſta Eudoxia & eius filiabus Carthaginẽ reuexit. Deinde ſeptimo imperij Iuſtiniani anno facta ſunt in Africa Vandalica bella, liberatiq; Chriſtiani in Lybia à tyrannis. Miſſus nanque Beliſarius cum electo exercitu, urbem Carthaginenſem ſine labore comprehendit. Nocte enim ad eam accedentes, & unà cum introeuntibus plauſtris ruſticorum ingredientes, hanc obtinuerunt, ciues ex tyrãnica ſubiugatione eripuerunt, imperiumq; Vandalorum deleuerunt, quod iam ferè centum annis in Africa obtinuerant. Inuenerunt Romani in Africa ingentes theſauros argenti & auri atq; lapidum præcioſorum & diuerſorum imperialium uaſorum, quæ Genſericus deſpoliato Romano palatio in Africam tulit, inter quæ erant & Iudæorum uaſa, quæ Titus Veſpaſiani filius poſt captam Hieroſolymam Romam detulerat.

Vandali graſſantur in Africa.

Genſerici crudelitas.

De gentilibus Chriſtianis, quos uulgo Zuginer uocant & latine Errones.

CVm ageretur annus poſt Chriſtum natum 1417. primùm per Germaniam apparere cœperunt homines nigredine informes, excocti ſole, immundi ueſte, & uſu rerum omnium fœdi, furtis in primis intenti, præſertim fœminæ eius gentis, nam uiris ex furto fœminarum uictus eſt. Tartaros aut gentiles uulgus uocat, in Italia Ciganos appellant. Ducem, comites, milites inter ſe honorant, ueſte præſtantes, uenaticos canes pro more nobilitatis alunt, ſed ubi uenentur niſi furtim non habent. Equos ſæpe mutant, maior tamen pars pedibus graditur. Fœminæ cum ſtratis & pauulis iumento inuehuntur, literas circumferunt Sigiſmundi regis, & aliquorum principum, ut tranſitus illis per urbes & prouincias incolumis permittatur, innoxiusq;. Ferunt ipſi ex iniuncta ſibi pœnitentia mundum peregrinantes circuire, atq; ex minori Aegypto primùm emigraſſe. Sed fabellæ ſunt. Hominum genus quod uſu compertum eſt, in peregrinatione natum, ocio deditum, nullam agnoſcens patriam, ita circuit prouincias, furto, ut diximus, fœminarum uictitans, canino ritu degit, nulla religionis illi cura, etiamſi inter Chriſtianos



paruulos ſuos baptiſari curet, in diem uiuit, ex prouincia demigrat in prouinciam, per aliquot annorum interualla redit, ſed multas in partes ſcinditur, ut non ijdem in eundem facile redeant niſi per longa interualla locum. Recipiunt paſſim & uiros & fœminas uolentes in cunctis prouincijs, qui ſe illorum miſcent cõtubernio. Colluuies hominũ mirabilis, omnium perita linguarum, ruſticæ plebi grauis imminens: ubi foris illa laborat in agris, hi ſpolijs inuigilant caſellarum. Anus eorum chiromantiæ & diuinationi intendunt, atq; interim quo quærentibus dant reſpõſa, quot pueros, maritos aut uxores ſint habituri, miro aſtu & agilitate crumenas quærentium rimantur & euacuant. Sunt anni plus minúſue uiginti ſex ab hoc tempore quando ego Munſterus iſta ſcribo, quòd Heidelbergæ agens, iſtius gentis primoribus me adiungens, uix extorſi literas quaſdam, quas gloriabantur ſe habere ab Imperatoribus, at illæ mihi oſtẽſæ erant Vidimus quoddã (quod aiunt) Lindoiæ à Sigiſmundo Imperatore impetratum, in quo mentio fiebat, quomodo maiores eorum in minori Aegypto olim ad aliquot annos abiecto Chriſtianiſmo ad gentilitatis errorem relapſi fuiſſent, & reſipiſcentibus eis pœnitentia iniuncta, quòd tot annis ex ſingulis eorũ familijs aliquot per orbem peregrè proficiſcerentur, diluerentq; in exilio perfidiæ ſuæ crimen. Sed iam dudum euanuit tempus huiuſce peregrinationis & tamen colluuies illa non ceſſat circumuagari, furari, mentiri, augurari & diuinare. Quod cùm illis obijcerẽ, reſponderunt ſibi intercluſum iter, quo minus domum redire queant, quantumlibet iam pœnitentiæ tempus elapſum ſit. Ad reliqua obiecta ridiculam retulerunt reſponſionẽ, quam hic puderet ſignare. Habent inter ſe plurimos nugatores, qui miris technis ſimplicibus imponunt, perſuadentq; ea quæ in rerum natura non ſunt, aut quæ ipſi nunquã uiderunt. Audiui ipſe à nebulone quodam, qui erat à conſilijs comitis ipſorum, quòd redituri in patriam cogantur tranſire terram illam quam inhabitant Pygmæi, homines cubitalis ſtaturæ, qui haud ſecus rhetiaculis quàm apud nos lepores capiuntur. Cumq; ab illo quærerem, ubi nam eſſet terra illa, reſpondit, eam eſſe longe ultra terram ſanctam, imò & ultra Babyloniam. Dixi, ergo Aegytus ueſtra minor non eſt in Africa iuxta Nilum ſed in Aſia iuxta Gangem aut Indum fluuium, quod argumentũ ille alia quadam facetia illuſit, quippe qui neſciebat ubinam gentiũ eſſet uel Africa uel Aſia. Hæc itaque uolui de Erronibus illis ſignare, quod & ipſi populus ſint quidam Germaniæ, ex uarijs tamen collecti ocioſis hominibus, nulli non Europæ nationi oneroſi, etiamſi illis multi extranei incorporentur, maxime Galli & quidam ex alijs regnis, quæ ingredi permittuntur. Confinxerunt etiam propriam quandam linguam, quam Germani uocant Rotwelſch, hoc eſt, rubrum barbariſmum, utentes interim omnibus ferè Europæ linguis. Nam apud Germanos loquuntur germanicè, apud Gallos gallicè, apud Italos italicè &c. Non eſſent digni illi homines obſcuri, ſordidi & præſtigioſi, quiq; nullo conſpicui ſunt egregio aliquo facinore, quòd hic inter tot illuſtres populos cõmemorarentur, niſi quoſdam ſimplices homines magna quędam teneret admiratio, qua nam ratione illi ita incederent uagarenturq; per terras.

Gens diuinationibus intẽta

Quibus nominibus Germania ab antiquis temporibus fuerit appellata.

REceperunt Germani Teutonicam denominationem mox poſt diluuium à Tuiſcone primo huius noſtræ regionis occupatore, quem Noha ex uxore ſua Araza ſeu Arezia poſt diluuium ſuſtulit, & adultum ad Rhenum miſit, tradens illi regnum à flumine Tanai uſque ad Rhenum, atque huic opinioni ſubſcribit Beroſus antiquus hiſtoricus & Cornelius Tacitus, qui aſſerunt Tuiſconem patrem & caput primum fuiſſe Teutonum & Sarmatarum. Hic ſuis iuxta Rhenum habitantibus præſcripſit leges, iuxta quas honeſte & ciuiliter uiuerent. Sunt qui putant illum è regione Coloniæ Agrippinæ habitaſſe, locumq; illum à ſe Teutſch denominatum. Vocant enim Germani Teutoniam Teutſchland. Sed nemo poteſt certa ſcribere de ueterum factis, quæ ante tria contigerunt millia annorum. Nitimur ſolis coniecturis, quando nulla ueterum habemus ſcripta. Id quoque hic obiter cõmemorandum, nomen illud Teutoniæ inter Germanos &

nos & in Germanica lingua inuariatum in hunc uſque diem manſiſſe, quantumlibet apud exteros ſæpe ſit uariatum, qui perraro in hiſtorijs mentionẽ faciunt, nominis Teutoniæ, quod tamen proprie non à Tuiſcone deducitur, alias enim Tuiſconia fuerat dicendũ, ſicut Germani dicunt Teutſch, ſed deſcendit à Teutane alio uiro, qui dux fuit Germanię aliquandiu poſt Tuiſconem, ſicut & Francia à Franco duce Franconum eſt denominata. Olim enim principes populorũ certas occupantes terras, reliquerunt nomina ſua terris ſuis. Hinc eſt quòd Iudæi Geneſis 10. huiuſmodi utuntur ſententia, quam & ex ſcriptura trahunt,



בַּל אֵלֶּה בְּנֵי נֹחַ נַּפְרֹצוּ לְכָל אֶרֶץ וּשְׁמוֹת אַרְצוֹתָם עַל שְׁמֹתָם׃

Hoc eſt, Cuncti filij Nohæ diſſipati ſunt per uniuerſam terram, & cuiuſq; nomen relictum eſt terræ in quam ille uenit. In hunc itaq; modum accepit Teutonia denominationẽ à Tuiſcone principe ſuo primo uel à Teutane. Deinde poſt multos annos denominata eſt Alemannia, ſicut & hodie ab exteris appellatur. Sed unde nomen illud ſit ortum, nemo certò poteſt ſcire. Quidam dicunt Germaniam dictam Alemanniam ab Hercule Alemanno, qui imperium habuit ſuper Germanos autore Beroſo. Id ſi uerum eſt, erit nomen illud admodum uetuſtum. Alij uero ſcribunt Tuiſconis filium Mannum uocatum, à quo Teutones deinde Alemanni uocati, & tunc nomen Alemanniæ adhuc uetuſtius erit. Sunt autem hæc Beroſi uerba: Sexto anno Semiramidis reginæ Aſſyriorum, iuxta Rhenum Mannus Tuiſconis filius, Germanorum regnum obtinuit. At alij aſſerunt Alemãniç nomen deductum à quodam lacu Lemanno dicto, de ſitu autem eius diſſentiunt. plures tamen conſentiunt, hunc eſſe lacum Geneuenſem, qui eſt in Subaudienſiũ terra. Sed quomodo Germania potuit denominari à lacu qui eſt extra limites eius? Sunt igitur alij qui diunt Alemanniã eſſe nomen Germanicum, ut ſit idem quod alleman, id eſt omnes uiri, ſicut & multa alia huiuſmodi nomina inueniũtur, etiam exteris nationibus uſurpata, qualia ſunt Marcomanni, Cœnomãni, Longobardi, Neomagus &c. quorum primum idem eſt quod collimitius uir, alterum audax uir, quod tamen Germani per k ſcribunt kũnman, tertium ſonat longam barbam, & quartum nouum affinem, germanicè newmog. Sic Alemannia ſonat omnem uirum, qnaſi dicas, propter robur corporis & ferocitatẽ animi ſunt toti uiri nulla ex parte effœminati, & tales quidem olim fuerunt contra Romanos. Non tamen inuenitur nomen illud uſurpatum ab antiquis ſcriptoribus, præſertim qui ante Chriſtum & ducentis annis poſt Chriſtum ſcripſerunt, & tunc quidem uſurpari cœpit pro Sueuia, cuius limites olim fuerunt hi tres amnes, Rhenus, Danubius & Nicrus, quem hodie Neccarum appellamus, licet quidam intelligant per ipsum Mænum fluuium, qui è regione Moguntiæ labitur in Rhenum, & ſecundum eos is diſcriminauit Alemannos à Franconibus. Nam Ammianus Marcellinus ſcribit de cæſare Iuliano in hunc modum. Cùm Iulianus Alemannorum regem uellet inuadere, eo quòd nollet ſe ſubijcere Romanorum imperio, conabatur exercitum ſuum prope Moguntiam nauibus ultra Rhenum deportare. At cùm id minime ſuccederet, conſtruxit in ſuperiori ciuitatis parte pontem, per quem totus exercitus facile Rhenum traiecit, obruitq; Alemannos &c. Notandum præterea, Teutones & aliud nomen accepiſſe à Romanis, poſtquam Romani cœperunt ſibi uſurpare orbis dominium, nam appellati ſunt ab eis Germani, ſicut & in hunc uſque diem hæc Europę natio tritiſſimo uocabulo Germania appellatur. Ratio tamen nominis non omnino certa eſt. Nam quidam cauſam huius nominis arbitrantur eſſe, quòd belli tempore tam fraterno animo ſemper partiti ſint pericula & ſucceſſus, & qui domi remanſerunt, ruſticantes paſcebant uxores & liberos pro cõmuni patriæ ſalute, etiam eorum qui in militiam proceſſerant, & poſt annum qui in bello fuerant reuertentes domum uiciſſim rura colebant nutriebantq; familias, etiam eorum qui exire lege inſtitutoq; in bellum cogebantur. Hæc autem omnia germana fiebant fide. Nec autem uſquam germani fraternicq; animi magis apparent quam in prælijs, ubi uitæ capitiſque agitur periculum. At Strabo qui tempore CHRISTI ſcripſit aſſignat aliam rationem, ſcribitq; in hunc modum: Trans Rhenum uerſus orientem Germani habitant, gens forma & moribus non prorſus diſſimilis Gallis, qui ſcilicet poſtea Franci dicti ſunt.

Alemannia.

Lacus Lemãnus.

Alemãnia non uetus nomen.

Pons Moguntinus.

Germania.

Germanorum fratres Gallorum.

An tempore Strabonis tanta conformitas morum fuerit inter Teutones & Gallos nescio, hoc scio quòd nostro æuo ualde differmes sunt. Sunt alij qui huius nominis aliam afferunt rationem, putantes scilicet eam uocem esse Teutonicam, ut sit idem quod garman, id est, totus uir, e mutato in a, & tunc idem erit quod Alman, de quo iam diximus, & huic oppinioni alludit Thargum Hierosolymitanum, quod Gen. decimo Germaniam sic scribit, גַּרְמַנְיָא Garmania & non Germania. Nec est rara apud Germanos huiuscemodi nominum mutatio, quæ ex Germanismo in latinam transferuntur linguam, ut, Rhenus Rhein, Albis Elb, Nicer Neccar, Alsatia Elsas, Sueuia Schwaben, Bauaria Beiern, Danubius Tonaw, Moguntia Mentz, & multa similia. Sunt rursum alij, qui Germaniæ uocabulum deducunt à uerbo Germino, quòd hæc natio tot produxerit homines, ut sæpe ob sedium angustiam coacti fuerint emigrare & alias sibi quærere terras. Habent & Iudæi hic suas cogitationes. Nam dicunt אַשְׁכְּנַז Askenazẽ, qui Iapheti fuit nepos, primum occupasse Germaniæ terram, eiq; nomen suum reliquisse, sicut & in hunc usq; diem in suis scriptis, Germaniam Askenaz uocant, sed apud nullum adhuc inueni probabile aliquod argumentum, nec ipsi ostendere possunt unde id habeant. Certe Iosephus Iudæus omnium calculo doctissimus, qui quadraginta annis post Christi passionem multa scripsit, explicans decimum caput Geneseos, non dicit Askanazen occupasse Germanicam nationem, sed dicit Græcos per Askenazes intelligere Rheginenses. Sunt autem Rhegini populi Italiæ & non Germaniæ. Sed malo hic aliorum audire iudicium.

De situ & limitibus Germaniæ.

Limites olim Germaniæ.

GErmaniæ regio Europæ amplissima, secundũ omnes qui digni sunt qbus fides habeatur, ut sunt Ptolemæus, Corn. Tacitus, Berosus, Strabo, & si qui sunt alij qui de ea scribunt, consentiunt in hoc, Rhenum Germaniam separare à Gallijs, esseq; utriusque nationis terminum. Nec est dubium, Gallos usque ad Rhenum occupasse omnia, ut scilicet Basilea, Argentoratum, Nemetes, Mogunciacum & reliquæ ciuitates in ea Rheni ripa uerius sitæ fuerint in terra Galliæ quàm Germaniæ. A Rhetis uero & Pannonibus diuisi fuerunt Germani Danubio, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu & montibus, cætera Oceano ambiente. At Germani uirtute roboris armisq; præstantiores, suis terminis non contenti, ultra sunt progessi. Hodie nanque extra hos fines Rhetiam, Vindeliciam, Noricum, superiorem Pannoniam, Alpes, partemq; Illiriæ & usque ad Tridentina clausstra obtinent, Belgarum quoque ferè tota natio Gallici quondam iuris, omnisq; Rhenus in Germaniæ nomen linguamq; concessit, ut se iam Gallos dici nesciant, si audiant indignentur. Heluetij quoq; in Germaniæ nomen & linguam tempore labente transiere. Itaque magnam Galliæ transalpinæ partem, ipsa Germania sibi uendicauit. Prutenos ferocissimam gentem & idolis deditam, intra trecentos annos ex infidelium manibus milites Teutonici ui & armis rapuerunt, ubi & lingua Teutonica introducta est, & Christi cultus genti imperatus. Vnde habita ad primeuos illius terminos consideratione, uidebitur certe illa sibi ferè plus soli insurpasse extrà, q̃ intus prius cõtinebat. Quum itaque de antiqua Germania dixerimus, tu intellige eam, quæ his quatuor includitur aquis, Rheno, Danubio, Vistula & mari septentrionali. Hanc terram Romani olim tantopere suis infestarunt armis oppugnauerúntque à Rheno, Danubio & mari, quin & ciuitates contra eam construxerunt ab altera ripa Rheni, à Constantia usque Coloniam, locantes in eis militum præsidia, præfectos & duces bellorum, ut sine intermissione oppugnarent Germanos, aut saltem arcerent eorum in Romanas terras excursiones, adeo flagrabant inhiabántque huic prouinciæ. Et hinc est quod ab uno latere Rheni tot magnificę & peruetustæ ciuitates inueniuntur, ab alio uero nullæ aut paucæ, idq; à Constantia usque ad mare. Vltra enim Rhenum Galliam uersus sunt Constantia, Cæsareum solium, Zurzachium, Basilea, loco Augustę Rauracorum, Argentina, Nemetes hodie Spira, Vangiones hodie Vuormacia, Mogunciacum, Bingium, Bopardum, Confluentia, Bonna, Colonia, &cæt. En harum ciuitatum frequens fit mentio apud antiquos historicos,

Præsidia Romanorum.

qui

qui ſcilicet ante mille & trecentos annos ſcripſerunt, tametſi quarundam crebrior quàm reliquarum fiat commemoratio. In his enim Romani ſua habuerunt præſidia, haud ſecus quàm in altera ripa Danubij, ubi Romani ſuas quoq; contra Germanorum eruptiones habuerunt ſtationes & munitiones, ab origine ſcilicet Danubij uſque ad Vngariam, in qua ripa hæ uetuſtæ inueniunt ciuitates, Pfulwendorff, Guntzperg, Auguſta, Ratiſpona, Patauium, &c. Quòd ſi oppoſitum Rheni & Danubij latus conſideres, non inuenies ibi ullam inſignem & uetuſtam ciuitatem, cum non licuerit Romanis illic ſine periculo moram trahere & fortaliciũ aliquod erigere, unde Germanos inuadere & oppugnare potuiſſent. Siquidem non dormitauerũt Germani, cùm tantum hoſtem ante oſtium excubias agentẽ ſcirent. Sed quæres, an tranſrhenanæ ciuitates à Baſilea uſque Coloniam illa tempeſtate Gallica aut Germanica fuerint uſæ linguæ? Reſpondeo cum Cæſare & Strabone, Germanos tunc illud latus quoq; occupaſſe & natiuam tenuiſſe linguam, tametſi à Germanorũ dominio fuerint ſecluſi. Quum em̃ Germani in ſua regione multiplicarẽtur inhabitarẽtq; terram incultam & ſqualidam, audirent autem ultra Rhenũ ſolum eſſe longe præſtãtius, traiecerunt plurimi eorum, etiam qui erant de magnis familijs, expulſisq; Gallis inhabitarunt loca illorũ. Vnde dicit Strabo. Tribochos quos Iulius Triboces nominat, Ptolemæus aũt Tribones, reliquiſſe auitas in Germania ſedes, traiectoq; Rheno occupaſſe eam terræ partem, quam hodie uocamus inferiorem Alſatiam ubi nunc eſt Argentoratũ & Kocher ſpergium. Idem feciſſe putantur Vangiones & Nemetes, hoc eſt, Vuormacienſes & Spirenſes. Cui ſententiæ Cæſar quoq; in Commentarijs accedit, ſcribens Belgas nempe Brabantinos & Holandicos pro bona parte ueniſſe ex Germania. Cognito enim quòd terra ultra Rhenum à latere Galliæ præſtantior & fertilior ſua eſſet, relicta ſua turmatim traiecerunt Rhenum, occupauerunt̃q; alienam. Simile quid legimus de Vbijs. Nam cùm illis minime conueniret cum Sueuis, quorum dominium tunc ad Saxoniã ferè & ad Albim uſq; extendebatur, relictis Sueuis traiecerunt & ipſi Rhenum, apprehenderunt̃q; eam Rheni partem, ubi hodie Colonienſis eſt ditio, unde & populi illius agri olim Vbij, ſicut Geldrenſium gens Menapij ſunt uocati. De Cattis quoq; legimus, quòd cùm olim multum eſſent aucti in ea regione quæ hodie Haſſia pro Chattia appellatur, nec ſatis ſpacij eſſet pro tanta multitudine comprehendenda, altercationesq; & contentiones ob penuriam uictualiũ oborirentur, magna quædam familia ad emigrandum ſe accingens, uiri cum uxoribus & liberis in Batauiam inſulam, quæ hodie Holandia appellatur, ſe tranſtulerunt, fixerunt̃q; ibi ſedem. Haud ſecus Marcomanni & Quadi olim ex ea terra quæ noſtro æuo Bohemia appellatur, ultra Danubiũ profecti, receperunt ſe in Croatiam, ibiq; conſederunt. Cæterũ quomodo Burgundi, relicta ſua terra quæ hodie eſt Marchionis Badenſis, uenerint ad terram Sequanorũ, & ſuperiores Sueui traiecto Danubio deficiente q; Romanorum imperio conceſſerint in Turgoiã, Algoiam & Lechgoiam, oſtendam ſuis quibuſq; locis. Similiter quomodo Franci deſcenderint ab antiquis Germaniæ Franconibus, non tacebo ſuo loco, etiamſi iam libro ſecundo in deſcriptione regni Gallie non parũ de hoc diſſeruerim. Aucta eſt Germania ante mille, imò bis mille annos plurimis habitatoribus, ut etiam terra culta anguſtior eſſet quàm ut tantam caperet multitudinem, atq; ob id coacti fuerunt turmatim egredi & alias ſibi uendicare terras, ubi cõmodius uiuere poſſent, præſertim autem ſeptentrionales regiones emiſerunt tam multas in omnes terras gentes, ut multis admirationem incuſſerit, unde tanta hominũ copia uenerit, cuiuſmodi fuerunt Longobardi, Cimbri, Nortmãni, Gothi, &c. Ex his itaq; facile liquet, qua ratione factũ ſit, ut uetuſta nomina locorum iuxta Rhenum & Danubiũ hodie adeo interciderint mutata q; ſint, ut uix liceat aliquem inuenire locum, qui priſtinum ſuum nomen tueatur. Certe plebeis & indoctis hominibus apud nos nihil conſtat de his nominibus. Heluetia, Rhetia, Vindelicia, Noricũ, Pannonia, quę regiones Danubio ferè omnes adiacent, ſed loco eorũ uulgo hodie uſurpamus hæc nomina, Suicia, Lacus Podamicus, Lintzgoia, Algoia, Lechgoia, Bauaria, Auſtria, Vngaria. Sic iuxta Rhenum hæc uetuſta nomina, Sequani, Tribochi, Nemetes, Vangiones, Belgæ &c. mutata ſunt in iſta noua uocabula, Sungoia quæ alludit ad Sequaniam, Alſatia, Lotharingia, Vueſtrichum, Huneſruck, Eifalia, Brabantia, Geldria, & Holandia. Diſtinguebantur olim regiones montibus & fluminibus, at hodie linguę & dominia diſcriminant regna à regnis, atque in hunc modum hodie accenſentur Germaniæ omnes regiones, cuius habitatores utuntur lingua Germanica, ſiue ſint citra ſiue ultra Rhenum & Danubium

Ciuitates iuxtà Danubium.

Tribochi.


Vbij.

Septentrionalium hominũ multiplicatio.

Danubium. Extenditur̃q; hodie Germania uſque ad Moſam, imò & ultra Moſam pertingit. A meridie uero excurrit uſque ad alpes, & in oriente terminatur ad Vngariam & Poloniam. A ſeptentrione uero retinet ueterem limitem, nempe mare.

De antiquis Germaniæ populis atque de eius multiplici diuiſione.

NOn fuit Germania olim ſciſſa & diuiſa ſicut hodie in tot ducatus, principatus, comitatus, epiſcopatus, abbatias & alia dominia, ſed fuit in duas uelut partes ab initio diuiſa, ut quæ alpibus propinquior eſt, ſuperior ſit Germania appellata, altera ad ſeptentrionem atque oceanum uerſa, inferior. Durat hæc partitio ſub Alemanniæ appellatione in hunc uſque diem. Prouincias priuatas tam hæc quàm illa multas habet, ſuperior à Mogano ſiue Mœno flumine quod Franconiam perlabitur, aſcendendo Bauariam habet, Auſtriam, Stiriam, Atheſim, Rhetiam, Heluetiam, Sueuiam, Alſatiam, tractum Rhenenſem, Moguntiam aduſque. Inferior habet Franconiam, Haſſiam, Thuringiam, Bohemiam, Miſnam, Marchiam, Schleſiam, Pruſſiam, Pomeraniam, Liuoniam, Saxoniam, Daniam, Vueſtphaliam, Phriſiam, Holandiam, Selandiam, Geldriam, Brabantiam, Lotharingiam &c. Non habuerunt Germani tempore naſcentis monarchiæ Romanorum ullam muratam ciuitatem aut arcem munitam aut alia loca arte munita, ſed habitauerunt in pagis quos gǒw uocauerunt, quales fuerunt & adhuc ſunt Nortgǒw, Hegǒw, Kriechgǒw, Meingǒw, Zabergǒw, Briſgǒw, Kleckgǒw, Algǒw, Rhingǒw, Eregǒw, &c. Et quanquam Ptolemæus enumeret multas in Germania ciuitates, illæ tamen non fuerunt muris aut munitionibus cinctæ, ſed fuerunt חַוּוֹת ut textus hebraicus uocat loca nullis ſeptis clauſa, quapropter ab alijs autoribus magis pagi quàm ciuitates appellantur. Sic Sueui uetuſtiſſimi Germaniæ populi, commemorantur habuiſſe centum pagos, unde quotannis producere poterant multa millia armatorum ad bellum, & tamen agricultura domi non intermittebatur. Inuenio inter antiquos ſcriptores quatuor inſignes uiros qui de Germanis hiſtorias ſcripſerunt, quorum primus Beroſus trecentis annis ante Chriſtum natum in humanis fuit. Secundus Strabo, uixit tempore humanę per Chriſtũ redemptionis, & tertius Cor. Tacitus, qui ſub Adriano Cæſare uixit, ſcripſit circa annum ſalutis 120. quartus autem Ptolemæus fuit illi ferè coæuus aut paucis annis ſubſecutus eſt eum ſicut & Plinius. Beroſum quidam reijciunt, idq; ob id quòd ille aut liber ſub eius nomine euulgatus, non concordet cum reliquis ſcriptoribus. Quicquid ſit, hoc unum ſcio, quantum attinet ad hebraica uocabula, quorum multa ſunt in eius fragmentis, nullam in eis inueniri impoſturam, quin hęc cogunt me fidem adhibere autori & libro eius, potiſſimum quòd eo tẽpore quando Beroſus per monachũ quendam eſt publicatus, nemo fuerit inter Chriſtianos qui hebraicam calluerit linguam. Alioquin quis indoctis monachis dixiſſet, quid Eſtha, Maia, Arecia & Ruha ſignificauerint, qui linguarum penitus rudes fuerunt? Non tamen inficias eo, quin bono autori aliquid falſi ſit admixtum. Scribit autem Beroſus de Germanis in hunc modum. Tuiſcon à quo Teutones denominationem acceperunt, genuit hos filios, Mannum, Ingeuonem, Iſteuonem, Hermionem, Marſum, Gambriuium, Sueuum, Vuandalum, Hunum & Teutonem. A Marſo deſcenderunt Tiethmarſi & Vuilſermarſi, qui noſtro æuo habitant iuxta oſtia Albis. A Vuandalo uenerunt Sarmatæ, hoc eſt, Ruſſitæ, Poloni, Bohemi, Sclauones & Croatij, qui omnes una utunt̃ lingua. A Sueuo deſcenderunt Sueui. Ex Gambriuio nõ legimus ullum deſcendiſſe populũ. Sunt qui ſcribunt memoratũ Sueuum regem fuiſſe in Germania eo tẽpore quando Balens 11. Babyloniæ rex imperio orientis præfuit. De qua re nemo certam proferre poteſt ſententiã. Porro à Strabone ſequentes ſignant̃ populi, qui tẽpore Chriſti in Germania extiterũt, Bructeri, Sueui, Coldni, Marcomãni, Luij, Zumi, Butones, Mugilones, Sibmi, Senones, Sicambri, Catti, Gãbriuij, Cattuarij, Chaubi, Cimbri, Caulci, Campſiani, Biſurges, Cheruſci, Chatiſci, Ampſani,



Germania ſuperior & inferior.

Beroſus hiſtoricus.

Populi Germaniæ.

ſci, Ampſani, Cheniſci, Landi, Subattij, Heumunduri, Boij. Cornelius Tacitus qui Strabonem eſt centum annis ſubſecutus atque magna diligentia Germaniam deſcripſit, quam tum tamen extero & Romano homini innoteſcere potuit, meminit horum populorum, qui ſuo tempore in Germania fuerunt, ſunt autem hi, Catti, Vſipetes, Teucteri, Bructeri, Friſi, Cheruſci, Cimbri, Longobardi, Marcomanni, Quadi, &c. Plinius dicit Germanos in quinque taxari genera, primum eſt Vandalorum, ſub quibus continentur Burgundiones, Varrini, Carini, & Guttones. Alterum genus eſt Ingeuonum, ſub quibus comprehenduntur Sicambri & Teutones. Tertium eſt Iſteuonum, ſub quibus fuerunt Cimbri. Quartum Hermionum, ad quos ſpectabant Sueui, Hermanduri, Catti & Cheruſci. Quintum Peucinorum & Baſternarum. Vbi & hoc notandum, memorata nomina plerunque fuiſſe Teutonica, ſed quæ Romani non intellexerunt, atq; ideo ſic deprauauerunt traduxeruntq; ad latinæ linguæ normam, ut hodie nos Germani ferè neſciamus, quid unum aut alterum ſit. Vtuntur nominibus nobis adeo incognitis, ut mirari quis ſatis non poſſit, qua temporis iniuria adeo perierint regionibus & populis ſua nomina. Nec minus eſt mirabile quòd nullus ex autoribus cum alio conſentit in nomenclatura, ſed quilibet alia tribuit regionibus, populis & urbibus (ſi quę fuerunt) nomina, cum tamen in uno ferè ſeculo tres inſignio res uixerint, Strabo, Tacitus & Ptolemæus, unde ergo tam diuerſæ nominum impoſitionis cauſæ, niſi quòd doctiſſimi hi ſcriptores aut putarunt ſibi licere pro animi arbitrio impo nere nomina barbaræ nationi, aut genuina Teutonica uocabula corruperint atq; in aliam detorſerint formam. Exempli gratia. Iſteuones uidetur deductum à Germanicis dictionibus, Euſſerſte woner, id eſt, extremi & ultimi habitatores, & Ingeuones die inner woner, id eſt, interiores habitatores, Burgundiones, die burgwoner, id eſt, burgorum habitatores. Hermiones, die hartzwoner, id eſt, picis ſeu picee ſyluæ habitatores, uel Herdwoner id eſt, terrę habitatores. Vide qt populi, quot familiæ & genera hominũ olim fuerint in Germania, priuſquam inſignis aliqua extrueretur in ea ciuitas aut principatus aliquis erigeretur, & tamen ex his omnibus nulla ferè gens aut ciuitas ad nos ſuum tranſmiſit nomen, præter pauciſſimos, ut hic multa doctorum uirorum ingenia ſudarint, ubinam gentium quiuis populus & ciuitas ſuum habuerit locum, & quæ nomina ex modernis uocabulis priſcis poſſint adaptari. Nec minus poſteriores Geographi inter ſe diſſident in nominum reddenda ratione quàm ueteres ipſi, dum unus nititur Ptolemęo, alius Cornelij probat lectionem & tertius credit Straboni. Si primi ſcriptores fuiſſent ex Germanis, nõ tanta obortа fuiſſet difficultas in nominibus, nunc autem quum à longe Germaniam aſpexerint eamq; ſolum à limine ſalutarint & annotarint ea quæ ab alijs referebantur, nec uno eodem anno ſcripſerint, facile apud te cogitare poteris, quo in luto hæſerint. Et licet Ptolemęus & Cornelius fere eodem ſcripſerint tempore, tamen non eiſdem uſi ſunt nominibus, quia Ptolemęus ſcripſit ea, quæ longe ante eum de Germania ab alijs fuerant comportata. At Cornelius ſcripſit qualiter ſuo æuo Germania ab exteris fuit cognita. Hoc certum eſt, Sueuos ante duo millia annorum ſemper celeberrimum Germaniç fuiſſe populum, quorum meminerunt omnes gentiles ſcriptores. Imò Sueui olim fuerunt genuini & ueri Alemanni. Tempore diui Hieronymi fuerunt tres inſignes populi in Germania, nempe Saxones, Francones & Alemanni, hoc eſt, Sueui. Franci partim habitarunt iuxta oſtia Rheni, & partim iuxta ripam Mæni. Alemanni complectuntur Sueuos, Cheruſcos & Chattos. Francis uero fuerunt admixti Chauci & Chamaui. Apud Germanos tunc nulli docti inueniebantur uiri, alioquin & ipſi monumenta ſuæ uetuſtatis poſt ſe reliquiſſent. Romani uero multos habuerunt ſcriptores & doctos uiros, quorum quidam uerſabantur iuxta Rhenum, exercitum comitantes, at ueram conuerſationem Germanorum, ſtudia, mores, & interiora loca, & regiones eorum nunquã ad liquidum potuerunt deprehendere. Nam non fuit tunc ſub cœlo regio aliqua magis incognita impermeabiliorq; Germania ipſa. Siquidem Germani nullum habuerunt cum exteris nationibus commertium, neque communicabant cum illis in aliquo negocio, ſed contenti ſua ſorte domi manebant, uictitantes de fructibus ſibi in terra ſua natis. Et ſi quando impeterent ab extraneis inuaderẽturq; ab eis armata manu, uiriliter & intrepido animo occurrebant illis. Quando autem uidebant hoſtiles uires maiores eſſe, quàm ut illis reſiſtere poſſent, abdebant ſeſe in ſyluis & paludibus, quibus regio tunc abundabat, ut non facile ab hoſtibus inuenirentur. Sed de hoc infrà plura dicemus.

Plinius de Germanis.

Diuerſa ſentẽtia Geographorum.

Germani olim ab omnibus ſe queſtrati.

Collatio

Collatio ueterum ac recentium quorundam nominum populorum ac locorum Germaniæ.

Anates, populi Pannoniæ superioris.
Antes & Anthlij, populus Pomeranorum antiquus.
Arborichij, Hessorum populus, uulgo Eichfeldenses.
Angriuarij, Saxones inter Rhenum & Visurgim, hodie Vuestphali.
Alites, populi Herciniæ, uulgo Hartzlender.
Bardi, populi Megapolensibus uicini.
Bastarnæ, populi quidam Pannoniæ, uulgo Huserni.
Bethasij, Traiectenses superiores.
Bryzani, Brandenburgenses Marcomannorum.
Bructeri, Vuestphali, aut secundum alios Pruteni.
Boij, Bauari qui & apud ueteres Baioarij & Auares appellantur. Batauí Holandi.
Cimbri, Dani aut Holsatij, Ptolemęo Otfacij.
Chauci, Frisij aut secundum alios Saxonum populus inter Visurgim & Rhenum.
Cherusci, Kriechgoiẽses circum Heidelbergam, uel Ottonici syluani. Ptolemæus uidetur eos accipere pro Misnensibus aut Schlesitis.
Chatti, Hunesruckeri, qui inter Rhenum & Treuirenses habitant, aut potius sunt Hassones Chatzenelnbogenses, qui aliud latus Rheni inhabitant. Alij uoluut esse Lusatios.
Cillini, Rostochienses.
Codanus sinus, á quo Codania urbs, hodie Hafnia, uulgo Coppenhagen, caput Danorũ.
Dantiscum, Gdanum, Gythonium, Viuidarium, uulgo Dantzig.
Gepudium olim, nunc Sepusium, Ptolemęo Metanastæ, uulgo Siebenburg.
Gabaliones, Megapolensis plebs in saltibus, uulgo Gagelheider.
Gythones, Dantiscani, teste Cor, Tacito.
Heruli, uulgo Vuerli, Grecè Obętritæ, nunc Megapolenses.
Harelungi, Brisgoienses, apud quos est Friburgum studio uniuersali decoratum.
Heluetij, Suiceri, Confœderati.
Hercinia sylua, pycæa sylua, uocant enim Germani picem Hartz, qua abundat sylua illa.
Lemouij apud Corn. Tacitum, hodie Liuonienses.
Luconij sunt Lubecenses,
Martiana sylua, hodie Nigra sylua, de qua infrà.
Menapij, Geldrenses aut Iuliacenses.
Marcomanni, Marchionitæ Morauenses, aut ut alij existimant, Bohemi.
Mattiaci, uulgo Selandini iuxta Batauos. Nemetes, Spirenses.
Norici, Nortgouueri, Bauari Transdubiani.
Nuithones, Friburgenses in Heluetia, quos hodie Oechtlandos uocant.
Obotriti, aut potius obætritę, Megapolenses siue Meckelburgenses. Sonat autem græca uox Obętrita uariegatum gregem.
Quadi olim, putantur hodie esse Schlesitæ.
Rauraci, Basilienses & Rhinfeldenses.
Rheti, Grisones, Curienses, item Algoij, Rhingoij & qui alterum latus inhabitant lacus Constantiensis, Lintzgoij.
Sargatij, populus Megapolensis, qui & Stargardi.
Salani. Francones Germanorum.
Sicambri, Geldrij, Cliuenses atq; accolæ transrhenani uersus Vuestphaliam.
Sorabi, Vuandali qui habitant iuxta Albim, uel Thuringi.
Sclaui & Sclauini, sunt Bohemi, Vuandali uel Lusatij.
Sueui, quorum nomen in hunc usq; durat diem, extendebaturq; olim ditio eorum usq; ad Albim, ubi & aliquot legiones electorum militum ab Augusto Cæsare missas trucidarunt. Alij tamen dicunt eadem illam factam prope Augustam Vindelicorum.
Sequani, hodie Sunggoij, & extenduntur ex Burgundia usq; ad Basilienses.
Tauriſci, uidentur esse hi qui inhabitant regionem meridionalem Austriæ, quos uulgo uocamus

uocamus Stiermercker, id est, Taurinos Marchionitas. Est enim Germanice taurus Stier.
Thenteri & Fiscini, marchionitæ circum Badeniam inferiorem.
Tribotes & Tribochi, inferiores Alsatæ, Argentoratenses.
Tiguri, uulgo Zurcheri, & Turegi.
Tectosages, Vuirtenbergenses & qui sunt de ducatu Teck.
Tulisurgium apud Ptolomæum, hodie Brunopolis seu Brunonis uicus, uulgo Brunsuic.
Vuini, Pomerani sunt, ab alijs uocantur Vinuli, Vindeli & Vindelici, qui ad Vindum fluuium, hoc est, Oderam habitant, postea Vandali dicti putantur, sicq; duplices à Plinio ponuntur Vindelici.
Vuagri, Holsatij.
Vuinuli, sunt Pruteni, unde etiam prodijsse putantur Longobardi.
Vbij, Colonienses.
Vindelici, Lechgoij, Augustani, Rheti inferiores.
Vangiones, Vuormacienses.

De amnibus & fluminibus Germaniæ.

NOn est prouincia aliqua in tota Europa, quæ tot & tam magnis irrigetur fluminibus ut Germania. Inter illa autem primum & præcipuum, maximumq; est Danubius, uulgo Donau, qui apud Sueuos in ipsa nigra sylua, in pago Doneschingen ex terræ uisceribus magna scaturigine ebullit, cursumq; uersus orientem ad Ponticum mare torquet, receptis sexaginta nauigabilibus amnibus, priusquam mari misceatur. Veteres uocant montem, unde prodit Abnobam, quanquam itinere unius horæ nullus mons pertingat ad scaturiginem eius, sed effunditur copioso aquarum meatu & nunquam deficiente, ex colliculo quodam, cuius eminentia uix habet quindecim aut sedecim cubitos, id quod diligenter ego ipse lustraui, ne Damiano mendacium hic scribere uidear, sumpto itinere triduj a Basilea ad eum usq; locum. Tenebantur ueteres magno desiderio uisendi originem huius fluuij, ut legamus etiam quosdã è Roma in Nigræ seu Hircinix sylux perplexa se contulisse loca, ut uiderent fontem & primordia tam celebris fluuij. Legimus quoque de Tiberio, quod cum uice quadam uenisset ad lacum Podamicum, arripuit iter unius diei, ut originem Danubij præsens contemplaretur. Secundus post Danubium magnus Germaniæ fluuius est Rhenus, qui initium sumit non procul à Curia ciuitate episcopali in summis alpibus, & mons unde scaturit uocatur Straboni Adula, habetq; ibi Rhenus duos fontes, unde geminus promanat riuus, qui defluentes auido meatu per conualles & abrupta montium, coëunt uno milliario supra ciuitatem Curiensem, unus riuus uocatur prior, alter posterior Rhenus. Ab origine prioris Rheni usque ad fontem Rhodani, est distantia itineris, si rectum iter per apices & profundas montium ualles continuari posset, trium horarum, ibi enim tanta est montium sublimitas, ut illi nunquam destituantur glacie & niue, id quod meis uidi oculis, quum anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, mense Augusto eissem prope originem Rhodani, traijceremq; montem quem Furcam uocant, per condensam glaciem & niuem induratam, passus ibidem æstatis tempore magna frigora. Inter horum fluuiorum (Rhodani & Rheni) fontes, est mons Gothardi, quem ueteres summas appellauerunt Alpes, unde prorumpit Ticinus fluuius, qui cursum suum ad meridiem per Italiam flectit. Citra montem Gothardi, citraq; montem Furcæ, originem sumit Vrsula fluuius, quem uulgo Russ uocant, maximoq; strepitu & spuma in conuallibus montium per saxa descendit ad lacum Vranensem seu Lucernensem, & ex eo lacu deuoluitur Aquilonem uersus in Rhenum. A Lucerna usque Basileam est nauigabilis, ultra lacum uero Lucernensem uersus alpes non est nauigabilis, propter plurima saxorum præcipitia & angustias, per quas spumans labitur. Porro Rhodanus recta fertur in occasum, & Rhenus prior ad ortum, idq; ad Curiam usq;. Et in hunc modum iam memorati quatuor amnes diffunduntur in formam crucis ad quatuor mundi plagas, atque ob id montes unde scaturiunt non absque ratione, summæ uocantur alpes. Rhenus à diuerticulo Curiensi inter altissimos montes per uallem amplam, quam non parum suis eruptionibus & euagationibus prope Ragacium & Maifeldium incom-

Danubius.

Tiberius petit fontem Danubij.

Rhenus.

Mons Gotthardi.

incõmodat, descendens, recta petit septentrionẽ, efficitq; duos magnos & præclaros lacus, prior uocatur Brigantinus & Constãtiensis atq; Podamicus. Quidam etiam existimant illum olim dictum Lemannum, sed quod nulla autoritate probare possunt. Is lacus effundit prope Constantiam Rhenum, ac paulo post alterum facit lacum, quem ueteres Venetum, recentiores uero inferiorem, & ab oppido cella Cellensem uocant lacum. Prope Costantiam Rhenus reflectitur ad occidentem, retinetq; cursum illum usq; ad Basileam, ac deinde rursum petit septentrionem. Tertius fluuius Neccarus, qui & Nicrus, cuius ortus distat itinere trium aut quatuor horarum à fontibus Danubij. Augescit autem quoad in Rhenũ labitur multis amnibus, qui ex Nigra sylua undiq; deriuantur, inter quos maiores sunt Entzigus, qui Pfortzensis oppidi alluit mœnia, Cocharus & Iaxtus, qui ab Elbangen per Sueuiam & Ottonicã syluam labentes, haud procul à Vuimpina Neccaro miscẽtur. Quartus nauigabilis Germaniæ fluuius est Mœnus seu Mogonus, qui ultra Bambergã in Voitlandia originẽ sumit, magnisq; ambagibus per Franconiã deuolutus, ac receptis aliquot amnibus, nempe Pegnetio à Nurnberga, Tubero à Rotenburgo, Mimlingo ex Ottonica sylua descendentibus, festinat ad Rhenũ, miscetur q; ei è regione Moguntiæ. Quintus Germaniæ fluuius est Amasus, uulgo Emsz qui Frisiam perambulat, separatq; Vuestphalos à Saxonibus. Sextus est Visurgis, uulgo Vueser, qui ex Hassonia descendens, per Brunopolitanum ducatum mare petit. Septimus est Albis, cuius fontes inueniuntur in Bohemia, aluensq; Misnam & Saxoniam tandem & ipse exoneratur in mare septentrionale. Octauus est Sueuus fluuius, uulgo Spre. Nonus est Viadrus, uulgo & corrupte Ader seu Odera. Decimus Vistula, secundum alios Istula, uulgo Vuixel. In citeriori uero Germania, quæ olim pars fuit Galliæ, est Obrinca fluuius, hoc est Mosella. Cæterũ præter hos nauigabiles fluuios, sunt adhuc alij innumeri minores amnes Germaniã irrigantes, qui accolis suis nõ parum cõmoditatis afferunt, ut sunt Naha prope Crutznacum, Brussus & Illa prope Argentinam, Murgus in Marchionatu Badensi, Kintzigus prope Offenburgũ, Araris, Limmacus, & Russus in Heluetia, Licus iuxta Augustã Vindelicorũ, qui olim separauit Alemannos à Bauaris, Isera prope Monacũ & Landshutam, Enos qui ab Enopõte fluit uersus Patauiũ Germaniæ, item Anisus uulgo Ens, qui olim Hunos separauit à Bauaris. Et hi quidem inueniuntur citra Danubium & extra ueterem Germaniam. Vltra uero Danubium in Nortgoia ex monte Fichtelberg plurimi quoq; prodeunt amnes, potiores sunt Nabus, Sala, Eger, Pegnetius &c.


Lacus Podamicus & Venetus.

Mœnus fluuius

Amasus.

Albis.

Quám acriter & longo tempore Romani olim oppugnauerint Germaniam.



QVanto labore & sudore, quantis cũ expensis & iactura Romani olim arma mouerint contra Germaniam, nemo est qui id ignorat, qui modo uersatus sit in historijs. Non multo labore subiugauerunt Hispaniam, Galliam, Britanniã, Græciam Asiam, Aegyptum, Macedoniam, & alias multas regiones. At Germaniam non

non tàm facilè potuerũt ſuperare, præſertim eam Germaniam, quam Rhenus ab occaſu & Danubius ab auſtro claudunt. Multa centena millia hominum trucidari oportuit, priuſquam hæc unica prouincia Romanis ſubijceretur, ut iam oſtendimus. Siquidem Germani tam obſtinato animo tantiſq; uiribus corporis Romanis & omnibus hoſtibus ſuis reſtiterunt, ut inter uicinos eorũ tale uulgareť prouerbiũ: Qui uult infeliciter pugnare, is adoriať Germanos. Et, qui uult uerberibus laniari, is cũ Germanis ineat contentionẽ. Inuictus ille & fortiſſimus Iulius Cæſar, primus aggreſſus eſt Germanos, occupauitq; ciuitates eorum, quas illi antea ultra Rhenum à parte Galliæ ſibi uendicauerant, coloniasq; in eas deduxerant. Quod cum Germani uiderent, trãſgreſſi Rhenum cum rege ſuo Arioui ſto, Romanos ubicunq; occaſio offerebatur, omnibus modis conatibusq;, aperte & clam impedire ſatagebant, ſeduloq; cogitare de ſibi ſubijcienda Gallia, & eijciendis ex ea Romanorũ præſidijs. Ventum eſt tandem ad pugnã, acriterq; apud Sequanos pugnatũ, & utrinq; infinita penè hominum multitudo occiſa, uiceruntq; Germani ſæpius quàm uicti fuerint. Cumq; multoties Galliam diriperent & omnibus modis Romanorum conatus impedirent, Cæſar neceſſario omnem belli molem in Germanos uertendam iudicauit. Commeatu igitur comparato, delectuq; habito militum & equitum, aduerſus Germanos proficiſcitur, qui in Gallia ſedes occupauerant, expulſis incolis Gallis Romanorum ſocijs. Denunciat illis ſe nullo modo laturum, ut ipſi Romanorum ſocios eijciant occupentq; agros eorum: nullos in Gallia habitatoribus uacuos agros eſſe, qui ſufficiãt tantæ multitudini. At illis renitentibus rurſum uenitur ad pugnam, cæduntur multi, non parcitur neq; paruulis neq; mulieribus, uertuntur in fugam atq; trans Moſam tuta coguntur quærere loca. Ingẽs eo die mulierum & puerorũ Germanorum numerus interijt, magna quoq; utrinq; uirorũ cadit multitudo. Tunc Cæſar tranſportare in Germaniã per Rhenum copias ſuas cẽſuit, præſertim cum iam ſubegiſſet omnes ciuitates Rhenanas, quæ in Gallica ripa iacent à Baſilea uſq; ad Mogunciacũ atq; præſidia in eas locaſſet una cum præfectis, comitibus & ducibus. Nam taxauit totũ Rheni tractum in prouincias & præfecturas, aſſignauit illis magnificos titulos, ordinauit comites & duces. Prima & maior prouincia comprehendebat Heluetiã, Sequanos & Rauracos. Dux huius prouinciæ ſedem habuit Biſontij, habuitq; ſub ſe alios præfectos & tribunos, ex quibus unus habitabat in agro Baſilienſi, in loco qui hodie diciť Hole, qui ibi obſeruabat & cuſtodiebat uadum Rheni, ne Germani clam trajicerent Rhenum, turbarentq; Romanorum terras. Succedebat huic prouinciæ tractus Argentoratenſis qui apud Seleſtadiũ ſumpto initio extendebatur ſecundũ ſucceſſum Rheni ultra Argentoratum, uocaturq; hodie Alſatia inferior. Præfectus huius regionis uocabatur comes Argentoratenſis, parebatq; duci Moguntino. Ibi quoq; incipiebat Germania prima & cõprehendebat ſub ſe Argentoratenſem regionem, Spirenſem, Wormacienſem & Moguntinenſem. Alij uocant eam Germaniã ſuperiorẽ, & extenditur uſq; ad Lotharingiam. Ptolemæus uero extendit eam uſq; ad Moſellam, quem ipſe Obrincã uocat. Summus huius tractus præfectus habitabat Moguntiæ, habebatq; ſub ſe undecim minores præfectos, qui in diuerſis locis ſuas habebant mãſiones, unus Saletione, id eſt, Seltz, alius apud Tabernas, uulgo Zabern, alius in Vico Iulio, ego ſuſpicor eſſe Wiſſenburgum aut Landoiã, unus apud Nemetes, id eſt, Spiræ, alius in alta ripa ſub Spira, qui locus hodie uocať Altrip, nõnihil adhuc uetuſto nomini reſpondens, tãetſi iam ſit uicus uilis. Erat præterea unus Wormatiæ, unus Bingæ, unus Bodobrigæ, quæ hodie eſt Boppart, unus Confluentiæ & unus Antonaci ſiue Andernaci. Altera & inferior Germania extendebatur à Colonia Vbiorum metropoli, uſq; ad mare, ab occidente uero pertingebat uſq; ad Moſam, erantq; præcipuæ eius ciuitates Agrippina Vbiorum, & Tungri, ubi poſtea epiſcopatus fuit cõſtitutus, qui tamẽ hodie Leodij eſt. Haud aliter Romani locauerunt ſua præſidia in ripa Danubij cõtra excurſiones Germanorum, habueruntq; ibi certas prouincias & prouinciarum præfectos, præſertim in Rhetia, Norico & Pannonia. Diſtinguebãt tamen Rhetiam in duas prouincias, prima continebat lacum Conſtantienſem & adiacentia loca, erantq; præcipuæ eius ciuitates Brigantium, Arbona & quicquid oppidorum eſt uſq; ad Curiam. Item cõplectebatur hæc prouincia Lintzgoiam & Algoiam uſq; ad Licum fluuium. Altera Rhetia extendebatur à Lico uſq; ad Enum fluuium, complectebaturq; Auguſtã Vindelicorum, ubi & theſaurarius illius prouinciæ ſedem habuit. Succedebant huic prouinciæ duæ quoq; aliæ prouinciæ, quæ uocabantur prouinciæ Noricorũ, quæ

Promontorium.

Arioui ſtus rex Germa.

Germani occupant terras ultra Rhenũ & Danubium.


Prouincia Romanorum prima.

Tractus Argẽtoratenſis.

Alta ripa uulgo Altrip.

Rhetia duplex

extendebãtur per Pannoniam ſuperiorẽ, hoc eſt, Auſtriam, ad Pannoniã inferiorem, quæ hodie eſt Vngaria, habebantq; ſuos præfectos & præſidia. Sed his relictis redeo ad tractũ Rheni. Quũ Iulius Cæſar apud Sequanos in armis eſſet, uenitq; cõtra eum Arioui-ſtus Germanorum ſuperiorum rex multasq; pugnas iniſſent, victus tandẽ Arioui-ſtus, cũ reliquijs traiecto Rheno fugit ad Germaniã. Vltimã pugnam aiunt factam apud ſanctũ Apollinarẽ, qui locus diſtat à Baſilea uno milliario. Superatis itaq; citra Rhenum in partibus Galliarũ Germanis, Cæſar omnino tranſportandas in Germaniã per Rhenũ copias cenſuit, præſertim quum unam ripã Rheni occupaſſet & ubiq; præſidia locaſſet. Ipſe quoque ſæpius cum ſuis natando tranſijt Rhenũ, ut Germanis terrorẽ incuteret, ſed quum hoc pacto totum exercitũ tranſportare nequiret nec nauibus tutum eſſet traijcere, quodã pontis genere, de quo ipſe ſcribit, apud Vbios & Menapios ſibi uiam tranſeundi parauit, trãſportatisq; per pontes omnibus copijs, uolens terrorem incutere Germanis, ædificia & frumẽta paſſim ſuccendit. Cognoſcẽs uero Sueuos omnes in armis eſſe, eosq; in unum cõueniſſe locum, hoſtẽ lætos, animoq; plane Germano expectare, & ſi ueniat, ipſos obuios excepturos, imò etiã abiturum perſecuturos, celeriter ſe in Galliã recepit, & ne Sueui inſequi poſſent, pontem deſtruit, qui magno ſumptu & laboribus factus erat. Vnde liquet Sueuos olim non ſuperiorem tantũ inhabitaſſe Germaniã, alioquin pontem non cõſtruxiſſet Iulius apud Vbios, ſed potius apud Argentoratenſes aut Nemetes, qui è regione hodiernæ Sueuiæ habitant, ſed extendebatur habitatio eorũ uſq; ad Albim, ubi irritare poterãt Vbios ſuis excurſionibus, ubi etiã Vbij coacti fuerunt implorare contra Sueuos Cæſaris auxiliares manus. In nullo itaq; Cæſar potuit incõmodare Germanos intra terminos ſuos latitantes, ſed quicquid terrarum habuerũt ultra Rhenum uerſus Galliam, aut extra Danubiũ uerſus alpes, obtinuit ipſe & ſucceſſor eius Auguſtus, & primũ quidem ſubiugauerunt ſuperiorẽ partem lacus Podamici, deinde Sequaniam iuxta Biſontium, deinde tractũ Argentoratenſem atq; Germaniã ſuperiorem unà cum agro Metenſi & Treuirenſi, & quarto Germaniam ſecundã ſeu inferiorẽ. Interim quoq; occupauerunt utrãq; Rhetiam, Noricum & Pannoniam, nempe Algoiam, Lechgoiam, Bauariam, Auſtriam & Styriam uſque ad Vngariam: at ex uera Germania, quam Rhenus & Danubius claudũt, nihil ſibi poterant uſurpare. Laborabant tamen multo tempore & extremis uiribus pro ea, & undiq; obſederunt eam ad ripas Rheni & Danubij, militum præſidijs & copijs, præfectis & ducibus bellorum, fuitq; Iulius primus qui eos bello petiuit.



Arioui-ſtus. ſuccumbit.

Sueui in inferiori Germania.

Quæ uera & antiqua Germania.

Imperatores poſt Iulium armis ſuis infeſtant Germaniam.

Auguſtus bello petit Germanos.

AVguſtus Cæſar, nullum non mouit lapidem, quo Germanos ſibi ſubditos faceret. Vnde paucis aliquot annis ante Chriſti incarnationem miſit duos priuignos ſuos Tiberiũ & Druſum è Roma ad Danubium, qui armis & uiribus ſuis Romano imperio ſubiecerunt regionẽ circa Licum, quæ tunc Vindelicia & Rhetia appellabatur, interfectis nobilibus & magiſtratu illorũ locorũ, præſidioq; firmato ex Romano milite. Muniuit quoq; Auguſtus ripas Rheni & Danubij certis & ad hoc confirmatis militibus, qui unà cum uxoribus & liberis gaudebant ſingularibus priuilegijs, ut nulli alteri militi huiuſmodi bona & prædia concederentur. Fuerunt autem plurima huiuſmodi præſidiorum loca, id quod in hodiernum uſque diem teſtantur antiqua & collapſa arcium monumenta & lapides quidã uetuſti Romanis inſigniti characteribus. Germani pellebantur

tunc

tunc à Romanis ultra Danubiũ & Rhenum in Germaniam, ſed interim non quieſcebãt, erumpẽtes & excurſiones in Romanorũ fines facientes, haud ſecus q̃ hodie Turca excurrit in Chriſtianorũ fines. Quapropter Romani coacti fuerunt cõtinuas militum excubias habere in utriuſq; fluminis ripa. Duo fratres Tiberius & Druſus, autore Strabone, ſubiugarunt regionem circũ Ratiſponã, & (id quod moris fuit Romanorum) extruxerunt in locis natura munitis nouas ciuitates, præſertim infra Licum ad Danubiũ cõdiderunt Auguſtam Tiberij (hæc hodie eſt Ratiſpona) in Rhetia ſecunda, quemadmodũ iuxta Licum in Rhetia prima extructa fuit Auguſta Druſi, quam Ptolemæus appellat Druſomagũ, hodie autẽ uocatur Auguſta Vindelicorũ. Druſus iſte cum exercitu Rom. imparatos Germanos ex improuiſo oppreſſit, qui circa Rhenum habitabãt, cepit multa milia hominum quos in Galliam deſtinauit Vſipetes ſcilicet, Marcominos, Cheruſcos, quoſdã Sueuos & Sicambros. Effecit etiã ut magno labore Hercinia ſylua eſſet peruia, multis q̃ locis illã habitabilem reddidit. Nam ante Druſi aduentũ quidam ſcribunt Herciniã ſyluam deſertum fuiſſe inhabitabile & planè domũ ferarum Fuit autẽ Druſus admodũ adoleſcens immatura morte abreptus ex uulnere quod à Germanis acceperat, deſciueruntq; illico quos ſubegerat Germani. Poſt Druſi mortem miſit Auguſtus Tiberiũ & Varũ contra Germanos cum magno exercitu: qui licet plurima damna inferrent Germaniæ, non tamen ualuerunt eam cogere ad officiũ. Germani enim natura ingenioq; ad libertatẽ nati, Vari hominis tumidi nõ ferentes dominationẽ, eligunt ducem, cuius præſidio Romanã eijciant tyrannidẽ. At Varus cõfidens Romanis legionibus, nihilq; à Germanis timens nõ ueretur hoſtiũ multitudinem & robur. Germani ergo cõuenientes, Romanos opprimũt, arces & captas urbes ſolo æquant, tres legiones trucidant, & captorũ, quorum magnus fuit numerus, alijs manus, alijs oculos, alijs aliud membrũ exciderunt. Principis Vari corpus, quod milites terra obruerãt cum ſignis militaribus duabus aquilis effoſſum, fruſtatim diſſecauerunt & in paludẽ proiecerũt. Quo autẽ in loco hoc factũ ſit, dubitant ſcriptores. Sunt qui uolunt id in agro Vindelicorũ factum. Strabo alio uult loco factũ. Tacitus putat factũ in ſylua Teutoburgenſi. Communis fama eſt id factum iuxta Albim fluuiũ. Faciunt autem tres legiones ferè 20 millia electorũ & armatorũ uirorũ. Iohannes Auentinus ſcribit Ratiſponæ eſſe duos uetuſtos lapides, qui oſtendũt quid proprie ſit legio quarta Italica, nempe numerum 6000 electorũ militũ peditum, & quingentorum equitum. Hæc clades uehementer afflixit Auguſtũ, ut capite in parietẽ grauiter illiſo ſæpe clamaret, Quintili Vare redde legiones. Poſt hæc geſta, miſſus eſt à ſenatu in Germaniã frater Druſi Tiberius cũ quindecim legionibus, quæ erant maximus eo tempore exercitus Romanus. Hic Germanos bello grauiſſimo impetiuit, magna damna illis inferens, & magna uiciſſim accipiens. Toto perpetuo triẽnio durauit bellũ hoc, nec ullum grauius magisq; ſanguinolentũ Romani poſt Punica geſſerunt bellum. Poſt hunc Veſpaſianus cõtra Germanos miſſus eſt cũ ualida manu, magnisq; conatibus eos aggreſſus, frequẽtibus prælijs ferè totũ exercitũ perdidit. Sequutus eſt Veſpaſianũ & filium eius Titum Domitianus, qui & ipſe conatus eſt triumphare de Germanis, cupiebatq; ſe uocari Germanicũ, q̃ feroces Germanos deuicciſſet, ac cum parũ proſpere cum eis conflixiſſet, nihilq; inſigne egiſſet, niſi q̃ Chattos iuxta Rhenum edomuit, longè aliter ei euenit q̃ ſperauerat. Traianus quoq; Imperator aggreſſus eſt Germanos iuxta Rhenũ & Danubiũ, editoq; lapideo põte ſuper Danubium iuxta Ratiſponam (ut quidam ſcribunt) conatus eſt eos redigere ſub iugum. At cũ armis nihil efficeret, alijs artibus, nempe mãſuetudine, humanitate & iuſticia eos ſibi deuicit, in prouinciã redegit, beneuolentemq; habuit. Et quæ antè nullis armorũ uiribus domari potuit, huius beneuolentia uicta iugum tulit. Subſequutus uero Antoninus Pius, aggreſſus eſt & ipſe reliquias Germanorũ, diuicitq; Marcomannos & quoſdam alios populos, ſed nondũ ſubacta fuit tota Germania. Is cum eſſet uir bonus, facilè Germaniã circa Rhenũ & Sueuos in officio detinuit. Quod autẽ Germanos nõ perſecutus ſit uſq; ad ultimas glacies, mirũ non eſt, neq; enim operæpreciũ fuit magno capere homines in locis incultis degentes, nihil habentes, neq; ædificia neq; ſuppellectilẽ ullam, niſi cortices arborũ aut pelles ferarũ. Huic Imperatori ſingulare ſtudiũ fuit, ut Germania latius miteſceret, nam liberalia ingenia eos habere deprehendit. Marcus Antonius Verus longo & magno bello, quod illi cum Germanis fuit, exhauſit ærarium, tantæ molis erat Germanos bello tentare. Deinde Antoninus Cõmodus aggreſſus eſt quoq; Germaniam, idq; ſatis feliciter,

Germanorũ excurſiones.

Ratiſpona. Auguſta.

Druſus occumbit.

Varus cum legionibus interficitur.

Legio quid.

Veſpaſianus bellum infert Germanis.

Antoninus.

ſed nõ deuicit totam. Succedensq; ei Pertinax nõ uulgariter triumphauit & ipſe de Germanis. Maximinus qui militauerat ſub Alexãdro Seuero, omnia quæ acceperat, milites & reliqua in Germania cõſumpſit. Nam craſſus & ſtupidus uẽter neq; ſuis neq; alienis parcens, poſt mortem Alexandri Germanis non dubitauit inferre bellum, exurere & perdere omnia. Traiecit cum magna potentia Rhenũ tempore meſſis, perdiditq; frumentũ, exuſſit domos, quæ pro maiori parte cõſtructæ erant ex lignis cõpaginatis ſine petris & coctis lapidibus. Abductis aũt pecoribus lõgè, progreſſus eſt in Germaniã, uiditq; quomodo Germani ſeſe abdiderant in perplexis ſyluis & paludinoſis locis, unde ex improuiſo irruerunt in hoſtes. Nequiuerunt Romani eos telis petere in condenſis ſyluis, ac deinde erant paludes quædã profundæ, quas exteri ſine magno periculo ingredi nõ potuerũt. Sicut & quadam uice contigit, ut Romani congreſſi cum Germanis in quodã loco paludinoſo, in quo Germani tutos ſe hærere putãtes expectabant hoſtiũ inſultum, trepidantibus autem Romanis militib. Maximinus primus eſt ingreſſus, expoſuitq; ſe tãto periculo, ut equus eius ſæpius uſq; ad ephippiũ mergeretur. Quod uidentes milites eius, ſumpto animo ingreſſi ſunt & ipſi paludes, initaq; pugna plurimi utrinq; ceciderunt, & impletæ ſunt paludes cadaueribus humanis, rubricataq; eſt aqua illa paludinoſa ſanguine occiſorum. Ex Germanis pauci reſidui manſerunt. Hanc pugnam & uictoriã, ſcriptis fecit Cæſar celebrari, indicauitq; ſenatui & populo Rom. quin et pictura uoluit eam eſſe præſentem oculis ſuis in curia ſua. At ob illã partã uictoriã nõdũ ſubacta fuit tota Germania, quin & Aurelianus Imperator tentauit arma ſua mouere in Germanos, atque poſt eum Valerius Probus, qui ferè omnem in ordinẽ redegit Germaniã. Is enim ſubacta inferiori Germania peruenit uſque ad Neccarũ, ad cuius ripam extruxit contra Sueuos multas arces & munitiones, quarum ueſtigia in hunc uſq; diem apparent ab altera Neccari ripa, in ruinoſis gentilium muris, præſertim è regione Heidelbergæ in altiſſimo quodã mõte, qui hodie mons omnium ſanctorũ uocatur, in quo miræ quædã ſpeluncæ muris concluſæ & in modum carceris faſtigiatæ inueniuntur. Similia quoq; ueſtigia munitionũ inueniuntur ſupra Heidelbergã iuxta oppida Steinach, Hirſzhorn, Moſpach & Wimpinã, ab eo fluminis latere quod Germaniam inferiorẽ reſpicit. Quum itaq; Probus tantum progreſſum in Germaniã feciſſet ſcipſit Romã huiuſmodi literas: Gratias ago dijs conſignati patres, q; iam ſubacta eſt tota Germania. Habui multos reges procumbentes ante meos imò ueſtros pedes, &c. Ante iſtum Decius quoq; & filius eius cum Germanis conſeruerunt manus, occiſiq; ſunt ambo: atq; hoc bellum memorabile ſolum æternã fortitudinis laudem parere poſſet Germanis. Periit autem Decius in palude multis acceptis uulneribus. Flauius Claudius non ſemel cõflixit cũ Germanis, magnis prælijs uictus, uictorq; uiciſſim. Conſtantinus quoque aliquot millia Germanorum trucidiſſe fertur, quod ingreſſi eſſent limites Galliæ atq; eam diripuiſſent. Has & multas alias pugnas atq; cædes, quas fecerunt Romani in Germania, deſcribunt Romani ſcriptores, detorquentq; in laudem ſuã, ita ut Imperatores eorum titulos & omnia cognomina poſthabuerint Germanici cognomine, ut Domitianus Germanicus, Nerua Germanicus & Tiberius filium ſuum cognominauit Germanicum, nulla prorſus alia cauſa, q; propter inſignem fortitudinem, animi magnitudinẽ, fidemq; huius populi, etiamſi Romani interim ſemper ſuorum geſta magnificis extenderunt uerbis, Germanorũ autem egregia facta extenuauerint, parciſſimeq; attigerint. Certè ſi Germanis non defuiſſent uiri eruditi, qui eorum ingentia facta deſcripſiſſent, ſimpliciterq; hiſtorias texuiſſent & cõtinuaſſent, reliquiſſent nobis factorum ſuorũ mirabilia monumenta. Quãquam & hoſtes eorum non omnino tacere potuerunt laudes Germanorum, inter quos unus eſt Tacitus, qui in hunc modum de Germanis ſcribit: Nemo unquã cum Germanis bellum geſſit, quem non pœnituerit, quiq; non plus incommodorum q; commodi acceperit. Poſt Conſtantinum Iulianus quoq; non mediocre bellum geſſit cum Germanis. Poſtquam enim Gallias deuicit, Germani qui trans Rhenum Galliæ loca occupauerant, primum Romanorum impetum ſuſtinentes, in ſecundo occubuerunt apud Argentinam, Nodomario rege eorum interfecto. Hoc prælium tantum nominis & fauoris peperit Iuliano, ut mox à pugna ſalutatus ſit Romanorũ Imperator. Hæſit aliquandiu cum caſtris ſuis iuxta Rhenum, ultra quem & paulò ſupra urbem Mogũtinam fecit conſtrui pontem, per quem facile liceret tranſportare exercitum ſuum, & reducere ſiquando Germani ſe fortiores eſſent. Habebant illis temporibus Alemanni, qui & Sueui, regem nomine Vadomarium,

Domus Germanorum.

Fugna in palude.

Veſtigia antiqua in ripa Neccari.

Vnde titulus Germanici.

Præconiũ Germanorum.

domariũ, ut Ammianus Marcellinus ſcribit, qui in caſtris Iuliani fuit. Puto illum eſſe quẽ ſuprà ex aliorum ſcriptis Nodomarium uocauimus. Dicit quoq; idem Ammianus, Iulianum caſtrametatũ ultra Rhenum & ueniſſe in regionem Capellatz ſeu Palas dictam, ibiq; inueniſſe lapides, qui limites Romanorum & Burgũdionum deſignabãt. Ego puto Neccarum fluuium hunc terminum fuiſſe. Nam uſq; ad eum Burgundionum ditio olim ſecundum Rheni lineam extẽdebatur, priuſquam illi relicta ea terra in Sequaniam ſe reciperẽt. Quę autem regio tunc Capellatz ſeu Palas fuerit appellata, incertum eſt. Ego puto eum terrę tractũ fuiſſe, qui hodie Bergſtras uocatur, extenditurq; ab Heidelberga uſq; Franckfordiam. Sunt qui putãt ab iſta uoce Pallas Palatinatum Rheni id nominis obtinuiſſe, de quo infrà fuſius dicam. *Capellatz ſeu Palas.*

Poſt Iulianum Valentinianus uolens aliquod preclarum facinus in memoriam ſui relinquere, in fines Sueuorum proficiſcitur, quod Romano imperio nõ parerent & quod ſine intermiſſione Romanorũ ſocios ſuis incurſionibus uexarent. Erãt autem Sueuorum munitiones foſſæ & arbores ſucciſę, quibus facilè hoſtẽ ab acceſſu prohibebant, paucíq; multos ſuperauerunt. Tradunt tamen ſcriptores, Sueuos & Saxones à Valentiniano uictos. Deinde circa annum Chriſti 382. aggreſſus Gratianus Cæſar Germanos, percuſſit circiter triginta millia, tam ægre liberi ſemper Germani poterant cogi ſub iugum. Huius pugnæ meminit quoq; diuus Hieronymus. Sic itaq; Germani continuo irritati & laceſſiti ſunt Romanorum iniurijs, magnisq; affecti damnis, etiamſi Romani nunquam non grauiter læſi ab illis redierint. Alioquin non tantum inſumptum fuiſſet temporis. Ducentis & decem opus fuit annis, quouſq; hoc Romanorum contra Germanos perficeretur bellum, illiq; fierent domini Germanicæ nationis. Subiecerant antea ferè totum orbem, idq; breui tempore & ſine grandi iactura: Germaniæ uero acquiſitio opus habuit multo negocio, longo tempore & plurimo ſanguine. Cupiebant omnes Imperatores triumphare de Germanis, etiam qui infeliciter pugnauerunt cõtra eos, nec putabãt tunc Romani principes ſibi contingere titulum honorificentiorem quàm Germanici cognomen, ſi facinus aliquod egregium contra eos commiſiſſent. Cui hic Germano nõ mouebat ſtomachum, quod apud maiores noſtros nullus fuit in Germania, qui nationis ſuæ egregia facta calamo excepiſſet, indicaſſetq; poſteris quàm uiriliter athletę illi tam diu Romanis reſtiterunt armis? Cogimur hic fidem dare maiorum noſtrorũ hoſtibus, qui proculdubio ſæpe falſa pro ueris ſcripſerunt, ut eſt ingenium omnium hominum, ſua detorquere ne dicã deprauare in hunc finẽ, ut maiorũ ſuorũ mereantur fauorẽ & gratiã, aduerſa riorũ aũt etiam bene facta extenuare aut penitus in nihilũ redigere. Habuerunt Romani principes plurimos aſſentatores, qui ſolum ipſorum quęſiuerunt gloriam, atq; uictoriam & facta eorum miris cuexerunt laudibus, ſubticentes interim ea quæ Romanis à Germanis illata ſunt, quoties ſcilicet ſuccubuerint, et quàm grauibus ſæpe ab eis affecti fuerint damnis. Id quod in hunc uſq; diem euenire ſolet. Quoties enim ab aduerſis partibus bellum aliquod inter eas commiſſum deſcribitur, nemo non ſuæ gentis aut partis colorat factũ, aduerſæ autem partis uerba & facta aggrauat, atq; omnes circumſtãtias metitur, quibus rem ipſam atrociorem faciat. Et hinc eſt, q; in hiſtorijs tanta ſæpe eſt diſcordia. Nam nemo ferè non ſcribit ex affectibus. Non potuerunt tamen Romani omnino tacere Germanorum egregia facta. Nam ſcribũt, Germanos Iulium Cæſarem bis deuiciſſe, & fugiẽtem ſemel in crure uulneraſſe. Druſus in bello Germanico prope Bingam, haud procul à Moguntia, interijt. Nam quidam dicũt illum lapſum ab equo, fractoq; crure poſt triginta dies mortem obijſſe, alij ſcribunt eum à Gallis prope Bingam occiſum, ac deinde Moguntiæ ſepultum. Suetonius uero aſſerit funus eius per Tiberium fratrem Romam perductum, erectamq; Moguntiæ perpetuam memoriam. Auguſtus grauiſſimam quoq; à Germanis præſertim Sueuis accepit cladem. Nam Quintilius Varus prætor cum tribus legionibus trans Rhenum fluuium à Germanis rebellantibus, mira ſuperbia atq; auaricia in ſubiectos agens funditus deletus eſt cum tribunis & quæſtoribus. Quam reipublicæ cladem Cæſar adeo grauiter tulit, ut ueſte capilloq; ac reliquis lugentium indicijs deformis eſſet, ſæpe per uim doloris caput parieti collidẽs clamaret: Quintili Vare redde legiones. De quo et iam nonnihil ſcripſimus. Item Tiberius perdidit in tribus annis apud Germanos quinq; legiones. Antonius Pius grauiter afflixit Germanos, at Germani non ſegniores illo, tantũ illi fecerunt negocium, ut ferè exhauſerit ærarium Romanũ contra eos. Cæterum quid Germani athletæ egerint contra reliquos Cæſares & Imperatores, iam ſuprà obiter commemorauimus. *Sueuorum munitiones.* *Germanis deeſſe fuerũt ſcriptores.* *Quare hiſtorici diſcordent nonnũquam.*

Quomodo Germani uixerint ante & aliquot annis post Christi natiuitatem.

PRælium inituri Germani, sacrum hymnum Herculi canebant, quem uolebant alli quando in eam terram uenisse, graui & terribili sonitu, non dissono, cæterũ ad terrorẽ quæsito pugnã capessebãt. Truces oculi pluribus ac cærulei, rutilæ comæ, procera corpora, ad primos impetus subita & præceps natura. Cæterũ laborum operumq; impatiens. Sitim & æstum ut Galli non ferunt, frigorum patientissimi. Auri & argenti his olim usus nullus. Argentea uasa, corũ legatis data, aut principibus muneri missa, non minori contemptu quàm fictilia tractabant. Commertiorum usu aurum & argentum ab his primo receptum. Credita & à quibusdam tellus ipsa talium metallorũ expers, quin & ferri inops, quo accidit, ut olim rari uterentur gladijs in prelio, sed longiori hasta, quàm ipsi frameam uocant, & in ea breui ferro, habili telo siue cominus, siue eminus dimicarent. Eques scuto & hasta instruebatur. Pedites missilia spargebant, plura singuli. Nudi in pugnam, aut breui sagulo utebantur, nulla cultus occultatione, scuta tantum coloribus, hisq; lectissimis distinguebãt. Paucis loricę usus, uix uni alteriue cassis aut galea. Equi nec forma nec uelocitate conspicui nec in gyrum sed recto tantum conatu agebantur. Scutum in pugna amisisse præcipuum flagitium, ut sacris & consilio excluderentur huiusmodi clade affecti. Multi tali infamia notati, uitã laqueo finierunt. Reges nobilitate legebantur, nec his libera infinitaq; potestas fuit. Exercitũ is ductabat, qui præcipua uirtute præstaret, quiq; exemplo magis quàm imperio polleret. Signa quædam deorum lucis detracta in prælium gestari, præcipuum in pugna incitamentũ. Omnes suas necessitudines in proximo statuebant, ut in suorum conspectu aut glorioſe uincerent aut cum laude caderent, liberi, cõiuges, parentes, sanctissimi pugnæ testes adhibebantur. Ad matres & uxores accepta uulnera deferebant, nec illæ & numerare & exigere plagas formidabant. Eædem cibos hortationesq; pugnantibus suggerebant. Proditum memoriæ est, inclinatã aciem aliquãdo illarum hortatu restitutam. Creduntur ad hæc arbitrari aliquid sancti prouidiq; in fœminis esse, earumq; consilia propterea nõ aspernari, responsaue negligere. Mercurio certis diebus humanas hostias immolabãt: Herculi uero & Marti ex cæteris animalibus sacrificia faciebãt. Sortes & auguria habebãt in usu. De minoribus rebus principes ciuitatis consultabant, de maioribus uniuersa ciuitas. In inchoandis rebus noua luna aut plena obseruabatur. Noctium non dierum numerus supputabatur in ea gente. In concilium armati uentitabant. Sententiam approbaturi frameas cõcutiebant, id honoratissimũ assentiendi genus, contra aspernati, fremitu significabant. Transfugæ & proditores ex arboribus pendentes, ignaui & imbelles atque infami corpore cœno obruti, aut à palude aliqua superiecta crate necabantur, tanquam scelera in aperto ponenda essent, uicia cõtegenda. Nihil publicè aut priuatim magistratus agere nisi armis instructi. Turpe & in omni uita infame suo duci superstitem in prælio esse, nisi uictor is ex aeie decessisset. Princeps pro uictoria, comites pro principibus dimicabant. Bella ultrò appetere, utpote quibus omnis àre bellica esset quies ingrata. Inertię & ignauiæ dabatur ludore aliquid quærere quod posset cruore parari. Bellorum cura destituti, somno & cibo uel fortissimi quiq; indulgebant, domo & agrorum cura fœminis & senibus delegata, ut mirum uideri possit, duo tam diuersa eidẽ genti adfuisse, & inertiæ amorem & odium quietis. Vicatim plurimum discretisq; domicilijs habitabant. Tegumen fuit sagum, fibula, aut si ea defuisset, spina consertum: locupletissimi ueste distinguebantur non fluxa sed stricta, ac penè singula membra exprimente. Idem fœminis habitus qui & uiris. Atque Germani ipsi omnium ferè qui ad septentrionem & ortum habitant, soli unica uxore contenti ab initio fuere, quanquam & in his nonnulli plura celebrarent connubia. Non uxor uiro sed uir uxori dotem comparabat. Nec ad delicias quærebatur cultus, sed iugati boues dabãtur, frenatus equus & scutum cum framea & gladio. Mira in fœminis pudicitia, nulla spectandi fuit illecebra, nulla conuiuiorum ratio, rara in tam numerosa gente adulteria, cuius conuicta mulier resectis capillis, nudatam coram propinquis maritus domo exactam toto uico uerberibus agebat, profligatæ pudicitiæ nulla uenia, non ætas, non forma, non opes connubiũ corruptis conciliare poterat. Serus in iuuenibus usus Veneris atque eò minus exhausta

Germani olim contemptores auri & argẽti

Arma Germanorum.

Sacrificia Germanorum.

Sine bello Germani inertes.

Vestitus.

Pœna adulterij.

exhauſta pubertas, nec connubia uirginum properabantur, ut ualidior eſſet procreatio. Homicidium certo pecorum numero luebatur, atq; uniuerſa domus ſatisfactionem capiebat. Cõuictibus & hoſpitali menſæ ſupra modũ ſtudebant. Nefas habebatur, quenq; domo aut epulis arcuiſſe. Gaudebant muneribus, nec data imputare aut obligari acceptis. Diem noctemq; potando continuare. Temulentia nulli probro data eſt. Quod uicium in hunc uſque diem prohdolor adhuc manet, quicq; capaciora uno hauſto ſæpius exhaurit, is robuſtior habetur: nec in hoc pugnæ genere minus pertinaces ſunt, quàm in prælijs. Crebræ poſt crapulam rixæ, raro conuicijs, cæde ſæpius tranſigebantur. De pace & bello in conuiuijs cõſultare, quaſi nullo alio tempore ſimplicius paterent hominũ curæ, aut ad res magnas magis incaleſcerẽt. Gens minime aſtuta, ſimpliciter omnia arcana detegere, poſtridie acta retractabãt, ut de ſumma rerũ deliberarent dum fingere neſcirẽt, decretum uero ferrent, dum errare non poſſent. Potus ex hordeo in ſimilitudinẽ uini corruptus. Proximi fluiorum accolæ aq̃uecticia uina in uſu habebant. Cibus ſimplex, agreſtia poma, recens farina & lac concretum, potus uero immoderatior. Vno ſpectaculorum genere uſi, ut nudi iuuenes inter gladios & frameas ſeſe celeriter expedirent. Exercitatio artẽ parabat, ars decorem. Aleę adeò ſtudioſi, ut cæteris amiſſis nouiſſimo iactu de libertate contenderent. Victus uoluntariam adibat ſeruitutem, & quanquam iuuenis & robuſtus, ligari ſe & uendi patiebatur. Annũ in hyemem, uer & æſtatem diuiſum habebant, autumnum uini & cæterarum frugum inopia neſcientes. In funere lamenta & lachrymas cito abſtergebant, in dolore & triſticia permanebant diutius, fœminis tantum lugere permiſſum, uiris meminiſſe ſolum. Strabo ſcribit Germanos à multo tẽpore nullas inhabitaſſe urbes, eo quod ſimul commorari nequirent, atque ob id factum eſt, ut unus cum familia ſua uictitaret hic, alius alibi. Non iunctas ſedes incolebant, ſeorſum diſcreti rura ſua colebant, ſicut fontis aut capi uel nemoris occaſio admonuit. Quiſque domum ſuam certo ſpacio circumdedit, uel propter incendij periculum, uel propter barbariem ædificãdiq; imperitiam. Et hinc fuit quod habuerũt pagos lõgiſſimos. Erigebãt caſas pro neceſſitate nõ pro uoluptate, ſedebãtq; nudi aut male ueſtiti iuxta ignem, & tamen in ſordibus à puericia educati excreſcebãt in tantos artus tamq; robuſta corpora, ut nemo non miraretur corporum ſuorum proceritatem.

Compotatio Germanorũ.

Cibus.

Studium Germanorum.

Domus Germanorum.



Iulius Cæſar ſcribit in commentarijs ſuis, Germanorum uitam & cõuerſationem olim in uenationibus ſtudijsq; rei militaris fuiſſe, quodq; à paruulis duriciei & laboribus ſtuduerint. Victus eorum fuit lac, caſæus & caro. Fruebãtur omni libertate, nec à puericia inſtituebãtur honeſtis diſciplinis aut artificijs, ſed quiſq; faciebat quod uolebat. Nemo inter eos premebatur ulla cura aut metu, id quod aluit ſtaturam, roborauit uires & confirmauit neruos eorum. Siquidem metus & anxietas mẽtis in iuuenibus, plurimum enecruant uires corporis, & ſpiritus triſtis exiccat oſſa, tãtum abeſt ut tale corpus incrementa iuſta ſuſcipere queat. Non multum occupabantur labore agreſti, neq; is permittebatur eis à ſuo magiſtratu, ne maiori amore ad culturam agrorum ferrentur quàm ad diſciplinam militarem. Curioſa quoque ædificia non permittebantur erigere, neque ſectari auri ſacram famem, unde diſſidia & factiones inter ciues oboriuntur, ſederant eque diuites & pauperes, ſerui & domini, id quod eos tam diu ſimul cõtinuit, antequam à Romnis ſuperari poſſent. Quam primum uero pecuniæ amor pectora eorum occupauit, actum erat de eis, quemadmodum Herodianus ſcribit, Germanos ſub Cæſare Alexãdro pecunia corruptos, ut pacem cum hoſtibus inierint.

Metus in pueris obſtat incremento.

De Germania

De fertilitate ueteris Germaniæ.



FVit Germaniæ terra ab initio, autore Cornelio Tacito, in uniuerſum aut ſyluis horrida aut paludibus infœcunda, aſpera cœlo, triſtis cultu conſpectuq; humidior qua Gallias, uētoſior qua Noricū ac Pannoniā aſpicit, frugiferarū arborū & omnis culturæ impatiens, pecorum fœcunda ſed plerūq; improcera. Ne armentis quidem ſuis honos aut gloria frontis. Numero gaudent, eaq; ſolæ & gratiſſimæ ſunt opes. Argentum & aurū propitij an irati dij negauerint, dubito. Nec tamē affirmauerim, nullam Germaniæ uenam, argentū aurumue gignere: quis enim ſcrutatus eſt? Haud ſecus his diſſimilia ſcribit Seneca in libro de gubernatione mūdi. Germani, inquit, errant incertis ſedibus, ſunt apud eos perpetuæ hyemes, ſolum infœcundū, nullæ ades, uenationibus uiuunt: ubicunq; nox feſſos laboribus deprehendit cubant ſub frondibus aut in ſpeluncis foueis ue. Non habent domos ſed caſas ſolijs & culmis contectas. Incolæ circumaguntur choriſantium more in congelato mari, uictitantes carne ferina, gens nuda & pellibus ſolum ferarū ueſtita, & propterea uilis deſpectaq; ab omnibus. En tam miſeram regionem inhabitarunt maiores noſtri, taliaq; ſcripſerūt de Germania Iulius Cæſar, Tacitus, Seneca, Liuius, & alij Romani, qui tamē tanta iactura ſuæ reipublicæ totq; annis contenderunt pro ea ſibi ſubijcienda. Si fuit tam inops & miſera terra, tot paludibus & cœnoſis locis oppleta, tam inculta, tam horridis ſyluis obducta, ut quid tam diu lucrati ſunt pro ea? Certē minoribus expenſis acquiſiuiſſent latiſſimam & ditiſſimam Aſiam, (cuius tamen bonam partem ſubiugarunt) quàm ſqualidam illam & cœnoſam, ut uocant, Germaniā. Cumq; ue hodie omnia cernamus in Germania longè aliam habere faciem, quippe quæ neq; Italiæ neq; Galliæ cedit in fertilitate, ſed neq; Hiſpaniæ, & omnia contraria his inueniantur, quæ memorati ſcripſerūt autores, quomodo eos excuſabimus? Illi penitus extenuauerunt & obſcurarunt terram noſtram, nos uero uidemus eam regionem eſſe amœniſſimam, pulcherrimis nitidiſſimisq; urbibus, caſtris & pagis paſſim exornatam & excultam. Habet cœlum ſatis clemens, cāpi fertilitatem optandam. Sunt colles aprici, nemora opaca, frumentorum abundantia, uitiferi montes. Clariſſimi amnes Rhenus, Danubius, Moganus, Albis, Neccarus, Sala, Odera, & multi alij fluuij & riui limpidiſſimi totam terram rigantes. Sunt fontes dulcis aquæ, ſunt thermæ calidæ: ſunt mineræ ſalis plurimæ, metallorū item fertilitate nullis cedit terris. Vniuerſa Italia, Gallia & Hiſpania, argentum ex Germanię negociatoribus ferè omne habent, metallaq; non parum multa, nec auro eſt priuata. Hæc cum ita ſint, neceſſe eſt, memoratos ſcriptores aut mera mēdacia ſomniaq; literis mādaſſe, aut

Germanorum inculta terra.

Cōtrarium hodie in Germania cernitur.

se, aut cœlum regionũmq; naturam mutatam. Certè si hodie eorum quisquam ab inferis resurgeret ac oculis intima regionis nostræ contemplaretur, nunquid non multum miraretur? aut quid diceret, si uideret quanta nunc est locorum salubritas, cœli humana temperies, ubertas soli, uini frumentiq; quanta copia, arborum consitiones, quis splendor urbiũ, templorum sacra & erga deum religio, urbanitas ciuium, uestitus hominum, rei militaris peritia, apparatus bellicus, cæteraq; ornamenta Germanorum? profecto non diceret terram informem, asperam cœlo, tristem cultu, uideret sanè quàm uerum sit illud quod dicit, Sæpius bonam materiam cessare sine artifice. Nam etsi alijs regionibus mitior hyems sit fructusq; nobiliores, minus tamen æstus temperatus est, unde & frugum corruptio, addè animalia uenenosa, & alia ad humani generis perniciem intentissima, difficilis satis erit iudicatu, quæ cuiq; prouincia comparanda sit, quæ anteferenda. Sunt quidã autores physici qui opinantur ex reuolutione cœlestium uirtutum & per hoc temperiei mutatione, regionum fœcũditatem mutari in sterilitatem, & sterilitatẽ rursum in fœcunditatem, idq; adeò, ut ubi nunc est mare aliquando terrã, & ubi terra, illic maria fuisse. Sterilem autem fieri fœcundam terrã, indicant etiam Romani scriptores, qui queruntur non eandem esse suarum terrarum fœcunditatem, disputantq; de eo, num etiam terra senescat, effœtaq; reddatur senectute, ut animalia. Quæ mutatio facta sit in terra Chanaan, scimus. Natura rerum infirmis elementis subiectarum, est fragilis, corruptionibusq; & mutationibus exposita.

Nihil necessariarum rerum deest Germaniæ.

Cœlum causa mutationis.



nihil est tam splendidũ & magnificũ, q̃d non redigatẽ ad nihilum, & in contemptum ueniat. Dominus solus immutabilis manet, & qui in eo sunt, unum cum illo facti. In Asia & Africa alijsq; memorabilibus locis iam multa iacent neglecta, infrugifera & deserta, quæ uix serpẽtibus iam alimentum præstare possunt, ubi fuerunt ingentes ciuitates atque populosissimæ. Vbi est iã Babylonia? Vbi Niniue? Vbi Troia? Vbi Thebæ? Vbi Carthago, Athenæ? & reliquæ urbes, de quibus tam magnificè loquuntur historiæ? Ecce rerum humanarum miseram et instabilem conditionem. Quid miseri extollimur? quid cœci inflamur in tã caducis rebus? Babyloniæ urbis amplitudo & altitudo nota est, sed ubi fuerit ignoratẽ locus. Est iam habitatio syrenũ, draconũ et ueneficarũ animaliũ. Aegyptus quæ ex Nili inundatione paradisus erat, iam suas laudes nõ tueẽ nec

Omnia in terris degenerãt.



respõdet colonis suis. Quid igiẽ mirũ, si ex Germanico ere mo factus est hortus, omnibus ad uoluptatẽ & necessitatẽ sufficiẽtibus plãtis cõsitus? Sed nos rectius id domini dei nostri tribuimus benignitati. Siquidẽ dñi uerbo obediũt omnia elemẽta, faciũt omnia hæc iuxta iussum & imperiũ dñi exercituũ. Hoc benedicẽte & aperiẽte manũ suã, terra fert fructũ suũ fertilitateq; omnia implent: maledicente & manũ claudente, sterilis redditur terra & omnia pereũt. In hunc modũ solet esse uicissitudo in donis dei, mutanturq; sic artes, animi, ingenia & regna, fieriq́ue solent mortales post uaria dona & uictorias successusq́ue arrogantes & molles, uicijsq; inquinantur infinitis. Quare post longam patientiam non perpetuo ferens dominus deus malicià hominum, ingratos punit, subtrahit consueta beneficia. Sic propter peccata populi mutata est fertilitas terræ promissiõis, & quæ prius fluebat melle, uino & lacte, iã uix spinis & tribulis ferendis est habilis. Notum est quales fructus potissimũ uuas, in testimonium & signum Israẽli Iosue & Caleb ex illa tulerint terra, quę iam est desolata, deserta & colono prorsus nõ respõdens. Sicut etiã Sodoma & Gomorrha ante maledictionẽ omnibus rebus abundauerũt, ut iure habitæ sint paradysus & pinguedinis dom⁹. Sic si uerũ est Germaniã aliquãdo fuisse barbaram, horridam & infœ

Vicissitudo in rebus.

cundam, ſemper tamen bellicoſam, aliſq; populis fortiorem, quemadmodum conſueuit eſſe gens laboribus indurata & exercitata, parumq; ciuilibus moribus imbuta, dominus tamen iam tãdem quoque hanc terrarum orbis partem reſpexit, ita ut ex uerbo & gratia domini uix unquam fuerit regio, uel fertilior magisue habilis ad omne genus fructus producendos, uel felicior ingeniorũ animorumq; bonitate, magnitudine & præſtantia. Quibus enim gentibus in ulla cedit arte & ingenio? Fuerunt quidem olim ſecula apud Aegyptios, Græcos & Romanos, eruditione & artibus excellenter dotata & exculta, ſed temporis iniuria, quæ omnia conſumit, artes & homines interciderũt. Id quod ſine dubio nobis euenire poteſt, ſi ingrati fuerimus domino deo, omnium bonorum largitori. Mihi tamen non uideẽ terrã noſtram à principio adeò deſtitutã fuiſſe beneficijs dei, quibus hodie abundat, quantumlibet à Romanis inſimuletur, & tamen illi perpetuo ſunt inſidiati, quin ſi culta fuiſſet copiam omnium rerum neceſſariarum affatim protuliſſet. Quis enim dubitat, ſi ante Chriſtum natum uenæ illæ terræ, quæ hodie ferri ſuppeditãt abũdantiam in tot locis Germaniæ, apertæ fuiſſent, effoſſoribus emolumentum abundans miniſtraſſent? Qualium unam habemus haud procul à Baſilea in Fricktal, quæ iam à multis annis exhau

Germanorum preconium.

Fricktal apud Vocetiũ montẽ



riri nequiuit. Habẽt & ciues Vlmenſes unam ſatis diuitem, ſed multo ditiorẽ habent Ambergẽſes in inferiori Bauaria. Abũdant & Saxones hoc genere metalli. Idem dicere poſſum de tot argenti fodinis, quæ etiam intra antiquam Germaniã inuentę ſunt, qualis eſt in ualle Ioachimi, in Annebergo, Schneebergo, Mãsfeld, & aliis quibuſdã obſcurioribus locis, in montibus nigræ ſyluæ atq; Bohemiæ. Nec hic recenſebo argenti fodinas extra ueteris Germaniæ limites inuẽtas, ut ſunt Swatzẽſes & Lebertalẽſes in Alſatiæ mõtibus, &c. Sed dices, ante bis mille annos hanc mineram in uiſceribus terræ nondũ fuiſſe cõcoctam, atq; ob id mortales tunc fruſtra in recẽſitis locis operam ſuam collocaſſent, ſi argento inhiaſſent. Reſpondeo. Fuit aurum & argentum etiam ante diluuium erutum è terris, & quis tunc illud concoxerat, quum mundus nondum per multos annos duraſſet? Nónne Tubalcain fuit mox poſt mundi creationem malleator æris & ferri? Quis dedit æs, ſi illud opus habuit diutina in uiſceribus terræ concoctione? Quid itaq; obſtitiſſet ſi tẽpore Iulij Cæſaris mõtes Germanię fuiſſent euerſi, ut foſſores nõ inuenerint argẽtũ, ſtannũ, cuprũ & plumbũ ſicut hodie inueniũt? Dominus deus in prima mũdi creatione nedum uim ſeminalẽ indidit terræ, uerũ & res ipſæ iam ſua perfectione ſuoq; modulo prædicabãt maieſtatem dei. Siquidẽ in ſex primis diebus perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum. Et nõne mineræ terræ atq; pulcherrimi & precioſi lapides eius ſunt de ornatu terræ? Fœcunda eſt & ſemper fuit terra ſeminibus, uerum & interim ſemper ornata fuit rebus

Vis ſeminalis.

ipſis,

ſpſis,idq; nedum in ſuperficie ſua ſed & in uiſceribus ipſis. Superficies decoratur plãtis & animantibus,uiſcera mineris, gemmis & pulchris lapidibus. Germani olim data opera relinquebant terram ſuam incultam,malebantq; ſe exercere in armis, quàm uenas argenti & auri in terra abſtruſas magnis ſudoribus effodere. Alioquin inuenſſent ſi ſcrutati fuiſſent, ſicut hodie inueniunt. Siquidẽ diues eſt Germania auri, argenti, aliorumq; metallorũ. Certè Italiæ, Hiſpaniæ & Gallijs ferè prorſus omnia metalla negantur, niſi quæ à mercatoribus Germanis mercantur. Fructibus alij alijs abundãt, ſed habet & Germania ſuos peculiares. Non facilè eſt conferre terrarum felicitatem. Nam nullam partem eſt innenire, quæ ferre omnia poſſet. Semper negatum eſt alij, quod in aliam collatum uideas. Quod autẽ de metallis diximus, idem quoq; de uini plantatione ſentimus. Si Medera inſula hodie profert uinum Creticum, uitibus in eam ex Creta translatis, non dubiũ quin & ſolum Herbipolenſe aut Heilprunnẽſe olim æque ut hodie, ſi cultum fuiſſet, uinum nobile protuliſſet. Nec uideo quid triſtícia cœli obeſſe poſſit terræ. Si uno æuo obfuerit, perpetuo oberit, id quod ſatis probat acetoſum uinũ quod apud Ratiſponenſes creſcit, niſi ſingularis & inſolitus ardor ſolis terram acrius macerauerit. Quod autem multæ hodie in Aſia & Africa inueniũtur regiones, quæ penitus degeneraſſe à ſua priſtina nobilitate deprehenduntur, id eueniſſe noueris ex maledictione dei, quã inhabitatorũ cõmeruerũt peccata iuxta illud. Deut. 28. Si non audieris uocẽ domini dei tui, ut cuſtodias cuncta præcepta eius, maledictus eris in agro, maledicta ſporta tua, maledictus fructus terræ tuæ. Semẽ plurimum expones in agrum & parum colliges. Vineas plantabis & coles, ſed uinũ non colliges, eo quod uermis illud ſit abſumpturus. In hunc itaq; modum interierũt maxima regna, propter ſcelera ſua à deo maledicta, & maximæ abolitæ ſunt urbes. Factũ eſt quoq; ut ubi olim magnus fuit lacus autcœnoſa palus, hodie fertilis inuenit fundus. Et ut ſemel finiam, patria noſtra non habet immite cœlum, aut ſterilẽ fundum, ut ueteres ſenſerunt, ſed nihil eſt ferè in ea ocioſum, quod non ſit frumento, fructui aut uino ferendo aptũ. Colles ſunt aprici, habemus amœniſſimas ſyluas, copiam fructuum, magnos et paruos amnes terram fœcundantes, ſalubres fontes, plurimas aquas thermarum, totidemq; fontes ſalis, plures mineras argenti & ferri quàm ulla uicina natio, ut taceam quàm hodie decorata ſit Germania urbibus, oppidis, uicis & caſtellis, caſtris quoque & arcibus, montanis & campeſtribus.

Maledictio dei ſterilem reddit terram.

De diuiſione ueteris & hodiernæ Germaniæ.

NOn cõſtat ex ſcriptoribus, Germaniam olim in uarias diſtinctam fuiſſe prouincias, niſi quod fuit, ſicut & hodie, Germania ſuperior & inferior. De Saxonia, Thuringia, Miſnia, Haſſia, Franconia, Schleſia & alijs minoribus regionibus, nulla penitus fit mentio, tametſi certos quoſdam populos in his tractibus tunc quoque habitaſſe nemini dubiũ ſit, ut ſuprà indicauimus. Cum uero Germani traijcerent Rhenum atq; Danubium & occuparẽt partem Galliarum alieno ſudore excultam, extenderentq; patriam ſuam in Noricum, Vindeliciam, Rhetiam, Heluetiam & ſuperiorẽ Pannoniã, tunc Germania cœpit in uarias diſcriminari prouincias, quanquam hoc eſſet extra ueram & antiquam Germaniam. Nam ueteres ſeparauerũt has terras, ut diximus, à Germania, nec incolæ earũ uſi ſunt lingua germanica, quouſq; Germani eas occupauerũt. Iuxta tractum Rheni à parte Galliæ loquuti ſunt Gallice, etiamſi incertũ ſit qua lingua uſi fuerint Galli antequã Romanis ſubijcerentur, & ultra Danubiũ uerſus alpes locuti ſunt Italice, ſicut & in hunc uſq; diem haud procul à Curia loquuntur Italice, donec Germani traiecto Danubio eas terras ſibi ſubiugarunt, aliamq; introduxerunt linguam. Per Heluetiam intelligeagrum Suicerorum, & per Rhetiam lacum Podamicum ſeu Conſtantienſem atque Algoiam, per Vindeliciam Lechgoiam, per Noricum Bauariam, & per Pannoniam ſuperiorem Auſtriam. Duorum fluuiorum Rheni & Danubij ripas Romani ſine magno negocio ſibi ſubdiderunt, condideruntq; multas ciuitates iuxta eoſdem fluuios pro uera autem Germania obtinenda, multum ab illis eſt ſudoris & ſanguinis effuſum. Obtentam inſuper, diu retinere nequiuerũt. Nam poteſtas eorum cum ad ſummum aſcendiſſet, illico

Lingue in deuictas terras translate.

illico rursum cœpit deficere, atq; proprium sibi creauerunt regẽ, sicut & Saxones. Sed nec Thuringi uolebant esse sine rege. Quod cum Sueui uiderent creauerunt ipsi sibi ducem qui antea habuerant reges. Cumq; parum conueniret Sueuis cum Thuringis qui cõfines erant, uocati sunt Frãci, datusq; eis locus inter utramq; gentem, qui dirimerẽt discordiam illarum. Deinde conuersa inferiori Germania sub Carolo magno ad fidem Christi, trãslatoq; imperio ad Germanos, instituti sunt multi & uarij ducatus, comitatus, episcopatus, abbatiæ, præposituræ atq; aliæ seculares & spirituales dignitates, sciſſaq; est Germanica natio in multas diuisiones & regiones, ut hodie uidere licet. Trans Rhenum uersus Galliam sunt Holandia, Brabantia, Geldria, Lotharingia, Westrichia, Tractus Rheni, Alsatia & Heluetia. Citra Rhenũ sunt Frisia, Westphalia, Brunsuicia, Saxonia, Hassia, Thuringia, Misnia, Schlesia, Frãconia, Sueuia, Marca interior & exterior, Pomerania, Prussia, Meckelburgeñ ditio, Morauia & Nordgoia. Vltra Danubiũ uersus alpes sunt Austria, Stiria, Bauaria & Athesis regio. Quibus si accẽserem minores regiones, ut sunt nigra syluа, Ottonica sylua, Wirtenburgeñ ditio, Hegoia, Brisgoia, Algoia, Wedderauia, Hunesruckia, Westerwaldia & aliæ multæ, cresceret numerus particularium regionum Germaniæ in immensum, de quibus ueteribus nihil constitit, præsertim exteris.

Sub Carolo magno Germania distincta in ditiones.

Quando & quomodo imperium fuerit ad Germanos translatum.

OPeræpretium me facturum puto, si ostendero, qua occasione imperium ad Germanos sit deuolutum, & quomodo singuli Imperatores sibi inuicem in imperio successerũt, priusquam scripsero de præcipuarum regionum & ciuitatũ Germaniæ exortu & successu. Nam non raro fiet, ut in sequentibus mentionem faciam de quibusdam gestis, quæ sub illo aut isto contigerũt Cæsare, ubi non semper adnotaturus sum annorum numerum, qui à Christo nato effluxerunt, quos in Cæsarum catalogo facilè inuenire potes. Ostendi autem in descriptione Italiæ, quomodo imperium primũ Romæ emerserit, auspicijsq; creuerit, & quàm diu illic subsistiterit, item quomodo deinde Constantinopolim in Græciam trãslatum, qualiq; successu ibi durauerit. Recensui præterea Cęsarum nomina & personas, quæ imperio usq; ad Carolum magnum præfuerũt, quãdo aquila Romana biceps est facta, manẽte uno capite in ecclesia occidentali & altero in ecclesia orientali, ubi scilicet Imperatores Græci usq; annũ Christi 1453 sederũt, subactumq; fuit imperium eorum à Turca. Quomodo uero Imperatores Græci sibi mutuo successerint indicabimus infrà suo loco. In superioribus quoq; retulimus, quomodo Italia conciderit & lacerata fuit, postquam Imperatores sedem suam in Græciam transtulerunt, quamq; multi populi irruerint in Italiam & deuastauerint eam, præsertim Gothi, Huni & Longobardi, nullo Imperatore Constantinopolitano iustam præbente defensionem. Vnde & occidentalis ecclesiæ primores moti, cum consilio Romani pontificis elegerunt Carolum regem Galliæ & aliquarũ regionum Germaniæ, Imperatorem occidentalis ecclesiæ, relictoq; Imperatore Græco, homagium præstiterũt Carolo electo. Gesserat enim sese hic Carolus tãstrenuũ cõtra Saracenos & Longobardos grassantes in Hispania & Italia, ut omnium calculo dignus iudicaretur imperiali corona, gaudebatq; tota ecclesia occidẽtalis de tanto principe, cui nullus alius simi lis & ita potens in occidente inueniebatur. Germani asserunt illum in Germania natum, & Galli in Gallia. Vtrumque autem est uerum. Siquidem ille descendit á Sicambris, qui aliquot centenis annis habitauerunt iuxta ostia Rheni, denominatiq́ue sunt à Franco duce uel rege suo Franci, & aliquot centenis annis post Christum natum relicta terra illa partim occupauerunt ripam Mogoni, quæ terra quoque ab eis denominata est Francoпia, & partim subiugauerũt Galliam, cuius aliqua pars ab eis etiam appellata est Francia. Hæ itaque duæ Franciæ, una orientalis, alia occidentalis, ab uno populo habitatę, multis annis



Carolus magnus quare electus Imperator.

Francorum origo.

annis ſub uno perſeuerauerũt dominio, quouſq; ſcilicet poſteritas Caroli magni defecit, id quod hic annotandum duximus: quia Galli contendunt primum occidentalem Cæſarem fuiſſe Gallum, atq; ſub eo imperium translatum in Galliam. Germani uero longè aliter ſentiũt. Nam Carolus magnus fuit Germanus natus, fuit dominus Germaniæ, nouit linguã Germanicã, reduxitq; Germaniam pro bona parte ad cognitionem Chriſti. Habitauit in Germania, nẽpe Aquiſgrani & Ingelhemiæ, quę patria mea eſt, ubi & plurimi eũ natũ aſſerũt, alij uero ſignãt Fruxinũ locũ natiuitatis eius. Celebrauit plurimos in Germania principũ conuentus, potiſſimũ Ratiſponæ, Wormatiæ, Aquiſgrani, & prope Moguntiam, atq; ob id imperium ſub eo translatum eſt in Germaniam, quod tamen Galli & Itali conſtanter negant, dicentes, imperium ſub Ottone primo ad Germaniam translatũ, quantum ſcilicet pontifex Romanus Imperatoribus de imperio permiſit. Nam bonã eius partem tẽporis ſucceſſu ſibi uſurpauit, ſicut ſuprà ſub titulo Rauennæ indicaui, ſed quod alijs excutiendum relinquo, rediens ad Carolum magnũ & ad omnes ſucceſſores eius, quos nunc ordine recenſebo, deſcribamq; cõpendio eorum inſigniora facta. Sed quia multum lucis allaturũ eſt hiſtorijs, quas in ſequẽtibus obiter attingam, ſi prædeceſſores Caroli magni quoq; hic ordine ponam, paulo altius uidetur repetenda regum Galliæ ſeries & ſucceſſio, incipiẽdo ſcilicet à Clodoueo primo Chriſtiano Frãcorũ rege, quomodo ille & ſui ſucceſſores uſq; ad Carolũ magnũ dominiũ ſuũ extenderint ultra Rhenũ in Germaniam, redegerintq; ſub unum imperium utramq; nationem, aut ſaltem bonã Germaniæ partẽ.

Locus natiuitatis Caroli magni.

De Chriſtianis regibus, qui ante Carolum magnum rerum ſunt potiti in Gallia & partim in Germania.

ANno ſalutis 500 plus minusue, exortum eſt ingens bellum inter Clodoueum Callorũ regem & inter Alemannorũ regem. Nam Clodoueus expeditionem fecit uſque ad Tulbiacũ, quod eſt in epiſcopatu Colonienſi, contra Alemannorũ regem, cõmiſſaq; atroci pugna, Alemãni prima die Clodouei exercitũ ſtrauerunt, eumq; in fugam uerterũt, ut ille planè deſperarit ſe poſſe ferre tam potẽtis hoſtis molem. Duxerat autẽ Clodoueus iſte Childerici filius anno 484 Clotildem Gundebaldi Burgundi regis filiã, mulierem ſanctã in matrimoniũ. Quã cum ad Chriſti religionem exhortantẽ audire nollet, tandem cum Alemannis prælio concurrẽs ab illisq; deuictus, ut iam ſignauimus, uotũ uouit ſi compos fieret, ſe uxori obtemperaturũ, ſecq; unà cum populo ſuo ſuſcepturum ſacrum baptiſma. Altera erga die rurſum inſtaurãs exercitum ſuum aggreditur regem Alemannorũ & eius exercitum, percuſſit hoſtem & in fugam uertit, regem uero eorum occidit & plurimos cepit. Eo die cecidit uniuerſa gloria & libertas Alemannorum. Necq; enim deſtitit perſequi uictor quàm latè patuit nomen Alemannorũ, non ſolum Germaniam primã, ciſrhenanam ſcilicet, ſed etiã traiecto Rheno ueterem Alemanniam & trans Danubium Rhetiam primam penetrans, nec uſquam conquieſcens, donec partim ferro partim ſeruitute totam Alemannorũ gentem perdomuiſſet. Poſt hanc itaq; cædem feliciter geſtam, Clodoueus ſibi ſubditã fecit totam Alemãniam (non autem totam Germaniã,) ab oſtio ſcilicet Neccari uſq; in Sueuiam, Nigram ſyluam, Lacum Podamicum, Algoiam, citeriorẽ & exteriorem Rhetiam uſq; ad Curiæ interiores barbaros, partem aliquam Atheſis, partem quoq; illam Heluetiæ quæ eſt inter Rhenum & Vrſam fluuium, qui ſcilicet ex Vrania per Lucernam deſcendit: item partem Sequaniæ, terram diœceſum Baſilieñ. & Argentineñ. atq; ultrà per deſcenſum Rheni. Sicq; bona pars Heluetiorũ unà cum alijs iam memoratis tertis ab anno Chriſti 500 aut circiter dominio Clodouei & hęredum eius ſubiecta fuit uſq; ad tempora Childerici tertij, qui procurante Zacharia Romano pontifice à Gallis fuit regio honore priuatus & in locum eius Pipinus Caroli magni pater electus.



Sequitur

Sequitur Catalogus regum Christianorum Galliæ.



1 Clodoueus (aliâs Ludouicus) primus Galliæ Christianus rex. Hic re feliciter cõtra Alemannos gesta, accersito Remigio prę/sule Rhemẽsi unà cum tribus millibus è populo, sacro fonte ab luitur anno regni sui 11. Regnauit autem anno 500

2 Childericus filius Clodouei fundator S. Germani prope Lute/tiam, anno 514

3 Clotarius Childeberti frater, uir ferox & tyrãnus, regnauit 559

4 Aribertus filius Clotarij, magnus adulter. 564

5 Chilpericus Ariberti frater, occidit uxorẽ suã & duxit aliã 573

6 Clotarius 2. filius Chilperici deuicit Saxones, regnauitq; an. 587

7 Dagobertus filius Clotarij fundator multarum ecclesiarum. Temporibus suis cõstru/cta sunt monasteria S. Galli & Wissenburgi. 631

8 Clodoueus 2. Dagoberti filius, pius ergo pauperes 645

9 Clotarius 3. filius Clodouei administrauit regnũ per Ebroinũ magistrum Curiæ suæ, regnauit anno 662

10 Theodoricus frater Clotarij gubernauit regnum per magistrum curiæ suæ, 666.

11 Childericus 2 frater Theodorici uir tyrãnicus 977

12 Clodoueus 3 filius Theodorici 693

13 Childebertus 2 Clodouei frater. Cuius curiæ magister Pipinus genuit ex Alpiade fi/lium nothum, nomine Carolum Martellum 697

14 Dagobertus 2 & Childeberti filius. Huius curiæ magister fuit Carolus Martellus fi/lius naturalis Pipini. Hic in una pugna strauit trecenta millia atq; octogintaquinque millia Saracenorum. Domuit quoq; Sueuos, Saxones & Bauaros. 715

15 Clotarius 4 Dagoberti frater, regnauit anno 719

16 Theodoricus 2 filius Dagoberti. Hic confirmauit fundationem abbatiæ Murbacen/sis, regnauitq; anno 726

17 Childericus 3 filius Theodorici, ultimus de linea Clodouei. Hic per papam Zachariã fuit regno spoliatus & in monasterium trusus, atq; in locum eius substitutus Pipinus Caroli Martelli filius, translatumq; est tunc regnum in aliam lineam & familiam.

18 Pipinus rex Galliarum procuratione Zachariæ papæ electus anno 750
Hic rursum subegit Saxones, profectusq; est bis in Italiam, uicit Astulphũ Longobar dorum regem, qui pugnauerat contra papam & Romanam ecclesiam.

Catalogus & successio omnium Cæsarum,

qui à Carolo magno usq; ad Carolum quintum imperio præfuerunt.

Carolus magnus.

1 Carolus magnus filius Pipini regis Francorũ, natus iuxta omnium ferè hi storicorum sententiã in uilla Ingelheim, quæ duobus miliaribus di stat à Moguntiaco, ubi etiã insigne cõstruxit palatiũ, cuius uestigia adhuc hodie cernunt, tametsi quædã meo æuo hinc translata sunt uetustatis monumẽta, præsertim aliquot lapi/deæ fusæ columnæ, quæ hodie Heidelbergæ in principis arce uidentur. Hic Carolus defun cto patre cõcordi cõsensu in demortui locũ est surrogatus, q; paternã auitamq; æmulare uirtutem. Hic Albinum Alcoinum præceptorem habuit, eoq; procurante Parisiense gy mnasiũ extruxit, quemadmodũ & Papiẽse gymnasium uiris doctis instituit, posteaquam Longobardos perdomuit. Templa exornauit, Basilicã Aquisgrani ubi sepultus est extru xit. Monasteriũ in Westphalia fundauit, plurimaq; cœnobia in toto regno suo ultra & ci/tra Rhenũ fundauit aut fundata priuilegijs et beneficijs prosecut⁹ est, id q; patet de mona sterijs in Heluetia & Alemãnia sitis præsertim de monasterio Cãpidonensi, Disertinensi iuxta ortum Rheni, Fabario, Sancti Galli, Augiæ maioris, Murbacensi & multis alijs, quorum

Præceptor Caroli magni.

quorum fundationes & diplomata adhuc extant, & quædam mihi uisenda exhibita sunt. Hic Carolus nullam insignem sacram ædem per Germaniam & utrãq; Franciam indonatam reliquit, quod & literæ & reliquiæ & templorũ ornamenta etiamnum atteſtantur. Gra-



uissima & maxima bella gessit, primũ Aquitanicum, alterum Longobardicũ, tertium Saxonicũ. Gessit in Hispanijs bellum, in Baioaria atq; in Pannonia cõtra Hunos, quæ in suis quibusq; locis explicantur. Cæterum quum Leo pontifex tertius ab æmulis malè tractare tur, Carolus eius iniuriam uindicaturus uenit Romam, ingressusq; in die natalis saluatoris templum ut oraret, pontifex Leo coronam capiti suo imposuit et Imperatorem Romanum pronunciauit. Cui ab uniuerso populo Rom. acclamatũ est, Carolo pijssimo, perpetuo Augusto, à deo coronato, magno & pacifico Imperatori, uita & uictoria. Vnctus est deinde & abolito patritij nomine quo prius utebat, appellatus est Imperator anno regni sui 33 nostræ uero salutis anno 801. imperante tunc Cõstantinopoli Irene post excæcatũ filium Constantinũ. Irene itaq; audiẽs quæ Romæ facta fuerãt, misit legatos ad Carolum de pace firmanda: & Carolus uicissim oratores imperatrici misit pro pace solidius firmãda, ipsius connubiũ petẽs, in quod illa consensisset nisi (ut suprà diximus) impedita fuisset. Interim cum senectus accederet, diuisit regnũ inter filios. Nam Ludouicũ Aquitaniæ regem, Bernardũ uero nepotem ex filio Pipino, Italiæ regem dixit, ac sequẽti anno cum Aquisgrani hybernaret pleuritide correptus, diem clausit extremum, anno domini 814. imperij 14. regni 46. ætatis 71.

Bella Caroli magni.

Carolus Imperator.



2 Ludouicus filius Caroli magni & Hildegardis, pius cognomento dictus, mitissimi ingenij & morum mansuetudine cunctis amabilis, post mortem patris à regni proceribus Imperator salutatus est. Hic cum in longiorẽ ætatem uita eius extenderetur, insidias passus est etiam à filijs, præsertim ex Iuditham alteram uxorem mulierem procacem duxisset. Vnde Lothariũ in Italiam, Pipinum in Aquitaniam, Ludouicum uero in Bauariam ablegauit. Sed inquieti filij, patrem custodiæ arctissimæ mãcipant, in monasterio diui Medardi Suessione, imperiumq; inter se partiunt. Monarchiã uero Lothario natu maiori fratres permittunt. Id cum primores Franciæ ægre ferrent, inuitis filijs Imperator custodia educitur, regnisq; suis restituitur & Iudithã uxorem ex Italia exilio redeuntem recepit, atque filio eius Carolo tradit regnũ Aquitaniæ, Pipinus enim iam obierat: Lothario uero iam moriturus imperiũ cõmisit. Reddidit autem deo spiritũ anno Christi 840 cum imperasset annis 26 sepultus Metis in monumẽto Hildegardis matris. Porrò Carolus Aquitaniæ rex est ille qui postea Caluus cognominatus est.

Imperator incarceratur.

3 Lotharius filius Ludouici Pij post mortẽ patris infœlicibus auibus imperiũ aggressus est. Cum enim ferox esset in fratres, illi aduersus eius cupiditatẽ bellum gesserunt. Alij tamen scribũt Lotharium & Ludouicũ aduersus Carolũ, qui postea Caluus dictus est, maximũ cõparasse exercitũ, & in die resurrectionis pugnã atrocem iniisse, in qua Carolus superior euasit, perijtq; in ea ferè tota nobilitas Frãcica, tam pertinaci inter se certamine pugnarunt fratres. Tandem cõcordiæ inuenta est formula, nempe ut Carolus rex Franciæ diceretur, Ludouicus Germaniæ rex esset, omnemq; Germaniã usq; ad Rheni fluenta possideret cum nonnullis adiacentibus ciuitatibus & pagis trans Rhenum ob uini copiam admodum acceptis. Lotharius uero maior natu Galliam Belgicam, regnum Prouinciæ & eam portionem terræ, quæ ab eo Lotharingia est dicta, acciperet, cum iam Italiam possideret.

Grauis fratrũ discordia.

Imperator fit monachus.

possideret. Pipinus uero nepos eorum ex Pipino fratre trusus est in monasteriũ, Sed & Lotharius Imperator distributa filijs hæreditate monasticam suscepit uitam. Reliquit autem filios Ludouicũ, Lotharium & Carolum. Cum enim Lotharius decem imperasset annis, conuocatis regni primoribus, sic inter filios regna partitus est, ut Ludouicum consortem imperij fecerit atq; Italiã tradiderit, Lothario autem Austrasiam & Lotharingiã, Carolo autem minori natu Prouinciæ regnum, quod olim Narbonẽsis appellabatur Gallia. Mortuus est autẽ anno salutis 855. cum regnasset annis 16. Lotharius quoq; filius eius paulo pòst mortuus est in Italia unà cũ magna parte exercitus eius qui omnes peste perierũt.

4 **Ludouicus** iunior qui & secundus filius fuit Lotharij, cui pater regnum Italiæ & imperium uiuus assignauit, fuit uir humanus, pius & iustus. regnauitq; annis 19. mortuus anno 874.

5 **Carolus** Caluus Ludouici Pij ex Iuditha altera uxore filius ac Ludouici secũdi Imperatoris patruus, cũ iam occidentalis Franciæ regnũ annis sex & triginta regnasset, audita morte Ludouici Imperatoris festinauit Romã pro corona imperiali suscipienda, anno scilicet salutis 876. Ipse Bosonẽ uxoris fratrem proclamauit regem Prouinciæ. Cumq; in Italiam proficisceretur ut Saracenos è Cãpania expelleret, Mantuæ correptus febre moritur, accepto ueneno à Sedechia Iudæo medico, quẽ familiarius diligebat, anno salutis 878. Regnauit annis 36. imperauit biennio.

Boso rex Prouinciæ.

6 **Ludouicus** tertius Caroli Calui filius, Balbus cognominatus, uir simplex ac mitis, iusticiæ, pacis ac religionis amator, unctus & coronatus est anno 878. Mortuus uero anno 880. cum uixdum biennium imperasset.



7 **Carolus** iunior cognomento Crassus princeps Christianiss. omnia Francorum regna quæ maiores sui non sine magna sanguinis effusione obtinuerant, breui sine conflictu assequutus est. Sub eo grauia damna illata sunt Galliæ à Normannis, qui deuastarunt Atrebatos, Cameracenses, Morinos, Menapios, Brabãtinos, Leodiẽses, Tungros, Treuiros, &c. Quibus cũ Carolus Imperator resistere nõ posset, tandem ex hostibus amicos & affines fecit, data scilicet Gotfrido regi in matrimoniũ Gisla filia Lotharij patruelis sui & Frisia in dotẽ, addito baptismatis lauacro. Sed cũ nec sic diu pacem seruarent, Imperator tandem coactus fuit nouam inire cum eis rationem, atq; tradere eis locum ad inhabitandum, qui postea à nouis incolis Normannia est dictus, tametsi quidã illud Carolo Simplici regi Franciæ attribuãt, qui Rolloni, post acceptum baptismatis lauacrũ Roperto dicto, Neustriã concessit. Paulo pòst suspitionem adulterij Imperator cõcipiens de uxore sua muliere integerrima, illa ab eo sequestrata, in cœnobio Andlaw reliquum uitæ suæ peragit. Quæ res ut multis cõmiserationem, ita Augusto peperit extremam calamitatem. Cuius ignauiam pertęsi eius subditi, quod & Franciam ui bellica Nortmannorum fœdatam relinqueret, & coniugem sanctam probri inique insimulasset, tanquã inutilem imperio, deponunt, adhibito ei curatore Arnulpho, quem ei sufficiunt, regemq; ac Cæsarẽ eligunt Carolo abdicato. Qui in summa egestate adeò uixit, ut sæpius quotidiani uictus sentiret penuriam, ab omnibus suis derelictus, priuatam uitam miser uixit, adiutus ab Arnulfo certis ex Alemãnia redditibus pro uictu quotannis, quem supplex rogauerat ne fame periret. Mortuus itaq; pauper sine honore in Augia maiori prope Cõstantiã, humili ac abiecto monumento sepultus anno 888. imperij decimo. A suis strangulatus etiam scribitur. Res digna spectaculo & magnis principibus animaduertẽda, humanæ sortis insigne exemplar.

Normandi.

Imperator deponitur.

Sepulchrũ Caroli Crassi.



8 **Arnulphus** filius naturalis Carolomanni regis Bauariæ fit Imperat. Cũ enim optimates uiderẽt Carolum Crassum uiribus animi & corporis deficere, hunc Arnulphum strenuum ducem orientalis Franciæ, quę regnum Teutonicum tum dicebatur, Bauariam, Sueuiam, Saxoniam, Turingiã, Frisiam, Lotharingiam complectens, abiecto Carolo, Imperatorem deligunt. Contra eum rebellant Marahẽses, sed Imperator, regnum eorum ingressus omnia solo æquauit, atque in finibus Bauariæ Sclauorum

Mortui nascãtur.

uorum temeritatem repreſſit. Deinde grauiſſima bella geſſit cũ Nortmannis in ripa Moſæ. Nouiſſimè uero quum Italiam tumultuantem pacare contenderet, pharmaco quodam dementatus ac graui morbo correptus, delatus Ratisponam tandem mortuus eſt anno ſalutis 899. duodecimo regni ſui anno. Habuit autem duas uxores, unam Agnetẽ regis Græcorum filiam, ex qua ſuſtulit Arnulphum malum ducem Bauariæ & Vuernherum comitẽ in Schyern: alteram Luitgardam, quæ genuit ei Ludouicum Romanorum regem ac Bauariæ ducem ſucceſſorem ſuum.




9 **Ludouicus** quartus filius Arnulfi Imperatoris, in oppido Forcheim poſt patrem electus iuuenis admodum contra Lampertum, Berengariũ & Ludouicum Boſonis filiũ, qui pro imperio concertabant. Huius temporibus erumpunt Hungari in Germaniam & multas faciunt cædes potiſſimum apud Auguſtam Vindelicorum, quibus Ludouicus ſatis reſiſtere nequiuit, præſertim cum nobiles Germaniæ magnis laborarent diſcordijs, maxime autem Conradus filius ſenioris Conradi comitis Franconiæ principis Haſſiæ & Vuederoiæ, et Albertus filius ſororis Henrici regis nepos ducis Saxoniæ, magna inter ſe flagrabant diſcordia. Cum enim Albertus Conradum occidiſſet ultus fratrem ſuum, qui erat à Conrado prius occiſus, nemo regum potuit ſimultates inter tantos uiros ſedare. Et cum Albertus ille regi Ludouico quoque eſſet rebellis, nec poſſet ad obedientiam ſeptem annis reduci, indignatus Ludouicus, opera Hattonis archiepiſcopi Moguntinenſis hominis uafri & ſolertis, qui eum ex caſtro Babenberg fraude eduxit, promittens eum reducere, regi præſentat, à quo eſt iudicio nobilium condemnatus & decollatus, quod epiſcopo magnam dein infamiam attulit. Mortuus eſt autem hic Ludouicus anno ſalutis 911. regni uero 12. Habuit uxorem Mathildam quam alij Luitgardam uocant, filiam Lutolfi ducis & ſororem ducis Ottonis. In hoc uero defecit genealogia Caroli magni, licet in Carolo ſimplici adhuc longius extenderetẽ. Centum annis & ſuprà Caroli magni proſapia adminiſtrauit imperium.

Hanc Hiſtoriã habes quoque infra in Franconia.



10 **Conradus** Frãconiæ dux poſt Caroli magni ſublatã ſtirpẽ deſignatur Auguſtus. Vniuerſus quidẽ Francorum & Saxonũ populus, Germanorumq; procerũ concurſus ad Othonem Saxoniæ ducem fiebat: ſed cum is ſenecta in ualidus eſſet, excuſatione ætatis uſus, Conradum Franconiæ ducem, opibus & robore animi atq; corporis præſtãtem indicauit, qui ad ſuſtinendam hanc molem aptiſſimus eſſet. Sicq; autore Ottone Conradus Auguſtus deſignatur & rex inungitur. Fuit autem is Conradus filius Conradi comitis Franconiæ, Haſſiæ, Wederouiæ & Friſlariæ, uir ſtrenuus & re bellica exercitatus, animo corporeq; ualidus, cuius frater Eberhardus comes fuit in Frãconia, Arnolfus autem malus dux in Bauaria, & Burchardus dux in Sueuia, Hẽricus dux Saxonum & Thuringorum. Porro Conradus aduerſa ualetudine laborans, cum ſupremũ diẽ adeſſe cerneret, conuocatis Germanis proceribus, autor fuit ut Henricus Ottonis Saxonum ducis filius Auguſtus crearetur. Simul etiam regalia ornamenta, coronam, ſceptrum aureum in mediũ ferri iuſſit, atq; Henrico duci Saxoniæ tradidit. Mortuus eſt deinde cum annos regnaſſet ſeptem anno Chriſti 919.

Genealogia Imperatorum à Carolo Ma



Hermingardis Ludouici ſecundi filia, quum Imperatori Græco fuiſſet deſponſata & rurſum repudiata, tumeret autem patre, auo, proauo, attauo Auguſtis, maritum Papienſium ducem maiori cupiditate impleuit, negans iucundam ſibi fore uitam, niſi uirum regẽ amplecteretur: unde eô Carolum Imperatorem, nempe Caluum impulit, ut qui iam duces creaſſet, crearet & reges, quibus iura diceret. Boſonem itaq; maritum eius regem Prouinciæ proclamat, arbitratus ita facilius Prouinciam ad Francorum imperium rediturã. Mox enim

gno uſque ad Henricum quintum.

Carolo Lotharij Imperatoris filio mortuo, ſuo fratres eius diuiſerunt inter ſe regnũ Prouinciæ, ceſſitq; Ludouico prouincia quæ Italiæ continens eſt, Burgundia aũt ultra Iuram obuemt Lothario.

In Arnolfi imperatoris ſucceßione, quædã ſunt incerta Habes quoq; in ea in Sueuiæ deſcriptione genealogiam eius, nõnihil ab iſta diſcrepantem. Certum tamen eſt Arnolfi filiam Lutgardam ex Ottone duce Saxoniæ genuiſſe Henricũ primũ, aucupem dictũ, patrem Ottonis magni.

* Ludouicus rex Italiæ oculis priuatus à Berengario.

Senebaldus illegitimus.

Arnolfus malus dux Bauariæ. Qui tamen à quibuſdam nullos filios ſed filiam tantum habuiſſe dicitur.

Arnolfus iunior. Huius filij ambitione ducatus regi rebelles fuerunt, ideo Otto magnus dedit ducatũ Bertoldo fratri Arnoldi.

Iuditha uxor Henrici fratris Ottonis magni.

Bertoldus dux Bauariæ uxor eius filia Giſelberti ducis Lotharingiæ, neptis Ottonis magni.

Ab iſtis poſteris à Carolo magno deſcendentibus, fuit imperij adminiſtratio ablata apud Germanos.

† Vuernherus comes in Schiern unde ſucceßio Palatinorum, ſicut ſuo loco dicetur.

4

Ludouicus legitimus rex Rom. d..x Bauariæ. Defecit in eo ſtirps Carolina ab adminiſtratione imperij Rom Vxor eius Mathilda uel Luitgarda ſoror Hẽrici aucupis.

Conradus conſanguineus nõ filius Ludouici regis. Albertus krantz ſcribit eũ fratrem fuiſſe Ludouici regis, quũ Ludouicus nullã habuerit prolem. Hic Conradus fuit interfectus uiuente patre ab Alberto comite Bambergẽſi, de quo in Franconiæ deſcriptione.

Cõradus primus Frãcus, imperator poſt Ludouicum tertiũ anno 913 qui non uidetur habere locum in hac genealogia.

Cõtinuatio inferioris genealogiæ deducitur infra apud duces Saxoniæ, ab Ottone magno uſq; ad Conradinum ultimũ Sueuiæ ducem, cuius tritaui mater fuit Agnes filia Henrici quarti.

‡ Ludouicus rex Franciæ. Vxor eius Gerburga ſoror Ottonis magni, quæ antea habuerat ducem Lotharingiæ.

Carolus. Hic ab Ottone ſecundo factus eſt dux Lotharingiæ & beneficiarius Cæſarum, ſed poſtea à Capeto incarceratus.

Lotharius rex Franciæ.

Giſela uxor Imperatoris Conradi ſecundi.

Ludouicus rex ultimus qui ex familia Caroli magni regium nomen geßit.

Mechtildis uxor Richardi regis Burgundiæ.

Hẽricus tertius Imperator, qui ratione matris fuit de ſanguine Caroli magni

Hẽricus quartus imperator Henrici 3. filius Bertha uxor.

Henricus quintus Imp.

Cõradus præfectus Italiæ

Agnes uxor Friderici de Stauſen

Sophia regina Vngariæ.

Friderico dux Sueuiæ

Conradus imperator.

enim poſt Carolum magnum regnum Germaniæ à regno Galliæ fuit ſeparatum, etiamſi in una familia utrunq; manſerit uſq; ad Ludouicũ Arnolfi Imperatoris filium. Tunc trãſlatum eſt imperium Germaniæ à linea Carolina ad Conradum ducem Franconiæ, Regnũ uero Galliæ manſit adhuc aliquot annis in ſtirpe Carolina, quum in linea Caroli ſimplicis aliqui in Gallia eſſent ſuperſtites.



11 Henricus auceps succedit Cõrado. Nam Eberhardus frater regis defuncti acceptis aureis armillis cum chlamyde, lancea & ueterum regum gladio ac diademate ad Henricum Saxoniæ ducem festinat, quem in uenatione & aucupio forte reperit, unde & cognomentum sibi datum est, eumq; regem salutat. Fuit autem filius Ottonis ducis Saxoniæ & noluit accipere coronam imperialem. Nihilominus tamẽ cum regnum Germaniæ susceпisset, summa prudẽtia & fortiter illud administrauit. Gessit bella plurima contra Vngaros, Sclauos, Dalmatas, Bohemos, Obotritos, &c. Tandem tactus paralysi, designauit regem Ottonem filium suum maiorem, mortuusq; est anno ætatis suæ 60. imperij 17. & anno salutis 937. Sub hoc Cæsare inuenti sunt ludi illi equestres & militares, quos Torneamentum uulgo uocant, in quibus adulteria, blasphemiæ, latrocinia & alia scelera nobilium publice & magna eorum confusione sunt correcta. De quo infra nonnihil dicetur ubi ad Saxoniæ regionem uentum fuerit.

Quare auceps dictus.

Torneamenti inuentio.



12 Otto Magnus filius Henrici regis, primorũ Germaniæ consensu regni successor est electus & à Moguntino episcopo Hildeberto inunctus. Hunc tres emuli conabantur deturbare regno, nẽpe Henricus frater eius, Gisilbertus dux Lotharingiæ sororius eius & Eberhardus comes Frãconiæ, inuocaruntq; ob id Ludouici regis Frãciæ filij Caroli simplicis auxilium. Ludouicus ergo rex ingressus Alsatiã sperabat recuperare Lotharingiam, quam pater perdiderat. At Otto pellit eum Alsatia & Brisacum munitissimum obsidet castellum & expugnat atq; Lotharingiam in suam deditionem usurpat. Eberhardus comes prope Andernacum ab Ottonis auxiliarijs occiditur, & Gisilbertus cum equo in Rhenum præcipitatus submergitur. Ludouicus deinde rex Franciæ Gerbirgam uiduam ab Ottone uxorẽ petit, datáq; est ei. Henricus uero frater Ottonis quum nullum undiq; reperiret subsidium, desperatus nudis pedibus & capite detecto procidit ante pedes Ottonis petitq; ueniam. Otto fratrem iussit in Ingelheim oppido custodiri quoad ira eius resideret. Tandem mortuo Bertholdo Bauarorum duce, ducatum ei concessit Bauariæ, quod Arnulfi ducis Bauarorum haberet filiam uxorem, Iudithã nomine. Cum uero Lotharingiæ prẽses Otto comes cum nepote suo Hẽrico Gisilberti filiolo occubuissent, rex Otto concessit Conrado Sueuorum duci Lotharingiam, illiq; unicam filiam Luitgardam coniugem dedit. Filium uero Luitolfum ducem fecit Alemaniæ data ei uxore filia Hermanni ducis Sueuorum, quę marito amplissimam attulit ditionem. Cũq; Otto alteram uxorem duceret Adelheidam filiam Rudolfi regis Burgundiæ, quam habuerat Lotharius rex Italiæ, ęgreferentes illud Conradus gener & Luitolfus filius, patri moliuntur insidias, sed tandem patri iterũ reconciliati, festinant occurrere Vngaris, qui immensa hominum multitudine se fuderunt in Bauariam dicentes: Aut cœlum cadens nos obruet aut terra dehiscens nos absorbebit, alioqui nemo hostiũ nos multitudine superabit. Qua confisi, in campo quem Lycus fluuius circa Augustã Vindelicã prẽter labitur, conserere manus auidissime expectabant. Rex cum Saxonibus, Franconibus, Bohemis, Sueuis & Baioarijs illis occurrens, uertit eos in fugam, fugatos partim in Lyco submersit. Tres quoq; reguli capti, suspensi sunt in crucem: cæteri propè omnes deleti. Cecidit etiam in eo prælio Conradus dux Francorum, & delatus Vuormaciam ibi est sepultus. Post istud bellum uenit in Italiam, expugnataq; urbe Romana pontificum tyrannidem & libidinem compescuit, susceptaq; imperiali corona & pacata Italia reuersus est in Germaniã. Cũ aũt Rom. imperiũ longe lateq; auxisset, senecta inualidus, tandẽ est morbo subitaneo correptus atq; mortuꝰ anno salutis 973. regni 37. imperij 13. sepultus in Magdeburgo.

Ingelheim oppidum imperiale.

Vngarorum magna cædes.

13 Otto secundus Ottonis magni & Adelheidis reginæ Burgundiæ filius, uiuente patre Aquisgrani rex est declaratus & Rome inunctus atq; à patre in imperium ascitus. Solus Henricus Bauariæ dux patruelis eius Hetzel cognominatus huic se rebellem opposuit, quem tamen Imperator mox perdomuit. Deinde cum in Lotharingia motus essent excitati, Otto ingẽti coacto exercitu illos sedauit,

atq;

atq; Carolo Lotharij regis Francorum fratri Lotharingiæ ducatũ tradidit, beneficiariũq; Cæsarum iureiurando effecit. Quæ res adeo Lotharium regem Franciæ offendit, ut congregato magno exercitu obruerit Cæsarem Aquisgrani. Otto uero euadens, conatus est hanc eluere ignominiam, peruenitq; usq; ad Luteciam, & concrematis suburbijs populatus est agros, sed eruptione ciuium repulsus est. Tandem interuenientibus bonis uiris ultro citroq; commeantibus, ad colloquium congressi sunt imperator & rex Franciæ, armaq; posita. Carolus in Lotharingiæ possessione permansit, sed angustioribus finibus est descripta. Nam haud mediocris pars hinc Agrippinensium, illinc Leodiensium ecclesiæ attributa est. Dehinc noui ducatus comitatusq; instituti, ueluti membra è corpore diuulsi, & Antwerpia Marchionatus sacri imperij à Germanis appellari cœpit. Deinde meditatus est bellum contra Græcos, qui Calabriã & Apuliã tenebant. Has enim prouincias iure affinitatis ob uxoris suæ Theophaniæ Græcæ mulieris dotem, ad imperium Romanum transferre conatus est. Sed infœliciter id tẽtauit. Nã exercitus eius uersus est in fugã. Et si Græci uictoria uti nouissent, Roma totaq; Italia eis cessisset. Otto Imperator à suis desertus adlittus fugiens in nauicula trepide cũ paucis salutẽ quæsiuit. A piratis paulo pòst deprehensus in Siciliã delatus est ignotus, magna numerata pecunia. Sclauus eĩ quidã negociator qui Cæsarem nouit pro eo pecunias ingentes pollicitus rẽ occuluit. Cumq; pecuniam allatam numeraret piratis, imperator equo celeri conscenso qui adductus erat, uelocissime abijt, Romamq; redijt. Et collectis reliquijs exercitus dum nimis incaute Græcos atq; Saracenos persequitur, sagitta uenenata uulneratur, Romamq; rediens post paucos dies diem suum obijt decimo imperij anno. Reliquit autem filios Ottonem tertium Cæsarem, Hugonem ducem Saxoniæ, Vtilhaidim uxorem Theoderici primi comitis Hollandiæ, Mechtildim uxorem Ezelini comitis Palatini Rheni, Fridericum & Vdalricũ duces Saxoniæ, à quibus postea descenderunt comites & principes Subaudiæ.

Lotharingia contrahitur.

Otto à piratis capitur.



14 Otto tertius filius Ottonis secundi ex Theophania Græca imperatrice natus eligitur Imperator contra Italos, qui ad se imperium trahere contendebant. Inde urbem petens à Gregorio quinto cõsanguineo suo duce Saxoniæ, Brunonis nomine antea appellato, diadema imperiale accepit. Hunc pontificem quum Romani eiecissent aliumq; creassent, Otto armata manu ueniens Romam, obsedit urbem, & intromissus pseudopontificem uita priuat, Gregoriumq; restituit. Crescentium uero consulem huius tragœdiæ autorẽ ex fuga retractum uili iumento auerse imponi iubet & per urbem circumduci, paulatim membris detruncatis. Postremo ante urbem suspensus, mille uulneribus à militibus est confossus. Gregorius ut Cæsari & Germanis gratificaretur & uindictam de Romanis acciperet, nouam fecit unà cum Cæsare Ottone de eligendo à Germanis proceribus rege sanctionem, formulamq; ac legẽ creandi Imperatoris, ut hæc electio perpetuo Germanis maneret. Cumq; Otto Roma discederet, uxor Crescentij consulis, quæ forma eximia cunctas Italiæ mulieres superabat, speq; regnandi Imperatorem ad amorem sui pellexerat, discessum eius iniquo tulit animo. Et quum reditum in Germaniam maturantem uideret, chirothecis miro ingenio affabre factis, uenenum insuisse fertur & Cæsari muneris loco dedisse. Quo paulatim intoxicatus ac consumptus, inter remeandum in Italia perijt, decimonono imperij anno, nullo hærede relicto. Krantius paulo aliter scribit, nẽpe in hunc modum. Postea quam Otto Crescentiũ superasset captumq; iussisset decollari, uxor eius callida mulier & suæ pulchritudinis conscia, Imperatorem pellexit in amorem, quæ quærebat uindictam de priore marito: quam cum ui nõ posset peragere dolo impleuit, chirothecas scilicet dono mittens, &c. Habuit Otto iste uxorẽ, Mariã de Arrogonia fœminã impudicam & sterilem, uirorum appetentissimã. Quæ secum habitu muliebri circumduxit iuuenem, quo cum congrediebatur quotidie, quandoquidem pro cubicularia utebatur. Quod cum innotuisset Imperatori, multis astantibus principibus iuuenis est spoliatus uestibus & pro fœmina masculus repertus, uiuus dehinc combustus. Sed & imperatrix cũ sæpius uiros peteret quàm peteretur, amatore suo extincto, cum ab Imperatore ueniã meruisset, in Italia circa Mutinam in comitem quendam elegantis formæ & uirum optimum cœpit deperire, multisq; blandicijs conata est eum in sui amorem pellicere. Cui cum assen

Constitutio de electione Imperatoris.

Imperatrix petulantißima.

tire nollet,falsis delationibus ab ea est apud Cæsarẽ accusatus & pœna capitis damnatus. Post cuius mortem uxor comitis mariti innocentiam candenti ferro perpurgauit. Qua re commotus Imperator,uiduam multis bonis ac muneribus,quatuor insuper castris donauit,uxorem uero suam exuri fecit. Sic condignam recepit petulantissima & impudicissima fœmina suæ impurissimæ uitæ mercedem.

15 Henricus sanctus dux Bauariæ,Comes Bambergẽsis,dictus Claudus, rex Romanorum est designatus, fuitq; uir totus pius, qui & multos episcopatus,qui barbarorum incursione fuerũt euastati,auxit & locupletauit,reditibusq; suis denuo ditauit. Babenbergę quoq; episcopatũ erexit & diuitijs dotauit. Habuit fratrem episcopum Augustensem et sororem Giselam,quę nupsit regi Vngarorũ,qui & Christianus effectus,Stephanus in baptismo est appellatus. Cumq; morti se propinquũ animaduerteret,conuocatis parentibus,consanguineis ac cognatis coniugis suæ,hanc inquit illibatam uirginem à uobis in uxorem mihi accepi,eandem intactam et castam uobis reddo commendoq;,ut eam fideli tuitione conseruetis. Fuit autem hæc Chunegundis Sigefridi,Palatini Rheni filia. Porro Imperator obijt anno imperij undecimo,regni 24.ætatis autem 52.



16 Conradus succesit in imperio Henrico,fuitq; filius Hermanni ducis Francorũ, cuius Hermanni abauus fuit Cõradus dux Francorum & Lotharingiæ,gener Ottonis magni. Dictus autem fuit hic Conradus Saliquus quòd descenderit à Sycambris,à quibus leges cœptæ sunt dici Saliquæ et ipsi Franci Saliqui,qui ijs legibus utebantur. Erat proinde inter cæteras lex Salica,ut soli uirilis sexus reges à maribus regibus orti, regnũ administrarent, nec ad eam dignitatem fœminæ admitterentẽ in regno Francorum. Mater huius Conradi Adelheidis, mortuo marito Hermanno Cõradi patre, nupsit Hermanno comiti de Hohenlohe,ex quo duos peperit filios,Sigefridum & Eberhardum,sepulta tandem in Oringen monasterio à se constructo. Hodie uero est collegiũ sacerdotum. Cæterum Conradus Imperator cohercuit potenter urbes Italiæ rebelles,randemq; circa Traiectum inferius ægrotare cœpit,subitaq; morte illico sublatus, decimosexto regni,imperij uero 14 anno,intestinis illic sepultis,corpore autem Spiram delato & in templo à se constructo honorifice sepulto. Habuit uxorem Giselam filiam Lotharij regis Franciæ,quæ antea habuerat Brunonem iuniorem marchionem Saxoniæ et Ernestum ducem Sueuiæ,sepulta Spirę anno 4 post mariti obitum anno Christi 1043.

Lex Salica.

Oringen in Ottonica sylua

17 Henricus tertius Conradi Imperatoris ex Gisela filius designatur ab electoribus Romanorum rex,princeps humanus, natura facetus,hilaris & largus. Hic Vngariam uarijs motibus agitatam sedauit ac quietam reddidit. Similiter fecit in Italia,quæ tres habuit Romanos pontifices. Mortuus est anno Christi 1056. ætatis suæ 39 imperij decimo. Habuit uxorem agnetem filiam ducis Aquitaniæ,cũ qua nuptias celebrauit in Ingelheim. Cumq; immensa histrionum & mimorum affluxisset multitudo,omnes abegit & in eorum locũ pauperes & egenos accersiuit. Habuit tres filias Iuditham reginam Vngariæ,Mathildim quæ nupsit Rudolfo comiti & duci Sueuorum,Itham quæ data est uxor Lupoldo marchioni Austriæ. Habuit quoq; duos filios,Henricum qui ei successit & Conradum Bauariæ ducem.

Nuptiæ imperatrices in Ingelheim.



18 Henricus quartus filius Henrici tertij, uiuente patre in regem est creatus & post obitum patris sub tutela matris educatus. Eodem tempore Otto dux Sueuorum mortuus est sine prole,& ducatus ab imperatrice Rudolfo comiti de Reinfelden est collatus,qui habuit uxorẽ Mathildem sororẽ Henrici regis, Paulo post imperatrice amota ab imperio,Henricus filius cœpit Saxoniã incolere, uenationi operam dare & luxui, atq; licentius omnia agere ex sinu matris abstractus. Quapropter multis inuisus fuit, multorumq; animos in se excitauit. Intulit Saxoniæ grauissima bella ob rebellionem eorum. Pontifex quoq; Romanus irritatus contra eum,absoluit omnes

Heinrici quarti luxus.

mnes regnicolas à iuramento regi præstito & ab obedientia eius, quod magnum peperit in imperio dissidium. Nam quidam Rodulphum ducem Sueuorum elegerunt Romanum regem, qui antea fuerat comes in Rheinfelden, cui & Romanus pontifex misit coronam cum tali inscriptione: Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. Paulo post duo reges committunt prælium, caduntq; utrinq; multi. Magdeburgensis episcopus in fuga occiditur, Wormaciensis capitur unà cum multis alijs. Et sequenti anno rursum committitur strages, in qua Saxones sunt fusi. Deinde mox aliud subsecutum est prælium, in quo Rodulphus cecidit abscissa dextera breuiq; postea mortuus est. Fertur q; in extremis positus abscissam dextram intuitus ad episcopos qui fortè aderant grauiter suspirando dixisse: ecce hæc est manus quæ domino meo Heinrico fidem sacramento firmauit, ecce ego iam eius regnum & uitam derelinquo præsentem. Videte qui me solium eius conscendere fecistis. Vtinam recta uia me uestra monita sequentem duxissetis. Ablatus est tunc ducatus Sueuiæ Bertholdo Zaringensi, qui gener fuit Rodulphi & datus est Friderico de Stauffen, qui factus est & dux Sueuorum & gener Cæsaris. Deinde Cæsar ingressus Italiam fugauit papam & alium cum ciuibus Romanis constituit Clementem nomine, à quo etiam fuit coronatus. Deinde uarijs iactatus procellis & à filio imperio priuatus, præ mœrore Leodij moritur. Sic misere periit Henricus Imperator, princeps alioqui facūdus, liberalis, acer ingenio & bellicosus & qui sexagies & bis in acie collata pugnauit.

19 **Henricus** quintus filius Henrici quarti & Berthæ Marchionissæ Italiæ, uir bellicosissimus & audax, patrem suum impie est persecutus, Moguntiæ factus & electus rex ab uniuersis regni principibus, accepto iuramenti sacramento, deinde Romæ coronam imperialem accepit anno salutis 1111. unà cū multis priuilegijs, quæ tamen papa paulo post reuocauit & Imperatorem excommunicauit, unde multæ dissensiones, schismata, incendia, homicidia, depredationes & tumultus in Germania sunt excitati, idq; per totum æuum eius quousque tandē in Traiecto inferiori morbo correptus est, quo & periit, anno regni 20. imperij uero 14. Habuit uxorem Mechtildē Henrici Anglorum regis filiam, ex qua tamen nullam suscepit prolem.

20 **Lotharius** Germanicè uero Luderus, natus à comite Gebhardo domino in Arnspurg ac Hedunige Burggrauia Norinbergensi, creatus dux Saxoniæ post obitum ducis Saxoniæ ultimi Magni, qui bello captus in carcere obijt, dehinc post Henricum quintum electus est in regem Romanorum, uir industrius ac prudens, religiosus, diuitijs et uictorijs potens, qui Henrici Imperatoris progeniem persequi cœpit, à qua olim & ipse persequutus fuit. Vnde crebræ lites sunt ortæ. Nam Friderici cus & Conradus duces Sueuiæ multis annis rebelles fuerunt regi, præsertim cum Fridericus laboraret pro Imperio. Tandem diuus Bernhardus abbas Clareuallensis fratres Fridericum & Conradum duces Imperatori Lothario conciliauit. Obijt autem Imperator anno 13. regni sui, imperij autem septimo. Habuit unicam filiam Gertrudim, quam duxit uxorem Henricus dux Bauariæ frater Welfonis & pater Henrici superbi Leonis, per eam factus dux Saxoniæ.



21 **Conradus** tertius filius Friderici ducis Sueuiæ de hohē Staufen & Agnetis filię Hēnrici quarti factus est Romanorum rex contra Henricum Bauarię & Saxoniæ ducem, qui regnum summis uiribus affectabat quod gener esset Lotharij, & secum habebat regalia signa, nempe crucem, lanceā & coronam regiam. Quæ cum coactus reddidisset, & quædā alia quę receperat reddere nollet, conuentu facto principum, ab Imperatore proscribitur ac ducatibus suis priuatur. Saxoniam enim Alberto Marchioni consobrino eius & Bauariam Luitpoldo Marchionis Austrię filio tradidit. Cum autem Henricus conaretur rebellare & ex Saxonia in Bauariam redire contenderet, morbo correptus diem clausit extremum. Rex uero in Saxoniam progressus, uiduam Henrici Gertrudim filiam Lotharij dedit uxorem Henrico Marchioni Lutpoldi filio unde maximæ natæ sunt discordiæ. Nam Welffo ducatum Bauarię ad se pertinere arbitratus est. Con *Regalia signa.*

randus quoq; cũ principibus regni ſumit expeditionẽ Hieroſolymitanam anno 1147. Reuerſus uero, haud longè pòſt mortuus eſt Babenbergæ anno Chriſti 1152. Habuit uxorem Gertrudim filiam comitis de Sultzpach, Bauaram ſcilicet natione.



22 Fridericus primus uulgo Barbaroſſa & Aenobarba à rubea barba cognomi natus, filius fuit Friderici ducis Sueuiæ, fratris Cõradi regis, princeps manu & ingenio ſtrenuus, ſtatura procera, corpore compacto, facie eleganti, capillo & barba rufa, affabilis & manſuetus. Hic electus rex ſepties ex Germania duxit exercitum in rebelles Italos. Diſſoluit quoq; diſcordiam principum hoc ingenio, ut Henricus de Saxonia reciperet ducatum Bauariæ, quem & pater & auus poſſederant, licet Conradus rex paterno ducatu ob rebellionem deturbaſſet. Henricus uero de Auſtria quum prius eſſet marchio, ducem eum creauit, quædam illi ex Bauaria adijciens. Welfoni autem auunculo ſuo contulit in beneficium pro emerendo fauore Marchiam Tuſciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardiniæ & terram Mathildis comitiſſæ. Conrado autem fratri ex alia matre contulit Palatinatum Rheni. Anno quarto regni ſui accepit Romæ imperij coronam, quod ægreferentes ſenatores, ſeditionem in urbe mouerunt contra Imperatorem, in qua utrinque multi interierunt. Relinquens autem urbem multas paſſus eſt per Italiam inſidias quouſque uenit in Germaniam. Ingreſſus Germaniam, ducem Poloniæ coegit ad tributum, ducem Bohemiæ inſigniuit diademate anno ſalutis 1158. Deinde rebellem urbem Mediolanenſem obſidet & redigit ſub iugum, ac deinde cum rurſum rebellaret, funditus euertit. Multi qui autores defectionis fuerant, ſecuri percuſſi ac cum omni ſtirpe ſunt deleti, bonaq; eorum publicata. Simili modo egit cum reliquis Italiæ rebellibus oppidis. Tũc Alexander pontifex incitauit in Imperatorem cunctos principes per Franciam, per Angliam & per Hiſpaniam. Paucis quoque interiectis annis Mediolanenſes priſtinam renouantes perfidiam, eiecerunt iudices quos Imperator impoſuit, quoſdam etiam ſuſpenderunt, accepta occaſione à ſchiſmate, quod Alexander Imperatorem ferebatur excommunicaſſe, ſpretis iuramentis Imperatori rebellant. Ad quos puniendos cum Imperator in Italiam conceſsiſſet, Heinricus ſuperbus cognomento Leo, dux Saxoniæ, in ſuam confiſus potentiam & factionem Alexandri pontificis, ab exercitu Imperatoris diſceſſit, ut fruſtra ille cum hoſtibus prælium committeret. Qua propter ipſe dignitate electionis imperialis & ducatibus priuatur. Ducatus enim Noricus Ottoni Palatino de Witliſpach donatur, Saxoniæ uero ducatus & electionis dignitas Bernhardo de Anhalt confertur. Poſt hæc Imperator Italiam bellis æſtuantem utcunque pacat atque expeditionem parat in Syriam contra Saladinum. Cumq; in Armeniam ueniſſet & ob æſtum mitigandum ſudoremq; abſtergendum flumini ſeſe credidiſſet, uorticibus rapidi fluminis in omnium conſpectu eſt abſorptus, anno ſalutis 1190. imperij 37. Filius uero Fridericus accipiens exercitum duxit in Syriam, ubi obijt cum multis claris uiris qui in eius exercitu erant. Habuit autem Imperator uxorem Beatricem filiam Reginaldi comitis Biſontini unicam, & per eam ſortitus eſt Burgundiam & Prouinciam diu ab imperio alienatas. Ex qua ſuſtulit quinque filios. Henricus fuit primogenitus rex Romanorum, cui deſponſata fuit filia Rogerij regis Siciliæ. Secundus Fridericus qui perijt in Syria. Tertius Otto comes Burgundiæ & Biſontij Palatinus. Quartus Conradus dux Sueuiæ, & quintus Philippus qui Henrico ſucceſſit in imperio.

Seditio Romæ.

Henricus Leo proſcribitur.

Imperator ſub mergitur.

23 Henricus ſextus filius Barbaroſſæ Imperatoris, princeps facundus & prudens, ſtatura mediocri, facie decora, corpore tenui, ſed animo imperterrito, uenationi & aucupio admodum intẽtus, electus ad imperiũ proficiſcitur in Italiam. Et cum Guilelmus rex Siciliæ ſine hærede defunctus eſſet, regnumq; ob id Siciliæ ad eccleſiam deuolutum putarent, magnates adulterinum ſibi regem conſtituunt Trancredum, Rogerio regi ex concubina genitum, uirum ſocordem. Indignatus ergo papa uocat Henricum Cæſarem, ut regnum Siciliæ citra ultraq; Farum arripiat, ſeruato ſibi cenſu & quibuſdam terris eccleſiaſtici iuris. Et ut iure id aſſequi poſſet, offert illi uxorem Conſtantiam

Conſtantiam Guilelmi Siciliæ regis filiam,ad quam iure hæreditario regnum hoc ſpectare uidebatur. Fuit autem monialis penè iam anus. Sed è monaſterio per diſpenſationem liberata datur uxor Henrico. Tunc Henricus armata manu Apuliam,Calabriam, Siciliam ſubegit,ac deinde ingentes copias miſit Hieroſolymam contra Saracenos. Tandem uero cum uxore & filio Friderico Siciliam ingreſſus uenationiq; indulgens,bibit in quodã nemore de frigidiſſimo fonte cum maxime æſtuaret,unde ægrotare cœpit,paulóq; poſt mortuus eſt anno imperij octauo ſuperſtite hærede unico Friderico filio, quem Philippo fratri cũ Siciliæ regni adminiſtratione cõmendauit. Sepultus eſt Panormi anno Chriſti 1198. *Hiſtoriam hãc habes ſupra ad longum.*



24 Philippus dux Sueuiæ,filius Friderici primi princeps manſuetus,facundus & liberalis, Hagenoiæ à quibuſdam electus ad imperiũ,ſed à Romano pontifice omnibus uiribus impeditus, quantumlibet bonus eſſet princeps. Philippus uero inſolentiam quorundam animaduertens,conuocatis Germaniæ principibus,à Sueuis,Saxonibus, Bauaris, Bohemis & multis Rheni principibus eligitur in Romanum regem. Sed paulo poſt animum mutantes,quidã eorum eligunt Ottonem ducem filium Henrici Leonis,qui erat uir audax & temerarius,& epiſcopus Colonienſes locauit eũ in ſedem regni atque inſigniuit corona. Commotus ergo Philippus Alsatiam deuaſtat, deinde proficiſcens in Thuringiam, illam quoque obedientem facit. Ducit etiam exercitum contra Colonienſes & ad deditionem eos cogit,coronamq; ſuſcipit Aquigrani. Romanum uero pontificem placat per nuptias,promittens ſcilicet filiam ſuam nepoti pontificis ex fratre. Otto quoque placatus fuit, quod Philippus traderet ei filiam ſuam Beatricem uxorem,ſicq; omne bellum fuit ſedatum, niſi quod Saxonia adhuc rebellis erat. Quã cum Philippus compeſcere uellet,tranſiretq; Babenbergam, Otto Palatinus de Witliſpach ſceleratus homo,ueluti amicus Cæſaris cubiculum ingreditur, & ubrato gladio in caput regis,uena ſecatur capitis letali uulnere. Ac dum rex uerba facere illi incipit, moribundus labitur. Henricus autem dapifer de Walpurg dum exclamat & oſtium cubiculi claudere nititur,in maxillam graue uulnus ſed non letale accipit. Habebat Philippus filiam quam deſponſauerat Ottoni. Sed cum Otto quendam in Bauaria citra omnem cauſam occidiſſet, notatusq; eſſet homicidij reus, recuſauit Cæſar homini perfido dare filiam. Quapropter ille furore percitus, homicidium homicidio auxit anno ſalutis 1208. imperij Philippi nono. *Rex Romanus interficitur.*



25 Otto quartus primogenitus Henrici iunioris ſuperbi Leo cognominati,ducis Bauariæ & Saxonię, temerarius,ſuperbus & audax princeps & qui omnes præ ſe cõtempſit,atq; idcirco paruo tempore in imperio durauit. Occupatis multis Alemanniæ oppidis coegit inſignem exercitum,quo Romam perrexit coronandus. Suſcepto uero diademate & Romæ cõtumelia affectus,Romandiolam patrimonium ſancti Petri contra datam fidem inuaſit,& undiq; terras latrociniis infeſtauit. Vnde anathemate percuſſus imperio deturbatur,principesq; ſacramenti religione qua illi obligabantur abſoluuntur. Subtrahentibus ergo ſe principibus ab eius obedientia, perſequitur Otto Lantgrauium Thuringiæ tanquam rebellẽ,& interim Fridericus Siciliæ rex uiceſimum agens annum uocatur in Germaniam pro ſuſcipiendo imperio. Quo audito, Otto relicto Lantgrauio uenit ad Rhenum nempe ad Briſacum ut Friderico iter interciperet,qui Baſileam uenerat. Sed cum ſui ciuium uxores et filias conſtuprarent,orto tumultu & ipſe et ſui oppido eſt deturbatus,amiſsis plurimis nobilibus. Turpiter igitur coactus deſerere iter incœptum,abijt inglorius in Saxoniam. Mœroreq; confectus tandem dyſenteria corripitur atq; moritur,regalia relinquens Henrico Rheni Palatino,Friderico aſſignanda. Nam Fridericus fuit interim Aquiſgrani unctus & coronatus anno ſalutis 1219. quum Otto imperaſſet annis 4.



26 Fridericus secundus filius Henrici 6. utriusq; Siciliæ & Ieroſolymæ rex, Sardiniæ & Italiæ dominus, dux Sueuiæ, princeps ſtrenuus, fortis & liberalis, multarum linguarum peritus, ad imperium adhuc adoleſcens eligitur, Ottone quarto ab imperio deiecto, & Romæ coronam imperialem accepit anno ſalutis 1220, conferens multa uiciſſim Italiæ prædia cum donis plurimis eccleſiæ, ut pontificis mercaretur fauorẽ, maiores ſuos imitatus. Quæ tamẽ in re parum ſibi propicios inuenit Romanos pontifices. Quod ſentiens, filium ſuum Henricum regem Romanorum curat inſigniri diademate. Deinde pontifex ferit eũ diris, quod uotum peregrinationis Hieroſolymitanæ non ſoluiſſet. Oborte ſunt tunc in uniuerſo orbe Chriſtiano maximæ turbæ ac grauiſſima diſſidia. Imperator ut deliniret pontificem, maturat expeditionem Hieroſolymitanam, & dũ abeſt, Papa Apuliam ſibi ſubiugat. Cognita hac fraude Imperator cum magnis copijs in Apuliam reuertitur, pontificis expellit exercitum & terras ſuas ſibi ablatas nullo labore recuperat. Pontifex Imperatorem rurſum deuouet quod cum Soldano fœdus pepigiſſet, ſcribitq; literas Soldano quibus eum rogat, ne terram ſanctam Cæſari redderet, ſicut rumore incerto intellexiſſet. Deinde ſcribit literas principibus Germaniæ, ne ullum de Friderici filijs deq; eius domo regem eligerent. Cum ita ſe ludibrio haberi à pontifice intelligeret Imperator, irarum plenus Italiam ingreditur & multas Italiæ urbes expugnauit, Longobardosq; rebelles compeſcuit, Veronam in ſuam ditionem accepit. Paduanum agrum depopulatus eſt, auditumq; eſt tum primum nomen Guelforum & Gibelinorum. Gibelini Imperatori & Guelphi pontifici adhærebant. Ex qua factione multa ſubſequuta ſunt in plurima ſecula mala. Ratio uocabulorum incerta eſt. Cumq; iam potior pars ciuitatum Italiæ Imperatori adhæreret ac Romani propè omnes ad Cæſarem deficerent, pontifex ſupplicationes inſtituit ac capita apoſtolorum circumferri iuſſit, habitaq; in baſilica ſancti Petri oratione populum cruce ſignauit, tanquam aduerſus infideles pugnaturum, quem contra Fridericum eduxit. Indignatus Imperator contra ſe dari crucem, cœpit ſæuire in eos qui pontifici adhærebant. Moriunt autem interim quo iſta aguntur multi pontifices, donec Innocentius eſt creatus, qui olim Friderico fuit amicus, ſed ad dignitatem papalem ſublimatus, capitalis factus eſt hoſtis. Nam Lugduni concilium celebrans, Imperatorem anathemate notauit, imperialiq; priuauit dignitate, abſoluens principes à iuramento fidelitatis, atque ut alium eligant adhortatur, multas afferens cauſas, periurium ſcilicet, ſacrilegium, clericorum capriuitatem & id genus alia ſcelera, de quibus tamen Cæſar ſeſe honeſtiſsime perpurgauit. Effecit tamẽ ut principes Henricum Landgrauium Thuringiæ, deinde Vuilhelmum comitem Holandiæ eligerent. At Fridericus collectis magnis copijs, ſtatuit Parmam omnino delere, & in loco caſtrorum ſuorum aliam condere quæ Victoria diceretur. Et res ab initio proſpero ſucceſſu eſt cœpta. Sed cum paulo atrocius in captos deſæuiret hoſtes, egreſſus in ſumma deſperatione urbanus populus, factaq; irruptione in Victoriam urbem, Imperator nonnihil aduerſi paſſus eſt. Tandem cum rediſſet in Apuliam non potuit ſatis cauere quin ueneno periret anno imperij 32. Et quum medicorum diligentiſſima opera rurſum inciperet cõualeſcere, à Manfredo adoleſcente, ſpurio ex concubina eius, ſuffocatus eſt, quod ſcilicet Conradum filium hæredem inſtituiſſet. Habuit autem uxores multas ex quibus genuit Henricum ducẽ Sueuiæ & regem Rom. & ex alia quæ filia fuit regis Ieroſolymitani, genuit Conradum regem Romanorum.

Pontificis Romani uerſutia.

Guelfi & Gibelini.

Honores mutant. mores.

Victoria urbs.



27 Henricus filius Friderici ſecundi, uiuente patre penè puer Romanorũ rex declaratẽ, ac paucis annis pòſt ducit uxorem filiã ducis Auſtriæ. Sed cũ pater anathemati ſubijceretẽ, corruptus filius à pontifice, cõſpirat & ipſe cõtra patrẽ. Ob id à patre in Apuliã uocatus, cuſtodiæ datus atq; maceratus eſt in uinculis, mortuus poſtea miſerabiliter, quũ octo annis regno præfuiſſet. Reliquit aũt duos filios gemellos, qui tamẽ anno duodecimo ætatis ſuæ à Manfredo ueneno ſunt ſublati, ne Siciliæ regnũ illi auferrẽt. Pontifex quoq;

quoq; pro regno illo laborans, misit magnum exercitum contra Manfredum, at Manfredus fudit hostem. Postea misit pontifex Carolum Andegauensem comitem, fratrem uel secundum alios generum Ludouici regis Franciæ cum magno exercitu contra Manfredum, pugnatumq; est diu ancipiti Marte, donec tandem Carolus Manfredum strauit & totum regnum eius occupauit. Porro uxor huius Hērici Margarita, superstes marito, filijs et fratribus domus Austriæ, nupsit Ottocaro filio regis Bohemiæ, sed postea rursum per diuortium ab eo fuit separata, quum esset senex & sterilis.



28 **Cunradus** Friderici secundi filius, rex Siciliæ & à matre Iole rex Ierusalem, dux quoq; Sueuiæ, uiuente patre in regem Romanū designatur. Sed contra eum & patrem Fridericum Henricus Landgrauius Thuringiæ & Hassiæ suggestu pontificis rex eligitur, struūturq; Cōrado insidiæ. Et quum pater interim moreretur, festinauit ipse in Italiam, occupaturus regnum Siciliæ, quod iure hæreditario ad se spectabat. Cumq; duobus ferè annis regnasset à Manfredo fratre spurio ueneno est extinctus. Verebatur enim Manfredus ne regnorum omnis successio huic uni deferretur, eo excluso, quod iam filium genuerat Conradinum, quem testamento quoq; omnium regnorum hæredem constituit. Patricidio igitur fratricidium adiunxit, tollens & hunc ueneno, anno scilicet Christi 1254. Tunc pontifex Romanus conabatur subigere regnū Siciliæ ut iam memorauimus. Cæterum Conradi uxor fuit Elisabet soror Ludouici & Henrici ducum Bauariæ, quæ pòst nupsit Meinhardo comiti Goriciæ. Conradinus uero quum adoleuisset accersitus est in Italiam à Gibelinis contra Guelfos, & ut possideret auitum regnum, quod papa iam dederat Carolo Gallo. Antea tamen Manfredus hoc regnum Conradini nomine strenue est tutatus. Non enim ignorabat uir acris ingenij sibi spurio pro se agenti populos nullatenus parituros, atq; ideo Conradini prætextum adhibebat. Italiā autem Conradinus ingressus, à plerisque ciuitatibus benigne est susceptus. Proficiscensq; contra Carolum, qui iam Manfredum debellauerat, apud Beneuentum dubio Marte tres horas pugnatum est, sed uictoria Carolo cessit. Cumq; Conradinus fugæ consulit, Austriam petiturus cum Friderico duce Austriæ, filio Hermanni quondam marchionis Badēsis & ducis Austriæ, ignoti ambo habitu seruorum fugientes, à quodam post octauum diem sunt proditi. Adamabat enim Conradinus proditoris uxorem formosissimam, & ut ea potiretur uirum sub honoris specie ablegauerat. Qui re intellecta & scelere deprehenso, Conradinum prodit Carolo. Vnde captus Conradinus securi percutitur cū duce Austriæ in Neapoli. Alij tradunt uirum quendam pecunia corruptum hos prodidisse. Alij aliter scribunt. Vide infra apud duces Sueuiæ. Sic Cōradinus ultimus de familia comitum de Hohenstauffen, ac Fridericus dux Austriæ ultimus de familia Leopoldi dies suos clauserunt.

Manfredus parricida.

Conradinus dux ultimus Sueuiæ occiditur.



29 **Henricus** Lantgrauius Thuringiæ & Hassiæ, frater Ludouici mariti sanctæ Elisabet, eligitur rex Romanorū in odiū Friderici secundi & filij eius Cōradi. Cōradus uero armata manu contra Henricū apud Franckfordiam ueniens, fugatus est ab eo magna suorū strage. Cōradus uidens se imparē suo aduersario, spe auxilij, Bauariæ ducis filiam coniugem accepit, sed frustra, quia Sueui undiq; eum persequebantur & oppugnabant. Henricus itaq; ui imperium seruans, Vlmam quæ Conradi partes sequebatur obsedit. Sed cum ob ingens frigus obsidionem solueret, sagitta iaculatus letale accepit uulnus, perijtq; eodem anno quo electus rex erat.

30 **Guilelmus** comes Holādiæ iuuenis imberbis eligit rex Rom. q filius fuit Florētij quarti & Mechtildis filiæ Heinrici ducis Brabātiæ amitæ diuæ Elisabet. Fuit homo natus ad arma, gubernauitq; Holandiā, Selandiā & Frisiā paternas prouincias. Gessit multa bella cōtra Flādrēses. Subegit quoq; Frisiā. Et cū uictor terrā egrederet, à quibusdā fugitiuis secus uiā in harūdineto latitātibus cuspidib. trāsfigit.

Equitabat

Equitabat enim rex cum paucis, diuerticulum quærens ut ſecurius exercitum reduceret, delatus in glaciem cecidit. Friſones qui latitabant erumpunt, & priuſquam regi ſubueniretur occiſus eſt. Friſones deinde conuocatis finitimis, Holandinos expellũt ac trucidãt. Interijt autem anno regni ſui nono, qui fuit annus Chriſti 1255. Deinde poſt 27. annos filius eius Florentius deduxit inde oſſa patris ſui in Selandiam atq; ſepeleuit in Mittelburgo.

31 **Richardus** filius regis Anglorum in diſſenſione eſt electus. Nam Moguntinus, Colonienſis & Ludouicus Palatinus elegerunt eum, alij uero principes elegerunt Alphonſum regem Caſtellæ. Sed Richardus ingenti pecuniarum aceruo uiſus eſt imperium emere. Inſoleſcens ergo contra aduerſarios ſuos, terras Treuerenſis epiſcopi igne & ferro uaſtauit, Boppardiam obſedit & expugnauit. Deinde & alias rebelles ciuitates cohercuit. Cumq; Angliam repetiſſet & pro fratre ſuo Henrico Anglorum rege incautius Londinum obſideret capitur, & liberatus in obſidione alterius ciuitatis iaculo eſt occiſus, cum annis regnaſſet ſex.



32 **Rudolphus** ab Habſpurg anno 1273. unanimi cõſenſu in Rom. regẽ à principibus eligitur, uir maturæ ætatis & qui ſub Friderico ſecundo ſtrenue res ſibi commiſſas obibat, ut ei tota Cæſaris nobilitas quum ipſum adiret aſſurgeret. Fuit inſuper magiſter curiæ Ottocari regis Bohemiæ, qui hanc electionem ſummis uiribus impedire nitebatur, quãdoquidem & ipſe ad imperium aſpirabat & Brãdenburgenſem Marchionẽ muneribus corruperat. Cum aũt Rudolfus eligeretur, in obſidione erat Baſileæ. Nam erãt in urbe duæ factiones, Stelliferorum & Pſitacorum. Cumq; Stelliferi urbe eſſent eiecti, reducere eos Rudolfus ſatagebat. Electus autem per Burggrauium accerſitur. Cui initio neq; ſatis credidit neq; facile conſenſit. Venit tamen, & Aquiſgranum ductus coronatur ſolitis ceremonijs. Vbi & duas filias nobiles duobus electoribus in uxores collocat. Et cum iuramentum à principibus exigeret, quidam abſentiam quorundã cauſati, recuſarunt, quos tamen facile ad officium coegit. Erat enim princeps non minus manu ſtrenuus quàm ingenio ſagax ac prudens. Collectis autem ab eo aliquot principum cõuentibus, Bohemiæ rex contumax iudicatus eſt, qui Auſtriam, Stiriam, Carinthiam & Carniolam uacante imperio ſibi uſurpauerat, Margarita uxore ducta, quam tamen repudiauerat, ut ſupra memorauimus. Fuit etiam in illis conuentibus decretũ, quod omnes Auſtriæ terræ uacantes ad imperiũ eſſent deuolutæ. Vnde rex cum omnibus principibus forti manu occupat Auſtriam, & Bohemum ex omnibus terris fugat, ac deinde ad feudum ſuſcipiendum cogit. Conſentiens autẽ Ottocarus, unũ rogauit ſibi condonari, ne ſcilicet in publico feudum accipere cogeretur. Erat enim ſuperbiſſimus, & uerebatur poblite flexo illũ adorare, qui olim ei ſeruierat, ut magiſter curiæ ſuæ. Annuit rex Rudolfus, ut ſub tentorio aut papilione id fieret. Erat autem id tentorium mira arte factũ adeò ingenioſe, quòd uno tractu in quatuor partes diſſolui poterat. Dum itaq; flexis genibus accipit uexillum à rege, ut fieri ſolet, quidam fune rapto tentorium diſſoluit, ut ab omnibus palam uideretur, regem de more adorare. Id cum uxori eius Kunegundi, quam uiuenti Margaritæ ſuperduxerat, innotuiſſet, uenienti marito acerbis illuſit uerbis, quaſi perpetuam ſibi inuſſiſſet maculam. Vah inquit, qui potentiſsimus es rex, coram ſeruo olim tuo ſordido tam ſplendide ornatus ceruicem ſubmittis, eumq; adoras palam cunctis uidentibus? Armis potius erat decernendum, quàm in fœdus tam humile deſcendendum. Verbis huiuſmodi ardentibus increpatum regem compulit ut pacem abijceret, concordiam frangeret, ac neglecto honore ſuo, uiolatisq; literis ſuis, bellum regi Rudolfo indiceret, contra iuſiurandum oblatum, contraq; nobilium ſententias, qui eum trahere ab hac ſententia conabãtur. Collectis itaq; copijs, fortem exercitum in Auſtriam ducit, cui occurrens Rudolfus fortiſsima manu, primum eum caſtris exuit, dein in fugam uertit, poſtremo à Stirio quodam nobili inter acies eſt occiſus, ac omnibus rebus ſpoliatus, nudus in Laha oppidum Auſtriæ delatus, ubi expirauit anno 1279. Fuerunt in exercitu Ottocari 14. millia uirorum deſiderati, præter captiuos. Deinde Rudolfus Bohemiam ingreſſus, cœpit illam deuaſtare, ſed epiſcopus Olmuncenſis pacem fecit, remq; eò deduxit quod filiam Rudolfi Gutam Venceslaus filius Ottocari duceret uxorem, uiciſſimq; filiam Ottocari Agnetem Rudolfus Rudolfi regis filius,

Factiones apud Baſilienſes.

Rex Bohemiæ rebellis Cæſari

Illuditur Ottocarus rex.

Stultum mulieris conſilium.

gis filius, dux Sueuiæ duceret uxorem. Talibus nuptijs pax firmata est. Austriæ uero ducatus quē Ottocarus 24. annis iniuste possederat, Alberto filio Rudolfi cessit. Eo pacto Austria cum cæteris prouincijs ad comites de Habspurg est deuoluta. Relicta uidua Ottocari, Zebiscum Bohemum nobilem duxit maritum, eiq; thesauros multos condonauit. At Venceslaus matre defuncta hunc captum securi percussit, ac omnia ablata bona recuperauit. Rudolfus itaq; rex noluit Italiam ingredi pro adipiscenda corona imperiali, sed à Bononiensibus, Florentinis, Genuensibus, Lucensibusq; pro libertate, licet in grauem Rom. imperij iacturam, grandem congessit pecuniam. Auariciæ itaq; notatus studio, à plerisq; reprehenditur, in cæteris laudatissimus. Obijt autem anno ætatis suæ 73. anno autē Christi 1291, imperij 18, Genealogiam eius inuenies infra in descriptione Austriæ. Habuit uxorem Annam comitissam de Hohenberg, sepultam hic Basileæ cum filio Hartmanno submerso in Rheno, & puero Carolo, in choro Cathedralis ecclesiæ.

Auaricia Cæsaris.



33 Adolphus comes à Nassaw, à quibusdam principibus eligitur, ab alijs uero Albertus Austriæ dux. Adolphus tamen Aquisgrani coronatur. Cumq; Albertus dux Austriæ feudum suarū terrarum accepisset ab Adolpho, Adolphus nihilominus cœpit Albertum persequi odio, exercitumq; in Colmarienses, qui à partibus Alberti stabant, mouet & expugnat, deinde Alsatiæ urbes sibi rebelles compescuit. Post hæc transfert exercitum in Thuringiam & Misnam, habitatoresq; pacem poscitulare coegit. Molitus deinde est bellum contra regem Franciæ propter regnum Arelatense. In summa, tota Germania æstuabat bello, ut etiam principes cogitarent eum deijcere à culmine imperialis dignitatis. Nam neglexit principes imperij, indignos extulit, adulteria patrauit, uirgines, moniales & uiduas constuprauit, fidem literis & sigillo roboratam uiolauit. Conuenientes ergo principes elegerunt Albertum ducem Austriæ, eumq; multis præcibus sollicitant, ut imperium assumat. Quo assentiente, omnes promittunt ei auxilium. Adolpho uero adhæserunt Otto dux Bauariæ, Rudolfus comes Palatinus & quædam ciuitates imperiales, nempe Franckfordia, Spira, Wormatia, &c. Cōcurrunt itaq; duæ acies prope Spiram & fit crudele prælium. Est sex horis acriter & continue pugnatum, utrinq; multis occisis, multis ab equis deturbatis. Cumq; diu ancipiti marte pugnatum esset, Adolphus qui cum suo exercitu aduersos solis habuit radios, uisum hebetantes, grauissime concussus equo est detectus. Sed cum restitueretur equo, casu Albertus superuenit. A quo circa oculū ense traiectus, in collo quoq; letale susceptit uulnus. Incautus em hostibus expositus interfectus est, quum sine ordine in aciem descenderit. Multi nobiles capiuntur, multi calore & aeris suffocatione perierunt. Imperauit aūt Adolphus annis octo. Sunt qui scribunt omnes coniuratores regis mala morte perijsse quasi quodā fato. Comes em Albertus de Haigerloch occisus, Otto de Ochsenstein suffocatus, episcopus Moguntinus subito in sella apoplexia tactus, episcopus Argentinensis à Lanio ante Friburgum ense traiectus, Comes de Leiningen frenetide correptus, Albertus à duce Iohanne ense transfossus.

Vicia Adolfi.



Adolphus in pugna succūbit

34 Albertus filius Rudolfi dux Austriæ, post occisum Adolfum iterum à principibus eligitur in regem Rom. atq; Aquisgrani coronatur anno 1298. Ducatum Austriæ filio suo Rudolfo administrandum commisit, & Blancā sororem Philippi regis Franciæ ei uxorem dedit. Inciderunt autē multa bella, quæ Albertus gessit contra hostes, inter quæ unū habuit aduersus episcopū Salisburgēsem ratione fabricarū salis. Nam antistes irritatus ab Alberto, curauit destrui fabricā salis, quod grauem iacturam salis sui patereturob copiam salis quam dux Austriæ habuit. Et cum Albertus uincinequiret, oblatum est illi uenenum. Quod ut eijcerēt medici, omnē nauantes operam

Albertus uenino inficitur.

operam principem inuerterunt,machina ad hoc ingenioſſe fabrefacta,ut continuo uome ret,non tamen ſuffocaretur.Excluſum eſt itaq; uenenum per os,per nares,per oculos, fu/itq; uis eius tanta,ut alterum ſibi oculum corrumperet. Vnde ſæpe monoculus rex dictus eſt,princeps fortiſſimus,qui duodecies collata acie dimicauit,ſemper uictor.Poſtremo cū ingentem coegiſſet exercitum,Bohemiam ingreſſurus contra ducem Carinthiæ,qui ſe re gem Bohemiæ gerebat,miſeranda morte eſt à duce Iohanne filio Rudolfi ex Ottocari fi/lia occiſus.Iohannes enim dum eſſet iuuenis & prodigus, Albertus eius bona tutoribus commiſit,& iuuenem apud ſe honeſta conditione tenuit.Qui cum malorum conſilio ſe/ductus,quaſi dux eſſet ſine terra,crebro patrimonium ſuum maternum peteret,perſertim dominium Kyburgenſe,quod illi negabatur,cum tribus alijs coniurationem iniit,qui cu/ram cuſtodiendi corporis regij habebant,quibus ſemper rex uitam ſuam concredidit. Hi

Nomina coniu ratorum.

erant Rudolfus de Wart,Vualtherus de Eſſenbach & Vlricus de Palm. Octauo autem Ka lendis Maij anno Chriſti 1308. cum rex filios ſuos cum duce Iohanne & nonnullis familia ribus in menſa habuiſſet,& hilaris omnes roſeis ſertis redimiſſet,quatuor coniuratores ci bum capere non poterant,ſed meditabātur necem regis.Erat enim illa die traiecturus flu/uium petiturus Reinfeldum.Menſa itaq; remota equum petiuit ut nauim conſcenderet, ablegatiſq; omnibus alijs miniſtris,memoratos ſolum quatuor detinuit.Conſcenſo igitur rex equo,Rudolphus de wart,quandiu , inquit , iſtud cadauer equitare permittimus? frę/numq; equi apprehendens,cum inter eundum de more rex loqueretur,dux Iohannes pu/gione collum regis primus ferit . Vlricus faciem & caput per medium ſecat,cæteri enſi/bus trāsfodiunt,inter Ryſam Arulamq;,Heluetiorum flumina . Vbi poſtea monaſterium

Kunigßfelden id eſt, Regius campus.

monialium ſanctæ Claræ conſtruitur.Nomen eſt loco impoſitum , Kunigſsfelden , id eſt, Regius campus. Occiſores fuga dilapſi , tandem effugere nequiuerunt . Nam Vlricus de Palma ueniens poſt aliquot dies Baſileam latitauit in domo Cōuerſarum ſiue Beginarum ubi & obijt,caſtro eius obſeſſo per Leopoldum ducem Auſtriæ & diuiſo cū omnibus bo/nis inter fratres ſuos. Ex eo ſunt decollati qninquaginta.Munitionibus uero waltheri de/ſtructis,ipſe paſtorem agens poſt annos 35. ſeſe manifeſtat moriturus . Rudolfus de wart cum famulo poſt longam occultationem deprehenſus eſt,famulus rota cruciatur,Rudol/fus uero poſt inanes excuſationes caudæ equi alligatur , & ad ſupplicium ductus,fractis rota membris crudeliſſime necatur.Iohannes dux nepos regis , profugus per ſyluas & fe

Dux Iohannes incarceratur.

rarum latibula tandem in Italiam uenit,poſtremo ad Henricum Imperatorem qui Alber/to ſucceſſit,in Tuſcia Piſis per papam miſſus , in habitu fratrum Heremitarum perpetuis carceribus eſt condemnatus. Sic omnes illi parricidæ diris diſcerpti ſupplicijs, debita ſua præmia tulerunt.Regnauit autem Albertus annis decem.Fuit princeps prudentia , ſaga/citate & clementia nulli ſecundus,munificus in benemeritos,bilingues graui odio perſe/quens,laſciuorum contubernia uitans,patiens erga inimicos , non præceps in uindictam & iniurias facile obliuioni tradens.Habuit autem uxorem Eliſabetam filiam Meinhardi comitis Tyrolis & Goriciæ ac ducis Carinthiæ,Conradini ex matre ſororem , fœminam acuti ingenij,quæ ſalis mineram & uſum faciendi inuenit in Hallis prope Gemunden in ſuperiori Auſtria.



35 **Henricus** ſeptimus filius Henrici comitis Lu tzelburgenſis & Beatricis comitiſ/ſæ Hannoniæ,paternis opibus non quidem magnus , iuſticia au/tem & prudentia,tum rerum geſtarum gloria inter principes ſui æui præcipuus , in cuius nece Chriſtianitas maximam paſſa eſt iacturam. A Friderici ſecundi morte uſque ad annum 1308. quan do hic Henricus fuit electus, reges Romani abſtinuerunt ab in/greſſu Italiæ,nempe Rodolfus , Adolphus & Albertus , & ob id omnes penè Italiæ urbes Imperio parere ſolitæ excuſſo iugo , ty/rannis potius ſubeſſe cœperunt . Electus ergo Henricus & A/quiſgrani coronatus,contendit ingredi Italiā,aſcendensq; per Rhenū uenit Spiram. Et ui/dēs ibi Imperatorū monumenta,doluit anteceſſores ſuos Adolfum & Albertū in loco oc ciſionis eſſe ſepultos. Iuſſit itaq; eos effodi atq; illuc deferri. Dehinc ad filij nuptias ani mū intēdit, ut res domeſticas , quæ mediocres erant aliqua affinitate muniret & latius profer/

ret,

ret, priusquam Italiam ingrederetur. Erat ei primogenitus Iohannes cui desponsauit Elisabetam Vuenceslai regis Bohemiæ filiam, Rodulphi regis Rom. neptem. Quæ Spiram honesto comitatu adducta est. Cumq; grandiori esset corpore, ob fornicationis suspitionem diu nuptiæ eius sunt dilatæ. Puella innocens moræ impatiens, ubi hanc falsam intelligit suspitionem, denudato corpore interiori ueste regem adijt, stola unica tecta. Virginitatem meam inquit ô rex aspectu corporis mei & examine honestarum approbabo matronarum, nec hinc pedem mouebo, nisi sinistram de me abijcias suspitionē. Timore perculsus rex, inducere reginam uirginem non potuit ut abiret, plurimū sese excusans de cōcepta in se suspitione. Coactus itaq; mittere pro matronis & obstetricibus, reperta est illæsa & inuiolata uirgo. Maturatæ ergo sunt nuptiæ & solenniter celebratæ. Rebus autē Germaniæ compositis, mittit Hēricus rex legatos ad pontificem pro suscipienda corona imperiali, quo annuente, subsecutus est rex cū multis ducibus, comitibus, episcopis & baronibus, susceptusq; est honorifice à Mediolanensibus. Et dum Cæsar ibi moram faceret, Guido Turrianus id ægreferēs, de eius interitu anxie cogitat, suæq; factionis profugos ad se pellicit, & parat mentis maliciam deducere ad exitum. Decreuit autem quendam obsoletum condemnatum ad supplicij locum educere ad concremandum, sperans magnam Germanorum militum partem ad spectaculum progredi. Tum clausis portis, regē in palatio desertum sperat facile mactandum. Hoc consilium dum Turrianus cum quibusdam in domo capesseret, adolescens quidam qui non curabatur, hoc audiens, Matthæo Vicecomiti pandit. Qui dispositis clam armatis, seditionem hanc dissimulanter expectat, regiq; omnia aperit. Suborto tumultu, fratres Teutonici ordinis, qui Cæsarem officij causa comitabantur, primi irruerunt in palatium regis & uiriliter repellunt cōiuratores, portam aperiunt urbis, qua occlusus Leopoldus dux Austriæ ducentis cum armatis iacuit & ad Cæsarem properat. Vicecomes quoq; cū suis erupit ex latebris & obuios quosq; trucidat. Turrianus uero cum consilium proditum suspicaretur, fuga elapsus cum suis euasit. Domus eius solo æquata, bona direpta, trucidati obuij quiq;. Cœpit etiam paulo post Cæsar formidabilis esse uniuersæ Italiæ, dediderunt q; se illi passim celebriores ciuitates. Veniens autē Romam cum magna solennitate coronatus est. Deinde uolens in Italia omnia dissidia tollere, in die assumptionis Mariæ cum de more sacram eucharistiam acciperet à fratre ordinis prædicatorum à Florentinis subordinato, illico cœpit ægrotare. Ferebatur enim monachus sub unguibus uenenum habuisse, quo hostiam infecerat. Paulo post Imperator animam deo reddidit anno imperij eius 5. Christi uero 1313.

Regiæ puellæ egregium factum.

Turriani inimicus animus.

Imperator uenenō inficitur.

30 Fridericus eius nominis tertius, filius Alberti ducis Austriæ & Romanorum regis in discordia eligitur, cuius competitor fuit cōsobrinus eius Ludouicus dux Bauariæ, cuius mater Mechthildis fuit filia Rudolfi ab Habspurg, Friderici autem pater fuit eiusdem Mechthildis frater. Diuisum ergo imperium diuisos fecit populos & ciuitates. Alij enim huic fauebant, alij alteri, uentumq; est ad diutinū bellum. Nam Fridericus depopulatur agros, castra & urbes in Bauaria. Frater uero illius, Leopoldus grandi exercitu iuxta Spiram Ludouicum persequitur & in fugam uertit. Deinde uterq; frater ducit uxorem, celebrantq; maxima pompa nuptias Basileæ, Fridericus iungit sibi regis Aragoniæ filiam & Leopoldus Comitis Subaudiæ filiam. Finitis nuptijs Leopoldus uolens fratri ualles Suiciæ, quæ sunt de iure imperij, subiugare, primus inter Austriæ duces Heluetios armis aggressus est, sed frustra. Fridericus uero cum magnis copijs Sueuiam ingressus, iuxta Esslingā cum Ludouico pugnauit. Et cum dubio Marte pugnatum esset, discessere, quibusdam occisis, quibusdam captis. Deinde rursum apud Argentinā iuxta fluuiū Bruscā duo magni exercitus cōueniunt, stātq; acies in planicie ad pugnā paratæ. Ardēt milites feruēt q;, eductis gladijs manus cōserere appetūt. Ludouicus uero intellecto strategemate fugit in Bauariā. Interiectis dehinc aliquot annis, Fridericus iterum ingreditur Bauariam & deuastat superiorē Bauariā. Ludouicus miseratus suorū cladem, mori destinauit aut hostem uincere, hoc unū cauens, ne fratres cōiungerent suos exercitus. Fridericus uero moræ impatiens, uersus hostē tendit, consiliū suorū qui id dissuadebant, contēnens. Concurrūt acies acriter & uictoria Friderico cedit. At Bauari pedites qui se fugæ cōmiserant, reuocantur, equisq; dimissis pedites prælium renouant. Superuenit quoq; Burggrauius, qui clamore magno Australes sagittarios in fugam uertit. Post laborem

Nuptiæ regiæ celebrantur Basileæ.

borem enim feſſi milites, hunc exercitum Leopoldi credebant, reſpirantes paululum, ue xillo decepti adulterino. Obruti igitur inſperato Auſtrales occludunt ueluti ſepto, multis ex illis captis, inter quos Henricus dux Auſtriæ Friderici frater fuerat. Deinde in aliã par tem exercitus irrumpunt, qui minime hoſtes eſſe arbitrabantur. In fugam igitur uerſi mi*Fridericus princeps captus.* lites, Fridericum deſerũt. Qui equo deiectus ab armigero, captus & Ludouico adductus, cuſtodiæ haud magnificæ deputatus eſt. Subſequutus autem Leopoldus & aduerſam fra tris audiens fortunam indoluit uehementer, admiratus tamẽ quod in tanta ſtrage occiſus non eſſet. Facta eſt clades illa anno liberationis humanæ 1324. penultima ſeptembris. Hẽ ricus autem reſtitutis quibuſdam munitionibus Morauie quas auſtrales occupauerãt, an te fratrem ſuum liberatus eſt. Fuit enim regi Bohemiæ traditus. Leopoldus interim quo Fridericus in munitiſſima arce detinebatur cum multis alijs nobilibus, nullum poterat o ſtendere ſignum læticiæ. Ciuitates quoq; Alſatiæ, Columbaria, Seleſtadium, Ehenheim, Roſsheim, Hagenaw, quæ Friderico prius adhæſerant, immutatæ nutabant, in partem Lu douici flectentes. Leopoldus uero ob fraternum amorem, rem ridiculam molitus eſt. De fratris enim liberatione dies noctesq; ſollicite nimis cogitans, necromanticum adijt, qui nouit coniurationibus aduocare dæmones. Viſo itaq; ſub habitu uiatoris dæmone, rogat

Dæmonis coniuratio.



eum, ſi Fridericũ è uinculis liberare queat. Promittit ille, ſi ob ſequi uelit. Territus aũt nocturna uiſione Fridericus, neq; aſ ſentire uolens, res in nihilũ eſt redacta. Vix ſcribi poteſt quan to ſudore Leopoldus pro fratris liberatione laborauerit, ma ximam pecuniæ quantitatem ac præcioſiſſima quæq; pollicen do, ſed nihil profecit. Curauit etiam ut per pontificem Ludo uicus ſacris interdiceretur. Fiebant quoq; crebri principũ con uentus, tractantes de Friderici liberatione. Leopoldus etiam quoad uixit, Ludouico moleſtus eſſe non deſijt, quanquam ob maximos labores diu uiuere non potuerit. Tantum enim ex hauſtus fuit uiribus, ut nimia uigilia poſtquam ab expeditio*Leopoldus dux moritur.* ne Spirenſi redierat, mente captus, uitam apoplexia tactus fi niuerit, anno ſcilicet ſalutis 1326. Deinde poſt annũ unũ mor tuus eſt frater eius Henricus. Fridericus uero cum triennio in cuſtodia maceratus fuiſſet, tãdem perſuaſione cuiuſdam Prio ris Cartuſienſis Ludouicus eum liberat præmiſſis quibuſdam conditionibus iureiurãdo, ac dehinc literis corroboratis, nempe ut uterq; quoad uiueret regio uteretur titulo, Fridericus autem Italiam pro imperij corona non accederet, ſed hãc liberam Ludouico permitteret. Reductus igitur in Auſtriam Fridericus cum magna læti cia ſuſceptus eſt ab uniuerſo populo. Sed ipſe ob perpeſſas aduerſitates paulatim cœpit contabeſcere, paucoſq; annos poſt liberationem uixit. Reſolutus enim dyſenteria mor tuus eſt anno Chriſti 1330.

37 Ludouicus Bauarus uix ſeptennis patrẽ amiſit. Vbi uero adoleuit hu maniſſimus princeps cunctis amabilis uiſus eſt, omnibus ſe humanũ exhibuit, obuioſq; quoſq; ſalutabat ac alloquebat, unde maximũ ſibi fauorẽ cõtraxit. Electus aũt rex in diſcordia, multas & grauiſſimas lites cũ Friderico geſſit, ſed ui ctor tandẽ nomen & titulũ Imperatorium inuito põtifice uſurpat. Cumq; foueret quoſdã minoritas, quos põtifex pro hæreticis declarauerat, damnauit & ipſum tanq; hæreticũ. At Ludouicus regno ad ſe deuoluto, ingentibus copijs ſeſe parat ad ingrediendũ Italiã, & in primis Vicecomitib. permittit dominiũ Mediolani, ubi et ferreã ſuſcepit coronã. Exiſtẽs aũt Mediolani mittit oratores Auinionẽ ad pontificẽ, qui petãt ut imperialia inſignia mo re maiorũ ſibi benigne conferat. Id aũt ſecũdo fecit. At põtifex recuſat, oratores q; igno minioſe repellit, quin & Vicecomites in odiũ Ludouici excõmunicatione percutit. Ludo*Põtificis Rom. pernicatia.* uicus uero Romã petit, honorifice q; eſt à populo Rom. ſuſcept⁹ & à ſenatoribus urbis q uicarij Imp. uocabant coronatus cũ cõiuge. Et quidẽ Rom. ſenatores põtificẽ requirebãt ut urbẽ inuiſeret & Rom. regi imp. ſigna cõferret. Alioquin ipſi pro antiqs iurib. ſe ſuaq; uellẽt tueri. Ad hęc põtifex Ludouicũ lęſę maieſtatis reũ ac hęreticũ incuſabat. Ob id Imp. cõſilio procerũ ac Rom. Petrũ Corbariẽſem Reatinũ minoritã, uirũ ad res gerendas ap tiſſimũ ſummũ pontificẽ creat, Nicolaũq; quintũ appellat. Qui mox creatis cardinalibus & epiſco-

& epiſcopis Iohannem pontificē dignitate papali deijcit,ſimulacroq; eius fabrefacto, ignominia afficitur & per nouū pontificē atq; Cardinales aſtante Cæſare concremat. Pontifex uero Iohannes uiciſſim Ludouicū imperiali deijcit dignitate,regnoq; priuat,excōmunicatione crudeli tanquam hæreſiarcham condemnat. Contrà Ludouicus hęreticū papam denunciat,concilium appellat,urbem Italiamq; relinquere decreuit,proditionē ac uenenū non arma extimeſcens,dicensq; Germanorū Cæſares multos ueneno, paucos enſe ex Italia abactos. Mortuo Iohāne pontifice ſuccedit Benedictus 12. qui Ludouici Cæſaris innouat execrationes,omniq; regio honore ſpoliat,& ducatu Bauariæ priuat. Conuocat ob id Cæſar principes omnes atq; doctiſſimos quoſq; & cōfirmat antiquas leges,decernitq;,ut cui plura accedunt principum ſuffragia,is etiam in diſcordia uerus cenſeatur electus,idēq; poſsit citra apoſtolicæ ſedis confirmationē imperij iura exercere & adminiſtrare. Debeat quoq; idem mox poſt principū inſinuationē à pontifice inungi. Quod ſi recuſet pontifex, à catholico poſſit quocunq; antiſtite proclamari Imperator ac auguſtus,cum inunctiones iſtæ ſolennitates quædam ſint aduenticiæ à pontificibus adinuentæ,nomina non res concedentes,in ſignum defenſionis ac unionis eccleſiæ imperijq; Romani. Dehinc Cæſar in perſonæ ſuæ excuſationem coram principibus & nobilibus rationem fidei ſuæ clariſſime reddidit,planeq; confeſſus eſt ſe Chriſtianum hominem, articulos fidei integre credere. Hæc acta ſunt anno Chriſti 1339. Deinde pontifex Romanus nitebatur Imperatorem abſoluere ab excommunicatione,ſed reſiſtebāt Cardinales & rex Franciæ,minabaturq; rex Frāciæ pontifici crudeliſſima ſi Bauarum abſolueret. At Imperator ultionem in animo ſuo in dies cogitabat,quæ ſe ultrò pulchre offerebat. Nam Eduardus rex Angliæ uerum ſe regni Franciæ hæredem cauſatus,auxilio Ludouici Cæſaris ingreſſus Galliam, per 40. penè miliaria in circuitu igne & ferro regnum crudeliter deuaſtauit,multarumq; urbiū mœnia demolitus eſt. Quod uidens Francus,imperatrici filiæ ſororis ſuę literas mittit, quibus pręcabatur ut inter Imperatorem & ipſum concordiam faceret,quod & factū eſt. Deinde mortuo pontifice quum Clemens ſextus ſuccederet & Imperator cuperet recōciliari eccleſiæ, pōtifex oratoribus imperatoris formulam exhibuit turpiſſimā rigidiſſimamq; iuxta quā Imperator abſolutionem promereretur,nempe ut in ſolidum contiteretur omnes errores ac hæreſes,item reſignaret imperium nec reſumeret niſi fieret ex gratia papę,poneretq; ſe & filios ſuos atq; bona in manus & uoluntatem papæ. Congregati uero principes & hæc audientes,indignati promittebant Imperatori aſſiſtentiam & firmum auxilium, ſeq; miſſuros nuncium qui pontificē rogaret,ut ab his deſiſteret friuolis articulis & in deſtructionem imperij excogitatis. At pontifex his uerbis adeo exaſperatus eſt,ut anno 1346. Ludouicum in cœna domini noua excommunicatione feriret,declarans eum hæreticū et ſciſmaticum. Depoſuit etiam archiepiſcopum Moguntinum qui Imperatori fauebat, & ſuffecit alium. Aduerſabantur tunc quoq; Iohannes rex Bohemiæ & filius eius Carolus Imperatori,& impetrauerūt ut Pragenſis eccleſia in archiepiſcopatū erigeretur, & à Moguntini iuriſdictione abſolueretur ſimulq; ius coronandi regem Bohemiæ,quod Moguntini erat, in Pragenſem transferretur. Indixit etiam nouus epiſcopus Moguntinus conuentum principum,ut pontificis expleret uoluntatem,& declarans imperiū uacare,eligitur Carolus rex Bohemiæ in regem Romanorum,à paucis quibuſdam principibus. Et cum epiſcopus Colonienſis multa pecunia corruptus illum coronare uellet,obſiſtebant Aquēſes & imperatrix quæ tunc in Holandia erat. Intelligens uero Ludouicus nouam regis Rom. factam electionem,ingreditur Sueuiam,exploraturus nobiliū animos,quos omnes reperit integros. Conuocatis igitur principibus Spiram ac ciuitatibus imperialibus,nullus eſt inuentus qui uel electionē Caroli approbaret uel proceſſus pōtificis curaret,omnes ſeſe in fide permāſuros affirmantes. Paulo poſt quum Ludouicus ueniſſet Nurnbergam, hilaris & lætus in conuiuio exiſtens,puncturas circa cor ſentiēs,ueneni ſuſpitio occurrebat. Ob id illico ſurgens de more,ut uomitu uenenū eijceret. Sępius enim uenenum hauriens,ſic ſeſe curabat. Exiliit itaq; de menſa uomitum petens: & cum nequiret,uenationem, ut motu atq; labore corpus calefaceret atq; roboraret,ingreſſus,urſum ingentem offendit. Quem cum impetu quodam uiriliter peteret,de equo pręcipitatur,corpusq; graui colliſione conquaſſatur. Deſtitutus igitur omnibus uiribus ac ſenſibus,cū reſipuiſſet,eleuatis in cœlum oculis deū rogat ut animæ ſuæ miſereat̄ & peccatis ignoſcat. Deinde moritur anno Chriſti 1347. imperij 33. Nauclerus hiſtoriā ſuæ mortis ſic texit. Iohanna duciſſa Auſtriæ ex Sueuia reuerſura

Imperator creat papam.

Lex cōfirmādi imperatores.

Anglus deuaſtat Franciam.

Inſolentia papæ.

Papa ſeditiones mouet.

Imperator uenęneno afficitur.

ſura in Auſtriam,uoluit Ludouicum Imperatorem uiſitare,qua die princeps cupiens cum ipſa relicta quondam Alberti ducis Auſtrię ſpectaculum habere apud Monachiũ,& omnibus cum hilaritate conſummatis,cum ex eodem poculo princeps à ducíſſa porrecto bíberet,ſtatim ſenſit ſe grauatum. Vnde accepta occaſione & exercitij gratia exíuit uenatum, paralyſi dein percuſſus,de equo in terrã corruit & mox expirauit. Quo mortuo fama uolauit quod de poculo intoxicatus eſſet,quod tamen non fuit clarũ. Sepultus autẽ eſt in oppido Monachio in eccleſia parochiali B. Mariæ uirginis,iuxta Beatricem cõiugem ſuam. Habuit autem duas uxores,quarum prima Beatrix filia ducis Poloniæ genuit Ludouicum & Stephanum:altera uero Margarita filia Wilhelmi comitis Holandiæ hæres illius comitatus & imperatrix coronata,genuit Ludouicum Romanum,Ottonem, Guilelmum,Albertum,Eliſabetam,&c.



38 Carolus rex Bohemiæ nepos ex filio Henrici ſeptimi,primum regnante Ludouico à quibuſdam electus & Bunnæ coronatus, nõ eſt habitus pro legitimo Cæſare,etiã cũ Ludouicus mortuus eſſet,unde hi quatuor Palatinus, Brandenburgenſis,Saxo & epiſcopus Moguntinus elegerunt Guntherũ comitem de Schwartzenberg,qui tamen paulo poſt intoxicatus interíit. Carolus igitur magnam expendens pecuniam,conciliauit ſibi paſſim principes,Italiamq; ingreſſus,Romæ ſuſcepit coronam imperialem,adiectis his conditionibus,ne Romæ aut in Italia diutius moraretur. Paucos inde illic moratus dies,quaſi uenaturus elapſus ex urbe,Romanos (qui priuilegiorum ſuorũ innouationem petebãt)fruſtratus,Mediolanum peruenit, ubi Vicecomitibus perpetuũ imperij uicariatum aurea bulla confirmauit,omnia ubiq; concedens,è quibus pecuniam abradere potuit. Hic iuſſu pontificis ſuperſticioſam Flagellatorũ ſectam, quæ iam totã penè Alemanniam penetrauerat,armata manu eliminauit. Nam homines diuerſarum conditionum cœperunt ſe flagellare, tranſeũtes de loco ad locũ. Venerunt ex Sueuia ducenti habentes inter ſe príncipem unũ & duos magiſtros,quorũ mandatis parebant. Illi autem ante monaſterium Spiræ circa horam primã circulum facientes ac depoſitis ueſtimentis habentes in modum bracchæ camiſias,à fœmore ad talos,in modum crucis ſe ſingulatim proſtrauerunt,flagellantes ſe ac cantantes et inuocantes dominum, corruerũtq; in facies orantes pro ſe et omnibus benefactoribus & malefactoribus. Fuerunt inter eos ſacerdotes aliqui & literati,nobiles ac ignobiles,mulieres et pueri. Inuitati ad menſam nõ ueniebãt nec recipiebãt eleemoſynã niſi de licentia magiſtrorũ ſuorũ. Flagellabãt aũt bis ſe in die,et ſemel quilibet clã in nocte. Nõ loquebanť mulieribus. Omnes geſtabãt cruces ante & retro in ueſte & pileo,habẽtes flagella ueſtibus appẽſa. Nec in una parochia ultra noctẽ manſerũt. Ingreſſi ſunt in eorũ ſocietatem ex urbe Spira ſupra centum. Nullus tamen recipiebatur niſi promitteret ſeruare prædicta & niſi haberet unde ſingulis diebus expendere poſſet octo Hallenſes,ne mendicarent,& niſi promitteret ſe eſſe confeſſum & contritum & remiſiſſe omnem iniuriam inimicis & de licentia uxoris ſuæ. Tandẽ per Carolum coacti fuerunt deſiſtere, & Papa ſub pœna excommunicationis prohibuit,ne de cætero publicis flagellationibus uterẽtur,ſed pœnitens clam ſe poſſet flagellare. Cæterum Carolus Imperator Pragam ciuitatem longe ampliauit atq; propugnaculis cinxit,item Pragenſem eccleſiam erexit,generale ſtudiũ inſtituit,multa collegia Canonicorum ac monaſteria fundauit Pragæ. In Palatio quoque Ingelheimenſi ubi Carolus magnus fertur natus,inſtituit collegium Canonicorum regularium,ſubiecitq; monaſterio cuidam Pragenſi,in quo ſeptem aut octo monachi fuerunt in mea puericia,iam uero auulſum eſt à Bohemis & mortui omnes monachi, & cenſus redditusq; redeũt ad príncipẽ terræ. Idem Carolus ſtuduit extẽdere pomeria regni Bohemici, partim emptione ac præcio,partim bello & alijs artibus. Vnde fratri ſuo Henrico Iohanni Morauiam poſſidendam dedit,ut iuri ſuo quod in Bohemiam habebat cederet. Multum quoq; & diu apud electores príncipes nixus eſt,ut filium ſuum Venceslaum conſtitueret regem Romanorum. Poſt multa anno ſalutis 1376. conſenſum príncipum aſſequutus eſt,



Flagellatorum ſecta.

Collegiũ Pragenſe in Ingelheim.

tus est, qui Venceslaum quindecim annos natum in regem Romanorũ elegerunt, electus autem & coronatus Iohannam filiam Alberti comitis Holandiæ & ducis Bauariæ duxit uxorem. Altero deinde anno cũ imperasset 33. annis, ualetudine aduersa correptus obijt, anno scilicet 1378. Imperator quidem clarus, nisi maiorẽ regni sui Bohemici, quàm imperij habuisset rationem. Nam dum filium sibi successorem parat, magnis pollicitationibus ac largitionibus electores corrumpit. Quas dum exoluere nequiret, publica uectigalia illis oppignerauit, ac Romanorum imperium ad hanc calamitatem in qua hodie adhuc est, deduxit. Quandoquidem electores imperij ea sibi retinent, quæ Imperatoris sunt.



39 Guntherus comes de Schwartzenberg competitor Caroli quarti, Thuringiæ comes, uir robustus, strenuus & qui bello plurimũ ualebat, annos natus 45. à principibus electoribus Carolo cõtrarijs, diu multumq; sollicitatus ut imperium assumeret crebro recusauit. Tandẽ his cõditionibus annuit, si principes imperij in Franckfurt per sententiam decernerent, uacare imperium, maiorq; pars conueniret, qui se ius eligendi habere assererent. Sese paratũ esse, amore dei immortalis pericula quæq; pro imperio subire, ut tyrannide & seruitute imperium liberaret. Noluit autem per simoniam ac largitiones quicquã facere. Cõgregatis ergo principibus Moguntino, Brãdenburgensi, Bauariæ seu Palatino Rheni, & duce Saxoniæ, unanimiter Guntherũ elegerunt anno 1349. eundemq; regẽ pronuntiant. Electus aũt Guntherus cũ Franckfordiam ingredi uellet, à ciuibus est prohibitus. Mos enim est ciuibus (quẽ & pro lege habent) ut neminem regem in urbem suã intromittant, cui sit æmulus imperij aut aduersarius regni, nisi prius aliquot mensibus urbs obsessa uim patiatur, aduersariusq; aut æmulus regni interim aut manus cum illo cõferat, aut diuisioni finem inueniat, sicq; unus regnet alter inglorius abeat. Guntherus igitur ingenti coacto exercitu, urbem obsedit duobus penè mẽsibus. Dehinc in urbem est regio more acceptus. Carolus hoc audiens, nec tamẽ aggredi ausus, uenit ad Rhenum & è regione Moguntiæ in uilla Castel hastiludium quod Torneamentũ uocant cum principibus & nobilibus exercuit, uolens scilicet pompa quadã terrere Guntherũ, sed nihil effecit. Habuit deinde conuentũ principum in Spira, ut componeretur causa eius & Guntheri, sed frustra. Interim uero cœpit Guntherus leniter ægrotare. Erat tum ibi insignis medicus, qui parauit potionẽ pro Gunthero, quã & mirum in modũ laudauit. Guntherus uero iussit medicũ prægustare. Quod etsi ille inuitus faceret, gustauit tamẽ, reliquũ uero Guntherus ebibit. Medicus statim faciẽ mutans in colore in terram cecidit ac tertio die moritur. Guntherus uomitu quantũ potuit uenenũ eiecit, sed nõ usquequaq;. Reliquiæ enim corpus regis inflabant. Ferebatur aũt famulus medici iussu Caroli uenenum potioni miscuisse. Abstulerat proinde rex Carolus nundinas à Franckfordiẽsibus & tradidit Moguntinis, quod Franckfordienses adhærerent Gunthero. Marchio aũt Brandenburgensis sine exercitu ueniens, pro concordia tractanda, utrinq; multa est colloquutus. Qui amboeum arbitrũ constituentes, huiusmodi acceptarunt concordiã, quod Guntherus Carolum regem salutaret seq; regno abdicaret. Vicissim Carolus Gunthero & suis hæredibus uigintiduo millia marcarum argenti daret in mense proximo, ac duo Thuringiæ oppida imperialia pro uita sua. Guntherus indignatus super huiusmodi concordia, inualidũ tum se uidens & letaliter ægrum, inuitus tandem consensit, atq; sexto mense imperij moritur in Franckfurt. Coactus etiam fuit Carolus restituere ablatas nundinas.

Simonia imperium à quibusdã usurpatum.

Guntherus uenenò à medico potatur.

40 Vuenceslaus filius Caroli 4. patre sollicitate annos natus 15. in Romanorum regem eligitur et Aquisgrani coronatur cũ Iohanna filia Alberti ducis Bauariæ ac comitis Holandiæ. Fuit autem iste Vuenceslaus tã corpore quam animo deformis atq; ineptus, corpore quidẽ distortus & animo effœmino to, Nurnbergæ natus & matrem suam partu interficiens. Sublimatus autẽ in Bohemiæ ac Romanorum regem, statim luxui deditus ac desidia corruptus, uoluptates sequebatur, uẽtri tantum studens atq; in utramuis aurem securus dormiens. Et quum nimia uteretur tyrannide, tandem à baronibus regni captus, quatuor mensibus custodiæ est traditus, donec per fratrem suum Iohannem Marchionẽ est liberatus, sed inde non est melior factus. Cũq; tyrannide, socordia, luxu omnia fœdaret, prouinciales conquesti Sigismũdo fratri, qui rex

Deformitas Vuenceslai.

erat Vngariæ, iterum est captus & in Austria custodiæ traditus. Sed inde elapsus & in regnum reuersus, priores assumpsit mores. Et cum ab imperij electoribus crebro admoneretur nihilq; curaret, imperio est Bopardiæ deturbatus. Sub eo autem Hussitæ emergentes, cœperunt explodere placita hominum & Christi dogmata purius (ut putabant) auditoribus inculcare, id quod multa nedum in studiosis uerum & in laicis peperit schismata. Cõmoti ergo Teutones scholastici propter inaudita dogmata, reliquere Pragam una die quinq; millia, ac Lipsensem hinc erexere palæstram. Porro quot hinc subsecutæ sint calamitates, quot & quantę strages, quanta humani sanguinis effusio, non est quod hic enarremus, iam ante nos Eneas Syluius & Albertus Krantzius multa de hoc scripserunt. Cumq; uice quadam Pragæ tumultus quidam exoriretur & consules è prætorio præcipites in terram darẽtur, aliaq; crudelia fierẽt, commotus rex in apoplexiam incidit ac paralysi 18. laborans diebus, animam exhalauit anno ætatis suæ 57, cum regnasset in Bohemia annis 55. & in imperio 20. anno Christi 1419. Habuit autem duas uxores, prima fuit Iohanna Alberti ducis Bauariæ & comitis Holandiæ filia. Altera Sophia filia Iohannis ducis Bauariæ de Monaco & soror Ernesti ducis Bauariæ.

Hussitæ.

Lipsensis academiæ initiũ.

41 **Iodocus** filius Iohannis Henrici Marchionis Morauiæ fratris Caroli quarti, Marchio Brandenburgensis, homo inutilis, traditur à quibusdam ante Rupertum electus in Rom. regẽ, cum esset senex, quia fuit patruus Vuenceslai. Non tamen fuit coronatus quum non exegerit sex menses in imperio suo.

42 **Rupertus** Bauariæ dux & Palatinus Rheni eligitur post Fridericũ ducẽ Brunsuicensem & Lunæburgensem. Hic Fridericus princeps fuit bellicosus & prudens, atq; omnino dignus qui imperij habenas tractaret, sed cum Moguntino antistite ueteres inimicitiæ erant. Nam ante coronationem à comite de Waldeck iussu Moguntini impie fuit occisus, unde per Germaniam magnus fuit excitatus tumultus, donec principes Bopardiæ conuenientes Rupertum Palatinum elegerunt, uirum armis exercitatum ac insignem iusticiæ cultorem, statura alioqui paruum. Cum autem ille Aquisgranum pro sumenda corona proficisceretur, ciues obstiterunt, non sibi licere ut in Rupertum consentiant asserentes, causati sese nondum à iuramento Vuenceslao præstito absolutos. Ne tamen electio frustraretur, episcopus Colonensis Colonię Rupertum regio diademate insigniuit. Deinde anno 1402. parat se Rupertus ut Romam proficiscatur pro corona imperiali suscipienda, sed à Venetis aut Mediolanẽsibus impeditus, exequi propositum suum non ualuit. Obijt in Oppenheim decimo imperij anno, sepultus Heidelbergæ.

Dux Brunsuicensis Imperator designatus



43 **Sigismundus** filius Caroli 4. princeps strenuus, primũ rex Vngariæ ac deinde Romanorũ. Hic infeliciter pugnauit contra Turcas iuxta Nicopolim urbem, ut suo loco dicemus. Sub suo imperio fuit magnũ schisma in Romana ecclesia, quũ tres pontifices simul præesse uellent. Vnde cõcilium Constantiense fuit tũc indictum, durauitq; ferè annis quatuor. Gessit deinde multa & grauia bella contra Bohemos, qui irritati grauissima damna intulerunt Germaniæ. Successit deinde concilium Basiliense, quod Iulianus Cardinalis iussu pontificis inchoauit anno Christi 1431. Et quũ tunc Cæsar in Italiam pro corona suscipienda proficisceretur, Itali pontifici persuadebant Basiliense concilium dissoluendum ac in Italiam transferendum, ut & urbes Italiæ ex pecunijs ditarentur & Italia ab alienis non subiugaretur, causantes ob id uenisse Cęsarem, ut se Italiæ dominum faceret. Accepta autem Sigismundus Romæ corona, rediit Basileã. Tũc Eugenius concilium à se confirmatum literis à Basilea in Italiam reuocat. Quod cum Imperator & principes facere renuerent, non modo literas pontificis contempserunt, sed eum adhortati sunt ut eò proficiscatur, alioqui futurum ut ipse ceu contumax summo sacerdotio exuatur, quod & factum est. Sigismundus tamen priusquam concilium finiretur ueniens in Bohemiam omnia dissidia composuit, sed præuentus senectute & morbo, mortuus est cum attigisset annum 70. anno scilicet Christi 1437. Fuit autẽ princeps liberalis ac munificus, facetissimus, multarum linguarum noticia clarus, qui & linguam latinam obseruauit. Ob id doctos homines in primis fouit & amplis dignitatibus honestauit, sæpius accu-

Basiliense concilium.

Imperator fouet doctos.

sans

ſans Germanos principes, qui literas odiſſent latinas, à quibus quandoq; reprehenſus eſt, quod doctos homines foueret, ſed humiles familia. Ego inquit illos obſeruo, quos natura alijs anteſtare uoluit. Natura enim docti præſtant ignaris & idiotis. Duas habuit uxores, primam Mariam Ludouici regis Vngariæ & Poloniæ filiam, per quam regnum Vngariæ eſt conſecutus, ſed nullam ex ea habuit prolem. Alteram Barbaram Hermanni comitis Ciliæ filiam, ex qua ſuſcepit Eliſabetam unicam filiam, uxorem Alberti ducis Auſtriæ & regis Rom. Et hæc Barbara fuit mulier libidinoſa, ſæpe in adulterio à Sigiſmundo deprehenſa, ſed adulter adulteræ ignouit, quum & ipſe ſæpe alienos uiolauerit thoros. Hiſtoriã eius habes infra in Vngaria.

44 **Albertus** quintus eius nominis & ſecũdus Rom. rex, filius Alberti quarti, uix decem annos erat natus, quando pater eius ueneno interiit, oppugnans Iodocum Marchionem Morauiæ. Agens autem ſub tutoribus, patruis ſcilicet, illisq; inter ſe digladiantibus ob tutelam pueri, Vienna & tota Auſtria, magna eſt afflicta clade, donec Albertus egreſſus pubertatem, tutelam abiecit, & Auſtriam quæ prius diu multumq; laceſſita & latronibus & bellis inteſtinis fuit uexata, pacauit. Deinde anno 1422. duxit uxorem Eliſabetam Sigiſmundi filiam, & Morauiæ inſigniores urbes dotis nomine accepit. Mortuo autem Sigiſmundo à proceribus regni Vngarię unanimiter eſt rex ſalutatus, atq; anno Chriſti 1438. coronatus. Deinde & Bohemiæ rex eſt ſalutatus, quod uetus extaret inter Bohemiæ reges & Auſtriæ duces fœdus, quo cauetur, deficiente in altera domo maſculo hærede, ex altera fore regem poſtulandum. Eſt quoq; concordi electorum uoto electus Romanorum rex. Deinde cum in Vngariam uocatus eſſet & calore feruentis Auguſti inſolito uexaretur, uelletq; ſedare æſtum peponibus, in ſolutionem uẽtris incidit & dyſenteria fatigatur, moriturq; anno 1439. prope Strigonium, cum ferè biennio imperaſſet. Reliquit duas filias & uxorem prægnantem, quæ paulo poſt peperit Ladislaũ.

Lex inter Bohemos & Auſtrios.



45 **Fridericus** eius nominis tertius (quando quidẽ Fridericus Ludouici Bauari cõpetitor nõ numeretur, alias enim eſſet quartus) filius ducis Erneſti & Cimburgę duciſſæ Maſſouiæ, eligitur poſt Albertũ Romanorũ rex anno 1440. Deinde Italiam ingreſſus ſuſcepit coronam imperialem, ubi & Leonora Eduardi regis Portugalliæ filia illi datur in matrimonium, nuptiæ uero maxima ſolennitate celebrantur Neapoli apud regem Alfonſum. Reuerſus uero in Auſtriam, graues patitur ab Auſtralibus inſidias & populi furias donec illis tradidit Ladislaum regem.



Quidam etiam adhærebant Alberto fratri Imperatoris et quidam Friderico. Vnde factum eſt, ut multi in Auſtria obtrũcarentur & multi in exilium agerentur. Omnia nanq; furore plena ac rabie flagrabant, donec Albertus fato functus interijt. Tunc enim tota Auſtria iure hæreditario ad Imperatorem deuoluta eſt. Sigiſmundus uero archidux Auſtriæ libere ceſſit, Imperatoriq; adminiſtrationem prouinciæ tãquam ſeniori detulit. Defuncto Ladislao Fridericus Cæſar à multis deſignatus eſt rex Vngarię, ſicut Matthias Huniadis factione quorũdam electus elt in regem. Sed coronari non potuit quum corona adhuc apud Fridericum eſſet, donec inita eſt concordia & octoginta millia aurcorum ab ipſo numerata. Fuit autem Matthias infenſus Friderico, quod ei negaſſet filiam Kunegũdim, ac deinde quod regalia dediſſet Vladislao filio regis Poloniæ & Eliſabet filiæ Alberti regis, qui deſignatus fuit rex Bohemorum. Cauſatus eſt eñ Matthias, ſibi deberi regnum Bohemiæ, unde bellum Cæſari indixit, multaq; Auſtriæ loca deuaſtauit, donec res fuit concordata. Tãdem mortuo Matthia anno 1490. Vladislaus rex Bohemiæ factus eſt quoq; rex Vngariæ. Fridericus itaq; multis agitatus procellis, cum ingraueſcentem aſpiceret ætatem, filium Maximilianum aſciuit conſortem imperij. Delectabatur autem plurimum hortulis, & herbarum cognitionem ſummã habuit. Fuit quę-

Matthias rex Vngariæ.

Imperator odit ebrietatem

rendi æris ſtudioſus ſed non attentus eiuſdem retinendi. In uictu mediocris & pene abſtemius, adeo ut nullum magis horreret uitium quàm ebrietatem. Sæpe Leonoræ coniugi dixit, malle ſterilem ſobriam, quàm temulentam ac fœcũdam uxorem. In paterna enim domo prius Leonora uinum non guſtauit, ſed ſuaſu medicorum in Germania bibere ob ſteritatem coacta, non niſi leuiſſimo & aqua perdomito utebatur. Friderico itaq; ex ætate ac labore, fluxuq; ueteri in tibia ulcus peſſimum natum eſt, medicisq; ſuadentibus tibia ferro deponitur. Initabat quoque dies ſacroſanctæ uirgini Mariæ celebrandus, in cuius feſto Imperator ab omni imprudenter cibo abſtinens, octo melones comedit, aquamq; bibens in ſtomachi incidit laborem. Qui deſtitutus & frigore deficiens, reſoluit aluum Cæſari, obijt in Lintzio anno ſalutis 1493. imperauit autem annis 53.



46 Maximilianus

filius Friderici tertij & Leonoræ reginæ Portugallẽſis, à puericia bonæ indolis, ſed inepto pædagogo neglectus, inter multas linguas quas didicit, ſolum latinam linguam non didicit. Bona tamẽ ſtudia fouit, literatos amauit euexitq;, ac præmia digna largitus eſt, agnoſcens ſeſe in pueritia male inſtitutum. Cum uero decimumoctauum ætatis attigiſſet annum, mittitur ex Vienna Auſtriæ à patre in Flandriam, ut nuptias celebret cum ſponſa, Caroli Burgũdi filia. Quibus peractis, genuit ex ea ſuccedentibus annis tres filios, Philippum, Franciſcum & Georgium, atq; filiam unam Margaritam. Sexto uero anno matrimonij, quum uxor iterum eſſet imprægnata, ex equo delapſa caſum facit. Quem cum occultaſſet, uerita mariti dolorem, in morbum incidit, quo & extincta eſt, atq; cum morte uxoris fortuna quoq; Maximiliani eſt mutata. Nam duo filij Franciſcus & Georgius mortui ſunt, & Flandrenſes filiũ Philippum in ſuam acceperunt tutelam inuito patre. Margarita uero filia Carolo octauo regi Franciæ deſponſata in Galliã abducitur. Deinde anno 1486. Maximilianus eligitur rex Romanorum. Anno 1488. à ſuis eſt captus ac Brugis in aromatarij cuiuſdam domo cuſtodiæ per nouem menſes datus, decollatis pleriſq; in eius cõſpectu nobilioribus aulicis ſuis, non ſine horrendo ac ſtupendo quodam timore. Credebatur enim & ipſe mox uitã amiſſurus ſuam, ita ſæuiebat ignobile uulgus. Claudebant portas ne elaberetur. At Fridericus excitatus commouit totum imperium, collegitq; triginta duo millia militum, ueniensq; liberauit filium ſuum. Poſtea quum Carolus rex Franciæ Margaritam filiam Maximiliani ſibi deſponſatam, remiſiſſet in Flandriam, ui eripuit Annam ducis Britanniæ filiam Maximiliano deſponſatam. Deinde ſecundas nuptias celebrauit cũ Maria filia ducis Mediolanenſis, cum iam Sigiſmundus dux Auſtriæ Maximilianum hæredem ſuarum prouinciarum inſtituiſſet, cogente eum ad id Friderico Imperatore. Siquidem Sigiſmundus dux collocauerat uxorem Alberto Bauarorum duci Kunegundim filiam Friderici Imperatoris inſcio & inuito patre, comitatumq; Tyrolis cum adiacentibus ſuperioris Auſtriæ regionibus promiſerat, quod Fridericus ægerrime tulit coegitq; Sigiſmundum omnia in publica dieta reuocare, quum non liceat alicui duci Auſtriæ uendere dominia ſua uel alienare alteri extraneo. Ob id Sigiſmundus pietate motus in Maximilianum, cum uideret hũc ſuis inuiſum, ſponte omnes ſuas terras (uiuente adhuc Friderico, qui durus fuit in filium nec ullũ illi ducatum tradidit) illi donauit, reſeruatis ſibi unde uiuere poſſet redditibus & cenſibus. Mortuus eſt autem Sigiſmundus anno redemptionis 1497. relicta omni ſua hæreditate Maximiliano regi. Anno 1508. incœpit Maximilianus Venetum bellum, idq; tractauit uario euentu, habuitq; regem Franciæ & pontificem Romanum in fœdere contra Venetos. Sed ne urbem Romanam hoſtili manu ingrederetur, pontifex Romanus ueritus, illi Tridentũ uſq; bullam obuiam miſit, Cæſaremq; electum ac Imperatorem declarauit. Cæterum quum ſe morti uicinum eſſe ſentiret, ſanxit ut ſuarum prouinciarum rectores ac præſides cũ omnibus officialibus in ſuo quiſq; ſtatu, quoad alter nepotum in Germaniam commigraret, perſeueret. Mortuus eſt autem in Ianuario anno Chriſti 1518. profluuio uentris. Mox poſt mortem eius excitatus eſt tumultus in Auſtria, aliiq; rectores ab inſano populo cõſtituti, durauitq; is tumultus biennio, nec fuit pax quouſq; Carolus nepos Maximiliani fuit electus rex Romanorum. Is factioſis hominibus facile frenum impoſuit, quouſq; fratri Ferdinando tradidit Auſtriam, Stiriam, Carinthiam & Carniolam.

Vxor Maximiliani oblapſum moritur.

Sigiſmundus dux Auſtriæ.

Carolus



47 Carolus rex Hiſpaniæ & Siciliæ, archidux Auſtriæ & dux Burgundiæ, electus eſt ad faſces imperij anno 1519, die 28. Iulij, eſtq; quintus huius nominis. Anno 1520. duodecima octobris fuit Aquiſgrani magna ſolẽnitate coronatus, ac deinde anno 1521. cum celebraret Vuormaciæ comitia fuit à Leone pontifice miſſo legato confirmatus in officio. Anno 1526. in Ianuario celebrauit Hiſpali nuptias cum Iſabella ſorore regis Portugalliæ. Porro frater eius Ferdinãdus archidux Auſtriæ, ſuſceptus eſt anno 1527. atque coronatus unà cum coniuge ſua 24. die Februarij in regem Bohemiæ, idq; Pragę metropoli regni. Eodem anno ſexta die Maij, exercitus Caroli Cæſaris conflatus ex Hiſpanis & Germanis irruit in urbem Romanam, ſpoliataq; ea & multis occiſis, Papa cum ſuis Cardinalibus uix euadere potuit, id quod ſupra latius deſcripſimus. Eodem anno menſe Nouembrî electus eſt Ferdinandus rex Vngarorum, coronatuſq; in Alba regali. Anno 1530. uenit Solymannus Turcarum Imperator in Vngariam cum maxima populi multitudine, ſubegitq; eam pro maiori parte ad petitionem Iohãnis Vuaiuodæ. Hoc quoq; anno reſtitutus eſt Franciſcus Sforcia in ducatum Mediolanenſem per Carolum Cæſarem. Hoc eodem anno, 24. Februarij coronatus eſt Carolus quintus à pontifice Clemente in ciuitate Bononienſi. *Coronatio Caroli Cæſaris.* Deinde ſequenti anno menſe Ianuario Ferdinandus rex Vngariæ & Bohemię electus eſt in regem Romanorum, paulóq; pòſt Aquiſgrani coronatus. Eodem anno menſe Martio Leonora ſoror Caroli & Ferdinandi Cæſarum deſponſata eſt Franciſco regi Francorum atq; in reginã Galliæ inuncta. Anno 1535. expugnauit Carolus Imperator in Barbaria ciuitatem Tuniſſam atq; totum regnum, reſtituitq; regem Altzachenum, quem Barbaroſſa pirata expulerat. *Tunetum expugnatur.* Nec Carolus ſibi quicquam retinuit de regno illo præter caſtrum unum Colletina dictum, præterq; tributum annuum quod regi reſtituto iniunxit. Deinde anno Chriſti 1541. conatus eſt Carolus Imperator expugnare ciuitatem Argieram in Mauritania, ſed ob aeris intemperiem atq; maris magnam tempeſtatem id efficere nequiuit. Hiſtoriam illam inuenies infra in Mauritaniæ deſcriptione. Anno 1546. & 1547. graue bellum fuit inter Cæſarem Carolum quintum, & eos quos Proteſtantes uocant, ſed in eo bello uictoria eſt potitus Cæſar.

De principatibus & dominiis, apud Germanos temporum ſucceſſu inſtitutis.



TEmpore Ludouici tertij, qui regnauit anno Chriſti 903. atq; ante tẽpus illud, nõ fuerunt tot & tam uarij nobilium gradus, quot hodie inueniuntur, præter reges, principes & barones. At duces, marchiones, comites Palatini, comites & equites aurati, fuerunt illo æuo magis officiorum nomina quàm dominia hæreditaria. Siquidem duces, marchiones & comites fuerunt præſides regionum & terrarum illarũ ſuper quas ab imperatoribus & regibus conſtituti erant, & dominia illarum erant Cæſarum atq; imperij. Dux fuit ſummus militũ in certa regione rector, id quod ex antiquis ad- *Dux.*

uerti poteſt literis. In literis fundationis monaſterij Lucernenſis ſic ſcriptum inuenitur: Ego Wighardus & frater meus Rupertus, dux militum Sueuiæ, regis Ludouici, &c. anno circiter 840. Comes uero fuit iudex ab Imperatore uel rege deſignatus, præfectusq; ciuitati certæ aut regioni. Sicq; tota Germania plena fuit comitibus, inter quos quidam erant Landgrauij, id eſt, regionum comites, quidam Marggrauij, id eſt, certarum marcarum ſeu diſtrictuum comites, quidam Palatini comites, alij Burgorum comites, quos Burggrauios appellamus, & alij Centuriones, quos uulgo in Germania uocamus Centgrauios: atque hi omnes (ut putamus) eligebantur ex Baronibus aut alijs grauibus uiris. Atque hinc eſt quod in uetuſtis literis tam frequens fit mentio de Landgrauiatibus, ut eſt Landgrauiatus Suſenburgenſis, Landgrauiatus Siſgoienſis, Kleckgoienſis, &c. Apud Heidelbergenſes quoque inter præfectos rurales adhuc nomen Centgrauiorum eſt in uſu. Speculum Saxonum docet Palatinos comites hoc modo initium accepiſſe. Quando Romani certam edomuerunt regionem, permittebant nonnunquam deuictis regibus illorum regnorum adminiſtrationem, niſi quod nomen regium commutabāt uel in Palatinum uel in ducem. Nomen comitis ſecundum ueterem Saxonicam linguam ſignificat iudicem. Sunt autem uaria iudicum genera: nam ſunt Gograuen, id eſt, præcipites iudices, qui inconſiderate & cauſa non ſatis expenſa ſentētiam ferunt, aut qui ipſa die qua facinus aliquod eſt commiſſum pronunciant de cauſa illa. Atq; illi Gograuij, dicit Speculū Saxonicū, non habent officio ſuo annexum feudum aliquod aut ſequelam, hoc eſt, filij & hæredes eorū non ſuccedunt ipſis in officio, cum illud non ſit hæreditarium ſed potius electicium. Quidam uocantur Dinggrauij, qui præſunt ruſticis, alij Marggrauij, qui iuriſdictionē habent in regionū marcis. Eſt autem marca uocabulum Germanicum, ſignificās agri, aut ciuitatis aut regionis alicuius fines. At Palatini comites ſunt iudices regni edomiti. In altero libro legū Longobardicarum docetur ubiq;, Comites eſſe iudices, ubi & admonentur, ne deſint pupillis & uiduis in illorum cauſis. Cęterum mortuo duce aut comite, aut eo inepto ad exequendū officium reddito, rex aut Cæſar alium ad placitum in ſubmoti locum ceu imperij præfectū ſubſtituit, nec defuncti hæres illico ſucceſſit aut officij titulum uſurpauit, niſi gratia principis ad hoc ipſum officium deputatus fuiſſet. Nam, ut iam diximus, memoratæ prefecturæ nō erāt hæreditariæ, ſicut nec hodie apud Germanos Landuogt, Burguogt, Statuogt, id eſt, præfecturæ regionum, caſtellorum & ciuitatū, ſunt hæreditariæ. Et hęc quæ hic ſcribimus, comprobantur quoq; per leges Germanicæ nationis, quæ olim per Cæſares, reges & principes fuerunt ſancitæ, in quibus ſolum mentio fit principum & Semperfriē, id eſt, baronum: comitum autem alia non habetur ratio niſi ut iudicum. Quin & in Cancellaria Romani pontificis hic habetur uſus, ut in titulis bullarum atq; breuium, Barones præponātur comitibus. Fuit & hic olim uſus, ut titulus nobilitatis ſolum principibus & magnatibus tribueretur, id quod & hodie papa habet in uſu, qui ſolum ducibus ſcribit, Nobili duci Saxoniæ aut Bauariæ. Alij uero nobiles ſub principib. habuerūt olim alia q; hodie nomina, nempe, Sēperliberi, Medijliberi, & infimiliberi. Sēperliberi fuerūt ſummi liberi. Medij liberi, militares, beneficiarij & nobiles miniſtri. Infimi uero liberi, fuerūt liberi ciues & liberi coloni. Principum filij uocabantur nobiles domini, & coniuges Dominę, filię aut eorum, uirgines, quas hodie domicellas, germanice frowlin uocant. Baronum filij appellabantur iuniores domini. Et talis quidem dicitur fuiſſe ſtatus nobilitatis ante Ottonum tempora. Poſt illorū uero ſecula, omnia ſunt mutata. Nam comites facti ſunt hæreditarij, aſcenderuntq; ſupra Barones. Nobiles miniſtri, facti ſuut abſolute nobiles, Marchiones, Landgrauij & Palatini, ſed & epiſcopi facti ſunt principes: quin & multi comites, abbates & abbatiſſæ aſſecuti ſunt principatus dignitatē. Nec hoc ſatis fuit, niſi & mercatores, cerdones atq; piſtores hodie in nobilium numerum cooptarentur, fierentq; ex plebeis comites, ex comitibus duces, ex ciuium uxoribus domicellæ, &c. Et quid non poteſt pecunia & principum fauor? Habuerunt tamen memorati duces & comites certa aliqua loca & prædia in noſtris regionibus, quæ ceu propria Cæſarum dono acceperunt, & illa apud ueteres uocantur Allodia, quæ propria ſcilicet ſunt bona & non per modum feudi recepta, quorū frequens fit mentio in antiquis fundationibus, nempe quod duces et comites allodijs ſuis fundauerint monaſteria, quum ducatus & comitatus, quibus præſidebant, nō ipſorum eſſent ſed imperij. Sub Cōrado primo, anno Chriſti 913. electo, mutatus eſt uſus ille, & Henrico duci Saxoniæ, quem aucupem uocant, ducatus Saxoniæ hæreditario feudo cōceſſus,

Comes.

Landgrauii.

Comites Palatini.

Comes eſt iudex.

Leges Germaniæ.

Semperfici Semperliberi.

Iuniores domini, Junckern.

Allodia.

quo

quo uigilantior esset ad expugnandum Obotritos & alios infideles. Postea quoq; Otto primus atq; sui successores hoc idem fecerunt. Nam præfecturas et dignitates iam commoratas designauerunt pro feudo hæreditario, et quędam etiam libere cum omni proprietate donarunt benemeritis. Inter hæc tamen reges & imperatores sibi & imperio retinuerunt multas ciuitates, ualles & uillas, ex quibus nostris temporibus multæ sunt principibus impignoratæ.

Quomodo ciuitates & ualles imperiales priuilegijs fuerint donatæ.

PRincipatus ipsi & cũcti in imperio dominatus, ciuitates quoq; illustriores & oppida quæq;, fuerunt ab initio imperij & Cęsarum, sicut & telonea, uectigalia aliæq; contributiones in eisdem per Cæsarum præfectos fuerunt collecta atq; Cæsaribus reddita. Postquam uero bona pars imperij fuit aut nomine feudi aut proprietatis principibus concessa, Imperatores simul & uectigalia talium locorum illis condonarunt, parum hac largitate sibi & imperio consulentes, quum hodie ad magnam inopiam imperium ob hanc & alias donationes, ut infra dicam, sit redactum. Reges Gallię non ita agũt, sed quum alicui designant principatum aut dominium, reseruant sibi pinguiora uectigalia, aliaq; meliora tributa. Et sicut reges & Imperatores Germanici haud sine suo dispẽdio magnis beneficijs & priuilegijs prosecuti sunt principes & alios dominos, ita quoq; postea singulari gratia & liberalitate liberas & exemptas reddiderunt antiquas ciuitates, oppida & imperiales ualles, cõcesseruntq; eis propriam rerum suarum administrationem, & condonarunt insignem portionem teloneorum & uectigalium: qua in re longe excelluerunt aliarum nationum reges sua liberalitate & pietate. Atq; ob id neq; principes de imperialibus ciuitatibus, nec rursus ciuitates de principibus & primoribus conqueri possunt. Nam quicquid illi & illæ habent, totum habent ex gratia & singulari pietate Imperatorũ atq; regum, exceptis his quæ postea principes & quædam ciuitates emerunt aut alio modo sunt consecuti à comitibus, magnatibus, baronibus & reliquis nobilibus.

Largitate Imperatorum de pauperatum imperium.

Quales ordinationes in imperio factæ fuerint, posteaquam ad Germanos fuit translatum.

QVia enim de imperio Germanorum nonnihil scribere cœpi, illud prius absolue re decreui, antequam Germaniæ prouincias explicandas in manus accipiã. Sciẽdum ergo hoc loco, quod tempore Caroli magni & aliquandiu post, dispositio de regno non tam erat in arbitrio eligentium quam in ordinatione decedẽtis. Nã pater filio reliquit imperium, nisi quod aliquoties propter ignauiam succedentis se interposuerint principes ordinationi. Vnde factum est, ut plerunq; pater filio imperium ueluti hæreditariũ relinqueret. Quando uero principes & reliqui imperij proceres uiderunt designatum filiũ ineptum & plane imperio inutilem, improbabatur & non ratã habebant huiusmodi institutionem. Durabat aũt hæc formula usq; ad annũ Christi 993. Tũc Ottone secundo defuncto, à Germaniæ proceribus, qui tum Romæ frequentes erãt, cum de successoris electione uarijs agitaretur cõtentionibus, magna excitata sunt certamina, ut etiam Romani cogitarent rursum ad se trahere imperium & non illud diutius exteris relinquere. Sicq; conabantur unum ex se aut ex principibus Italię deligere ad hoc munus, allegantes antiquã consuetudinẽ & legẽ Rom. quod scilicet à priscis temporibus Senatores Rom. cõsueuerint eligere regẽ, nisi in certo casu, quando exercitus Rom. cũ Imperatore in expeditione erat, & Imperator apud eos moreretur aut interficeretur, tunc enim periculosum erat, exercitũ in peregrina regione sine capite esse, atq; ideo Senatores autoritatẽ dabãt militibus alium sibi deligere regem & Imperatorem, penes quẽ omnis erat potestas. Mortuo itaq; Ottone secundo, Crescentius Nomentanus consul Rom. qui urbis dominiũ per se arripuit, suadebat, à Rom. ac Italis imperiũ resumendũ. At Germani id uidentes nõ quiescebant nec moram faciebant ad eligendum Cæsarem, tã & si in electione dissiderẽt. Nam quidam Henricũ Bauariæ ducẽ, Henrici fratris Ottonis primi filiũ, futurũ proclamabant Cæsarem. Melior uero & potior pars euicit, ut tandem Otto Ottonis secundi filius eligeretur, potissimum ne res Romanæ magis turbarentur, quæ alioqui non satis tranquillæ fuerunt. Nam summus pontifex tum urbe eiectus in Ethruria exulabat. Cum itaq; Otto

Mos antiquus eligendi Imperatorem.

Romani repetũt imperium.

adoleſceret, aſpirabat imperialem benedictionem, coactoq; ingenti exercitu priuſquam Romam ingrederetur Beneuentanos, Capuanosq; duces pacatos reddidit. Inde urbē petens, à Gregorio quinto conſanguineo ſuo (fuit enim antea dux Saxoniæ Bruno dictus, filius Ottonis ducis) diadema imperiale accepit, quem ipſe poſt papam Iohannē inuitis Romanis papam creauit. Romani tamen electo eo fecerunt epiſcopum Placētinum papam, & uocauerunt nomen eius Iohannem nonū. Gregorius ergo aliquandiu in Ethruria ſubſiſtens, Imperatoris auxilium petens, in Germaniam eſt delatus. Creſcentius aūt denuo cō ſul confirmatus, rempublicam arripuit. Tum muros urbis ac mœnia inſtaurat, molem Adriani, quæ hodie caſtellum ſancti Angeli cognominatur, munit ac firmat. Otto Imperator ira concitus, copijs coactis urbem petit, eamq; longa obſidione cingit & ad eam redigit neceſſitatem, ut populus Romanus fame impulſus, patentibus portis Imperatorē recipiret. Intromiſſus in urbem Imperator, Iohannem pſeudopontificem ſede deturbat, oculis primum dehincuita priuat, Gregorio reſtituto. Creſcentium autem conſulem ex fuga retractum uili iumento auerſē imponi iubet & per urbem circumduci paulatim membris detruncatis. Poſtremo ante urbem ſuſpenſus mille uulneribus à militibus eſt cōfoſſus. Porro Gregorius ut Cæſari Germanisq; gratificaretur & acerrimam de accepta à Romanis iniuria uindictam reciperet, nouam fecit unà cum Cæſare de eligendo à Germanis proceribus rege ſanctionem, formulamq; ac legem creandi Imperatoris, ut hæc electio perpetuo Germanis maneret, & ut è ſuo corpore Cæſarem deſignarent. Quæ ad hoc uſq; noſtrum æuum permanet. Debet autē uirtute electionis mox ab electione uocari Cæſar & rex Romanorum, & accepta Corona à Romano pontifice, tum habet titulū Imperatoris Auguſti. Et priuſq; hæc ordinatio publicaretur, Otto uocatis principibus et proceribus Germanicæ nationis, indicauit illis quanta confuſione ad illum uſq; diem electus fuiſſet orbis monarcha & quam multi eſſent, qui conarentur propinquos ſuos ad ſummū illud promouere faſtigium, quæ res ad ſummum Chriſtianæ reipub. diſcrimen poſſet aliquādo fomentū miniſtrare, præſtaret propterea aliquos ex principibus Germaniæ deſignari, penes quos omnis eligendi eſſet autoritas, & quo illi in minorem redigerētur numerū, eo minor poſſet oboriri contentio. Suaſit etiam ut huiuſmodi electores ex imperij præfectis & officialibus deſignarentur, quòd illi regni & imperij noſſent habitudinem & ſtatum. Annuentibus autem regni principibus & proceribus, nominarūt Cæſar & pontifex tres Germaniæ antiſtites eccleſiaſticos principes, quos imperij archicancellarios eſſe uoluerunt, Moguntinum ſcilicet, qui rebus Germaniæ, Colonienſem qui Italiæ & Treuerenſem, qui Galliæ præeſſet, ac in his ſua officia exercerēt. His additi ſunt quatuor ſeculares principes qui ſua quoq; munia Cæſari exhibent, ipſumq; dominum mundi eſſe fatentur. Saxonum dux ueluti protoſpatharius enſem præfert, ſignificans hunc eſſe fontem iuſticiæ. Marchio Brandenburgenſis cubiculo præeſt, & uulgo Camerarius nuncupatur. Comes Palatinus Rheni, Dapifer, Bohemiæ rex pincerna, corporis Cęſarei curam gerētes. A quibus rex Romanorum electus, deſignatus Cæſar, ac futurus Imperator dicitur. Penes quos ius ac arbitriū eſt eligendi regem, ne quis ſibi Imperatoriam dignitatem ueluti hęreditariam uendicet, ut olim. Hanc formulam poſtea Imperator Carolus 4. in bullam auream, quæ hodie extat, redegit ac ſingula ſignificantius expreſſit. Fertur hæc ordinatio incidiſſe in annum humanę redemptionis 1001. quę Gallis plurimum diſplicuit, qui eam graui animo pertulerunt. Verum quia regium ſtemma Caroli magni defecerat in Ludouico Lotharij filio, regia dignitate in Hugonem Capetum translata, contendere cum Germanis operęprecium nō fuit. Primus electus Cæſar fuit Henricus ſanctus, fundator epiſcopatus Bambergēſis. Rex Bohemiæ eo tempore non fuit rex ſed dux tantum. Factæ quoq; ſunt tunc & poſteris temporibus multę aliæ ordinationes in Romano imperio, uariaq; officia, pro dignitate imperij euehenda inſtituta. Nam poſt ſeptem electores, ordinati ſunt 4 duces, quatuor marchiones, quatuor Lādgrauij, quatuor Burggrauij, quatuor comites, quatuor barones, quatuor nobiles milites, quatuor ciuitates, quatuor uillę & quatuor ruſtici. Nec tamen contenti Imperatores his conſtitutionibus, crearunt ſubinde alios duces, & nouos comites, quin & multos comites ſublimarunt in duces, tametſi temporum ſucceſſu multi quoque interierint ducatus, ut eſt ducatus Sueuiæ, ducatus Limburgenſis, ducatus Zaringenſis, ducatus Voitlandenſis, &c.

Otto Imperator Romam domat.

Imperator ex Germanis eligendus.

Seculares electores.

Aurea bulla.

Quaternarij præfecturarū imperij.

Quomodo

Quomodo intra trecentos annos ex omnibus

Romani imperij gradibus & oppidis, quidã singulari dignitate & officijs adornati & ad numerum quaternarium redacti sunt, quo imperium solidiori firmitate subsisteret.

4. duces. Brunsuicum, Bauaria, Sueuia, Lotharingia

4. Landgrauij. Thuringia, Hassia, Luchtenberg, Alsatia

4. Marchiones. Misnia, Brandenburgum, Morauia, Inferior Badenia

4. Burggrauij. Meidenburgum, Nurnbergum, Reneck, Stromburgum

4. Comites. Cleue, Schwartzenburgũ in Saxonia, Cilia, aut Gretzium, Subaudia

4. militares Comites. Flandria, Tyrolis, Aldenburgum, Ferraria

4. præcipui marscalci Bappenheim, Iuliacum, Misnia, Vinstingum

4. Barones Limpurg in Franconia, Thusis & Raronia, dñs in Tockenburg, Twesterburgum, Aldenwalden

4. milites Andlaw, Meldingen, Strondeck, Fronberg

4. metropoles. Augusta Vindel., Aquisgranum, Metis, Lubecum

4. Villæ. Bamberga, Vlma, Hagenoia, Selestadium

4. Rustici Colonia Agripp., Ratispona, Constantia, Saltzburgum

4. Viculi imperij. Ingelheim, Altdorff, Liechtenaw, Denckendorf

4. Dominiterræ. Mediolanum, Scala, Padua, Mirandula

4. Abbates principes. Fuldensis, Campidonensis, Vuissenburgensis, Murbacensis

4. montes imperij. Munsterberg, Fridberg, Heidelberg, Nurnberg

4. Burga imperij. Aldenburg, Meidenburg, Rotenburg, Meckelburg

4. Venatores. Hurn, Vrach, Schomburg, Metsth prope Curiam

4. officia hæreditaria ducatus Sueuię. Dapifer à Waldpurg, Pincerna à Radach, Marscalcus à Marckdorf, Camerarius à Kemnat

4. Serui. Vualdeck, Hirten à Fulchen, Arnsperg, Rabnaw

MVltæ tamen ex his dignitatibus sunt mutatæ aut penitus intercedente morte præsidentium abolitæ, ut suis quibusq; dicetur locis. Notandũ præterea q; post Carolũ magnũ quũ Germania supra modum creseceret in ciuitatibus, oppidis, castellis, arcibus & uillis, fieretq; ex uasta solitudine paradisus, instituerũt Imperatores multas episcopales ecclesias, ditarũtq; illas multis bonis, contribuentes terras & homines. Fecerũt insuper episcopos earũ principes et uasallos seu beneficiarios imperij. Creauerũt & alios q; plurimos seculares principes & distribuerũt inter eos terras, fecerũtq; eos imperij uasallos, ut iã supra diximus, exceptis maiorib. ciuitatibus, quæ immediate regno & imperio subijciũtur, ex quibus etiam aliquæ priuilegijs exemptæ libertate sunt donatæ, ut iam magis Liberæ q; imperiales uocitentur urbes. Cœperunt quoq; principes colere suas terras & eas exornare splen-

Ciuitates liberæ.

re ſplendidis ædificijs, ut quædam illarum ciuitatum hodie ſuperent in diuitijs, mœniorum robore & palatijs magnificis, quaſdam imperiales ciuitates.

Sunt autem hi ſpirituales imperij principes.

Epiſcopus.
- Moguntinus
- Treuerenſis
- Colonienſis
- Saltzburgenſis
- Bambergenſis
- Herbipolenſis
- Leodienſis
- Wormatienſis
- Spirenſis
- Argentinenſis
- Curienſis
- Auguſtanus
- Tridentinus
- Brixienſis
- Bremenſis
- Biſontinus
- Rigenſis
- Eiſtettenſis
- Conſtantienſis
- Hildesheimenſis
- Ratzenburgenſis
- Friſingenſis
- Oſnabruggenſis
- Monaſterienſis
- Ratiſponenſis
- Patauienſis
- Baſilienſis

Item magiſter ordinis Teutonicorum militum.
Abbas Fuldenſis. Abbas Hirſsfeldenſis & quidam alij abbates.

Nomina ciuitatum imperialium ab antiquo.

Aquiſgranum
Alen
Antwerpia
Argentina
Auguſta
Baſilea
Berna
Bernheim
Biberach
Biſontium
Bopartum
Buchorn
Bopffingen
Campen
Curia
Colonia
Colmaria
Conſtantia
Dauentria
Dortmund in Weſtphalia
Dunckelſpuhel
Durckheim
Duern in Braband.
Eger iuxta Bohem. ſyluam
Erdfordia
Eſslingen
Franckfordia ad Mogonũ
Franckfordia ad Oderam
Fridberg in Wederoia
Friburg in Briſgoia
Gelnhauſen
Gengen
Gottingen
Gruningen in Friſia
Gamund in Sueuia
Goslar in Saxonia
Hagenoia
Hal in Sueuia
Hal in Thuringia
Heltprunn
Hamburg
Heidesfelt
Iſsnen
Ingelheim
Kaufbuern
Keiſersperg
Keiſerslautern
Kempten
Landaw
Lindaw
Leukirch
Lubecum
Lucerna
Luneburgum
Meidenburgum
Memmingen
Metis
Moguntia
Mulnhuſen in Thuringia
Mulnhauſen in Sunggoia
Northuſen in Thuringia
Nurnberga
Neumagen
Norlingen
Odernheim
Ober Ehenheim
Offenburgum
Oppenheim
Pfullendorff
Rauenſpurgum
Ratiſpona
Rotenburgum ad Tuberum
Roſsheim
Rotwila
Reutlingen
Sangallus
Schaffhuſium
Seleſtadium
Solothurum
Straſsburg Argentina
Spira
Schwinfurt
Treueris
Vberlingen
Vlma
Wangen
Werd iuxta Danubium
Weſel ſuperior
Weſel inferior
Wetzflar in Haſſia
Wyl in Sueuia
Wiſſenburgum
Wimpina
Wormacia
Winſsheim
Zurch Tygurum

Ciuitates alienatæ ab imperio.

INter has imperiales ciuitates quædam non agnoſcunt Imperatorem, & tamen faciunt in imperio quod debent, ut potiſſimum ſunt quæ Heluetijs ſunt confœderatæ. Sunt etiam quædam alienatæ ab imperio & per Cæſares principibus impignoratæ, aut alio modo ſubtractæ: quale eſt Nouiomagum, quod circa annum Chriſti 1230 fuit impignoratũ à Wilhelmo Rom. rege, & comite Holãdiæ comiti Geldrenſi pro uiginti milibus marcarũ puri argenti. Rudolphus quoq; ab Habſpurg cõparandæ pecuniæ ſtudioſus, cancellariũ ſuũ in

Italiam

Italiam misit, qui populos in Hethruria omnes liberos faceret & eos potissimũ qui se pecuniã redimere curarent. Persoluerũt aũt ob eam rem Lucenses 12. millia nummum auri, Florẽtini uero sex millia, qui statim liberi omnino facti, magistratum quem priores árciũ uocant addito uexillifero iusticiæ creauerunt. Non displicuit hæc uenditio papæ, licet indigna tanto principe uideretur, quod ea ratione ecclesiastica ditio futura securior uidebatur, cum non amplius Imperatori liceret liberas ciuitates uexare. Deinde rex Rupertus pa latinus anno Christi 1402. tradidit filio suo Ludouico ac hæredibus eius pignoris loco ista oppida, Oppenheim, Ingelheim & Keiserslautern pro centum millibus florenorũ. Eneas tamen Syluius in sua Bohemia aliam huius alienationis adducit causam, nempe istam. Cũ Carolus quartus Romanorũ Imperator Vuẽceslaum filium suum in imperio sibi successo rem adhuc uiuens ordinare conaretur, & principes electores haud facile ad eam rem trahere posset, id quod uirtute obtinere non potuit præcio comparauit, promissis cuiq; electori cẽtum milibus aureis. Quos cum repræsentare non posset, publica illis Romanę rei publicę uectigalia obligauit, perpetuum imperij malum. Principi palatino pro sua portione assignauit oppida memorata. Sicq; uiscera imperij per Germaniam hauriens pro ignauissimi pecudis filij sui prouectione, principes promissis induxit ut rex Romanorum uiuo patre diceretur & esset. Hinc Romana potestas ad nihilum ferè redacta, nec posthac extollere caput imperium potuit, quum principes electores omnia sibi retinerẽt: imperatorẽq; iureiurando adegerunt, ne pignora reuocaret. Hæc Eneas. Fecit ille Carolus Imperator magnam Romano imperio iacturam. Spolians enim illud conabatur suum regnum Bohemiæ, quod hæreditarium fuit, ditare. Succedens autem illi filius eius Vuenceslaus in Romano regno, cui & uiginti duobus præfuit annis, adhuc grauius illud expilauit. Accipiẽs enim pecuniam à domino Mediolanensium, qui imperij in Longobardia præfectus erat, creauit illum ducem Mediolanensem, quæ melior erat portio, quam imperium habuit in Italia. Alienauit quoq; multas alias ab imperio ciuitates, sicut & ante eum fecerat Ludouicus Bauarus Imperator, qui accepta pecunia ciuitates Italiæ exemptas ab Imperio reddidit. Sunt tamen qui id Rudolfo regi ascribunt, quod hic excutere nolumus. Certe hoc cõstat, Romanam aquilam plus æquo hodie deplumatam. Fuit quoq; rex Vuenceslaus propter negligentissimam imò nocentem Romani imperij administrationem ab electoribus depositus. Illi enim conuenientes ad Rhenum in loco qui est è regione Brubacensis arcis in Treuerensi diœcesi, anno salutis 1400. uicesima augusti, erectoq; tribunali, scientibus et cõsentientibus Romano pontifice, ducibus, comitibus & alijs proceribus Germanię, spoliarunt Vuenceslaum regia dignitate, euulgaueruntq; publicis literis per totum imperium Romanum quod deinceps à nemine agnosceretur pro rege Romanorum. Sunt autẽ hæc uerba depositionis & euulgationis literarũ: Nos Iohannes archiepiscopus Moguntinus, sacri Romani imperij per Germaniam archicancellarius, nomine dictorum dominorum principũ electorum sacri Rom. imperij atq; nomine nostro, propter multas prægnantes causas nos urgentes & intollerabiles exorbitationes, amouemus & deponimus hac nostra sententia dictum dominum Vuenceslaum ceu inutilem, ignauum & penitus ineptũ ad Romanum imperium, ab ipso Romano imperio atque ab omni sibi debita gloria, honore & maiestate, denunciantes omnibus principibus, proceribus, dominis & seruis, ciuitatibus, regionibus & populis sacro imperio subiectis, quod deinceps penitus absoluentur & absolutos pronunciamus ab omni homagio & iuramento memorato Vuenceslao nomine sacri imperij præstito, monemusq; & requirimus eos per iuramentum quo astricti sunt sacro imperio, ne posthac sæpe dicto Vuenceslao ullo pacto obediant aut obsequantur, neq; illi ius ullum, obsequium, censum, redditum aut ullam obuentionẽ, quocunque nomine tandem appelletur, tanquã Romano regi præbeant, exhibeant aũt permittãt exhiberi, sed omnia hæc reseruent pro illo quem dei gratia ceu utilẽ & idoneum in Rom. regem eligi continget. Nolo hic cõmemorare, quomodo antea Vuenceslaus tam sæpe & tã obnixe fuit rogatus, admonitus & requisitus ab electoribus, ut abstineret à uicijs & deponeret à se uitã se plane indignã. Vt aũt redeam ad ordinationes in imperio factas, nõ uidet hic ea omittenda cõstitutio, quã Ludouicus Bauarus Imperator unà cũ alijs principibus sanciuit in comitijs Franckfordianis, scilicet q Imperator electus à maiori & saniori parte electorũ uirtute electionis autoritatẽ habeat administrãdi Rom. imp. nec oportet, sicut antea, Rom. põtificis requirere cõsensum. Id em̃ nõ est ex iure diuino nec ex antiqua patrum

Imperium uacuale.

Forma depositionis regis Romanorum.

Constitutio Ludouici Bauari.

patrũ cõstitutione, sed Rom. pontifices seipsos hic insinuauerũt, inducti ad hoc quorundã adulatorũ blãditijs. Electus tamẽ debet põtifici præsentari ceu princeps catholicus, iustus, & qui dignus sit imperiali fastigio, ac deinde rogare pro diademate. Quod si electo Imperatori negaretur absq; iusta & patenti causa, poterit electus princeps coronã susc̃ipere à quolibet catholico episcopo. Istæ em̃ ceremoniæ & pompa sunt à Rom. ecclesia institutæ. Alioquin quis Papa cõsecrauit & coronauit Imperatores Cõstantinopolitanos? quis Papa inaugurauit catholicos Imperatores qui ante Carolum magnum fuerunt in Italia? Nullus. Quis benedixit gentilibus Imperatoribus, qui ante Constantinum Imperatorem fuerunt? Nemo. Et tamen fuerunt illi Imperatores multo potentiores his quos Papa coronauit. Fecit quoq; Carolus quartus multas in imperio constitutiones, præsertim quando sedet Imperator in sua maiestate, tunc archiepiscopus Treuerensis Cancellarius per Gallias sedere debet in prospectu eius, & archiepiscopus Moguntinus Cancellarius per Germaniam ad latus eius dextrum, archiepiscopus uero Colonien sis Cancellarius per Italiam ad latus eius sinistrum. Rex autem Bohemiæ sedẽ suam collocare debet ad dextrã archiepiscopi & iuxta eum comes Palatinus Rheni. Itẽ dux Saxoniæ tenere debet sinistrã archiepiscopi, iuxta quẽ Marchio Brandenburgensis locũ suũ quoq; habere debet. Quãdo uero publicæ fiunt processiones, is ordo seruari debet. Archiepiscopus Treuerensis præcedit Imperatorẽ & duo reliqui archiepiscopi stipant duo latera eius. Rex uero Bohemiæ illico sequitur uestigia eius. Sed de his satis. Quod aũt suprà memorauí Lotharingiã, Subaudiã et regnum Arelatense mansisse apud imperiũ, notandũ hic obiter, quod mortua posteritate Caroli magni, conati sunt Galli ad se trahere imperium, asserentes tot annis illud apud se fuisse, non interim cogitantes, Carolum magnum atque posteros eius Germanis simul atq; Gallis imperasse, & administrasse imperium in Germania. Quod aduertentes Germaniæ principes elegerunt fortissimum & magnanimum principem, ducem Saxoniæ, Ottonem primum in Imperatorem, qui gladio imperiũ apud Germanos retinuit, subegitq; prouincias quasdam ultrarhenanas in Galliæ partibus sitas, nempe Lotharingiam, cuius metropolis fuit Metis, Brabantiam & Burgundiam. Domuitq; in Italia Berengarios, qui ui sibi Romanum imperium usurpare uolebant. Recuperauit etiam & subdidit Romano imperio Siciliam, Calabriam, Apuliam & Longobardiã. Hic gessit tam magna bella, totiesq; triumphauit contra hostes suos, ut inde Magni cognomentum acceperit, præsertim autẽ magnam stragem fecit infidelium Hungarorum prope Augustam Vindelicorũ, qui Germaniæ plurima intulerant nocumenta.

Ordo & consessus electorũ principum.

Extra ueterem Germaniã imperium dilatatum.

Quando & per quem Germania ad Christi fidem conuersa.

QVemadmodum olim duplex fuit Germania, una ultra Rhenum & Danubium, atq; alia citra Rhenum & Danubium, quæ uetus & uera semper fuit Germania, ita fides Christi non simul & eodem tempore fuit plantata in utraq; Germania. Qui enim ultra Rhenum Romanis primum ac deinde Gallis subiecti habitabant, haud longè post apostolorum tempora imbuti sunt Christi cognitione, sicut & Galli iam cognouerant uiam salutis. Atque hinc est quod ab ea parte Rheni tot sedes episcopales fuerunt erectæ, ut sunt Basilien sis, Argentinensis, Spirensis, Wormatien sis, Moguntinus & Colonien sis. In opposita autem Rheni ripa, nulla inuenitur episcopalis sedes, sed nec aliqua insignis ciuitas. Haud secus Germani qui alterum Danubij latus tenebant, Romanisq; parebant, cum Romanis Christum longe ante Sueuos, alteram incolentes Danubij ripam, agnouerunt, pluresq; ab ea parte diœceses instituerunt, ut sunt episcopatus Constantien sis, Augustanus, Frisingensis, Ratisponensis, Saltzburgensis, Patauinus, &c. In ueteri uero & superiori Germania, nullæ inueniuntur diœceses, nisi in Hebipoli & Eystett. Excipio hic inferiorẽ Germaniã, hoc est, Saxoniã Hẽricus quoq; sanctus lõge pòst Bambergæ erexit cathedralẽ ecclesiã, sicut & Fridericus tertius ferè memoria hominũ instituit uel secũdũ alios restaurauit episcopatũ Viennẽsem in Austria. Cæterũ interior Germania nõ uno & eodẽ tẽpore cõuersa est ad fidẽ Christi, sed sępenumero per bonos & zelosos uiros ad hoc sollicitata, quorũ etiã multi cõfessione Christi occubuerunt:

Citra Rhenum multa episcopatus.



runt: ut fuit diuus Albanus, q̃ quũ Mogũtię anno Christi 425. Christũ annunciaret, obtrũcatus est. *S. Albanus*
Sic diuus Kilianus à Conone Roma. pontifice in Germaniam missus ad prædicandũ uerbũ Christi, apud Herbipolenses, ubi uerbo & exemplo multos ad fidẽ Christi conuertit, unà cũ sociis suis pro ueritate occubuit. Anno Christi 612. Rupertus episcopus Wormaciensis Theodonẽ ducem Bauariæ cum multitudine populi ad fidẽ Christi induxit: qui dux deinde fundauit episcopatũ Saltzburgensem. *S. Rupertus.*
Item circa annum Christi 730. quũ Gregorius tertius sedem Romanam occuparet, Germani pro bona parte, præsertim Thuringi, Franci & Sueui cõuersi sunt per sanctũ episcopũ Bonifacium ad fidem Christi. Fuit autem Bonifacius iste natiõe Anglus uocatusq; fuit Vuunefridus, sed Romæ à pontifice Rom. fuit alio appellatus nomine atq; destinatus in Germaniã, ubi 36. annis sine cessatione Christum annunciauit. Scripsit proinde ex Germania ad Zachariã pontificẽ Romanum huiusmodi epistolam: Scias per gratiam dei Germaniæ populũ ad uiam ueritatis reductũ, ordinauimusq; apud eos tres episcopos: unum locauimus in castellum Wirtzpug (ipsum est Herbipolis) alterum in Buraburg (non satis certum est quis ille sit locus) & tertium in Erphesfurt, quæ est Erdfordia, & is episcopatus postea fuit incorporatus diœcesi Moguntinæ. Factus est autem Bonifacius iste post conuersam ad Christum Germaniam archiepiscopus Moguntinus atq; propter eius interuentionem fecit Papa Zacharias Coloniæ archiepiscopatum. Tandem uir sanctus adhuc fidei zelo feruens, descendens per Rhenum uenit in Frisiam, nec destitit ibi prædicare Christum, quousq; propter ipsum à gentilibus martyrij coronã est adeptus. Quomodo deinceps Frisijs annunciatus est Christus per sanctum Willibrordum, dicam infra ubi ad Frisiæ uenero descriptionẽ. Anno Christi 785. domita est tota Saxonia à Carolo magno, atq; fidei catholicæ subdita, quæ antea sæpe à susceptа fide defecerat. Anno Christi 920. expugnata est per regem Romanorum Henricum primum marca Brandenburgensis & Christianæ religioni adiuncta. Anno Christi 1124. Otto episcopus Bambergensis profectus in Pomeraniam, conuertit ad Christi fidem has ciuitates, Colberg, Stetin, Belgrad, Camin, & multas alias. Primus dux Catholicus uocatus est Werslaus. Anno Christi 997. Adelbertus episcopus Pragensis profectus in Prussiam, conatus est populum illum auertere à suo gentili errore: sed nihil efficiens, occisus est ab eis atq; corpus eius in minutas partes dissectum atque auibus in cibum expositum. Deinde sæpe tentatum fuit doctrina & armis, ut illi Christo lucrifierent, sed inanis fuit omnis conatus Christi fidelium. Non enim præstabãt quod necessitate præmente promiserant, donec tandem sub Friderico secundo à Teutonicis militibus ui & gladio coacti sunt suum errorem relinquere & Christo nomen dare. Anno Christi 1186. fuit uir quidã religiosus Meinradus nomine, qui in Liuonia cœpit prædicare Christum & in Riga ciuitate erexit episcopatum. Habitauit aliquandiu ibi quousq; linguam eorũ disceret. Interim autẽ habebat multas instantias & contradictiones à pessimis quibusq; usq; ad annum Christi 1200. Tunc multis sub specie peregrinorum ingressis regionem, armorum potentia iuuerunt populum colla submittere iugo fidei. Vestiebãt autem se uiri illi singulari & religioso indumento, sui signum quoddam in figurã gladij seu ensis figurarunt, unde et ensiferi fratres dicti sunt, sicut & alij quidam religiosi qui crucis figuram uestibus suis adhibentes Cruciferi dicti sunt. Cum autem Ensiferi fratres nequirẽt per

Diuus Bonifacius.

Erphesfurt.

Pomerania.

Pruteni ui cogũtur ad fidẽ.

Liuonia.

Ensiferi fratres.





Teutonici militues.

per ſe perficere quod inſtituerant, adiunxerant ſe fratribus Teutonicis & Prutenis, eorũq; auxilio expugnauerunt Linoniam, ſubdideruntq; religioni Chriſtianæ. Anno Chriſti 1350 & antè, fratres Teutonici ſæpe tẽtarunt populum in Lituania iniciari Chriſto, ſed multo tempore nihil ualuerunt efficere. Quadam uice occiderũt octo millia infideliũ, ceperuntq; multos, quos ſecum in Pruſſiã ducentes baptiſarunt & docuerunt Chriſtianam legem, ut inde in patriam redeuntes ſuis dicere poſſent, Chriſtianam religionem nihil difficile includere, ſed uera pietate eam ſubnixam. Siquidẽ ſacra Chriſti fides tam male apud illos audiebat, ut horrerent ad eius auditum, putantes illam grauia & impoſſibilia continere, atq; ob id renuebãt illam accipere. Sed nec iſte æſtus profuit fratribus Teutonicis. Excitata ſunt & alia multa atq; grauia bella, uſq; ad annum Chriſti 1386. tunc dux magnus Lithuaniæ ſuſcepit ſacrum baptiſma cum magna populi multitudine. Porro in Alſatia in ripa Rheni occidentali, annunciata eſt fides Chriſti eo tẽpore quando adhuc diuus Petrus apoſtolus in humanis uixit, acceptaq; à quibuſdam Germanis. Nam Petrus apoſtolorũ princeps miſit ultras alpes ad ripam Rheni Maternum, Eucharium & Valeriũ, ut Germanis annunciarent Chriſtum dominum. Quibus feliciter negocium Chriſti exequentibus, diruit ſanctus Maternus, auxilio fretus fidelium quos ad Chriſtum conuerterat, locum quendam inſignem, qui tunc Nouientum, nunc uero Eberſche Munſter uocatur, haud procul à Seleſtadio ſitum, ubi Iulius Cæſar magnificum condiderat templũ, diiſq; ſuis gratias egit pro adepta contra Gallos uictoria. Deinde profectus eſt Maternus Argentoratum, ut & ibi excideret idololatriam, ſed repulſus eſt ab urbe. Nõ ita multo pòſt eo ex morbo in itinere mortuo, ſepultus eſt magno luctu in loco qui hodie Ele appellat. Sed non multis poſt eius mortem elapſis diebus, baculo diui Petri rurſum eſt excitatus à morte, ob quod miraculum plurimi infidelium facti ſunt fideles, credentes in Chriſtum. Poſt iſta extruxit idem Maternus templum non procul à Molſheim, uocauitq; illud Domum Petri, quod in hunc uſq; diem in Germanica lingua uocat, Domphieter. Nõ longe pòſt, graſſante perſecutione in Chriſtianos, defecerunt conuerſi rurſum à ſuſcepta fide, manſeruntq; in infidelitate aliquot cẽtenis annis, quouſq; reges Galliæ Alſatiam & alias tranſrhenanas regiones ad agnitionẽ ueritatis reduxerunt. Hiſtoriam ſancti Materni huc retuli ex legendis ſanctorũ & ex nullo probato autore, ſciens illam à quibuſdam haberi pro fabula.

Lithuania recipit fidem.

S. Maternus. Eberſche munſter.

Mortuus excitatus.

De moribus & ritibus Germanorum recentiorum.

OMnis hodie Germanorum cõditio ſiue ſtatus quadruplex eſt: primus clericorũ, qui magnis & largis redditibus cenſibuſq; prouiſi, ab alijs plurimũ honoris percipiunt, quod Deo ſeruiant, ſcripturas intelligant & interpretentur, uitamq; cœlibem agant. Et qui in his minus probantur, facile ab inerti uulgo aſpernari ſolent. Veſtitu religionem præ ſe ferũt, quiſq; ſuo inſtituto conformem. Seculares clerici tunicas portant fluxas, pullo ut plurimum colore. Caput mitra lanea tegunt, non mùlcum faſtigiata, ſed capite auretenus ſatis adhærenti. Ex collo quum in publicum procedunt faſciam dependunt, quidam ſericam, quidam laneam honeſtatis tantummodo cauſa. Superducunt & calceis crepidas ſiue ſandalia, quæ domum reuerſi deponũt. Ocio maior pars utcat, literis pauci intendunt: pomeridianas horas ludendo potandoq; deducentes. Secũdus ſtatus nobilium eſt, & hic multos habet gradus. Sunt enim principes, ſunt comites, atque barones & inferioris gradus milites. Principes nõ ſolum dignitate & generis claritudine, ſed & potentia ceteros antecedunt, terras habent & dominia latiſſima. Illud in nobilium ordine mirum uideri poteſt, quod principes ipſi atq; comites Cæſari, quoties imperij neceſſitas exigit, obſequia tanquam ſubiecti præſtent, milites exemptos ſe dicant, & niſi ad ſtipendium nemini ſeruiant, nec ſubditos ſuos ſeruire ſinant, & tamen Romanorum Imperatorem dominum ſuum ac principem eſſe dicant & recognoſcant. Prophanari & non parum minui generis ſui ſplendorem exiſtimant, ſi mercaturam artemúe aliquam mechanicam exerceant, ſi plebeiam aut ſibi inferiorem ducant, ſi aliena urbe ciuiũ more habitẽt.

Clericorum in Germania mores.

Ipſi



Ipſi urbanorum conſortia, cõmertia omnia peroſi, arces & robuſtiora ſplendidioraq; ædificia in montibus, ſyluis & rure collocata cum familia ſua libere habitant. Quidam frequentant regum curias aut bella ſequuntur, alij de redditibus ſuis & patrimonio uiuentes, domi manent, cõmuniter tamen uenantur, quod ſolis ipſis licere longo uſu & conceſſa libertate contendunt, priuatis, leporũ, præſertim caprearum, hinnulorũ ceruorumq; uenatio, in aliquibus locis oculorum effoſſione, in quibuſdam truncatione capitis interdicta, noxias tamẽ feras captare cuiq; licet. Laute inſuper nobiles ipſi epulantur, ueſtiuntur ſplendide, auro & argento diuerſicoloreq;, ſerico tam uiri quàm mulieres domi & foris exornantur. Multo familiariũ cœtu incedunt, & inceſſu adeo maturo & præmeditato, ut à plebeis mox ut uideant internoſci poſſint. Equis ſi longius eundum ſit & non pedibus uadunt, dedecoroſum enim hoc ualde ducunt & merum egeſtatis indicium. Sed prædari ubi neceſſaria deſint, quidam non uerentur. Iniurias illatas raro iure, ſæpius congregato ex ſocijs equitatu, ferro, flammis & rapinis ulciſcuntur, coguntq; per hoc eos, qui intulerunt ad ſatisfactionem. Gens plerunq; inſolens & inquieta, ſubditos ruſticos irremiſſa ſeruitute exercet, miſerosq; & infelices homines uexant. Tertius ſtatus oppidanorum eſt, quorum quidam Cæſari tantum ſubiecti ſunt, quidam principibus aut eccleſiæ prælatis. Qui Cæſari parent, libertates multas habent, mores etiam & inſtituta quibus in cõmuni fermè utuntur. Singulis annis ex ciuibus magiſtratus ſuffragio creatur apud quem ſumma poteſtas cũ imperio ſit, in caput animaduertere cuiuſq; habet hoc ordine. Si de criminibus agitur, aſſident in concilio hi, quos ſibi ciuitas delegit, rei ipſi ligati adducuntur, accuſatoribus & reorum defenſoribus dicendi copia datur, quibus auditis eunt in ſententiam, non ut leges cenſent, quas non nouerunt, ſed prout ratio eis dictat atq; iudiciorum conſuetudo habet, quod & in ciuilibus cauſis obſeruatur, excepto quod Cæſar in his appellari poteſt, in illis uero non. In omni ferè imperiali ciuitate duplices ciues ſunt, ingenui & plebei. Mercantijs & officinis plebei intendunt, ingenui (qui & patricij dicuntur) patrimonijs redditibusq; ſuis contenti, equeſtrem ordinem imitantur. Si plebeiorũ quiſpiam ditior factus ſe illis cõmertio aut conſuetudine cõmiſcere contenderit, repellitur. Reipublicæ admiſtratio tamen ferè cõmunis eſt & utriſq; permiſſa, nec eis plebs ſeruire aut ſubiecta eſſe uidetur. Sua cuiq; ſubſtantia tuta eſt & libertas, ſaluis legibus, ut uiuere uelint, in communi iuſticia per totam regionem ab illiteratis adminiſtratur. In ſingulis oppidis & nonnullis pagis, etiam uiri duodecim, uitæ integritate ac honeſtate præcipui eliguntur in iudices, nullo habito reſpectu, ſciant ne litetas uel non. Habitus quo uiri induuntur cõmuniter laneus eſt, quo mulieres lineus, ſed adeo utrorumq; diuerſus & colore & forma, ut raro unus ſicut alius ueſtitus appareat. Aduenticijs & nouis ueſtimentorũ formis iam plurimum gaudent, Italicis Gallicisq;, à quibus ante paucos annos obtuſa calceamenta uiri cum fluxis & diſciſſis manicis tunicas, ſciſſas caligas & texta pilea, quæ pyretra uocant, receperunt. Geſtabantur mea adhuc ætate cum puer eſſem, circa annum Chriſti 1497. à ſenibus roſtrati calcei, ueſtes curtæ atq; ſtrictæ, caudata capitia, quæ prope Moguntiam Kogeln uocabantur. Sed iſta antiqua uirorum frugalitas hodie ad mulieres uenit. Hæ depoſitis multiplicibus & plicatiſſimis peplis, quibus grandia olim faciebant capita, unico tantum hodie uelantur, modeſtiusq; incedunt. Satis honeſtus hodie eſt quarundam mulierum ueſtitus, niſi quòd ſuperne nimium excauatur. Non tamẽ idem eſt habitus in diuerſis Germaniæ regionibus. Porro quantum attinet ad domorũ ædificia, diuites lapidibus cæmentoq; ſuberbe ædificant, pauperes luto & ligno tantum humilius, tegulis tamen latericeis aut ſciſſili lapide (ut apud Moguntiã) ædifcia ſua utriq; tegunt, ob decorẽmne aut aduerſus incendiũ, affirmare non poſſum. In Saxonia & alijs plerijſq; locis, etiam in Heluetia montana, dolatis aſſerculis operiunt, quare oppida parum uenuſta uiſuntur, & igni magis obnoxia ſunt. Eadẽ ratio eſt de ijs, qui culmis ſtramineis domus ſuas operiunt. Plateæ ciuitatum ut plurimũ ſilicibus ſtratæ ſunt, ubi hi lapides haberi poſſunt. Portæ ſeu exitus urbiũ, celſis turribus inſigniti, in quibus diurni cuſtodes aduentãtes equites tuba aut campana ſignificare ſolent, ut hi qui portas inferius obſeruant præmoneantẽ,

Oppidanorum mores.

Iudices indocti.

Mulierum ueſtitus.

Domorum ædificia.

& eas in maiori tutela habeant. Vrbes cõmuniter natura & arte munitę, aut iuxta uorticosa flumina uel in mõtes sitæ sunt, quæ in plano residentmuris, fossatis, uallis insuperabilibus circumseptæ, turribus & propugnaculis innumeris ueluti ex terra prominent. Est etiam multarum ciuitatum circumiacens ager fossis adeo profundis & amplis conclusus, ut ab externa populatione & is tutus sit. Eorum postremum qui in rure pagatim uillatimq; habitant, quicq; illud colunt & propterea rustici uel rurales appellantur, satis misera & dura conditio est. Seorsum ab alijs quisque cum familia & pecore suo humiliter uiuit. Casæ luto lignoq; è terra paululum eductæ & stramine contectę, domus. Panis cibarius, puls auenacea, aut decoctum legumẽ, cibus. Aqua sorúmue potus. Toga linea, perones duo & pileus fucatus, uestitus.


Rusticorũ mores & uiuendi ritus.



Gens omni tempore inquieta, laboriosa, immunda. In uicinas ciuitates ad uendendum portat, quicquid tam ex agro quàm ex pecore fructus percipit, sibiq; ibi è diuerso comparat, quorumcunq; eget. Artifices enim secum habitantes nullos aut paucos habet. Dominis crebro per annum seruiunt, rus colunt, & semine conspargunt, fructus metunt & horreis important, ligna secant, domos ædificant, fossas effodiunt. Nihil est quod seruilis & misera gens ipsis debere non dicatur. Nihil etiam quod iussa facere absque periculo recusare audeat, delinquens in his grauiter mulctatur. Sed nihil est genti durius, quàm quòd prędiorum quę possidet maior pars non sua sit, sed illorũ à quibus certa frugum parte quotannis redimere solet. Quantum uero attinet ad rationem hodierni uictus, sciendũ plerosq; Germanos hodie in conuiuijs bellaces & strenuos esse, præsertim cum noctes & dies bibendo æquauerint ac omnes cyathos exiccauerint. Nullas possunt nuptias, nulla conuiuia, nullos celebrare conuentus, nisi ad extremam ebrietatem alter alterum ad pocula inuitet atq; ita repleat, ut quod dictu etiam pudendum est, coram seruis ac uernaculis rursum potum euomat uinum, sub mensaq; impudice meiat, non sine bonorum & Deum timentium uirorum summa execratione. Et cum semiamens imò demens potius in stratũ collocatur, tum triumphus ingens excitatur, tum risus, tum cachinnus exoritur. Atque id inter nobiles plerosq;, qui prędesse debent reipublicę eamq; tutari ac defendere, præcipue fit. Nemoq; censetur bellicosus, nisi fiat & ebriosus. Qui enim plurimum potant, iudicantur magis strenui & bellicosi. Ante nostra tempora quum nobilium erat conuentus, ueluti pugiles, lucta, disco, cursu, corpora exercebant, ut fierẽt bello aptiores. Nunc poculis certant, quomodo alter alterum superet ac deijciat. O tempora, ô mores. His artibus, his studijs uincemus Christi hostes, Turcos? non fiet.

Germaniæ ciuitates, quomodo temporum successu extructę.

IAm suprà diximus, olim nullas aut ualde paucas in Germania ueteri fuisse ciuitates, multos pagos & loca rusticanarum domorum, extensa in longum spacium, qualia adhuc inueniuntur in Nigra & partim in Ottonica sylua. Hi enim pagi coagmentati & in unum ueluti corpus redacti, longe pòst excreuerunt in ciuitates & oppida. Aliam Romani olim ædificiorum habuerunt rationem. Illi enim urbana ædificia ædes, rustica uillas uocant, & locum sine ædificio in urbe aream, rure autem agrum appellant. Idemq; ager cum ædificio fundus dicitur. In ędificiorum descriptione ratio temporum & locorum fuit habita. Aliter enim primis nascentis Germanię reipublicæ temporibus, aliter aucta rerum opulentia ædificatum est, aliter rure, aliter domi ędes fuisse extructas nullus addubitabit. Monuimus iam sępe, per ueterem Germaniam intelligendã eam prouinciam, quam ambiunt



ambiunt Rhenus & Danubius. Nã ultra hos amnes Galliam & Italiã uersus, lõge ante Christum natum fuerunt insignes ciuitates, nempe Moguntia, Vuormacia, Spira, Argentoratum, Augusta, Brigãtium, Ratispona, & aliæ multæ, sed quæ plerunq; alia habuerunt nomina. Quæ Rheno adiacent, desinebant plerunq; in magus, ut Berbetomagus, Neomagus, Nouiomagus, & in Gallia, Rotomagus, eamq; denominationem putant à uiro quodam Magus appellato tractã, qui Samotis fuit filius, regnauitq; olim super Celtas. Nouæ autẽ & recentiores ciuitates & oppida desinunt ut in plurimum in brun, heim, bach, burg, berg aut thal, id est, in fontem, locum natalem, amnem, castellum, montem aut uallem. Ratio eiusmodi desinentiæ facile assignari potest. Quando enim circa fontem aliquem insignem olim multi cohabitarunt, & tandem in unam rempublicã coierũt, denominatus fuit locus eorum à fonte illo, ut Heltbrun, Dieffenbrunn, Frawenbrunn, Padelborn, Maulbrun, Steinenbrunn, &c. Et quæ in heim clauduntur, uidentur à primo habitatore nomen accepisse, ad quem alij colonias deduxerunt & ceu in patriam illius suas sedes transtulerunt, ut Pfortzheim à uiro Phorce ut quidam putant, Vuinsheim à Franco Windegast, Ingelheim, à primo cultore Ingel. Idem intellige de Oppenheim, Winheim, Hildesheim, Rudesheim, Forcheim, Odenheim, Altzheim, Bernheim, Ogersheim, Saulheim, &c. Fieri tamen potest, ut multa talia nomina aliunde originem acceperint, ut sunt Hocheim, Mulheim, Rosenheim &cæt. Porro quæ in burg finiuntur, fuerunt primum pro magna parte castella, ex quibus tandem ciuitates & oppida creuerunt, ut sunt Offenburg ab Offone, Hamburg ab Hannone, Augspurg ab Augusto, Sic Wirtzpurg à musto quod wurtz uocãt, Friburg, Limburg, Marckpurg, Westerburg, Rotenburg, Saltzburg, Strasburg, & alia multa his similia. Sunt tamen qui aiunt burg apud ueteres usurpatum pro castello & oppido. Item ciuitates quarum fundamenta iacta sunt ad fluuios, receperunt sæpiuscule ab huiusmodi amnibus suas denominationes, ut Onspach, Alperspach, Eberbach, Gengenbach, Putzbach, Schwabach, Sempach, Tanbach, Murbach, Lutenbach &c. Et quando multi pagi & domus communem habuerunt ecclesiam, ac tandem domos suas dispersas simul collocarunt & in unam rempublicam coordinauerunt, retinuit locus ille denominationem ab ecclesia illa, ut est, Feldkirch, Leukirch, Oberkirch, Newkirch, Waldkirch, Kilchofen, Kilchzarten, Kirchburg, Bartenkirch, &c. Sic ciuitates quæ adhærent montibus, receperunt quoque montium nomina priuata uel cõmunia, ut Nürnberg, Heidelberg, Keisersperg, Bamberg, Wynsperg, Sultzperg & alia sine numero. Item Sueui consueuerunt olim nomina oppidorum suorum pro magna parte finire in ingen, ut Thubingen, Eslingen, Ettlingen, Reutlingen, Vaingen, Vberlingen, Stutlingen, Villingen, Ehingen, Memmingen, Lagingen, Nörtlingen, Geppingen, Seckingen, & alia multa his similia, sicut Francones multorum locorum nomina finierunt in furt, ut Francfurt, Dietfurt, Hasfurt, Schwinfurt, Ochsenfurt. Item plurima oppidorũ nomina desinunt in hausen, hofen & feld, ut Schaffhausen, Mulhausen, Burghausen, Kunigshofen, Pfaffenhofen, Geroldshofen, Rheinfelden, Kunigsfelden, Hochfeld, Mansfeld, Hirtzfelden. Multa quoque exeunt in aw & ach, ut Hagenaw, Landaw, Dachaw, Rheinaw, Dottnaw, Schönaw, Oppenaw, Eberbach, Erbach, Brisach, Schiltach, Dorlach, Vrach, Zurzach. Multa terminãtur in statt & dorff, ut Newstatt. Halberstatt, Ingolstatt, Selingenstatt, Karlenstatt, Schletstatt, Bubendorff, Schorndorff, Pfullendorff, Marckdorff, &c. Arces uero terminantur plerunq; uel in stein, uel in eck, uel in berg, ut Falckenstein, Hertenstein, Helffenstein, Löwenstein, Staleck, Waldeck, Rheineck, Geroltzeck, Lansperg, Kunigsperg, Poxperg, Hochperg, &c.

Desinentia in brunn.

Desinentia in heim.

Desinentia in burg.

Desinentia in bach.

Desinentia in kirch.

Desinentia in berg.

Desinentia in ingen.

Desinentia in furt, id est, tractum.

Artium desinentiæ.

Notandum quoque hic, Hunos & Vngaros multarum ciuitatum in Germania causam fuisse ut extruerentur, quæ alias nunquam muris septæ fuissent. Nam quum impiæ illæ

gentes ſæpiſſime erumperent ſub rege Henrico primo, anno ſcilicet Chriſti 940. & perderent Germaniam incendio, rapina atque gladio, coadunati cuiuslibet regionis populi, extruxerunt munitiſſimas ciuitates, in quibus ſua tutò reponerent, conſeruarentq; à direptione hoſtium. Cumq; poſtea Otto primus cæſis Vngaris triumpharet, condidit multas in Saxonia ciuitates, & conſtituit multos per Germaniam principes, qui & ipſi in ſuis ditionibus cœperunt ædificare oppida, ut infra ſuo quoque dicturus ſum loco. Hoc mirum eſt, quòd aliquot præclarę urbes breui tempore adeò ciuilitate, dignitate & potentia creuerunt, ut cum florentiſſimis aliarum gentium certare uideantur.

HELVETIA, QVAE HODIE Suicerorum ſeu Confœderatorum

regio, prima ab occidente & oriente Germanicæ nationis prouintia, quæ contermina eſt & Italię & Galliæ.



CVm hucuſque in genere mentionem fecerimus Germaniæ, exigit nunc ordo, ut de priuatis quoque regionibus eius nonnihil ſcribamus, de cultura ſcilicet, ingenio & ſitu earum, item de exercitijs inhabitantium &c. Diximus autem Germaniam ſecundum longum extendi ab oriente in occidentem uſque ad Rhenum & aliquot miliaribus ultrà, Rhenúmq; originem eſſe in Heluetia, unde & Heluetiam primum deſcribere cenſuimus, ab eaq; facere initium Germanicæ nationis. Eam autem regionem aut magnam eius partem, quam Romani olim Heluetiam uocauerunt, hodie uulgo uocant Suiciam & Confœderatorum terram. *Suicia.* Incipit à ſummis alpibus, deſinensq; ab ortu ad Rhenum excurrit in ſeptentrionem uſque ad Waldshut & Laufenberg, atque hinc reflectitur in occidentem ſecundum tractum Iuræ montis uſq; ad lacum Geneuenſem, quouſq; rurſum pertingat ad alpes, ubi ſuperiorem Gallię tunc temporis tenuit locum. *Tigurini.* Diuidebatur autem ea tempeſtate in quatuor regiones, unam incolebant Tigurini, & hi expeditionem facientes ex ſua regione contra Romanos, anno ante Chriſti natiuitatem centeſimo & amplius, ut ex Cæſare deprehendere licet, interfecerunt Romanorum conſulem ducem belli, Lucium Caſſium, ceperuntq; & perdomuerũt exercitum eius. Celebrati fuerunt tunc Heluetij ſupra reliquos Galliæ populos, propter animi, egregiorumq;

egregiorumq; in bellis facinorum uirtutem. Anno ante Christum natum circiter sexagesimo inierunt Heluetij fœdus cum Rauracis uicinis suis atque alijs adiacentibus populis. Post hæc Heluetij relictis terris suis, quæ sibi non sufficientes erant, uenere sedes petitum, incensis mœnibus suis, ne spes ulla esset redeundi, meliorésque occuparent terras. Nec defuit illis animus, totam si potuissent subigere Galliam. Profecti autē sunt primum uersus Geneuam, uersusq; Romanorum prouinciam, quæ modo Subaudia & Delphinatus appellatur. Iulio uero Cæsare duce Romani exercitus præcludente uiam multis fossis, aggeribus & alijs obstaculis, coacti sunt declinare per Sequaniam, quæ hodie est comitatus Burgundiæ, uenientesq; ad Heduos qui iam sunt habitatores ducatus Burgundiæ, ibi post multas dimicationes tandem uentum est ad atrocem pugnam, durauitq; cædes ipsa à septima hora usque ad noctem. Cumq; utrinque fortiter in acie starent, Cæsar tandem uictor factus perdomuit Heluetios atque gentem bellicosissimam sic in sedes suas quasi greges in stabula pastorum deduxit, ueritus, si hoc non fecisset, Germanos trāsito Rheno sedes ab Heluetijs relictas occupaturos. Deuictis itaque Heluetijs, Cæsar sine cessatione Galliam oppugnauit, donec eam tandem totam Romanorum ditioni subiecit. De lingua qua tunc usi sunt Heluetij & Galli, duæ sunt coniecturæ. Quidam enim putant (ut est Beatus Rhenanus) Gallicam linguam tunc neque cum Germanica neq; cum Francica, qua hodie Galli utuntur, communicasse, sed propriam extitisse linguam. Alij uero putant (inter quos est Aegidius Schudus & Henricus Glareanus) Gallos tunc usos lingua Germanica, potissimum ea qua adhuc Heluetij utuntur, habenturq; utrinque probabiles rationes.

Heluetij relinquunt terram suam.

Lingua Heluetiorum.

Quomodo ante Christum natum Cimbri populi Germaniæ in Heluetiam uenerint.

MEmorauimus supra in descriptione Italiæ, Cimbros olim uicinos Saxonibus, ob inundantem Oceanum emigrasse cum magna multitudine peruenissēq; ad Rhenum, traiectoq; Rheno occupasse partem aliquā Galliæ, nempe oram maritimam ubi nunc est Brabantia uel Flandria. Cumq; eis nec terra illa satis commoda ad inhabitandum uideretur, relicta ea peragrataq; tota Gallia uenerunt ad Rhodanum, postulantes à Romanis, ut sibi sedes ad habitandum darentur. Sed repulsam passi à senatu, armis decreuerunt inuadere Romanum imperium. Expeditionem ergo mouentes in Italiam, reliquerūt citra montes omnem apparatum bellicum, quem tam subito ultra montes deportare nequiuerunt, relictis & deputatis pro impedimentis illis custodiendis sex millibus uirorum. Interfecto autem eo agmine quod montes transcenderat & ingressum fuerat in Italiam, putat Iulius Cæsar ex reliquijs, citra montes derelictis, natos Atuaticos, qui habitationem suam habuerunt iuxta Tigurinos, qui modo sunt Vrani & Suici. Vnde & historici memorant, quosdam Cimbros ceu reliquias consedisse inter Heluetios. Anuero longe post ex Suecia quidam uenerint in regionem Heluetiorum, à quibus Suici seu Suiceri dicti sint, non potest satis probari. Scribunt quidem aliqui de his in hunc modum. Tempore regis Suecorum Sigiberti atque comitis Frisiæ Christophori, auctus est populus septentrionalis in tantum, ut cogerentur penuria uictualium quærere alias sedes. Collecti ergo in Suecia sex millia, & in Phrisia mille atque ducenti uiri, absque mulieribus & pueris, quorum multo plures erant, ueniētesq; ad Rhenum prohibiti sunt à Gallis, ne traiecto Rheno partes eorū occuparēt. Contēnebant eos Galli ceu homines ociosos, inertes & inermes, nam humi cubabāt perinde quasi nulla distringerent cura, æstimabāt eos ceu homines fugitiuos & ineptos ad arma. At Sueci inter hæc considerabant suam penuriam & necessitatē, cogitabant etiam quid è re sua esset, quomodo prouiderēt uxoribus, pueris & parentibus. Videbant quidē hostes suos parum sollicitos esse de ipsis & omnino negligentes in excubijs agēdis, propterea ex improuiso & subito obruerūt eos in castris, interfecerunt plurimos atq; abduxerunt opimā prædam. Stupefacti autem alij populi miserunt legationē ad eos, interrogantes, quid hæc facientes in animo uoluerent. Responderūt illi, se nihil iniqui postulare, nec quempiam uelle pellere ex suo loco. Peterent sibi dari illas terras, quæ ociosę iacerent in regione ipsorū, unde illi nihil perciperent cōmoditatis, has cuperent ipsi inhabitare citra uicinorum detrimentum. Asserebant etiam se uenisse, ut quietam & tranquillam uiuerent uitam, uictum quærerent ex cultu terræ, neminem molesta-

Sueci egressi terram suam.

Cimbrorū ea qua petitio.

rent aut aliena ſibi contra ius & æquitatem uendicarent. Audientes incolæ illorum propoſitum, facile acquieuerunt eis, tradiderunt́q; ad inhabitandū poſtulata loca, montes & ualles, fontes & lacus, qualem faciem in hodiernum uſq; diem habet interior Heluetia. Hæc enim conſtat altiſſimis montibus, profundis uallibus & multis aquis. Eſt tamen terra per eos multo melior reddita, ut hodie etiam multa millia hominum uictum ex ea ſibi parent. Siquidem nulla eſt terra tam deploratæ conditionis, quin ſi cultus ei adhibeatur melior & fertilior reddatur.

DE VALESIANIS, QVI OLIM Seduni dicti, uicini fuerunt Heluetiorum.

DE Valeſia, quam uulgo uocamus Wallis, pauca haberem quæ hic annotarem, niſi reuerendiſſ. dominus Adrianus epiſcopus Sedunenſis bonæ memoriæ, princeps huius regionis, quędam demandaſſet quę facere uidebantur ad laudem regionis & ditionis ſuæ, tradidiſſet́q; ea per eximium uirum dominum Iohannem Kalbermatterum nepotem ſuum, qui hic præter alia ardua negocia ſibi ratione officij incumbentia non parum ſudauit, quo & principi & mihi atq; omnib. Coſmographiæ ſtudioſis inſeruiret, moremq; gereret, deſcriberet atq; celebraret regionem à multis annis inhabitatam, à Romanis olim frequentatam & ſemper in celebri opinione habitam. Nec tamen ego Munſterus contentus huius boni uiri diligenti Valeſianæ prouinciæ deſcriptione, quin ardentibus uotis & propriis oculis deſideraui uidere magnalia illa, de quibus ille mihi ſcripſerat, unde arrepto itinere ingreſſus ſum anno 1546. regionem ipſam, peragrauiq; eam totam, apud S. Mauricium ingrediens & per conſcenſum montem Furcam egrediens, ubiq; dominos & amicos mihi ſupra modū fauentes inueniens, qui humaniter me exceperunt, congratulatiq; ſunt meo aduentui, præcipue reuerēdiſſ. dominus epiſcopus Adrianus à Riedmat, ac deinde ſpectatiſſimi & prudentes uiri, domini Iohannes & Iodocus Kalbermatteri, dominus Iohannes Miles, Iohannes Wieſtenerus præfectus apud S. Mauricium & alij multi, qui maiorē mihi impenderunt honorem, quàm compenſare queam. Quin & fauore eorum cōtigit me quędam uidere, quę alias nunquam exploraſſem, niſi illi mihi contigiſſent patroni.

Principio ſciendū, regionē Valeſiæ eſſe grandem & longiſſimā uallem, ut figura oſtendit, undiq; clauſam ingentibus altiſſimisq; montibus & præacutis petris, qui pro magna parte altitudine ferè unius Germanici miliarij eleuantur in cœlum, multiq; eorū perpetuis temporibus aut glacie irreſolubili aut niue glaciali obducuntur, in imo uero iuxta radices montiū terra eſt optima atq; fœcundiſſima, omniū rerum ferax. Neſcio ſi ſimilis ei in mundo inueniatur terra, quæ tam faſtigiatis montibus in altum conſurgat & tamē fundum habeat fertiliſſimū. Extenditur longitudo eius ab occidente in orientem itinere trium aut 4. dierum, latitudo uero eſt ualde anguſta, niſi quod prope Octodurū & Sedunū paulo ſpacioſior eſt, ut illic quoq; multa prędia agrorum & pratorū inueniantur. Montes plerunq; ſunt tam prępcipites, accliues & penduli, ut conſcendi nequeāt, nec quis ſine ſtupore poſſit ſumitates illorū intueri. Quacunq; parte quis ingredi uelit, neceſſe eſt altiſſimos tranſcendere montes, per uarias ambages & receſſus, locaq; periculoſa, abſtruſa & uerticoſa, quæ illi paſſagia uocant, quæ tempore hyemali intēperie aeris ſic clauduntur ut nō facile quis ingredi & egredi regionem queat, niſi apud S. Mauricium, ubi in altera regionis extremitate Rhodanus egreditur Valeſiam, eſtq; illic extructa arx, & pons lapideus ultra Rhodanum factus, ubi duo diuaricantur itinera, unum uerſus ſeptentrionē ad comitatū Aelenſem, cui ditioni Bernates hodie ius dicunt, appellatiq; olim fuerunt populi illi Antuates, aliud uero iter tranſmittit ad ſiniſtram in regionem Zables dictam, cuius populi olim Allobrogi fuerunt nominati. Arx S. Mauricij eſt hodie ſub dominio ſuperiorū Valeſianorū, qui & præfectū ceu cuſtodem totius prouinciæ illuc ſubordinant. Ibi enim alpes in modum faucium utrinq; concurrunt, relicto anguſto ſpacio per quod Rhodanus euoluit. Et pons lapideus una teſtudine utramq; fluuij ripā cōplectens, tranſmittit ingreſſuros in Valeſiā, nec poteſt quiſpiā hyeme ingredi regionē ipſam, niſi per hunc pontem, qui iungit arci. Et quando

Montes altiſſimi.

Comitatus Aelen.


Furck
Grimſlen
Geſtiln
Agerñ tal
Strasgen Belletz
Eginen tal
Münſter
Goms
Ar fl.
Valeſia
Aernen
Vber Gries
Albrun Berg
Mörl
Lingen tal
Brieg
Walliſſer land
Naters
Simpliñ tal
Scimpronꝰ mons
Thermæ Brieger bad
Am Geſtein
Viſp
Leuſtb mons
Rarñ
zum
Thurn
Oz Bad Thermæ
Viſpach fl.
Gemmi
Leuck
Gepen.
Siders
Enfiſth tal
Auzſtal berg
Mõs Syluꝰ
Bremes
Siebñ tal
Sedunũ
Sitten
Mors fl.
Sanerſtb mons
Rhodan fl.
Oſedurũ
Martinach
Bĩgi tal
Agaunũ
S. Moritz
Caſtrũ
S. Bernhard

quando præfectus claudit portã pontis, eſt tota Valeſia clauſa, quũ hyemis tẽpore nulli pateat introitus quàm per hunc pontẽ. Tranſmiſſo autẽ ponte iter recta aſcendit ad dexterã Rhodani in ſuperiora Valeſiæ. Eſt quoq; iter in ſiniſtra parte fluminis citra pontẽ, ſed non deducit niſi exiguo interuallo ad montem præcipitem, qui ſuperari nequit & cuius radicẽ Rhodanus alluit, ut ab illa pate prouinciã ingredi nequeas, niſi montem inſuperabilem ſu-

Agaunum. perare aut fluuium rapidiſſimũ traijcere cogitendas. Is locus iuxta pontẽ appellatus fuit olim Agaunũ, & uicus Veragrorũ, fuitq; ab antiquiſſimis tẽporibus habitatus. Ad iactum enim lapidis ab ipſa arce ſub præruptis petris ſitum eſt uetuſtiſſimũ monaſterium, in quo tam abbas quàm monachi ſunt Burgundi, & adiacens oppidum uocatur hodie ſanctus Mauricius, eo quòd ibi diuus Mauricius, cum ſocietate ſua anno Chriſti plus minus ;oo. pro Chriſto eſt paſſus, & paulo poſt ibidem extructum monaſterium, uetus Agauni uocabulum temporis ſucceſſu abolitum, & ſancti Mauricij nomen uulgo receptum. Abbas monaſterij nomine Bartholomæus Soſtionis, exhibuit mihi uetuſtas literas, datas Agauni anno ſalutis 1014. à Rudolfo rege Burgundiæ, cuius regni pomœria tunc extendebantur in Valeſiam, fitq; mentio in illis literis, quomodo monaſterium tunc plurimum ruinoſum fuerit, priuatumq; prædijs & deſtitutum ſubiectis hominibus, quare ſollicitatus rex ab Hermegundi regina, Bertholdo & Rudolfo duobus comitibus, item ab Hugone epiſcopo Sedunenſi, Henrico epiſcopo Laudunenſi, Hugone epiſcopo Geneuenſi, Burchardo epiſcopo Lugdunenſi & alijs pleriſque, reſtaurauit monaſterium, reſtituit ablata bona, omniaq; in priſtinum reformauit ſtatum. Datæ ſunt literæ illæ anno uiceſimo quarto adminiſtrationis ſuæ in regno Burgundiæ. Obtulit quoque memoratus abbas & alias li-

Sigiſmundus rex Burgundiæ. teras, quæ docent monaſterium Agaunenſe extructum in honorem ſancti Mauricij & aliorum martyrum à rege Sigiſmundo bonæ memoriæ, qui uixit longe ante Carolum Magnum. Tempore nanque Wandalorum erecta eſt Burgundia ad faſtigium regium, ſed non diu retinuit coronam, ſicut nec poſtea ſub memorato rege Rudolfo multis annis conſtitit in hac dignitate. Cæterum quando rex Sigiſmundus præfuerit Burgundiæ, inueni apud quendam hiſtoricũ, qui in hunc modum ſcribit. Clodomirus Clodouei filius rex Franciæ regnans apud Aurelianen. ciuitatem, Prouinciam ac Burgundiam bello ciuili acquiſiuit hoc modo. Gundebaldus Burgundiæ rex Chilpericum fratrem maternum Clodomiri auum interfecerat, quamobrem eum ulciſci ſtatuens, bello aduerſus Gunebaldum moto, è duobus eius filijs alterum Sigiſmundum in prælio cepit, alterum Gothimarum interfecit, regnoq; eorum potitur. Sigiſmundi præclara eſt fama ſanctitatis, quem captum atque in puteum unà cum uxore & filijs demiſſum & poſt aliquot dies extinctum ac ſepultum in cœnobio Agaunenſi apud Sedunenſes, quod ipſe conſtruxerat, febricitantes inuocant. Contigerunt hæc circa annum Chriſti quingenteſimum. Poſtea uero cum Ca-

Alteus abbas Agauni. rolus Magnus ueniſſet Agaunum, præfuit monaſterio abbas Alteus, qui trigeſimus erat in ordine à primo abbate, qui quoque epiſcopus erat, uerum ubi locorum, literæ non indicant, & is oſtendit Imperatori oſſa diui Mauricij atque totius legionis Thebeorum, quorum oſſium tunc ibi magna erat copia, interim uero adeo diſtracta ſunt, ut hodie pauca ſuperſint, quæ omnia mihi oſtenſa ſunt. Viſuntur etiam ibi quatuor aut quinque lapides antiquo Romano charactere ſculpti, qui oculares teſtes ſunt, Romanos olim ibi & Octoduri, qui hodie Martinacht uocatur, frequentem habuiſſe conuerſationem. Vocati tunc ſunt ut ſupra quoque monuimus, habitatores illius regionis Veragri populi, quorum caput fuit uicus ubi cœnobiũ eſt ſancti Mauricij. Per hos Cæſar olim in Galliam penetrauit.

De inſignioribus montibus Valeſiæ.

Mons Furca. MOntes qui ambiunt Valeſiam, habent noſtro æuo alia quàm olim nomina. Mons ille unde Rhodanus originaliter proruit, uocatus aliquãdo fuit Iuberus & Coatius, aut ſecundum alios Vrſellus, at hodie nuncupatur Furca, id eſt, Bicornus, attingitq; ferè montem Gothardi aut eſt unus cum illo mons, tametſi ſublimius habeat ſupercilium. Per hunc montem patet tempore æſtiuali iter à Valeſijs ad Vranenſes & Lepõtios. Tempore uero hyemali ob niues non licet traijcere, imò in media æſtate difficulter id licet, id quod ego compertum habeo, qui quarta menſis Auguſti tanta

sti tanta frigora in uertice huius montis passus sum, ut totus contremiscerem, cogererq; tres aut quatuor niues & glacies cum equo non sine periculo traijcere. Cumq; eadem die Vrsellam usque ad radices montis Gothardi peruenirem, uolui & illius montis difficultates explorare, sed non tantas molestias in eo deprehendi, quantas habet Furca, cum gradatim ascendat, nec sit tam præceps nec tam altus sed nec tam frigidus. Habet quidem ad utrunq; latus longe altiores montes quàm ipse sit & qui niue non carent, at iter illud quod per intermedium Gothardum inuentũ est, leniter ascendit, nec infestatur aliqua iniuria nisi post æquinoctium autumnale & ante æquinoctium uernale. Tunc enim nix resolubilis conglomerata in lateralibus montibus, magna mole & copia è supernis deuoluit & quicquid in subiecta accliui & ascendente ualle deprehendit opprimit & conquassat. Vocant incolæ hoc naufragium Leuwenen. In summitate montis Furcæ limites sunt regionũ Valesiæ & Vraniæ. Hinc enim ad occidentem descenditur in Valesiam, & contra adorientem lenis & longus est descensus in Vraniam. In Furca monte atq; longe circum montem illum præsertim uersus Vraniam, nihil penitus è terra præter tenuem herbam prosilit. Non uidebis ibi arborem ullam, stirpem aut dumũ. Accipit in hoc monte, occidentẽ uersus, Rhodanus fluuius exile initium, ex resoluta niue & glacie, ut infra fusius dicetur, augeturq; continuo ex innumeris amnibus undiq; ex montibus & uallibus accurrentibus, quorũ quidam maiores alij minores sunt, nec est finis talium fluuiolorũ, donec Rhodanus Valesiam egreditur & mergitur in lacum Lemannũ, quem hodie Losannensem uocant, qui longitudine sex milliariorũ Germanicorũ patet, latitutidine autem maxima (idq; in medio) trium. Geneuæ rursum exit lacum, cursumq; uersus Lugdunũ arripit. Non procul à Furca est mons alius quem Grimsslen uocãt, per quem quoq; exitus in Heluetiã de Valesia inuentus est, sed qui absq; sudore & labore magno superari nõ potest. Montes qui Valesiam à meridie claudunt, habent multa passagia ut uocant, in Longobardiã. Per Gries & Nyfi patet iter ad Eschental, quæ uallis est de ditione Mediolanensi. Ex Brigensi pago patet iter per montem Sempronij (uulgo Simpelberg) ad Mediolanum. A Vespa iter extenditur per mõtem Saser. & ab alio latere per montem Matter. ad oppida quædã Mediolanensis ditionis, item ad uallem Kremerthal, quæ paret comiti à Zaland. A Raronia uersus septentrionem & ad ditionem Bernensiũ præsertim ad Kandelsteg est quoque iter, sed periculosum uocaturq; mons ille transcendendus Lötschenberg. Aiunt in hoc itinere multos homines singulis annis perire, qui niue obruti in ipsa niue suffocantur. Ab oppido quoque Leuck per thermas Leucenses, uia est ualde frequens uersus Bernam. Mons quem traijcere oportet est altissimus, quem Gemmi uocant, de quo infra copiosius, quia hunc ipsum ascendi. A Sedumo duo opposita itinera ad septentrionem & meridiem extenduntur. Quod ad septentrionem ducit, mõtem Sanetsch transit, quod uero meridiẽ uersus ducit, transmittit per uallem Vrensem longitudine sex miliariorum, atque per magnũ niuosum montẽ, qui maior glacialis & Arolla uocatur, ad uallem Mapelinam, quæ ab antiquis Vallis Pœnina appellata est idq; ob Hannibalem Pœnum quem putant per hanc uallem iter fecisse in Italiam. Subest autem hæc uallis dominio Augustę Prætorię, hoc est, comiti à Zaland. Est quoque passagium à Martinacht, olim Octodurum dicto. quod Kumben uocatur, diuiditurq; in montibus ad diuersa loca, unum quod uergit ad læuam, transmittit ad montem minoris sancti Bernhardi haud procul à Tarentasia, atque ad Centrones. Deinde ab Intremont uersus meridiem ducit alia uia ad maiorẽ sancti Bernhardi montem, quem ueteres montem Iulij & montem Iouis appellauerunt, atq; inde ad Augustam Prętoriã. Cęsar quoq; olim per hunc montẽ penetrauit in Galliam, sicut & Galli hodie per eum Italiam petunt. In huius montis cacumine super ingentia saxa & abruptas petras constructum est Xenodochiũ, ubi omnibus transeuntibus hospicium & uictus gratis offertur, qui recipere dignantẽ. Sunt autem in hac domo continuè duodecim Canonici regulares Deo & hominibus seruientes, fundarumq; est collegium ipsum à Diuo Bernhardo, Canonico ecclesiæ Augustanæ Prætoriæ. Circum domum illam longe lateq; spacio trium miliariorum nihil inuenitur in superficie terræ præter saxa & niues, non crescunt ibi ligna neque gramina, sicut nec in alijs multis alpium montibus. Coguntur ergo Regulares illi uictualia & quæcunque alia necessaria aduehere spacio quatuor, quinq; & sex miliariorum, idq; tergis iumentorũ: potissimum autem à Martinacht continuo multos habẽt equos oneratos & ad hoc instítutos, itinere quatuor miliarium plana uia ultrà citráque transeuntes, donec perueniunt ad radicem montis.

Mons Gothardi.

Rhodani origo.

Grimßlen mons.

Mons Sempronij

Mons Gemmi.

Augusta Prætoria.

Hospitale sancti Bernhardi.

Hinc est

Hinc eſt illis aſcendendum per cliuum ingentem uſque ad cacumen montis. Hoſpicium illud aiunt eſſe ampliſſimum ut etiam ſexcentorum peregrinorum capax eſſe poſſit. Qui hoc loco moriuntur ſepeliri non poſſunt, quum ibi non ſit terra foſſilis, ſed cadauera eorum proijciuntur in profundas ſpeluncas petrarum, ubi frigore rigeſcũt, donec reſoluantur. Inueniuntur ingentia ſaxa in hac regione, ut etiam homines eis uice tectorum utantur, id quod ego uidi non procul à Seduno in ualle Bremis, ubi monachi quidam cœnobiolum aliquod exciderunt in petra cum eccleſia, culina, hypocauſto & cellulis aliquot, ſine ullo lignorum adiumento. Petra ipſa eſt monaſterij tectum, parietes, poſtes oſtiorum & manſiunculæ ipſæ. Opus eſt difficili aſcenſu donec ad eius atrium uenias. Cum ego illud luſtrarem, erat uacuum monachis, eo quòd ante paucos annos omnes peſte in eo lapide perijſſent.

Cœnobiolum in petra.

De populis Valeſiæ.

INcolæ huius regionis longe ante & poſt Chriſtum natum uocati fuere Seduni & Seduſij, fueruntq; fortes & bellicoſi nec minoris reputationis quàm uicini eorum Heluetij. Occalluerunt ad labores, calores & frigora, & ut in ſumma dicam, habitudo populi non differebat à facie terræ. Vt enim terra ipſa aſpera eſt ob montes & petras, ſic incolæ erant graues, ſeueri, intrepidi, magnanimes & feroces contra tyrannos & hoſtes, qui æquitatem opprimere nitebantur. Multi ex ueteribus ſcriptoribus faciunt eorum mentionem, præſertim Julius Cæſar, Plinius, Pomponius Mela & quidam alij, quorum quidam eos appellant Sedunos acres, quod profecto non uulgare eſt teſtimonium grauitatis & magnanimitatis eorum. Quando uero & ob quam cauſam hæc regio poſtea Valeſia & uulgo Wallis eſt appellata, inueſtigare minime potui. Fieri tamen poteſt quòd uocabulum illud natum ſit á latina uoce Vallis, aut ab arce Sedunenſis ciuitatis Valeria, quam hodie inhabitant Canonici cathedralis eccleſiæ. Noſtro æuo diuiditur hæc regio in ſuperiorem & inferiorem Valeſiam. Superior habet linguam germanicam & eſt proprie tractus Sedunenſis, incipiens à Furca & excurrens uſque ad marcam regionis, quæ eſt ſub Seduno iuxta amnem Morſum, complectiturq; ſeptem Deſenas ſeu diœceſes, quas illi Zenden uocant, nempe Sedunum, Syder, Leuck, Raren, Viſp, Brig & Gombs, habentq; ſingulæ diœceſes ſuos iudices & officiales. In his diœceſibus inueniuntur triginta parochiales eccleſiæ. Inferior Valeſia utitur lingua Subaudica, incipitq; à memorato amne Morſo, & extenditur uſque ad pontem ſancti Mauricij, cuius incolæ olim Veragri dicti ſunt. Noſtro uero tempore paret ſuperiori Valeſiæ, quæ illis dat præfectos & iudices. Habet autem inferior Valeſia ſex communitates quas illi uocant uexilla ſeu baneria, nempe Gundes, Ardon, Sallien, Martinacht, Intremont & ſanctum Mauricium, & in his inueniuntur uigintiquatuor parochiales eccleſiæ. Habuit quoque plurimas arces, antequam à ſuperiori Valeſia expugnaretur, ſed ſunt omnes ferè diruta, ſedecim ſcilicet, nec permittuntur aliæ extrui, ad præcauendum futuram rebellionẽ. Populus in Valeſia eſt hodie erga exteros, quantum ego ad uertere potui, ualde humanus & affabilis, totusq; benefi-

Seduni acres.

Superior Valeſia.



Quid Matzen

cus. Inter ſe uero paulo rigidiores, quàm deceat amicos & uicinos. Nam habent conſuetudinem quandam ueterem & ius quoddam mirabile, uulgi approbatione receptum, quod illi uocant Matzen. Illud enim ſi ante ædes alicuius ſuſpẽſum fuerit, proſcribitur ille quodãmodo, pelliturq; ab omnib. bonis ſuis. Accurrũt paſſim omnes uicini regionis, deuorantq; omnia illius, homine illo non audito neq; ad iudicẽ prouocato. Eſt aũt Matza radicũ arborearũ aut uitiũ mira quædam perplexio, cui imponunt deformẽ quandam & manu ſculptam humanæ faciei figuram, quæ præ ſe fert laruam & terriculamentum quoddam. Audio magiſtratũ non poſſe cõpeſcere furentis populi inſaniã, quando cum ſua Matza ad ædes alicuius hominis ſuſpitione crimi-

tione criminis laborantis concurrũt. Habent autem ſingulæ diœceſes ſuas Matzas. Scien dum præterea, commune eſſe in Valeſia, ut bona pars hominum, mulieres & uiri ſub men to ſtrumas habeant, cauſamq́ putant eſſe aquam ipſam. At ego uidi multos magnos & in ſignes uiros, qui ſuas quoque in pectore geſtabant ſtrumas, & tamen nunquam aut raro b.bunt aquam, niſi malis in puericia eos hanc corporis conciliaſſe deformitatem.

De magiſtratu & adminiſtratione reipublicę Valeſianæ.

EPiſcopus Sedunenſis princeps eſt & dominus totius Valeſiæ, ſuperioris & inferio ris, in rebus ſecularibus & ſpiritualibus, deditq́ Carolus Magnus circa annum Chriſti 805. hunc comitatum & præfecturam ſancto uiro Theodolo epiſcopo Sedunenſi atque omnibus ſucceſſoribus eius. Confirmauerunt quoque multi alij imperatores hanc donationem & roborauerunt uſque in hodier num diem. Moriente autem epiſcopo, ſurrogatur alius per do minos canonicos & ſubordinatos à ſeptem Deſenis legatos, il liſq́ electo adiungitur uir quidam iudiciaria fultus autoritate ad dirimendum & decernendum in cauſis prophanis, qui totius re gionis capitaneus eſt. Deligitur autem per principis & ſeptem Deſenorum communes legatos tempore natalicíorum Chriſti in communi totius prouincię conſilio, duratq́ ad biennium offi cium eius. Stipatur ſex aut ſeptem famulis equitibus in expen ſis principis. Habitatio principis eſt Seduni, habetq́ in ditione ſua ſex arces ſatis munitas, duas Seduni, nempe Meyerin in ciuitate, & Tyrbilen in emi nenti monte ciuitati adherente, unam in Naters, unam in Leuck, unam in Enfiſch atque unam in Martinacht, ſed quæ ſub cardinali Matthæo eſt exuſta. Anno Chriſti 1417. percuſſit natio Valeſiana fœdus cum Lucerna, Vrania & Tranſſyluania, fuitq́ prima mu nicipalis obligatio facta cum iſtis quinque Deſenis, Seduno, Siders, Viſp, Brig, & Gõbs. Deinde anno Chriſti milleſimo quingenteſimo triceſimo tertio fuit hoc fœdus innoua tum, clarius explicatum, & extenſum per Adrianum à Riedmat epiſcopum Sedunenſem, per capitulum eccleſiæ cathedralis & ſeptem Deſenos totius regionis Valeſianæ, cum tri bus memoratis Cantonibus, Lucerna, Vrania, Tranſſyluania & cum Suicia, Tugio, Fri burgo & Solothuro. Facta eſt hæc confœderatio Lucernæ die Mercurij ante feſtum Thomæ apoſtoli. Fuit & cum Bernatibus fœdus primum ictum anno 1446. ac deinde temporibus domini Gualtheri nouum factum fœdus,, uetus uero penitus abolitum ſepti ma ſeptembris, anno 1475. Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto, quum rex Galliæ & Bernates ob certas cauſas ducem Subaudiæ pellerent è ditione ſua, ſi biſq́ regionem eius uſurparent, pars quædam terræ Zablees dedidit ſe ſeptem Deſenis Va leſiæ, gubernaturq́ hodie à tribus præfectis ex ſuperiori Valeſia deſignatis. Vocantur au tem præfecturæ illæ, Monthey, Yſtan & Hochtal. Abundant iſtæ tres præfecturæ urſis, ceruis, hinnulis, capreis, apris ſylueſtribus atq́ alijs feris.



Epiſcopus dominus Valeſiæ

Arces epiſcopi

Confœderatio Valeſianorum

DE CIVITATE SEDV nenſi & aliis oppidis Valeſiæ.



ETropolis Valeſiæ uocata fuit ab antiquis tẽporibus Sedunũ, germanicè Sittẽ & gallicè Siun, habẽtq́ incolę duas linguas, germanicã & gallicã cõ munes. Nec habent Valeſiani aliam circũmuratã præter Sedunũ ciuitatẽ, ſed egregia loca, quanq́ S. Maurici⁹ ſiue Agaunũ pro oppido haberi poſ ſet. Habent incolæ totam Vallem à loco S. Mauricij uſq́ ad Furcã montẽ, pro una ciuitate, quæ ad læuam & dextram uice murorum altiſſimis monti bus & inexpugnabilibus ſaxis clauditur, habens portam & introitũ apud S. Mauricium. Super-

Tota Valeſia una ciuitas.

Superfluum ergo & inane iudicant esse, si omnia oppida muris cingerentur. Olim quum regio non uni pareret domino, & ex uno dominio duæ fuissent factæ ditiones, fuerunt extremitates muro intercluſę, idq; haud longe infra Brigam, qui porrigebatur & adhuc porrigitur (licet totus sunt ruinosus) à Rhodano ad montana australia, uocaturq; germanicè, Amgesteín, hoc est, apud lapides, nec quenquã inueni in regione ipsa qui mihi narrare potuit causam, ob quam superiores Valesiani se segregauerint ab inferioribus, aut quo tempore hæc regionis separatio facta fuerit. Sed ut redeam ad Sedunum, noueris illud pro more patriæ elegantem esse ciuitatem, crescitq; indies splendor ædificiorũ. Adiacet urbs ipsa monti, qui in media planicie inter altissimos montes uallem claudentes, sensim uersus ortum
Valeria. consurgit, bifurcaturq; in duo petrosa fastigia seu eminentes colles. Qui dextram tenet, alluitur in subiecta ualle Rhodano, uocaturq; Valeria, quæ olim fuit arx bene munita, iam uero inhabitatur à Canonicis, habentq; ibi cathedralem ecclesiam, quum tamen uera & uetus episcopalis ecclesia sit in ciuitate ipsa prope portam, Gundes appellatam. A sinistra uero ciuitatis & à residentia episcopi ascendit leniter mons petrosus & ualde angustus, fitq; gradatim multo sublimior quàm sit Valeria, & habet utrinq; præcipitia profunda, quę non facile humano labore & sudore conscendi possunt, præsertim à latere septentrionali, duratq; hic ascensus ad spaciũ iactus bombardæ, in cuius summa extremitate arx est con-
Arx Tyrbile. structa ualde amœna & fortis, quæ Tyrbile uocatur, habens multas elegantes & amœnas mansiones, quin & uinum præstans & nobile illic reconditum habetur, offerturq; bibendum adductis amicis. Illic se recipit princeps cum familia sua, quando calores in inferiori castro tempore æstatis inualescunt. Est enim aura illius sublimioris loci multo tempera-
Maierin. tior quàm aër inferioris castri. Appellatur autem arx inferior Maierin, estq; extructa super saxo eminenti, quòd omnia ferè ciuitatis ædificia sua sublimitate excedit, præter pauca ædificia è regione eius in radice montis Valeriæ sita, ut est domus magnifica domini Iohannis Kalbermatteri, & quædam alia pauca. Cæterum quàm fertilem agrum Sedunum habeat dici nequit. Nobilius uinum & meliorem panem non licet circumquaq; inuenire. Habet hortos & pomaria atq; prata ualde bona. Apes recondunt apud eos mel in tanta copia, ut per integrũ annum illis suppetat mel ex aluearijs, id quod Leucæ uidi & gustaui. Abundat quoq; regio ista, præsertim circa Sedunum, ualde precioſis caseis, habent & optimos pisces in Rhodano, maxime truttas, eosq; tanta magnitudine & pondere, ut adæquentur interdum triginta libris uulgaribus. Parant quoq; multas salitas & exiccatas carnes, præsertim à pinguioribus ouibus & castratis arietibus. Non fumo indurant carnes, sed salitas exiccant in aëre & postea reponunt in stramine. Delectantur huiusmodo carnibus ouillis magis quàm ijs quæ fumo macerantur.

Ciuitas

CIVITAS SEDVNEN SIS, OPERA PRAECLARI uiri Iohannis Kalbermatteri ad

ætatem noſtram diligenter deſcripta atque delineata.

Sedunenſis ciuitas cum duabus arci




ibus arcus & Valeria cathedrali ecclesia.



D 2 S.Mauri-

Sedunenſis ciuitas cum duabus arcibus & Valeria cathedrali eccleſia.



S.Mauricius, olim Agaunum.

DE iſto oppido ſuprà multa & uaria dixi. Incolarum uictus conſiſtit in plantatione uini, quod nobile ibi creſcit & largum, at parum colligunt frumenti propter uallis anguſtiam & præcipitium montis auſtrum aſpicientis. Vbi uero per fauces illas montium paululum deſcenderis exieriſq; Valeſiam, diuaricantur montes magis ac magis, ut incolæ illorum locorum maiorem habeant planiciem pro frumento ſerendo & pratis parandis quàm ſint intra iam dictas montium fauces ſpacia.

Martinacht ſiue Octodurum.



EST locus iſte celebris ſua uetuſtate ac amœnitate. Habet planiciem amplam, quæ contrahitur in fauces & montiũ conuallia, per quæ & Cæſar primus olim in Galliam penetrauit. Ducunt enim fauces illæ plano itinere ad montem ſancti Bernhardi, & hinc in Mediolani ditionem. Vnde Cæſar libro Commentariorũ tertio de Gallico bello inquit. Cùm in Italiã proficiſcereť Cęſar, Ser. Galbam cum legione duodecima & parte equitatus in Antuates, Sedunos, Veragroſq; miſit, qui à finib⁹ Allobrogũ & lacu Lemãno & flumine Rhodano ad ſummas alpes pertinent, &c. Eſt fundus huius oppidi aptus frumẽto, fœno, pomis & aliis homini neceſſariis ferendis. Vnde & regionis princeps olim, antequã arx à ſeditioſis exureretur, cõſueuit hic ſæpe per annum habitare. Viſuntur hic in hunc uſq; diem quędam ueſtigia Romanarũ antiquitatum. Nam ante & poſt Chriſtum natum, Romani hoc in loco frequentes habuerunt ſtationes. Extat adhuc ante templũ loci magna columna, cui Romanæ inſcriptæ ſunt literæ. Eſt & alius lapis muro eccleſiæ incluſus habens latinas literas, ſed uterq; lapis adeo eſt corroſus, ut ex ſcriptura nullus integer poſſit haberi ſenſus. Hęc potui in colũna legere, INVICTO AVG. DIVI CONSTANTII FILIO. Ab iſto loco deflectit uallis Valeſiana ab auſtro uerſus aquilonem quadrante ferè, hacq; lege & linea aſcendit uerſus orientem ad Gombs uſque.

Gradetſch & uetus Sider.

DVæ aut tres amœniſſimæ arces extructæ ſunt ſuper uno monte, Gradetſch (ſicut & arces) appellato, ad cuius montis radicem Rhodanus leniter ſecundo flumine deſcendit. Circa montem uero circulariter eſt planicies quædam amœna, quæ non parum uoluptatis habitatoribus arcium olim cum adhuc habitarentur afferebat. Hodie arces dirutæ ſunt ſicut & multæ aliæ in Valeſia, at fragmenta & ruinæ ſatis oſtendunt, qualem arces habuerint amœnitatem. Idem eſt iudicium de arce, quæ uocatur uetus Sider.

Sider & Leuc.

SVnt hæc duo egregia oppida, habentq; arces ſed non ſatis firmas, nec alto loco ſitas. Creſcit ibi uinum generoſum. Leucæ ſolet princeps celebrare comitia ditionis ſuæ, quòd hoc oppidũ medium teneat locum totius regionis. Faciunt incolę huius loci graues expenſas pro aquæductibus per præcipitia montium in canalibus deriuandis, quibus adaquant & rigant prata montibus adhęrentia, id quod tamen nedum Leucę fit uerum & per totam prouinciam. Vnde dicunt incolę, ſe maiores facere ſumptus pro aquis deducendis quàm pro uino plantando.

Raronia

Raronia & Veſpia.

ESt Raronia oppidum antiquiſſimum, ſicut & adiacens rupta arx, Ad turrim appellata. Nam temporibus Ottonum Imperatorum, numeratus eſt dominus Raroniæ inter quatuor barones imperij, qui & alio nomine appellatur dominus de Thuſis. Veſpia elegans eſt oppidum, adhæretq; mõti ſicut ferè omnia oppida Valeſiæ. Habuit & elegantem arcem in colle quem magnus inde tranſiens alluit fluuius, ſed locus hodie eſt uacuus, niſi quod ex ruderibus quædam adhuc ueſtigia murorum prominent. In recessu interiori huius loci, aſcendendo per uallem, uenitur ad pontem lapideum, qui connectit duos montes, eſtq; tanta profunditas à ponte ad ſubiectum flumẽ, ut ferè dominicam orationem dicere poſſis donec lapillus manumiſſus deſcenderit. *Põs Staldenſis*

Brig, Naters, Moril.

POſt Sedunum Briga uidetur elegantius in Valeſia eſſe oppidum, niſi quod caret ſepto muri. Nam iacet in magna planicie, habetq; circum ſe multa prata & alia prædia, uinum tamen quod ibi creſcit eſt ignobile, ſicut & in regione ſuperiori, atque ideo afferunt uinum Lamparticum, quod delicatum eſt. Naters è regione Brigæ atque ab alia ripa Rhodani, eſt quoq; amœnus locus, abundat elegantibus hortis & pratis, quia habet amplam planiciem. Vbi uero hinc contra Rhodani curſum aſcenderis, montes utrinq; coeunt & nõ amplius ſpacij reliquũ quàm opus ſit pro riuo Rhodani, duratq; hæc montium auguſtia donec ueneris uſq; ad Moril, ubi quoq; uinũ creſcit, ſed quod ſubacidum eſt. Incipit quoq; ibi panis crudeſcere, ut rudiorem & inſipidiorem in tota Heluetia uix inuenias. Frumentũ enim ibi tarde matureſcit, ita ut Aroniæ ac deinceps in ſuperioribus Valeſię locis, ſiligo uix in medio menſis Auguſti matureſcat. Eſt enim iuxta Aroniã & Monaſterium terra non deformis, ſed tota brumalis. Hanc tamen ſuperioris Valeſię ſterilitatem, compenſat Sedunẽſis agri mira fertilitas. Eſt in Gomſs, hoc eſt, in ſuperiori Valeſia, uilla quædam Vlrichen nomine, cuius habitatores Hyemali tempore in magno ſunt periculo, propter globos & moles niuium, quæ deſuper ex præcipitijs montium deuoluũtur & ad domos uſq; labuntur, & interdum demoliuntur.

De glaciebus induratis, quas uulgo Gletſcheren uocant.

QVanquam glacies illæ nunquam reſolubiles, non ſint lapides neq; metalla, in puritate tamen non multũ differunt à depuratis cryſtallis, inueniuntq; maxime uerſus auſtrum in ſummis & agreſtioribus montibus, quos uocant Niuoſos montes. Non ſunt proprie ſecundum conditionem naturæ ſuæ niues neq; glacies, ſed ſunt induratæ glacies, quæ in ſummitatibus montium nunquam liqueſcunt, ſed à duobus aut tribus millibus annorum cooperuerunt cacumina montium & impleuerunt ualles & ferè in lapidem induruerũt. Et ſi quandoq; portio aliqua in demiſſam cadat uallem, manet multo tempore, priuſquam calore ſolis in aquam reſoluatur. Eſt quoq; natura eius, ut ſeipſam purget, ut nec terra, arena aut lapis, magnus uel paruus, aut alia extranea materia in ea maneat, ſed repurgatur in modum cryſtalli. Habet in multis locis immenſam profunditatem, ſcinditurq; nonnunquam in maximas rimas & fiſſuras, ut magnum periculum ſit uiatoribus in paſſagijs ſicut & uenatoribus ipſis, præſertim quando fiſſuræ conteguntur niuibus. In multis locis fiſſuræ tam profundæ ſunt, ut ſuperent altitudinem ſeu menſuram trecentarum aut quadringentarum ulnarum, ulna capta pro maxima extenſione brachiorum. In quibuſdam fundus inferior menſurari ob nimiam profunditatem nequit. Cum æſtiuali tempore cõcreta illa glacies diſrumpitur, exoritur crepitus tam acutus & horrendus, ut putes totam terram diſſilire. Solent etiam uenatores ſuſpendere tempore æſtatis captam uenationem in huiuſmodi glaciei hiatus, ut in illis frigore conſtricta, ſalua conſeruetur uſq; ad tempus diſtractionis. Vtuntur incolæ hac glacie in morbis deſperatis, præſertim ad ſiſtendum dyſenteriam, pro remedio, ad extinguendum acutam febrim. *Fiſſuræ glacierum.*

Aqua glacialis

Contraria enim cõtrarijs curantur. Asserunt etiam aquam quam glacies illa indurãta à se emittit, ad multa conducere, multisq; mederi ægritudinibus. Est tempore æstatis frigidissima, turbida & cinerei coloris, perinde ac si multo cinere esset permixta, erũpitq; passim ex uallibus magnis riuis. In quibusdam locis ex altissimis saxorũ locis funditur, præsertim inter Agaunum & Octodurum magnus ex edito mõte labitur riuus, præbens uisentibus horrendum spectaculum. Est glacies illa tam frigida res, ut portio aliqua magnitudine oui immissa cantharo uini calidi, totum uinum frigidissimum reddat. Sũt inter ueteres, qui huius glaciei quoq; faciunt mentionem, præsertim Silius poeta, qui floruit tẽporibus Vespasiani & Titi, qui in hunc modum scribit.

Cuncta gelu canaq; æternum grandine tecta
Atq; æui glaciem cohibent, riget ardua montis
Aetherij facies, surgentiq; obuia Phœbo
Duratas nescit flammis mollire pruinas,
Quantum tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos atq; atræ stagna paludis
A supera tellure patet tam longa per auras
Erigitur tellus & cœlum intercipit umbra,
Nullum uer usquam nulliq; æstatis honores
Sola iugis habitat diris, sedesq; tuetur
Perpetuas deformis hyems illa undiq; nubes
Huc atras agit & mixtas cum grandine nimbos,
Iam cuncti flatus uentiq; furentia regna
Alpina posuere domo, caligat in altis
Obtutus saxis abeuntq; in nubila montes.

Quomodo Hannibal primus transcenderit huiusmodi glacies & canescentes uias.

Rumpit inaccessos aditus atq; ardua primus
Exuperat, summaq; uocat de rupe cohortes,
Tum qua durati concreto frigore collis
Canenti, canescenti. Lubrica frustratur canenti semita cliuo,
Luctantem ferro glaciem premit, haurit hiatu
Nix resoluta uiros, altoq; à culmine præceps
Luwene. Viuentes turmas operit delapsa ruina
Interdum aduerso glomeratus turbine corus
In media ora niues fuscis agit horridus alis
Aut rursum immani stridens auulsa procella
Audacis rapit arma uiri, uoluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu
Quoq; magis subire iugo atq; euadere nisi
Erexere gradum, cresci labor, ardua supra
Sese aperit fessis & nascitur altera moles
Vnde nec edomitos exudatosq; labores
Respexisse libet, tanta formidine plena
Exterrent repetita oculis, atq; una pruinæ
Canentis quacunq; datur permittere uisus
Ingeritur facies, medio sic nauita ponto
Cum dulces liquit terras & inania nullos
Inueniunt uentos, securo carbasa malo
Immensas prospectat aquas ac uicta profundis
Aequoribus, fessus renouat sua lumina cœlo.

Anno Christi 1546. quarta augusti quando traieci cum equo Furcam montem, ueni ad immensam molem glaciei, cuius densitas, quantum conijcere potui, fuit duarum aut trium

rium phalangarum militarium, latitudo uero continebat iactum fortis arcus, longitudo ſurſum tendebatur, ut illius receſſus & finis deprehendi nequiret, offerebat intuẽtibus horrendum ſpectaculum. Diſſilierat portio una et altera à corpore totius molis magnitudine domus, quod horrorem magis augebat. Procedebat & aqua canens, quæ ſecum multas glaciei particulas rapiebat, ut ſine periculo equus illam tranſuadare non poſſet. Atq; hũc fluuium putant initium eſſe Rhodani fluuij, tametſi haud procul in demiſſiore loco magnus fons in illo monte ſcaturiat, quem alij putant originem eſſe Rhodani. Accurrunt etiã undique plurimi riui aquarum in montibus collecti, qui illico primam Rhodani uenam plurimum augent & unà uoluuntur atq; præcipitantur per aſpera ſaxa, anguſtias montiũ & alia confragoſa loca, tantum ubiq; excitantes ſtrepitum & ſonitum, ut uix comitem te alloquentem audire poſſis. Durat autem is ſtridor & impetuoſus fluxus uſq; Brigam ferè, ubiq; rupibus preſſus. Monaſterij tamen & Reckinenſium agros placidus & ſilens interſecat. Excipit inter conuallium anguſtias una ſpumoſa cataracta aliam, tantaq; inſania nonnunquam aquæ per ſaxa præcipitantur, ut nedum in ſpumam uerum & in nebulam reſoluantur. Idem fit in flumine quod ultra Furcam ex concurrentibus riuulis & reſolutis niuibus naſcitur, quod uulgo Ruſs uocant, nec eſt ſine cataractis quouſq; in Vrania miſcetur magno lacui Lucernenſi. Sunt autem qui putant Rhodanum ſic dictum à uerbo rodo, quod in quibuſdam locis perpetuo corrodat ripas ſuas. Siquidem in una hora relicto priori alueo nouum rodit, uagaturq; in ualle ipſa, non ſine magno inhabitantium damno, quod maxime ſentiunt Veſpiani & Durtmandini, qui & ingentibus aggeribus graſſationi eius obuiant, ne uberes agri eorum in nihilum redigantur. Iuxta originem Rhodani multæ effodiuntur cryſtalli, quia cryſtallus naſcitur ex gelu uehementiore concreto, nec alibi reperitur quàm ubi hibernæ niues rigent. Eſt quoq; ibi copia murium Alpinorum, homines tranſeuntes allatrantium.

Rhodani origo

Rhodanus unde ſic dictus.

Cryſtallus.

De fertilitate Valeſiæ.

NVlla re ſuſtentationi hominum neceſſaria caret Valeſia. Profert hæc clauſa regio uinum & panem atq; fructus omnis generis: abundat etiam carne & piſcibus. Incipit uinum creſcere in diœceſi Brigenſi in montibus, continuaturq; eius plantatio per deſcenſum Rhodani donec uenias ad S. Mauricium. Gultus non eſt unus. Apud Sedunum & Syders eſt nobiliſſimum, tametſi rubeum præſtantius ſit albo. Eſt rubeum tam atrum & dẽſum, ut poſſis cum illo ſcribere. In terra Gundes & Martinacht, album ſuperat in bonitate rubeum. Vix licet in Germania inuenire locum, ubi nobilius quam Seduni creſcat uinum. Euehitur quoq; in alias propinquiores terras, nempe in Sanen, in Vraniam & Siebenthal. Conſeruari poteſt ad decem aut uiginti annos, excepto eo quod uulgo Muſcatel uocant, quod ultra biennium cõſeruari nequit. Cæterum quãtũ ad fumẽtũ attinet, regio nulla laborat penuria. Habet triticum & ſiliginem, habet & æſtiuale frumentum quod Lanxi uocant, habet hordeum, auenam, fabas, piſa, lentes & milium: habet ferè tantam meſſem, quę incolis per annum ſufficiat. Incipit meſſis in Maio & durat uſq; ad feſtũ ſancti Michaelis. Primum matureſcit frumentum in ualle, deinde in montibus & conuallibus niuoſis. Seduni, in Syders & Gundes creſcit crocus in magna abundantia: ſunt ibi malogranata, amygdali & ficus. Per totam quoq; regionem inuenies omnis generis poma, pira, nuces, pruna, ceraſa omnis generis, caſtaneas, moros, perſica, auellanas, corna, quæ & Baſileæ habentur. Nec penuriam habet hæc regio in animalibus: nam nutrit uaccas, boues, equos, aſinos, mulos, oues, porcos, capras, anſeres, anetas, gallinas, cuniculos, pauones, colũbas, canes uenaticos, magnos & paruos. Abundat quoq; apibus unde magnum habetur emolumentum.




Vinum Sedunenſe.

Lanxi.

Fructus terræ.

lumentum. Oues in utroque ſexu ſunt plerũq; cornutę. Habẽt incolæ pro pecoribus multa prata, præſertim in receſſibus montium & ſuper ipſos montes, quos maximis impenſis irrigant, aquæductibus ſiccitatem eorum temperantes. Habent uaccæ alpes ſuas, ſicut & oues atque capræ ſuos montes, quæ in principijs mõtium et petrarum inter capreas ſyluestres ſiue ibices uerſantes, aſpiciẽtib. plerunq; horrorẽ incutiũt, ſingulis momẽtis caſum minãtes, id quod ouib. interdum accidere ſolet, quæ tã firmũ ueſtigium ut capræ hirci & hœdi in mõtis declíuitate figere neſciunt. Sunt inter montes aliquæ ualles, quæ aliquot millia nutriunt uaccarum, præter oues, capras & alia pecora. Ex caſeo, butyro & coagulato lacte magnũ habent annuatim emolumentum. Vendunt quoq; per ſingulos annos magnum pecorũ numerũ in Italiam. In Rhodano & aljs affluentibus amnibus inuenĩtur uariæ & multæ ſpecies piſciũ, præſertim Truttæ miræ magnitudinis, Lucij, Carpones, Tenchæ, Funduli, Carabi ſeu Capitones, cancri & aliæ ſpecies.



Nobiles piſces


De arboribus, herbis & radicibus.


SVppeditant montes huius regionis multas nobiles herbas & radices, id quod medici & pharmacopolæ non ignorant, præſertim gentianam, mutrinam, danmargã, ſpicam celticam, oſtrutium, ſquillum, ſelligen, pimpinellam, aſtrentzẽ, mõreziblẽ, eberwurtz, &c. Abundant quoq; ualles & inferiores montes proceris arboribus,

Larix. præſertim Laricibus, abietibus, pinis & eiuſmodi ſpeciebus. Larices creſcunt in miram altitudinem, habentq; lignum durum, ſubrufum & bene olens, quod ad multa conducit. In maio decerpunt ramuſculos teneriores, quibus utuntur in balneis contra uarios morbos, potiſſimum contra lepram. Aqua quoq; ex eis diſtillata, ualet contra lepram. Item qui ædificant domos & parant hypocauſta ex hoc ligno atq; inhabitãt, ſunt liberi à leprę infectio-

Terebinthus. ne. Fiunt etiam foramina in hãc arborẽ, per quæ educitur reſina, quæ uulgo à Terebintho Terpenthin & à Valeſianis Lertſchinen appellatur. Eſt hęc reſina nobile remedium cõtra uulnera & multos morbos. Vbi tamen arbor pro elicienda reſina uulnerata fuerit, deſciſcit plurimum à natura & uirtute ſua, perdens odorem, uires & robur. Creſcit quoq; in cor-

Agaricum. tice Laricis fungus quidam, colore candido, medicine uim habens quem medici Agaricũ uocant, eſtq; res pręcioſa contra capitis dolorẽ, quem admodum ſcribit Plinius lib. 25. cap. 6. Dicitur etiam naſci circa Boſphorũ, ſicut & in Gallia Ciſalpina, ſed quod melius & præſtantius eſt, uiderint medici ipſi. Præſe fert autem arbor iſta figuram abietis, creſcitq; inter abietes, ſed in multis differt ab eis. Quædam recte aſſurgunt in altum inſtar abietum, quædam expãdũt in latera ramos ſuos, & parui ſurculi qui ex maioribus ſuccreſcunt, habẽt paruas quaſdam papillas, & ex papillis illis prodeunt folia uirentia, qualia habet iuniperus





niperus, niſi quod ſunt molliſſima & lõgiora articulo digiti, nec manent per hyemem in arbore, in qua re differũt ab abiete & pino, quæ comam retinẽt. Larices habent inſtar abietum thecam & conum ſeminis, licet minorem & tenerio rem. Cortex earũ eſt hiſpidus & rubicundus, haud multum differẽs à corticibus pinaſtrorum, quas arbores Valeſiani tęlen & reliqui Germani Fhorẽ uocant. Sunt præterea in montibus Valeſiæ rubicundæ abietes & albæ, reſinã quoq; ſtillãtes. Sed ea reſina pręcioſior iudicatur, quæ ab albis ſtillat abietibus quas incolæ uocant arben, quam quæ à rubeis, uocaturq; in regione Trãbech. Pinus quoq; exudant reſinã, & amplio rem quidem quàm abietes, ſed nullius eſt æſtimatiõis. Plinius uocat has arbo res Pinaſtros, id eſt, ſylueſtres pinus. Fructus quẽ hæc arbor extrudit, appellat in regione ipſa ardzapffen, in Germania aũt ipſa danzapffen, id eſt, coni abietum. Nã diſponitur fructus ille ſeu theca eius in formã coni ſeu pyramidis. Aiũt aũt fructũ illũ calidæ eſſe naturæ, ſaporẽq; eius parũ differre à guſtu auellanarũ. Fiunt ex eo confectiones. Sunt qui arborem illam Tedam uocant, flãmis ac lumini ſacrorum gratam.

Larices.


Tãlen.

Fõrenen.

Danzapffen.

De mineris & metallis Valeſianæ regionis.

IN diœceſi Gomſs inueniuntur in multis locis pulcherrimæ cryſtalli, idq; in duplici genere. Quædam namq; ſunt puræ & claræ & inueniuntur interdum in tanta quantitate ut uiginti aut triginta ponderẽt libras. Prębet hęc cryſtallus huiuſmodi in medicina uſum, *Cryſtallus.*



ut trita in tenuem puluerem & in uino auſtero pota, auxilietur dyſentericis, quia multum exiccat. Aliud genus eſt quoque clarum & pellucidum ſed fuſci coloris, ut uerſuti mercatores, potiſſimum Iudæi, huiuſmodi lapides uendant pro Amethiſtis. In diœceſi Veſpienſi fodiuntur quoque cryſtalli, ubi & minera argenti inuenitur ſicut & in deſeno Raronienſi. In Lötſthen eſt uena plumbi & in Sider uena argenti. In deſeno Sedunēſi eſt minera cupri. In eodem quoque agro inuentus eſt anno 1544. fons ſalis. In agro Martinacht eſt fodina ferri. Et intra terminos loci Intremont in ualle Bangis ſunt multæ argētifodinæ. Quin & ante paucos annos inuenta eſt minera lapidum, quorum uſus eſt uice carbonum, quales habentur Aquiſgrani & Leodij. His hodie utuntur in Valeſia ad reſoluendum lapides in calcem. Cum hi carbones naturales accenſi fuerint, non extinguūtur donec in cinerem redigantur. Quidam utuntur quoque eis tempore hyemali ad calefaciendum hypocauſtum. Oſtenſi ſunt mihi hi carbones in ualle Bremis è regione Seduni, iuxta quendam prę terfluentem glacialem amnem, ſubter ingentem ſaxoſum montem, unde unum mecum Baſileam portaui, non parum uoluptatis in huiuſmodi raris & peregrinis rebus habens.

De thermis Valeſianis atque efficacijs earum ſalutaribus.

Thermæ Brigenſes.




Therme Brigenſes ſulphuree.

ESt ualde amœnus locus circa thermas Brigenſes, interceptus montibus & Rhodano fluuio. Nam ſunt illic uineæ, horti, prata, agri, fonticuli, ſyluæ & amnes: atque à ſeptentrione incumbit thermis mons altus & præceps, ex cuius radice & petrę ſciſſura promanat uena tenuis aquarum calidarū, quæ tribus canalibus deducitur in tres capſas, quarum quæcp capax eſt quindecim aut ſedecim hominum. Eſt autem aqua illa in ſua eruptione, ubi ex petra prodit, nō calidior quàm corpus humanū ferre poſſit. Licet quoque & id ibi uidere, ut iuxta aquas illas calidas prodeat riuulus aquarum frigidarū, ſimul ex una ſciſſura petrarum proruentes, id quod non parum uoluptatis affert his qui thermis illis fruuntur. Eſt autem aqua illa tota ſulphurea, ſalubris & efficax his qui externas in corpore habent plagas & corroſiones. Cōducit & ſurdis atcp tinnientibus auribus, ſpaſmo, tremori, & catarro. Item prodeſt ſcabioſis & ulceroſis, atcp ſterilibus fœminis. Virtus eius commendatur maxime in his quatuor menſibus. Aprili, maio, ſeptembri & octobri. Abſtinere debent ab his thermis qui debili ſunt capite atque corpore, & qui calidos habent renes & epar. Similiter qui febri laborant.

De thermis Leucenſibus.

LOcus harum thermarum eſt quoque ſatis amœnus, habens circumquaque multa prata & ad ſeptentrionem altiſſima ſaxa & clauſurā montium, ad meridiem uero uallis eſt per quam uenitur ad oppidum Leuck, itinere ſeſquihoræ à thermis diſtās. Sunt autem thermæ illæ multarum aquarum, tamcp calidæ ut oua poſſint elixari in eis. Cohærent in medio pratorum in modum uici aliquod hoſpicia & domus cum ſacello & undicp ferè conſurgunt in cœlum montes & horrenda ſaxa, qui locum iſtum ſic claudunt, ut nullibi pateat exitus ſine ingenti labore & ſudore, præterquā ad oppidum Leugſam diximus, ad quod inter montes lenis & perpetuus eſt deſcenſus. Ad occidentē thermarum eriguntur ſaxa in cœlum, quæ ſine mentis ſtupore, ob eorum altitudinem, præcipitia & ſciſſuras inſpici nequeunt. Aliqua etiam ſic hiant, perinde ac ſi minentur ruinam, opreſſura omnia quæ ſunt in ſubiecta planicie. Retorquentur autem ab occidente in ſeptē trionem, ſuntcp interciſa magnis hiatibus & fiſſuris, per quos iter eſt inuentum, aut magis hominum labore factum, per quod magno ſudore & labore aſcenditur, uocaturcp eo loco ſaxoſus



saxosus ille mons Gemmi. Ascendit iter rectà in altum in modum ferè cochleæ, habẽs per petuas ambages & flexuras paruas ad læuam & dextram, estq; iter ualde angustum & periculosum maxime ebrijs & his qui uertigine laborant. Quocunq; enim demittuntur oculi, apparet chaos immensæ profunditatis, quam ægre etiam intueri possunt hi qui robustioris sunt capite. Certe ego non ascendi hunc montem citra tremorem ossium & cordis. Ab orientali plaga thermarum, ascendit sensim mons quidam, decoratus infrà amœnis pratis, & hic gyrat contra septentrionem in uallem quandam, per quam labitur amnis, qui tempore æstiuali augescit resolutione glaciei, quæ à remotis in cacumine montis cuiusdam illius uallis conspicitur. In prato uero illo leniter ascendente, hinc inde multæ proruunt scaturigines aquarum calidarum, spacio unius aut alterius iactus lapidis. Maior tamẽ & principalior uis aquarum erumpit in ipso uico, quæ tanta est, ut ingentem rotam molarem suo impetu circumagere posset. Media pars riui per canales deducitur ad capsas sex aut octo, quæ magnæ sunt instar mediocrium uiuariorum, reliqua medietas diffluit & perit sine usu. Per capsas intelligo hic loca ampla in terra excauata, lapidibus constrata & quadruplici muro parietum loco clausa atq; gypso oblita. Ab eruptione istius scaturiginis ad iactũ unius bombardæ uersus montem orientalem, profluit alia uena aquarum calidarum, qua utuntur leprosi, habentes ibi quoq; extructum hospiciolum. Hinc per iactum balistæ cernitur alia ebullitio aquarum calidarum, quæ paulo copiosior est ea quam leprosi possident, inclusaq; capsa petitur à multis, qui in inferioribus thermis eò usq; iam balneo indulserũt, ut cutis scabra opus habeat refectione & curatione. Cæterum aquæ in tot & tam diuersis locis promanantes, ubique eiusdem sunt caliditatis. Hæc autem caliditas tanta est, ut possis quidem digitum immergere aquis, sed non diu in eis tenere. Ad unum iactum bali-

Gemmi mons.

Copia aquarũ calidarum.


ſtæ ab iſta uena,ad dextram ebulliunt frigidiſſimi & optimi fontes,ex quibus maior in ſeptembri penitus euaneſcit & in ſequenti maio rurſum erumpit. Eſt aqua harum thermarum lympida & grata,carens quocunque fœtore,quia nihil habet de ſulphure, ſed de cupro & ære multum habet. Venit illuc tempore æſtatis,etiam à remotis locis,magna multitudo hominum:& niſi obſtaret portentoſa montium altitudo,quos oportet cum magna difficultate tranſcendere, affluéret tantus hominum numerus, quòd in oppidulo illo ſatis ſpacij pro illis hoſpitandis non eſſet. Aiunt autem aquam illam prodeſſe obſcuris & lippientibus oculis, ſpaſmoſis neruis, catarro & fluxui narium,debilitati pulmonis,& langueſcẽti ſtomacho. Fortificat uim digeſtiuam,& excitat appetitum. Medetur dolori ſplenis atque epatis & curat ulceroſa crura. Prodeſt quoque podagricis & conſolidat oſſa confracta. In ſumma,ſuccurrit omnibus frigidis & humidis morbis, & obeſt morbis ſiccis & calidis. Calefacit,exiccat,abſtergit,reſoluit & ſtipticat. Salubris eſt paralyticis & his qui deſtituuntur uſu membrorum,aut qui habent eneruatas uenas atq; neruos. Prægnantes uero mulieres iubentur abſtinere ab ea,ne uel potent aut abluantur ea. Hydropicis & calculoſis dicitur prodeſſe:ſicut & illis qui laborant calculo ueſicæ et dolore colico. Confortat in fœminis matricem frigore debilitatam & laxat uentrem bibentium eam. Sanat inueteratas & ulceroſas crurium plagas,ac deinde cicatrices male ſanatas refricat & perfecte ſanat.

Salubritas thermarum.

De ſylueſtribus & raris animalibus, atque de uariis feris, quæ nedum in Valeſia uerum & per totas alpes uſq; ad Atheſinam regionem inueniuntur.

HAbitant in hac regione in ſummis alpibus animantia quædam mirabilia, nobis qui extra hos montes degimus, penitus incognita, ut ſunt ægocerotæ ſeu Capricorni, meles, ibices, mures alpini, magni & parui lepores, magni & parui phaſiani, galli ſylueſtres, gallinæ petroſæ, item auiculæ quas parniſas uocant, perdices, bonoſæ, fulicæ, uultures, palumbi, anates aquatici & ſylueſtres, ardeæ, ficedulæ, mergi, coturnices, turdi, &c. Abundat quoq; terra urſis, lupis, lyncibus, uulpibus, martibus, falconibus, apibus mellificantibus, &c. Caret ceruis, capreis, apris ſylueſtribus, ſcorpionibus & conchyliatis ranis.

De capricornis & ibicibus.




Habent

HAbent capricorni manſiones ſuas in ſummitatibus montium iuxta induratas glacies. Nam ſi careant frigore, excæcantur. Non habet iſtud animal magnitudinem cerui, eſt tamen corpore graui & habet crura gracilia, caput paruum, pulchros oculos & ponderoſa cornua, quæ per ſingulos annos creſcunt uno internodio. Cũque ſenuerint, cornu unum pondus habet ſedecim aut octodecim librarum cum uiginti aut uiginti quatuor internodijs. Sunt capricorni colore griſeo, habentq; ungulas inſtar capræ, & innata eſt eis uis mirabilis ſaltandi in longum & altum. Nullum ſaxum eſt tam præceps & altum, quin capricornus poſſit aliquot ſaltibus peruenire ad cacumen eius, ſi modo ſaxum ſit ſcabroſum ubi fera figere poſſit pedes anteriores. Aiunt quoque ipſum poſſe ſaliendo tranſcendere murum non litum, ſtatura quinq; aut ſex uirorum altum. Venatores magnis funibus ſeſe demittunt è præcipitijs petrarum ad locum ubi uident uerſari hoc animal, nec illud fugit, ſed expectat eos accedentes. Neceſſe tamen eſt quum uenator accedere conatur ad ipſum, ut arctiſſimè muro aut ſaxo ſeſe applicet, ne capricornus inter illum & petram uiſum traijcere queat, alias enim impetum faceret in ipſum, deijceretque. Quando non uidet interſticium eſſe aliquod inter ſaxum et hominem, diffidit ſe illum cornibus poſſe comprehendere, atque ideo capitur à uenatore. Cum capricornus iuuenis capitur, poteſt cicurari, abitq; cum cœtu caprarum ad paſtum & redit cum eiſdem domum. Cum uero grandiorem attigerit ætatem, redit ad naturæ ingenium. Fœmellæ capricorno-


Capricorni uis ſaltandi.

Cicurantur capricorni.



rum uocantur in Valeſia ab ibice Ybſchen, et Plinius libro 11. cap. 37. uocat eas rupicapras, ſuntq; paulo maiores capris domeſticis, & habent formam ibicũ, non tamen griſeſcunt neq; ſunt tam magnę ut capricorni, nec habent tãta cornua, ſed cornua earum parum differunt à corniculis ibicũ, niſi quod recuruãtur ad tergum, ſicut ibicũ cornua flectuntur ad faciem. Ibicũ fœmellæ & maſculi non differunt cornibus, corpore, colore, aut alio accidente: æſtate rubeſcunt, hyeme uero griſeſcũt parumq; nigricant: uerſantur in inuijs montibus, ſed non in tã altis præcipitijs ut capricorni. Iuuantur non parũ inflexis corniculis quando ſurſum aſcendere laborant. Caro illorum meo iudicio non eſt tam ſuauis guſtui ut aliarum ferarum, ſed habet eruditatem quandam ſylueſtrem & ingratum ſaporem, etiamſi apud quoſdam in delitijs habeatur.

De mure montano.



MVs alpinus eſt qui & mus montanus cq; denominationẽ Itali hodie tenẽt, quia id animãtis uulgo murmõt appellãt, Germani aũt murmel thier, fortaſſis ob id, q; dormiens plerũq; murmur aliquod ędat. Eſt illi magnitudo media, habẽs figurã cuniculi magni, niſi q; habet aures reſectas & caudam oblongam, extẽſam ſcilicet longitudine octo tranſuerſorũ digitorũ. Habet anteriores dẽtes longos & acutos, irritatũq; acri morſu lædit. Sunt illi crura breuia, referta denſo pilo ſub uentre, perinde quaſi fluxas indutas habeat caligas. Habet

Cilus cicurati muris montani

pedes inſtar pedum urſi, longis armatos unguiculis, quibus fodere ſolet, & cauernas ſibi mirę profunditatis parare. Quando fruſtum panis, carnis, piſcis, aut pomum aut ouum durum (hæc enim omnia edit) illi offertur, recipit ea prioribus palmis, & reſidens in clunes more ſimię, illa comedit. Delectatur plurimum lacticiniis, quibus ſi intritus fuerit panis, exedit totum, & in modum porci uorantis iuſculum, labiis facit ſtrepitum. Ingreditur nonnunquam binis poſterioribus pedibus, ſtatq; erectum more urſi. Quando mutuo ludunt, latrant & garriunt inſtar catellorum. Indulgent plurimum ſomno, & uigilantes perpetuo ludunt aut aliquid agunt, puta rodunt dentibus uel uerrunt pedibus, aut ore aliquid deferunt de loco in locum, præſertim quod molle & nido parando accommodum eſt, ut eſt ſtramen, fœnum, linteolum, ligna gracilia & ſimilia, rictumq; oris adeo infertiunt, ut nihil amplius capere poſſit. Quod ſi pannus maior ſit capacitate oris, & rictum ingredi nequeat, ad terram poſt ſe trahunt. Veſtiuntur autem quædam griſeo, alia ſubrufo pilo.

Mira animantis natura.

Quum adhuc uerſantur in montibus aſperis & procedere uolunt ad paſtum, ſtationarium aliquem de ſuis in editum conſtituunt locum, ut palantes ac operi intentos, nullus de improuiſo obruat metus, quem ille non prodat tempeſtiuo latratu, reliquo interim exercitu fœnum undique molliſsimum diripiente. Cumq; plauſtrorum quo collecta inuehantur egeant, ipſis ſe in plauſtra commodantibus, uiciſſim enim alius ſeſe ſupinat & uētri ac pectori impoſitum fœnum uniuerſis pedibus amplectitur & ſtringit, alius uero ſocium quadrigam factum cauda comprehendit atque cum præda in cubile trahit, quo immitis brumæ intemperiem ſomno excipiant. Hinc eſt quod ſecundum Plinium illo tempore detrito ſunt dorſo. Cum uident hominem aut beſtiam præterire in montibus, garriunt, aut, ut loquuntur Valeſiani, latrant acuta uoce, eaq; uoce reliqui admonentur ut ad ſua confugiant domicilia. Solent etiam hoc latratu quando apud homines uerſantur, aeris oſtendere mutationem.

Somnus lōgus muris Alpini.

Parato in autumno nido abdunt ſe, & nidum humo ne uel aere uel humore contingantur claudunt, dormiendoq; delitescunt tota hyeme, ſex aut ſeptem menſibus ſine ullo cibo, conglomerantes ſe in modum erinacij. Loca autem illa obſeruantes incolę, amouent terram quouſque perueniunt ad cubiculum, & alto ſopore oppreſſos una cum nido auferunt atque domum portant, nec euigilant ablati, ſi adhuc hyems fuerit, donec iuxta ignem aut radios ſolares caleſiant. Inueniuntur autem in uno nido ſeptem, uel nouem uel tredecim. Vbi uero cicurati domi habentur & non datur facultas fodiendi in terram, comportant friuola quæque, præſertim laceras ueſtes, quibus ſe inuoluunt & dormiunt tota hyeme. Somno autem ſic oppreſſos, ſolent quidam eos reponere in arcam aut alium tutiorem locum, ubi dormiant ſomnum ſuum. Caro eorum decocta plurimum amatur à puerperis & ab his qui uiſcerum tormina patiuntur, aut qui cupiunt prouocari ad ſomnum. Solent quoq; hi qui colicam ſentiunt paſſionem, uentrem ſuum inungere adipe huius animantis, & ſentiunt leuamen. Hæc fuſius ſcribo, quod domi duos, maſculum & fœmellam è Valeſia mihi allatos, aliquandiu nutriui, & ingenium eorum diligentius aduerti, atq; recentiori cuidam Miſnenſi ſcriptori occaſionem dedi ſcribendi de hoc animante.


De gallinis petroſis & Phaſianis.



GAllinæ petroſę, quas Plinius li. decimo, cap. quadrageſimooctauo Lagopos appellat, inueniuntur in ſummis montium cacuminibus, apud induratas glacies, & ſunt fere ſimiles magnis columbis. Habent difficilem uolatum, & mutant per annum colorem. Nam hyeme griſeſcūt & æſtate candeſcunt, habētq; crura & pedes albo pilo tectos. Aiunt incolæ,

incolæ carnes earum generoſum, calefactiuum, & ſalubrem eſſe cibum pro ægrotis. Mira referunt de hac aue, potiſſimum quod tam temere & ſimpliciter capitur. Nam aucupes ponunt in plano multos lapillos diſponuntq; in longam ſeriem, contingente lapide lapidem. Venientibusq; gallinis, nec audentibus tranſcendere metam poſitorum lapidum, ordine ſequuntur murulum illum, quouſque in extremitate eius corruant in laqueos & poſitas inſidias, capianturq;. Maximi phaſiani habent manſiones ſuas in ſupremis ſyluis, minores uero uerſantur in mediis ſyluis, & ſunt quidam nigri coloris, quidam griſei. Eſt etiam duplex ſpecies leporum in regione. Maiores ſunt griſei coloris, habenturq; pro melioribus. Minores uero ſunt hyeme candidi & æſtate griſei, nec magni ſunt præcij.

De lacu Lemanno.



EGreſſus Rhodanus fluuius altiſſimos Valeſiæ mõtes, efficit maximũ lacũ, quem olim Lemannũ, hodie uero ab adiacentib. Loſanna & Geneua. Loſannẽſem & Geneuẽſem appellant, fuitq; olim ceu interſtitiũ & murus, dirimens Heluetios ab Allobrogibus, qui noſtro æuo ſunt Subaudi. Et licet Subaudienſiũ principũ imperiũ ultra lacũ in Heluetiã ſit cũ tempore exporrectum, tamen uetus Heluetia olim deſijt ad ripã eiuſdẽ lacus, uſq; ad Geneuam. Recipit lacus Rhodanũ à Veragris populis, qui hodie ſunt inferiores Valeſiani,

ſiani,recuruaturq; ad Loſannam atque hinc ad Geneuam,habens in longitudine octo aut nouem milliaria Germanica,atque in medio patet in latum duobus aut ferè tribus milliari bus. Habet à ripa Heluetiorum terram amœniſſimam,quam uulgo die Waat uocant, pro/
Ryff wein. ferq; uinum generoſum,quod ripale ſeu riuale,à ripa lacus uocatur. Principes Subaudiæ atque epiſcopus Loſannenſis poſſederunt longo tempore hanc terram uſque ad bellum Burgundicum. Tunc Heluetij occuparunt eam unà cum Geneua. Et ueniẽs Carolus dux Burgundiæ in eam regionem,facile ſibi ſubegit habitatores eius,atque ex ea afflixit Vale ſianos. Victus uero Carolus dux in duabus pugnis, Morati & Granſone, Heluetij rur/ſum ſibi ſubdiderũt eã terram. Sed nõ longe pòſt, anno ſcilicet Chriſti milleſimo quadrin genteſimo ſeptuageſimo ſeptimo dux Subaudiæ magna pecunia iterũ redemit eam, poſ/ſeditq; pacifice uſque ad annum milleſimũ quingenteſimũ trigeſimũ ſextũ,tunc rurſum a/miſit eam,ut ſuprà ſub titulo ciuitatis Geneuenſis obiter indicauimus. Spacio unius mil/liarij à capite lacus non procul à ripa Rhodani, ſitum eſt elegans oppidum Aelen nomi/
Aelen oppidũ. ne,habens arcem & dominium ſeu præfecturam,fuitq; aliquãdo comitatus Subaudis ſub ditus,ſed temporum decurſu peruenit ad Valeſianos,qui rurſum eam commutarunt tradi derunt q; Bernatibus pro præfectura Gundes. Prope initium lacus Loſannenſis ſitum eſt aliud oppidum,Noua ciuitas,dictum,paruitq; aliquando Subaudis, nunc uero agnoſ/cit Bernates. Haud procul ab hoc oppido in ipſo lacu ſupra terram,non tamen procul à ri pa,ſitum eſt regium caſtrum Ziliun dictum: ac deinde poſt unum milliare iuxta littus ia/
Bibiſcum oppidum. cet pulchrum oppidum Bibiſcum,alij uocant Viuiacum,uulgo Viuis,habetq; ſolum fœ/cundum & amœnum,ubi etiam ripale creſcit uinum. Hinc duo ſunt milliaria uſque ad Lo
Loſanna ciuitas. ſannam epiſcopalem ciuitatem,ad quam circa annum Chriſti quingẽteſimũ nonageſimũ epiſcopatus ex Auentico pago fuit translatus. Habet hæc ciuitas mirabilem ſitum,occu/pans ſcilicet duos oppoſitos colles & intermediam uallem. Cathedralis eccleſia & Cano/nicorum edes tenent collem ſeptentrionalem, & ex oppoſito colle meridiano patet de/ſcenſus magnus ad lacum uſque. Forenſis uero locus eſt in conualle. A morte Caroli du/cis Burgundiæ,redempta à principibus Subaudiæ Loſanna,ciues Loſannẽſes interim ſin gulari familiaritate fuerunt iuncti Bernatibus,uſque ad annum Chriſti milleſimũ quingẽ/teſimũ triceſimũ ſextũ,tunc Loſanna cum omni circumiacente regione peruenit ad domi nium Bernatium. At ciues fruuntur interim omnibus ſuis priuilegijs & iuribus, & ſacra/mentum quod hucuſq; epiſcopo fecerunt iam præſtant Bernatibus. Habet præterea hoc latus Loſannenſis lacus & alia inſignia oppida uerſus Geneuã,præſertim Morſee & Ne/uidunum,quæ fuerunt ducum Subaudiæ,iam uero parent Bernatibus. Cæterum ab altero lacus latere,ſingulæ terræ ſua quoque habent nomina. Nam ſub Valeſia incipit Zablees, cuius habitatores Gauotri quoque appellantur, quos ſequuntur iuxta Lacum Fulſeniri,
Dinia ciuitas. quorum terra tribus milliaribus porrigitur in montes,eſtq; metropolis eorum Dinia, uul go Dunoy,ubi principes Subaudiæ aliquando ſuam habuerunt reſidentiam. Hodie præ/ſunt ei Bernates. Iuxta finem lacus Geneuenſis reflectuntur alpes uerſus meridiem,diri/muntq; Italiam à Gallia Lugdunenſi,appellanturq; primum mons Sancti Bernhardi,& de inde Mons cinis,uulgo Montenys. Poſt has alpes habitãt ueteres Allobroges, hodie Sub audi dicti. Iuxta minores alpes S. Bernhardi,habitauerunt aliquando Ceutrones, quorũ metropolis hodie appellatur Tarentaſia, Gallicè Motier,id eſt,monaſterium,propter e/piſcopalem cathedram. Vltra Tarentaſiam eſt Camerinum, uulgo Tſchamerin, prima/ria Subaudiæ ciuitas.

De Burgundionibus & Nuithonibus.

TEmporibus Theodoſij iunioris,anno ſcilicet domini quadringenteſimo uigeſi mo ſexto & poſteris annis exurgentes rurſum Germani quidam Wandalicę na/tionis, dicti Burgundiones,linguam tenentes Germanicã,aſſumptis Nuithoni bus,qui & ipſi Germani erant,profecti ſunt ad Rhenum,ad ea ſcilicet loca, quæ
Burgũdorum eruptio. hodie habitãtur à principibus Palatinis & Marchionibus Badenſibus,in quibus & aliquã tiu per morati,relicta illa terra traiectoq; Rheno uenerunt ad partes Sequanorum,ubi ho/die

die eſt comitatus Burgundiæ, & Heduorũ, & ubi noſtro æuo eſt ducatus Burgũdiæ. Nec contenti his regionibus, occupauerunt & Subaudiam atq; partem quãdam Sedunorum: item Lugdunum & Viennam, ac tandem Arelatum, à quibus deinde quoque exorta ſunt regna Burgundiæ & Arelati. Nuithones Burgundionibus adiuncti tranſmiſſo Iuraſſo monte conſederunt in Heluetiorum regione, in ea terra ubi hodie eſt Friburgum, Berna & Ergoia, à quibus denominata eſt ea regio Nuchtlandia in hunc uſque diem, tametſi propter Burgundionum dominium appellata quoque ſit Burgundia minor. Anno Chriſti 919. profectus Rudolfus rex Burgundiæ per Burgundiam minorem (quæ hodie eſt Nuchtland) traiecit fluuium Vrſam, occurrensq; illi Burckhardus dux Alemanniæ, commiſſa pugna, coactus eſt Rudolfus rex Burgundiæ retrahere pedem, id quod Hermannus contractus in ſuis annotauit annalibus. Deinde circa annum Chriſti 930. ſub Ottone primo Rudolphus rex Burgundiæ obligauit & ſubiecit ſe & regnum ſuum regno Romano. Et poſt mortem eius Bertha uxor eius relicta, conſentiente Conrado filio eius rege Burgundiæ, fundauit monaſterium Paterniacenſe, anno ſalutis 932. cui & oppidum eiuſdem nominis cum omnibus iuribus donauit. Deinde anno Chriſti 1025. tempore Conradi ſecundi Romanorum regis, miſit Conradus rex Burgundiæ ultimus ante mortem ſuam diadema regium memorato Conrado Romanorum Imperatori. Eodem itaque tempore Nuchtlandia & ducatus Burgundiæ minoris incorporati ſunt Romano imperio. Manſit autem in Latinis literis & inſtrumentis nomen ducatus Burgundiæ ad noſtra ferè tempora. Certe magiſter Teutonici ordinis qui domos aliquot habet in hac regione, ſcribit ſe magiſtrum domorum in Burgundia & Alſatia. Fundatio monaſterij Engelbergenſis in inferiori Syluania Heluetiæ facit mentionem, cœnobium illud ſitum in ducatu Burgundiæ. Sic fundatio monaſterij Murenſis, quod ferè adiacet Vrſæ fluuio, mentionem quoque facit ducatus Burgundiæ & pagi Ergouienſis anno 1114. ſub Henrico quinto. Vltra Vrſam uero flu. qui à Lucerna deſcẽdit, incipit ducatus Alemanniæ, in quo Tygurum locatur. Scribit etiam Nauclerus, ſub Lothario, qui imperauit anno 1130. mortuum Wilhelmum comitem Burgundiæ minoris, & Imperatorem ditionem illam Burgundiæ minoris, quam alpes & Iuraſſus intercipiunt, tradidiſſe Conrado à Zeringen. Tunc Conradus uſus eſt titulo ducis & rectoris Burgundiæ. Filius eius Bertholfus quartus condidit Friburgum in Nuchtland & incœpit quoque condere Bernam, mortuus anno 1145. Filius eius Bertholfus quintus conſummauit quod pater in conſtruenda Berna reliquit, dedit́q; ciuitatem imperio. Mortuus autem anno ſalutis 1218. ſine hærede, reliquit poſt ſe duas ſorores: una habuit maritum Egonem de Vrach, qui aſſecutus eſt dominium Briſgoiæ & oppidum Friburgenſe. Altera habuit maritum Sigiſmundum comitem à Kyburg, qui factus eſt dominus Thuni, Burgdorffij, Friburgi in Nuchtland & aliorum quorundam locorum. Quo mortuo, factus eſt hæres dominiorum eius, patruus eius, Hartmannus ſenior, comes de Kyburg. Et is reliquit poſt ſe filiam unicam nomine Eliſabethã, quę duxit maritum Eberhardum comitem ab Habſpurg, natũ in Laufenberg Cumque ille nullum haberet dominium, uſurpauit hũc titulum, Eberhardus comes à Kyburg. Poſteri uero ſui preſſi egeſtate auri & argenti, uendiderunt paulatim dominia ſua.

Burgundia minor.

Paterniaci fundatio.

Engelberg in Vnderwalden

De Alemannis quibuſdam, qui in Heluetiorum regione conſederunt.

COnſtat ex hiſtorijs Alemannos ſæpe conatos excludere Romanos ex Heluetia & Gallia, id quod tamen multis temporibus uſque ad annum Chriſti 440 efficere non potuerunt. Scribunt quidem hiſtorici, numeroſum populum in ſeptentrionali Germania collectum, quibus & Sueui apud Albim habitantes ſunt adiuncti, atq; illi ſimul emigrantes uenerunt ad Rhenum. Quem cũ traieciſſent ingreſſi ſunt Galliam, deuaſtataq́ue ea in multis locis, penetrarunt per Alpes in Italiam, anno ſcilicet Chriſti 260. Autor huius hiſtoriæ eſt Euſebius. Poſtea anno Chriſti 300. tranſierũt Rhenũ alij Alemãni & multi quidẽ, ex quibus apud Lingones à Cæſare Cõſtantino cæſi referunt 60. millia. Deinde anno Chriſti 360. aut circiter rurſum traiecerũt Alemanni Rhenũ, interfectiq;

fectíq; ſunt pro maiori parte apud Argentoratum à Iuliano Cæſare. Rurſum profecti Alemanni in partes Galliæ circa annum Chriſti 380. occiſi referuntur prope Argentuariam quã hodie putant eſſe Colmariam Alſatiæ urbem, pro magna parte, nempe triginta millia, à ducibus militum Gratiani Imperatoris. Tandem circa annum Chriſti 440. & deinceps, quum Romanum imperium apud Gallos ſenſim deficeret ob irruptiones Gothorum, Hunorum & aliorum extraneorum populorum, qui Romanos & Cæſareanos præfectos paſſim in diuerſis prouincijs afflixerunt, exurgentes & Germanici Franci, qui Germanicæ linguæ & nationis erant, quippe qui ante multos annos alterum latus Rheni in inferiori Germania habitauerant, tranſmiſſo Rheno uenerunt in Galliam, captiſq; multis locis & regionibus, Romanorum præfecti omnes ferè excedere coacti ſunt inferiori Gallia uſq; ad Vangiones & Nemetes. Quo audito, Alemanni qui ſuperioribus annis grauiter à Romanorum Cæſaribus fuerant afflicti & multi ex eis trucidati, tentantes rurſum fortunam, & ſibi illata damna ulciſci ſtatuentes, traiecerunt Danubium & inuaſerunt Romanorum prouincias, potiſſimum Rhetiam, ortum Rheni & quicquid terrarum eſt uſque ad Atheſin. Tranſierunt etiam Rhenum & occupauerunt bonam partem in Heluetia Romanis ſubdita, à fluuio Vrſa & Alpibus per diœceſin Baſilienſem & Argentinenſem ſecundum ſucceſſum Rheni, Sunggoiam ſcilicet & Alſatiam, à quibus antea fuerant expulſi. Deinde poſt 60. annos, circa annum ſcilicet Chriſti 500. expeditionem fecit rex Alemãnorum contra Clodoueum regem Francorum, deſcendens in diœceſim Colonienſem, ubi & magna commiſſa eſt pugna. Prima die Alemanni in fugam uerterunt Clodoueum, altera autem die uictoria potitus eſt contra Alemannos Clodoueus, quam hiſtoriam ſuprà latius ſignaui. Poſt hanc pugnam Clodoueus ſubiugauit totam Alemannorum regionem, quæ tunc incipiebat à Neccaro fluuio & extendebatur ſecundũ aſcenſum Rheni, per Nigram ſyluam, per Sueuiam, per lacum Conſtantinenſem, Algoiam, Walgoiam, uſq; ad Atheſim, per Rhetiam primam uſq; ad Griſones: item ultra Rhenum deſcendebat à fluuio Vrſa qui uulgo eſt Ruſs in Heluetia per Rauracos, Alſaticos & Argẽtinenſes, etc. Ex hoc Alemannorum regno fecit Clodoueus & ſui ſucceſſores ducatum, quem uocauit ducatum Alemanniæ, in quo nedum Sueui uerum & Alſatij & partim Heluetij et alij iam cõmemorati populi continebantur. Poſtea temporibus Dagoberti, anno ſcilicet incarnationis 640. erectus eſt & in Alſatia ducatus, de quo infra ſuo quoq; dicetur loco. Eodem tempore & poſtea ducatus Alemanniæ in uaria & multa diſtinctus eſt dominia, in epiſcopatus, abbatias, marchionatus, comitatus, aliorumq; minorum dominorum & ciuitatũ poſſeſſiones. Tempore Henrici quarti, anno uidelicet Chriſti 1070. fuerunt adhuc ſub ducatu Alemanniæ iſtæ regiones, Sueuia, lacus Podamicus & in Heluetia Thurgoia una cum ciuitate Tygurenſi. Quo tempore idem ducatus in literis aliquando nuncupatus eſt ducatus Alemanniæ & aliquando ducatus Sueuiæ. Poſt iſta tempora rurſus alia facta eſt mutatio in ducatu Sueuiæ, ut iam ſequitur. Anno 1044. mortuo Ottone de Schweinfurt duce Sueuiæ, tradidit Henricus quartus ducatũ Rudolfo comiti de Rhinfelden. Qui & anno Chriſti 1077. electus eſt in Romanorum regem, ſollicitante papa Gregorio Germanię principes, contra memoratum Henricum quartum, de quo uide ſupra in catalogo Imperatorum Germaniæ. Porro Rudolfus tradidit filiam ſuam unicam Bertolfo Zeringenſi tertio uxorem: & quia electus erat Romanus rex, dedit quoq; ei ducatum Sueuiæ. Illo tempore Tygurum ſecluſum eſt à ducatu Sueuiæ, factíq; ſunt domini Zeringẽſes duces Sueuiæ, ſicut infrà commemorabo. Exorta tunc ſunt grauiſſima bella inter Henricum Imperatorem & Rudolfum regem, durantia in quintum annum, unde magna ubiq; diſſidia ſunt nata, potiſſimum in Heluetia & ſuperiori Germania. Comites Lentzburgenſes & alij adhærentes Henrico Imperatori, mouerunt arma contra Bertolfum Zeringenſem atq; contra ciuitatem Tygurenſem, qui regi Rudolfo fauebant. Anno Chriſti 1077, intercepit Vdalricus comes Lentzburgẽſis legatũ põtificis, abbatẽ ſcilicet Maſſiliẽſem cũ comitibus ſuis, captiuũq; tenuit in arce Lẽtzburg iuſſu Hẽrici quarti. Protractũ eſt hoc bellũ inter duos reges uſq; ad annũ Chriſti 1082. factæq; ſunt tres cædes & in quarta uulneratus Rudolfus occubuit paulo poſt. Poſt hæc bellũ mouit Fridericus comes ab Hohẽ Staufen adiutus manib. ſoceri ſui Hẽrici quarti cõtra Bertolfum Zeringẽſem, excluſitq; eũ à ducatu Sueuiæ, relicta tamẽ ei regni præfectura in ciuitate & agro Tygurẽſi. Sueuiæ uero ducatus collatus

Clodoueus Germanos bello petit.

Ducatus Alemanniæ.

Rudolfus à Rhinfelden.

Comes Lentzburgenſis.

eſt

est memorato Friderico à Staufen, mansitq; longo tempore apud posteros eius, sicut & imperialis præfectura Tyguri & agri Tygurensis mansit apud principes Zeringenses usque ad annum Christi 1218. quando mortuus est Bertolfus quintus & ultimus de Zeringen. Interim autem quo Zeringenses præfuerunt præfecturæ Tygurensi, usi sunt huiusmodi titulo: Conradus uel Bertolfus de Zeringen dux, & rector Burgundiæ, dei & Imperatorum gratia iudex constitutus & aduocatus in omne Turegum, imperialem iurisdictionem habens. Retinuerunt nomen ducis, ducatus autem ipse Sueuiæ & titulus simul dati sunt memorato Friderico. Tempore Friderici secundi ducatus Sueuiæ rursum incorporatus est imperio, etiamsi Conradinus in posterum usurparit titulum ducis Sueuiæ, quemadmodum inuenire licet in decreto quodam, quod rex Richardus anno Christi 1262. promulgauit in hæc uerba: Quod Conradinus olim Conradi regis filius, qui ducem Sueuiæ se nominat, &c. Reddidit etiam Fridericus secundus Tygurenses immunes, ne cuiquam in posterum nisi imperio subijcerentur, id quod & subsequentes confirmauerunt imperatores.

Titulus ducis Zeringensis.

Quomodo Vitæ Heluetiam sunt ingressi.

REferunt historici, habitasse olim apud mare Germanicum tres præcipuos populos, nempe Saxones, Anglos & Vitas. Angli cum parte aliqua Vitarum concesserunt in Britanniam, quæ hodie est Anglia, ubi & sedem fixerunt. Alia uero pars Vitarum transierunt ad Heluetios, locumq; mansionis inuenerunt apud Tygurinos, quos quidam appellant Vranenses. Isti Vitæ sunt postea Suitæ & ab exteris Suiceri appellati, à quibus hodie Suicia nomẽ habere putatur. Et quidem fieri potest, quod quidam eorum uenerint in Vraniam & inferiorem Syluaniam, atque ad inferiora lacus et Hasle usq;. Scribit uenerabilis Beda agrum Vitarum apud Saxones aliquandiu uacuum & sine habitatoribus ante tempora Caroli magni extitisse. Alij aiunt Carolum magnũ emisisse decem millia Saxonum, qui dicti fuerant Albingi, habitaueranteq; iuxta Albim, illos inquam misserit ad Rhenum, in Brabãtiam, Flandriam & alia uicina loca. Similiter misserit aliquot millia Saxonum (fortassis memoratos Vitas) ad Alpes, ad eum locum ubi ex Germania iter patet in Italiam. Item misserit multa millia in Trãssyluaniam, regionem scilicet quæ est ad orientem Vngariæ.

Vitæ populi ad pud Tygurinos.

Quomodo Suitenses & eorum præfecti se gesserint erga Imperatores, priusquam mutuo fœdere sibi sociarentur.

ANno Christi 1212. Friderico secundo electo in Romanorum regem, eoq; ex Sicilia per Tridentum Curiam usq; ueniente, & modico milite stipato, Otto Imperator depositus ab imperiali dignitate, collectis copijs in Sueuia, nitebatur Fridericum impedire ne se reiecto ille potiretur rerum. Vnde in Alsatia & superiori Germania undique magna excitata est discordia. Dux Zeringensis & quidam comites in Vchtland & Ergouia adhærebant Ottoni, & contrà abbas S. Galli, Dominus de Saxen, comites de Kiburg & alij multi fauebant regi Friderico, potenter conducentes eum suis copijs ad Constantiam usque, & deinde ad Basileam. At dux Zeringensis cum suis Vchtlandensibus, Brisgoiensibus & episcopo Argentinensi astabant Ottoni Cæsari, qui ab Vberlinga ad Brisacum descendit, atque hinc in Saxoniam fugit. Interim dux Zeringensis & episcopus Argentinensis Friderico conciliati, præstiterunt illi iuramentum.

Dißidiũ inter duos Cæsares.

Anno Christi 1222. electo Henrico filio Friderici Imperatoris in Romanorũ regem, episcopus Argentinensis paulo post, anno scilicet 1228. illi rebellis, magnam in Alsatia excitauit tragœdiam. Collegit rex exercitum in superioribus Germaniæ atq; in Alsatia, cuius dux erat comes de Pfirt. Similiter episcopus Argentinẽsis, aliquod comites & domini, & ciuitas ipsa Argentinẽsis coaceruabãt magnas copias, quorũ dux belli erat Albertus comes ab Habspurg, qui postea factus fuit Landgrauius Alsatiç. Congressi aũt hi duo exercitus, ppe Blodelsheim quatuor scilicet milliaribus infra Basilcã, cõmissaq; pugna comes de Pfirt

Pugna apud Blodelsheim.

Pfirt & Henrici regis exercitus victoriam amiserunt, fueruntq; multi ex eis capti. Veniẽs post hæc rex Henricus in Alsatiam, congregatoq; magno exercitu, grauiter incommoda uit terras episcopi Argentinensis. Anno 1235. cum Imperator Fridericus aliquot annis moram traxisset in Germania, secuti sunt eum multi comites & alij proceres ex Alsatia, superiori Germania & ex toto imperio, traiectisq; alpibus ceperunt et euerterunt multas in Longobardia ciuitates. Sic egit quoq; anno 1238. Profectus enim in Italiam, inijt cũ papa & ciuitatibus Italiæ bellum, & commissa pugna illos superauit. Deinde anno 1240. cũ Imperator Fridericus consilio regum Franciæ & Angliæ à Romano pontifice priuaretur Romano imperio & tantis deuoueretur diris, ut etiam crux contra illum prædicaretur, nata sunt plurima dissidia inter illos episcopos & prælatos qui consentiebant papæ, atq; inter comites & ciuitatum proceres qui Friderico adhærebant. Durauitq; hoc schisma usq; ad mortem Friderici & filij eius Conradi. Friderico adhærebant comites ab Habspurg, Tygurenses, Vranenses & Suitenses, quibus Imperator confirmabat priuilegia eorum, interim quo obsidebat atq; expugnabat Fauentiam ciuitatem. Albertus comes ab Habspurg frater Rudolfi comitis, in pugna quæ posteris diebus commissa est, captus est à Mediolanensibus, atq; in captiuitate mortuus. Anno Christi 1246. Imperator Fridericus et filius eius Conradus rursum sunt à Romano pontifice imperio priuati & contra eos electus in regem Rom. Henricus Landgrauius Thuringię. Conradus autem rex collecto exercitu ex Alsatis & Sueuis, profectus est contra Henricum Landgrauium. Et concurrentes prope Franckfordiam, commissaq; pugna, coactus est Cõradus cedere cum copijs suis, eo quod episcopus Argentinensis & reliqui omnes Romano pontifici obedientes, pro omni sua uirili miserunt suppetias nouo regi contra Fridericum electo. Victoria ergo obtenta, episcopus Argentinensis se conferens in Alsatiam, recepit in fidem regis Henrici Landgrauij omnes ciuitates quæ antea homagium præstiterant Imperatori Friderico & filio eius Conrado regi Romanorum. Dediderunt se Colmaria, Keiserspergum, & Mulhausium. Obsedit quoq; Selestadium, sed re infecta coactus est hinc recedere. Mortuo autem eodẽ anno Henrico rege Rom. electus est Guilelmus comes Holandiæ in Romanorum regẽ. Nihilominus tamen fuit magna pars comitum, dominorũ & ciuitatum in superiori Germania, qui nolebant deficere à Friderico & filio eius Conrado & adhærere Henrico Lãd grauio & post eum Wilhelmo Romanis regibus. Tygurenses expulerunt Dominicanos monachos, quod interdictum papæ in ecclesijs obseruare uellent. Erant quoq; tunc Basileæ aliqui, qui à rege Conrado descisere nolebant, maior tamen pars una cum episcopo Lutholdo sequebantur partes nouorum regum & papæ. Hinc factum est, ut Rudolfus comes ab Habspurg, Gerhardus à Gõsken, Hẽricus à Palm, Rudolfus à Widenschwyl, Hẽricus à Kienberg, & alij quidam, barones & equites aurati, aliqui etiam ex ciuitate & episcopatu Basilienſi, noctu irruentes in monasterium monialium ad Lapides uocatum, sitũ in suburbio, diripuerunt ipsum atq; combusserunt. Quapropter sequenti anno papa Innocentius quartus excommunicauit memoratos, comitem Rudolfum ab Habspurg et complices eius, qui ad monasterij concremationem cooperati fuerãt. Tãdem uero cum Fridericus Imperator moreretur in Sicilia anno 1250. & filius quoq; eius Conradus rex moreretur anno 1252. electi sunt reges Romanorum Richardus frater regis Angliæ & Alfonsus rex Castiliæ, sed qui ambo imperium non administrauerunt, quapropter imperium uiginti tribus annis caruit iusto moderatore, & interea temporis, omnia sursum deorsum q; ferebantur in Alsatia & Sueuia. Principes, comites & alij potentes nitebãtur sibi usurpare oppida, uillas & alia quæ erant imperij, magnaq; erat in imperio confusio. Tygurenses, Vranenses & Suitenses inierunt fœdus triẽnale in illis calamitatibus, anno scilicet 1251. in die S. Galli. Comes quoq; ab Habspurg Rudolfus gerebat se ad illos tanquam amicũ & bonum uicinum. Contra episcopum tamen Basilienſem & quosdam comites multas & continuas habuit controuersias.

Fridericus Imperator anathematizatur.

Contra Fridericum eligitur comes Holãdiæ

Confusio in imperio.

Rudolfus comes ab Habspurg.

FVit hic Rudolfus uir proceræ & gracilis staturæ, habuitq; caput paruum, pallidum uultum, inflexum nasum, paucos pilos, in cibo & potu temperatus, prudens, sapiẽs & bellicosus, plerunq; in magnis opibus fuit sine pecunia. Natus fuit anno 1218. Frater uero eius Albertus obijt Mediolani in captiuitate, sicut antea quoq; diximus, captus



ptus in pugna quadam regi Cõrado laturus auxilium. Carolus uero alter frater fuit Canonicus Basilienſis, mortuus in iuuentute. Rudolfus ſucceſſit patri ſuo in comitatu Habſpurgenſi & omnibus attinentijs eius, & in Alſatia ſuperiori partem Landgrauiatus quã pater eius Albertus ante eum cõſecutus fuerat, poſſedit. Nec his contentus cupiebat indies ditionem ſuam ampliare. Erat uxor eius comitiſſa ab Hohenberg, ex qua ſuſtulit quatuor filios & ſex filias. Primũ mouit arma contra baronem de Tuſenſtein, deinde contra patruelem ſuum Gotfridum comitem ab Habſpurg, qui per modum feudi receperat & poſſidebat ab abbatiſſa Seckingenſi, ciuitatem & dominium Laufenberg. Oppugnauit quoq; comites de Rapperſwyl iuxta lacum Tygurẽſem, & Wernherum comitem de Homburg. *Landgrauius Alſatiæ.*

Anno Chriſti 1261. cum natum eſſet implacabile diſſidium inter ciuitatem Argentinenſem & inter epiſcopum ciuſdem ciuitatis dominum Waltherum de Geroltzeck, & auxiliũ ferrent epiſcopo abbates ſancti Galli & Murbacenſis & multi alij, Rudolfus ab Habſpurg, qui primum fuerat à parte epiſcopi, mutato animo, uertit ſe una cum Hartmanno comite Kiburgenſi, Conrado comite Friburgenſi & Henrico comite Neoburgenſi, ad ciues Argentinenſes, pollicitusq; eſt eis opem ſuam, factus etiam dux belli eorum. Quod uidẽs epiſcopus, exuſſit uallem Wyler prope Seleſtadiũ, quæ erat comitis Rudolfi. Obtinuit uero comes Rudolfus Colmariam, Keiſerſpergum, & Mulnhuſium, quę epiſcopus Argentinenſis nomine Romani imperij in eum diem retinuerat. Anno 1262. uerterunt Argentinẽſes exercitum epiſcopi in fugam, interfecerũtq; fratrem epiſcopi Hermannũ de Geroltzeck & circiter 60. nobiles uiros, & ceperunt ſeptuaginta ſex magnos uiros, quapropter epiſcopus fuit coactus paciſci cum ciuitate iuxta uoluntatem ciuium. *Bellum Argentinenſium.*

Comes à Kiburg.



HArtmannus comes a Kyburg ſenior & ultimus de iſta familia, mortuus reliquit poſt ſe uxorem, comitiſſam de Subaudia & filiam unicam nomine Eliſabet. Ipſe dũ adhuc uiueret donauerat epiſcopo Argentinenſi comitatus Kyburgenſem & Badenſem: itẽ Vintothurum & alia quædam dominia in Thurgoia & Ergoia, atq; deinde eadem dominia rurſum feudi loco recepit pro ſe & ſuis hæredibus utriuſq; ſexus. Reliquit etiam in teſtamento, quod uxor eius quoad illa uiueret, poſſideret & uſufructum haberet comitatus Badenſis & aliorum quorundã dominiorum. At comes Rudolfus excluſa muliere, uſurpauit omnia dominia illa. Quod cum comes Subaudiæ cerneret, indignatus uoluit Rudolfum eijcere ex dominijs illis, ſed non potuit. In hunc itaq; modum multa dominia uſurpata ſunt à Rudolfo comite Habſpurgenſi, ac deinde incorporata Auſtriæ, atq; in concilio Cõſtantienſi, anno ſcilicet 1415. rurſum Auſtrijs erepta. Memorata comitiſſa Eliſabeth filia comitis Hartmanni uera erat hæres poſt mortẽ matris ſuæ, ſed quia comes Subaudiæ & comes Rudolfus ab Habſpurg altercabantur pro illis dominijs, filia legitima hæres priuabatur dominio ſuo. Illa retinebat ſolum ditiones & poſſeſſiones quæ ei ex patrimonio in Vchtlandia & Burgundia minori debebantur, nempe Thunum & Burgdorffũ cum attinentijs ſuis, quę pater eius Hartmannus hæreditario iure ab Hartmanno iuniori comite à Kiburg acceperat, cuius mater fuerat ſoror Bertholdi ultimi ducis Zeringenſis. Hæc Eliſabeth nacta eſt maritum Eberhardum comitem ab Habſpurg, natũ in Laufenberg, qui erat patruelis Rudolfi comitis, uſurpabatq; titulum comitatus Kiburgenſis, propter dominia uxoris ſuæ, cũ alioquin nul- *Comes Rudolfus auget dominium ſuum.*

Episcopi Basiliēsis dominiū.

las proprias haberet terras. Tempore Rudolfi comitis ab Habspurg, habuit episcopus Basilienſis quaſdā iuriſdictiones in oppido Briſacenſi. Carēte aūt tunc imperio legitimo capite, & nemine non ſua quærente, Rudolfus comes ab Habſpurg ſubito & inſperato ir ruens in Briſacum, epiſcopi iura ſibi uſurpare conatus eſt Contradicentes autem illi epiſcopus & ciues Briſacenſes, tandem conuentione facta, Rudolfus exegit mille marcas argenti ab epiſcopo. Tunc epiſcopus conſenſit dare nongentas marcas, illiſq; à comite receptis, oppidū & caſtrū libera epiſcopo relicta ſunt. Sequēti anno, nēpe 1265. Rudolfus comes aliā exactionis nactus eſt occaſionē ob certas quaſdā lites: unde cōpoſitione facta & numeratis ab epiſcopo centū marcis argenti, rurſum illi duo inter ſe cōciliati ſunt. Anno Chriſti 1267. quum comes Rudolfus rurſum egeret pecunia, ſumpta occaſione epiſcopum Baſiliēſem nomine Henricū à Neoburgo rurſum uellicare uolens, poſtulauit ducētas marcas argenti. Reſpondens uero epiſcopus dixit illi. Ego hucuſq; pro pace fouenda dedi tertiò Rudolfo pecuniā, non potero perpetuus illius eſſe monetarius. Habuit iſte epiſcopus magnam propinquitatē & generis neceſſitudinē. Nam Vdalricus pater eius comes Neoburgenſis habuit quatuor filios & quatuor filias. Hæredes autē patri ſuccedentes partiti ſunt patris poſſeſſionē, factusq; eſt unus comes Neoburgenſis, alius comes Arbergēſis, tertius comes Nidouwenſis, & quartus Henricus ſcilicet epiſcopus Baſiliēſis, iūctus multiplici affinitate memorato Rudolfo comiti ab Habſpurg. Vna ex filiabus nupſit baroni de Granſen, altera comiti de Toggenburg, tertia domino de Rōtelī, et quarta domino de Regenſperg. Horū omniū ſuorum propinquorum epiſcopus inuocato auxilio cōtra comitē Rudolfum, ſuccurrentibus quoq; ſibi ciuitatibus Baſilea, Rhinfeldo, Newburgo & Briſaco, technas illius euaſit. Geſſit quoq; comes Rudolfus bella cōtra abbatē ſancti Galli & contra duos comites à Toggenburg qui erāt nepotes epiſcopi Baſilienſis ex ſorore. Interim uero epiſcopus Baſiliēſis una cū ciuibus Baſiliēſib. deſcēdens cōtra Blodeltzheim, qui locus fuit Rudolfi ab Habſpurg, quē & paulo ante foſſis & aggeribus firmauerat, deuaſtauerūt ipſum. Deſtruxerūt quoq; turrim Otmarſheimēſem & alia quædā loca in Lādgrauiatu Alſatiæ, quæ Rudolfi erāt, præſertim aūt arcē Hertenberg recenter extructam è fundamento diruerūt. Deinde expeditionē mouerūt cōtra arcē Rhinfeldenſem, quę in medio Rheni ſuper ſaxo extructa erat, obtentāq; ſuis præſidijs munierūt. Videns interea comes belli pondus contra ſe ingraueſcere, reconciliatus eſt abbati ſancti Galli atq; ex inimico fecit amicū, quo facilius epiſcopū Baſiliēſem domare poſſet, & nobilibus quibuſdā atq; ciuibus qui ab epiſcopo propter comitē Rudolfum urbe erant excluſi, ſuccurreret & ad ſua reſtitueret. Videns epiſcopus quod futurū erat, inſidias poſuit abbati intercepitq; aliquot plauſtra uini, quæ abbas ex Alſatia ſibi aduehi curauerat. Abbas iniuriā ſibi putans illatam, iunxit copias ſuas cū exercitu comitis Rudolfi, ut epiſcopi Baſilienſis ditionē deuaſtaret. At epiſcopus unà cū ciuibus Baſilienſib. Briſacenſibus, Rhinfeldēſibus & Neoburgenſibus, parans ſe contra abbatē & comitē, uenit illi obuiam, nec detrectaſſet pugnā, niſi utrinq; amici diſſidiū compoſuiſſent. Non tamē ceſſauit comes quin anno 1270. & 1271 epiſcopum & ditionē eius laceſceret. Erant in diebus illis duæ ſectæ ſeu factiones in ciuitate Baſilienſi, Pſitaci ſcilicet & Stelliferi. Pſitaci adhærebāt epiſcopo, Stelliferi uero comiti Rudolfo. Vtraq; aūt factio habuit quoq; fautores ſuos extra ciuitatē. Anno 1272. obſidione cinxit comes Rudolfus arcē Tuffenſten reædificatam & ab epiſcopo emptam. Eodē anno erupit ignis in oppido Seckingen & exuſſit ferè totum oppidū, in quo Rudolfus præſidia militū & inſidiatores locauerat, qui inuaderent & diriperent ciues Rhinfeldēſes, potiſſimum eos qui partes fouebant epiſcopi Baſilienſis. Excitato aūt igne in Seckingen, ſurgens epiſcopus cū auxiliarijs ſuis, quod reſiduum fuit ab igne hoſtili manu deuaſtauit. Tunc ſimul Neoburgenſes concremauerūt monaſteriū Othmarſenſe. Eodē anno in uigilia Bartholomei, exuſſit comes Rudolfus ſuburbiū Baſilienſe, Ad Crucē appellatū, quod hodie uocatur ſuburbium ſancti Iohannis. Tūc enim carebat urbs exteriori muro. Tricesima die decembris huius anni traditum eſt comiti Rudolfo à quodam proditore caſtrum Werr quod extruxerat epiſcopus Baſilienſis, captusq; eſt in eodē nepos epiſcopi ex ſorore, dominus de Rōtelē. Anno 1273. uenit Comes Rudolfus cū aliquot equitibus cōtra Baſilienſes ut illis metū incuteret. Tunc cōſul ciuitatis inconſulto cū paucis ſe periculo exponens, fuit gladio confoſſus, priuſquā ciues inſequentes illi contra hoſtē opē ferre poſſent. Eodē anno circa feſtū Margaretæ mouēs Rudolfus arma cōtra Baſileā, caſtrametatus eſt prope

Factiones in Baſilea.

Suburbium Baſileæ.

Bellum contra abbatem ſancti Galli.

Rudolfus oppugnat Baſilienſes.

prope Binnigen in monte ſanctæ Margaretæ. Nobiles uero qui erant intra mœnia ciuitatis ſæpe cũ ciuibus crumpentes, aliquos ceperũt ex caſtris hoſtiũ. Increſcentéq; indies bello, fuerunt multi magni & nobiles uiri, qui conabant̃ incendiũ illud ab utraq; parte reſtinguere & concitatos animos reconciliare. Sed priuſq; id fieret uenit Legatus Baſileam, annunciãs comitẽ Rudolfum ab Habſpurg electũ à principibus imperij in Rom. regem. Quod audientes primores ciuitatis Baſilienſis, adiunxerunt legato principũ inſignes uiros, qui electo regi fauſta feliciáq; præcarent̃. Tunc Rudolfus uidẽs ſe præter omnẽ ſpem ad ſummũ euectũ faſtigium, illico præcepit ſuis ut pacẽ cum quibuſcunq; inirẽt, omnes captiuos ſine ulla mulctatione liberos dimitterẽt. Fuit aũt electus ultima die Septembris & mox ſequẽti anno ſcilicet 1274. in uigilia Epiphaniæ Aquiſgrani coronatus. Anno 1277. uendidit Eberhardus comes à Kyburg ius ſuum quod habuit in Friburgo Nuchtlandię regi Rudolfo pro quatuor millibus marcarum. Anno 1283. obſederunt rex Rudolfus, epiſcopus Baſilienſis & epiſcopus Argentinenſis oppidũ Bruntrut, reſtitutuḿq; eſt epiſcopo Baſilienſi. Eodẽ anno rex Rudolfus unà cũ Bernenſibus & Friburgenſibus expugnauit Paterniacũ, eripuit́q; è manibus comitis Subaudiæ. Anno 1284. mortuus eſt comes ultimus in Rapperſwyl iuxta lacũ Tygurenſem, factiq; ſunt duo generi eius Iohannes comes ab Habſpurg & dominus in Laufenberg, & Wernherus comes ab Homburg, domini illius comitatus. Anno 1286 factus eſt Henricus Gurtelknopff archiepiſcopus Moguntinus, qui antea fuerat epiſcopus Baſilienſis & Frãciſcanus. Anno Chriſti 1291. mortuus eſt rex Rudolfus & electus eſt Adolfus comes à Naſſaw, quo interfecto ab Alberto duce Auſtriæ filio Rudolfi Imp. electus eſt ipſe Albertus in Rom. regem anno 1298. Anno 1308. mouit rex Albertus arma contra epiſcopũ Baſilienſem nomine Ottonẽ de Granſen, q̃ emiſſet à Wernhero comite ab Homburg nouũ Homburgũ & oppidũ Liechtſtal cum attinẽtijs ſuis, ſed antẽq; rex perfeciſſet quod animo uoluebat, occiſus eſt à Iohanne filio fratris ſui. Hiſtoriã habes ſuprà in catalogo regũ Rom. Sunt qui ſcribũt circiter mille homines decollatos, confoſſos aut alio modo interfectos in ultionẽ huius homicidij.

Rudolfus electus Rom. rex.

Comitatus Rapperſwyl.

Rex Albertus interficitur.

Habſpurg in Heluetia.



HAud procul à Kunigſsfeldẽ loco ſepulturæ Alberti Romanorum regis & ab oppido Brug ſita eſt arx Habſpurg, quam aiunt extructã anno ſalutis 1070. à comite Rapoto, cooperante ſibi fratre Wernhero epiſcopo Argentinenſi. Scribunt etiã quidam, ueteres comites Habſpurgenſes originem duxiſſe ab antiquis regibus Gallorum. Nam habuit rex Clotarius quatuor filios, ſcilicet Chilpericum, Heripertum, Guntramum & Sigipertum. Sigiperto pro ſua portione ceſſit Auſtraſia, cuius Metropolis fuit Metis, & is genuit Childepertum. Childepertus genuit Diethpertum & Theodoricum. Sed præſtat hanc genealogiã in figuram redigere.

Clotarius. { Chilpericus, Heripertus, Guntramus, Sigipertus } Lotharius { Childepertus { Diethpertus, Theodoricus } Sigipertus: ab iſto putant̃ deſcẽdiſſe comites Habſpurgenſes.

Theodoricus inhians poſſeſſioni terræ, effecit ut frater Diethpertus & duo filij eius interficerentur, ut ſic ſolus eſſet dominus terræ. Sed fefellit eum ſpes ſua. Nã ueneno propinato ab auia ſua è medio ſublatus, reliquit Lothario filio Chilperici terras ſuas. Deinde adhuc ſuperſtes fuit Sigipertus iunior, qui obtinuit à rege Lothario, ut ſibi traderet quædã loca iuxta Rhenum, Briſgoiam quoq; & Sunggoiam. Creauit eum quoq; ducẽ, hac tamẽ

conditione,ut tam ipſe q̃ poſteri eius abſtinerent à regio titulo Auſtraſiæ. Ab iſto Sigi-
Otbertus primus comes Habſpurg. perto putant prognatos comites Habſpurgenſes. Nam filius eius Otbertus uſurpauit primum titulum comitis ab Habſpurg. Ab Otberto hæc genealogiæ recenſetur ſeries. Otbertus,Babo,Rotherus,Ethobertus,Galbon,Rampertus, Guntramus, Luthardus,Lutfridus,Hunfridus,Guntramus,Bezalinus,Radepotus, Vuernherus, Otto,Vuernherus, Adelbertus,Rudolfus,Albertus,Rudolfus, Albertus, Albert⁹,Lupoldus,Erneſtus,Fridericus,Maximilianus,Philippus,Carolus. Signaui hic eorum ſucceſſionem, ut olim ab hiſtoricis Cęſari Maximiliano fuit præſcripta. Infra in deſcriptione regionis Auſtriæ inuenies, quomodo Rudolfi ab Habſpurg genealogia fuerit propagata in multos ramos.

De terris Vraniæ, Suitiæ & inferioris Syluaniæ, priuſquam mutuo fœdere ſibi iungerentur.

Vri unde. TEmpore Iulij primi Cæſaris, appellauerunt Romani incolas Vraniæ Tauriſcos, & nomen Vri quo hodie compellantur putatur originẽ duxiſſe ab Vranis, quos ueteres Tauriſcos nominauerunt, ſicut & in hunc uſq̃ diẽ Siebẽtalenſes tauros uocant uros more ueterum Germanorũ. Deinde & regio iſta habet nigrum tauri caput in campo croceo, quo pro inſignibus utitur. Sunt qui ſcribunt, Gothos olim cõſe diſſe in hac regione. Signauimus etiam ſuperius, quomodo populi Germanicæ nationis olim ſibi in hac atq; in Suitenſi terra ſedem conciliarint. Scripſimus quoq;, qui olim adminiſtratores reipub. fuerint in his terris, nempe reges Frãciæ, id quod potiſſimũ probat̃ ex antiquis fundationibus, ſicut Ludouicus rex Germaniæ nepos Caroli magni aliqua dominia de terra Vranenſi donauit monaſterio monialiũ Tygurenſiũ. Poſteris uero tẽporibus quãdo imperiũ ad Germanos eſt translatũ, & duces, comites alijq; imperij uaſalli facti ſunt domini terrarũ, antiquæ quoq; ciuitates & ualles imperij priuilegijs ſunt donatæ, & ſingulis adminiſtratio ſuæ reipub. permiſſa, tunc & hæ tres ualles fuerunt exemptæ & nulli alij dominio quàm imperio ſubiectæ, id quod teſtatur Fridericus ſecundus in confirmatione
Suicia uallis imperij. priuilegiorum & antiquarum conſuetudinum Suiciæ & Vraniæ. Sic quoq; Rudolfus ab Habſpurg rex Rom. hoc probat, quando in confirmatione priuilegiorũ Suitenſiũ ſic ſcribit: Rudolfus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, prudentibus uiris uniuerſis hominibus uallis in Schweitz liberę conditionis exiſtentibus, dilectis ſuis fidelibus gratiã & omne bonum, &c. Datum 1291. Hoc idem teſtantur priuilegia ab Imperatoribus Henrico Lutzelburgenſi, Ludouico Bauaro & eorum ſucceſſoribus Pagis Heluetiorum conceſſa. Fuerunt ergo à multis annis habitatores Vraniæ, Suiciæ & Syluaniæ liberæ cõditionis, inter quos & multi nobiles olim habitauerunt, habentes omnes ſua iura municipalia. Vnde qui ſcribunt, hos tres pagos Vraniam, Suiciam & Syluaniam olim paruiſſe comitibus ab Habſpurg ac deinde ducibus Auſtriæ, errant toto cœlo, cum illorũ temporibus & antea quoq; liberæ fuerint conditionis, id quod confirmationes priuilegiorum ipſorũ oſtẽdunt. Reliquit poſt ſe Rudolfus rex filium Albertum ducem Auſtriæ, ſed qui nullã habuit iuriſdictionem ſuper eos, quum homagium præſtiterint regi Adolpho. Interfecto aũt Adolpho & Alberto electo ad imperium, ille non potuit uiolare ipſorum priuilegia à ſuis prædeceſſoribus collata & cõfirmata, ſicut nec ſucceſſores eius Fridericus, Lupoldus, Albertus & alij duces Auſtriæ, quorum nullus aliquam habuit iuriſdictionem in has terras, quæ iurauerunt Ludouico Bauaro ceu Romanorum regi. Mortuis deniq; ducibus Fride-
Tres pagi nunquam Auſtrijs ſubiecti. rico & Lupoldo, dux Albertus claudus, uir alioqui ferox, non habuit occaſionem cõquerendi contra tres pagos tanquam inobedientes ſicut conqueſtus fuit coram Carolo quarto de Lucerna & Tugio. Nullum itaq; imperium habuerunt comites ab Habſpurg et poſt comites illos, duces Auſtriæ, in tres pagos, niſi quod rex Rudolfus & rex Albertus filius eius ratione imperij illis deſignauerunt præfectos, quemadmodum & alij ante eos fecerãt Romanorum reges.

Quomodo præfecti & gubernatores nomine imperij tribus pagis fuerint deſignati.

FVit conſuetudo in imperio, ut Romanorũ rex deputaret ciuitatibus & uallibus imperio ſine medio ſubiectis, præfectos & iudices, qui nomine imperij tribunalibus prę eſſent, & hi plerunq; ex nobilibus aut alijs grauibus perſonis regionum deligebantur, qui tamen

tamen interdum functiones ſuas alijs quoq; ſubdelegabant. Sic itaq; tribus pagis dati ſunt quoq; prefecti à regibus & Imperatoribus. Et hi præfecti in adminiſtratione reipub. nullã habebant commiſſionem, ſolũ in tribunalibus ius dicebant. Et in hũc modũ Albertus rex Rom. dedit quoq; pagis ſuos præfectos. Et cum illi abuterentẽ officijs ſuis, fuerunt ab incolis expulſi, ut iam dicetur. Præfectus Syluaniæ exigebat ab indigena quodam, ut ſibi mitteret bijuge boum. Quo recuſante iuſſit præfectus, ut ſeruus ui abduceret iugum. Quod cũ ille exequi conaretẽ, filius patrisfamilias mutilauit ſeruũ digito uno & aufugit. Præfectus indignatus contra indigenã, cepit eum & eruit ei oculos. Accidit quoq; alio tẽpore in Syluania, ut abſente quodam patrefamilias, prefectus coegerit uxorẽ eius ad parandũ ſibi balneum calidum & ad obtemperandum ei in eodẽ balneo. At mulier differens hoc quouſq; maritus uenit, conqueſtaq; tentatã eius pudicitiã, adeo maritũ commouit, ut ille præfectũ ſecuri occideret. Præfectus quoq; Suicię & Vranię actus magna inſania, erecto baculo impoſuit pileum ſuũ, fecitq; per ſeruum mandari omnibus prætereuntibus ut pileo ſuſpenſo honorem exhiberent. Erat aũt indigena quidã Guilelmus Tell nomine, qui id facere recuſauit. Vocatus ergo ad dominũ, iuſſus eſt pomũ capiti filij ſui impoſitũ telo ex baliſta torto abijcere. Erat enim ſagittarius inſignis. Rennuit is aliquandiu id facere, ſed cũ tandẽ imperium ſubterfugere non poſſet, fauente numine, quod iuſſus fuerat feliciter & ſine læſione pueri perfecit. Et cũ adhuc aliud haberet iaculũ, interrogatus à dominio in quem uſum

wilhelmus Tel.



illud recepiſſet,reſpõdit.Si primo iactu puer læſus fuiſſet, aliud iaculum in te torſiſſem. Quo audito,præfectus captum nauigio abduxit.Cumq; ille ueniſſet inter Vraniam & ui cum Brun,lapſus è naui,per ardua & inuia montium currens dominum præuenit, inſidi/ asq; illi intentans,ſagitta eum transfodit.Hiſce & ſimilibus facinoribus præfectorum mo ti indigenæ,excluſerunt eos in uniuerſum ex tribus pagis.Imperatores Hẽricus ſeptimus & Ludouicus Bauarus poſt hæc geſta,præfecerunt eis iudices, ſtatueruntq; ne quis alius quam ex indigenis deligeretur.

Quid geſtum apud Heluetios ſub Imperatoribus Henrico Lutzelburgenſi & Ludouico Bauaro.

ANno Chriſti 1308.electus eſt ad imperiũ Henricus comes Lutzelburgenſis,iuraue rũtq; ei ſequenti anno Tygurũ,Berna,Solodurũ,etiã pagi Vri,Suicia et Syluania.

Anno 1309.natũ eſt diſſidiũ inter abbatẽ ad Heremitas,uulgo Einſideln et Suitẽ ſes.Abbas inuocato auxilio ducis Lupoldi excitauit Ergouiẽſes cõtra Suitẽſes. At Suitenſes ferociter illis occurrẽtes multos occiderũt aut in lacu ſubmerſerũt.Ciues A/ rawenſes magnum damnũ tunc perpeſſi ſunt. Anno Chriſti 1314.uacante imperio archi epiſcopus Moguntinus uocauit Treuerenſem & Colonienſem epiſcopos, Iohannẽ Bo/ hemiæ regẽ,ducẽ Saxoniæ,Marchionẽ Brandenburgñ & Rudolphũ Palatinũ. Conueniẽ tes aũt in Franckfurt,uenerunt quoq; Fridericus dux Auſtriæ & fratres eius Lupoldus ac Albertus pro imperio laborãtes,quibus tamẽ contrariabanť epiſcopi Mogũtinus & Tre uerenſis atq; rex Bohemiæ.Quod intelligens Fridericus,cõuenit Rudolfum & Ludouicũ duces Bauariæ fratres ut ſibi aſſiſterent.Vidẽtes aũt duo epiſcopi & rex quod Fridericus ambiret imperiũ,induxerunt Ludouicũ ducem Bauarię ut ſe contra Fridericũ eligi permit teret.His tribus aũt adiunxit ſe miles Marchionis Brandenburgñ, qui habebat mandatũ à principe ſuo in genere,qui ſimiliter elegit Ludouicũ.Electi ſunt igiť in diſcordia Ludoui cus dux Bauariæ & Fridericus dux Auſtrię.Pauſante aũt Ludouico per aliquot dies cũ e/ piſcopo Moguntino in Oppenheim ciuitate imperiali,quã archiepiſcopus in pignus ha/ bebat ab Henrico Imperatore,aduerſarij ſui in oppido Heidelberg,quod erat Rudolfi fra tris Ludouici,ſubornarunt militẽ quendã ut parua baliſta ſub chlamyde prouiſus & ſagit ta uenenata iret in Oppẽheim ſimulãs ſe ex parte Ludouici eſſe, donec oportunitate data eum ſagitta occideret.At rex Ludouicꝰ monitus ab amico uenientẽ militẽ cepit,leuatoq; pallio eius inuenit baliſtam,detectumq; eſt totũ machinationis factũ.Ludouicus itaq; hũc longo tempore biga ligatũ pro ſpectaculo ſecũ duxit,ac tandem ad caudam equi ligatum & per ciuitatẽ tractũ,primo rotari fecit,& deinde quadrifariã ſecari. Anno domini 1315. Ludouicus eſt Aquiſgrani magna pompa coronatus ab archiepiſcopis Mogunt.& Tre/ uerenſi. Fridericus uero fecit ſe coronari Bunnæ ab archiepiſcopo Colonienſi.Porro Lu douico iurauerunt omnes ciuitates inferiores uſq; ad Argentinam: ſed ſuperiores & quæ ſunt iuxta lacum,receperunt Fridericũ,exceptis Berna,Baſilea,Soloduro et tribus pagis. Aliæ etiam per Sueuiam,excepta Vlma & paucis cum ea,receperunt Ludouicũ. Argenti na & Landoia Friderico adhæſerunt.Cum itaq; Fridericus dux Auſtriæ electus eſſet,licet à paucioribus,intulit frater eius Lupoldus bellum ciuitatibus quæ eum agnoſcere renue/ runt,potiſſimũ aũt pagis infeſtus fuit,ductus hac ſpe,ut ſi exercitũ intra montes introdu/ ceret,iam multo facilius illos q; ciuitates fratri reluctãtes edomaret.Quapropter pagi ſcri pſerunt Ludouico Bauaro,qui tũc Nurnbergæ morã trahebat,anno ſcilicet 1314.in Iunio, ſicut ille rurſum pagis ſcripſit his uerbis:Ludouicus dei gratia Romanorũ rex ſemper Au guſtus,prudentibus uiris in Vnderwalden, Vri & Suitz,fidelibus et dilectis gratiam ſuã et omne bonum,&c. Viri conſtantiſſimi,aduerſariorũ cõminationibus ne ſinatis animos ue ſtros aliqualiter demulceri,&c.Præcepit etiam omnibus regni prefectis & officialibus,ut præfatos pagos defenderent & tuerenť pro uirili ſua.Eodem anno dimicantes pagi cũ du cis Auſtriæ copijs auxiliaribus,utrinq; aliqui fuerunt uulnerati.Erant pagi,præſertim Sui tenſes,undiq; hoſtibus circumdati:nã incumbebant eis Glaronenſes, Wernherus comes ab Homburg,dominus in ueteri Rapperſwyl, Rudolfus comes ab Habſpurg,dominus in noua Rapperſwyl,Abbas ad Heremitas,Tugienſes & Lucernenſes. Interim aũt Sui/ tenſes prodeuntes irruerunt in monaſteriũ Heremitarũ, captiſq; quatuor monachis,qui barones erant, abduxerunt eos ſecũ in Schwitz. Dux Auſtriæ Lupoldus ubiq; apud fami liares

Pagi bello pe/ tuntur.

liares ſuos, comites & barones, auxilium querebat & ſollicitabat quoſcꝫ contra Suitēſes. Factumcꝫ eſt ut partibus ſuis inter multos quoꝫ accederent Hartmannus & Eberhardus à Kyburg, domini in Thun & Burgdorff, et tutores monaſterij Interlacus, quorum iuriſdictio ferè extendebatur uſcꝫ ad Vnderwalden. Vexatis itaqꝫ pagis ab omni parte, rex Ludouicus tunc Monaci agens, ſcripſit rurſum Suitenſibus in Nouembri in hunc modū: Ludouicus dei gratia Romanorū rex ſemper Auguſtus dilectis filijs ſuis, officiato concilio, ciuibus & uniuerſis hominibus in Switz gratiam ſuam & omne bonum, &c. Admonuit eos denuo, ut conſtantes manerent in fide erga ſe & imperiū: ſibi conſtare de laboribus & periculis, quos in illum uſcꝫ diem perpeſſi eſſent ab hoſtibus ſuis & imperij. Sibi quoꝫ in animo eſſe, in uere & cꝫ citius poſſet conſcribere ex domeſticis regni magnū exercitū, per quem Suitenſes & alios ſui nominis gratia moleſtijs affectos ex periculis liberaret. Circa calendas nouembris collegit dux Lupoldus magnum exercitum in Thurgoia, Ergoia, Alſatia & Sueuia, ſollicitauitcꝫ fautores ſuos, comites, proceres & ciuitates, ne ſibi deeſſent, atcꝫ in hunc modum cōgregauit exercitum uiginti millium peditū & equitū, quē & iuxta lacum Tygurenſem ducens, recta pergebat uerſus Schwitz. Cōſiſtens autem in Egre, deliberabat cū conſiliarijs ſuis, qua parte commodius ingrederet regionē Suitenſiū. Capto uero cōſilio, aderat ſtultus ducis Lupoldi nomine Kune de Stocken, q conſultantes audierat, & is ſuū calculū temere adijciēs dixit. Non placet mihi conſilium ueſtrum: quia omnes conſultatis quo pacto intremus regionē, nemo aūt dat conſilium quo modo rurſum egrediamur. Cæterum cū Suitia undicꝫ cingatur aut montibus aut aquis, anguſticꝫ meatus in eam introducant, poſuerunt Suitenſes paſſim prēſidia et obſeruatores, ne quis te mere ingrederetur regionē. Mouentecꝫ duce caſtra ſua, edocti ſunt Suitenſes per amicos uicinos, qua parte hoſtis ingreſſurus eſſet terram. Nam iecerunt ſpicula ad Suitenſes, in quibus ſcriptum erat, prouidete uobis in Morgarten. Quo intellecto, Suitenſes cum ſocijs Vranenſibus & Syluanis illico per turmas ſe ſe recipiunt in mōtem Sattel, inter quē & lacū Egre uia eſt, qua exercitus ducis contendebat per anguſtias ingredi terrā. Conföderati ergo mutuo ſeſe exhortantes expectant aduenientē exercitum, inuadunticꝫ illum, pauci multos, lapides grandes deuoluentes in exercitum, adeocꝫ terrent equos, ut præcipiti curſu ferrentur in lacum. Et quoniam uia lubrica erat à frigore & glacie, equis nullum erat firmum ueſtigium, atcꝫ ob id miles coactus fuit pedē mouere retro. Inſequentes aūt Suitenſes magna clade affecerunt hoſtem. Dux Lupoldus cū ſuis copijs quæ adhuc ſupererant fugiens, recepit ſe in Thurgoiam. Incidit bellū illud in annum Chriſti 1315. die 16, nouembris. Monuerat eodem tempore dux Lupoldus comitem Straſsbergenſem, qui habitabat in Nuchtland, ut collecto exercitu traijceret montem dictum Bruneck, inuaderetcꝫ Syluanos. Quod cum innotuiſſet Suitenſibus & auxiliarijs eorum, illi ſine mora agmen bellicoſorum uirorum miſerunt uerſus montē Bruneck, qui defenderent Syluanorum terram, id quod & ſtrenue fecerunt, occiſis aliquot ex hoſtibus. In omnibus his bellis pagi nullum habuerūt externum auxilium, eo quod Baſilienſes, Solodurenſes & Bernenſes, qui Ludouico regi iuramentum quoꝫ præſtiterant, duces Auſtrię etiam haberent hoſtes. Nec urbes iſtæ tunc ſicut hodie habuerunt ditionem aliquā extra mœnia, ſed omnia ferè per circuitum earum erant ſubdita alienis dominis. Nec Tyguren ſes uolebant initio pugnare cōtra Auſtriacos. Fridericus uero dux Auſtriæ, qui omnibus modis ſibi uoluit uſurpare imperium, eo cꝫ in diſcordia quoꝫ electus eſſet, tātum faciebat regi Ludouico negocium, ut ille non poſſet pagis aliquod ferre præſidium.

Ludouicus Bauarus ad Suitenſes.

Lupoldus magnum exercitū contra Suitenſes colligit.



Cōfœderati hoſtem ſternunt.

Primum Suitenſium fœdus.

ANno Chriſti 1315. cū incolæ Vraniæ Suiciæ & Syluaniæ, integro biennio bello uexati fuiſſent à duce Auſtriæ cꝫ illū nollēt agnoſcere Rom. regē, quia pauciora in electione habuerat uota, cōuenientes in Vrania perpetuū percuſſerūt fœdus, dictūcꝫ eſt fœdus illorū, triū pagorū ſeu triū Syluanorū locorū liga, Germanice, der dryen lender oder dryer Waldſtetten bundt. Anno 1317, obſidione cinxit Fridericus dux Auſtriæ Eſslingen cōtra



regem Ludouicum, uentumq; est ad pugnam cruentam, multis utrinq; cadentibus. Anno 1318. obsedit Lupoldus dux Austriæ Solodurum, quod homagiũ quoq; præstiterat Ludouico: Bernenses uero miserunt Solodurensibus præsidium aliquod aduersus Lupoldũ. Inuadentes quoq; Bernenses ditionẽ comitũ à Kyburg, qui partes ducis Lupoldi iuuabãt, incendio deuastauerunt eã. Quo cognito, dux soluit obsidionẽ, Paulo pòst factæ sunt induciæ inter ducẽ Lupoldũ & Suitenses. Anno 1323. confirmauit rex Ludouicus priuilegia triũ pagorũ Vri, Switz & Vnderwalden. Eodẽ anno captus fuit dux Austriæ Fridericus in quadã pugna à rege Ludouico, sicut & supra hęc historia fusius est explicata. Quod ægre ferens dux Lupoldus frater Friderici, nullum non mouebat lapidem, quo fratrem liberaret. Mouebat bellum ingens contra Ludouicum, sed omnia frusta. Veniens autẽ magus quidam seu præstigiator, promittebat per diabolum ducem Fridericũ liberare è captiuitate. Vnde diabolo uenìente in carcerẽ ad Fridericum, monenteq; ducem ut si uellet liberari sibi insideret, territus princeps, signauit se crucis signaculo, inuocatoq; deo, præstigium effugauit. Tandem iuxta Colmariam in castris cõcordia facta est & dux Fridericus e captiuitate liberatus, sed hac conditione, quod tam ipse quam frater Lupoldus Ludouicum Bauarum permitterent sine omni impedimento regnum administrare. Paulo tamen post mortuus est dux Fridericus. Duce uero Lupoldo bellum repetente cõtra Cæsarẽ Ludouicum, haud longe pòst morbo correptus Argentinæ mortuus est anno 1327.

Fridericus Cæsar captus.

Bella

Bella nata inter duces Auſtriæ

& confœderatos Heluetiæ.

HAbuerunt iam memorati duo duces Auſtriæ ex fratre nepotẽ nomine Lupoldũ, qui anno Chriſti 1385. omnem diſſenſionis materiã inter domũ Auſtriæ & confœderatos tollere cupiens, fecit pacẽ cum eis, ſed pax illa non diu durauit. Nã nouæ exortæ ſunt cauſæ bellorũ, inuitis duce Auſtriæ & cõfœderatis. Quidã enim Auſtriaci uicini Lucernanis, facti ciues Lucernæ ſic exaſperauerunt ſuos præfectos, ut præfecti illos captos in odium confœderatorum ſuſpenderint. Qua iniuria Lucernani moti, uiceperunt oppidum Rotenbergum, atq; capti oppidi muros & caſtrum ſolo æquãt. Poſtea ſtrages & incendia ſecuta ſunt à ducibus Auſtriæ & confœderatis. Multi ſub idem tẽpus acceſſerunt fœderi Heluetiorũ, pertæſi durã ſuorum prefectorũ ſeruitutẽ. Vnde tota uallis Entlibuch & oppidũ Sempach obtento iure ciuitatis Lucernanæ, nõ parũ incendiũ iſtud fouerunt. Receptũ eſt quoq; à confœderatis oppidulũ Meienberg. Anno 1386. Tygurẽſes, Lucernani et tres pagi profecti in Thurgoiã occuparũt caſtrũ Pfeffikon. Venit autem eo tempore exercitus ducis Auſtriæ bene inſtructus, ſed quẽ repentino impetu confœderati oppreſſerũt. Poſtea inducię factę ſunt, ſed tot cædibus exaſperati animi utrinq; non diu ſeruarunt. Rurſum igitur alteri alteros lædũt, & res ad arma uenit. Dux Lupoldus multis ſibi per Germaniam iunctis ſocijs, proficiſcitur ad Sempach, ad opprimendum in eo oppido præſidium cõfœderatorum. Quo ducis conſilio perſpecto, cõfœderati plures clàm noctu mittunt, qui hoſtem expectent, & ſi uideatur aggrediãtur. Vix igitur in conſpectum oppidi uenit dux cum copijs ſuis, & occurrunt illi obuiam confœderati in loco paulò ſibi æquiore, & in quo equitatus utilis eſſe non poterat. Dux & omnes nobiles ex equis deſcendentes, acie inſtructa, quantum per temporis anguſtiam licuit, opponunt ſe illis, concurritur, pugnant nobiles primo impetu fortiſſime, ſed ex ſolis nimio æſtu & laboris magnitudine fatigati, cedere coacti ſunt: neque enim poſſibile fuit ocio aſſuetos tamdiu ſolem & labores pugnæ ferre, quamdiu poterant ruſticis laboribus exercitati homines. Dum igitur ex pugna fatigati nobiles ad equos ſuos properant, occidunt ferè oẽnes. Cecidere in illa pugna Auſtriæ dux Lupoldus, Otto marchio de Hochberg, Iohãnes comes de Furſtẽberg, duo comites de Tierſtein, comes unus de Zollern, et plurimi nobiles minoris gradus. Inſecuti ſunt confœderati eos qui ſibi fuga conſulere nitebantur, multosq; in fuga ceperunt & trucidauerunt. Magnam gloriam & prædam in eo prælio adepti ſunt. Sepultus dux cum 60. nobilibus in cœnobio Kunigſsfelden. Habuit occiſus dux Lupoldus filiũ nomine patrem referens, qui iuuenis erat animo fortis & exercitatus in omni armorũ genere. Statuit igit uindicare patrẽ & alios apud Sempach occiſos: Accedensq; Carolũ Imp. exponit illi ſua conſilia et queritẽ de clade accepta. Imp. adhortatur eũ ad uirtutẽ, & ut cõfœderatos bello fatiget, nihil tamẽ temere agat. Aggrediť igiť dux Lupoldus Suitẽſes magno animo, conatu, apparatu & ira, multis ex imperio aſcitis ſocijs: multisq; in locis tẽtat fortunã, ſed ferè ubiq; aduerſa erat. Eo bello comes Werdenber-

Auſtriaci contra Lucernanos.

Pugna Sempachenſis.







Occumbit dux

Glareani uastantur.

Werdenbergensis & comes de Tockenburg uallem Glarensem uastauerunt & direptas domos incēderunt: quibus rebus exasperati Glareani, coniunctis sibi paucis ex uicinis pagis, adoriuntur hostem, in augustijs mōtium committit̄ pugna, utrinq; pugnatur fortiter, sed confœderati fortius de suis focis & pro libertate pugnantes. Vertunt tergū Austriaci (sic enim appellabantur omnes in eo bello hostes cōfœderatorum) occiduntur à parte comitū mille quingenti, Glareanorū uero & sociorū eorū uix quinquaginta. Fugientes Austriacos insequunt̄ usq; ad oppidū Vrsee, ubi ex fuga se recolligere & requiescere cōstituerunt. Sed oppidū expugnant Heluetij, coguntur q; Austriaci noctu ex eo fugere per montes in Tockenburg. Suitenses armis eorū & reliqua præda potiti, sequūtur eos usq; in Tockenburg, & per totā Thurgoiam multas deijciunt arces, occupāt q; multa, quæ adhuc iure belli possident. Eodem anno expeditionem mouerunt Bernates & Solothurenses con-

Nidow expugnatur.

tra oppidum Nidow, oppugnaueruntq; illud terra & aqua. Nam nobiles qui illud inhabitabant, diripuerunt amicos & inimicos. Expugnato aūt oppido & castro, inuenerūt in castro episcopum quendam Portugallensem & Priorem quoq; cū comitiua eorū, qui uenerāt ē Roma, rectà patriam per Gallią petētes: sed deprehensi in uia spoliati sunt omnibus rebus suis, conjectiq; in carcerē. Inuenti aūt in carcere, liberati sunt & ducti Bernā, ubi uestiti & cōmeatu tanto prouisi, ut expensæ ascenderint ad trecentos ducatos. Abeūtes autē uenerunt Lucernā & deinde in Longobardiam, ubi cogniti à multis, expensas restituerūt Bernatib, & insuper largiti sunt illis mille ducatos, quod eorū beneficio liberati essent ex carcere. Sed reuertamur ad Heluetios. Quū Austriaci in bello Heluetico sępe male pugnassent, semperq; crescerent uires montanorū hominū, qui indies aliquid acquirebāt, fatigati sunt tandem utriq;: nam Heluetijs cœpit deficere sal & frumentū, & dux Austriæ pecunia exhauriebat̄, quapropter partes cœperunt audire eos q̄ de pace loquebantur, at animis adhuc discordabant, quod seminariū fuit multorū bellorū. Anno 1397. ortū est bel-

Bellum inter abbatē S. Galli & Abbacellenses.

lum inter abbatē S. Galli & inter Abbacellenses. Querebat̄ abbas sibi minui iura & reddi tus quos habebat apud Abbacellenses, & contra illi dicebant, se plus æquo premi à præfectis & exactorib. Iunxit itaq; abbas se fœdere ciuitatib. Sangallo, Cōstantiæ, Vberlingæ, Lindoiæ & Rauenspurgo: & hæ omnes ciuitates miserūt auxiliū abbati ad domādos Abbacellenses. Abbas igitur manu non parua aggredit̄ paucos illos paganos pastores (sic enim uocabāt eos.) Cōgregati uero Abbacellenses obuiā uenere hostib. Disposuerūt etiā quosdā in sublimioribus locis, ad obseruandū uiarū augustias, datis illis lapidibus, quos in hostē deuoluerent per montiū præcipitia. Erantq; ita Abbacellenses natura loci adiuuāte ordinati, ut decennis puer aut nonagenarius senex seu mulier, potuisset mille uiris aditum prohibere. Armati itaq; Abbacellenses cū primū abbatis copiæ eorum attigerūt fines, de monte per cliuū ruentes impetum in eas fecerunt, & quidē singuli aliquot lapides deiecerunt in hostem, quorum iactu multi cadebant. Postea manus conseruerunt, abbatisq; copias terga uertere coegerunt. Abbas mittit legatos ad uicinos principes & ciuitates, rogatq; ut sibi subueniant, pessimumq; pastorū exemplum mox ab exordio opprimant. Interim dum hæc aguntur, Abbacellenses quærunt quoq; adminicula, fœdus cum Confœderatis Heluetijs ineunt. Et ubi cognouerunt abbatē meditari obsidionē longiorē, ut fame coacti se illi tandē dederent, capto cōsilio uicina castella expugnāt & deijciūt è mōtibus, quæ cunq; abbati usui esse iudicabāt ad bellū, & uicinos sibi iunxerunt, quod hostes magis exasperauit. Abbas uix potuit obtinere à duce Austrię ut sumeret arma cōtra Abbacellēses. Nam equitatus nullus in mōtibus usus esse potest, nec maioribus copijs in angustijs locus

Sangallus pro pendet ad confœderatos.


est pugnandi. Acceptis itaq; copijs auxiliaribus, arma mouet cōtra Abbacellēses. Primū tamen mouet hostiliter castra ad oppidū imperiale Sangallū, q̄ ciues eius inclinarēt se ad Heluetiorū fœdus, obsidetq; illud & agrū eius diripit. Abbacellēses amicis suis hæc, ppter se fieri grauissime ferētes, de montib. præcipitāt se in hostes & in fugā uertūt interficiūtq; multos. Facta est pugna illa anno 1405. mēse iunio. Misit quoq; tūc dux Austriæ expeditissimos iuuenes, qui pagum Abbacellā expugnatū diriperent & exurerēt, sed omnes uiæ erant obstructæ præsidijs, ut nusquam pateret aditus: de industria tamē quodam loco cessare ij qui in præsidiū constituti erant & passi sunt eos ingredi, ubi uero uenerunt in locū in quo Abbacellenses optabāt eos esse, demittunt in eos immania saxa. Et postq; uident eos prorsus dissipatos, quosdā occisos & quosdā claudos, descendūt de monte & impetu ruūt in hostes & occidūt plurimos, totumq; exercitū in fugā uertunt. Sub idem tempus Abba-

cellenses

cellenſes multas arces occuparunt,nec modum fecerunt deſtruendorũ caſtrorũ in ea ualle quæ à Sangallo oppido ad Rhenũ uſq; pertingit. Traijcientes quoq; montẽ Arlen ceperunt arcẽ Landeck & deſtruxerunt Monfort & alias multas munitiones. Defecerũt paſſim omnes uicini ruſtici ad eos,ſicq; factũ eſt ut qui antea obſcuri erant et mundo incogniti,iam paſſim omnibus notiſſimi fierent,celebreq; ob egregia ſua facta adipiſcerentur nomen. Anno poſt Chriſtũ natum 1405.eduxerunt Abbacellenſes copias ſuas aduerſus Guilelmũ comitem Brigantinũ & oppidũ Brigantium obſidentes,ſed aduentu magni exercitus ex Sueuia,obſidionem ſoluere & domũ redire coacti ſunt.Reuerſi uero denuo,comes auxilio nobiliũ præcipuè epiſcopi Cõſtantienſis ſtipatus congreditur cũ illis,pugnatumq; eſt utrinq; pertinaciter,tandem uero Abbacellenſes fatigati & ſuorum cæde ad rari tatem redacti ceſſere. Demũ poſt multa damna utrinq; illata & accepta,rex Rupertus uocato abbate & ſuis auxiliarijs,uocatis quoq; Abbacellenſib. fecit pacẽ inter diſſidentes.

Abbacellenſes clari fiunt.

De Lucerna Heluetiorum ciuitate.



LVcerna monaſterium iuxta lacũ Helueticũ,quem hodie Lucernenſem uocãt, fuit olim conſtructum à presbytero quodam Wighardo nomine,qui frater fuit Ruperti ducis Alemanniæ & Sueuiæ,tempore ſcilicet Ludouici regis, anno circiter 816. aut tempore Ludouici ſecundi anno 840. Factum eſt etiam poſtea,(quãdo uero & à quo non cõſtat)ut hoc monaſterium ſubijceretur abbati Murbacenſi. Hoc quidẽ prodũt hiſtoriæ,regẽ Lotharĩũ,qui fuit anno 850 aut circiter,requiſitũ ab abbate Murbacẽſi,ad cõ firmandũ iura quædã monaſterij Luciariæ(ſic uocat Lucernã)quæ habuit in uilla Emmanſita in Ergoia iuxta fluuium Ruſs,quæ olim abauus eius rex Pipinus atq; pater Ludouicus Imperator monaſterio donauerat. Memoratus quoq; dux Rupertus tradidit portionem patrimonij ſui regi Ludouico,ut ex illo conſtrueret & fundaret Tyguri monaſterium ad fluuium Lindmat,quod quidam putant eſſe abbatiam monialium à Tygurẽſibus dictam monaſteriũ dominarum. Ciuitas uero poſt monaſterium & partim ratione monaſterij eſt condita,id quod in multis alijs oppidis quoq; uidere licet,quæ iuxta monaſteria ſucceſſu temporum ſuccreuerunt, præſertim iuxta monaſteria diui Benedicti,ut ſunt, Wyſſenburgum,Seckingen, Fulda, Amerbachium, Sangallus, Campidona, Blabeuuern & multa alia. Monaſterium itaque memoratum appellatum eſt Lucerna ab eo loco in quo conditum eſt, id quod ex literis fundationis notari poteſt, & ſunt quidam in hac opinione, ut putent nomen illud datũ loco à magna & peruetuſta turri que hodie ſtat iuxta pontem in

Lucerna primo monaſteriũ

Iuxta antiqua cœnobia orta ciuitates.



in exitu lacus, ex qua olim nocturni ignes ostensi nauigãtibus præluxerunt. Eiusmodi turres ueteres Pharos dixere, qualis iuxta Alexandriam in Pharo insula turris fuit, nocturnis facibus procul et è sublimi nauigantibus uelut cursum dirigens, quo suum in portum inoffensi deferrentur. Confœderata est Lucerna tribus pagis anno salutis 1332. ante Martini, uocatumq; est fœdus illud, fœdus quatuor Syluanorum locorum. Est autem ciuitas satis amœna & elegans, dignitate & opibus par multis, commune emporium Suitensium, Vranorum & Transsyluanorum & ubi deponuntur merces quæ ex Germania in Longobardiã & Liguriam transmittuntur, & per lacum magnũ ad cuius finem Lucerna est sita, spacio quinq; milliariorũ in Vraniam deferuntur, atq; inde dorso equorum per montes & ualles alpium Mediolanũ usq; transportantur. In ipsa Lucerna Vrsula fluuius manat ex lacu, haud secus quàm Constantiæ Rhenus ex lacu Podamico & Tiguri Linmagus ex lacu Tigurensi. Habent autẽ Lucernates maiorem ferè commoditatem ex lacu quàm ex adiacente solo, tametsi eximia quoq; habeant prata & pabula pro pecoribus nutriendis. Literæ fundationis monasterij Lucernensis. In nomine domini, Notum sit omnibus nobilibus & ignobilibus, tam futuris quàm præsentibus, qualiter ego Wighardus & frater meus Rupertus, dux militũ regis Ludouici, qui nobis ex consanguinitate coniunctus est, omnia prædia nostra, quæ nobis ex paterna hęreditate aduenerunt, ex illius permissione & iuuamine diuisimus. Postea frater meus pro amore dei & remedio animæ suæ ductus, omnẽ partẽ suã, quæ ad eũ pertinebat, domino suo regi contradidit, ea uidelicet ratione in castro Thuricino iuxta fluuiũ Lindemaci ecclesiã construeret, et seruiciũ ibidẽ perpetualiter cõstitueret. Vnde ego Wighardus presbyter quamuis indignus ex intimo desiderio cõpunctus, in quodã loco qui Lucerna ex antiquitate est dictus, iuxta fluuiũ qui Rusa uocatur, & de summitate magni laci fluit, in honore sancti Leodegarij martyris, & sancti Mauricij et sociorũ eius et omniũ sanctorum, paruũ tugurium construxi ac ædificaui, omnẽ substantiã quæ me attingit, de mõte qui Albis uocatur, incipiens à prædio meo Lungkhof, et omnibus locis circũquaq; iacẽtibus ex permissione regis cognati mei ad ipsum locũ cõtradidi, & me illic propter dei seruitiũ collocaui, et tãtos monachos quãtos potui illic cõgregaui. Vnde uir quidã nobilis et bonus ad me ueniẽs, qui spretis omnibus curis huius seculi, quẽ ego ipse monachũ illic ordinaui, nomine Alwicus, ita ut bene dicã per omnia dei amicus, prudẽs in scripturis sacris qui suis admonitionibus & uerbis salutaribus corda omniũ hominũ regionis illius in dei prouocauit affectũ. Inde de die in diem crescente seruitio dei, ipsum Alwicum mei successorem & rectorem ipso loco dereliqui. Acta sunt hæc temporibus Ludouici regis. Wighardus frater Ruperti ducis militum Alemanniæ. Dictum monasterium hodie est præpositura diues, extra mœnia ciuitatis Lucernensis sita.

Aduerte. Dux militum, nõ dominus Alemaniæ.

Hæredes paternorum bonorum, nõ hæredes ducatus.

Monasteriũ cõstructum est à Ludouico rege Germaniæ anno 840.

Leodegarius passus sub Theodorico primo, post annũ Christi 662.

De urbe Tigurina.



Tigurum proximis aliquot seculis Thuregum dictum, uulgo Zurch, uetustissima est urbs, sita in amœno loco ad exitum lacus magni, qui hic desinit, excluditq; amnẽ Lindmagum uulgo Limmat dictum, quẽ haud procul à Glaronа recipit, & diuidit urbem in duas ciuitates, maiorẽ & minorẽ, quæ tamen tribus coniunguntur amœnis pontibus, in quibus frequentes ciuium fiunt deambulationes. Solum per circuitum ciuitatis est ualde fœcundum feraxq; uini & frumenti plurimi. Vinũ tamẽ plerũq; est subacerbũ, nec potest ob uicinas alpes ad perfectam peruenire maturitatẽ. Maturescit uinũ seu potius mitescit à sua austeritate post aliquot annos in penu conseruatũ. Extenditur mons ad orientẽ ciuitatis & lacus, ferè ad tria miliaria, perpetuis cõsitus uitibus. Est quoq; in urbe amplissimũ frumenti forũ, quod undiq; aduectũ & distractũ, per lacũ Tygurensem ducit ad loca Heluetiorũ superiora, præsertim ad Glaronã. Quin & ex eo lacu in aliũ transportatũ lacũ, quẽ uulgo Walstetten-

tensem



tenſem lacũ uocãt, qui lõgitudine duorũ miliariorũ Germanicorũ inter altiſſimas & preci
pites rupes & mõtes patet, trãſuehit ad Curiã & Griſones ipſos itinere 10 aut 12 miliario
rũ. Eſt aũt forũ illud hebdomodariũ. Quã bonis piſcib. abũdet lacus Tigurinus præſertim
aſſatilib. nouerũt hi q in hac urbe fuerũt. Quãdo uero & à quo prima huius urbis facta ſint
fundamenta, mihi nõ cõſtat. Maior eccleſia Canonicorũ fuit fundata ante tẽpora Caroli
magni. Deinde idẽ Carolus auxit fundationẽ illã circa annũ Chriſti 810. uocaturq; eccle
ſia præpoſituræ ſanctorũ Felicis & Regulæ. Anno Chriſti 853. Ludouicus rex Germaniæ
nepos Caroli magni fundauit abbatiã dominarũ, quæ uulgo uocãt Frawen munſter, ex
patrimonio Ruperti ducis Alemanniæ, quod ille deſignauerat & tradiderat regi Ludoui
co, etiãſi idẽ Ludouicus ex bonis ſuis nõnihil quoq; contribuerit. Prima abbatiſſa uocata
fuit Hildegardis, filia iã dicti Ludouici. In literis huius fundationis, uocãt ciuitas illa Tu
regũ in ducatu Alemãnico, in pago Turgaucẽſi. In fundatione illa loquit rex Ludouicus
in hũc modũ: Noſtrã iuriſdictionẽ & præfecturã in Turego, in ducatu Sueuiæ ſeu Alemã
niæ, quæ eſt in circuitu Thurgoiæ cũ omnib. attinẽtijs & dominijs pertinẽtib. ad hãc præ
fecturã, præſertim cũ regione Vri et Foreſto quod Albis uocãt, donauimus dominarũ mo
naſterio, quod ſitũ eſt in oppido Zurich, ubi deinceps religioſæ fœminæ ſuſcipiant & con
ſeruent. Paterno quoq; animo moti, deſignauimus & tradidimus prædictũ monaſteriũ
cũ omnib. attinẽtijs prædilectæ filiæ noſtræ Hildegardi in proprietariũ, ut memoratis fœ
minis præſit, eaſdẽq; ſub ſua diſciplina, regula & ordine teneat. Datũ 19. Auguſti, anno 10.
noſtri regni Auſtraſiæ, in ciuitate Ratiſponenſi. Multis poſtea elapſis annis, circa annũ ſci
licet Chriſti 1083. liberata eſt urbs ab adminiſtratione ducatus Alemãniæ ſiue Sueuiæ, id q
ſupra quoq; indicauimus. Anno Chriſti 1136. capta eſt ciuitas Tigurẽſis à Friderico du
ce Sueuiæ, q poſtea facta eſt Rom. Imp. excluſusq; eſt Cõradus Zeringñ ab urbe Tiguri
na. Anno ſaluris 1356. ſeptima die Iunij facta ſeditione in urbe Tygurina amotus eſt à ſua
functione ſenatus aliuſq; in locũ eius ſubſtitutus. Erãt enim quidã equites, nobiles, & po
tentiores ciues in ſenatu, qui mutua affinitate ſibi inuicẽ iũcti, cũcta pro arbitrio ſuo age
bãt, iudiciaq; ſiniſtra decernebãt. Extorres aũt facti antiqui ſenatores, p maiori parte ſeſe
receperũt Rapperſwilã ad Ioannẽ comitẽ de Habſpurg, unde multa ſubſecuta ſunt mala,

Multa mala passum Tigurũ

ut paulo pòst diceť. Occiderãt Tygurẽſes comitẽ unũ de Habſpurg, quẽ filiùs ſuus Iohannes de Habſpurg uindicare ſtatuit. Igiť in unũ cõgregati q̃ noctu Tygurũ comiti prodere polliciti fuerãt, ciuitati noctu clanculũ apropinquarunt. At Tygurẽſes præmoniti, præparatis inſidijs, multis occiſis militib. comitẽ capiũt, proditoresq̃, etſi nõ potuerint exeq̃ promiſſa, tamẽ rotati ſunt, anno ſcilicet 1350. Biennio pòſt Albertus dux Auſtriæ obſedit Tygurũ cũ multis copijs auxiliarib. comitũ de Wirtenberg, de Hohẽberg & epiſcoporũ Argentineñ & Baſilieñ, nec nõ ciuitatũ Friburgeñ & Bernenſis. A parte uero Thuricenſiũ erant cõfœderati Suitẽſes, Vallis Vranię, Tranſſyluaniæ & Lucerneñ. Poſt longã obſidionẽ compoſitio interuenit, nempe q̃ Thuricẽſes relaxarent comitẽ Iohannẽ ex carcere, liberũq̃ dimitterent, duci uero reſtituerẽt uallẽ Glarẽſem, Lucernã et Zug, ſicq̃ obſidio eſt ſoluta. Anno 1317. uenit Carolus Bohemus rex Rom. in Alſatiã, & ad querelas ducis Auſtriæ profectus eſt Thuregũ & tẽtauit cõfœderatos reuocare à liga. Reſpõderunt Thuricẽſes, paratos quidẽ ſe facere quicquid de iure poſſent, nollent aũt à cõfœderatis ſeparari.

Tigurenſes ob confœderationem oppugnantur.

Ait Carolus, q̃ de imperio eſſent, nec poſſent talẽ ligã rege incõſulto facere. Illi uero aſſeruerũt, ſe iuramẽta ſemel præſtita ſeruaturos. Audiẽs rex, cœpit tractare cũ ducibus Auſtriæ ut uẽderent Lucernã, Zug & Glaris imperio, præſertim cũ hæreditario iure illas nõ teneret. Reſpondit dux Auſtriæ, ſe potius emere uelle aliquid à Cæſare q̃ ſua à ducatu alienare. Poſt hæc Cæſar cõtractis copijs ex imperio obſedit Tygurũ, omnia ferè uaſtãs. Accidit aũt quadã die cũ pugnandũ eſſet, ut diceret epiſcopus Conſtantieñ, Sueuorũ priuilegiũ eſſe q̃ primas tenerẽt in acie: cui cũ cõtradiceret dux, exacerbati Sueui receſſerũt. Deinde & Cęſar diſceſſit. Demũ dux cõpoſitionẽ iniit, obſidionẽ ſoluẽs. Anno Chriſti 1443 defuncto comite Dockenburgẽſi, comitatus Sarganẽſis hæreditario iure obtigit baronibus Rarẽſibus, quorũ habitatio fuit in Valeſia, & q̃ fœdus inierãt cũ Suitenſib. & Glareanis. Erat eo tẽpore Tyguri ciuiũ magiſter nomine Stuſſi, natus ex comitatu Sarganẽſi, qui cõterraneos ſuos induxit, ut ius ſibi redimerẽt ciuitatis Tygurẽſis. Quod cũ male haberet dominũ Rarẽſem & Suitẽſes, quib. ille fœdere iũctus erat, monebant Tygurenſes, ut Sarganẽſes à præſtito iuramento abſoluerẽt. Quod quũ Tygurẽſes facere renuerẽt, uentũ eſt ad arma. Suitẽſes inuocato auxilio omniũ confœderatorũ cõmunibus copijs expeditionẽ mouerũt in Tygurẽſes. Tygurẽſes uero impares tãtis copijs implorabãt auxiliũ ducũ Auſtriæ, quos & facile paratos inuenerũt, id quod adhuc plus irritauit cõfœderatos, iniquo ferẽtes animo, ut illi nouũ fecerint cũ duce Auſtriæ fœdus. Monent̃ ergo denuo Tygurini ut renunciẽt nouæ cõfœderationi. Reſpõderunt illi, ſe cõtra primã prioris fœderis fidem nõ feciſſe, nec em̃ prohibitũ in cõditionib. Heluetici fœderis, alia fœdera cũ alijs nõ faciẽda, modo nõ ſint cõtra cõfœderatos Heluetios. Heluetij itaq̃ arreptis armis, in agrũ Tygurenſiũ irruũt, hoſtiliterq̃ omnia inuadũt, uaſtãt & diripiũt. Ineũtes etiã multas priuatas pugnas & dimicationes, multi deſiderati ſunt à parte Thuricenſiũ & ducũ Auſtriæ præſertim apud Rapperſwilã, ubi cecidit ducis Auſtrię ductor exercitus, miles deauratus cũ alijs quibuſdã. Occuparũt etiã Heluetij oppidũ Brẽgarten, quod Tygurenſib. ſuã promiſerat operã. Tunc miſerũt patres ex cõcilio Baſiliẽſi ſolennẽ legationẽ in die pẽtecoſtes ad Tygurẽſes et Heluetios, quo partes illas diſſidẽtes cõponerẽt, ſed nihil effecerũt. Cũq̃ Lucernates, Vrani, Trãſſyluani & Suitẽſes graſſarenť in agro Tyguríno, erũpentes Tyguríni cũ Auſtriacis quos ſecũ in urbe habuerũt, peruenerũt ad eũ uſq̃ locũ, ubi patibulũ loc⁹ ſupplicij malefactorũ cõſiſtit. Quod Heluetij percipiẽtes, conabanť eos anteuertere, intercludereq̃ reditũ in ciuitatẽ. At illi uidẽtes q̃ futurũ erat, cõuerſi repetebãt urbẽ, decaudatis tamẽ ex eorũ numero circiter ſexcẽtis peditib. & equitibus, inter quos & ciuiũ magiſter Stuſſi nomine, q̃ totius illius tragœdiæ cauſa fuit, occubuit. Parũ etiã abfuit quin Heluetij tũc occupaſſent urbẽ. Exuſtis aũt omnib. locis quæ extra mœnia erãt, diſcedẽtes Heluetij obſidione cinxerũt Rapperſwilã, quouſq̃ per epiſcopũ Cõſtantieñ & fratrẽ eius Fridericũ ab Hewen exorati inducias fecerũt. Eodẽ tẽpore Bernates, Solodurẽſes & Baſilienſes obſidẽtes Laufenbergũ oppidũ, infeſtarũt mœnia oppidi per 12 dies. Sed ſupuenientib. epiſcopis Cõſtantienſi & Baſilieñ, facta eſt cõpoſitio inter aduerſas partes, numeratis Bernatibus 10 milib. aureorũ ab his q̃ de dominio erãt Auſtriæ. Tragœdiã illã excitauerat Iohãnes à Rechberg, q̃ ex illo oppido Bernates & Baſiliẽſes ſæpe uexauerat: Anno 1444. mẽſe maio Heluetij obſidione cinxerũt oppidũ Gryffenſee, q̃ Thuricenſiũ erat, ſubfoſſo quę caſtro obtinuerũt ipſum, & inueniẽtes in eo 62 uiros, omnes decollauerũt, diruerũtq̃ caſtra Werdeck & Sonnenberg. Quomodo uero tandẽ Tygurini rurſum recõciliati & cõfœderati fuerint Heluetijs, dicetur infrà iuxta ciuitatem Baſileæ.

Tigurini fœdus faciunt cũ Auſtrijs.


Tigurini cædũtur.

Laufenbergũ obſidetur.


CIVITAS SOLOTHV

RENSIS, VNA EX PRAECLARIS & uetuſtiſsimis Heluetiæ ciuitatibus, ad Arolam fluuium auriferum ſita, cuius picturam (quam tibi lector hic exhibemus) à prudentiſſimo eius Senatu facile impetrauit præclarus uir Georgius Hertingus ciuis Solothurenſis, eiuſdem ſenatus à Secretis, uir doctus atq; ſtudioſorum patronus deditiſſimus.


Solothurensis ciuitatis effigies ad ui



igies arum pro nostro tempore depicta.




Solothurenſis ciuitatis effigies ad uiuum pro noſtro tempore depicta.



De ciuitate Solothurenſi.

NVmeratur Solodurum inter uetuſtiſſimas ciuitates, ſita iuxta amnem Arolam. Produnt uetuſtiores hiſtoriæ, hanc munitionem extructam paulò poſt conditã Treuerim, quam uolunt tempore Abrahami conſtructam. Meminit Antoninus in ſuo Itinerario huius ciuitatis, appellatq; eam Salothurum per a. Qui uero eam ſcribunt Soloturum, putant eam ſic dictam ab antiqua turri, quæ adhuc uiſitur in medio locata ciuitatis, ut ſit Soloturũ idẽ quod Solis turris. Extat in hodiernum uſq; diẽ lapis quidam peruetuſtus deæ Eponæ conſecratus, in quo expreſſis characteribus locus ille appellatur Vicus Salodori. Longe poſtea uocatus eſt idẽ locus Caſtrum Solodorẽſ, id quod literæ quædã indicant anno Chriſti 1251. ab abbate Frieniſpergenſi ſcriptæ, quæ ſic habẽt: Inuenimus eccleſiam Solothurenſem in ſua prima fundatione conſtructam, dotatã, priuilegijs & iuribus ſuffultam haud aliter quàm eccleſia Tygurina fuit fundata, idq; à regina Bertha, quæ conſtruxit eccleſiã & caſtrum Solodorenſe, tradiditq; præpoſito & collegio omnia iura huius caſtri, nempe iuriſdictionem Sculreti, hoc eſt, præſidentis inter iudices, monetam, uectigalia & alia iura, præter maleficia quæ ſanguine puniuntur, ea enim reſeruantur præfecto & uicario regis Arelatenſis, cui regno hic ſubijcitur uicus. Nihil amplius habetur de fundatione collegiatæ eccleſiæ Solodurenſis. Nam quum olim perditæ eſſent originales fundationis literæ, conuentus capitularis ſupplicauit pontifici Romano, pro corroboratione ſuorum iurium & priuilegiorum. At ille deſignauit prædictum abbatem Commiſſarium, exhortatusq; eſt eum ut diligenter Solothuri apud ciues diſquiſitionem faceret de prouentibus illius eccleſiæ, quibuſq; illa gauderet priuilegijs, id quod abbas nõ ſegniter proſequutus eſt. Et quicquid de eccleſiæ illius iuribus inuenit conſcriptũ, fecitq; communiri ſigillis præcipuorum ciuium & Comitum per circuitum ciuitatis commorantium, earumq; literarum copia mihi eſt exhibita per magnificũ uirum, dominũ Iohãnem Aal præfatæ eccleſiæ Soloturenſis præpoſitum, uetuſtatũ mirum amatorem. Ex hiſce autem literis facile licuit deprehendere, olim regnum Arelatenſe extenſum uſq; in Heluetiã, ſicut & ſuprà de ea re mentionẽ fecimus in Galliæ deſcriptione, fuitq; tunc Solodurum Caſtellum, ſed quod ſubinde creuit in eam quam hodie habet magnificentiã & potentiam, habens etiã ſub ſe terras et homines. Hoc in loco ſanctus Vrſus de legione Thebæorum unà cum 66. ſocijs, quum ex Agauno Valeſiæ oppido ueniret, ſub Cæſare Diocletiano, preſide autem Hyrtaco, capite truncatus eſt pro Chriſti nomine. Illi uero ſinguli decollati acceptis capitibus ſuis, ut legẽda illorũ habet, geſtauerũt ea ad ſpaciũ centũ aut amplius paſſuũ, ubi & ſepulti ſunt à fidelib. in littore Arolæ præterfluẽtis fluuij. Qui locus poſtea mœnib. ciuitatis eſt incluſus habetq; hodie ſacellũ, quod ad ſanctũ Petrum uocat. Cæterum quæ fuerit memorata Bertha regina, quę collegiatã eccleſiã Soloturenſem fundauit, uarię ſunt opiniones. Nã quidã putant eã uxorem fuiſſe Caroli magni, uixiſſeq; circa annum Chriſti 800. Abbas uero Vrſpergẽſis ſcribit eã filiã fuiſſe Burckhardi ducis Sueuorum. Sunt rurſum alij qui putãt eã uxorẽ fuiſſe Rudolfi regis Burgundionum, filiã Richardi, quæ in ſua uiduitate dotauit eccleſias collegiatas, Anſeldingen (quæ poſtea Bernã fuit translata) Solothurenſem, Monaſteriẽſem in Granwald atq; Paterniacum monaſterium, circa annum Chriſti 932. plus minus ue. Fuit autẽ mater ſanctę Adelheidis, quã Otto primus duxit uxorẽ, genuitq; ex ea Ottonẽ ſecundũ. Quæ cũ uice quadã ueniſſet Solothurũ, mota Chriſtiana pietate effodit corpora ſanctorũ martyrũ, extructa qũe noua eccleſia, inſtituit religioſorũ uirorũ collegium, quib. & largã prouiſionẽ fecit. Poſteris tẽporibus fuerũt oſſa ſãcti Victoris martyris Geneuã trãslata, et corpus ſancti Vrſi ſepultũ ſub ſummo altari ubi et ge-



uit uſq; ad annũ Chriſti 1519. Cũq; eo anno altare dirueret ut paulo maiꝰ fieret inuẽta eſt ſub eo tũba lapidea longitudine quinq; pedũ, & latitudine duorũ, in qua duo quieuerũt corpora, ad quorũ unius caput lamina iacebat, in qua hic uerſiculꝰ erat inſculptꝰ. Condit hoc tumulo ſanctus Thebaidus Vrſus. Hæc ego ipſe uidi anno ſalutis 1540. quũ eſſẽ Solothuri, & luſtrarẽ oĩa diligẽtius. Sita eſt aũt hęc ciuitas in agro

Solis turris.

Caſtrum Solodorenſe.


Regnum Arelatenſe.

S. Vrſus hic pro Chriſto paſſus.

Bertha regina.

agro plano & satis'culto, nisi quod ægre fert uites. Reliqua omnia abunde profert tellus. Vinũ petit à propinquo loco Biela. Crescit in huius urbis ditione, sicut & in Tigurensium atq; Curiensium & Glarensium terra, arbor Taxus appellata, quam ob usurpatũ officium græca uoce oplon quoq; uocant, quod scilicet optima sit pro balistis ligneis & arcubus faciendis, quibus potissimum nostro æuo Angli utuntur, & ex Heluetia in magna copia ad eos deferuntur. Germani hanc arborem yben uocant, estq; abieti aut potius larici similis, quantum attinet ad uirorem, quem hyeme tamen non ut larix abijcit. Sed nõ crescit in tantam proceritatem ut abies, quin magis instar piri diffluit in latum. Findit trũcus arboris in plurimos palos, qui deinde adaptantur arcubus. Habet autem arbor sub cortice duplicem regionem: exterior est alba & interior rubea; nec una sine altera ualet pro arcu faciendo. Alba in arcu habet superficiẽ conuexã, rubea uero concauã. Quod si ex solo ligno rubeo faceres arcum, ille extensionem ferre nequiret, sed illico frangeretur, sicut ecõtra alba ligni pars flexuram quidem quantumlibet magnam patitur, at impetũ iaculo non confert, sed dum curuatur prohibet fractionem, & rubeum uim suppeditat excusso telo. Crescit etiam hæc arbor in Austria, Vngaria & Dania, sed Heluetica dicitur illis præstare, amaturq; ab Anglis. Fert autem arbor ista baccas rubeas, quibus letale inesse dicitur uenenum, præcipue in Hispania. Nutriri dicuntur hoc fructu feræ syluestres, unde & Maximilianus Cæsar ægretulit huius arboris resectionem. Fumus eius dicitur necare mures.

De ciuitate Friburgensi sita apud Nuitones uulgo Nuchtland, qui terræ tractus hodie appellatur Vchtland.



TEmpore Lotharij, qui ab anno Christi 1127. usq; ad annum 1138, imperauit, mortuus est Wilhelmus comes Vchtlandiæ, ut Nauclerus scribit, traditaq; est Vchtlandia ab eodẽ Lothario Rom. rege Conrado Zeringensi. Quo mortuo anno Christi 1152. successit ei filius eius dux Bertholdus Zeringensis quartus huius nominis. Is Bertholdus ædificauit utrunq; Friburgum, Brisgoiæ & Vchtlandiæ. Cœpit quoq; extruere ciuitatem Bernensem duodecim annis post conditum Friburgũ, mortuusq; est anno 1185. Dotauit autem utrunq; Friburgum multis priuilegijs & libertatibus, sicut & superueniẽtes Cæsares ea nõ minoribus prosequuti sunt gratijs quàm imperiales ciuitates. Mortuo deinde anno 1218. Bertholdo quinto, peruenit Friburgum Vchtlandiæ ad manus comitum Kyburgensium, id quod suprà in Nuithonum descriptione non tacuimus, saluis tamen cunctis priuilegijs à ducibus & Imperatoribus collatis. Deinde circa annum Christi 1260. factus est huius ciuitatis dominus Eberhardus comes Habspurgeñ, natus in oppido Laufenberg, qui postea mutato titulo appellatus est comes Kyburgensis. Et is uendidit posteris temporibus nempe anno 1277. ius suum regi Rudolfo ab Habspurg, saluis ciuitatis priuilegijs. Postea ciues pecunia redemerunt se à domo Austriæ. Nulla pictura exprimi potest mirabilis situs huius ciuitatis, partim enim imposita est monti præcipitib. petris suffulto, partim iacet in ualle accliuis montibus clausa, circumfluitq; montem in imo per desidentem ciuitatem amnis quidam mediocris magnitudinis. Prætorium situm est in præcipite rupe, ubi olim arx fuit munitissima, à qua temporum successu creuit ciuitas ipsa suprà et infra. Oppositi montes sustẽtant mœnia, tamet si in orientali monte nullæ ferè domus præter munitiones existant. Quocunque pergis in ciuitate, est tibi uel ascendendum uel descendendum. Profert terra omnia necessaria præter uinum.

Duces Zeringenses.

Mirabilis situs ciuitatis Friburgensis.

De

De ciuitate Bernenſi & eius exortu.




BErna ſi annos numeres non admodum uetus eſt, ſi ſitum & cultum, ſi mores & ciuilitatem, ſi leges & inſtituta, ſi potentiam ac uirtutem cognoſcas, nulli urbium cedit. De cuius cõſtructione ſic legimus. Bertholdus dux Zeringẽſis quartus huius nominis, conſtruxit ſuo tempore, duo Friburga, id eſt, libera caſtella, ſonat enim Friburg liberum burgum, unum ſcilicet in Briſgoia & alterum in Nuchtlandia. Fuit uir iuſtus & rectus. Hic obſidionis legem, quam Germani Gisel uocant, introduxiſſe dicitur. Et quo ſui ſubditi firmiorem & tutiorem in Nuchtlandia habe rent manſionem, deliberauit aliam extruere ciuitatem iuxta arcem ſuam, quæ Nideck appellabatur, in peninſula quæ Saccus uocabatur, quam tũc ſylua quercina occupabat. Quodam autem tempore quum idem Bertholdus uenationi intenderet, dicebat ad ſuos: Ciuitatem quam extruere in hoc opportuno loco deliberauimus, nominari uolumus nocabulo beſtiæ, quæ nobis primũ occurrerit & capta fuerit. Ceperunt aũt ursum, quẽ Germani berẽ uocat. Cumq; in eo loco, ut diximus, plurimæ creſcerent quercus, ubi ciuitas erat conſtruenda, omnes ferè arbores illę fuerũt pro domorũ ſtructura inſumptæ. Vnde & operarij uulgo dicebant quum reſecarent arbores:



Quarẽ Berna ſic uocata.

Holtz laſs dich hauwẽ gern die ſtat muſs heiſſen Bern Cuius rythmi hic eſt ſenſus: Arbores ſinite ut ſecemini libẽter. Quoniam ciuitas iſta uocabitur Bern. Eſt itaq; huius ciuitatis ſitus ueluti in peninſula, quam facit Arola fluuius, qui tam magnus eſt, ut nauigari poſſit. Nã ad meridiem urbis fluit amnis ille in demiſſo loco ab occidente in orientem, & tunc reflexus petit occaſum ad iactum bombardæ, quanta ſcilicet eſt longitudo ciuitatis, ſicq; amnis eſt ciuitati loco foſſæ aqua inundantis, niſi quod ab occidente ad iactum baliſtæ fundus ciuitatis cohæret continenti: qui iſthmus ſi perfoderetur haberet Berna formã inſulæ. Eſt aũt



à meridie & à ſeptẽtrione ualde profundus proſpectus in ſubiectam decurrentẽ aquã, ab oriẽte lenis eſt aſcenſus in ſummitatẽ ciuitatis. Adiacens ſolum omnium rerum eſt ferax præterq; uini, ſed quod haud procul Bernates ex ſua terra petunt optimũ. Creſcit etiam ab uno latere ciuitatis uinum, ſed quod neq; celebre eſt nec multũ. Itaq; Bertholdus quartus, huius urbis conditor, conceſſit in fata anno domini 1185. priuſquã ciuitati colophonem imponeret, eius operis conſummationem relinquens filio ſuo Bertholdo quinto & ultimo duci Zeringenſi. Genuit quidem hic quintus Bertholdus ex uxore filia comitis de Kiburg duos filios, quos nobiles regionis ueneno extingui curauerunt, ob id potiſſimum quod arbitrabantur Bertholdum ducem, odio & æmulatione conſummaſſe ædificium ciuitatis, unde eos in iugo ſeruitutis continere poſſet. Filijs autem è medio ſublatis ipſe Bertholdus ualde indoluit, exaſperatusq; dixiſſe fertur. Ecce progeniem meam uenено extinxerũt, & ego eos hac ciuitate inficiam uſq; ad exterminium, ſicut & effectus inde eſt ſecutus.

CIVITAS BERNENSIS

accuratiſsime per Io. Rudolfum Emanuelem

Bernatem deformata, & huic operi in perpetuam patriæ eius memoriam inſerta.

Vrſina ciuitas, uulgo Bernenſis, ad h




Obiicitur oculis tuis amice lector in hoc icone, tota habitudo ciuitatis Bernenſis, niſi quod latus meridianũ æque alluitur flumine ut latus ſeptentrionale, ſed quod in plano exprimi nequiuit. Vides quomodo urbs ipſa ab occidente tertiò ſit ampliata, ſeruato uno & eodem tenore trium præcipuarum platearum, quæ ab oriente in occidentem recto ordine

ernenſis, c Chriſti annum 1549. exarata.



enduntur. Et quia hæc urbs ab urſo nomen accepit, ſolet Senatus eius perpetuo aliquot urſos nutrire, deputato illis certo quodam loco, ubi uides ſcriptum Beren grub, ideſt, Vrſorum fouea. Habent ibi feræ iſtæ foueam quadratam lapidibus planis conſtratam, in qua maſculus & fœmella ſeruantur.

Vrſina ciuitas, uulgo Bernenſis, ad hunc Chriſti annum 1549. exarata.




Obiicitur oculis tuis amice lector in hoc ſcone, tota habitudo ciuitatis Bernenſis, niſi quod latus meridianũ æque alluitur flumine ut latus ſeptentrionale, ſed quod in plano ex- primi nequiuit. Vides quomodo urbs ipſa ab occidente tertiò ſit ampliata, ſeruato uno & eodem tenore trium præcipuarum platearum, quæ ab oriente in occidentem recto ordine extenduntur. Et quia hæc urbs ab urſo nomen accepit, ſolet Senatus eius perpetuo aliquos urſos nutrire, deputato illis certo quodam loco, ubi uides ſcriptum Beren grub, ideſt, Vrſorum fouea. Habent ibi feræ iſtæ foueam quadratam lapidibus pla- nis conſtratam, in qua maſculus & fœmella ſeruantur..

Dedit enim dux Bernam cum pagis & cum minori Burgũdia imperio. Obiit hic Bertholdus anno 1218. ſine prole. Vnde ſunt uerſus: Dum bis ſexcentis ter ſenus iungitur annus. In Friburg moritur Bertholdus dux Alemãnus. Habuit autem ſororem Agnetem, quam duxit Egon de Furſtenberg & genuit ex ea filium paternum referens nomen. Egon iſte ſecundus duxit Adelheidem filiam comitis de Nyfen & ſuſtulit ex ea Cõradum. Conradus duxit uxorem Sophiam de Zollern. Hic Conradus ædificaſſe fertur caſtrum Friburgi in monte, anno 1270. quem obſedit Rudolfus rex anno 1279. Egon filius Conradi duxit Catarinam de Leuchtẽberg, &c. de quo infra. Incorporata autem Berna imperio, Fridericus ſecundus Imperator anno 1229. ipſam amplioribus profecutus eſt gratijs. Cęterum de pueris Bertholdi, ueneno extinctis, eſt communis fama apud Solothurenſes, ubi oſſa eorum habentur, eos cooperatione matris interfectos. Vnde & Iohannes Carpentarius uir non uulgaris eruditionis, de hoc facinore ſequentia ſcripſit metra.

Friburgum in Briſgoia.

Hic recubãt pueri, Zæringæ dux Bertholdus

Quos genuit, mater teneris uenena propinat.



FIrmãt opinionem ſuam per id quod caput matris puerorũ, (quã aſſerunt poſt perpetratum parricidiũ decollatam) abſq; corpore fuit adiũctum oſſibus puerorum, & in hunc uſq; diem ſimul in ſarcophago cõtinentur. Minor puer quantum ego ex uiſis oſſibus iudicare poſſum, fuit ſeſqui aut duorum annorum, maior uero, nouem uel decem annorum. Reliquit autem Bertholdus duas ſorores. Vnam duxit uxorem Sigmũdus comes Kiburgenſis, nactusq; eſt per eam dominium in Burckdorf, Thun, & Friburgo Vchtlandiæ: mortuoq; filio eius Hartmanno, totũ eius dominium peruenit ad auunculum eius Hartmannum comitẽ ſeniorem de Kiburg. Is uero unicam tantum habuit filiam Eliſabetã nomine, quam duxit uxorem Eberhardus comes ab Habſpurg in Lauffenberg natus, qui & comitum Kiburgenſium titulum ſibi uendicauit, quũ alias terras non haberet, pręfuitq; Burgdoffio & Thuno, mortuus anno 1280. Cui quum ſucceſſiſſent filij Eberhardus & Hartmãnus, priorq; interfeciſſet fratrem ſuum in caſtro Thunenſi, emerunt Bernates totum dominium Thunenſe, tradiderũtq; rurſum illi in feudum, etiamſi poſtea hoſtiliter egerit contra eos. Anno domini 1286. mouerunt Bernenſes expeditionem contra dominũ Wiſſenburgenſem in Sibenthal, contra comitẽ Grierenſem & contra baronẽ à Turri, atq; cõtra ciuitatem Friburgenſem, obtinueruntq; tunc oppidulũ Wimmis & diruerunt fortaliciũ Iagberg. Anno 1287. interfecerunt Iudæi clanculũ Bernę puerũ Chriſtianũ, quare & multi rotati fuerũt & reliqui ex urbe pulſi. Querentes autem Iudæi id regi Rudolfo, mouerunt eum ut cum triginta milibus militum Bernam obſideret, biſq; impetum in eam faceret, ſed quum nihil efficere poſſet, infecta re diſceſſit. Anno 1289. uenit Rudolfus regis Rudolfi filius contra Bernam cum copijs militum, poſitisq; inſidijs pauci eorum obequitabant in proſpectu ciuitatis. Quos uidentes Bernenſes, ſine ordine egreſſi, inciderunt in manus inſidiarum, grauiq; clade affecti, etiam partẽ ex uexillo amiſerũt. A parte uero ducis periit comes unus de Homburg ſito in Howẽſtein. Anno 1298. geſſerũt bellũ cõtra Bernã Friburgẽſes, comes Subaudiẽſis, comes Newẽburgeñ, comes de Griers, Baro de Turri, epiſcopus Loſanneñ. & multi alij. At Bernenſes freti ſubſidio Solothurenſiũ & comitũ de Kiburg atq; Arberg, ſtrauerunt hoſtes ſuos, occiderũtq; circiter quadringẽtos & quinquaginta & ceperũt trecẽtos, obtẽtis eorũ ſignis. Subuerterũt deinde arcẽ dominorũ de Belb, & occupauerũt Gerinſtein. Anno 1303. multi cõfœderati expugnauerũt dominũ de Wiſſenburg, turbatorẽ pacis, occupãtes oppidulũ eius Wimmis. Eodẽ tẽpore expugnatũ eſt oppidũ Brẽgartẽ, itẽ Munſingẽ & caſtrũ Balmeck, arx quoq; Wildẽſtein ſub Wallẽburg. Anno 1325. interceſſit graue bellũ inter Bernenſes

Turris arx in Valeſia.

Victoria Bernatium.

Bernenſes & comitem de Newenberg. Deinde anno 1331. profecti Bernenſes cum ſuis auxiliaribus, Solothurenſibus, Baſilienſibus, comite Petro de Arberg, epiſcopo Baſiliēſi & alijs quibuſdam contra Hartmannum de Kiburg & Friburgenſes, expugnauerunt quędā caſtra, nempe Guminen, Caſtel, Landſshut, Eſche, Halten & alia quædam loca. Ac deinde iungentes copias ſuas copijs Argentinenſium deſtruxerunt caſtrū Schwanow. Anno 1332. regio Haſslenſis confœderauit ſe Bernenſibus fœdere perpetuo. Deinde anno 1338. quærentes aduerſarij Bernatium occaſionem bellandi contra eos, obſederunt oppidum Loupen, quod Bernenſes magna redemerant ui pecuniæ, impoſuerantq; præſidium uali- *Pugna prope Loupen.*
diſſimum. Fuerunt autem inter aduerſarios comes de Newenburg, comes de Nidow, comes Eberhardus de Vallendis, comes Ludouicus de Subaudia, comes de Furſtenberg, Friburgenſes, domini de Montenach & Wat, quorum omnium numerus erat circiter mille & ducenti equites atq; triginta milia peditum. Bernenſes itaq; præmente magna neceſſitate, inuocato & obtento auxilio Vranenſium, Suitenſium, Solodurenſium & Tranſiyluanorum, iuuante quoq; domino Wyſſenburgenſi & alijs amicis, aggreſſi hoſtem, qui longe potentior ſe erat, ſtrauerunt eum, interieruntq; in ea pugna comes Iohannes de Subaudia, comes Rudolfus de Nidow, comes Eberhardus de Valendis, & plurimi alij proceres atq; nobiles, peditesq; numero circiter quatuor millia. Adepti ſunt tunc Bernenſes 26. ſignifera uexilla, profectiq; illico ad Burgenſtein, expugnauerunt & diruerunt burgum illud. Cō *Friburgenſes contra Bernenſes.*
fuſi autem Friburgenſes cum reliquis comitibus, & cupientes ulciſci in Bernenſibus cladē acceptā, cœperunt de nouo hoſtiliter irruere in ditionem Bernenſiū, præſertim quum à duce Auſtriæ ſuppetias non exiguas recepiſſent. At Bernenſes animum recipientes, uiriliter occurrentes Friburgenſibus, ſtrauerunt circiter ſeptingentos ciues, exuſſeruntq; ſuburbium eorum Galteren dictum. Deinde expugnauerunt quoq; oppidum Hutwil, quod erat comitis Kiburgenſis. Prolongatum eſt prælium illud in tertium uſq; annum. Anno 1341 Agnes filia regis Alberti & relicta Andreæ regis Vngariæ, quæ tunc in Kunigſsfelden habitauit, fecit pacem inter Bernenſes & domum Auſtriæ. Anno 1346. mouerunt bellum comes de Griers, baro de Turri & dominus de Raren, uterq; Valeſianus, cōtra Bernēſes, illatiſq; utrinq; magnis damnis, interijt uixillifer Bernatium, ſaluato tamen uexillo.


Griers & Ocre.

COmitatus Griers locum habet in cōfinio meridionali Friburgenſium uerſus Valeſiam, extenditurq; uſq; ad Viuiacū & ad lacum Loſannenſem. Deſinunt etiam ad hunc comitatum ſublimes & niuoſæ alpes, quæ ab Vrania, Suitia & Tranſiyluania extenduntur ad occidentem. Spacio unius miliarij Germanici uerſus ſeptentrionem à Viuiaco, ſitum eſt in ditione Bernatium monaſterium dirutum Ciſtertienſis ordinis, Ocre appellatum, quod anno Chriſti 1134. fundatum fuit à Domino Guidone epiſcopo Loſannenſi, magnificeq; dotatum à nobilibus & baronibus de Orung & Vales, quæ loca hodie ſunt ſub dominio comitis de Griers. Producit regio illa copiam frumēti & lactis. Vinum uero creſcit Viuiaci iuxta Rhodanum in magna abundantia. Anno domini 1349. confœderati Bernenſes & Friburgenſes ceperunt Gummenen, deinde multa damna intulerunt comiti de Griers, expugnantes & diruentes caſtra Lobeck & Mannenberg. Anno 1383. comites Kiburgenſes adiuti clam per Lupoldum ducem Auſtriæ, *Solothurum ſere proditum.*
indicto bello adorti ſunt Bernenſes & Solothurenſes, potiſſimum autē conati ſunt in nocte diui Martini per proditionem occupare Solothurum. Præmoniti uero ciues Solothurenſes, egreſſi nocte illa irruerunt in hoſtem & interfecerunt quotquot potuerunt. Thunū quoq; & Arbergum ea ipſa nocte debuerāt obrui & occupari. At habitatores in tēpore moniti, periculo occurrerūt. Anno 1384 profecti Bernenſes unà cū omnibus cōfœderatis ſuis, ſuffulti præſidio comitis Subaudi, contra comitē Kiburgēſem obſidione cinxerūt caſtrū & oppidū Burgdorff. Comite uero grauato multis & magnis debitis, conuentū eſt inter partes, ut ſi Bernenſes numerarent comiti 31. milia aureorū, ipſi ſtuerentur caſtro, oppido & toto dominio Burgdorff. Poſt hæc tulerunt Bernenſes ſuppetias Amedeo comiti Subaudiæ contra Valeſianos, occupaueruntq; ciuitatem Sedunenſem. Anno 1385. reconciliati ſunt per omnia comites Kiburgenſes Bertholdus & Hartmannus atq; mater eorū, quæ comitiſſa erat de Nidow, cū Bernenſib. Quomodo quidā monachi ordinis Prędicatorum fuerint Bernæ combuſti, dicetur infrà in fine Helueticarum ciuitatum.

De Germania

De pago Auentico, uulgo

Wifelſpurger gǒw.



AVenticum olim tempore Iulij Cæſaris Heluetiorũ caput, hodie Wifelſpurg uocatur, eſtq; oppidum mediocre in colle ſitũ, ubi pauca quædã adhuc uetuſtatis monimenta inueniuntur, ſicut & Paterniaci haud procul hinc diſtantis. Hoc ego in utroq; loco animaduerti, muros illic reperiri magnos, concinnatiſſimis cõſtructos lapidibus, & qui non differunt ab eo uetuſto opere, quod adhuc Auguſtæ Rauracorũ conſpicitur. Extant & lapides quidam diffracti, Romanas literas inſculptas habentes. Columna quoq; eminens in prato quodam oppido propinquo conſurgit, ſed quę muri cuiuſdam pertinaciſſimi reliquias præ ſe fert. Eſt autem regio illa ſatis fertilis uini & frumenti, comprehenſa intra Subaudiæ limites, etiamſi pareat Bernatibus & Friburgenſibus, ſicut & terra ex oppoſito & ultra lacum Bielenſem ſiue Neoburgenſem ſita, Cõfœderatorum pro magna parte eſt, habetq; oppida ſatis elegantia, ut ſunt Biela, Neoburgum, quod Neocomũ uocant, Noua ciuitas, Granſon, Orba, Ebrodunum, uulgo Yuerdon, & alia quædam. Celebratur lacus Bielenſis piſciculis quos uulgo Hewerling uocant, qui in maxima copia in partibus iſtis ſaliti circumferuntur ad octo & decẽ milliaria. Prouenit quoq; iuxta hũc lacum, magna uini copia, in monte Iuraſſo, qui ad eum deſinit, reſpicitq; meridiem. Hinc Salodurum, Berna & circumiacentia loca uina petunt. De Biela oppido atq; de Neoburgo

&

& comitibus eius infra multa dicentur, sicut & Gransonis & Morati frequens fiet mentio in historia Burgundici belli.

De regionibus, ciuitatibus, castellis & insignioribus monasterijs in Heluetia ad latus Rheni sitis.

Fabarium seu Monasterium apud Fauarias uulgo Pfeffers.

MOnasterium Fabariense ordinis sancti Benedicti, situ in Rhetia & diœcesi Curiensi, sub tutela seu aduocatia septem Cantonũ, distat secundũ descẽsum Rheni duobus miliaribus germanicis à Curia, fundatumq; est ad petitionẽ Pirminij sub Theodorico rege Francorũ & domino Alemãniæ, Rhetiæ atq; Heluetiæ. Fuerunt autẽ multi reges Theodorici uocati. Primus imperauit anno 670. Alter anno 723 sub quo uidetur hæc fundatio facta. Rationes omitto. Literæ fundationis amplius nõ extant, quemadmodum me edocuit Iohannes Iacobus Russingerus abbas huius loci, apud quem fui anno 1547. humaniter ab eo tractatus, lustraturus uetustatẽ huius loci. Fuit istud monasterium magnifice dotatũ, id quod priuilegia ei à Ludouico, Lothario, Carolo & alijs Imperatoribus concessa ostendunt. Quin & comites, barones atq; nobiles ab hoc monasterio olim loca quædã & possessiones per feudi concessionẽ receperũt. Situ est aũt monasterium ipsum in alto monte, & quũ ascẽderis, patet magna planicies cũ amœnis pratis, syluis opacis & largissimis fontibus. Ascendunt quoq; ab illa planicie utrinq; mõtes in cœlũ usq;, quos separat profundissima & præceps uallis, per quã fluit horrendo strepitu amnis glacialis, qui Ragatij prorumpens ex conualle, recta petit Rhenũ. Spacio unius ferè horæ pedestris itineris uersus meridiẽ, inueniuntur thermæ iuxta memoratã glacialem aquam, prodeuntes ex petris in ima ualle inter altos & cõiunctissimos montes, deprehensæ ante trecentos annos à uenatore quodã. Ascendunt ibi ex littoribus decurrentis amnis horrenda & alta saxa, infrà iuxta amnẽ ferè cõiuncta, in medio uero plurimũ excauata & supra rursum recuruata & ad seipsa inclinata, in medio spacioſum efficientia sinum, intra quẽ & hodie tres aut quatuor extructæ sunt domunculæ obscurę, haud multũ supra glacialẽ a quã fulcris sustẽtatæ, ad quẽ locũ in primis nemo uenire poterat citra administrũ longissimi funis aut scalæ dependentis. Fieri nõ potest ut per aliq; figurã tibi ob oculos describat huius loci habitudo, quũ omnia intra petras sint concluſa ceu in immẽsa spelũca, relicta superne inter oppositas petras ingẽti rima, quæ sole in meridie constituto, demittit ad inferna fulgorẽ radiorũ ad unã horã, idq; tẽpore æstiuali quãdo sol supremos hemisphærij tenet gradus. Est tanta obscuritas in uoragine illa, ut meridie ferè opus sit lumine. In ea petra quæ à parte orientali in muri formã erigitur, nõ enim tantũ excauat quantũ oppositus paries, facta sunt gradatim magna & profunda foramina, & in ea intromissa robusta ligna, prominẽtia ad longitudinem quinq; aut sex cubitorum, quibus trabes secundũ longum & latũ impositæ, faciunt pontẽ per quẽ hodie sensim descendit & ascenditur sine ullo periculo, à capite perrarũ usq; ad basim earũ. Sunt aquæ harũ thermarũ calidæ sed non feruentes, emanantq; ex scissuris petræ orientalis & cauernis terræ. Fluxus eius in media æstate est tã ualidus, ut pro duob. millibus hominũ satis eructet aquarũ, si uena illa in aliqua ampla planicie ebulliret. Nunc aũt in tanta angustia uix centum hominibus patet locus. Est enim capsa, in qua homines balneaturi sedent, sculpta in lapide adhærenti saxo erecto. Sedent ibi homines, thermarum efficatiam percepturi, in tenebris atq; acheronte, ceu animæ in Patricij purgatorio. Ponte ante paucos annos nondũ facto, plurimi balneandi gratia aduentantes, uidẽtes præcipitium per quod erat illis descẽdendum, uertiginem capitis formidantes recessẽrũt. Est autem aqua illa admodum pura & nitida, ab auri & cupri minera originẽ trahens, nec habet ullum sulfuris aut nitri fœtorem. Incipit erumpere in uere & desinit post autumnũ. Crescit cũ herbis & rursum langueſcit cum eis. Habet operationes efficacissimas. Quosdã morbos curat in nouem aut decem diebus, quosdam in 12. aut 15. iuxta complexionum uarietatem



Thermæ Fabariæ.

Qualis aqua thermarum.

Efficacia aquæ

rietatem & perſonarum agreſtẽ educationem,accuratamq; ac negligentem balneandi ra tionem. Tollit quamlibet membrorũ contracturã et diſſolutionem,quã induxit uel ira uel uinum. Aufert quoq; tremorem manuũ & cruriũ:item arteticã,chiragrã & laſſitudinem membrorum,aut quũ membra defectu ſucci extenuanť:abigit inueteratas febres atq; eos morbos qui ad icktericiam degenerant,calculũ renum,defectus renũ & ueſicæ, omnesq; oc cultas infirmitates & intercutaneas,ut ſunt ſcabies, pſora, impetigo,aſperitas ſquamoſa & ſimiles ſordes ex cute prurientes. Item ſanat omnes apertas plagas, quæ ſub genibus in cruribus exoriuntur;cancrum,fiſtulam,ſuppurantia ulcera,apoſtemataq; pectoris. Curat & omnia non bene curata uulnera,præſertim quæ præcipitanter curanť,priuſquã natura lis caro ſuccreuerit:curat crurifragia non rectè ſanata:item eneruata & luxata per ruinam aut torturã membra,punctiones & uulnera ex ſagitta aut bombarda relicta, concretũ ex caſu,impulſu aut uerbere ſanguinem,membraq; frigore emortua. Conducit & dolori ca pitis,uegetat memoriam,uiſum roborat & auditum,aperit oppletiones cerebri & neruo rum,quales ſunt morbus caducus,apoplexia,ſpaſmus,&c.

Saruneganza uulgo Sargans.

COntra Fabarium ad ſpacium unius miliarij germanici uerſus ſeptentrionem, ad montana Scalæ,eſt comitatus Sargans,oppidum & caſtrum, hodie ſub dominio ſeptem Cantonum. De quo doctiſſ. Ioach. Vadianus ſic ſcribit. Sargans eſt Sana caſa,cui rudis poſteritas prouincialis linguę ignara,id eſt,Romanę,anſeris nomẽ affinxit:cui mox opinioni(ut efficax eſt ad errorẽ confirmandum conſuetudo)nobilis illa familia acquieſcẽs,anſerem ceu gentiliciũ inter ſigna recepit. Eſt & Saxũ dicta uetus arx, unde familiæ à Saxo cognominatæ origo eſt. Sic Maienfeld nunc detorta uoce dicitur,à magna olim uilla. His & multis alijs euidẽtibus argumẽtis conſtat,bonam ſuperioris Rhe tiæ partem Romanis prouincias ordinãtibus primæ Rhetiæ attributam fuiſſe, q̃ præter a lia certa in his locis ueterum præſidiorũ monumenta cõuincunt. Nulla enim prouinciarũ huius tractus euidentiora ueſtigia ueteris prouincialis,hoc eſt,Romanæ linguæ retinet,q̃ hæc prima Rhetia. Arces enim uetuſtiſſimæ,præterea & oppida,ualles,agri,uici,uocabu la Romana etiamnũ illęſa retinent:qualia ſunt,Eminens Emſs,Mons fortis Mont fort,A ſper mons Aſper mont,Curia Cur,oppidũ antiquũ & magiſtratus prouinciæ aliquãdo ſe des,unde illi nomen datum uidetur. Rhetia prima quæ & ſuperior,à fontibus Rheni uſq; ad Licum flumen terminať. Rhetia uero ſecunda,quæ & inferior,habet quicquid inter Li cum & Oenum interiacet,cõprehendens urbes Ratiſponã & Patauium. Rhetiã primã oc cupauerunt Alemanni,id eſt,Sueui,ducatus dictus Alemanniæ ab ipſis Alemannis. Fuit quoq; tunc in hac prima Rhetia Auguſta Vindelicorum. De comitatu Werdenbergenſi nihil habeo,niſi quod Glaronenſes illum emerunt ſuperioribus annis.


De Glarona,uulgo Glarys.

VAllis iſta atq; regio in latinis literis uocať Clarona,cingiturq; altiſſimis montib. Attingit ſuperiorem griſeam ligam,in qua prior Rhenus originem ſumit, ac de inde Vranorum montana:ad occaſum uero ſolis terminať ad montes Suicerorũ. Porro ad ſeptentrionem fuit olim clauſa muro extenſo per tranſuerſum uallis à monte ad montem. Huius regionis iuriſdictio unà cum quibuſdã prouentibus fuit tempo re ſancti Fridolini per comitẽ quendã donata monaſterio Seckingẽſi,tempore ſcilicet(ut Fridolini legenda oſtendit)Clodouei primi Francorũ Chriſtiani regis,nempe anno Chri ſti 500.qui(ut ſuprà quoq; diximus)primus Francorũ rex fuit, qui in Rhetia, Alemãnia & Heluetia imperauit. Conſecuta eſt hæc rerra poſteris temporibus ſuã libertatẽ & propriã iuriſdictionem,confœderauitq; ſe reliquis Heluetijs anno Chriſti 1252. Viuunt incolæ la cte,caſeo,butyro & carnibus. Ibi inter anguſtias montiũ nulli aut pauci ſeruntť agri,raræ plantanť uites. Hortos pomiferos habent & lætiſſima prata. Vinũ & frumentũ aliunde in uehunť. Piſces miniſtrant lacus,aues et carnes ferinas ſuppeditant montes ſyluoſi. Habet & habuit regio multos egregiè doctos uiros,inter quos noſtro æuo facile primas tenent, Henrichus Loritus Glareanus & Egidius Tſchudus,patricij Claronenſes,ſed qui mea nõ egent cõmendatione. Oſtẽdit interq; quantũ ualeat ingenio,maxime aũt Henrichus Gla reanus,poeta laureatus,inſignis mathematicus & in bonis autoribus, potiſſimum in hi ſtoricis

Henrichus Gla reanus.

ſtoricis,uerſatiſſimus. Quot ille doctos ſua inſtitutione & diligentia fecerit diſcipulos,no uerunt nedum Germani uerum & exteræ nationes, ingenioſos pueros certatim ad illum mittentes & fidei illius committentes.

De loco Heremitarum in obſcura ſylua,uulgo Einſidlen.



ANno ſalutis 860. extruxit ſanctus Meinradus in eo loco ubi hodie eſt Einſidlẽ, cellã,tũc aũt erat ſolitudo ſqualida & inculta,ut habet legẽda eius,ubi quũ aliquot annos in domini miniſterio exegiſſet, ut tũc religioſi uiri ſe ſolebant,etiam corpore ſequeſtrare à mũdi tumultibus, interfect⁹ eſt à duobus latronibus, ſperantibus prædã apud eũ inuenire opimã,eo q̃ filius eſſet comitis cuiuſdã Sulgoienſis ex Sueuia. Reddidit ſancti uiri innocẽs mors locũ celebrẽ, ut paulo pòſt ibi magnifica fundarẽt abbatia,dotata uillis,iuribus,priuilegijs & diuitijs tempore Ottonis primi, circa annum Chriſti 945. Fuerunt ante octoginta annos in hoc monaſteriũ recepti ſolum comites & barones,quos liberos nobiles uocant. Quin & comites,barones & nobiles olim ab abbate huius cœnobij loca quędam feudalia acceperunt. Cœpta eſt quoq; fieri à multis annis frequens peregrinatio ex omni Germania ad iſtum locũ,& adhuc à quibuſdam fit, eò quod uulgo perſuaſum ſit, Chriſtum in propria perſona ſacellum matri ſuæ ibi cõſecraſſe. Ante iſta tempora etiam magni principes & epiſcopi,deuotionis gratia uiſitare cõſueuerant hunc locum,Chriſtum quærentes in penetralibus. Fuit olim Dietlandus dux Sueuiæ abbas huius monaſterij. *Peregrinatio ad locum Heremitarum.*

De oppido ſancti Galli & abbatia eius, atq; de Abbatiſcella.



SAnctus Gallus uir iuſtus & rectus,uenit,ut quidam ſcribũt, ex Scotia,ſecundũ alios uero ex Ibernia, unà cũ Columbano,peragrataq; Normandia,Francia & Burgundia uenit in Alemanniam iuxta lacum Cõſtantienſem,ubi aliquanto tẽpore cõmoratus tandem iuxta montana in ſolitudine conſedit, ubi hodie monaſteriũ & inſigne oppidum Sangalli extructa cernuntur. Contigerunt autem iſta anno domini 630. ſub Dagoberto magno rege Franciæ. Porro initio prouſum eſt illi & ſodalicio eius à rege Sigeberto & reliquis Franciæ principibus in regione montana,quæ poſtea appellata eſt Abbatis cella,uulgo Appenzell,pecore & lacte,unde commode uiuere cum ſuis poſſet: ac deinde labentibus tẽporibus ſui ſucceſſores abbates maiora obtinuerunt apud reges & Imperatores,tandemq; monaſterium ex contributione eleemoſynarũ,ex largitionibus & legationibus adeo cœpit diteſcere,ut monachi ſibi emerint terras & homines. Fuit primum hoc monaſterium nobilium & ignobilium ſchola,ex qua multi docti uiri prodierunt,ut etiam aliquando ſeſquicentum ſtudioſi & fratres illic fuerint enutriti,nulla alia cura diſtracti,quam ut literarum ſtudio & ingenioſioribus artificijs,quæ nobiles animos decent,intenderẽt. Vnde & ad diœceſim Cõſtantienſem multi epiſcopi hinc fuerunt petiti,nempe Anafridus anno 757. Sinodius anno 767. Iohannes anno 780. & alij quidam. Fuit enim cœnobiũ iſtud multo tempore ſub gubernatione antiſtitum Conſtantienſium. Creſcentibus aũt diuitijs & earum ſollicitudine, neglectum eſt literarum ſtudiũ,animusq; addictus exterioribus & ſecularibus negocijs, nobiles genere electi in abbates,qui ambitioni animũ laxantes facti ſunt bellicoſi,magisq; ſtuduerunt acuere ingeniũ ſuum in rebus ſecularibus q̃ ſpiritualibus. Præcipue autem anno Chriſti 1226. ſucceſſit abbati Rudolfo Cunradus baro de Buſnang natione Thurgoienſis,homo temerarius & præſumptuoſus, qui elatus diuitiarum affluentia & terrarum lata poſſeſſione,geſſit ſe pro principe,quem titulum omnes quoq; ſucceſſores ſui abbates ſibi iam à trecentis & uiginti annis arrogarũt,digni quidem hoc titulo ſi ſpectes ampliſſimas *Monaſteria olim ſchola.* *Abbates principes.*

eorum diuitias & poſſeſſiones. Tempore Friderici ſecundi fuit abbatia iſta magnarum opum & potentiæ, quando multos habuit feudales comites, barones & nobiles. Oſtendit chronicõ Argentinenſium, quod anno Chriſti 1301. quum Gualtherus à Geroltzeck in epiſcopum Argentinenſem inauguraretur, ingrederetuŕq; ciuitatẽ, comitatus eſt eum abbas Bertholdus à Falckenſtein Nigroſyluanus natione, cum pompa mille equorum phaleratorum, abbas uero Murbacenſis ducatum præſtitit cum quingentis equis. Noſtro tempore habet abbas Sangallenſis amœnam terræ poſſeſſionẽ, electoruḿq; bellicoſorum uirorum delectum in ſuperiori & inferiori Thurgoia. In Tockenburg uero habet ſuperiorẽ iuriſdictionem ſeu ius capitale & caſtra quædam cum cenſibus & redditibus, ſimpliceḿq; iuriſdictionem. At ius militiæ abbas non habet, ſed illud eſt cõmune duobus Cantonibus Suitiæ & Glaronæ. Hic comitatus peruenit poſt mortem Friderici ultimi comitis de Toggenburg anno Chriſti 1436. ad Barones de Raren Valeſianos, uendituśq; eſt per eoſdẽ abbati Vlricho anno ſalutis 1468. Monaſterium uero ſancti Galli poſt multa bella quæ geſſit abbas Chuno cum regione Appencellenſi & oppido Sangallenſi ſeptẽ integris annis uſq; ad tempora abbatis Caſparis Landenbergenſis, fœdus iniit anno Chriſti 1451. in perpetuum cum quatuor Cantonibus, Tyguro, Lucerna, Suicia & Clarona, non obſtante q; feuda habet ab Imperatore, & abbas eidem homagium præſtat. Porro oppidum ipſum ſancti Galli ante ſeptingentos annos cœptũ eſt ſenſim per domunculorũ ſtructuras & deſignata iuxta monaſteriũ ſpacia ædificari, & quũ lõge pòſt Vngari in ſuperiori Germania graſſarentur, omneśq; terras uaſtarẽt, cinctũ eſt mœnibus, quemadmodũ de patria ſua ſentit, in literis ad me datis, inſignis ille & eruditione celeber Ioachimus Vadianus. Paruit ab initio ciuitas ipſi monaſterio uſq; ad tempora Friderici primi, tunc propria imperij́ aduocatia ciuitas eſt adminiſtrata, quã & nepos eius Fridericus ſecundus anno domini 1220. cõfirmauit, poſt quos dies fuit imperio incorporata, licet interim multis obſequijs monaſterio quoq; fuerit aſtricta, à quibus tamen, honeſtis medijs & compenſatione pecuniæ alioruḿq; bonorum ſucceſſiue liberata, ad propriam uenit iuriſdictionẽ, in qua ſicut & in imperij́ aduocatia, à regibus & Imperatoribus honorifice fuit priuilegijs & libertate donata. Fuit quoq; multis annis quibuſdã dominis, terris & oppidis, quin & abbatibus ipſis cõfœderata, & tandẽ confœderationi Heluetiorũ perpetuo incorporata, anno domini 1454

Oppidum ſancti Galli.

Situs monaſterij́ eſt intra mœnia oppidi, habet́q; paucas domos incluſas atq; duos hortos: reliquæ planicies, quæ diu noctúq; abſq; maceria patent, ſunt ciuitatis, omniáq; includunt̃ muro & turribus ciuitatis. Intra circũ monaſterij́ patet omnibus locus emunitatis qui nõ capitaliter præuaricant̃, maleficiũ uero ſeu crimen capitale per ciuitatis iudicẽ punit̃ ſi ſit notoriũ, &c. Iacet hæc ciuitas Sangallenſis iuxta & partim intra montes in fundo agreſti, ſed habet proſpectũ amœnũ, aerem ſalubrẽ atq; aquã optimã, prædia denićq; mediocriter bona, eſt populoſa, diues & ciuili ordine compoſita. Operantur ciues in eo oppido uariã lini texturã, habent́q; uiros ingenioſos et mercatores uarias callentes linguas, quorum negociatio extenditur ferè in totum Chriſtianitatis orbem, non ſine magna commoditate adiacentium terrarum et populorum, præſertim Abbacellẽſium, Rhintalenſiũ, populorũ monaſterio ſubiectorum, Thurgoiæ & comitatus Toggenburgenſis. Habent interim et negociatores ſuũ lucrũ, ſed non ſine periculo, quod uicini qui ſuos labores eis cum emolumento uẽdunt, nõ expectant. Vitæ neceſſaria oppidũ cõmode habere poteſt à memoratis terris, puta piſces, carnes, lacticinia & reliqua. Frumentũ petit à regione Podamicũ attingente lacũ, ad quẽ iter eſt triũ ad plus horatũ. Regio Abbacellenſis pertingit à meridie ad abbatis ditionem, paruḿq; abeſt quin & ciuitatis marcam apprehendat, quæ olim partim monaſterij́ iuriſdictioni ſubiecta fuit, ſed propter quorundam abbatum tyrannidem, qui plus æquo exigere contendebant, iam uero minus quàm uolunt aſſequuntur, gladio & ſubſidio Suitenſium atq; Glareanorum liberi facti, ac deinde per medium compoſitionis eiſdem abbatibus reconciliati & à monaſterij́ iuriſdictione liberati, propriæ redditi ſunt autoritati. Nec tamen regio Abbacellẽſis ab antiquis temporibus ſic addita fuit monaſterio, ut ſolos monachos agnouerit ſuperiores, quin & imperio iuſta ꝓſoluerit tributa atq; alia exhibuerit obſequia. Nam abundat indigenis & uiris militaribus. Tota eorum terra diſtribuitur in duodecim communitates, quas illi Roden uocant. Sex Roden aſcribuntur parochiæ Abbacellenſi, & aliæ ſex alijs extra iſtam parochijs. Numerantur autem in uniuerſum octo parochiæ, nempe Abbatiſcella, Gays, Vrneſchen, Trogen, Tuffen, Heriſow

Situs ciuitatis Sangallenſis.

Abbacellenſis regio.

Octo parochiæ

riſow, Hundwil & parochia in Fouea. Extraneæ Roden ſeu communitates ſunt Heriſow, Hundwil, Trogen, Vrneſchen, Gays & Tuſen. Interiores uero communitates ſunt, Abbatiſcella, Schwendi, Brulliſow, Gontes, Winckelbach & Haslen. At extraneæ communitates habẽt duplo plures homines quam interiores, qui ſcilicet ſunt agreſtes, robuſti, probi & ſimplices. Victus eorum conſiſtit in lacticinijs, in pecore & in nendo lino: nec ſine magno emolumento has ſuas merces diſtrahunt in oppido Sangallenſi, unde annuatim magnam reportant uim pecuniæ. Habent amœnas alpes, hoc eſt, paſcua montana, & parua pecora, ſed lactis copia turgentia. Fuit Abbatiſcella centũ annis & amplius Heluetijs confœderata, & tandẽ anno Chriſti 1513. pro Cantone declarata. Ediderũt in multis locis pluria & egregia facinora, nec parũ incõmodauerunt (laceſſiti tamen) q̃ oſdã inquietos nobiles inhabitantes Thurgoiã, Rhinthaliã, id eſt, uallẽ Rheni, agrũ Veldkirchẽſem atq; Brigantiuũ. Non fuit tota regio Abbacellenſis (ut iam quoq; diximus) monaſterij Sangallenſis, ſed bona eius pars paruit nobilibus, & poſt mortẽ abbatis Chunonis atq; poſt celebratum concilium Conſtantienſe omnes redacti ſunt ſub unum ſceptrum atq; ſub unum magiſtratum, anno ſcilicet Chriſti 1421.

Schafhauſia.



OBtinet ciuitas iſta latus Rheni Germanicũ. De nomine eius eſt diſceptatio. Sunt enim qui putant eã hoc habere nominis ab oue, quã Germani uocãt ſchaf, & ciues huius oppidi habent ſignũ nigri arietis in luteo ſpacio. Alij uero uolunt eã appellari Scheffhauſen à naui, quã Germani uocant ſchiff & quidam ſchef, quod ſcilicet ibi ante ciuitatis & pontis cõſtructionẽ fuerit ſtatio & traiectus nauium. Non eſt uetuſta ciuitas, quum ſitus eius ſit ultra Rhenũ in Germaniæ littore atq; iuxta Hercyniam ſyluam, habet tamẽ per circuitũ fundũ ualde fœcundũ, exciſiſq; Nigræ ſyluæ arboribus, plantatæ ſunt in earũ locũ uites frugiferę. Ex ſolitudine factus eſt paradiſus amœnus. Siquidẽ occupat hæc ciuitas locum omnibus modis cõmodiſſimum. Ad meridiem Rhenus incluſus alluit mœnia, & à tergo uerſus ſeptentrionẽ lenis aſcẽdit mons, qui æſtiuo tẽpore uireſcit hortis & uineis. Eſt aũt uinũ loci illius inſigne, quũ mons uitifer reſpiciat meridiẽ. Loco traiectus naualis, hodie eſt ligneus pons. Parũ infra ciuitatẽ Rhenus uariſs montiũ impedimentis incitatus cũ rupibus coartat, terribili fremitu eluctuat, tandẽq; ingenti impetu per præceps altitudine quadraginta aut quinquaginta cubitorum ruit. Habet tamen cataracta illa primũ in rupibus gradus quoſdã, ac deinde tanta uehementia in imũ delabitur, ut tota aquarum moles in ſpumã & nebulã reſoluat. Ego nunquam ſine horrore potui uidere ſtupendam iſtã Rheni præcipitationem. Incolæ uocant cataractam illam den Laufen, quod ſignificat Curſum. Ibi nullæ poſſunt deſcendere naues, alias in mille frangerentur partes, nec poſſunt huius ſaxi altitudinem ſuperare quicũq; piſces, etiã ſi eſſent Morſi aut Roſmari qui aduncis ſuis naribus nullam non poſſunt cõſcendere petram. Hic enim obſtat aquæ impetus. Cæterum Rhenus ſub oppido Laufenberg petris arratus, ſpuma apparet albiſſima præ fremitu & colliſione. Tandẽ atrox ſpumans, amplo gurgite ad Auguſtam Rauricam deuoluitur. Fuit aũt Schafhauſia tempore Friderici ſecundi ciuitas imperialis, & deinde ſub Ludouico Bauaro circa annũ Chriſti 1320. una cum Rhinfelden, Newenburg & Briſaco fuit impignorata duci Auſtriæ. Deinde uero tempore concilij Conſtantienſis, anno ſcilicet 1415. fuit rurſum libertati ſuæ reſtituta, erepta Friderico duci Auſtrię. Poſtea eadẽ ciuitas iniit fœdus cũ Heluetijs ad certos aliquot annos, atq; tandẽ perpetuo fœdere obligauit ſe illis. Habet quoq; ciuitas iſta uetuſtũ & opulentũ monaſteriũ, q̃ olim cõſtruxit comes Eberhardus ex Sueuia, appellatũq; eſt ratione naualis traiectus, Nauiũ domus, Germanicè Schiffhauſen, id q̃ expreſſe in ue-

Cataracta Rheni.

Monaſterium, Nauiũ domus.

tuſto

tuſto codice à ſancto Georgio, monaſterio Nigræ ſyluę, huc Baſileã allato inueni. Fuit aũt monaſterium illud magnis extructũ impenſis, adductæq; ſunt ingentes columnæ lapideę, quarum adhuc 12. in templo uiſuntur, habentes ſingulæ in longitudine 17. pedes & in complexu 9. Conſecrauit monaſterium iſtud papa Leo nonus cõſanguineus memorati comitis Eberhardi, anno Chriſti 1052. Conſtructa fuerunt eo tempore tria magnifica monaſteria, Sanctus Blaſius in Nigra ſylua, Sanctus Aurelius, qui locus Hirſow quoq; appellatur,

Ad ſaluatorẽ. & ſanctus Saluator, qui locus Schafhauſen hodie nominatur. Duodecim anni fuerunt in ſumpti, quouſq; monaſteriũ ſancti Saluatoris fuit conſtructũ, & anno 1064. fuit eccleſia eius dedicata per Romaldum epiſcopum Conſtantienſem, magnificeq; per dictum comitẽ

Duodecim monachi. dotata. Deinde duodecim monachi, iuxta numerum apoſtolorum, uiri graues fuerunt uocati, & decimuſtertius loco Saluatoris abbas deſignatus. Ingreſſi ſunt autem iſtud & alia duo monaſteria multi graues & nobiles uiri, deponentesq; arma exteriora induerunt diſciplinam ſpiritualem. Quin & comes Eberhardus fundator huius monaſterij, relicto mundo, conſentiente q; conſorte, ſex annis uixit ſub abbate. Vxor uero eius ualedicens & ipſa mundo, recluſit ſe in cella quadam, quæ poſt mortem eius commutata fuit in cœnobiũ

S. Agnes. ſanctæ Agnetis. Succeſſit in imperio ſeculari comiti Eberhardo filius eius Burckhardus, qui arreptum Guilelmum abbatem Hirſowenſem uirum impenſe doctum, tranſtulit eum ad Schafhauſen, conſtituitq; abbatem. Huic ſucceſſit abbas Sigefridus, qui circiter trecentos ſub ſe habuit monachos. Quem ſubſequutus eſt anno Chriſti 1093. Gerardus, ſed quẽ monachi expulerunt, &c.

Oppidum Badenſe, uulgo ober Baden,

id eſt, Thermæ ſuperiores.

Tacitus memi nit huius loci. COgnitus fuit & inhabitatus locus iſte tempore Cornelij Taciti atq; ante eius ætatem, quum ille mentionem de eo faciat in hæc uerba: Eſt locus amœnus, habetq; aquas ſalubres & arcem munitiſſimam iuxta præterfluentem amnem, qui hodie uulgo Limmat uocatur. Iacet autem hoc oppidum in Ergoia, & quam primum fluuium traieceris ingrederis Thurgoiam. Oppidum eſt ſatis elegans & opulentũ, in medio ferè Confœderatorum ſitum, quare & Heluetij omnia ſua ibi celebrant comitia. Immi

Locus thermarum. nent oppido ab una parte montes, ab alia uero alluitur magno flumine, nauigabili & qui rapidiſſimi eſt curſus, per quod à Tyguro in Rhenum uenitur. Non longe infra oppidum, ad iactum ſcilicet ualidæ bombardæ, eſt uiculus quidam ſuper flumen pulcherrimus in uſum balneorum fabricatus. Area perampla eſt media parte uici & circum hoſpicia magnifica, multarum receptacula gentium. Singulæ domus ſua habent balnea interius, in quibus abluuntur hi ſoli qui ad eas diuerterunt. Balnea enim publica, tum priuata numerãtur triginta, præter ea quæ ultra flumen ſcaturiunt, ubi & quædam domus conſtructæ habentur, in quibus ruſtici plerunq; thermis fruunt. Sicq;



citra & ultra flumẽ, imo & in ipſo flumine ebulliunt aquæ calidæ. Calor eſt tantus in ſua origine ubi aqua è terra emanat, ut eum nudo corpore ferre nequeas. Publica balnea duo tantum exiſtunt lauacra plebis & ignobilis uulgi, ad quæ omnium affluentium fex deſcẽdit. At balnea quæ in domibus ſunt priuatorum, perpolita ſunt, & ipſis uiris fœminisq; communia; tabulata quædam eos ſecernunt, & in his feneſtrellæ perplures demiſſæ, quib. & unà potare, ſimul colloqui, et utriq; ridere & attrectare queant. Nec deſuper cingunt deambulatoria, in quibus conſpiciendi confabulandiq; cauſa homines conſiſtunt. In ipſis aquis ſæpe de ſymbolis edunt, compoſita

Thermæ maiores et minores menſa deſuper aquam natante. Thermæ quæ citra fluuium à parte oppidi exiſtũt maiores, & quæ ultra ſunt minores uocantur. Confluit illuc, etiam à remotis partibus, innumerabilis multitudo, nobilium pariter & ignobilium, non tam ualetudinis quàm uoluptatis cauſa. Multi amatores, multi proci, multi quib. in delitijs uita eſt poſita, huc cõcurrunt, ut fruantur rebus concupitis. Multæ corporum ſimulant ægritudines, quum animo laborent.


Ita

CIVITAS BADENSIS

Heluetica, quam ad differentiam thermarum

quæ sunt in Marchionatu Badensi, uulgo uocant Badeniam superiorem, sicut aliam uocant inferiorem, respectu habito ad Rheni descensum, à quo utraq; Badenia uno distat milliario Germanico, à se uero dissident circiter uiginti milliaribus Germanicis, superiori ad austrum, inferiori uero ad aquilonem posita.


Descriptio ciuitatis Badensis una cum



Helueticæ, una cum oppidulo thermarum.



Deſignatio ciuitatis Badenſis Helueticæ, una cum oppidulo thermarum.



Ita uidebis innumeras forma præstantes, sine uiris, sine cognatis, duabus ancillis & seruo, aut aliqua affini anicula, quam leuius sit fallere quàm custodẽ habere. Singulæ quoad possunt uestibus auro, argẽto, gemmisq; ueniunt ornatæ, ut nõ ad balnea sed ad celeberrimas nuptias eas diceres accessisse. Hic quoq; uirgines Vestales aut si mauis florales, hic abbates, monachi fratres, sacerdotes, maioriq; licentia cæteri ueniunt, & simul plerunq; cũ mulieribus lauantur, & sertis quoq; comas ornantes, posita religione omnibus una mens est tristitiam fugere, quærere hilaritatem, nihil quærere nisi quemadmodum læti uiuant, gaudijs fruantur. Mirabile dictu est in tanta multitudine, quæ sæpe millenarium superat numerum, in turba tam ebria nullam discordiam oriri, nullam seditionem, nullum dissidiũ, nullum murmur, nullum maledictum. Cernunt uiri uxores tractari, cernũt cum alienis loqui, & quidem solam cum solo, & tamen omnia bona ac domestica mente fieri cogitant. Nomen zelotypi apud istos locum non habet. Quod si quæ uirtus aquarum sit quæris: tum uaria est & multiplex, tum uero illa est admirabilis earum uirtus & pene diuina. Neq; eñ ulla in orbe terrarum balnea ad fœcũditatem mulierum magis accommodata. Plures quæ sterilitatis causa accesserint, miram illarum uirtutem experiuntur. Mixta est aqua illa multo sulphure & modico alumine, unde fit quod calefacit & exiccat, consumit, aperit & attrahit omnem noxium & frigidum humorem. Conducit uicijs capitis, quæ à frigore cerebri originem sumunt, ut est lithargia, obliuio, neruorum languidi uis, apoplexia, uicium auditus & uisus. Consumit quoq; pituitam & frigidos humores à capite delabentes, calefacit & exiccat stomachum, iuuat digestiuam, aperit oppilationes epatis & splenis, sedat tormina uiscerum, quæ colica & yliaca appellantur. Reprimit dolorem membrorum qui à frigore consurgit, & purgat cutem à uarijs immundicijs. Nocet autem ijs qui calidam & siccam habent complexionem, & qui attenuati sunt ptisi atq; ethica. Parum quoque prodest decrepitis: in summa, magis prodest fœminis quam uiris. Tantum de thermis. Nunc redeo ad oppidum. Situm est illud in loco amœno, habet uineas et hortos plurimos, sed uinum colligit tenue. Habuit olim oppidum arcem mõtanam, quum adhuc proprio subesset comiti, cuius uestigia etiamnum cernuntur. Quum olim, anno scilicet salutis 1180. Henricus comes Badensis moreretur, peruenit comitatus ille per mulierem ad comites Kiburgenses. Mortuo autem Hartmanno ultimo comite Kiburgensi circa annum Christi 1260. orta est contentio propter comitatum istum, sed quem Rudolfus comes ab Habspurg, postea Romanorum rex factus, in suum dominium recepit, manſitq; post ipsum apud duces Austriæ usq; ad concilium Constantiense, quo tempore iubente Sigismundo Cæsare ab Heluetijs est occupatus, qui & arcem fregerunt.

In thermis omnis licentia.

Virtus aquarũ

Vindonissa, Germanice Vuindisch.




LOcus ille qui olim putatur ciuitas episcopalis fuisse, est hodie uilla misera, adiacens fluuio Vrsulæ, quem uulgo Russ uocamus, haud procul ab oppido Brugarum in iti/nere uersus oppidum Baden. Visuntur adhuc in eo loco antiquitates quædam sed paucæ, ut quis mirari posset, ibi episcopatum Constantiensem olim sedẽ habuisse. Adiacet illi Kunigsfelden monasterium, de quo illico sum dicturus. Cœpit autem iste episcopatus sub Clodoueo Galliarum rege, dictusq; est primus episcopus Paternus, secundus Laudo, tertius Maxentius, quartus Bubulcus, quintus Grammatius, qui anno domini 546. fuit in cõcilio Aurelianẽsi. Sextus Maximus. Hunc transtulit Clotarius rex ex ueteri Vindonissa in regiam uillam Constantiam circa annum domini 570.

Kunigsfelden.


Monasteriũ utriusq; sexus.

QVum anno domini 1308. Albertus dux Austriæ & rex Romanorum iuxta Vrsulam fluuium à nepote suo Iohanne interficeretur, Elisabet ex Carinthia nata, uxor eius in memoriam pessimi facti & monumentum mariti, extruxit monasteriũ illud, in quo monachi et moniales, sed in distinctis mãsionibus, sub eadẽ clausura




clauſura multis annis uictitarũt. Quin & regina Agnes, filia Alberti, Andreæ aũt regis Vngariæ relicta, contempto mundo hic & Brugis 48. annis in uiduitate & religioſa uita egit, tandemq; ibi eſt ſepulta. Fuit & Lupoldus dux Auſtrię, ab Heluetijs prope oppidũ Sempach interfectus, hic tumulatus, unà cum multis alijs nobilibus in eodẽ prælio interfectis. Oſſa tamẽ Alberti regis, fuerunt poſt aliquot annos hinc Spiram trãslata, id quod ſupra in catalogo regum Romanorum quoq; indicaui.

Zofingen in Bernatium ditione.



HAbent ciues oppidi Zofingenſis intra terminum ſuæ ditionis ſyluã illuſtrem, quæ euagatur uſq; ad Arolam fluuium, uocaturq; uulgo Bonwald, quæ habet tam elegantes & proceras arbores, ut uix ſibi ſimiles in tota Europa inueniantur. Nam creſcunt in ea abietes inſignes, ut etiam quædam aſſe quantur longitudinem centũ & triginta pedum, & uſui poſſunt adaptari longitudine centum & decem pedũ. Veniunt Genuenſes ex Liguria ad hunc locum, emuntq; ſibi arbores ex hac ſylua, quas ſubſidio Arolæ deducunt in Rhenũ, per Rhenum autem in mare Anglicum, ac deinde in mare Hiſpanicum, tãdemq; in mare mediterraneum & uſq; ad Genuam, malos ex eis facientes nauium. Inueniuntur quidẽ & in Nigra ſylua tam proceræ & longæ abietes, ſed ſunt pinguiores atq; ob id non tam durabiles ut Zofingẽſes. Sicq; nulla ferè eſt terra, cui dominus deus non peculiare impertierit bonitatis ſuæ munus, unde diſceremus, ſingulos ſingulorum indigere ope, & nulli terræ omnia ſimul eſſe collata, ut aliorum manu & auxilio opus non habeat. *Bonwald.*

Conſtantia.



CONſtantia urbs Germaniæ non admodum magna ſed pulchra & amœna, iacet in eo loco, ubi Rhenus rurſum ex lacu Podamico emergens in alueum redit. Vltra pontẽ quẽ ibi habet Rhenus, hucuſq; crebra fuerunt ædificia, in altera ſcilicet fluuij ripa, ſed quæ anno Chriſti 1548. ferè omnia igni hoſtili interierũt. Lacus omnium amœniſſimus eſt, multaq; caſtella & uicos undequaque per ripas habet, aqua nitida, fundo glareoſo ac perſpicuo. Piſces fert uarios quidem & multiplices, ſed pro tãta aquarum magnitudine non admodum copioſos. Viginti millia paſſuum in lõgitudine patet, hoc eſt, quinq; aut ſex miliaribus Germanicis, latitudo alibi decem, alibi ad quindecim millia paſſuum extenditur, duobus ſcilicet aut tribus miliaribus Germanicis. Rhenus enim duos facit lacus, Venetũ & Acroniũ, ut ueteres appellauerunt, inter quos Conſtantia ſita. Hi nũc à loco & dominijs ſortiti nomina, ſuperior Conſtantienſis, & à caſtro ut putant, atq; eius loci dominio de Podmen, Podamicus lacus dictus. Inferior ab oppido dicto Cella Rudolfi, Cellacenſis denominatur. In infima lacus ſuperioris parte, Conſtantia eſt ſita. Figurã lacus infra ſignabimus ubi Rhenum ex alpibus per Curienſem agrũ ad lacũ uſq; deduxerimus. Putant autem Conſtantiã à Conſtantio Conſtantini patre, qui à Diocletiano & Maximiano Cæſar dictus eſt, hanc urbẽ circa annum Chriſti 307. nomen accepiſſe, aut, ut alij aiunt, à Cõſtantio Conſtantini magni filio, circa annũ Chriſti 340. ſic appellatũ, quũ prius Vitodura uel Gannodurũ nũcuparetur.

cuparetur. Est hodie omniũ in Acronij & Veneti littore conditarũ ciuitatũ florentissima, diuisa in duo hominum genera. Alij enim sunt equestris generis, alij plebei. Plebei mercaturis & officinis intendunt. Equites ueteribus patrimonijs contenti, redditibus alũtur, & equestrẽ dignitatem obseruant. Si quis plebeius ditior factus ad equestrem locũ peruenire tentaret, ei nullo modo licere putant. Ita per longa tempora utercp ordo in suis finibus cõsistit. Gubernatio tamen rei publicæ communis est plebeis & nobilibus. Fundus circum ciuitatem omnium rerum est ferax, uini, frumenti, pomorum, pabuli, &c.

De episcopatu Constantiensi.



Diximus iam, episcopatum Constantiensem non Constantiæ sed in Ergouia apud ueterẽ Vindonissam in cõfluxu Arolæ, Rusæ & Linmagi initium sumpsisse sub Clodoueo Galliarũ rege, translatũcp circa annũ domini 570. sub Clotario rege ad Constantiã. Numerantẽ autẽ 83. episcopi quos habuit Vindonissa ac deinde Cõstantia usqp ad tempora nostra, quorũ bona pars fuerũt monachi cœnobiorũ S. Galli & diuitis Augiæ. Anno domini 935. sanctus Conradus comes Altorffensis factus est episcopus Constantiensis, contulitcp episcopatui omne suum patrimoniũ. Secundus post ipsum fuit Gebhardus comes Brigantinus ex matris utero cæsus, qui fundauit monasterium Benedict. in Petershusio & collegium Canonicorum in Zurzachio. Longe postea fuit alius episcopus nomine Vlricus comes à Dillingẽ et Kiburg, qui cõstruxit ac dotauit de suo patrimonio monasteriũ Crutzlingen. Obijt anno 1127. Rudolphus comes Habspurgẽsis patruelis Rudolfi Cæsaris, obijt anno 1294. relinquẽs episcopatũ in maximis debitis propter bella gesta. Otho marchio de Hochberg & Rõtelen accepit baculum pastoralem circa annũ domini 1409. sub quo congregatũ est anno domini 1414. conciliũ Cõstantiense: ipse uero morbo caduco correptus tandem obijt. Cui successerunt Fridericus comes à Zollern, Henricus baro ab Hewẽ, Burchardus à Randeck, Hermannus nobilis de lato Landenburgo, Ludouicus à Friberg, Otto comes à Sonnenberg, Thomas Vngarus, præceptor Maximiliani Cæsaris, Hugo à Lãdenberg. Hic anno 1527. secessit cum uniuerso suo clero propter mutatã Constantiæ religionem ad oppidum Vberlingense. Cui successit Balthasar Waldkirchius, homo ambitiosus, tenuis fortunę parentibus natus, Maximiliani consiliarius intimus, ac deinde uocatus in aulam Caroli Cæsaris, uicecancellarius imperij est designatus, ac paulo post anno Christi 1530. in episcopũ Constantiensem inauguratus, cui cum præfuisset 15. mẽsibus, apud Treuerim subitanea morte decessit. Successit ei Iohãnes comes à Lupffen, præfuitcp sex annis & resignauit episcopatum. Hũc subsecutus est Iohannes à Wetzen Iuliæ ducatu natus, designatus primum archiepiscopus Lundensis in regno Daniæ, sed sequente Christierno in regno, subduxit se ex Dania, ueniens ad Carolũ Cæsarẽ, factus est à consilijs & à legationibus eius: postea consecratus Ratisponæ in comitijs anno 1541. in episcopũ Constantiensem. Is incorporauit episcopatui diuitis Augiæ cœnobium Benedictinum. Tandem in comitijs Augustanis anno Christi 1548. subitanea morte decessit mense maio. Eligitur post eius mortem Christophorus Metzlerus Veldkirchianus legũ doctor, 83. episcopus. Excedit autem diœcesis Constantiensis in amplitudine reliquos episcopatus Germaniæ: nam habet supra 1800. parochias & 400. monasteria. Vnde de episcopatibus Rheni quidam in hunc modum loquunt: Curiensis est summus, quum sit iuxta fontes Rheni, Constantiensis amplissimus, Basiliensis amœnissimus, Argentinẽsis nobilissimus, ibi enim nemo admittitur in ordinem Canonicorũ, nisi sit princeps, comes aut baro ex sedecim auis & proauis. Spirensis est religiosissimus, Moguntinus authoritate uenerabilissimus. Colonienses opulentissimus & Treuerensis uetustissimus.

De concilio generali Constantiæ celebrato.

ANno domini 1414. concilium generale iussu Sigismundi Cæsaris Constantiæ cœptum est celebrari, uenitcp illuc Iohannes papa 23. quẽ totus clerus & ciuitas honorifice sus-



ce ſuſcepit & in palatium epiſcopale deduxit. Sequebant eũ nouem cardinales, & paulo pòſt uenerunt & ſex alij. Obtulit autem ciuitas pontifici ſcyphum ex argento deauratum quinque marcarum, uinum Italicum & Alſaticum atq; auenã. Venit & Sigiſmundus Rom. rex cum regina filia comitis Cilicię, & legit in nocte Natalis Chriſti in prima miſſa quam papa celebrauit, Euangelium, Exijt edictum. Circa initium ſubſequẽtis noui anni uenit ad concilium Ludouicus comes Palatinus Rheni cum 400. equis: uenerunt & alij principes & prælati in numeri, ut putarentur in urbe fuiſſe triginta millia equorũ. Interfuerunt concilio 4. patriarchæ, 29. cardinales, 47. archiepiſcopi, 160. epiſcopi. Secularium uero principum, comitum, baronum ac nobilium, non fuit numerus. Mittitur autem pro Iohanne Hus cum ſaluo cõductu regis Sigiſmundi, mancipatq; cuſtodiæ apud Prædicatores. Venit etiã Hieronymus Hus cũ uno clerico. Auditus eſt deinde Iohannes Hus in conſeſſu patrũ, qui ætate & autoritate maior habebatur, licet doctrina & facundia ſuperior eſſet Hieronymus. Lecti ſunt ex omni natione patres docti, qui ſępe cum his habuere colloquia, rogantes eos ne plus cũ eccleſia ſaperent ſed peregrinas opiniones relinquerent, & ingenia ſua Wickleforum inſania non macularent, eloquentiã qua præditi eſſent, in corroborãdis eccleſiæ inſtitutis non euertendis exercerent, poſſe eos in conſpectu dei & in eccleſia ſublimem conſequi locũ. Stetere in propoſito pertinaces, aſſerentes ſe ueraces euangelij imitatores & diſcipulos Chriſti, Romanam aũt eccleſiã, cæterasq; à traditionibus apoſtolorum abijſſe, quæ opes atq; delicias ſectarentur, dominatum in populis & primos in conuiuijs accubitus quærerent, canes & equos alerẽt, eccleſiarum bona, quæ Chriſti pauperibus deberentur, per laſciuiam, luxumq; conſumerent, aut neſcire prorſus diuina mandata, aut ſcientes contemnere. Primores concilij ubi immutabiles animos hominum aduerterunt, iudicarunt eos putrida eſſe mẽbra quę ſanari non poſſent, ideo ne reliquum corpus inficerent, reſecanda cenſuerunt. Lata itaq; eſt in conſeſſu patrum aduerſus conſtantes illos uiros ſententia, quod cremarentur, qui doctrinã eccleſiæ reſpuerent. Prior Iohannes Hus cõbuſtus eſt in principio Iulij, Hieronymus diu poſt in uinculis habitus: & cũ reuocare noluiſſet, pari ſupplicio affectus eſt circa medium ſeptembris anno 1415. Eductus eſt Iohãnes & ſtipatus octingentis armatis uiris, impoſitis ei duobus pileis, in quibus duo picti erant dæmones, atq; ſcriptum, Hæreſiarcha. Pertulerunt ambo conſtanti animo necem & quaſi ad epulas inuitati ad incendium properabant, nullam emittentes uocẽ, quæ triſtis animi poſſeteſſe indicium. Vbi uero ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem uix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Cineres exuſtorum ne raperentur à Bohemis in lacũ proiecti ſunt: diſcipuli tamen eorum ex eo ſolo terram abſtulere, in qua ignis fuit, eamq; ueluti ſacram ſecũ attulere in patriam. Intellectis his in Bohemia, quæ Cõſtantiæ geſta fuerunt de Iohanne & Hieronymo, diſcipuli & ſequaces eorum nonnullas eccleſias à rege ſibi tradi extorquent, in quibus prędicare & ſacramẽta miniſtrare libere poſsẽt, deinde paſſim excurrunt & uaſtant igne & ferro eccleſias et monaſteria. Conuenerunt in oppido Tabor triginta millia hominũ, qui omnes ſectatores fuerũt Iohannis Hus, eaq; congregatio multũ terruit Venceslaũ regem, uerentẽ ne arma in ſe uerterẽt, ſed presbyter quidam ſedauit inſaniã populi per huiuſmodi ſermonẽ. Quanquã inquit uiri fratres inertem ſortiti ſimus regẽ, ſi tamen cæteros expẽdimus, nemo eſt quẽ noſtro regi anteferamus: eſt quietus, benignus, noſtri amans, ritum noſtrum neq; ipſe perturbat neq; alios perturbare ſinit.

Iohannes Hus uocatur.

Condemnantur ad ignem.



Bohemi inſaniunt.

finit. Desidia illius, nostra salus & quies est, &c. De hoc infra in Bohemia latius: nunc redeo ad concilium. Anno 1415. prima die Martij papa Iohannes resignauit papatum, sub hac conditione, quod Petrus de Luna, dictus Benedictus 13. & Angelus Corarius, dictus Gregorius duodecimus, papatu quem prętendebant, per se uel per procuratores suos legitimos cederent. Vt autem uentum est ad concilium, & omnibus facta dicendi copia, multa crimina & grauissima quidem obiecta sunt Iohanni papæ, unde paulo pòst discordię inter eum & Sigismundum oriri cœperunt. Videnscp papa concilium contra se niti, cœpit pœnitere, dicens se & suos non esse securos, nec se libere posse agere. Et intelligens Sigismundus Fridericum ducem Austriæ tractare de abducendo papa, uocauit eum, monuitcp ne talia præsumeret. At dux omnia negauit. Interim tamen Iohannes papa clam abire cõstituit, ueritus ne papatui cedere cogeretur, adiutus ad hoc factione archiepiscopi Mogun-

Papa aufugit.

tini & Friderici ducis Austriæ. Iohannes itacp 20. die Martij post meridiem equum ascendit, indutus grisea chlamyde & grisea cappa, incognitus ciuitatem exiuit: postea ascendit nauiculam, ut dux ordinauerat, peruenitcp ad oppidum Schafhausen. Altera die Cęsar proclamari fecit fugam papæ, sciens quo pacto reduceretur. Conuocatis enim principibus accusauit Fridericum ducem Austriæ, quod autor & adiutor fuerit papæ ad fugiendũ, in concilij iniuriam, Christianæcp reip. periculum maximum. Citatur itacp Fridericus publice in

Dux Austriæ proscribitur.

concilio pro abductione papæ, & absoluit Cæsar omnes subditos eius ab obedientia eius, priuauit eũ feudis & omnibus bonis, atcp sine mora occupare fecit oppida eius Stain, Frawenfeld: Suitenses quocp cum suis confœderatis iussi sunt occupare oppida & munitiones in Ergoia, quæ sunt Baden, Mellingen, Bremgarten, Walenstat, Diessenhofen. Interea papa ipsa die parasceues post meridiem abijt de Schafhausen, & peruenit ad oppidũ Laufenberg, atcp inde fugit ad Friburgum, iturus inde si posset ad Burgundiæ ducem. Scripsit autem ex Friburgo ad concilium huiusmodi uerba: Iohannes episcopus seruus seruorum dei, Vniuersis innotescat, quod cum propter metum, qui cadere potuit in constantem uirum, de ciuitate Constantiensi recesserimus, ne hac occasione Petrus de Luna & Angelus Corarius in suis obedientijs nominati, allegantes impressionem nobis factam, se quouis modo ab accessione retraherent, & sic protraheretur effectus pacis & unionis ecclesiæ, ad quorum effectum nostra desideria tendunt. Ex Friburgo, &c. Interim Constantiæ mediatoribus principibus inter regem & ducẽ Fridericum cõpositio facta est, uigore cuius dux Frid. personaliter in manus Cæsaris & sua omnia bona resignans, sub hac forma desuper literas tradidit: Nos Fridericus dei gratia dux Austriç, Stiriæ, Carinthiæ, &c. Fatemur nos indignationem regiæ maiestatis incurrisse, ea propter nos & nostra in manus suæ maiestatis tradimus, &c. in bona forma. Datum 26. die Martij, anno 1415. Iurauit etiam dux ipse,

Reducitur papa & incarceratur.

papam Iohannem cõcilio repræsentare, id quod & fecit. Nam perduxit illum usqp ad Cellam Ratolfi, ac inde nunciauit concilio, quod nisi adhibita ui, non posset eum ultra perducere. Curante post hæc concilio Iohannes capitur & in insula sancti Marci prope Constãtiam, uulgo Richnow, carceri mancipatur. Causam fugæ disquirere concilium tum cœpit, certoscp iudices uiros grauissimos delegit, qui crimina homini obiecta discuterẽt, eadẽcp ex ordine referrent, ad quadraginta capitula contra hominẽ probata sunt. Venientibuscp omnibus in eandem sententiam, Iohannes merito pontificatu eiectus, sententiam in se latam approbat, pontificatu siue spõte siue inuitus se abdicauit. Quo facto, ad Ludouicum

Papa in palatinatu captiuus tenetur.

comitem Palatinum custodiendus mittitur donec alius decerneretur. Sicp in Manheim oppido haud procul à Spira sito, triennio in castro sine cubiculario famuloue Italico diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes, quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, quum nec ipse linguam Teutonicam, nec illi uicissim Italicam aut latinam scirent. Coactus est quocp Gregorius 12. se abdicare pontificatu, nec diu pòst uixit, dolore animi correptus. Sublatis duobus pontificibus, tertius restabat, Petrus de Luna, Benedictus 13. appellatus. Is autem in castello peninsulæ loco munitissimo se continens in regno Aragoniæ, moueri suasionibus à sententia sua non poterat, quod diceret se uerum Christi uicarium esse, & Constantiam non esse locum libertati ecclesiasticæ conuenientem, cũ Iohannes 23. ab his etiam abdicare se pontificatu coactus fuerit, qui partes suas antea sequebantur. At principes Hispaniæ cernentes pertinaciam huius Benedicti, concilij opinionem secuti, in reliquorum sententiam, dimisso Benedicto, peruenerunt. Tunc Benedictus

ctus in concilio pontificatu priuatur, & ut hæreticus ac schismaticus à cunctis habendus declaratur. Deinde de eligendo nouo pontifice sermo est habitus, electusq; est concorditer Otto cardinalis de Columna, uocatusq́ue Martinus quintus, anno millesimo quadringentesimo decimoseptimo mense nouembri. Cæterum incinerationem Iohannis Hus & Hieronymi ferunt Cæsarem non æquo animo tulisse, propter saluum conductum eis datum. Respondit ei concilium: eum argui non posse de fide mentita, quia concilium non dederat eis saluum conductum, & concilium maius est Imperatore, & ideo non potuisse cõtra uoluntatem concilij id concedere, præcipue in factis fidei. Porro Iohãnem depositum papam aiunt è carcere Palatini liberatum, & ad pontificẽ Martinum supplicem uenisse, à quo benigne acceptus in Cardinalium numerum ascitus, episcopus Tusculanus est creatus. Equidem Sigismundi & Ludouici Palatini præcibus permotum Martinum, antequam Italiam adierit, putant, ut carcere fuerit eductus. Nec superfuit diu, uita ex animi, ut aiunt, dolore excedens.

Martinus v

Sigismundi Imperatoris integritas.


De comitatu Rhinfeldensi.



OCcupat iste comitatus utrunq; Rheni latus, castrum uero positum fuerat ante tẽpora nostra in medio Rheni supra petrã, cuius uestigia in ea insula adhuc apparent. Rudolfus de Rhinfelden ultimus comes, factus primum dux Sueuiæ, ac deinde Romanorum rex in discordia electus, occisus fuit Merspurgi in Saxonia ab Henrico quarto anno 1082. Deinde peruenit comitatus ad duces Zeringenses, atque tandem incorporatus fuit imperio, ut supra indicauimus. Cumque hoc oppidum unà cum Newenburg & Brisaco impignoraretur à Ludouico Imperatore Bauaro ducibus Austriæ anno millesimo trecentesimo uigesimo quinto aut circiter, saluis omnibus priuilegijs oppidi, superueniens deinde dux Albertus, conabatur ciues arcere à priuilegijs suis, eosque omnibus modis suæ iurisdictioni subijcere. Quod cum illi ferre nollent, adiunxerunt se Basilienſibus, qui & ipsi iniurias patiebantur ab Austriacis, factumq; est bellum inter castrum & oppidum. Basilienses uicinis auxilium ferre cupientes, missis tormentis bellicis atq; alijs armis, ipsi quoque octaua die Iulij armati ascendentes, terram circumiacentem rapinis uastauerunt. Miserunt quoque præsidium ducentorum uirorum in oppidum Rhinfelden, id quod & Confœderati Heluetij fecerunt, ut tuerentur oppidanos, quousq; messem in agro colligerent. Interim ciues & castrenses mutuis bombardarum ictibus sese infestabant. Ciues quoque pontem, qui ex oppido in castrum transmittebat, destruentes, obsessos in castro prohibebant, ne ingredi uel egredi possent. Irritati autem magis ac magis Heluetij atq; Basiliẽses per Austriacos, delectis quinq; millibus fortiũ uirorum miserunt eos in Brisgoiam, qui ducis terram iuxta Friburgum igne & rapina uastarent. Illi itaq; in Brisgoiã descendẽtes, exustis 15. uillis, magnam ad Basileã portauerunt prædã. Paulo pòst ingressi Sunggoiã cõbusserunt oppidulum Pfirt, reportaruntq; prædam. Eodem anno mense augusto, profecti Basilienses unà cum Heluetijs stipendio conductis, magno apparatu aggressi sunt castrũ Rhinfeldense, quibus & suppetias tulerũt Bernenses, Lucernates & Solothurẽses. Interim autẽ quo Basilienses oppugnabant castrum Rhinfeldense, uenerunt copiæ ducis Austriæ ex Brisgoia contra minorem Basileam, & abegerunt ducenta armentorum capita. Descẽdit & Albertus dux Austriæ cum suis copijs à Rhinfelden ad minorem Basileam, sed illico rursum ascendit, exusto castro iuxta Krentzach. Traijciẽtes autem Heluetij Rhenum ut occurrerent duci, & illum non inuenientes (siquidem uelociter ascendit ad oppidum Seckingen) occuparunt locum castrorum eius, quem è regione Rhinfelden sibi & exer-

Rhinfeldẽ peruenit ad Austriam.

Castrum Rhinfeldense oppugnatur.



citui ſuo delegerat, ubi & Baſilienſes catapultis ſuis cœperũt infeſtare incluſos in caſtro, inijcientes magna ſaxa, cadauera pecorũ, ac bombardis concutientes caſtri mœnia, ſicq; obſeſſos adegerunt, ut gratiam obſidentium implorarent, rogarentq;, ut permitterentur cum ſuppellectile ſua recedere. Et licet Baſilienſes id abnuerent, præſertim quum ſcirẽt baronem de Falckenſtein apud illos eſſe, conſilio tamen inito, conſenſerunt petitioni illorum, liberum illis abitum in Septembri admittentes. Erant in caſtro collecti plurimi nobiles, nempe baro de Falckenſtein, Blumenecker, Wiſsnecker, & multi alij nobiles & ignobiles, quorum numerus erat ferè octoginta perſonarum: erat & magna copia rerũ neceſſariarum in eo loco, multi ſericei panni, multa tormẽta bellica, octoginta lecti cum omni apparatu, ſex plauſtra uini, quatuor boues in ſale, &c. Baſiliẽſes quoq; inuenerunt ibi magnã ſuam bombardam, quam confœderati reliquerant poſt pugnam cum Delphino initã, quũ ab arce Farſsburg diſcederẽt. Anno 1448. uiceſima tertia octobris Iohãnes à Rechberg unà cum auxiliarijs ſuis cepit oppidum Rhinfelden, etiam quum anno 1446. pro diſſidio illo componendo, ciuitates quædam in urbe Conſtantienſi eſſent ſubordinatæ, quæ cauſam ſimultatis inter ducem & oppidum Rhinfelden natã ſuo arbitrio dirimerẽt. At Rechbergius memoratus, Thomas à Falckenſtein & alij multi nõ expectata legitima cõpoſitione, ſubordinarũt quoſdã ex ſeipſis, qui ſub ueſtitu peregrino tranſeuntes pontem uene



runt ad telonariũ, atq; interim quo uectigal ſoluerunt applicuerũt duę naues, quæ uidebantur lignis onuſtæ, ſed techna erat, quia ſub lignis latuerũt plurimi uiri armati, ad quorum egreſſum illi qui in ponte erãt transfoderũt telonarium & aliquos cum eo exiſtẽtes. Ciuibus aũt in eccleſia conſtitutis, hoſtes ingreſſi oppidũ facile occuparunt illud. Quod quum oppidanis innoteſceret, correptis armis nitebantur hoſtem excludere, ſed fruſtra cõtra ſtimulum calcitrabant. Nam quidam eorũ fuerunt interfecti, quidam capti, & qui




dam delapſi per murum. Fuerunt etiam quædam mulieres ui oppreſſæ, & magna præda hinc in pecunia & alijs rebus abducta. Quin & nobiles illi indixerunt Baſilienſibus & Confœderatis ipſis bellum, rapinas & incendia exercentes in terris eorum, ſicut uiciſſim

Baſilienſes

Basilienses et Heluetij illos hostiliter ubiq; inuaserunt, donec tandem ut infra dicetur, pax fuit firmata. Anno Christi 1453. Albertus dux Austriæ rursum confirmauit ciuibus Rinfeldensibus priuilegia & iura quæ antea receperant à sacro imperio.

De ueteri Augusta Rauraca, quæ iam à multis annis misera uilla est, uocaturq; uulgo Augst.

REgionem inter Iuram montem & Basileam sitam, uocarunt Latini olim Rauricam & inhabitatores Rauraces atq; Rauracos, id quod Iulius primus Cæsar declarat & post eum Cornelius Tacitus, Ptolemæus & alij quidam. Vnde autẽ nomẽ illud exortum sit, an ab extraneis confictũ, aut antea Germanis in usu fuerit, incertum est. Mirum est, metropolim huius Rauracensis terrę, Augustam, uocabulum suũ usq; ad tempora nostra retinuisse (nam uocatur adhuc uulgo Augst) regionis aũt nomẽ sic deletum, ut nemo quicquam de eo sciat præter solos doctos. Videtur esse nomẽ Germanicum, sicut & hodie Brisgoia, Nigrasylua, Alsatia, & alia nomina plebeis sunt in usu, & tamen habent desinentiam latinam, at nonnihil est corruptum à Romanis, qui ex Ruh rachen duabus uocibus fecerunt unam corruptã uocem Rauracam. Sonat aũt Ruh rachen latina interpretatione, asperam faucẽ. Siquidem montes supra Basileã ab utraq; parte Rheni sibi ipsis propinquiores fiunt in modum faucis, nomenq; regioni non disconueniens data. *Rauraca unde dicta.*



tũ. Nã terra fit ultra Basileã aliquod miliaribus tã aspera intra montes, ut neq; uinum neq; frumentum proferat, tametsi ante tẽpora nostra multa squalida loca sint in fertiles agros commutata. Augusta Rauraca, quæ uno miliario Germanico distat à Basilea, fuit aliquot annis ante Christum natum haud procul à Rheno extructa, id q; ostendunt uetusta monumẽta iuxta pontẽ, qui ultra fluuium Ergetz trãsmittit, hodie adhuc in colliculo extantia. Certè ruinæ illæ satis testant̃, Augustã Rauracã olim nõ uulgarem aut rusticã fuisse ciuitatem, etiamsi post eius destructionẽ in miserã redacta sit uillam, quæ hodie Augst appellatur. Videntur hodie ultra citraq; Rhenum muri quidam miro artificio, regularibusq; sectis lapidib. olim conglutinati, ut nõ differãt à magnificis operibus, quæ hodie à latomis nostris parant̃, nisi q olim usi sunt lapidibus multo minoribus. *Antiquitates Rauracæ.*

Tali opere quinq; aut sex turres ex terra sunt excitatæ, angustæ quidẽ & in formã semiciculi paratæ, in quẽ aũt usum factæ, nemo certò pronũciare aut diuinare potest. Fieri nõ potest ut fuerint cisternæ pro cõseruanda aqua, aut carceres, aut apta quarũlibet rerũ receptacula, multo uero minus ad propugnãdũ ualuerint. Subterranearũ ruinarũ uestigia passim apparẽt Liechstallũ usq;, ubi putant speculã fuisse Rom. in monte. Vnde conijcere possumus Augustæ magnitudinẽ, tũ q; amplis suburbijs fuerit cincta. Nihil aũt admirabilius q; fornices

fornices ſubterranei, toto fermè ſpacio, quod modo diximus è quadris lapidibus extructi.

Fornices ſubterranei.

Vulgus diuerticula Romanorum fuiſſe credit, per quæ ueluti cuniculos quoſdam, hoſtilẽ illi uim metuentes, uel longa obſidione fatigati ſeſe ſubducere cõſueuerint. Veriſimilius eſt aquæ ductus fuiſſe, non quidem aquæ fontanæ, cuius illic, ut eſt mõtium natura crebræ ſunt ubiq; ſcaturigines, ſed fluuialis potius, quæ ſordes ciuitatis ablueret, in quẽ uſum Baſilea plurimas ſub terra teſtudines habet, quæ res ad mundiciem urbis in primis conducit. Neq; enim Argentorato quicquam aliud magis officit, quàm quod huiuſmodi egeſtoriis ſtructuris caret. Habet autem cuniculus ille tantam latitudinem & altitudinem, ut duo uiri erecti ſimul ſine offenſione incedere per ipſum ualeant. Fuerunt ab intra parietes eius gypſo & cruſta complanati, admixtis cõtuſis ſilicibus & tegulinis fragmentis, quale ueterum opus licet quoq; uidere in thermis Badẽſibus marchionis, in publico balneo, cuius litura non differt ab iſta. Allatum eſt mihi fragmentum unum de illa litura, latitudine triũ manuum & craſſitudine duorum digitorum, quod percuſſum tinnitum reddit ceu tegula bene cocta, quæ tecto imponitur. Ars conficiendæ iſtius lituræ, hodie non extat. Habuit quoq; Auguſta ultra Rhenum à parte Germaniæ inſigne propugnaculum, cuius adhuc monumenta in modum diruti caſtri cernuntur, ex quo Romani Germanis obſtiterunt,

Veſtigia caſtri Romanorum.

quum Rhenum traijcere in illis partibus conarentur. Non dubium quin Romani olim, quum rerum potirentur, præfectos & milites ordinarint in hanc ciuitatem, atq; deinde ex ea deduxerint coloniam ciuium Romanorum, id quod indicat peruetuſta quædam ſcriptura Caietæ in regno Neapolitano in lapide & turri uulgo Orlandica dicta, ſculpta, quæ ita habet: L. Muna. L. F. L. N. L. Pron. Plancus Cos. Cenſ. Imp. Iter. VII. uir Epul. Triumph. ex Rhetis. Aedem Saturni F. de manubijs. Agros diuiſit in Italia Beneuenti. In Galliam colonias deduxit Lugdunum & Rauracam. Quorum uerborum hic eſt ſenſus & explicatio: Lucius Munatius Plancus Lucij filius, Lucij nepos. Lucij pronepos, Conſul, Cenſor, Imperator iterato, Septumanus in ſacerdotio, Triumphator ex Rhætis, ædem hanc Saturno fundauit ex facultatibus bello paratis. Agros Beneuenti diuiſit in Italia, & in Galliã in ciuitates Lugduni atq; Auguſtæ Rauracorum nouos colonos collocauit. Vixit hic Lucius Munatius ante Chriſti natiuitatem, quo tempore iſta ciuitas in magno fuit flore, nacta tamen Auguſtæ nomen circa aut poſt Chriſti incarnationem. Nec enim ſolũ imperialis præfectus, ſed & magna Romanorum ciuium multitudo habitauit tunc in ea. Quo autem tempore deſolata fuerit, obieritq; fatum ſuum, nemo hodie, etiam ex incolis & uicinis eius nouit. Sunt qui putant eam ab Alemannis, Rhenum ſæpe traijcientibus, eo tempore quo Romanum imperium inclinare cœpit, deſtructam: alij uero uolũt eam paulatim decreuiſſe atq; collapſam fuiſſe, ubi Baſilea uicina urbs incrementa accepit, atq; huius ortum illius fuiſſe interitum.

De inclyta urbe Baſilea.

BAſileam ciuitatem amplam clariſſimamq; in loco regio extructam, tempore Imperatorum Gratiani & Valentiniani, qui ſimul imperio præfuerunt, anno ſcilicet Chriſti 382. in rerum natura fuiſſe conuincit Ammianus Marcellinus in triceſimo lib. hiſtoriarum. Qui militans ſub Iuliano apoſtata, omnia quæ uidit diligenter cõſcripſit. Meminit aũt Gratianũ conſtruxiſſe fortaliciũ quoddã contra Germanos non procul à Baſilia (ſic uocat Baſileã) quod incolæ Robur uocãt. Ergo ante Gratianũ fuit Baſilea, id quod me cogit hic ſcribere Felix Malleolus, qui in Viridario Imperatorũ & regum Romanorum ita ſcribit. Tempore Arnolfi Imperatoris irruentes Vngari magna ui in Germaniam, deſtruxerunt Baſileam, quæ tunc Auguſta magna uocabatur. Sed Henricus rex pater Ottonis primi rurſum excitauit illã urbem, tranſtulitq; in eum locũ quem hodie occupat Baſilea. Fundauit quoq; ibi de nouo eccleſiam epiſcopalem & alias eccleſias, magnificeq; dotauit. Hæc ille. De epiſcopatu paulo poſt dicemus. De nomine huius urbis, quidã ſcribunt, ſed ſine probatione, ipſum tractum à baſiliſco. Fuerunt alij, qui, priuſquam euulgarentur omnes libri Ammiani Marcellini (ſaltem qui extant) putabant Baſileam ſic dictam à paſſagio & traiectu, qui in eo fuit loco, antequam ciuitas extrueretur, ut ſcilicet à paſſagio illo rectius Paſſel quàm Baſel primum fuerit uocata. At Ammianus irritam reddit hanc coniecturam, qui ciuitatem illam Græca uoce *Βασιλίαν*, id eſt, regnũ uocat, quaſi

Baſilea Auguſta magna.


Regnopolim

CIVITAS BASILIEN


sis inclyta, utranque Rheni complectẽs ripam,
maiore Basilea in littore Gallico, minore uero in Germanico sita. Maior oc
cupat uallem à meridie uersus septentrionem inter duos colles
ad Rhenum desinentes extensam, fluuiolo q̃ Byr-
seca irrigatam, minor uero fundum
habet planum.

M Basilienſis


Basilienſis ciuitatis contrafactura, adumbrata a



umbra[illegible] genuinũ eius ſitum, quem anno 1549 habuit.



Basilienſis ciuitatis contrafactura, adumbrata ad genuinũ eius ſitum, quem anno 1549 habuit.




Regnopolim seu regiam ciuitatem. Alluitur hæc urbs Rheno, qui eam penè mediam diuidit, nisi quòd ponte simul unitur. Habet autem urbs ipsa commoditatem magnam à Rheno, quia ad eam plures sunt nauigationes, magnisq; adiri potest oneribus. Habet agrum amplissimum extra & intra montana, qui & frumenti & uini ferax est. Passa est ante ducentos annos multos & graues terræmotus. Sed rursum est instaurata, & nostris ferè temporibus bonarũ artium gymnasio ornata. Pius enim pontifex eius nominis secundus, ob loci commoditatem post susceptum pontificatum in ea gymnasium uniuersale cõdidit ac priuilegijs omnibus, iuribus & libertatibus dotauit, quibus gaudẽt studia Bononiense, Colonienſe, Heidelbergense, Erdfordienſe, Liptzense & Viennẽse. Vnde idem Pius, antea uero Aeneas Syluius dictus sic scribit: Dudum dum nos minor status haberet per multorum annorum curricula, quibus grato incolatu in inclyta ciuitate Basiliẽsi potiti fuimus, per euidentiam cognouimus, quòd ciuitas ipsa uberrima ac in partibus illis salubritate aëris & quibus libet utilitatibus præelecta, nec non ad multiplicanda doctrinæ semina & germina salutaria producenda, apta & accommoda existeret, ac propterea nos, postquam ad summi apostolatus apicem prouecti, desiderantes ciuitatem prædictam ac illi adiacẽtem patriam diuini muneris largitate concessa, inextinguibili sapientiæ lumine illustrari, easq; sanis peritorum consilijs & maturitate fulciri, generale studium in eadem ciuitate statuimus & ordinauimus inchoandũ, & tam in sacra pagina & utroq; iure, quàm quauis alia licita facultate perpetuis temporibus uigere &c. Datum Mantuę anno incarnationis dominicæ 1459. pridie Calend. Ianuarij pontificatus nostri anno secundo. Cæterum situs ciuitatis Basiliensis omnibus modis commodior est quàm situs Augustæ Rauracæ, quòd in libero terræ spacio & planicie condita sit, ubi aër est liberrimus, solum terrę fœcundum, præcipuè pastinatum, scaturigines multorum fontium, concursus multorum amnium, præsertim Rheni, Byrsæ & Wiesæ. Byrsa ex Iura monte per multas conualles Basileã usq; deuoluitur, plurima secum deferens ligna & lignorũ rates, necessaria pro ædificijs erigendis aut igne fouendo. Nam ea pars terræ unde originem ducit, plena est syluis & mõtibus, inhabitaturq; à Gallis, sed pro magna parte episcopo Basilienſi parentibus. Wiesa uero fluuius ab opposita parte à Nigra sylua segregatur, adferunturq; per eum plurimę trabes ædificijs aptæ ac deinde in minori Basilea multis inseruit officinis. Nam serrantur eius officio arbores in asseres, commolitur frumentum, accuuntur fabrilia instrumenta, ducuntur in bracteas ferreæ massæ, multisq; alijs conducit usibus, præter id quod habet nobiles pisces, præsertim truttas. Et quanquam minor sit oppositio fluuio Byrsa, est tamen eo piscosior, pluribusq; inseruit officinis, etiamsi Byrsa non modica quoque exhibeat ministeria molitoribus & papyri confectoribus, qui aliquot insignes habent officinas iuxta hunc fluuium aut potius iuxta riuulum ab eo segregatum & ad mœnia usque maioris Basileæ facto alueo deductum.



Academia Basiliensis.

Byrsa amnis.

De minori Basilea.



HOc à ueterib. in ſuperiori Germania ſæpe obſeruatum uidemus, ut ciuitates quæ fluminibus prætercuntibus ſunt adiectæ, utrancq; occuparint ripam, aut ſaltem ex altera ripa ſuburbiũ aliquod ueluti appendicem acceperint, id quod uidere licet in omnib. ferè oppidis, quæ ſupra Baſileam iuxta Rhenum et alia flumina Rhenum intrantia extructa ſunt, ut ſunt Geneua ad Rhodanum, Lucerna ad Vrſam, Badenia ad Lindmagum, Solothurũ ad Arolam, Tygurum quoque ad Lindmagum, item Rheinfelden, Laufenberg, & Conſtatia ad Rhenum, ſic Baſilea citra & ultra Rhenum geminam habet ciuitatem, maiorem Baſileam & minorem, maior olim fuit in Sequania & minor in Germania, at hodie utraque eſt in Germania, quas pons ligneus coniungit. Vocatur altera minor ciuitas, non quòd paruam complectatur aream, quum tria ampla & ſpacioſa præter innumeras ciuium ædes, contineat monaſteria & magnam parochialem eccleſiam, ſed comparatione maioris Baſileæ qua minor eſt, minor uocatur. Fuit ante tempora iſta ſub diœceſi Conſtantienſi & non Baſilienſi, etiamſi olim epiſcopi Baſilienſes habitauerint in ea, curiam ſuam habentes in eo loco, ubi hodie eſt monaſterium Carthuſianorum, uſque ad annum Chriſti 1365. quando epiſcopatui præfuit Iohannes de Vyan, Italus, homo inquietus & bellicoſus, qui ſua inſolentia perdidit epiſcopatum Baſilienſem. Inter reliqua aũt bella iniit quoq; præliũ cum Baſilienſibus, & ut illis hoſtem ante fores ſtatueret, uendidit ſuam minorem Baſileã duci Auſtriæ, qui tunc temporis curiam & reſidentiam apud Rhenum habuit. Vendidit autem pro triginta millibus florenorum, idq; eo potiſſimum nomine, quo ſibi opem ferret contra Baſilienſes. At Baſilienſes concordiam & pacem facientes cum duce, paulo pòſt triginta numerantes milia aureorum, ſuperaddentesq; honorarium non uulgare, emerunt ab ipſo duce minorem Baſileam, quam & in hodiernũ uſque diem ſub ſuo tenent legitimo imperio, habenturq; hæ duæ ciuitates pro una, quum noctu æquè ut interdiu ab una ad aliam liceat uenire, indiſcriminatimq; conſules, tribuni & ſenatores ex utraque eligantur.

Bonifacius Amerbachius Sebaſtiano Munſtero ſuo, S. D.

ROgas ornatiſſime Munſtere, nunquid apud me ſit de Baſilea noſtra, ad Chronica tua locupletanda pertinens. Ego uero ſi quid haberem ad hanc rem accommodatum, hoc ipſum me patriæ debere ſcio, cui naſcimur, & quæ ortus noſtri nõ minimam, quemadmodũ ille ex Platone inquit, ſibi partem uendicat, imò quæ omneis unà omnium charitates complectitur. Cæterum cum terribilem illum terræmotum, & duo incendia maxima, quicquid hic monimentorum uel in grãmatophylacijs uel apud priuatos fuit, interciſſe ſuſtuliſſeq; ſemper à puero audierim, ad coniecturas, quod ad ciuitatis originem attinet, confugiamus oportet, quarum aliquot Beatus noſter Rhenanus, ut iudicio in omni antiquitate inueſtigãda ſingulari fuit, libro rerũ Germanicarũ tertio haud improbabiles propoſuit. quem quòd te legiſſe ac quamplurima in alijs annalibus eò pertinentia obſeruaſſe nõ dubitem, γλαῦκα εἰς ἀθήνας, qui plura de his ad te. Certe quoquo uel tempore extructa ſit, uel quemcunq; tandem conditorem habuerit, βασιλεως hodie nobis & cœli clementia, & ſitus omnium amœniſſimus, & agri fertilitas, & ſumptuoſiſſima aduerſus montes, quorum tres extant, ſed & in ijs & aduerſus flumina ſiue perrennia ſiue torrentia

Beatus Rhenanus.

Montes in urbe Baſilienſi.

rentia conſtructa ędificia ſub oculos ſtatuunt, ut interea fornices Birſecã ſubterlabentem excipientes, & aquæductus cum ſalientibus cõmodiſſime elegantiſſimeq; collocatis, cryptas egeſtorias innumeras ad ſalubritatem urbis quàmmaxime pertinentes taceam: quibus factum eſt, ut non minus ſtructuræ Baſilęæ ſub terra quàm ſuper terram habere uulgo credatur. Quòd prędterea doctorum præſtantiumq; uirorum à me catalogum requiris, qui uel hic nati, aut ciues, uel aduenæ uitam cum morte, imò mortalem cum immortali cõmutarint. extant mi Munſtere, quàmplurimorũ hic magnorum uirorum ſepulturæ, ac nominatim Ioannis niſi fallar theologi, Cardinalis Raguſini, cui inſigne illud librorũ Grędcorum manuſcriptorum legatum debemus. Sic illuſtris Ludouici poſtremi ducis Teggenſis, patriarchæ Aquileienſis ac primatis Italiæ, item aliquot aliorum Cardinalium & legatorum regiorum in ſynodo œcumenica hic mortuorum ſepulchra, nobis cum Carthuſia tum alia monaſteria exhibent, inter quæ Ludouici etiam Pontani, quem Romanũ uulgo appellant, admirabilis memoriæ Iuriſconſulti buſtum uiſitur, honorifico ab Aenea Syluio epitaphio exornatum. Deinde in ſummo templo Annæ Rudolphi comitis Habiſpurgenſis uxoris, & duorum eiuſdem filiorum reliquias ſiue cineres adſeruari, ſed & ſaxum anonymo cuidam ſuperimpoſitũ cum hac inſcriptione, Hic iacet arte Plato, Cato uita, Tullius ore,

Ioannes Raguſinus.

Ludouicus Pontanus.

Vermes corpus alit, ſpiritus aſtra petit, oſtendi, non ignoras. quinetiam idem templum inter complures epiſcopos & præclaros uiros, Deſ. quoque Eraſmum Roterodamũ, incomparabile ſui ſeculi decus, habet, ut memoria in marmore Rhetico è regione conditorij à me adfixa teſtatur. Nec uero ſilendus uenit Ioannes Cono Norinbergenſis, theologus, Marci Muſuri Cretenſis ac Scipionis Cartheromachi Græcarũ literarum doctorum olim auditor, hic apud Dominicanos cum elogio in primis eleganti, à Beato Rhenano pietatis ergò conſcripto quieſcens, quem ex Italia in patriam hâc iter facientem, Ioannes Amerbachius parens meus, tum ęditionem operum Hieronymianorũ adornans ſuis ſumptibus retinuit, eius induſtria in reſtituendis Grędcis, quę deſiderabantur, locis. non parum adiutus: quo etiam in literis Græcis præceptore, idem Beatus, item Bruno & Baſilius fratres mei, ne quid de me tum puero dicam, uſi ſunt. Ecquis porrò mi Munſtere, omniũ qui hic uel ingenij, uel prudentiæ, uel natalium, uel rerum geſtarum gloria excelluerunt, facile tumulos paſſim in templis, & uel maxime in monaſterijs haud ita dudum extantes enumerarit? Iam uero Academiam præſtantiſſimorũ ſemper uirorum alumnã fuiſſe, præterquàm quòd omnium & ſingulorũ ordinum pyctatijs, tot inſignium uirorum recenſione uelut in rem præſentem ducimur, nobis uel Io. Geilerus Keyſerſpergius, Andronicus Cantoblaca natione Grędcus, Io. Capnion, Fran. Vinaldus, Ioan. Cynus Hiſpanus, Vlricus Chraffttus, &, ne plures adducã, Sebaſtianus Brantus, documẽto eſſe poſſunt, quibus honoris cauſa Claudium Cantiunculam iureconſultum, & Henricum Glareanũ, etiamnum uiuentes, qui aliquando hic publice docuerũt, addo. Nec tam παρόικους quàm etiã hic ortos in omni diſciplinarum genere excellere contigit, niſi quòd eorum, qui ante erectam Academiã è uita mortali emigrarunt, nomina temporum iniuria in obliuionem ueniſſe, non ſemel à fide dignis accepi. Inter innumeros ſanè eruditos Baſilęę natos, qui parentum & auorum memoria uixerunt, antiquiſſimus, quem ego ſciam, occurrit ex cognatione mea, Io. Wilerus iureconſultus, ſummi templi Decanus, tempore concilij œcumenici, ob ſingularẽ prudentiam & integritatem, ut hiſtoria Aeneæ Syluij indicat, in eorum numerũ, à quibus ſummus tum pontifex eligeretur, conſcriptus cooptatusq;. cui Petros Andelaũ & Zem Luffft, iureconſultos συνχρόνους (ut Arnoldũ poſterioris Petri ex fratre nepotem, Andream Helmutũ, & reliquos iuniores præteream) adnumeraſſe ſatis eſſe reor. Nec minus rem medicam, Eraſmo teſte, unica nobilium medicorũ gloria Copus, nomine Guilielmus, illuſtrauit, Regum Galliæ dein ἀρχιάτρος, doctis ubiq; gentium ex ijs quæ de Grædcis cõuertit lucubrationibus notus. Occurrerent eiuſdem ordinis complures alij etiam ortu Baſilienſes, niſi eos, qui extra cõmunem aleam ſelecti & uelut maiorum gentium habentur, recenſere cõſilium eſſet. Quid porrò ex ciuibus ſummos oratores & philoſophos Simonem Grynęum & Hieronymum Gemuſæum, quid cędteros omniũ ordinum doctores ac magiſtros & maxime theologos, haud ita dudum mortuos, cõmemorem, euulgatis lucubrationibus ubiq; locorum celebres? Adnumerarem quoque Ioan. Amerbachium parentem cum Brunone & Baſilio fratribus meis uel Eraſmi iudicio, quod præiudicij autoritatem emeretur, niſi meæ in meos beneuolentiæ plus æquo tribuere uiderer. Doctorum uero etiamnum hic agentium nomenclaturam



menclaturã ſciens omitto, quos ipſe noſti, & in quorum numero tu obuariam eruditionem καὶ πολυγραφώτερος, uel inter anteſignanos referendus uenis. Bene uale uir ornatiſſ. Calen. Auguſti, anno à Chriſto ſeruatore nato M. D. XLIX. Baſilea.

SEBASTIANVS MVNSterus ad lectorem.

QVũ eximius uir, memoratus dominus, Bonifacius Amerbachius Eraſmi Rotorodami nobis effigiẽ à nobiliſſimo huius temporis pictore Iohanne Holbeinio coloribus ad uiuũ bene feliciter expreſſam cõmunicarit, exemplum inde utcunque deſumptum, in gratiam ſui ſtudioſorũ apponere libuit, ut eã non ſolum aduerſam & integram, qualem ſuprà in Holandię deſcriptione propoſuimus, ſed & luſcam, nempe altera duntaxat mala eminente, haberent.

De epiſcopatu Baſilienſi.



SVnt qui ſcribunt primum epiſcopum Baſilienſem fuiſſe Panthalũ, eoq; extitiſſe tempore, quo undecim millia uirginum pro Chriſto paſſæ leguntur. Sed quum multi de illa hiſtoria dubitent, relinquo cuiuis ſuum iudicium. Hoc quidem certò inuenio, tempore Pipini, patris Caroli Magni, anno ſcilicet Chriſti plus minuſue 740. Walanũ fuiſſe epiſcopum Baſilienſem, atque eidem ſucceſſiſſe Baldebertum. Deinde ſub Carolo Magno fuit epiſcopus in ea urbe, Hatto uir doctus, qui antea in Richenow abbas fuit, quo Carolus Magnus uſus eſt legato ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, adiunctis ei comite Turonenſi ex Gallia & Anniano Aquileienſi ex Italia, qui pacem facerent inter Imperium orientale, cui Nicephorus præfuit, & occidentale quod iam nouum & ab orientali ſeiunctum, exortum fuit. Obiit Hatto ille anno octingenteſimo triceſimo ſexto. Nec dubitandum, quin huius antiſtitis tempore eccleſia Baſilienſis magnifice dotata fuerit terrarum dominio & opulentia, etiamſi hodie nullæ huius donationis extent literæ. Scribit Hermannus Contractus Baſileam ab Hunis deſtructam, quum ſæui illi homines per Alemanniam in Burgundiam & Galliam armata manu anno Chriſti octingenteſimo nonageſimo ſeptimo contenderent. Deinde anno Chriſti 917. rurſum eſt deuaſtata per eandem hominum colluuiem, quum tranſirent per Sueuiam, Alſatiam & Lotharingiam. Anno Chriſti milleſimo decimo fuit per Henricum ſanctum Rom. Imperatorem, collapſum Ba-

Hatto epiſcopus Baſilien.

silien. templum rursum instauratum & cathedralis ecclesia de nouo dotata terris & populis, oppidis & castris, sed quæ per succedētes episcopos spiritu uanitatis & leuitatis agitatos, rursum fuerunt dilapidata atque bellis amissa. Scribit etiam Hermannus Contractus, quòd circa annum domini millesimum sexagesimum defuncto Romæ Nicolao papa, Romani Henrico regi eius nominis quarto coronam & alia munera mittentes, de summi pontificis electione regem interpellauerunt. Qui generali concilio Basileæ habito, imposita corona à Romanis transmissa, Patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio Romanorumq; legatis eligentibus, Parmensis episcopus in Romanum pontificem eligitur Honorius appellatus, etiamsi ante eius promotionem Lucensis episcopus à Nortmannis & quibusdam Romanis electus & Alexander appellatus, illum anteuerterit. Quàm uaria & multa bella Rudolphus comes ab Habspurg gesserit contra episcopum Basilienſem, priusquam in Romanum eligeretur regem, signauimus alibi.

De terræmotibus Basileæ factis



ANno Christi 1340 in uigilia S. Catharinæ cōcussa sunt Basileę aliqua ędificia ex terrę motu, quin et nōnihil de maiori templo concidit, præsertim autem palatium iuxta ecclesiam cathedralē cecidit in Rhenum. Anno 1356, ipsa die sancti Lucæ euangelistæ, horrendus per Germaniam factus est terræmotus, qui eo anno Basileæ sæpius ædificiorum concussit fundamenta, concidit́q; in memorata sancti Lucæ die urbs in turribus, domibus, templis & mœnibus. Oppressi quoque sunt circiter centum homines. Cuḿq; populus passim fugeret ad planiciem quæ est iuxta sanctum Petrum ut in tutiori esset loco, currebat quoque quidam ex nobilibus Berenfelsijs ex foro piscario ad memoratum locum, superaréq; contendens pontem qui à sancto Petro ad uiridarium ducit, oppressus est lapidibus ex mœnibus quassatis decidentibus. Exarsit quoque in domorum ruina incendiū, quod multis flagrauit diebus, ut nemo manere potuerit in urbe, sed omnes fuga saluti & uitæ cōsulentes, receperūt se in hortos & agros, ubi tutiores essent. Perierūt multi homines & iumenta in urbe. Extra quoque per circuitum urbis conciderunt multæ turres & arces, præsertim Schowenberg, triplex Wartenberg, Richenstein, Angenstein, Berenfelss, Pfeffingen, Scholberg, Froburg, Clus, Furstenstein, Landskron, Waldeck, Bieterthal, Landenberg, Blochmund &c. Item castra & arces in Frictal, Sisgöw, & iuxta Nigram syluam. Cuḿq; Basilienses essent in tanta pressura & calamitate, uenerunt Friburgenses ex Brisgoia, Argentinēses, Colmarienses, Seleſtadienses, Mulhausenses, Rhinfeldenses & Neoburgenses, suppetiaśq; tulerunt, ut collapsam urbem rursum erigerent & ruderibus sublatis repurgarent.

Incendium in terræmotu.

Basilienſium bellicus apparatus
contra primos Anglos.

VEnerunt anno Christi 1365. Angli numero quadraginta millia peditum & equitum in Alsatiam, cœperunt́q; omnia deuastare. Basilienses uero nudati mœnibus & turribus ob perpessum terræmotum, rogabant Bernenses ut præsidiū aliquod pro tuenda sua collapsa urbe mittere dignarentur. Quorum precibus Bernates facile

facile inclinati, miserũt copias electas cum uexillo, mille scilicet & quingẽtos uiros, quos Basilienses ordinarunt ad suburbium Steinen, ubi maius imminebat periculum. Colligen te autem Carolo quarto Imperatore magnum exercitũ contra Anglos, illi limitibus Ger maniæ excedentes, Basiliensibus ademerunt omnem metum. Post quorũ abitum Basilien ses ad Endingen contra Egonem comitem proficiscentes, ut sociis ciuitatibus Friburgo, Neoburgo & Brisaco opem ferrent, non parum ab hoste sunt læsi.

De bello quod gessit episcopus Basi-liensis contra Bernates.

OB id quòd Bielenses cum Bernensibus fœdus inierunt, irritatus episcopus Basi liensis obruit Bielam, meliorem ciuitatẽ sui episcopatus anno 1367. & combus sit ipsam. Indignati autem Bernenses uenerunt illico & diruerunt burgum quod episcopus habuit in oppido illo, ac deinde obsidione cingentes nouam ciuitatẽ in qua hostes erant collecti, nihil potuerunt ob nimium frigus efficere. Nomen episcopi fuit Iohannes de Viana, uir rixosus, qui plurimum nocuit episcopatui, omnemq; ferè ditio nem eius, sua insolentia dilapidauit & pro alieno ære impignorauit. Adhærebat illi comes de Nidow, homo eiusdem farinæ, à quibus & propter quos non parum incommodati sunt habitatores uallis sancti Immerij, qui eidem episcopo paruerunt. Conscenderunt quoque Bernenses arcem Pirreport, quæ sita erat iuxta petram, quam Iulius Cęsar olim perfregit, de qua infrà, & omnes qui in illius erant præsidio interfecerunt. Tradidit episcopus comi ti Nidowensi oppidum Olten, quod situm est ad ripam Arolæ paulò supra Solothurum, quo illi in gerendo bello fidelius assisteret. In summa, sanguinarius ille episcopus aliena uit ab episcopatu uallem sancti Immerij, sanctum Vrsicinum, Laufen, Wallenburg, Hom burg, Olten, Birseck, & alias quasdã arces & castra, omnia pro quinquaginta millibus & sexcentis aureis. Post eum factus est episcopus quidam de Ramstein, qui pignoris loco ab dicauit Brõtrut pro 13. millibus florenorũ, insumptaq; sunt pro arcis eius instauratione de cem millia florenorum. Impignorauit quoque oppidum Telsperg: summa suæ impignora tionis, fuerunt triginta duo millia, & trecenti floreni. Defuncto hoc episcopo, factus est episcopus Argentinensis ueluti superintendens episcopatus Basilienſis, donec idem epi scopatus rursum sua recuperaret & perpessam iacturã sarciret, etiamsi ille aliquid in Alsa tia deplumarit ab episcopatu Basilienſi, quod nõ uulgare putat fuisse cõmodum. Vocant quartas. Postea factus est episcopus Basilienſis Humbrechtus de Neocomo, qui pro 22. millibus florenorum tradidit per modum pignoris ciuibus Basilienſibus Homburgũ, Wal lenburgum & Liechstal. Anno 1423. factus est episcopus Basilienſis, Iohannes à Fle ckenstein, qui recuperauit multa loca quæ fuerant impignorata, nempe Goldenfels, san ctum Vrsicinum, Spiegelberg, Freienberg, Laufen, Birseck, Ystein & Riehen, non quòd omnia hæc loca prompta pecunia redempta fuerint, sed pro quibusdam annui soluuntur census. Successerunt episcopi Fridericus zu Rhein, Arnoldus de Roperg, Iohãnes de Ver ningen, qui redemit Brontrud unà cum innouata eius arce multis milibus florenorum.

Pirreport expugnatur.


Basilienſium apparatus contra poste-riores Anglos.

ANno Christi 1375. colluuies quędam ex Anglia, Britannia, aliisq; nationibus con gregata ad septuaginta millia hominum uenit ad partes Rheni. Rumor erat quòd propter dominum de Dusin (Germani uocant Cussin) principaliter uenissent, qui Cussin dicebat Hegoiam (alij dicunt Ergoiam) totam ad se iure spectare hæredita rio. Et cum nemo auderet tãtæ multitudini resistere, dux Austriæ Lupoldus cõsuluit, quòd omnia oppida bene munirentur, fecitq; omnes uillas per Alsatiam usque in Hegoiam cre mari, arbores domesticas excindi, populariq; terram in rure, ne inuenire possent uictum aut mansionem. Non poterant Angli illi capere oppida, quum non haberẽt machinas aut idonea instrumẽta quibus deijcerent muros, atq; ob id pressi defectu uictualiũ, coacti sunt discedere. Erat quoque frigus, ut sub cœlo manere nequirent. Abierunt autem dimissis e-

Angli inermes.

quis multis & armis. Destruxerant breui tempore, nempe à festo Michaëlis usque Martini aliquot castra & oppida, ac deinde mouerunt expeditionem uersus Brisacũ. Sed quum dux Austriæ & comes Wyrtenbergensis cum suis copijs ibi se continerent, hostes preterito Brisaco, transitaq; Basilea uenerunt ad montana Howenstein. & destruxerunt Wallenburg, Clus, Altrew & Williſow, omnia passim deuastantes. Confœderati & ducis Austrię populus, quem dux tunc in Ergoia habuit, cõmunibus copijs hosti restiterunt. At Angli oppugnantes oppidum Büren, sagitta interfecerunt comitem de Nidow. Bernenses interim non quiescentes, semel atque iterum reliquias Anglorum adorientes, non paucos ex illis strauerunt. potissimum autem prope monasteriũ Frawenbruñ, ubi circiter octingenti hostium perierunt.

Seditio Basileæ facta.



ANno Christi 1376. Lupoldus dux Austriæ senior. constituit celebrare Basileæ carnispriuium. Et quum in planicie ante summum templum torneamenti ludum, animi recreandi gratia cum suis nobilibus exerceret, excitarũt quidam ciues contra ducem seditionem, ut ille cogeretur fugere ultra Rhenum in minorem Basileam, quam iam ab episcopo receperat. Interierunt in illa seditione tres nobiles & aliquot serui. Aduenies autem Petrus de Laufen prior tribunus plebis, conscenso fontis margine, mandauit sub pœna capitis & amissione omnium bonorum, ne quis amplius interficeretur, sed potius ducales captiui reciperentur, aliter enim furentis populi sæuicia compesci non potuit. Capti ergo sunt Rudolphus comes ab Habspurg, Henrichus comes à Tetwangen, comes unus à Zollern, Rudolfus marchio Hochbergẽsis & dominus in Röteln & alij quidam equites atque ministri, atque mox fuit tragœdia illa pacata. Autores uero seditionis ciues scilicet quidam capite fuerunt à magistratu ante prætorium puniti.

Inter Basilienses & duces Austriæ

bellum exortum anno 1409.

PRæfecti ducum Austriæ, Iohannes comes à Lupffen qui moderabatur Sunggoiã & Alsatiam, atque Hermannus comes à Sultz, qui nomine ducis Friderici præfuit Brisgoiæ & Ergoiæ, unà cum multis equitibus & nobilibus indixerunt bellum ciuibus Basilienſibus. Venit quoque ex Burgundia dominus de Werschy cum multis cataphrattis & concremauit Roderſdorff, Hesingen, Plotzen atque alias uillas, quæ fuerunt nobilium in Basilea habitantium. Combusserunt quoque Huningen, Binningen, Botmingen & Bencken, quæ loca uicina sunt Basileæ. Et Ludouicus quidem dux Bauariæ nitebatur

nitebatur dissidentes componere, sed inanis fuit conatus eius. Basilienses ergo freti subsidio suorum Confœderatorum, maxime Bernensium, ascendentes ab altera parte Rheni, exusserunt Nollingen, Wilen, Warenbach & Ow è regione Rhinfelden. Demũ circa diem Martini contra Ystein profecti, expugnauerunt utranq; arcem. Turrim autem unam demolientes & Basileam deuehentes, erexerũt quadros eius in minori Basilea super portam quæ ad Riehen deducit. Paulo post hostes ex Rhinfelden erumpẽtes & ingressi ditionem Basiliensium, nempe Wallenburg, abduxerũt prædam. At Wallenburgenses & Liechtstalenses uires suas iungentes aggressi hostem, interfecerũt 80. uiros, ipsi uero amiserunt 26. Ciues quoque Basilienses sæpe egressi cõbusserunt multas uillas iuxta Hapsen & in Brisgoia & abduxerunt prædam. Tandem mediante Rudolfo marchione Hochbergensi, bellum illud certis conditionibus fuit sopitum. Fuerunt tamen postea occasione huius belli multæ arces destructæ, nempe Furstenstein, Blowenstein, Newenstein &c.

De concilio Basiliensi.

ANno dominí 1431. Eugenius creatus pontifex, Iulianum, Cæsariũ, cardinalem sancti Angeli, quem Martinus prædecessor eius, legatum destinauerat in Basileam ad celebrandum ibi concilium, eius autoritate maxime ad extirpandã hæresim Hussitarum, confirmauit, qui & primam celebrauit sessionẽ in die sanctæ Luciæ, nihilq; obstabat quoad Sigismundus Imperator uixit, quod concilij successum impediret. Pontifex uero postea ancipiti cura distractus, scilicet quòd bellis undique præmeretur, conciliũ autem Martini prædecessoris sui decreto inchoatum indies augeretur, concurrentibus eò Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ & Pannoniæ principibus, qui cõmunem reipub. Christianæ causam in arbitrio concilij reponebant, nitebatur transferre concilium à Basilea ad Bononienses. Sed Imperator & alij principes atque Prælati qui tum Basileæ erant, monuerunt pontificem, ut Basileam, idoneum à Martino pro concilio locum delectum, unà cum cardinalibus proficisceretur, aliter se in eum acturos, ut in contumacem. Motus istorum uerbis Eugenius, Basiliense concilium literis apostolicis confirmauit. Vocantur Bohemi, promittiturq; securitas, ueniunt cum trecentis equis, disputatur de quibusdam articulis, maxime de cõmunione eucharistiæ sub utraq; specie, de ciuili dominio, quod clericis interdictum diuina lege, de prædicatione uerbi Dei quam liberam permissam q; passim omnibus arbitrabantur de publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant. Adduxerunt quoque Bohemi nonnihil de religionibus mendicantium, quòd illæ inuentum essent diabolicũ, quum neq; Moses neque prophetæ, nec Christus aut apostoli tales sectas instituerint, ergo à Satana institutæ essent. Disputatum est itaque quinquaginta diebus cum Bohemis & multis modis tentatum, si amicè possent trahi, nunćq; pacis spes facta, nunc belli metus incussus. Sed fuerunt Procopius, Iohannes Rochezana, Nicolaus Galecus & multi alij, qui scripturis & postea armis sua omnibus modis conabantur tueri. Postea cum Sigismundus in fata concessisset, Eugenius uidens patres in concilio Basiliensi contra se conspirasse tanquam contra uirum sanguinũ & dilapidatorẽ bonorum ecclesiæ, mi-

Concilium confirmatur.



sit archiepiscopũ Panormitanũ unà cum Ludouico Pontano miræ eruditionis uiro Basileam, qui monerent patres ut desisterent ab incœptis, conciliũ iam Ferrariã translatum, nullamq; apud eos pontificiam esse autoritatẽ. Sed hac translatione nõ obstante, patres Basileæ congregati cœperunt Eugeniũ antea Gabrielem dictum citare ad conciliũ, atq; anno 1439. Eugenio abrogato, pontificem designant Felicem 5. antea Amedeum ducem Subaudię dictum. Hic Amedeus quum annis fermè 40. post patris obitũ prouinciæ gubernacula tenuisset, & admirãdus aucto paterno imperio, parta undiq; pace, formidandusq; cumulatis opibus, sapientia, uicinis quibusq; uideretur, ac demum relictis principatus gloriæ fascibus, in heremum se recepisset & sumpta penula ac retorto baculo cum sex uiris equestris ordinis ætate etiam prouectis, mundo & pompis eius renunciasset, ad extremum summi pontificatus honorem ex Ba-

Papa transfert concilium

Dux Amedeus fit papa.

filienſi cõgregatione ſibi delatum in eccleſiæ diuiſione, ſuperis parum fauentibus accepit, barbam totondit quam promiſſam nutriuerat, ducatum primogenito ſuo tradidit, eccleſiaſticas ceremonias & orandi morem repente didicit, ſtipatusq; magna nobiliũ caterua & illuſtri comitatu circundatus Baſileã perrexit: ubi ab his qui generale concilium facere arbitrabantur, in maxima populi multitudine, quæ undiq; ad ſpectaculum tantæ rei confluxerat, inter duos filios egregia facie adoleſcentes, alterum Subaudiæ ducem, alterum Gebennarum comitem, ſolennibus pro more ſeruatis, tanquam Romanæ præſul eccleſiæ coronatus eſt. Celebrauit ſæpe diuina, benedixit plebibus, officia curiæ ordinauit, cardinales doctrina & autoritate præſtãtes aſſumpſit. Reuerentiã ei tanquam uicario Ieſu Chriſti ſubditi eius tantum & Suitenſes populi, Baſilienſes & Argentinenſes, & qui Alberto duci Bauariæ parebant, præbuerunt. Accepit etiam ab eo cardinalatus præeminentiam Iohannes Segouienſis, homo Hiſpanus, moribus & doctrina illuſtris, & deinde unioni conſentiens, à Nicolao pontif. max. dimiſſo cardinalatu, Cæſarienſi eccleſię prefectus fuit monaſterio contentus modico. Hic uocatis ex Hiſpania legis Arabicæ magiſtris, Alcoranũ Mahumetis in linguam latinam uertit, & mendacia eius utuis rationibus & argumẽtis exploſit. Cæterum cum publicatum fuiſſet ab Eugenio concilium Ferrariæ celebrandum, profectus eſt illuc Eugenius cum ſua curia: & quoniã peſtis Ferrariã inuaſit, translatũ eſt conciliũ Florentiam, ubi Græci cum Latinis prolixam habuerũt diſputationẽ. Interim Baſilienſe concilium aliquando apud Lauſanam finiri placuit, cui tot principes præter Germanos, nempe reges Franciæ & Angliæ, principes Mediolani & multi alij totis uiribus fauebant, neglecta Eugenij pontif. autoritate, qui Florentino conuentui præerat. Amedeus quoq; reconciliatus Eugenio, relicto nomine papæ, cardinalatus honorem retinuit, in quo paulo poſt non ſine boni uiri opinione deceſſit.

Alcoranũ uertitur in linguã latinam.

Bellum Armeniacum ſeu Delphinicum

prope Baſileam geſtum.



DElphinus Vienẽſis Ludouicus nomine, primogenitus regis Franciæ uenit anno 1444. duodecima Auguſti cum magno exercitu intra limites Romani imperij, cinxitq; obſidione oppidum, cui nomen eſt Mons Beligardi, quod poſſidẽt comites de Wirtẽberg. Ibi quum aliquandiu maneret, caſtellanus pactis ad certum tempus oppidum tradidit, quo lapſo liberè id reſtitueret. Poſtquam autem loco potitus eſt, fama undiq; aduentũ ſuum publicauit. Aliqui illum in auxiliũ nobilitatis uenille prædicabant, alij dicebant eum uocatum per Rom. regem Fridericum contra Suitenſes. Itali ſcribunt Eugenium, compoſita prius inter reges pace, Delphinum cum equitatu in Baſilienſes concitaſſe, ut illic diſſiparet conuentum patrum. Nonnullis ipſe Delphinus ſe uelle uendicare iura domus Franciæ aſſeuerabat, quę uſque ad Rhenum protendi dicebat. Ex hac cauſa urbem Argẽtinam obſeſſurum ſe affirmabat. Dicebat quoq; ſe propter Sigiſmundũ ducem Auſtriæ ueniſſe, ſic enim fauorem ſeſe habiturũ putabat. De eius exercitu uaria dicta fuere: qui minora prosabant, uiginti quinq; millia fuiſſe cenſent. Obſidebant tunc Heluetij caſtellũ Farſpurg, miſeruntq; Baſilienſibus milites ære cõductos. Quod ubi appropinquare urbi certior factus eſt Delphinus, qui iam ad Baſileã uenerat, oppoſuit ſe illis, ne poſſent ingredi urbem, parq;

Quare Delphinus uenerit in Germaniã.

uaq; admodum Heluetiorũ manus, ab aduersa Byrsæ fluminis ripa prope pagum Muttis, munierũt in colle castra. Et dum senatus Basilienſis deliberat, qua uia & ratione in urbem inducere possent expectatum præsidium, Heluetiorum nimium audax iuuentus, non expectato ab urbe nuncio & audito consilio, statuit perrumpere densissimas Armeniacorũ copias. Impetu igitur facto ex castrorũ editiore loco in hostes, magnã eorum multitudinẽ trucidant. Hostibus uero cedentibus ultra Byrsam fluuiũ insequuntur eos Heluetij usq; ad S. Iacobum, ubi est hospitale leprosorũ, ubi inueniunt maiorẽ exercitus hostium aciem opposità & adhuc integrã, nec dubitant Heluetij quanq; fatigati, in illam quoq; aciem irruere, nec prius cędere desinunt, quàm omnes ceciderũt. De qua Aeneas Syluius, qui tunc Basileę erat sic scribit: Veniebant iam Delphini gẽtes, quæ uulgo uocãtur Armeniaci in subsidium cuiusdã castelli quod Suitenses prope Basileam obsidebant. Suitenses ut hoc senserunt, non expectatis hostibus ad uiam pergunt, primasq; Armeniacorũ turmas inuadunt, stragem dant, plurimosq; neci præbent. Armeniaci retro pedetentim fugientes, ad maiorẽ exercitum se recipiunt. Illi sanguinis cupidi & auidi uictorię, dum gloriam quęrunt propriam, salutem amittunt. Ventum erat ad hospitale sancti Iacobi, quod uix quatuor stadijs à Basilea distat. Ibi uniuersa multitudo Armeniacorũ in Suitenses irruit, nõnullis ante portam Basilienſem positis, qui exeuntes obseruarent cęderent q;. Committitur atrox & miserabile prælium, cędunturq; ex utraq; parte quàmplurimi. Horrendum auditu est. Euellebant sanguinolentas ex corporibus suis sagittas Suitenses ac truncatis manibus in hostes irruerunt, nec prius animam exhalabant, quàm occisorem ipsi occidissent. Quidam hastis confossi & onusti telis, inter Armeniacos currentes necem suam uindicabant. Erant quatuor Armeniaci, qui Suitensem unum insequebãtur. Iamq; illum telo confossum straue rant & supra corpus grassabãtur, tum eius comes arrepta bipenni in quatuor illos fertur, ex quibus duos obtruncauit, alios uero in fugam dedit, ac deinde semianimum corpus super humeros recipit & inuitis hostibus portauit ad suos. Erat retro Suitenses murus quidam horti sancti Iacobi, quo illi se tutos ab una parte rebantur, solumq; in fronte pugnabant. Sed Teutonici qui cum Ameniacis erant intrantes hortum, murum perfodiunt, Suitensesq; à tergo feriunt, quæ res magna causa ruinæ Suitensium fuit. Pugnatur tum ante tum retro, iam uiro uir imminet, nec iam eminus sed cominus ferrum stringitur. Suitenses quasi leones per omnem exercitum in uictores uagantur, cædunt, sternuntq; omnia, ut qui iam non in spem uictoriæ sed in mortis ultionem se pugnare sciunt. Prælium à principio diei usque in finem tractum. Ad extremum non uicti Suitenses sed uincendo fatigati inter ingentes hostium cateruas ceciderunt. Victoria lugubris atque cruentissima Armeniacorum fuit, campusq; liber eis mansit, non uirtute sed multitudine superantibus. Ex Armeniacis dicunt aliqui plures desideratos esse quàm ex Suitensibus. Magna cædes equorũ fuit. Suitenses autem nulla res magis extinxit quàm magnanimitas, siue illa temeritas fuit. Nam dum hostes paruipendunt, eò deducti sunt, unde exire non potuere. Qui sapit, nec nimis timet hostes, nec contemnit nimis. Hæc Syluius. Occisi sunt Suitenses mille & circiter quingenti, uixq; euaserunt sesquicentum. Inter Armeniacos referuntur interfecti dux quidam ex Scotia & supremus magister ordinis sancti Iohannis per Galliam, qui sex millia equorum sub se habuit & alij multi. Appellatus fuit populus ille Armeniacus, quòd comes Armeniacorum cum duodecim millibus antea uenisset in Sunggoiam, anno scilicet Christi millesimo quadringentesimo tricesimo nono immoratusq; in ea regione atque in Alsatia per unum mensem, populum expilauerit omnibus ferè rebus. Soluentibus autem Heluetijs obsidionem castelli Farspurg, reliquerunt maiorem ante arcem bombardam, quæ erat Basilienſium, quam Basilienses postea inuenerunt in castro Rhinfelden. Hoc factum Heluetiorum omni memoria dignum ita confirmauit Delphinum, ut nihil amplius de urbe capienda cogitaret, sed de reditu. Misit Basileam legatos, qui agerent de pace, sicut & postea Basilienses, Bernenses & Solothurenses miserũt legatos suos ad Delphinũ qui erat in Einsheim, ut cum illo pacem inirent firmarentq;. Et dum diutius morã faceret in Alsatia quàm promiserat, omniaq; diriperet & uastaret, nulla priorũ conuentionum habita ratione, mittunt Basilienses ad Delphinũ legatos, mittit & rex Rom. suos legatos, iubentq; ut quàm primũ abeat, alioqui Germaniã totam in armis futurã, nec fore contentã hostem repellere, sed adsecuturã atq; se ulturam. His nuncijs acceptis, redu-

Pugna cum S. Iacobus.

Victoria cruenta.

Quare Armeniaci dicti.

Viri Heluetici stratagema.

xit copias unde illas eduxit. Montis Peligardi arcem & oppidum bona fide reddidit. Discedens aũt ex Alsatia, quam misere perdidit, omnia diripiendo, mulieres & uirgines uiolando, atq; ab hominibus captis exactiones pecuniarias extorquendo, nõ parum à Selestadianis fuit in suo exercitu læsus, maxime in ascensu montis qui est in Leberthal. Anno 1445. durante bello inter Basilienses & domum Austriæ, multę fuerunt uillæ cõbustæ, præsertim in Frickthal & Sisgów, quæ erant de dominio castrorũ Stein iuxta Rhinfelden & Farspurgi. Eodem anno Basilienses occupauerunt arcem Pfeffingen, atq; cõbusserunt castra Dyrnach & Waltighofen, in quibus arma Heluetiorũ inuenerunt, qui Basileæ ab Armeniacis fuerant interfecti. Eodem anno Basilienses adiuti per Confœderatos fregerũt tempore autumni castrum Rhinfeldense. Deinde in decembri effuderunt se in præfecturã Lanserensem & combusserunt Schlierbach, Dietwyler & alias quasdam uillas. Anno 1446. Basilienses & Austriaci mutuo se grauiter uellicarũt. Nam Pfeffingen fuit Basiliensibus rursum ereptum, castrũ Rhinfeldense per Basilienses à fundamentis destructũ, multæ uillæ in comitatu Pfirt & iuxta oppidum Otmarsen exustæ. Eodem anno post pentecosten fuit hęc grauis & diutina bellorũ cõmotio per quosdã principes pacata & tota controuersia inter urbem Basilienssem & domum Austriæ composita. Anno Christi 1526. in septembri fulmen è cœlo lapsum feriens Basileæ turrim quandam redundantẽ multis uasis bombardico puluere repletis, in momento oculi fregit illam, dissiecitq; lapides magnos & paruos in orbem, non sine graui læsione omniũ quæ in propinquo erant. Interierũt duo decim aut tredecim homines & aliquot pecora, qui ea hora in campo iuxta turrim uersabantur. Quædam etiam domus quadratis turris lapidibus tactæ, non modicũ sensserunt detrimentũ. Adiacentes uineę fuerũt subitò sic tonsę, ut putares uites falcibus resectas. Anno 1531. Heluetij in causa religionis nõnihil inter se dissentiẽtes, & indies magis exasperati induratiq; ad arma uenerunt. Partes erant, Tigurum, Berna, Basilea, Schaffhausen ab una, pagi quatuor & Lucernani ab altera. Vtraq; putabat se inique lacesci & iniurijs afficI ab altera. Quædam etiam priuatæ personæ atroces iniurias sibi mutuo intulerunt: unde partes magis ac magis irritatæ ad mutuũ tandem bellum sunt prouocatæ. Pagi egressi in septembri, læserunt quosdam qui Tygurinis adhærebant. Prouocati uero Tygurini, ut suos defenderent armata manu exeuntes contra hostem, ad iniquiores loci cõditiones adacti, multos bonos amiserunt uiros. Exhortantes ergo ijdem Basilienses ipsos, Schaffhausenses & Sangallenses, qui illatam iniuriã ulciscerentur, conscenso monte quodam quem Ziger uocant, passi sunt & ipsi in eo monte stragem. Post illam pugnã utraq; pars sesquimenſe in armis manebant, nulla uolente relinquere loci sui cõmodiorem conditionẽ. Tandam circa festum Martini, legati regis Franciæ atq; quorundã Heluetiorũ inter partes dissidentes mediantes, pacem fecerunt, adiecta hac conditione, ne qua pars amplius ob religionem cum altera expostularet. Anno 1536. episcopus Geneuẽsis & dux Subaudiæ bellũ mouentes, Geneuã urbem obsederũt. Geneuẽses uero hac præsſura afflicti, scripserunt Bernẽsibus confœderatis suis, monueruntq; ut iuxta fœderis tenorẽ sibi in tanta necessitate nõ deesſent. Scripserunt ergo Bernenses, miseruntq; legatos & cõmonefecerunt ducem omnium antiquorum fœderum & amicitiarũ quibus mutuo obstricti erant, rogantes ut à Geneua recederet, permitteretq; litem componi. Sed quum hac monitione & obtestatione nihil proficerent Bernenses, & Geneuenses non cessarent requirere debitum auxilium, qui iam in extremo erant periculo, emigrantes Bernenses armata manu, irruerunt in ducis dominium, ferecq; totum quod circa lacum habebat sibi subiugarunt, & ducem ipsum è suo ducatu excluserunt.

De Iura siue Iurasso monte.

ITinere unius diei supra Basileam iuxta Rhenum è regione Waldshut incipit Iura seu Iurassus mons, cuius meminit Iulius & alij quidam ueteres, estq; mons altus, multis & ingentibus subnixus saxis. Nostro æuo in diuersis locis alia & alia habet nomina. E regione arcis Habspurg prope Brugim uocatur Vocetius, uulgo Bötzberg. Inter Arow & Farspurgensem præfecturã uocatur uulgo Schaffmat, id est, Ouinũ pratum, atq; inter oppidũ Olten & Homburgensem præfecturam appellatur inferior Hawenstein, id est, sectus lapis: per saxa enim factum est iter. Et inter Wallenburg, atque Balstal nuncupatur superior Hawenstein, ubi currus onusti grandibus funibus demittuntur per decliuitatem montis

Mons Vocetius.

montis: Deinde procedendo ad occasum uocatur Wasserfall, id est, aquæ ruina, & ulterius eundo Iurten, ubi uetus nomen retinuit. In his montibus Bertha regina Caroli magni aut mater aut uxor, fundauit quædam monasteria, quæ postea mutata sunt in collegia Canonicorum, ut sunt sanctus Germanus in ualle monasteriensi, & S. Vrsicinus in monte Blauo, de diœcesi Basiliensi. Sunt tamẽ aliqui, qui putant memoratã Berthã uxorẽ fuisse Rudolfi regis Burgundiæ, uixisseq; anno Christi 932. Habet mons ille multas ualles, ut sunt Fricktal, Laufental, S. Imers thal, &c. sed nulla est quæ montem per transuersum penetret. Vbicũq; uolueris traijcere, opus est alta scansione. Aliqua ramenta huius montis emittuntur uersus Basileam ad unum uel dimidium miliare. Quin & iuxta Byrsam fluuium distantia unius miliarij à Basilea, consurgit alius mons, quem uulgo Blouwen uocant, crescitq; non parum in altitudine & asperitate, quousque ad Delspergum oppidum ueneris, ubi rursum in planiciem diducitur. Sed ulterius uersus Bellele monasteriũ Gallicum procedendo rursum crescit, ac deinde iterum euanescit spacio unius miliarij, hinc rursum nouũ saxosum & horrendum montiũ iugum ab oriente in occasum extenditur, per quod nemini facile iter pateret, nisi Iulius Cæsar, qui ibi ante Christũ natum apud Sequanos bella gessit, ingens saxum in portæ formam perforasset. Distat hic locus à Basilea dicta una magna, adiacetq; ei uilla Dachsfeldẽ appellata. Portam uero excisam uocant Pirreport (loquuntẽ enim habitatores illius loci Gallicè) sicut & uicina arx, quam suprà à Bernensibus destructam memorauimus, uocatur Pirreport, id est, Petræ porta. Alij uocant portam illam Piere pertus, latine, petra pertusa. Vbi notandũ, montana illa, quæ ab oriente in occidentẽ trahuntur, distendi quoque uersus meridiẽ usque ad lacũ Bielensem latitudine duorum miliarium, inueniriq; multas angustas ualles, inter quas una uersus Dachsfelden rectà ducit, sed quæ foris in egressu montium clauditur ingenti saxo, quod ab uno uallis latere ad aliud oppositum pertingit, quasi ex industria illuc positum, quod exitum uallis prohiberet, sicut & prohibuit usq; ad Iulij tempora. Ille enim in eum locum à lacu cum suo exercitu & bellico apparatu perueniens, & uidens sibi iter & totam uallem solius saxi obiectu intercluſam, ingenti labore perfregit saxum, tantamq; aperuit portam, ut à suo tempore magni & onusti currus sine obstaculo penetrare possint. Ego metiẽs lapidem quum aliquando adessem, inueni crassitiem eius 46. esse pedum: cauaturã uero in altum factam, tantam, ut ego in imo cõstitutus, cum lanceola mea, quæ staturæ meæ longitudinẽ ferè duplo æquabat, uix potuerim pertingere usq; ad superficiem conuexã incisuræ. Reliquũ uero lapidis quod est supra cauaturã, erigitur in cœlum iuxta meam cõiecturã, altitudine trium aut quatuor uirorum, in cuius frontispicio quadratus locus longitudine & latitudine duorum cubitorũ est designatus, paululumq; à cõmuni superficie in lapidem demissus, in quo sequentia metra sunt excisa, sed quæ in imo propter loci sublimitatem & characterum corruptionem, quæ aërris iniuria & longitudine temporũ accidit legi non possunt. Quidam tamẽ episcopus Basilienſis (in cuius ditione illa terra est) cuo nostro, adiunctis scalis & funibus, fecit diligentius inquiri insculptorũ uersuum uerba, quæ talia esse deprehensa sunt.

Bellele monasterium.



Numinis Augusti uia ducta per ardua montis
Feliciter petram scindens in margine fontis.

NVMINI AVGS
TORVM
VIA FACTA PER
Q VR VM PATERV
IIVIR · COL · HELVET

An. Q. VRSVM PATERIVM ut PATERNVM

Apud alios uero inueni metra illa sic scripta:

Nimis angusti uia ducta per ardua montis
Fecit iter scindens petram in margine fontis.

Per marginem fontis intelligit scaturiginem Byrsæ amnis, qui ibi ex petra magna aquarum ui euomitur, atque extra mœnia urbis Basilienſis, auctus multis accurrentibus riuulis ingreditur Rhenum.

De qui-

De quibuſdam bellis à Confœderatis Heluetijs intra centum annos geſtis.

PErpeſſi Vrani & Tranſſyluani anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo decimo in Lepontinis ultramontanis populis, ſibi quadam amicitia iunctis, iniuriam, tra-ijcientes mõtem ſancti Gothardi, occuparunt locum Domon, uulgo Thum, pro-fectiq; ultrà deſtruxerunt quatuor magnas & munitas turres, ex quibus homines diripiebantur & infeſtabantur. Deinde quum memorati duo Cantones emiſſent Belli-ſonam à comite de Moſax, dux Mediolanenſis in die paraſceues eripuit illis rurſum ciuita-tem illam, anno milleſimo quadringenteſimo uiceſimo ſecundo. Quod Vrani egreferen-tes, coaſſumptis reliquis cõfœderatis inierunt cum duce pugnam, in qua Lucernates gra-
Decimo Aenea dum lib. 1. uem paſſi ſunt iacturam. De hac pugna Sabellicus ſic ſcribit: Ferociſſimus hoſtis iniquũ certamen adeptus eſt, Iralis ex æquo pugnantibus. Ex Germanis lancea traiecti per ha-ham conati ſunt ad hoſtem pertendere, ne multi caderent. Ex Philippi exercitu fortiſſimo quoque interfecto aut uulnerato, equis noſtrorum quadringentis confoſſis. Neſcitur plu-res ne ducalium an Heluetiorum interfecti fuerint in ea pugna. Vbi Heluetij domum uene-runt, mox ſine mora delegerunt alias copias potẽtiores, quas contra ducem mitterent, ſed dux mittit ad Heluetios legatum, facitq; pacem, oblatis & donatis 30. millibus aureorum.

Bellum inter Confœderatos & domum Auſtriæ.

CIrca annum Chriſti 1468. propter ſex ſolidos, quos quidam ciuis Mulhuſianus debebat ſeruo, natum eſt grande in uniuerſa regione diſſidium, imò incendium. Nam uendidit ſeruꝰ ille actionẽ ſuã cuidã nobili, Hẽrico de Regesheim, qui poſt debiti exactionem, indicto Mulhuſianis bello, ad partem ſuam traxit præfectum ducis Auſtrię, quem dux habuit in Sunggoia. Mulhuſiani uidentes quod futurum erat, uo-carunt Bernenſes, Solothurenſes atq; omnes Confœderatos. Illi ergo deſcendentes om-nia circumquaq; loca incendio uaſtarunt aut incendij loco grauem fecerunt exactionem. Nec minus graſſabantur contra Confœderatos illi qui erant à parte ducis Auſtriæ, nem-be Baro de Falckenſtein atque reliqui, qui in caſtro Rhinfeldenſi ſua habuerunt præſidia. Eodem anno circa feſtum Margarethæ obſidione cinxerunt cõfœderati oppidum Wald-hut, continuantes obſidionem cum 16. millibus uirorum uſque ad feſtum Bartholomæi, infectoq; negocio non ſine ſuorum iactura ſoluerunt obſidionem. Tandem eodem anno fuerunt Confœderati Sigiſmundo duci Auſtriæ reconciliati per Ludouicum Palatinum Rheni, epiſcopum Baſilienſem & Rudolfum marchionem ab Hochberg, numeratiq; Hel-uetijs decies mille aurei.

Sigismundus dux Austriæ Fri-drichi filius. 1499.

Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono circa feſtum Iohannis Baptiſtæ, impignorauit Sigiſmundus dux Auſtrię Carolo duci Burgundiæ omnem ferè ſuam ditio-nem quam ultra & citra Rhenum habuit, nempe Sunggoiam, Briſgoiam, Nigram ſyluam, & quatuor oppida iuxta Rhenum ſita, pro ſeptuaginta millibus aureorum, id quod mul-torum malorum fuit ſeminarium. Nam conſtituit dux præfectum ſuper has terras Petrum de Hagenbach tyrannum, qui communis pacis turbator fuit & populi intolerabilis exa-ctor. Eodem anno circa feſtum Martini conuenerunt Treueri Imperator Fridericus & Carolus dux Burgundiæ, tractaturi de ſponſalibus inter Maximilianum Fridericifilium & Mariam ducis filiam faciendis. Cœpit tunc ſuperbia aſcendere in cor Caroli ducis, quę & poſtea perdidit illum. Nam poſtulat ſibi dari titulum regni, uicariumq; generalem impe-rij ſe inſtitui. Habuit enim has regiones præter Burgundiam, Selandiam, Holandiam, Bra-bantiam, Lutzelburgũ &c. quas in regnum erigi arroganter petijt. Quin & quatuor epi-ſcopatus cupiebat incorporari illi nouo regno, quorum Regalia à ſe & non ab Imperato-re ſuſcipi ſuadebat. Hæc ubi ab Imperatore in deliberationem ſunt ſuſcepta imò negata, Carolus aliam tentat uiam, qua conſequatur quod petebat. Nam colligit exercitũ, quem ducit ad obſidendũ oppidũ Nuſſiam, quod eſt eccleſiæ Colonienſis &c. De quo ſuo loco.

Initium belli Burgundici, inter Heluetios & ducem Carolum.

QVum dux Sigiſmundus impigno raſſet, ut iam diximus, Carolo duci Burgundiæ terras ſuas, & Burgundus illis deſignaſſet communem præfectum, Petrum ab Hagenbach, uenit Oſwaldus à Thierſtein, aulicus ducis Burgundiæ, ad Mulhuſianos & ſollicitauit eos ad iurandum ſibi tanquam ducis legato. Quod cum illi negarent, mandauit dux, ut omnes in terris ſibi ſubditis parati eſſent ad arma. Quod aduertentes ciuitates imperiales per Alſatiam, inierunt conſilium unà cum Friderico principe palatino & legatis regis Galliæ & ducis Mediolanenſis contra ducem Burgundiæ. Fuit tunc quoque Carolus dux Lotharingiæ apud Nanſen peſte mortuus, quod mouit Carolum ducem Burgundiæ, ut armis tentaret ſibi ſubiugare Lotharingiam, contra Renatum cauſam ſumens, quòd Carolus defunctus obæratus illi eſſet, quo modo ſimul meditabatur regium nomen Siciliæ & Hieruſalem uſurpare. Anno itaque milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, maturaturus Carolus perditionem ſuam, omnia uicina loca, ſuis non contentus, pergit ſibi ſubijcere, Lotharingiam, Alſatiam, Loſannam, &c. Sic enim ignara fatorum mente miſer homo, ſæpe cæco non ſolum affectuum impetu, uerum & ſtulto rationis, Deum non timentis, iudicio, cùm putat ſe ſequi maxime ſalutaria & commoda ſibi, in perditionem ſe præcipitat. Quare qui uere ſapiens eſt, ſuſpecta habet omnia opera ſua, & timet dominum in omnibus uijs ſuis. Interim uero quo dux poſſedit terras illas iuxta Rhenum, præmiſit Petrum de Hagenbach cum mille & quingentis equis atque quatuor millibus peditum, ſubſecuturus ipſe paulo poſt cum quinque millibus equorum, qui omnes iuxta Colmariam tranſeuntes uenerunt Briſacum, afferentes ſecum quadrigas bombardis oneratas. Ex Briſaco receperunt ſe ad Ensheim atq; inde ad Than. Ibi innotuit duci, regem Franciæ expeditionem mouiſſe in terras eius, ideo illico repetijt Burgundiam. Luſtratis autem Briſgoia & Alſatia, placuerunt regiones ei, cogitauitq; quibus modis illas ſibi retineret, & in ea re cooperatus eſt ei diligẽter Petrus de Hagenbach, ſed qui ſua tyrannide omnia confudit. Siquidem commouit & perturbauit totam lineam Rheni, & nemo non uerebatur potentiam Caroli ducis, qui ſemper extraneos homines, Flamingos, Picardos & Longobardos alebat in terris iſtis, non ſine graui colonorum iactura. Cœpit deinde memoratus Petrus mulctare terras inauditis exactionibus, tumensq; ſuperbia erga nobiles & ignobiles, nulla non audebat perpetrare facinora. Quare non parum commotæ ſunt ciuitates iſtę Briſacum, Neoburgum, Rhinfelden & reliquæ. In hoc ſolum commendabatur, quòd conabatur publica itinera tuta ab omni prædone cuſtodire. Terris in hunc itaque modum preſſis, ſubditi recurrerunt ad Sigiſmundum ducem Auſtriæ implorantes opem & auxilium. Conuenerat inter Sigiſmundum & Heluetios poſt diutina illa citrà ultraq; geſta bella, & cœpit inire cum eis fœdus, cui fœderi & Argentinenſes, Baſilienſes, Colmarienſes, Seleſtadienſes &c. ſubſcripſerunt Conſtantiæ in conuentu quodam. Fuit quoque capitalis ſumma, octoginta millia aureorum, numerata & Baſileæ apud trapezitam repoſita, atque per Heroldum ſolutio duci Burgundiæ ſignificata. Quòd audientes ciues Ensheimenſes cœperunt erigere criſtas contra Hagenbachium, contemnentes iuſſa eius & imperium. Iratus ille, conabatur in paſchali nocte, quum omnes putaret eſſe in matutinali officio, conſcendere cum ſuis Longobardis mœnia at illi deprehenſi, fuerunt aut deiecti aut gladijs confoſſi. Reſidui fugerunt ad Briſacum. Ciues quoque Briſacenſes multa à tyranno perpeſſi & in unum collecti, ceperunt hominem & in uincula coniecerunt. Quod uidentes Picardi & Longobardi, omnes fuga elapſi ſunt. Audiens autem frater Stephanus Hagenbachius Petri incarcerationem, confeſtim ſignificauit id duci Carolo. Carolus itaq; relicta Meti, quam obſidere deliberauerat, totum belli pondus uertere ſtatuit in Germanos. Viceſima Aprilis anni milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti, uenit Sigiſmundus dux Auſtriæ Baſileam cum trecentis equis, miſſoq; Hermanno de Eptingen in regiones Briſgoiæ & Alſatiæ, ſacramentum ab omnibus exegit, præſertim quum impignorationis ſumma eſſet reſtituta, atque duci ſignificata.

Homo fatorũ ignarus.

Petrus de Hagenbach.

Capitur Hagenbachius.

Burgundus

Burgundus uero hoc unum urgebat, ut uel terræ ſibi reſtituerentur, uel ſumma pecuniaria Biſontij reponeretur, quod niſi fieret, ſe omnem moturum lapidem, quo iniuriam ulciſceretur. Interim conſcriptus eſt dies iudicialis in oppido Briſacenſi, conuocatiq; iudices ex omnibus per circuitum ciuitatibus & terris, ex Alſatia, ex Argentina, Sunggoia, Nigra ſylua, Baſilea, Friburgo, Berna, Solothuro & cęt. accuſatus eſt Hagenbachius de quatuor facinoribus, primo quòd in oppido Than quatuor ex ſenatu uiros graues abſq; iudicum ſententia & ſine cauſa decollari feciſſet contra omne ius, diuinum & humanum. Secundo, quòd literas & ſigillum dediſſet, ſe nihil innouaturum Briſaci, nec ullas exactiones extorſurum. Item nullum peregrinum populum intra mœnia oppidi admiſſurum, quæ omnia minime obſeruauit, nam poſuit & depoſuit pro arbitrio iudices & conſules in oppido, impoſuit graues exactiones, introduxit alienum populum, illiq; liberum fecit, ut hoſpites ſuos confoderent, uiolauit fœminas & uirgines, incæſtauit moniales. Verum hæc excuſauit huiuſmodi commẽto, quo'd omnia feciſſet iuſſu aut ſaltem nutu ducis Caroli, & quòd Carolo ſuperuenienti aliud feciſſent homagium ciues Briſacenſes, quodq; poſterius ſacramentum eneruaſſet prius. Quòd autem oppreſſerit uxores alienas & uirgines, primus non eſſet, ſed circuſtarent multi, qui in eadem damnatione eſſent, & tamen neque in corpore neque in uita punirentur. Durauit autem conſiſtorium illud & cauſę examinatio ab hora ſeptima matutina uſque ad ueſperam, tunc fuit finaliter à iudicibus concluſum & ſententia lata, Petrum Hagenbachium extremo afficiendum ſupplicio. Data ſententia acceſſit Heroldus Imperatoris & dixit: Petre ab Hagenbach, condoleo tibi quòd ſic perdite uixeris, ut nedum equeſtrem ordinis tui dignitatem cuſtodieris, uerum & uitam amiſeris. Iubeor commiſſione horum ſedecim ſtrenuorum equitum te ſpoliare dignitatis tuæ inſignijs, ſed quia non inuenio in te hæc ſigna, pronuntio & publicè proclamo, te indignũ militia ſancti Georgij, in cuius nomine & honore, militiæ cingulum aliquando induiſti. Poſt hæc conuerſus ad cunctos milites deauratos & reliquos uiros aſtantes ait: en ſtrenui domini, ueſtro iuſſu denudaui hunc Petrum Hagenbachium omni honore & militari dignitate, promulgans eum ceu indignum equeſtri & militari ſodalitio, reum autem ob facinora ſua publico ſupplicio & morte: uos præterea atque omnes aſtantes & pro militari dignitate nitentes, exhortor, ut iuxta nominis ueſtri tenorem ſtrenuos & integros uos geratis, atque hunc Hagenbachium uobis pro exemplo ſtatuatis. Finito Heroldi ſermone, ſurgens Marſcalcus monuit iudicem, ut iuxta ſententiæ tenorem, iudicium exequeretur.

Accuſatur Hagenbachius in iudicio.

Degradatur Hagenbachius

Audiens Hagenbachius iudicum ſententiam, rogauit ſibi hanc impartiri gratiam, ut caput à corpore tolleretur, quod & ſibi conceſſum eſt. Veniens autem ad locum ſupplicij, cœpit in hunc modum loqui: Scio hanc meam mortem non inultam relinquendam à duce Carolo, atque ob id me mei non tantopere miſeret, quantum multorum bonorum uirorum, qui propter me morituri ſunt. Rogauit ſecundo, ut Deum pro ſe precarentur, & tertio, ut dux Sigiſmundus teſtamenti ſui executionem faceret, in quo ordinauerat templo Briſacenſi tradendam catenulam auream & ſedecim egregios equos, ualentes mille & centum florenos. Vbi uero decollatus eſt, corpus eius ductum fuit ad locum Hagenbach, & ad maiores ſuos ſepultum. Durauit tyrannis illa & terræ impignoratio quinq; annis, quanquam Hagenbachius duntaxat tribus annis & dimidio præfecturam adminiſtrauerit. Cęterum Carolus Burgundus audita ſui præfecti occiſione, furore repletus, conſtituit de omnibus qui cooperati fuerant, ultionem ſumere. Et primum quidem cepit Henricũ comitem Wyrtenbergenſem, iuxta Lutzelburgũ. Quod ubi Baſilienſib. innotuit. miſſis ilico bombardis, uiris & reliquo apparatu bellico ad Montem Beligardi, præoccupare ſtuduerunt portam illam atq; munierunt caſtrũ. Dux uero Carolus



Decollatur Hagenbachius

rolus misso nuncio ad castellanum montis Beligardi, iussit sibi aperiri castrum, alioquin comminatus est se occisurum captum comitem. Respõdit castellanus seu arcis præfectus. Cepit dux præter omne ius dominum meum illustrem, quem si etiam occiderit, non aperiam, quum adhuc alij superstint comites, quibus æquè ut capto comiti iuramento sum astrictus. Audientes uero Sigismundus dux & Basilienses ducis Burgundiæ propositũ, admonuerunt omnes Confœderatos suos, ut armati obsisterent Carolo, ne erumperet in Germaniam. Carolus tamẽ missis sex millibus equitum contra Sigismundum ducem Austrię, & contra episcopum Basilienſem, castrametatus est iuxta Bruntrut, apud quos fuit Stephanus Hagenbachius ulturus fratrem suum, ac deinde profecti in Sunggoiam spoliauerunt triginta uillas, nempe Damerkilch, Olenberg, &c. interfectisq; aliquot uiris, ceperunt reliquos una cum mulieribus & pueris, quos abducentes extorserunt pecuniam ab eis. Abegerunt quoque duo millia armentorum. Cæterum Pfirtenses uolentes ulcisci illatum damnum, inciderunt in grauius malum, nam cæsi fuerunt ex eis nonaginta uiri & capti centum.

Elicurt expugnatum.

QVum dux Carolus ab oppido Nũssia copijs Imperatoris Friderici deturbaretur, initum est consilium ut rex Franciæ illum oppugnaret in Picardia, dux autem Austriæ & Heluetij Burgũdiam inuaderent, id quod & opere impletum est. Nam episcopi Basilienſis & Argentinenſis, ciuitates imperiales per Alsatiam, Sigismundus dux Austriæ atque Heluetij communibus copijs adorti sunt oppidum & castrum Elikurt. Quod uidens dominus de Blawmont tentabat suo exercitu liberare oppidum Elikurt ab hostium oppugnatione. At Germani in illum uersi occiderunt de eius exercitu duo millia & reliquos in fugam uerterunt. Tunc Elikurt dedidit se illis. Deinde post Luciæ festum Bernenses & Friburgenses occupauerunt oppidum Remond, quod sonat rotundum mõtem, estq; situm inter Friburgũ & Losannã in monte, cuius loci dominus adhęrebat duci Burgundo. Et hęc omnia fiebant interim quo Carolus Nũssię obsidione destinebatur. Veniebat quoque eo tempore filius regis Neapolitani per Longobardiam & Pedemõtem cum exercitu & pecunia, ut suppetias ferret duci Carolo, sed Heluetij admoniti per Ludouicum regem Gallorum intercluserunt omnia itinera, ut filius regis cogeretur reducere pedem. Sequenti anno in fine Aprilis, coniungentes copias suas Basilienses, Argentinenses, Heluetij & dux Sigismundus, mouerunt exercitum contra Bisantium & Ponterlin, & in ipso itinere occupauerunt oppidum Granſen atque castrum eius, & oppidum Orben cum castro eius, rex uero Galliæ non pauca loca ademit Burgundo in Picardia & Burgundia. Burgundi autem erumpentes exusserunt quadraginta uillas iuxta Bruntrut & iuxta montem Beligardi & Tattenriet. Atque in his omnibus ducissa Subaudiæ soror regis Galliæ pessime egit, quippe quæ adhærebat duci Burgundiæ & concedebat illi liberum contra Heluetios accessum. Vnde Heluetij indignati contra mulierem, motis armis in terram Subaudiensem, occupauerunt plurima loca, nempe Murten, Auendicum, Paterniacum, Montenach, Steffis, ubi occiderunt circiter mille uiros, Font, Laserren, Yuerdon, Sanctam crucem, Alacle &c. Fuerunt etiam uiginti castra expugnata & exusta. Oppida Morsee & Neuidunum & alia quædam dediderunt se. Geneua dedit uiginti sex millia aureorum, iurantes ligæ Heluetico, sicut & Losannenses fecerunt. Hæc ut diximus omnia sunt gesta, interim quo dux Carolus obsidebat Nussiam. Soluta autem obsidione illa, anno scilicet 1475. circa diem diuæ Margaretæ, recedentibusq; duce & Imperatore, rumor uulgabatur, ducem Imperatori numerasse ducenta millia aureorum. Multis ualde displicebat hæc Imperatoris & ducis reconciliatio. Si enim Imperator uoluisset, bello finem feciſſet expugnasſetq; ducem, sed putant eum ob futura connubia aliud in animo uersasse. Audientes autem Confœderati omnes, Carolum ducem soluisse Nussianã obsidionem, uenireq; maxima uirtute in partes superiores, collegerunt & ipsi maiorem exercitum undiq; affluentibus copijs militum, à Basilea, Argentina, Alsatia, Berna &c. In uigilia sancti Laurentij dedidit se oppidũ & castrum Blowmõd, quod diu obsederant Heluetij & Austriaci, inuentaq; sunt in eo octo dolia pulueris bombardici, multa tormenta ænea atq; cõmeatus pro duobus annis, quibus eductis, oppidum incendio

Remond oppidum.

Subaudiæ à Confœderatis occupatur.

Blowmond exustum.

incendio eſt abſumptum. Idem factum eſt caſtro Warybon. Cæterũ dux Burgundiæ cum ſuo exercitu rectà contendebat in Lotharingiam, cui ſuppetias ferebat rex Angliæ atque dux Mediolani, cui & ducissa Subaudiæ liberũ tranſitum cõceſſit. Circa feſtum omniũ ſanctorum dux Burgũdię expugnauit omnia oppida & caſtra in Lotharingia, præter Sirick & Nanſeum. Eo tempore frater Caroli nothus expeditionem mouit cum nobilibus Burgundiæ in Valeſiã, exuſtiſq; aliquot uillis, comprehenſi ſunt & eorum duo millia à Valeſianis interfecti, inter quos fuerunt decem domini Burgundici. Circa diem S. Eliſabet, dux Carolus Nanſeum in deditionem accepit. Deinde circa feſtum diui Nicolai induciæ factę ſunt inter ducem Burgundiæ & omnes Confœderatos, uſque ad Calendas Aprilis anni 1476.

Nanſeum capitur.

Pugna iuxta oppidum Granſen.

ANno 1476. poſt diem purificationis miſit dux Mediolanenſis duci Carolo quindecim millia uirorum, duciſſa autem Subaudiæ miſit quinque millia, qui omnes uenerunt Loſannam ad ducem, nam eam ciuitatem dux coactis ingẽtibus copijs inopinato aduentu obruit. Loſannenſes nulla ſciẽtes tam repente auxilia aduerſus tam inſtructum hoſtem, territi dediderunt ſe. Capta autem Loſanna, quę erat Heluetijs confœderata, Heluetij ſine mora delectu habito aduerſus eum educunt copias, præmiſſis in oppida hoſti proxima preſidijs. Oppidum Granſen præſidium tenebat quadringentorũ Heluetiorum. Duodecima Februarij Carolus dux obſedit oppidum Granſen atque caſtrum eius quinquaginta millibus militum, adductiſq; quingentis magnis tormentis ęneis, cœpit oppugnare oppidum, & in primo impetu amiſit centum uiros. Videntes autem qui in præſidio erant Bernenſes, quod futurum erat, incenſo oppido fugerunt in caſtrum. Dux ergo aggreſſus caſtrum cœpit illud bombardis infeſtare, cadentibus utrinq; nonnullis. Sollicitabat etiam obſeſſos ad deditionẽ, quod cum illi negarent, niſi reciperet illos cum gratia, promiſit eis quod petebant, unde & dediderunt ſe illi. Accepto ergo caſtro, cepit omnes qui in præſidio erant, fecitq; octoginta ſupendi, & ducentos in lacu uicino ſubmergi, reliquos captiuos tenuit. Quo ſcelere uehemẽter cõmouit omnes ſuperioris Germaniæ homines, non ſolum Heluetios: quare coniunctis uiribus aduerſus ducem duxerunt copias, nempe Heluetij, exercitus ducis Auſtrię cuius ductor fuit Hermannus ab Eptingen, epiſcopi Baſilienſis & Argentinenſis cum copijs ſuis, & haud procul ab oppido Granſen exuerũt eum caſtris, eoq; fugato magna eius exercitus pars fuit occiſa. Amiſit tunc dux totum apparatum bellicum, qui magnificentiſſimus fuit, omnia tormenta ænea, trecenta uaſa puluerum bombardicorum. Tunc Heluetij recuperarunt omnia oppida & arces à Carolo occupata, & ſuſpenſos Germanos milites laqueis ſolutos, arboribus & patibulis liberatos, terra condunt, captosq; Burgundos, quos Carolus preſidio reliquerat, laqueis eiſdem ſuſpendunt. Venit autem dux in fuga illa, prima nocte ad Yuerdon ac deinde Naſerith, & præanimi mœrore nec edere nec bibere uoluit, ueniensq; tandem Loſannam, exercitum ſuum rurſum inſtaurauit. Miſit etiam legatos in Flandriã & alia loca, qui cogerẽt nouas copias, exegitq; à Burgundis ſextam omniũ facultatum partem in uſum belli, quoniam conſtituit ſemel aut uincere, aut ſe ſuosq; omnes perdere. Tanta erat animi uarijs affectibus turbati ira, nec habuit ullam impenſarũ rationem. Voluit duciſſa Subaudiæ quatuor millibus militum Carolo opem ferre, at Friburgenſes illis obuiantes, in fugam uerterunt. Venerunt quoque aliquot millia Longobardorum per montem ſancti Bernhardi in Valeſiam, occiſiſq; centum & uiginti incolis, ſic irritarunt Valeſianos, ut illi congregati ſtrauerint mille Longobardos, reliquis in fugam uerſis. In his omnibus laborabat Fridericus Imperator, ut pacem faceret inter Heluetios & ducem Burgundum.

Confœderati ſuſpenduntur.




Carolus primo uincitur.

Pugna

Pugna iuxta Murtam.

CArolus copijs reparatis & auctioribus quam antea, iterum aggreditur Heluetios ulturus se, atq; nona die Iunij oppidum Murtam obsidione cinxit. Bastardus Burgundiæ castrametatus est ad lacum, habuitq; in castris triginta millia equitũ & peditum, dux autem ipse uersus montem ordinauerat castra sua, & dominus de Remond in descensu uersus lacum castra sua cõstituit, in quibus habuit octo millia militum. Sicq; ex omni parte infestabant oppidum. Properat eò Renatus cum ualidis copijs cui Carolus Nanseum abstulerat, iunxitq; se Caroli hostibus, auxilium laturus Heluetijs. Fit itaq; pugna & funditur Caroli prima acies, in fugam uerso eius aciei ductore. Quod uidentes Murtenses, facta ex oppido eruptione, iunguntur cum duce Lotharingiæ, & hostium castra, cæsis plurimis peruasere, nec fuisse fertur fugæ modus. Interierunt in ea pugna decem aut septem millia hostium, inter quos fuerunt duo adolescentes duces Cleuenses. Dux quoq; Carolus in ea pugna parum fuit uulneratus. Videns uero Bastardus pugnæ infelicitatẽ, instituit & ipse cum suis fugere, at Germani eos insequentes, confoderũt & submerserunt in lacu ferè sex millia. Comes quoq; Remondensis solus belli pondus ferre nõ potens, fuga sibi salutem quæsiuit. Domus deinde extructa extra mœnia oppidi Murtensis plena ossibus interfectorum, ostendit in hunc usq; diem quanta cædes illa fuerit, quotq; ibi occubuerint homines. Videntur adhuc in quorundam craniis infixa ferrea iacula, uidentur in ossibus ipsis excepta uulnera, sed de quibus iam suprà pagina 135. nonnihil scripsimus. Perdidit dux Carolus in hoc conflictu omnia sua tormenta ænea atq; præciosa ornamenta, & uenit tristis & mœstus cum paucis ad sanctum Claudium, atq; inde Bisantiũ. Victoria de Carolo in hũc modum habita, Renatus Argentinam se recepit, indeq; aliquot armatorum millibus roboratus, Nãseum, quod sibi Burgundus usurpauerat, obsidione cingit, recuperatq; sexta die octobris, reperiens in eo præsidium quadringentorum equitum & sexcentorum peditũ Burgũdorum. Ministrauerunt quoq; Argentinenses & Basilienses suppetias aliquas Bernẽsibus & Friburgensibus, qui unà profecti in Subaudiæ partes, occupauerunt Geneuam, Losannã & uniuersam terram illam, deinde usurpauerunt & ditionem comitis Remondensis. At episcopus Basiliẽsis & reliqui confœderati excurrentes in Burgundiæ partes, obtinuerunt & diruerũt multa oppida & castra in Burgundia.

Carolus uincitur secundo.



Nanseum recuperatur.

Obsidet Burgundus oppidum Nanseum.



INterim Burgundiæ dux,cui aduerſa omnia ſuccedebant,ægre admodum ferens à modico principe uinci, reſarcitis pro tempore copijs ex Salinis Sequanorum oppido, Nanſeum ducit & obſidet, habens in exercitu 14. millia pugnatorum,aliasq; expectans copias,Heluetios ſperãs nõ iam ſerio aliena defenſuros. Dũq; ibi uenientẽ exercitũ preſtolatur,ecce Renatus cum ſuis & Heluetiorum copijs adeſt. Erat oppidum munitum quibuſdam Gallis,Heluetijs & alijs Germanis,qui una nocte quadringentis equis
Burgundi cæduntur. erumpentes,adhærente ſingulis equitibus armato uno milite,ſtragem fecerunt in Burgũdis,ſurreptisq; aliquot bombardis,ſine magna iactura redierunt in oppidum. Strauerant autem in ducis caſtris quadringentos, ceperantq; multos & abduxerunt octingentos equos. Simile ſtratagema accidit duci Carolo ante Niclas port, ubi amiſit uiros trecentos, & equos octingentos. Reuerſo autem duce ad Nanſeum, Germani & dux Lotharingiæ partito agmine,alteri ſecundum flumen,alteri per uiam militarem Nanſeum uerſus compoſito ordine incedunt, iam etiam Carolus ſuam in acie ſtatuerat,& hoſtes ipſos,qui uia publica progrederentur,tormentis appetere properabat. Quod animaduertentes eius aciei ductores,quinta die Ianuarij ſiniſtrorſum ad proximum collem diuertunt, inter quos Carolus quoſdam bino agmine mittit,iubetq; hoſtem ab equitibus inuadi, ſequente illos numeroſo peditatu. Mox Heluetij qui in colle erant,conuerſa in Burgundos facie, incredibili impetu hoſtem excipiunt. peditatum Caroli in fugam conuertunt, & in binum agmen,hi qui ad flumen iter habebant, nulla mora incurſantes, totam cohortem fuderunt. Eſt pons non procul Nanſeo,ad quem poſtquã fugientes perueniunt Burgundi, inſequente eos ferociter Lotharingo,pars fluminis uadis ſe credentes,ab Heluetijs cæſi,pars fluctibus obruti interibant,pars quæ ſyluis ſe abdiderat ab incolis ſine miſeratione iugulabantur. Nec ceſſauit Lotharingus hoſtem ſequi,donec adueniens nox eum prohibuit. Tum de Burgundo duce,interiſſet ne an uiueret ſollicitus,at ille reuera dum ſe fuga ſaluare contendit,labente equo fuerat tribus uulneribus occiſus,uno ad caput ſecus aurem,ad dentes uſq; pertingente,altero ad fœmora,tertio ad anum,id quod Antonius eius frater nothus, quem Lotharingus captiuum habebat & alij conteſtati ſunt,cuius tamen rei fidem uix ad
Dux Carolus cadit. miſerunt hi,qui Burgundionum poteſtatis erant, pertinaciſſime affirmantes eum è pugna ad Germanos dilapſum,ibiq; ſeptennem pœnitentiam uouiſſe. Erant qui equos gemmasq; uenales exhiberent,uenderentq; dilata ſolutione donec Carolus exacta pœnitentia rediiſſet. Erat tunc in Bruxella oppido Spirenſis diœceſis homo,qui ſolo tectus uili uelamine,alias nudus incedens,credebatur à uulgo Carolus,publiceq; uiſitabatur à multis,à quibus ipſe ea gratia uitæ ſubſidia recepit. Tandem uero ſub diſſimulatione opinionis de ſe factæ abiens elapſus eſt. Inuentum autem ducis cadauer nudum apud Nanſeum ſepultum eſt poſtridie Epiphanias domini. Hæc fuerunt fata Caroli ducis uiri genere nobiliſſimi & animo nimium fortis. Interierunt in hac ultima pugna ex parte ducis Caroli tria millia: capti autem fuerunt Balduinus & Antonius baſtardi, comes quidam de Naſſaw, iuuenis marchio de Rõtelen, comes unus ex Anglia & multi alij domini atq; nobiles. Habes quoq; hanc hiſtoriam ſuprà ante Italiam breuioribus explicatam uerbis.

De bello inter Heluetios & Sueuos

anno Chriſti 1499. geſto.

HOc Chriſti anno 1499. fuerunt inter Heluetiorum confœderatos & domum Auſtriæ ortæ quædam ſimultates, primum ex paruis cauſis, ſed ex quottidianis uicinorum inuicem conuitijs odium indies creuit, ac tandem res uenit ad arma. Quã quam uoluntas non erat Maximiliani aut ullorum præcipuorum principum aut
Ex ſcintilla magnum incendium. ciuitatum, bellum eo tempore cum Heluetijs gerere, ſed ut dixi, nullæ magnæ cauſæ belli erant, erat tantum cæcum, ſtultumq; odium uicinorum quorundam hominum leuium, quibus magis placet rerum turbatio quam alma pax. Erant etiam quidam pacis turbatores potentes, qui non uerbis tantum, ſed & factis incipiebant laceſſere Heluetios. Conabantur enim arces quaſdam, quæ pertinebant ad Curienſem eccleſiam cathedralem occupare, id quod Rheti ferre nolebant. Miſerunt itaque epiſcopum ſuum, cui potiſſimum erat illata iniuria, ad Maximilianum, qui ei hæc exponeret. Maximilianus præſulem Conſtantienſem

tienſem ordinauit,ut partes ſuo componeret nomine. Ipſe uero abiens ad Germaniam inferiorem,magnum poſt ſe reliquit diſſidium. Nam conſiliarij in Inſpruck contemnentes conuentum in Feldkirch per epiſcopum Conſtantienſem celebrandum, mittunt ad principes & ciuitates Sueuici fœderis,petunt ut Maximiliano & ſibi ferant auxilium aduerſus Heluetios,omnes homines præſe contemnentes. Et belli autores quidam nobiles,ſub nominis Maximiliani autoritate multum poterant apud Sueuicum fœdus. Inuadunt igitur priores Cæſariani Heluetios,capiunt oppidulum Maienfeld,& monaſterium Munſter tal diripiunt,occidunt multos & quoſdam captos cum reliqua præda abducunt. Heluetij uidentes nullum paci relictum locum,collecti occurrunt hoſti,ſuos defenſuri focos. Congreſſi tandem,diu Heluetiorum impetum ſuſtinuerunt Sueui,quouſque terga uerterunt: quos inſecuti Heluetij,ſua omnia recuperauerunt,& igne ferroq; hoſtilem agrum uaſtarũt. Maximilianus qui tum in Geldria erat alio occupatus bello,ubi audiuit de bello Heluetiorum,pacem fecit apud Geldrenſes & feſtinauit in ſuperiorem Germaniam. Tunc autores & incœptores belli grauiter accuſabãt Heluetios apud optimum uirum Maximilianum,& facile erat in abſentes quiduis dicere. Irritatus Cæſar, decreuit omnes uires & neruos in hoc bellum aduerſus Heluetios intendere. Quare totum imperium uocat in auxilium ad debellandos Heluetios. Cumque aliquoties conflixiſſent infeliciter Cæſariani, petebat Maximilianus à duce Mediolanenſi ut ſe interponeret,& cum Heluetijs de pace ageret: nam magnam inobedientiam in ſuis experiebatur,& uidebat omnium animos territos. Pacis igitur componendæ gratia locus ſtatutus eſt, urbs Tygurum. Sed dum hæc aguntur,Cæſariani contra inducíarum fidem Helueticum pagum incendunt & occidebant apud Rhineck circiter ſexaginta Heluetios. Videntes hoc Heluetij,irritati plures Cæſarianos occiderunt atq; reliquos fugauerunt. Nihil igitur agi potuit eo tempore de pace,quin multis locis pugnatum eſt,& ubique ferè fortuna fauit Heluetijs. Griſones rurſum acceperunt oppidum Meienfeld,exortumq; eſt bellum in terra Atheſiana & extenſum eſt ad Curiam uſque,imo ad Conſtantiam & Baſileam. Dominus de Brandis recuperata Meienfeld,præſidium poſuit in ea. Et ſuperuenientes Griſones atque Heluetij interfecerunt nonnullos,expugnauerunt caſtrum Vadutz & comprehenderunt in eo dominum de Brandis. In Februario profecti Tygurenſes,Bernenſes,Friburgenſes & Solothurenſes in Hegoiam,expugnauerunt atque incenderunt decem caſtra & uillas. Paulo poſt Lucernates, Vrani,Suitenſes,&c. expeditionem mouentes ad Hard, Cæſarianos inuadentes,percuſſerũt circiter tria millia uirorũ. Cæſareani quoq; qui in Waldſhut & Laufenberg excubias agebãt,excurrentes comburebant Bernenſibus circum Vocetium mõtem aliquot uillas. Biduo ante Palmarum diem deſcendentes mille Heluetij ultra Baſileam ad prædam, Cæſariani autem profecti ex Sunggoia & Briſgoia ad Dornach & comburentes domos quaſdam,in reditu obuiantes Heluetijs prope Baſileam in nemore,Bruderholtz uocato,ab Heluetijs in fugam ſunt uerſi. Decimaoctaua die aprilis uenerũt Cæſariani & Sueuica liga Conſtantiam cum nouem milibus armatorum, combuſtaq; uilla Ermatingen interfecerunt ibi circiter ſeptuaginta uiros & aliquot Heluetios,& præſidium Heluetiorum uerterũt in fugam. Erat autem ibi ſub ſylua,Suaderloch nomine,campus frumentarius,maturaq; erat ſeges: cum igitur meſſores ex urbe ueniſſent plurimi & meterent, militibus in acie conſtitutis, qui hoſtes repellerent, ſi uenirent, Heluetij qui in ea ſylua excubias ſemper habebant, congregati expectabant donec demeſſum eſſet frumentum,& pro parte eſſet curribus impoſitum. Cum autem militum animi eſſent in urbe cœnam appetentes,prorumpunt ex ſylua tacitè Heluetij uno tantum ſigno,& interim audiebatur fragor & clangor tubarum in ſylua non aliter quam ſi eſſet plena armatis,erãt autem ſenio defecti & adoleſcentuli nondum ad pugnam habiles, qui ſtrepitum & ſonitum illum excitabant,unde territa Cæſariana acies ad primum Heluetiorum in eos impetum fugiunt. Nam alia uia quàm expectabatur hoſtis,ueniebant,declinantes ſcilicet bombardas, quæ Cæſarianis prorſus inutiles erant. Heluetij Cæſarianos fugientes perſecuti uſque ferè ad urbis mœnia occiderunt multos,ceperunt quoſdam,potiti ſunt bombardis,curribus & equis cum demeſſo & colligato frumento. Multis itaque hoc modo in locis pugnatum eſt, ſed ferè ubique fortuna fauit Heluetijs. Apud Fraſtentz Heluetij commiſſa pugna,uictoriaq; obtenta,quinq; ſigna & aliquot bombardas multaq; arma nacti ſunt.

Maienfeld oppugnatur.

Imperium uocatur contra Heluetios.

Omnia bellis feruent.

Schwaderloch

Heluetij uictoria potiuntur.

Profecti deinde Heluetij contra Tungen, exusto oppido & arce, expugnauerunt Kussenberg & cremauerunt Stulingam atq; Blumenbergum. Berneníes quoq;, Friburgenſes & Solothurenſes deſcendentes Baſileam & ultra profecti in Sunggoiam, exuſſerunt uillas quæ erant ſub officio præfecti Lanſerenſis. Interijt etiam tunc prope Baſileam Iohannes comes Ortenbergenſis. Circa Pentecoſten irruerunt Tyrolenſes in terram Engadin & combuſſerunt multas uillas: at Griſones cum octo milibus expeditorum in eos irruentes in Munſterthal, ſtragem magnam fecerunt aſſecutiq; ſunt uictoriam, ſed cruentam. Inſecuti autem alios fugientes in Glurus, interfectis multis obtinuerunt uexillum Tyrolenſe atque ſex alia ſigna. Ceciderunt circiter tria millia uirorum, exuſtaq; ſunt oppida Glurus, Mals & alia tredecim loca. Poſt multa itaq; infelicia bella, mathematici, aſtrorumq; periti perſuadebant Maximiliano, ut iam nouo loco, nouisq; copijs aggrederetur Heluetios. Nam ſydus quod Heluetijs tantopere fauiſſet, iam non amplius in cœlo appareret, ſed cõtrà exortas ſtellas, quæ principibus & regibus amicæ eſſent. Maximilianus igitur circa feſtum Magdalenæ Italogallos quoſdam milites oberrantes conſcripſit, eos iunxit copijs quas Argentina & Alſatia atque alij in illis regionibus miſerant. Hi itaque unà proficiſcuntur ad obſidendam arcem Dorneck. Erant copiæ non paruæ beneq; omni genere armorum inſtructæ, præcipuè bombardis. Caſtra igitur ante arcem parauerunt. Heluetij uero antequam aduenijſſent, ſciebant hoſtem in iſtis regionibus fortunam tentaturum. Quare dum hoſtes caſtris locum deligunt, & tormenta ad arcem oppugnandam diſponunt, ipſi ex Lucerna, Zug, Tyguro & Solothuro primo uenerunt, ac deinde Suitenſes, Vrani & reliqui remotiores. Qui prius uenerunt, deliberant, expectãdi ne ſint alij: placuit ſententia una omnibus, non eſſe cunctandum, ne caſtrorum munitionibus firmatis, hoſtes maiori negocio pluriumq; nece ſint repellendi. Nec dubitabant, ſi ita ex improuiſo opprimerent aduenientes nihilq; adhuc timentes, ſtatim fugituros. Quam ob cauſam præcipitabant ſe in hoſtem ex monte Heluetij, ceu torrens omnia ſecum rapiẽs. Cæſariani uiolentiam primi impetus non ferentes fugiunt, ſequũtur Heluetij & cædunt ex illis quatuor millia, uix centum ex Heluetijs cadentibus. Potiti ſunt Heluetij magna præda & belli apparatu, impedimentisq; omnibus & aliquot militaribus uexillis. Occubuerunt multi ex prima nobilitate, inter alios comes de Bitſch, Henricus comes de Furſtenberg & comes de Caſtelwart. Poſt illud prælium Maximilianus iterum conſtituit agere de pace. Conuenerunt legati Baſileam ob eam cauſam. Maximilianus miſit illuc ſuo nomine honeſtiſſimam legationem, doctores iuris, nobiles & comites. Cum igitur utriq;, Cæſariani & Heluetij peterent iniqua ut æqua fierent, tandem media ſunt excogitata, quibus cruentum & infelix bellum eſt ſublatum & pax facta. Fuerunt autem & Baſilienſes paci huic incorporati, eo quod in his belli tumultibus neutri fuerunt, quod Cæſari maximiliano non diſplicuit. At his non obſtantibus, Baſilienſes poſt pacem firmatam extra mœnia ſua non ſatis tuti erant, affecti ſpacio duorum annorum multis iniurijs. Quapropter adhuc memores antiquorum beneficiorum, quæ eis impenderant à multis annis Heluetij, inierunt cum eis perpetuum fœdus, anno Chriſti 1501. decimatertia Iulij.

Arx Dorneck.

Heluetij ruunt in Cæſarianos.

Prædicatores monachi Bernæ combuſti.

ORta eſt anno Chriſti 1509. magna contentio inter duos mendicãtes ordines Minorum & Prædicatorum, propter conceptionem glorioſæ uirginis matris Chriſti. Minores prædicabant eam præuentam gratia ſpiritus ſancti, ut etiam nunquam ſubiacuerit uel uno momento originali labi, contrà uero docebant Prædicatores, eam conceptam more reliquorum filiorum Adam, atq; hoc priuilegium, concipi ſine peccato, ſoli Chriſto reſeruatum. Fuit tamen hæc ſacroſancta uirgo, futura Chriſti mater, in utero ſanctificata & ab omni originali macula purgata, haud ſecus quam Iohannes baptiſta, Ieremias propheta & alij quidam ſingulari priuilegio ſanctificati antequam nati. Hanc opinionem contendebant Prædicatores probare ſcripturis & rationibus, ſicut & Heidelbergæ publicam diſputationem inſtituerant facere de ipſa conceptione glorioſæ uirginis, ſed quæ executioni non fuit demandata. Poſtea cœperunt eandem opinionẽ fictis



fictis quibuſdam miraculis & uiſioni bus à ſe excogitatis coram uulgo pro bare. Sed falſi ſunt miſeri homines, mentitaq; eſt iniquitas ſibi. Nam ſim plex quidam frater laicus, quem de mẽtare cogitauerãt & ludificare ſuis præſtigijs, tandem omnia reuelauit. Vnde Bernæ in Heluetia capti fuerũt quatuor fratres Dominicani & per torturam examinati, degradati, ad ig nem condemnati & miſerabiliter cõ buſti, propter doloſas illas & diaboli cas machinationes, quas pro ſtabiliẽ da ſua opinione excogitauerãt. Nam dictum ſimplicem hominem ſuperſtitioſis ſuis incantaminibus omnino dementarunt, & plurima in euchariſtiæ ſacramento atque ſculptis imaginibus tentauerunt. Tandem uero ad inſtantiam Bernenſium, Haimo Lauſannenſis epiſcopus loci ordinarius inquiſitionẽ contra eos fecit, eoq; negocium egit, ut depoſiti ab omni gradu clericali, traderentur po teſtati ſeculari, & ultima die Maij incinerati ſunt in prato trans Arulam, quem Ararim uo cant, fluuium. Quidam alij huius rei conſcij, euaſerunt manus Bernenſium.

Bella inter Heluetios & Gallum geſta.

ANno Chriſti 1510. Iulius papa conducto ex Heluetia exercitu, ſuiſq; ex Italia co pijs adhibitis, magno conatu in ſua ipſius perſona in caſtris uerſans, Venetorum urbes quaſdam inſignes oppugnauit, quaſdam etiam expugnauit. Veniente ue- *Papa bellator.*
ro poſtea cum magnis Heluetiorum & Gallorum copijs Ludouico rege Franciæ contra Venetos, illi non mediocriter territi ſunt ob hoſtium multitudinem, agunt cũ pon tifice de pace, non ignorantes hoc placato, cum alijs minus negocij fore. Deinde pontifex confœderatus Venetis, bellum inſtituit contra Gallum. Heluetij uero per pontificem uo cati, quum ad Mediolanum peruenire nequirent, reſiſtente Gallo, quin & legatis eorum prope Luganum à Gallis ſpoliatis, indignati magnis copijs ſollicitante epiſcopo Sedu nenſi, traiecerunt montem ſancti Gothardi. Et quum in ducatu Mediolanenſi nihil effi cere poſſent, omnibus locis iuſtis præſidijs munitis, Iulius procurauit, ut Heluetij per A theſim ditionem Maximiliani in Italiam intromitterentur. Interim uero Gallus victoria eſt potitus in ipſo die paſcæ, anno milleſimo quingenteſimo duodecimo prope Rauennã contra Iulium papam. Iulius ſui exercitus cędem ægro ferens animo, omnibus modis hoc unum effecit, ut Gallus intra decem hebdomadas auxilio Heluetiorum & Venetorũ con ſentiente Maximiliano Italia pelleretur, & ducis Ludouici Sforcia filius Maximilianus no mine, in ducatũ reſtitueretur. Anno milleſimo quingẽteſimo decimotertio. Gallus col lectis multis ſtipendiarijs potenter ingreſſus eſt Italiam, crumpentibusq; Heluetijs qui e rant in oppido Nouarienſi & ſubmiſſis alijs Heluetijs ab omnibus canonibus, pugna eſt *H. luetij uin cunt Gallum.*
commiſſa inter Gallum & Heluetios, adeptiq; ſunt Heluetij uictoriam cruẽtam. Nam ce ciderunt à parte Galli ſex millia, & in exercitu Heluetiorum octingenti. Amiſit Gallus multa tormenta ænea & ſigna militaria atq; reliquum bellicum apparatum. Deinde pro fecti ſunt Heluetij in Burgundiam, miſitq; rex Maximilianus ad illos iuſtum equitatum, cuius ſummus dux fuit Vdalrichus dux Wirtenbergenſis. Obſeſſo autem oppido Diuio- *Diſion oppu gnatur.*
nis, Gallus uidens ſe hoſtibus undiq; preſſum, aſtu quodam uſus, pecuniæ magna ſumma Heluetijs promiſſa, obſidibusq; quoad hæc ſumma ſolueretẽ datis, Heluetios à ſe facile ab arcuit. Diſplicuit ualde Cæſarianis & quibuſdam Heluetijs hæc clandeſtina compoſitio, nec tamen poſtea Heluetijs promiſſa fuerunt præſtita. Si uoluiſſent Heluetij, finem feciſ ſent hoc tempore omnibus bellis, at quum ipſi nollẽt, cõtinuatum eſt bellum in magnum eorum malum, id quod ſatis ſuperq; anno 1515. experti ſunt. Anno 1514. mortuo Ludo uico rege Francorum, Franciſcus comes Engoleſmenſis ſubſtitutus eſt in locum eius Is la

borauit pro continuanda & ſeruanda pace cum Heluetijs,ſed ius Mediolanenſis dominij noluit reſignare,atq; ob id nulla facta eſt pax,quin ſequenti anno collecto grādi exercitu equitum & peditum,rex expeditionem mouit in Italiam.Conabantur quidem Heluetij illum impedire ne tranſiret alpes,at ſui per aliam uiam ingreſſi ſunt Longobardiam.Rex enim non deſtitit ſibi conciliare Heluetios, cui multi quoq; conſentire cœperunt,diſceſſit q̃e ex Italia tertia eorum pars.Quod uidēs Cardinalis Valeſianus,monuit reſiduos Heluetios,ut Mediolanum ſe reciperent.Decimatertia die Septembris quidam eorū circa ueſperam prorumpentes ex Mediolano in occurſum Gallorum,inierunt pugnam cum eis, quod reliqui uidentes ſuis tulerunt ſubſidium,factaq; eſt magna pugna, prævalentibusq; Heluetijs,Gallicus exercitus quantumlibet bene ordinatus coactus eſt retrocedere.Durauit is conflictus uſq; ad profundam noctem.Mane rurſum itur ad pugnam, adeſtq; rex ſuis cum equitatu potentiſſimo,dirigit omnia tormenta ænea contra Heluetios:ſed Heluetij non territi,uiriliter pugnant cōtra hoſtem,quouſq; Gaſcones & cataphratti magno impetu in eos feruntur & diſſoluunt aciem eorum,coguntq; eos pedem referre, cadentibus utrinq; plurimis.Facta eſt hæc pugna in die exaltationis Crucis anno Chriſti 1515.Gallus adepta victoria rurſum egit cum Heluetijs de pace,quam & mediantibus quibuſdam dominis & baſtardo de Subaudia obtinuit,relicto tamen Heluetijs dominio horum locorum,Lugani uulgo Lowers,Luggaris,Monderys & aliorum,quæ uerſus Mediolanum ſita deprehenduntur.Promiſit & annuam pacis pecuniā,atq; pro habitis expenſis aliquot donnas auri. Anno 1521.inierunt omnes Heluetij præter Tigurinos fœdus cum Gallo,duraturum ad annos uitæ Franciſci regis,atq; uno anno poſt mortem eius. Quid uero poſt hunc annum 1521.euenerit ſupra in deſcriptione ducatus Mediolanenſis ſignaui.

Rex Frācis'cus cōtinuat bellū.

Horrendum bellum.

De Sunggoia & Comitatu Pfirt, quæ hodie in ſuperiori ſunt Alſatia.



SAtis diu hæſimus in Heluetia, exigit nunc ordo ut ad Sunggoiam Heluetię conterminam ſtilum uertamus. Hæc itaq; ab ortu Rhenum attingit, & ab occaſu, Galliæ extremitatem, à ſeptentrione uero Alſatiam. Habet in multis locis uineas,& ubiq; frumenti copiā, quod circumquaq; in omnes adiacentes uehitur regiones,ſcilicet in Heluetiam, Nigram ſyluam,Lotharingiam, &c. Quin & tempore famis, Curia & Lō gobarda hic petunt panem.Legimus tamen in hiſtorijs, Germanos quoq; ſub Henrico Cæſare ſeptimo frumentum è Siciliæ regno adduxiſſe. Nam ſuo tempore tanta peſtis graſſabatur per uniuerſam Europam,ut tertia pene humani generis pars ea abſumeretur. Coloniæ eo anno,nempe anno Chriſti 1313. triginta millia,apud Treuerim duodecim millia, Moguntiæ ſedecim millia,Wormaciæ ſex,Spiræ nouem,Argentinæ tredecim,Baſileæ quatuordecim,apud Herbipolim quatuor hominum millia aeris contagio ſunt abſumpta. Totos itē pagos,tota oppida uacua & ſine habitatoribus, rura ſine colonis & agricolis fuiſſe ſcribunt. Hanc peſtem ſumma annonæ difficultas excepit,nam manſerat terra inculta,atque ex tāta clade ſuperſtitibus difficilius fuit uiuere quam illis qui peſte ſunt abſumpti,fuit mori. Et fame perijſſent,qui peſte perire & abſumi non potuerunt,niſi è regno Siciliæ frumēta in mediam Germaniam fuiſſent allata.Cæterū complectitur hæc Sunggoiæ regio comitatum Pfirt,cuius ultimus comes Vlricus mortuus eſt Baſileæ anno Chriſti 1324.relictis duabus filiabus. Vnam,nempe Iohannam,duxit uxorem Albertus dux Auſtriæ:ſorori uero Vrſulæ nomine dedit idem Albertus octo millia marcarum argēti pro ſua portione. Ad comitatū pertinent hæc loca, Altkilch, Dattenriet, Befort, Roſenfels, Maſmūſter, Thañ, Senheim

Comitatus Pfirt.

Senheim: quæ loca noſtro ævo ſunt diſtributa in præfecturas & impignorationes à domo Auſtriæ. In Befort eſt collegiata eccleſia, quam fundarunt comites de Pfirt, ſicut & Veldpach monaſterium monialium ijdem fundauerũt, ubi tredecim comites & comitiſſæ Pfirtenſes ſepulti iacent. Monaſterium Lutzel Ciſtertienſis ordinis fundauerunt comites de Falckenberg, de monte Beligardi atq; Pfirt. In Maſmunſter inſigne eſt monaſteriũ monialium atq; aliquot Canonicorum, quod putant fundatũ à Maſone duce Alemanniæ: à quo uallis illa denominata eſt uallis Maſonis, quæ alioquin Waſt appellatur. Progenitores huius Maſonis fuerũt de regia proſapia Francorum & Burgundionũ. Et quemadmodum infrà iuxta monaſterium Murbacenſe quoq; ſignatũ eſt, habuit hic Maſo filiũ unicũ, qui cum in amne Olruna, uulgò Tolder, balneare uellet, ſubmerſus eſt quum annorũ eſſet octo, idq; ſubter arcem in qua tunc parentes eius habitabant, & iam in ruinis iacet. Priuatus ergo Maſo & uxor eius legitimo hærede, fundauerunt monaſterium in eo loco, & eo tempore quando Eberhardus comes Egiſheimenſis fundauit monaſterium Murbacenſe ſub Theodorico rege Francorum, anno Chriſti plus minus ue 730. contribuentes omnia bona ſua, mobilia & immobilia, terras & homines, nempe 25. oppida & uillas cum omnibus iuribus eorum, ordinantesq; 18. canonicas, ſex canonicos & tres coadiutores. In tumba filij Maſonis tale legitur epitaphium. Hic iacet ſepultus filius regis Maſonis, fundatoris huius monaſterij. Habet abbatiſſa huius monaſterij literas fundationis per Ludouicum pium approbatas ſic ſonantes. Volumus quod hoc monaſteriũ per Maſonem dotatũ, manuteneatur & defendatur: numeranturq; in eiſdem literis hæc oppida, quæ tunc monaſterio fuerunt ſubiecta, Mulhauſen, Einsheim, Egisheim, Herleſsheim, Morſwyler, &c. quæ hodie ſub alia ſunt ditione.

Maſmunſter à Maſone.

Thann.



EST Thañ ſatis elegans oppidum, annumeraturq; comitatui Pfirtẽſi. Imminet oppido arx mõtana, Engelburg appellata, adiacetq; mons Rang uocatus, in quo nobiliſſimũ creſcit uinum Rangenwin appellatũ, Baſiliẽſibus bene notum. Prolabitur ibi ex montium faucibus fluuius Thur, qui diſterminat Sunggoiam ab Alſatia. Collegiata eccleſia huius oppidi, fuit primum ad ſanctum Amarinum in ditione abbatis Murbacenſis, ſed in concilio Baſilienſi fuit translata in oppidũ Thañ. Eſt quoque monaſterium monachorũ nomine Morſmunſter in hoc comitatu, quod fundauerunt comites Pfirtenſes, habetq; nomen iſtud à ſancto Morando, cuius corpus ibi quieſcit. Itẽ ſanctus Amarinus aliud oppidum cum arce Fridberg, uno miliario à Thañ diſtans, ubi aliquando fuit collegium Canonicorum quod iam eſt Thanni, abbati Murbacenſi ſubiectum. Non procul ab hoc loco origo eſt Moſellæ fluminis. Fuit autem Amarinus monachus ordinis ſancti Benedicti, uir ſanctus, in eo loco ſepultus.

Vinum Rangicum.

Fons Moſellæ.

Mons Beligardi, uulgo Mimpelgart.

COmitatus montis Beligardi ad occaſum adiacet Sunggoiæ, habetq; oppidũ egregiũ & arcem regalem. Habet & alia multa oppida atq; caſtra, ut ſunt Grans oppidũ & caſtrum, Klarwang oppidũ & caſtrũ, Paſſewang oppidũ & caſtrũ, quæ omnia ſunt ducũ Wirtenbergenſium, utunturq; coloni lingua Burgũdica. Cõfine eſt huic comitatui oppidũ Bruntraut, ubi epiſcopus Baſilienſis in regali arce reſidentiã ſuam habet. Itẽ Luders oppidũ cũ caſtro & monaſterio, haud multũ diſtans à Bruntraut, ſubiectũ abbati Luderẽſi, & cõfine Burgundiæ. Anno 1396. perijt in Turcico bello illuſtris comes Hẽricus de mõte Beligardo, Stephani comitis filius, attauus maternus Vdalrici moderni ducis Wirtenbergẽ, ultimusq; comes illius familiæ, poſt cuius mortẽ comites Wirtenbergẽ facti ſunt domini in Mimpelgard, ut infra in genealogia comitũ Wirtenbergẽſium oſtendetur.

Brantrant.

Mulnhauſen.




Situs oppidi Mulnhauſenſis eſt quoq; in Sunggoia. Eſt autem ciuitas imperialis, cuius aduocatiam ſicut & Colmariæ & Keiſerſpergij habuit epiſcopus Argentinenſis anno Chriſti 1261. Sed paulo poſt Rudolfus comes Habſpurgẽgenſis recipiens Colmariam, ut infra quoq; dicetur, conſentientibus quibuſdam ciuibus recepit & oppidum Mulnhauſenſe. Quo occupato, comes unà cum ciuium ſubſidio cinxit obſidione caſtrum quod in ciuitate erat, tandemq; poſt tres menſes expugnauit illud, captiſq; omnibus qui intra ipſum erant, caſtrum diruerunt. Electo aut Rudolfo in Romanorum regem, redierunt memorata oppida ad imperium. Oppidanorum ſtudium conſiſtit potiſſimum in uini & frumenti cultura, eſtq; uinum illius loci ſatis celebre.

Otmarſen.

HAbet uilla iſta monaſterium dominarum, quod olim tempore Henrici quarti conſtrui fecit comes quidam Habſpurgenſis nomine Rudolphus. Huius Rudolfi frater Wernherus fuit Argentinæ epiſcopus, qui Conſtantinopoli in quadam inſula mortuus fuit. Habuit & alium fratrem cuius nomen fuit Rapoto, qui antea fundauerat monaſterium Muri in Ergoia. Sunt & alia quædam monaſteria fundata per huius familiæ comites in Briſgoia, id quod ſuis in locis ſilentio non præteribo. Volunt autem quidam hunc locum Otmarſen denominatum ab idolo Martis, qui ibi templum habuit atq; in eo honatus fuit, id quod imago eius comprobat, quæ ante annos ab hinc nõ multos fuit ibi inuenta.

De Nobili regione Alſatiæ, cui ob eius niſignem fertilitatem nulla alia regio in linea Rheni comparari poteſt.



ALſatiæ nomen quod Germani Elſaſs uocant, non eſt uetuſtum uocabulum, quum olim habitatores eius Tribochi & Tribotes fuerint uocati. Sunt enim qui putant metropolim Alſatiæ olim fuiſſe Argentinam, eamq; extructam à Treuirenſibus, qui à principe Trebeta originem duxiſſe putantur. Et quum poſtea Treuirenſes Coloniam deducerent in eum locum quem hodie Argentina occupat, dicti ſunt coloni il


li à Treuirenſibus Tribotes. Nomenclaturã uero Alſatiæ putant longe poſtea ab Illa fluuio, a in i mutato, exortam, unde & quidã eã regionẽ Illeſaſs & non Alſaſs appellatã aſſeruerunt, ſicut rurſus alij fluuiũ contendunt uocatũ Alſaſs. In libro militariũ ludorũ uocat̃ Edelſaſs, quaſi nobilis ſeſſio. Diuidit̃ aũt Alſatia in ſuperiorẽ & inferiorẽ regionẽ. Superior quæ Sunggoiã contingit habet multa dominia, nã haud procul ab oppido Thañ eſt ditio abbatis Murbacenſis, in qua ſunt Watwiler, Gebwiler & alia quædã oppida: hinc ſequitur Mundat, id eſt, Munus datũ, quod includit Sultz, Rubeaquũ & multa alia oppida, epiſcopo Argentinenſi ſubiecta. Huic dominio adiacet Lantgrauiatus in ſuperiori Alſatia, nempe oppidum Enſsheim cum multis uillis. Is Lantgrauiatus peruenit ad ditionem Alberti comitis Habſpurgenſis, patris regis Rudolfi, circa annum Chriſti 1200. Terminatur Alſatia ab oriente ad Rhenum & ab occidente ad Voſagum montẽ, qui Lotharingiam à Germania diuidit, extenditurq; à Sunggoia uſq; ad ciuitatem Wyſſenburg. Latitudo regionis à Rheno uſque ad montana, eſt triũ miliariorũ Germanicorũ, etiã ſi apud Hagenoiã planicies terræ adhuc latior eſſe deprehendatur, mõtibus ſcilicet magis ac magis à Rheni alueo recedentibus. Euomit mons Voſagus plurimos amnes, qui per mediterranea deuoluti Rhenũ petũt. Nã erũpit fluuius Tholder è ualle Maſmunſter, Louch è faucibus Murbaci & Gewileri, Fecht ex interioribus oppidi Turckheim, Bruſcha ex conualle Schirmeck alluens mœnia oppidi Molſsheim, pertranſiensq; urbẽ Argentinenſem, Sorn à Taberna curſum accipiens, Mater à Neuwiler uerſus Hagenoiam fluens, & Sur Foreſtam interlabens, à quo Surburg uetuſtum monaſterium nomen ſortitũ, quod tamen hodie eſt collegium ſacerdotum ſecularium, ſicut & Lauterburg oppidum ſortitum eſt ſuum nomẽ ab amne Lauter, qui ex Waſgoienſibus montibus longe retro Wiſſenburgum imperiale oppidum originem ſumit. Hos amnes & alios ſimiles licet uidere in tabula Rheni, quam pro Alſatia paraui. Præcipuus tamen Alſatiæ fluuius eſt Illa, qui totam ferè percurrit Alſatiam, primam ſcaturiginem habens in Sunggoia ſupra oppidũ Altkirch, fluensq; iuxta oppida Mulnhauſen, Einſsheim, Colmar, Seleſtadium & Benfelden, ſine ambagibus petit Argentinam, ubi Rhenũ ingreditur, receptis tamen antea omnibus riuulis ex Voſago monte emiſſis. Quam fertilis uero ſit hæc prouincia, hinc aduertere poteris, quod in hoc terræ tractu tam anguſto, ſingulis annis tanta prouenit uini & frumenti copia, ut nedum cultores quorum ingẽs eſt numerus hinc neceſſarium habeant uictum, ſed ſupereſſe tantum, ut etiam uicini quiq; eorum abundantia fruantur. Nam nobiliſſimum uinum quod apud eos creſcit, continua uectura curruum & aliquando etiam nauium, abducitur in Heluetiam, Sueuiam, Bauariam, Lotharingiã & inferiorẽ Germaniã, etiam aliquãdo in Angliã. In Sũggoia magna creſcit uis frumẽti, imò per totã Alſatiæ planiciem uſq; ad Argentinam hæc frumenti ubertas inuenitur, unde Lotharingiæ mõtes inhabitantes, Burgundi & bona pars Heluetiæ cibantur. In montibus & collibus decoquitur optimum uinum, & in plano prouenit frumentum & arborum fructus. Habet quoq; Alſatia in montibus ſyluas caſtanearum, habet montes turgentes mineris argenti, cupri & plumbi, præſertim in ualle Leberthal. Habet præterea in montibus & uallibus nobiliſſima paſcua, id quod teſtãtur optimi & pinguiſſimi caſei, qui in Munſterthal conficiuntur. Et ut uno uerbo dicã, nõ eſt in tota Germania regio aliqua, quæ in omnibus prouentibus Alſatiæ poſſet adæquari. Sũt quidẽ in Germania quædã terræ proferẽtes uinũ haud ignobilius uino Alſatico, at nõ habẽt interim tantã abũdantiã frumẽti et arboreorũ fructuũ, ut ipſa Alſatia. Nã nullus eſt iuxta montes in Alſatia locus ocioſus, qui non habitetur aut ſit cultus. Iuxta Rhenum habet paludes, & iuxta eas optima paſcua pro pecoribus. Hæc tam parua regio adeo humanis

Landgrauiatus.

Amnes ex Voſago.

Illa fluuius.

nis usibus est dedicata,ut in ea inueniantur 46.ciuitates & oppidula,omnia muris cincta, quinquaginta arces in montibus & plano sitæ:uillarum uero & uicorum nõ est numerus. Vulgares regionem incolentes & terram colẽtes,miseri sunt:nam per singulos annos ab liguriunt bona sua,nec quicquam in futurum seruant,unde fit,ut tempore belli,aut quãdo frigore aut pruina terræ nascentia deuastantur aut pereunt,patiantur magnam penuriam. Iuuantur tamen pauperes ex publicis granarijs.Non habet terra hæc indigenas multos, sed maior pars sunt aduenæ,puta Sueui,Bauari,Burgundi,Subaudi & Lotharingi:qui cũ semel regionem ingressi fuerint,non facile hinc emigrant.Sueui potissimum ibi nidulantur.Passim omnes ibi recipiuntur,qui colonis in terræ cultura cooperari satagunt.Circum Keiserspergum,quod sonat Cęsarianum montem,terra summam habet fertilitatem,unde & cor Alsatiæ ibi esse perhibetur,inueniunturq; ibi tria oppida murata,tanta uicinitate sibijpsis iuncta,ut bombardæ iactus illa istam apprehendere possit,uocanturq; Keiserspergum,Ammerswier & Kónsheim. Ibi uinum in uasis magnis per adiectas prunas decoquitur,aut sepeliũtur uasa ipsa musto impleta in ipsis acinis & racemis expressis,quousq; uis digestiua emoriatur in uino, manetq; sic uinum dulce per totã hyemẽ,& defertur passim in alia loca, habeturq; in delitijs. Alij implent parua uasa racemis integris atq; affundunt mustum parum decoctum,at trahitq; uinum illud saporem racemorum & manet dulce per totam hyemem. Id autem maxime fit ex uuis quas uulgo muscatel uocant. Inueniuntur quoq; in Alsatia multæ sanctorũ reliquiæ, ad quas,usq; ad tẽpora nostra,peregrinationes uariæ sunt factæ. In Thañ quæsitus est sanctus Theobaldus,Rubeaci inuocatus est sanctus Valentinus, In Hohenburg lippitudine oculorum laborantes,sanctæ Otiliæ subsidium implorarunt. Andloiæ uero peregrinis pecuniam,adferentibus ostensa sunt ossa sancti Lazari, quem Christus à mortuis excitauit. Vnde legimus de Carolo quarto Imperatore,& rege Bohemiæ,quod uice quadam quum uenisset ad Hasle,accepit membrum unum de ossibus sancti Florentij,qui & ibi sepultus iacet: ac deinde Andloiam perueniens aperta tumba sancti Lazari (quæ est in monasterio dominarum)contemplatus est ossa eius:proficiscensq; ad Einsheim,discooperuit ibi sepulchrum sancti Vrbani. Idem fecit in Hohenburgo. Aperto enim sepulchro diuæ Otiliæ sustulit inde fragmentum de dextro eius brachio.Collectisq; in hunc modum multis reliquijs,tulit illas in Bohemiam,auroq; & argento inclusit.



Sanctorum reliquiæ.

Nigra sylua metallica.


Annæbergum Mariæbergum

De mineris & Argentifodinis, quæ passim per Germaniam, potissimum autem in Alsatia, inueniuntur.

HAbet Germania in multis locis,ut ab initio quoq; retulimus,ditissimas terræ mineras,potissimum autem argentifodinas,quæ raro sunt sine cupro,stanno & plũbo.Quædam sunt à ueteribus metallicis exhaustæ,quædam nostro æuo inuentæ, suppeditantq; ingentes diuitias,quædam etiam ab antiquis tanquã immaturæ & nondum satis decoctæ hodie repetuntur & exinaniuntur.In Nigra sylua olim pluribus in locis quæsitum & inuentum est argentum,id quod multa monumenta,quæ adhuc uisuntur,testantur.Friburgũ in Misnia,ubi adhuc frequens est scrutatio metalli,à ueteribus cœpta,sic Friburgum in Saxonia,Friburgum in Brisgoia, & ut quidam aiunt Friburgum in Nuchtlandia,extructa sunt metallorum fodiendorũ occasione, & fortassis libertatis nomen adepta,ob priuilegia quibus argentifossores donantur. Nostro æuo exploratæ sunt mineræ laudatissimæ in monte sanctæ Annæ,ubi & spacio quinq; annorũ elegãs extructa est ciuitas,in ualle Ioachimi,in monte Mariæ,ubi aliquot millia fossorum, quos Germani Knappen uocant,inueniuntur,in Goslaria,in quibus omnibus locis,inæstimabile argenti pondus ex terræ uisceribus eruitur.Vtuntur autem isti subterranei operarij mirabilibus instrumentis & quæ pro sua uarietate explicari nequeunt,quibus utuntur potissimum ad exhauriendam aquam,quæ non parum remoratur eorum in profunditatibus laborem.


Hic

Hic per uirgam diuinatoriam quæritur latens metallum, & ex puteis in profundum actis educitur, qui est primus Metallicorum labor.



DEinde mirabili quoq; artificio inclusum in specubus terræ aerẽ recenti aura folliculis & uentilabris ad hoc paratis subinde innouare contendunt, ne metallarij in illa Plutonis officina aere impuro suffocentur. Habent comites Mansfeldenses mineras in sectilibus seu fissilibus lapidibus, quos Schiffer Germani uocant, quales mineras in uniuerso mundo extare non putant. Nã sectiles illi lapides igne adusti & macerati reddunt cuprũ, ex quo immensa uis trahitur argẽti. Nec exhauriri potest fundus illius terræ his uenis. Nam ubicunq; in terra illa fossioni intenditur, inueniuntur sectiles illi lapides cupro prægnantes. Fossores, qui lapides illos eruunt seu excindunt, obliquum nanciscuntur collum, uocanturque Germanicè Krumhelss, id est, obliqui seu torui collarij. Quum enim petrarum illarum uenæ & meatus planum habeant situm, necesse est ut fossores iacendo intendant labori, unde fit, quod colla illorum sic retorqueantur, ut plane inepti reddantur ad aliarum minerarum labores. Magnum licet ibi in natura uidere miraculum. Est in ea regione lacus quidam magnus, longus & latus, & qualia ille uiua animalia

malia aquatilia producit,puta piſcium ſpecies,ranas & alia reptilia,tales figuras pingit & effingit natura cupro puro in ſuperficie petrarum mineraliũ,ut diſtincte cognoſcere queas ex figura ſpeciem animantis. Miſit mihi unum eorum lapidum Spectabilis & prudens uir Iohannes Hubinſaccus,à quo iſta habeo,qui iudicis fungitur officio in mineris Leberthalenſibus(quantum attinet ad dominium Rapolſteinenſe) in quo lapide huiuſmodi piſcis figura,qualem hic ſignaui,eſt deformata,Germani uocant Olruppã & Treiſam,habetq; ingens epar. Eiuſcemodi pictos lapides inueni quoq; ſuperiori anno Auguſtę apud Fuggeros,quum illorum antiquitates diſpicerẽ.Vtunt metallarij illi Manſfeldenſes mirabilibus ad



cohercendam aquam inſtrumentis,multisq; artibus & equis illam exhauriunt. Non poſſunt ea uerbis explicari,oculorũ obtutibus facilius quam ſermone dignoſcitur eorum ingenium.In Miſnenſibus montibus utuntur inſtrumentis quas bigales rotas uocant,quæ ſua uolubilitate duo marſupia ingentia ex recentibus pellibus bubalis confecta, demittũt & aquis impleta extrahunt.Factum eſt marſupium unum ex tribus pellibus,capaxq; eſt integri plauſtri.Mouetur hoc artificium tanta celeritate,ut interdum ſcintillæ ignis ex madidis lignis excutiantur.Superatq; omnia alia ingenioſa inſtrumẽta,quibus aqua ex profunditate extrahitur,omniaq; puerilia cenſentur,ſi huic conferantur. Nulla hodie eſt in Europa natio,quæ tam diues eſt in metallis,ut Germania,etiamſi minor pars argenti Germanici apud Germanos cudatur in monetam:producit enim noſtra tellus cuprum,ſtannũ,plũbum,ferrum,habet mineras ſalis,Mercurij,uitrilli,&c.pugnãtq; contra nos inimici noſtri noſtris metallis.

Miſnenſis metallicus apparatus.

De argentifodina Leberthalenſi.

LOcus huius fodinæ eſt in Voſago monte,ad occaſum ciuitatum Colmariæ & Seleſtadij in limitibus ditionis dominorum deRapoltſtein,itinere ſex aut ſeptem horarum à Seleſtadio diſtans,fuitq; olim à memoratis dominis de Rapoltſtein certo in agro deprehẽſus. Anno autem Chriſti 1525. poſt ruſticorum ſeditionem, quum domini de Rapoltſtein multis annis impenſas feciſſent in ualle Furtelbach,extruxiſſentq; caput fodinarũ,uulgo Fundgrub appellata & hodie ſanctus Guilelmus dicta,& ſimul eodem tempore in fodina ſancti Iacobi à parte Lotharingiæ largam argẽti uenã inueniſſent, allecti Metallici operationis ſuæ copioſa retributione,ubiq; in mõtibus per totam uallem conati ſunt ſcrutari uiſcera terræ atq; eruere fœtum eius internum. Inuenerunt aũt multos antiquos puteos & foueas antiquæ ſcrutationis,quos Bingen uocant,unde didicerũt,(id quod & uetuſtæ quædã teſtantur literę)olim quoq; in locis illis homines metallis inhiaſſe: ſed non conſtat ob quam cauſam huiuſmodi fodinæ derelictæ fuerint,niſi quod quidã putant,ueteres Metallicos coactos à labore ſuo deſiſtere propter aquarum inundationem, quum illi ſolum puteos non autem cuniculos ut hodie fieri ſolet,egerint,puteosq; tã profundos fecerint,ut aqua ui ſua illos abegerit. Hodie dux Auſtriæ & dominus de Rapoltſtein ex æquo participant in decimis,habentq; cõmunem præſidem ſuper omnes fodinas excepto capite fodinarũ,cuius nomen eſt ſanctus Guilelmus,qui putens proprius eſt dominorum Rappolſteinẽſium. Nomina reliquorũ puteorum & fodinarũ habes ſignata in figura uallis Leberanæ,ubi & explicatũ uides latus Lotharingiæ cum ſuis fodinis.Ferunt montes iſti galenam,plumbum,metallum argentarium unde extrahitur argentũ,plumbũ nigrum & æs,id eſt,cuprum.Putant autem ab anno Chriſti 1518. uſq; in præſentem annum, ſingulis annis 6500.marcas argenti elaboratas ex rudibus & ſylueſtribus illis montibus. Quin & anno Chriſti 1530.in puteo Futnus dicto,& anno 1539. in ſancto Guilelmo excuſum eſt argentum purum,ſingulis uicibus circiter tria talenta ſeu cẽtenaria in una integra portione. Sed & cottidie fere inuenitur argentum ſincerum,exiguis tamen portionibus.

Fund grub.

Nomina


Nomina Fodinarum in Furtelbach.
Puteus S. &wilhelmi, Rumpapump. S. Io.
Furſtenbaw. Ferreum oſtium: Vlmenſiũ
ſympoſium. S. Martinus: Tres uniti pu-
tei: Clibanus. S. Sanguis, Malleolus, Cul-
tus ſociorum.
In ualle Surbetz.
S. Michael. Viride nemus. S. Georgius.
Argenti opulentia.
In ualle Prahegetz.
S. Philippus. S. Martinus, Vitis. Abies ui-
ridis. Armo mons. S. &wilhelmus.
In ueteri ualle Eckrich.
Beata uirgo ad Frigidũ fontẽ. S. Iacobus.
Eckrich
Cõſtatorũ
Surbetz tal
Eckrichs tal
Prahegetz
Fund
grub
Domus
præfecti
Spitz
Hohã
Küngſperk
Leberaw
Conſtatorũ
Eckrich
Minus
Rumpach
S Crütz
Germanicũ
Jm
Steinbach
Rumpach
Jm Meißlach
Franckenburg
Ortenberg
Ramſtein


Tantum

Tantum undiq; in his montibus effoditur metalli, ut opus habeant duodecim caſis excoctionum, in quibus ſine ulla intermiſſione intenditur excoctionibus metallorum. Sunt etiam interim quo metallicæ rei opera eſt data, extructæ mille & ducentæ domus, potiſſimum in ualle Furtelbach dicta: quin & oppidum Markirch plurimum in his paucis creuit annis. Locus eſt alioquin ſylueſtris & ſterilis, utunturque habitatores pro maiori parte Lotharingica lingua. Separant enim montes Alſatici linguas Teutonicam & Gallicam. Diſcriminatur uallis Leberana in multas particulares ualles, & in omnibus ferè periculum factum eſt fodiendi metalli. Viuunt metallici ſuis legibus & iuribus, nec ullius recognoſcunt obedientiam niſi iudicis ſui, qui eſt loco magiſtratus. In cuniculis ſequuntur directionem compaſſi, hoc eſt, magnetis, haud ſecus quàm nautæ in mari plagas mundi per iſtud inſtrumentum obſeruant. Cum puteum fecerint certarum orgyarum, tum in latus agunt cuniculum, & ab illo cuniculo rurſus alium fodiunt puteum iuſtæ profunditatis, atque inde ducto cuniculo ſecundo, tertium faciunt puteum, ſicq; miris ambagibus & meatibus deſcendunt continuo in profundum quouſque aquarum ui coherceantur ab ulteriori deſcenſu. Quicquid autem in cuniculis excinditur de ſaxis uel effoditur de terra, adſunt operarij cum alueis in quatuor paruis ferreis rotulis currentibus, & abducunt ad proximum puteum, ubi alij ſtant operarij & machinis tractorijs quicquid allatum eſt ſurſum trahunt, & alijs operarijs tradunt abducendum alueis. Sicq; ex profundiſſimis terræ locis per multos cuniculos & puteos, perq; multorum manus terra effoſſa egeritur, & breui magnus foris in aere aceruus ante caput fodinarum aſſurgit, tandemq; in montem coagmentatur. Et quoniam omnia aguntur in tenebris neceſſe eſt ut quilibet proprium habeat lumen, quandiu uerſatur in illo regno Plutonis, nec poſſet ardens facula conſeruari, niſi recens aer ſubinde uel uentilabro uel folle inſufflaretur. Poſt laborem autem in puteis & cuniculis exactum, eductoq; metallo, ſuccedunt deinde alij labores, quos hic ſuis figuris magis quam uerbis explicare uoluimus, etiamſi ſuccinctis titulis iuxta ipſas figuras explicuerimus rem ipſam & operationẽ quam exercent ordine quodam Metallarij, quemadmodũ ab ipſis inſtructus ſum, coràm omnia propriis oculis cernens.

Furtelbach.

Haſpeler.


Hic metallici ſecernunt atque comminuunt portiones metallicas, lauantq; primum in lacunulis, qui Germanice Sumpffweſcher appellantur.



Hic



Hic lauatur metallū, agitaſq; palis furcatis, unde et germanice lotores illi uocantur Kruckenweſcher.



Hic per crībra agitat metallū, lauaturq; ter tio, & uocātur Germanice lotores iſti Sypweſcher.



Hic fecernunt mulieres ſeligūtq; metallum antea malleo fractum & toties lotum. Germani uocāt eiuſmodi laborē ertzklauben.

Hic

Hic metallum in capsulas missum, pilis preferratis, quę rota aquaria uersat, tunditq; cõminuit, quem laborẽ Metallici Germanicè uocãt ertzbochen.



Explicat ista figura, quomodo & coram quibus metallũ ad excoctionẽ iam paratũ inter cõpetitores, eosque qui in eo participant, distribuatur.



Officina excoctionis, liquefactionis, conflatio

nis & ſeparationis metallorum, Germanice Schmeltz hutte: ubi rota aqua impulſa mo/ uet ſine ceſſatione folles ignem ſubinde excitantes. Conflator continuo excipit reſolutum metallum & à contuſis metallicis lapidibus ſeparatum, atq; in modulos transfundit.



De Alſatia eiuſque dominio.

REges Franciæ olim ſub ſuo dominio habuerunt Alſatiam, habitaueruntq; in ea ducentos circiter annos. Fuit autem pars regni Auſtriaci, cuius ſuprà in Francia feci mentionem. Atq; hinc eſt, quod in quibuſdam hiſtorijs hæc regio uocat̃ mi/ nor Francia. Antea uero fuit quingẽtis ferè annis ſub Rom. poteſtate, fuitq; Ar/ gentina gazophylacium eorũ, ubi colligebant cenſum, quem in Alſatia & alijs circumia/ centibus terris leuabant. Sunt etiã qui uolunt anno domini 685. regẽ Frãciæ Hildericũ tra didiſſe Alſatiã affini ſuo duci Eticoni, qui reſidentiã & curiã ſuã habuit in ſuperiori Ehẽ/ *Minor Frãcia.*

Mõs S. Otiliæ. heim atq; in Hohenburg, quod hodie appellatur mons ſanctæ Otiliæ. Succeſſit autem Eticoni filius eius Adelprechtus, dux ſeu princeps Alſatię: & cum ille ſagitta ictus interiret, reliquit duos filios Linfridum & Eberhardum, qui præfuerunt Alſatiæ. Poſtea fuit familia eorum repulſa ab Alſatia per Carolum Martellũ, qui fuit Palatinus & curiæ magiſter in regno Franciæ. Habuerunt autem tunc Palatini ſedem ſuam in ciuitate Treuirenſi. De Landgrauiatu Alſatiæ paulo poſt dicturus ſum.

De ciuitatibus, arcibus & fundationibus quibuſdam Alſatiæ.

De oppido Einſsheim.

HAbet domus Auſtriaca in hoc oppido Perlamentum & cancellariam, ut uocant, pro regionibus Sunggoiæ, Briſgoiæ & quatuor oppidorum, quæ ſita ſunt ſupra Baſileam iuxta Rhenum. Anno domini 1475. deputatus fuit ad officium aduocatiæ Oſwaldus comes à Thierſtein, qui primus fuit regionis præfectus, habens ſecũ in Einſsheim Conſiliarios & corregentes. Antea uero nulla fuit ibi regiminis adminiſtratio, niſi quod præfectus & ſcriba regionis ibi habitabant, uocabantq; ad ſe ex alijs locis aſſeſſores quoties publicum fuerat celebrandum conſiſtorium. Anno domini 1444. Armeniaci cõtinebant ſe in Einſsheim quindecim hebdomadarum ſpacio, occupato tam oppido quam caſtro, tenentes omnem terram à monte Beligardo uſq; Hagenoiam, de quibus iam multa ſcripſi in hiſtoria urbis Baſilienſis. Anno Chriſti 1492. lapſus eſt deſuper ex nubium coagulatione ædito magno tonitruo, ſeptima die Nouembris, lapis grãdis, haud procul à memorato oppido, ponderans duo talenta ſeu centenaria & dimidium, quẽ tollentes incolæ ſuſpenderunt in eccleſia parochiali pro mirabili ſigno.

Murbach.



MVrbacenſe monaſteriũ ordinis ſancti Benedicti, unũ ex quatuor Romani imperij cœnobijs quorũ abbates pro principibus habẽtur, fundatũ eſt à comite Eberhardo, tempore Theodorici regis Francorum, circa annum Chriſti 724. ſollicitante ad id ſancto epiſcopo Pirminio. Nam habent fundationis literæ in hũc modum.

Fundationis literæ. Theodoricus rex Francorum uiris apoſtolicis, patribus, epiſcopis, nec non & illuſtribus uiris ducibus, patricijs, comitibus, uel omnibus agentibus tam præſentibus quam futuris, &c. Igitur dum uenerabilis uir Pirminius gratia dei epiſcopus, noſtris temporibus cũ monachis ſuis deo inſpirãte pro euangelio Chriſti peregrinatione ſuſcepta monaſterium uirorum in heremo uaſta, quæ Voſagus appellatur, in pago Alſacenſi, in loco qui uocatur Viuarius peregrinorum, qui ante appellatus eſt Mourbach, in allodio fidelis noſtri Ebrohardi comitis, cum ipſius adiutorio deo cooperãte conatus eſt conſtruere monaſterium uel cœnobium ſanctum ibidẽ inſtituere in honorem dei & genitricis domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Gundolfi uilla in dei nomine feliciter, Amen. In chronica quadam Ebersheimenſis monaſterij ita ſcriptum inuenitur. Fuit Ergkonaldus ſummus magiſter in curia regis Dagoberti poſt annũ Chriſti 631. qui & ipſe reliquit filiũ Leodiſiũ, ſuccedentem quoq; in officio magiſterij. Reliquit poſt ſe Leodiſius filium Atticum, quẽ alij uocant Eticonem, qui duxit uxorem ſororem reginæ, quæ & ſancti Leodegarij ex ſorore neptis fuit, unde rex motus tradidit illi ducatum Alemãniæ, qui continebat Alſatiam, Sueuiã & ſuperiorem Germaniam. Habuit autem Etico reſidentiam ſuam iuxta regalem uillã Ehen-

Altitona. heim in arce Hohenburg, latine Altitona, quæ nũc appellatur mons ſanctę Otiliæ. Hic ante mortem ſuam diſtribuit bona ſua in quatuor partes: unam deſtinauit ad fundationẽ ſancti Stephani in Argentina, aliam deſignauit ad fundationem monaſterij Ebersheimenſis iuxta Seleſtadium, tertiã ordinauit pro monaſterio ſanctæ Otiliæ, quartã uero reliquit conſanguineis ſuis Eberhardo & Maſoni. Eberhardus cœlebs manſit in arce Egesheim, factuſq; cœcus fundauit ex bonis ſuis ad honorẽ ſancti Mauricij monaſteriũ, quod poſtea

Viuarium. ſanctus Pirminius conſecrauit in honorẽ ſancti Leodegarij, uocatũq; eſt Viuarium peregrinorũ monachorum, & poſtea Murbach. At Maſo ſublato ex uxore filio, rurſumq; illo amiſſo

amiſſo, nam ſubmerſus fuit in Olruna, ſicut & ſupra commemorauí, extruxit de facultatibus ſuis cœnobium dictum Maſonis monaſterium, uulgo Maſmunſter, in honorem ſancti Leodegarij, de cuius proſapia erat Maſo iſte. Geſta ſunt hæc omnia temporibus regũ Theodorici & Childerici, qui rerum potiti ſunt ab anno Chriſti 721. uſq; ad annum 750. Sunt etiam qui uolunt Eberhardum ducem Sueuiæ conſtruxiſſe & fundaſſe monaſterium Murbacenſe, in quo & poſtea Conuerſus factus, laudabiliq; uita conſummatus, ſepultus fuit. In monaſterio illo factus eſt poſtea abbas ſanctus Simprechtus Caroli magni ex ſorore nepos, translatusq; poſtea ad Auguſtam Vindelicorum, factus eſt eius loci epiſcopus, ubi & ſepultus iacet. Fuerũt tempore Hunorum ſeptem monachi iuxta monaſteriũ Murbacenſe, in monte propinquo ſanctam agẽtes uitam, qui ab infidelibus trucidati, reliquerunt loco illi nomen, ut poſtea uocaretur Latrocinij campus.

Eberhardus dux Sueuiæ.

Gebuuiler.

PVtant hoc oppidum, quod in montium faucibus eſt ſitum, anno Chriſti 1124. initium accepiſſe. Abundat uitibus & paret abbati Murbacenſi, qui plerunq; in eo loco ſuam habet reſidentiam. Eſt & aliud oppidum Watweil nomine extra fauces iuxta montes ſitum, quod memoratum quoq; abbatem agnoſcit dominum.

Lutenbach, Marbach.

DIſtantia medij milliarij à Murbaco, ſitum eſt Lutenbacenſe collegium, quod aliquando fuit Benedictinenſe monaſterium, fundatum à quodam comite Lentzburgenſi, qui & monaſterium Ergoienſe fundauit circa annum Chriſti 998. Deinde anno 1090. fundatum eſt monaſterium Marbacenſe à domino Burckhardo de Gebiſwyler & magiſtro Mangoldo de Lutenbach.

Rubeaci oppidi ſuperioris Alſatiæ deſcriptio

per doctiſſ. uiros, dominos Conradum Pellicanum & Conradum Wolfhartum eius ex ſorore nepotem, natione Rubeaquenſes.

RVbeaquum antiquiſſimum Alſatiæ oppidũ conditum eſt à Romanis anno ſecundo olympiadis 235. ab urbe condita 914. Iunio Ruſtico & Aquilino conſulibus, M. Antonio & L. Vero eius fratre apud Romanos regnantibus, anno à natiuitate Chriſti 164. Nomen ciuitati impoſitum ferunt à fluuiolo, qui in ualle diui Georgij non procul à pago Sultzmat oritur, ac rubeo alueo per agros ac uineas fluens, ob multas commoditates ab urbe excipitur. Incolę eum hodie Ombach uocant, qui tamẽ ab aqua, quæ ex aluei ſplendore rubea eſſe uidebatur, Rotbach (ut ex antiquiſſimis annalibus apparet) olim dictus, urbi quoq; eandem appellationem dedit, quæ etiamnũ latino nomine ſatis commode exprimitur. Rubeaquum enim, quaſi rubeæ aquæ oppidũ dicimus.

Rubeaquum à rubea aqua.

Hoc oppidum magnificis primum ædificijs ac duplici ſuburbio extructũ, Romanæ nobilitatis diu fuit hoſpitium, quæ ob terræ fertilitatem, omniumq; rerum, quæ ad uſum hominum neceſſaria ſunt, abundantiam, ad annos ferà 500. hoc inhabitauit. Ad eius reip. conſeruationem condiderunt leges optimas, in primis autem contra fures grauiſſimã inſtituerunt actionem, eamq; tam ſeueram, ut inde ad noſtram uſq; tempeſtatẽ per Germaniam tritum factum ſit prouerbiũ: Der alt galgen zu Rufach hat gut eichen holtz. Quo minatur ſuſpendium ijs, qui furto aliquid alienaſſent. Fuit tamen in terrorem hominum non eo loco quo hodie eſt, ſed meridiẽ uerſus non procul à pago Gundelsheim ea furca erecta, à qua eius loci incolæ adeo abhorruerunt, ut ex his quàm pauciſſimi furti nomine accuſarentur. Et cum Auſtraſij regni tempore Franci profligatis Romanis Alſatiam finitimaq; occupaſſent, Dagobertus IX. Francorum rex potentiſſimus Rubeaquum tenens, in ipſa urbe uerſus occidẽtem, loco natura munitiſſimo, anno à redemptione humani generis 623. arcem ædificauit, quam uel à magna lapidum mole, tutiſſimoq; contra hoſtes præſidio, Iſen-



Arx Iſenburg.

burg,hoc eſt,Ferriburgum,uel ut alij uolunt ab Iſide frugum inuentrice (quam ob glebæ fertilitatem in eo colle antiquitus cultam arbitrantur)Iſisburg nominare uoluit. Dagobertus parata iam regia ſibi ſede,ut à gentilium ſuperſtitionibus ad uerum dei cultum auocaret populum,Amandum Vltraiectinæ eccleſiæ epiſcopum, uirum eo tempore doctrina, & pietate conſpicuum ad ſe uocat.Cui quum circa annum Chriſti 638. Sigiſbertum filium, quem ex Mechtilde Saxonum ducisſa natum habebat,uera in Chriſtum fide erudiendum dediſſet,uoluit ut etiam poſt fidei confeſſionem in arce Iſenburg,multorum in cõ ſpectu ab eodem epiſcopo in nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis baptizaretur. Quo facto,Amandus ad euangelij propagationem primus Argentinenſium epiſcopus ac ouium Chriſti per Alſatiam uigilantiſſimus paſtor factus, populum ab errore ad dei cultum pertraxit.Cumque Sigisbertus generoſus adoleſcens poſtea, nempe circa annum Chriſti 646. prope Ebersheimunſter uenatione feras inſectaretur, equo ferocí deiectus & ab apro ſpumante læſus,ſemianimis à ſuis eſt inuentus. Mittuntur igitur à Dagoberto nuncij ad Arbogaſtum Aquitanum,quem poſt Amandum ad epiſcopatum Argentinenſem promouerat,ut ad Sigisbertum animam exhalantem properaret. Venit illico epiſcopus, & dum præces pro Sigisberto ad deum fundit,adoleſcens integræ ſanitati reſtituitur. Pro quo pietatis officio Dagobertus rex,eccleſiæ Argentinenſi Rubeacum oppidum, totãq; eam ditionem dono dedit,quam adhuc hodie Munuſdatũ, incolæ autem corruptè Mundot appellant. Longe pòſt,oppidum Rubeaquenſe cœpit exteris innoteſcere & magni nominis fieri à peregrinatione quæ ex diuerſis regionibus ad diuum Valentinum facta eſt. Valentinus enim cum anno à Chriſto nato 260. Romæ ſub Claudio Imperatore unà cum multis alijs ob fidei confeſſionem martyrio coronatus eſſet, reliquiæ eius apud Sanctam Potentianam ad annos 741. ſeruatæ,& deinceps ſub Sylueſtro ſecundo Romano pontifice Rubeacum aliqua ex parte translatæ, eius peregrinationis, quæ ad ſanctum Valentinum tam crebro facta eſt,occaſionem dederunt, quæ incœpit paruis initijs anno Domini milleſimo primo. Cum autem in rebus mortalium nihil ſit perpetuum, ac uiciſſitudine rerum ueluti æſtuario quodam fluxu refluxuq; ferantur omnia, uix dici poteſt,quantis hæc ciuitas poſt tantam fœlicitatem, in qua plus quàm annos mille conſtituta fuit,ærumnis ac periculis poſtea expoſita fuerit. Primum enim quum circa annum domini milleſimum ſexageſimũ octauum Henricus Romanus Imperator,eius nominis quartus,in Alſatiã ueniſſet & honorifice cum ſuis à Rubeaquenſibus exceptus eſſet,maximas in ciuitate excitauit turbas. Satellites quippe eius dũ ſuperbe in urbe aliena graſſarentur ac fœdæ libidinis gratia nihil non tentaſſent,ciues cum ſtupratas honeſtas uxores ac uiolatas uirgines caſtas à militibus ſuperbis ſentirent,eoſdemq; uiolatæ hoſpitalitatis fruſtra apud Henricum(qui ſuis data opera conniuere uidebatur) accuſaſſent, partim pietate in ſuos,partim etiam rei indignitate ac turpitudine moti ciues, hinc inde concurrunt,oritur ſeditio,ſæuitq; animis ignobile uulgus, iamque faces & ſaxa uolant,furor arma miniſtrat.Imperator autem audito tumultu, relicta mora ad ſuos properat, non quidem ut iniurias ciuibus illatas prohiberet,ſed ut iuuaret,& non ut pugnam ſedaret, ſed ut commoueret amplius. Ruit igitur uehementius irreuocabile uulgus, fœmina cum uiro, ſeruus cum domino,ignauus cum forti,& ut plerunque fit, animum illata miniſtrat iniuria. Incœpta autem pugna,incœpta eſt Cæſareanorum fuga. Nam qui imperatoriæ partis erant,uidentes furentis turbæ impetum & rem in arto ſitam, ſola fuga ſalutem quæſiuerunt. Oppidani autem fugientes hoſtes armis inſecuti,fortiter pugnando inſignia imperialia, omnemq; Cæſareum cultum (coronam uidelicet, uexillum cum aquila,aliud uexillum rubeo croceoq; diſtinctum colore,pomum,ſceptrumq; aureum)recuperant cum alia præda pinguiſſima. Imperator autem fuga cum paucis uix elapſus, ſua deplorans inſignia magis quàm milites interfectos,pacem cum Rubeaquenſibus inire nititur. Ciues igitur non aſpernantes Cæſaris,non impia molientis,amicitiam,petunt ut pacis cõditiones proponantur. At Hẽricus nil cupit aliud,quam ut Rubeaquenſes imperialia ſibi reſtituant inſignia. Quo facto,promittit ſe primum hoc Rubeaquenſium factum,neq; per ſe neq; per alios etiam uindicaturum. Deinde ſe perpetuo non tantum eius oppidi fautorem ac amicum,ſed fidiſſimũ etiam patronũ ac propugnatorẽ fortiſſimũ futurũ. Ciues auditis conditionibus æquis,pacẽ ea conditione recipiũt,omnẽq; Cæſareũ cultũ reſtituunt.

Primus Argentinæ epiſcopus

Mundot.

S. Valentinus Rubeaci.

Sedi tio contra Hẽrich quartũ

Rubeaquenſes ſuperant Cæſareanos.

Inſignia imperialia.

Sed

CIVITAS RVBEA


quensis ad uiuum hic expressa, uetustissima regum Franciæ residentia, in optimo superioris Alsatiæ loco sita, cuius picturam uir integritate & rerum prudentia insignis D. Antonius Kuntzius Rubeaquensium Prætor clarissimus ad ornandum nostræ Cosmographiæ librum exhibuit, & à patriæ amatoribus exoratus ob uenerandam uetustatem eius lineamenta (ut hodie post tot expugnationes restant) huic operi Cosmog. æra rij publici sumptibus adiungi probe curauit.

Rubeaquum cum arce Isenburgo mœnibus incl




ad noſtræ ætatis habitudinem ad uiuum expreſſum.

Rubeaquum cum arce Iſenburgo mœnibus includ, ad noſtræ ætatis habitudinem ad uiuum expreſſum.



Signa imperialia.



Sed Cæſar mox oblitus qua ratione ſua inſignia recepiſſet, ſtatim cõſcribit exercitum: quo contracto, Rubeaquenſes ex improuiſo obruit, urbẽ expugnauit, ferro incendioq; uaſtauit omnia. In hac expugnatione ſuburbia ad ortum & auſirũ amœniſſima, (in quibus pręcipue artifices tumultuarij, utpote fabri diuerſi generis ac ærarij habitabant) adeo humi proſtrata ſunt, ut in pleriſq; locis uix hodie ueſtigia cõſpiciantur. In cineres iam conięcta ciuitas, cum inde ab incolis qui ſupererant, iterum poſt annos 140. à Philippo Barbaroſſæ filio Sueuiæq; duce uaſtata eſt. Is enim cum Henrici ſexti Romani Imperatoris nomine gubernator Italiæ fuiſſet, defuncto Henrico, Rom. imperij adminiſtrationem à principibus electoribus accepit. Innocentius autem pontifex infenſus Philippo (eo quod Italiam gubernans in multis ſibi aduerſatus eſſet) non tantum imperij principes cõtra Philippum incitauit, ſed excommunicauit etiam, ac aliorum principum auxilio Bertholdum ducem Zeringenſem Cæſarem creari fecit. Quæ fama cum ad Philippum perlata eſſet, qui tum in oppido Mulhauſen erat (quo multi principes Bohemiæ, Saxoniæ, Bauariæ ac Sueuiæ à quibus creatus Cæſar erat, confluxerant) ferro oblatam ſibi dignitatem tueri conatus eſt. Verum ſimul atq; cognouit Zeringenſis ſe potẽtia & uiribus imparem eſſe Philippo, ad eum ueniens, ſibi repugnanti imperatoriam dignitatem oblatam eſſe oſtendit, ſuaq; ſponte imperio ſe exuit. Pontifex tamen uidens imperium Rom. iterum in Philippi manib. eſſe, perſeuerans in odio ſemel concepto, effecit ut à Colonienſi epiſcopo & Palatino Rheni, princeps Brunſuicenſis Otto uidelicet, eius nominis quartus, Romanus Imperator crearetur, quem ipſe etiam pontifex, excommunicato adhuc ſemel Philippo, cõfirmauit & coronauit. At cum deus fortunaret res Philippi, ulturus Philippus illatas iniurias, bello adoritur eos qui Ottoni adhæſerant, in quorum numero cum Conradus baro Hunnenburgenſis, ſecundus eius nominis Argentinenſis epiſcopus fuiſſet, Philippus imperio potens & armis, anno domini 1200. in Alſatiam irruit, depopulatur totam eam ditionem, quę ad epiſcopum Argentinẽſem ſpectabat, Rubeaquum expugnat, arcem Iſenburg frangit, ferroq; in oppido conſumit omnia. Idem fecit poſt annos ferè centũ Adolphus comes à Naſſow, Rom. rex, non multum abſimilem habens occaſionem. Cum enim defuncto Rudolfo Cæſare adiutus epiſcopi Moguntinenſis fauore, anno Chriſti 1292. Cæſar declaratus eſſet & imperij aliquot principes eundem ad tantam gubernationem parũ utilem iudicaſſent (eo quod partim ad ferendos eminentiæ Cæſareæ ſumptus, copiæ familiares non ſufficerent, partim in rebus gerendis haberet fortunam ſibi parum propitiam) eo depoſito, Albertum Auſtriæ ducem Rudolfi Cæſaris filium Moguntiæ (ubi tum principum conuentus erat) Cæſarem Rom. pronũciarunt. Adolphus autẽ regnandi cupidus, eam electionem improbat, & dum bello infectatur eos, quorum inſtinctu Albertus Imp. creatus erat, tandẽ intelligit etiã Conradi baronis de Liechtenberg, Argentineñ tum epiſcopi, fauore adiutum. Ideoq; anno 1298. uel ut alij uolunt 1296. in Alſatiã irrumpit & cum ferro ſuperiorẽ eius regionis partẽ deuaſtaret, Rubeacũ etiã expugnauit & abacta præda ampliſſima, urbem poſt ſe incenſam reliquit. Tres illas belli deuaſtationes ſequuntur à Iudæis illatæ calamitates, qui dum in Chriſtianorum perniciem in omnibus ferè regionibus conſpiraſſent, & uarijs hinc inde ob nefanda ſcelera ſupplicijs affecti eſſent, Rubeaquenſes pleroſq; ſuorum Iudæorum, qui ſynagogam in oppido habebant, anno 1309. in Ianuario extra urbem combuſſerunt, reliquos uero poſt 29. annos in die Conuerſionis Pauli ferro trucidauerunt. Inſecuta eſt poſt annos fere nouem dira in ciuitate fames & miſeranda earum rerum quibus uita humana ſuſtentatur neceſſitas, in cuius rei æternam memoriam collatis à populo quadrantibus, quadrageſimale in ſummo templo uelum depictum

Rubeaquum expugnatur.

Adolphus Rubeaquum expugnat.

Iudæi exuruntur.

pictum est cum hac inscriptione: Anno domini M. CCC. XLVII. depictum & perfectũ est hoc uelum, & eodem anno erat caristia magna & defectus terræ fructuum uniuersorum. *Fames dira.*

Deuastata est quoq; ciuitas Rubeaquensis bis ab Anglis: anno scilicet 1364. quando incursionem in totam Alsatiam fecerunt & plerasq; ciuitates multo sanguine expugnauerũt, ex quarum cladibus tam diris Iohannes baro de Liechtenberg Argentinen tum episcopus (qui ante annos 4. à Iohanne ultimo Alsatiæ prouinciali comite, Landgrauiatus Alsatiæ possessiones omnes ad episcopatũ Argentinen coemerat) adeo turbatus est, ut ex solo animi mœrore paulo pòst extremum clausisse diem feratur. *Angli uastant Rubeacum.* *Landgrauiatus alsatiæ.*

Deinde post annos 14. reuersi Angli in antiqua Alsatiorum hospitia, quorum uires ac impetum cũ Lampertus à Beuren Argentinen tunc episcopus frangere nequiret, Rubeaquum oppidũ totamq; fere Alsatiam misere uastarunt, anno domini 1374. Et sic iacuit hæc ciuitas ab imperio Henrici 4. usq; ad hæc tempora in cinere hostili, quæ ob tot acceptas clades in pristinam formam restaurari nequaquam potuit. Fridericus tamen à Blanckenheim à pontifice Romano contra discordiam Canonicorum senatus electionem, Argentinen factus episcopus, dum clero peccanti grauissimas irrogaret mulctas, & per omnem suam ditionẽ exactiones ac uectigalia imponeret, ex eadẽ pecunia, quinto sui episcopatus anno, qui fuit annus Christi 1380. Rubeaquensium muros aliqua ex parte restaurauit, addens mœniorũ per circuitum ciuitatis ambulacrum, ad nocturnas uigilias, hostesq; propulsandos aptissimum. *Restauratur Rubeaquum.*

Ob eam autem pecuniarum exactionem, animiq; innatam seueritatem, cum Fridericus se clero ac subditis quibusdam inuisum esse intellexisset, de alio statim episcopatu acquirendo animum adiecit, obtinuitq; iure permutationis Vltraiectinum episcopatum, & Guilelmus comes Diestensis Vltraiectensis episcopus factus est Argentinensis episcopus anno 1392. Sed cum contra approbatam Romani pontificis permutationem à Canonicis Argentinensibus Burckhardus de Lutzelstein, summæ Basilicæ præpositus in episcopum Argentinẽsem eligeretur, magnæ inde ortæ sunt dissensiones. Demũ tamẽ Burckhardus, dum uideret se episcopatum obtinere non posse, cum duobus iã annis ecclesiæ Argentinensi præfuisset, anno 1394. sponte sua decessit, retento tamen Rubeaco & adiacente ditione. Verum mox insidias aduersariorum timens, & Rubeacum & totam eam ditionem resignauit, relictaq; religionis professione, pontificia dispensatione intercedente uxorem duxit, ex qua pater filiorum duorum factus est, Iacobi uidelicet & Wilhelmi, comitum à Lutzelstein. Qui deinceps à Friderico Rheni Palatino ditione sua electi & in exilium acti, sine hæredibus diem obierunt & comitatum Lutzelsteinensem Rheni Palatinis reliquerunt. *Comitatus Lutzelsteinensis.*

Rubeacum postea ab Vngaris bis uastatum legimus, anno scilicet Christi 1416. & 1426. quando incursiones fecerunt in Alsatiam nõ sine damno eiusdem regionis.

Deinde anno Christi 1439. cum Conradus baro à Busnang ex Thurgouia natus à maiori parte capituli eligeretur, & ab alia parte electus esset Baro ab Ochsenstein, Conradus natura humanus, certis conditionibus episcopatum abdicat, uidelicet si Rupertũ Rheni Palatinum Bauariæ ducem in episcopum crearent: deinde si sibi post episcopatus abdicationem arcem Isenburg, Rubeaquum & omnem Munusdati ditionem libere possidendam relinquerent. Quæ conditiones cum omnibus placuissent, Rupertus Conradi instinctu & totius cleri consensu in Argentinẽsem episcopum creatur. Conradus uero concedẽte Ruperto Rubeaquũ proficiscitur, regiam'q; Dagoberti inhabitat, Rubeaquensibus longe acceptissimus. Is dum in oppido moratur, Ludouicus Delphinus Caroli regis Franciæ primogenitus, post pacem cum Angliæ rege factam, anno 1444. in Germaniam cum magno exercitu irrumpit, Basileam properans, uel ut in fauorem Romani pontificis dissiparet congregatum concilium, uel ut alij putant, à Friderico Cæsare stimulatus, Heluetijs bellum inferret, ijsque deuictis, iura domus Franciæ iterum sibi uendicaret. Cumque iam Montis Peligardi oppidum expugnasset, ingruente hyeme, quindecim ferè millia suorum militum, quorum maior pars Armeniaci erant, in Alsatiam, ut in regione fertilissima hybernarent, misit. Hi posteaquam Rubeaquum etiam occupassent, ciues magnis & iniquis exactionibus onerarunt, commeatu, pecunia & tota re familiari spoliarunt plerosq;, ciuitatem denicq; ipsam post se incensam quasi in cinere reliquerunt. Conradus autem à Busnang uir pius uidens quantis malis ciuitas ab hoste affecta esset, sua liberalitate quãtum potuit ciues ad extremam paupertatẽ redactos, recreauit: amauit doctos, promouitq; plurimum *Delphinus uenit in Alsatiã.*

Rubeacum doctos produxit uiros.

plurimum. A quo tempore Rubeaquum(abſit inuidia dicto)doctiſſimos uiros, qui diuerſorum principum aulas ornarunt,ueluti ex equo Troiano ꝯdidit, exteris potius quàm ſibi. Obijt autem princeps ille illuſtris apud Rubeaquenſes anno 1471. uectusq; eſt Argentinam & ibi ſepultus. Mortuo autem Ruperto cui Conradus ſponte ceſſerat,Albertus Rheni Palatinus,Bauariæ dux,filius Ottonis reſidentis apud Nouum forum,anno milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo octauo electus in epiſcopum,arcem Iſenburg Martis impobitate multis in locis deſtructam,& à Friderico à Blanckẽheim, ob bellum quod cum Argentinenſibus geſſerat,nec à Conrado à Buſnang propter abdicatum epiſcopatum,nõdum omnibus locis reſtauratam,abſoluit. Guilhelmus autem comes ab Honſtein Argentinẽ epiſcopus,principum aliquot habitationibus ac aulis ampliſſimis,uerſus ſolis exortum magnificis demum impenſis ornauit,anno domini 1536.

Hatſtat ſuperius.



INitio uocata fuit arx iſta Barbenſtein,conſtructaq; circa annum Chriſti 960. ab Hermanno comite Kiburgenſi,conſentiente domino Brunone à Therberg,abbate ad ſanctum Marcum,qui locus hodie appellatur ad ſanctum Sigiſmundum. Anno Chriſti 1466. fuit arx iſta,ſita uno miliario à Rubeaquo in ædito monte,in nouembri aſſenſu principis Palatini Rheni,qui tunc aduocatiam tenebat Alſatiæ, a ciuibus oppidi Munſter haud procul ab arce diſtantis,obruta,occupata,ſpoliata & igne accenſa,prefecto arcis abſente, qui nihil metuẽs abierat in Herliſsheim ad balneũ. Durante autem incendio octo diebus,turriq; firmiter ſtante,redierunt dicti ciues Monaſterienſes,& ſuffoſſa turri atq; ſubmiſſo puluere bombardico igne deiecerunt eam. Continuerant ſe in hac arce raptores quidam, qui inde ducẽ Lotharingiæ ſuis prædationibus laceſſebant,ſicut & comes quidam de Lupfen hinc principẽ Palatinũ qui in Keiſerſpergo aduocatiæ ſuæ oppido morabat, armis ſtatuerat petere.

Egisheim.


OPpidulũ eſt Egisheim,habens à tergo tres arces montanas,quæ olim manſio fuerunt illuſtrium comitum,quorum iam in Murbacenſi deſcriptione fecimus mentionem. Fuerunt anno Chriſti 948. comites Egisheimenſes Conſtantiæ in tertio torneamẽto,quod ibi celebrauit Ludolfus dux Sueuiæ. Anno Chriſti 1144. cœptum eſt monaſterium Beris in Lotharingiæ montibus ſitum, ab Hugone comite Egisheimenſi & Vdalricho comite Pfirtenſi atq; Vdalricho comite Dagſpergenſi. Quando uero comitatus iſte defecerit à prima linea,non inueni. Habent hodie feudum eius nobiles quidam.

Monaſterium in ualle ſancti Gregorii.

CIrca annum Chriſti quingenteſimum triceſimum quartum uenerũt è Roma uiri quidam religioſi ad loca deſerta Voſagi montis,cœperuntq; ſibi in eiſdẽ perplexis locis extruere caſas,ubi deo ſeruirent. Deinde anno domini 660. fundauit ibidem Hildericus rex Auſtraſiæ monaſterium & abbatiam ordinis ſancti Benedicti in honorẽ glorioſæ uirginis Mariæ & apoſtolorũ Petri & Pauli atq; ſancti Gregorij unde & locus ille atq; uallis uocata eſt uallis ſancti Gregorij. Præfuerũt huic monaſterio abbates Hetto,Remigius & Rachio,qui poſtea ſub Carolo magno facti ſunt epiſcopi Argentinenſi: & Wichardus abbas quoq; huius loci,factus eſt archiepiſcopus Biſontinus ſub Ottone tertio. Creuit quoq; ibidẽ oppidũ eiuſdẽ nominis, Germanice Munſter, quod unà cum

cum habitatoribus totius uallis rerum ibi potitur, habēs ab imperio priuilegia haud secus atq; Colmaria, Keiserspergum & alia oppida imperialia. Consistit uictus incolarum in pecore, nam habent optima in summis montibus pascua.

Rapoltstein.



QVum Conradus secundus præesset imperio Romano, factū est ut duo nobiles principes Spoletani fratres, Romanorum uiribus pellerētur Italia uenirēt̄q; in Germaniā. Vnus eorū fixit sedem in Nigra sylua, in castro quodam Vrslingen dicto, non multum ab imperiali ciuitate Rotwila distante, quod aliquando à ducibus Vrslingensibus constructum & inhabitatum fuerat, qui ab Vrsinorum familia descenderāt, & ante multos annos è Roma pulsi locum illum inhabitauerant, iamq; sine hærede mortui fuerant. Cum uero Spoletani isti ab Vrsinorū quoq; genere descendissent, laborabat unus eorum pro dicto castro, obtinuit̄q; à Cæsare Conrado pro se & suis posteris. Habebat autem in insignibus suis tres clypeos in campo candido. Vnde & posteri eius extruxerunt in Kintzigera ualle arcē, quā uocauerunt Schiltach & aliam in Nigra sylua quam appellabant Schilteck. Vocant enim Germani clypeum schilt. Alter frater delegit sibi locum māsionis in Alsatia, obtinuit̄q; dominium in fauce montium, quod hodie Rapoltstein appellant, est̄q; feudum à diœcesi Basiliensi. Is ergo & posteri eius condiderunt tres illas arces in uno monte per modum trianguli sitas atq; oppidum ipsum, & appellarunt iuxta nomen suæ familiæ Rockspoletin, relicto̊q; principatus titulo, uoluerūt simpliciter uocari domini de Rockspoletin. Successu uero temporum mutatum est nomen à Germanis, migrauit̄q; Rockspoletin in Rapoltstein, oppidum uero appellatum est Rapoltzwyl. Hinc quoq; est quod domini de Rapoltstein & duces Vrslingenses semper eisdem usi fuerunt insignibus, tres scilicet rubeos clypeos spacio albo inscribentes.

De nobilibus qui subiectam habent Alsatiam.



MAgna est in Alsatia nobilium multitudo, qui oppida et arces habent in pede montium atq; in planicie terræ, nempe comes de Sultz, comes de Egisheim cuius tamen successio iam diu interrupta est, domini de Rapoltstein, quibus parent Rapoltzwyl, Gemer, Cellenberg oppidum & castrum, nobiles ab Hatstat, à Polwiler, ab Andlow, à Landsperg, ab Vtenheim, & alij multi. Habent & comites Wirtenbergenses ditionem amœnam in ea regione, nempe comitatum Horburgē, cui nostro æuo præest Georgius comes à Wirtenberg, habet̄q; sub suo dominio oppidum Reichenwyer, ubi optimum in Alsatia crescit uinum. Quin & comites Lupffenses habēt in hac regione dominiolū aliquod, nempe Vngerischen, Ammerswyl, Kōnsheim & quædam alia loca. Residuum terræ est uel episcopi Argentinēsis uel domus Austriæ, præter has imperiales ciuitates Colmariam, Selestadium, Argentinam, Turckheim, Keiserspergum, Hagenoiam, Mūster in ualle Gregoriana, Rosheim, superiorem Ehenheim, quę uulgo Nehen appellatur, super quibus princeps Palatinus aduocatiā imperialem habet, solet̄q; habere in ciuitate Hagenoiensi præfectum. Oppidulum sancti Hyppoliti est ducis Lotharingiæ & oppidum sanctæ Crucis ducum Austriæ.

Colmaria,

Colmaria.

EST Colmaria imperialis & elegans ciuitas, excitata olim, ut putant, poſt excidiũ Argentuariæ, (quæ hodie comitatus eſt Horburgenſis) optimo loco ſita, quæ multis retroactis temporibus aliquandiu afflicta fuit. Nã priuſquam Rudolfus Habſpurgenſis Romani regni coronam adipiſceretur, erant factiones in ciuitate, quidã eũ adhærebant epiſcopo Argentinenſi, amotusq; fuit propterea ab officio Scultetus Roſſelman. Qui id ægreferens adiunxit ſe memorato comiti Rudolfo, captoq; conſilio fecit ſe in uaſe uinario inferri in ciuitatem ad propinquos & amicos ſuos, quibuſcum tantum egit ut noctu porta una aperiretur atq; comes Rudolfus intromitteretur cum exercitu ſuo, quem ciues nollent uellent coacti fuerunt ſuſcipere dominum. Poſtea anno 1262. tẽtabat epiſcopus Argentinenſis cum auxilio nobilium, qui per circuitum ciuitatis habitabant, ciuitatẽ rurſum occupare. Vnde noctu appropinquantes, auxilio quorundam ciuium intromiſſi, magnam intra mœnia excitarunt tragœdiam, excitataq; pugna interfecerunt Scultetum. At ciues tam uiriliter reſiſtebant hoſti, ut multis occiſis reliquos pellerent utbe. Cumq; in ſubſequentibus annis Rudolfus eligeretur in Romanorum regem, & Colmarienſes nollent eum agnoſcere regem, mouit rex expeditionem contra eos, obſidioneq; cingẽs, mulctauit eos pro quatuor milibus marcarum argenti. Deinde anno Chriſti 1292. obſedit hãc ciuitatem ſibi rebellem, Adolfus comes de Naſſow rex Romanorum, cepitq; Anshelmũ dominum à Rapolſtein & Scultetum, ſeu præfectũ ciuitatis, ſecumq; abduxit, id quod ſuprà quoq; commemorauí. Collegiũ Canonicorũ diui Martini illic, Prioratus fuit quondam Benedictinorum, ad monaſterium uallis diui Gregorij pertinens, ut alter ibidem, qui diui Petri dicitur, ad Paterniacum. Inſtitutricẽ cõmemorãt Berthã Reginam, ad cuius iuriſdictionem nonnulla ex parte ſpectauit olim Colmaria. Vnde etiam magni illinc Conſtantienſi præpoſituræ prouentus, quos ei eccleſiæ hęc nobiliſſima donauit matrona. Cinxit muro hanc ciuitatem Wolphelinus Cæſareus apud Hagenoiam præfectus, imperante Friderico ſecũdo. Iacet in fertili planicie, à montibus itinere unius horæ ſemota, habẽs circum circa copiam uini & frumenti ex terra redundantem, maxime autem præſtat terra illa frumento, cepis, alijſq; hortalicijs. Tenet ciuitas iſta medium Alſaciæ, diſtans uno miliario à Keiſerſperg, Ammerſweiler, Reichenwyer & Rapoltzwyer, quibus in locis optimum creſcit uinum & excellentius quod in Alſatia inuenitur. Alluitur ciuitas ipſa multis accurrentibus riuulis amnium, præſertim his, Louch, Dur, Fæcht, Ill, & quibuſdam alijs minus celebribus, quorum quidam per prædia Colmarienſium fluunt, fœcundioremq; reddunt terræ fundum. Quando iacta fuerint prima huius loci fundamenta, incolæ planè ignorant: non tamen apud me dubiũ eſt, quin una ſit ex uetuſtioribus ciuitatibus, quæ in tractu Rheni à parte Galliarum inueniuntur mutato priſtino nomine in nouum quod hodie habet. Indicant tot monaſteria uirorum & mulierum, quæ habet ciuitas iſta, quam potens & opulẽta fuerit iam à multis annis. Berthrada regina mater Caroli magni largita eſt Cõſtantienſi ſedi prædia ſua & uectigal quod in uico Colmariẽſi dotis nomine poſſidebat. Vnde hiſtoria Guelforum habet, quod diuus Conradus epiſcopus Conſtantienſis hoc oppidum commutatum pro alijs locis acceperit à fratre ſuo Rudolfo.

CIVITAS COLMARI


ensis, genuina delineatione ad suam figuram,

quam nostro æuo in mœnibus & præcipuis eius ædificijs habet, expressa. quam prudentiſ-
simus eius senatus non illibenter ad meam sollicitationem pingi curauit, misitq; inseren-
dam Cosmographico huic operi, gratificaturus per id bonis quibusq; uiris, qui historica
atq; cosmographica delectantur lectione. Nec priuandus est hic sua laude spectatiſſimus il
le atq; doctissimus uir, D. Hieronymus Bonerus eiusdē ciuitatis summus moderator, qui
primus inter Germanos pro meo iuuando instituto huc contulit operam suam, quan
tum attinet ad ciuitatis picturam & peculiarem descriptionem. Nam is
apud senatum effecit, ut ciuitatis pictura pararetur,
mea prouocatus supplicatione.


Colmarienſis ciuitatis & circumia[centium] picturata



& circa ictis agri pictura ad uiuum expressa.



Colmarienſis ciuitatis & circumiacentis agri pictura ad uiuum expreſſa.



Seleſtadium.

CIncta eſt muro hæc ciuitas Seleſtadienſis ſicut & Colmaria anno Chriſti 1216. aut circa illud tempus, ſub Friderico ſecundo. Antea uero, nempe circa annum Chriſti 1044. ſub Henrico quarto Hildegardis ducilla Sueuiæ conſtruxit in iſto loco templum iuxta figuram et formam templi Ieroſolymitani, quod paulo poſt filius eius Otto epiſcopus Argentinenſis dedicauit diuæ uirgini Fidei, tradiditq; monachis in habitandum. Qui breui adeo opibus pollere cœperunt, ut monaſterium creſceret in præpoſituram: unde præficiendorum magiſtratuum ius aliquandiu fuit apud Præpoſitum diuæ fidei. Sed Cæſar, cui hic etiam nonnihil ditionis eſſet, facile impetrauit, id aliunde compenſans, ut in conſortium reciperetur. Is fuit Fridericus ſecũdus. Sicq; amborum pari poteſtate reſpublica adminiſtrabatur & uectigal æqualiter diuidebatur. Prętorem aũt quem Scultetum uocant, alternis annis per uices dabant. Id durauit uſq; ad tempora Rudolfi Cæſaris, qui ſui præceſſoris approbata cõmutatione, totam iuriſditionem imperio Romano uendicauit. Hæc ex Beato Rhenano, cuius natale ſolum fuit Seleſtadium. Haud procul à Seleſtadio in montibus Lotharingicis eſt monaſterium ordinis ſancti Benedicti nomine Haugshofen, cuius fundatores fuerunt cõmites & fratres Hugo atq; Albertus. Hugo factus eſt abbas illius monaſterij, Albertus uero reſidebat in arce Ortenberg, cuius ſitus eſt in Weilerthal, quæ uallis ab Alberto quoq; nomen accepit, ut plerunq; hodie nominẽ Alberti uallis. Quũ anno Chriſti 1444. ſub concilio Baſilienſi Ludouicus Delphinus, primogenitus Caroli regis Francorum in Alſatiam cum grandi exercitu ſeſe effunderet, cuius milites Armeniaci & uulgo excoriatores uocabantur, & deuaſtaret Alſatiam, exureret uillas & arces, nemini parceret, non pueris neq; ſenibus, non fœminis neque uiris, ſed paſſim in omnes ſæuiret, factum eſt ſequenti anno 1445. die Iouis ante Palmarum, ut decẽ millia Armeniacorum tranſcenderent culmen montis, quod uulgo Furſt uocant, rectaq; peterent Galliam, præmiſſis nudis & inermibus, ne ab incolis interficerentur, & interim circiter quadringenti ex Seleſtadio, Leberoia & Wilero inſidias poſuerunt in receſſibus montium, ſubitoq; magno clamore & fremitu irruerunt in armatos Armeniacos, & truci darunt quaſi trecentos in anguſto terræ ſpacio, ceperunt quadringẽtos equos, nouẽ bombardas, octo ſigna, & aliquot cataphractorum integra arma. Inter occiſos hoſtes fuit adoleſcens quidam dux, & Landgrauius unus, uterq; ex Scotia natus, ſororius regis Francię, Delphini marſcalcus. Inuentum quoq; fuit ibi uexillum Helueticum, prope Baſileam ab Armeniacis obtentum. Eſt autem Seleſtadium in firmiſſimo ſitum loco, habens ab uno latere, nempe uerſus Rhenum paludes impermeabiles. Ab oppoſito uero latere, ad occidentem ſcilicet uſq; ad Lotharingiæ montes habet ſolum fœcundiſſimum, uinũ colligens & caſtaneas in montibus, atq; frumenti abundantiam in planicie. Ciuitatis figuram liberaliter exhibuit magiſtratus, petitioni meæ in hac re facile auſcultans.

Haugßhofen. — de Hausminge Alberti Argentinen. epi 14.

Armeniaci.

Stratagema Seleſtadienſium.

Andlouu.


CArolus cognomento Craſſus habuit uxorem Richardin regis Scotiæ filiam, fœminam ſanctimonia uitæ & caſtitate inſignem. Cui cum adulterij crimen obijceret maritus, quod familiarius ageret cum Luitwaldo Vercellenſi epiſcopo, unico ſuo conſiliario, cui rerum ſuarum adminiſtrationem omnem conceſſerat, factus zelotypus ac delirus, uxorem in cõtionem uocat, iurat ab ſe integram hactenus relictam, nec ullo concubitu contigiſſe. Caſta fœmina quæ impotentiam uiri tot annis cælauit, bene inquit ſe res habet, afferte obſtetrices & mulieres honeſtas, quæ meam integritatem atteſtentur: nec amplius tali marito cohabitabo. Si uultis inſuper ignitis uomeribus caſtitatem meam palã cunctis faciam. Facto itaq; diſſidio, et acceptis bonis ſuis in Alſatia monaſterium conſtruxit ſacrarum uirginum, quod hodie Andlow appellatur, ac deo ſe dicat, ubi ſepulta iacet. Facta ſunt iſta circa annum Chriſti 888. Carolus uero maritus ſepultus fuit in Reichenow prope Conſtantiam.

De

CIVITAS SELESTADI

ensis, deformata iuxta figuram quam hodie habet, adiectis montibus, qui à tergo Lotharingiam disterminãt ab Alsatia. Misit autem huius ciuitatis picturã prudens eius senatus, qui & ipse de posteritate cupit bene mereri. Nec mihi dubiũ, si Beatus Rhenanus bonæ memoriæ, cuius hæc urbs patria fuit, superuixisset, omnia absolutiora exhibita fuissent.


Seleſtadium uulgo Schletſtat, ciuitas im in medio



t, ciuita- rialis, in medio Alsatiæ optimo loco sita.



Seleſtadium uulgo Schletſtat, ciuitas imperialis, in medio Alſatiæ optimo loco ſita.



De monte ſanctæ Otiliæ & de Landgrauiatu Alſatiæ.

IAm quoq; ſuprà meminimus, quomodo Hildericus rex Franciæ anno Chriſti 680. cõtulerit affini ſuo duci Etticoni Alſatiam, feceritq; eum ducem. Sunt qui eum uocant Adalricum, alij Atticum, tertij Eticonem. Reſidentia eius erat in ſuperiori Nehen, cõuertitq; arcem Hohenburg in cœnobium uirginum, cui filiam ſuam Otiliam præfecit abbatiſſam. Succeſſit ei inducatu Alſatiæ filius eius Adelprechtus, qui ſagitta ictus interijt, cuius filia Athala unà cum patre fundauit monaſterium ſancti Stephani Argentinæ factaq; eſt abbatiſſa in eo. Deinde tempore Ottonis primi, comites Kyburgenſes, qui de ſanguine eiuſdem Imperatoris erant, potiti ſunt rerum in Alſatia. Sunt qui uolunt eos factos Landgrauios Alſatiæ, alij uero dicunt ab Ottone tertio Alſatiam primum in Landgrauiatus duos erectam, peruenitq; tandem Landgrauiatus ſuperior, qui continet oppidum Einſsheim & circumiacentia quæq; loca, ad comites Habſpurgenſes. Anno quoque Chriſti 1238. quum Henricus Landgrauius inferioris Alſatiæ abſq; prole decederet & comites Otingenſes aliquid iuris ad dominium illud haberent, numerauit eis epiſcopus Argentinenſis certam ſummam pecunię, uendicauitq; ſibi inferiorem Landgrauiatum, quem & in hunc uſq; poſſidet diem.

Duo Landgrauiatus.

Argentina, uulgo Straſsburg.

Picturam urbis iam obtinere nequiuimus

ARgentoratum uulgo Straſsburg olim mediocre fuit oppidum, hodie uero eminẽtiſſima eſt urbs. Habuit olim comitem rei militaris, qui dictus eſt Argentoratenſis, ſicut & tota Tribocorum regio quam hodie uocant Alſatiam, Tractus Argẽtoratenſis fuit appellata. Quod quidam uero ſcribunt ante Iulij Cæſaris tempora in Argentorato cameram fuiſſe Rom. tributorum, atq; ob id eam urbem dictam Argentinam, alij putant fabulam eſſe, quum Romani olim Rationalem ſummarum in Galliis habuerint, & præpoſitum theſaurorum apud Treuiros, atq; illic etiam procuratorem monetæ. Quapropter quum comiti Argentoratenſi in ſtipendia militum pecunijs opus eſſet, aliunde haud dubie ſuppeditabatur. De exordio huius ciuitatis nihil certi habetur. Sũt tamen qui putant eam conditam unà cum Treueri, & quemadmodum Treueris à ſuo conditore Trebeta hoc nomen accepit, ita quoq; Argentoratum ab eodem Trebesburgum aut Tyrasburgum primo fuerit uocatũ, ac deinde mutatis aut additis aliquibus literis degenerauerit in Strasburgum. Sunt alij qui hanc nominis mutationem adſcribunt Attilæ tyrannidi, qui cum iſtam diruiſſet urbem unà cum multis alijs Germaniæ ciuitatibus, undiq; fecit eam peruiam: ut cunctis aduenientibus ſine difficultate uia libera pateret in eã, poſt quod factum, uulgo dicta fuit Straſsburg, id eſt, Stratopolis. Quicquid de uocabulo ſit, hoc certum eſt, urbem ipſam ab antiquo ſemper celebrem fuiſſe, quin & feliciſſima illa Iuliani cum Alemannis pugna, eam adhuc nobiliorem apud ueteres fecit. Octo enim reges Alemannorum coniunctis uiribus, Rhenum cum Iuliano pugnaturi tranſcenderunt, & apud Argentoratum ſua fixere caſtra. Cæſar relictis tribus tabernis, quod munimentũ tum reparabat, Alemannis obuiam proficiſcitur. Conſerũtur manus, equitum cuneos primum noſtri diſiecere, ſed pedites fortiter reſtiterunt. Hos inclinatos auxiliares Batauí reſtituunt Itaq; uincunt Romani. Capitur ingens ille & obeſi corporis Chondomarius Alemannorũ rex. Iulianus uero occiſorũ corporibus humari iuſſis, per tres tabernas prædã omnem cum captiuis in Mediomatricos aduehendam curauit. Ipſe mox Mogunciacum eſt profectus, & illic ponte tranſito terras Alemãnorum intrauit. Iulianus aſtu cum illis agendum ratus, noctu manum militum nauigijs impoſuit, iuſſitq; ut egreſſi tum ferro tum flammis omnia uaſtarent. Quum poſtero die fumum hinc inde uidiſſent Alemanni, perterriti trans Mœnum amnem aufugerunt. Multum damni tum Alemannis illatum eſt. Nã abacta pecora, uillæ & domus exuſtæ, frumenta aſportata, abducti captiui. Fuit autem Argentoratum primo tributarium Treuirenſibus, deinde Romanis ſubiectũ. Tertio paruit regibus Francorum, præſertim eo tempore quando Franci bonam Germaniæ partẽ ſubactam habuerunt, inter quos Dagobertus magnus inſtituit epiſcopatum Argentoratenſem in eccleſia beatæ uirginis, quã præceſſor eius Clodoueus, primus Chriſtianus rex, funda

Quare Straſsburg.

Ingens Alemãnorum cædes.

Epiſcopatus Argentoratenſis.

fundauerat, traditíq; Amãdo epíſcopo & ſucceſſoribus eius omne ius quod ipſe habuit in urbe atq; Alſatia de quo paulo pòſt. Deinde incorporata eſt urbs imperio, numeratq; hodie prima inter liberas ciuitates. Abundat autem omnibus bonis, excellitq; in opibus cunctas Rheni ciuitates. Habet miram copiam uini & frumenti, utpote quæ ſitum in optimo habet fundo, etiamſi oleribus & radicibus ferendis accommodatior ſit quam uino producendo. Inueniũtur in ea urbe aliquot centeni hortulani, qui annuatim magnum faciunt quæſtum ex rapis, cepis, raphanis, napis, caulibus, papauere, aliiſq; holeribus, quæ feliciſſime ibi proueniunt atq; in tanta creſcunt ubertate, ut nullus ei in Germania comparandus ſit locus quantum ad hæc attinet terræ naſcentia. Habet urbs ipſa præter Rhenum & alios multos accurrẽtes amnes. Ab oriente enim uenit ex Martiana ſylua Kintzgus fluuius, qui ſecum magnam adfert uim trabium ædificijs aptarum. Ex







Sunggoia atq; ab auſtro affluit Illa amnis, & ab occidente Bruſchus, qui ciuitatem in duas, impares tamen, diuidit partes. Habet quoq; ciuitas iſta nobile & ingens quoddam opus, cuius ſimile nec in Germania neque in Italia aut Gallia inuenitur, nempe ſumptuoſiſſimã illã turrim, quæ anno Chriſti 1277. inchoata eſt atq; 28 annis ferè uſq; ad faſtigium conſummata. Hæc ab ipſis fundamentis uſq; ad ſupremum culmen quadris & pulchrè figuratis lapidibus eſt erecta. Eruinus de Steinbach prima poſuit fundamenta, ideam ipſam concepit atq; architectum ad conſummationem eius egit. Vbiq; aeri & uento eſt peruia, patetq; aſcenſus eius quatuor cochleis. Vbi uero craſſities eius in faſtigium incipit acuminari, ibi octo cõſurgunt cochleæ. Supremus nodus, qui inferius uix modij magnitudinem habere uidetur, tantus eſt, ut capacitas eius recipiat quinq; aut ſex perſonatos homines. Longitudo eius habet pedes geometricos 574. Artificium eius olim annumeratum fuiſſet ſeptem miraculis mundi. Paulo ante erectionem huius turris, anno ſcilicet 1261. facta eſt magna contentio inter Hẽricum epiſcopum Argentinenſem de Staheleck & ſucceſſorem eius Walcherum de Geroltzeck & inter ciuitatem ipſam ſuper quibuſdam iuribus, adeoq; epiſcopus cœpit furere in ciues, ut prohiberet ſacerdotibus ne pueros ciuium baptiſarent aut cuiquam ſacramenta miniſtrarent. Et interea poſterior epiſcopus Walcherus cõtractis undiq; copijs, obſidione cinxit ciuitatẽ ipſam. Ciues uero ſeſe mutuo cohortantes inito conflictu poſt multam ſtragem epiſcopi exercitus uictus eſt. Interierunt de exercitu epiſcopi 60 nobiles, inter quos fuerat comes unus de Tierſtein, & Hermannus de Geroldeck frater epiſcopi, & populares multi. Fuerunt quoq; multi capti & in ciuitatem ducti, multa etiã damna utrinq; illata. Poſtremo mortuo epiſcopo, pax eſt reformata. Circa annum Chriſti 1348. tãta fuit peſtis per Europã graſſans, qualẽ in hiſtorijs nemo legerat fuiſſe inter mortales. Fuerant autem de ea infamati Iudæi quod eam procurauerint fontibus infectis, & propterea cremati ſunt ubiq; locorum. Habitus fuit etiam ſuper hac re tractatus in Benfeld oppido Alſatiæ, & ut ſcribitur, quidam ex Iudæis inuenti fuerunt ccu omnium maleficiorum autores, atq; in Hiſpania de ueneficijs cõueniſſe. Itẽ de nece multorum puerorum, de falſificatione ſuper debitis inſtrumẽtorum & monetæ, unde plebs furens omnes traxit ad ſupplicium.

Turris elegantiſſima.

Altitudo turris



Iudæi inficiunt fontes.

S Cremati

Cremati ſunt in multis locis Iudæi,& cum euadere ſe non poſſe uiderent ,incluſerunt ſe in domibus & ſeipſos cremauerunt unà cum locis uicinis. Dicitur Moguntiæ hinc tantũ ex citatum ignem,ut magna campana in eccleſia ſancti Quintini ex igne defluxerit. Scribit etiam,quod inuẽti fuerint ſacculi in fontibus ueneno pleni: quapropter fontes & putei ob ſtruebantur & loco aquæ putealis homines utebãtur aqua fluuiatili & pluuiali. Multi etiã ex Iudæis utriuſq; ſexus baptiſati ſunt,pauci amore dei ſed potius timore pœnæ. Ciuſtates imperiales diruerunt domos Iudæorum & ex lapidibus earum atq; cœmiteriorum ipſorum conſtruxerunt turres & muros. In ſumma omnia plena erant tumultibus propter Iudæos. Anno domini 1365. uenit per aſcenſum montium iuxta Tabernam Alſatiæ maxima multitudo hominum,qui Angli dicebantur,numerus eorum, equitum & peditũ, fuit taxatus ad quadraginta millia,& hi per circuitum Argentorati incolis plurima inferebãt damna. Similiter graſſabantur incendijs & rapinis circũ Seleſtadium & Colmariam. Audientes autem illi,Germanos contra ſe maximum collegiſſe exercitum, diſceſſerunt poſt quam integro ferè menſe Alſatiam incommodarũt. Deinde anno 1375 uenit adhuc maior graſſatorum multitudo,qui & ipſi Angli fuerunt uocati, perpetratiſq; in inferiori Alſatia multis malis,feſtinarunt ad Heluetios,apud quos plurimos amiſerunt,ut ſuprà quoque ſignauimus.

Anglorum ex cretio.

De epiſcopatu Argentinenſi.

PVtant quidam Argentinam imperante Nerone à ſancto Materno Petri apoſtoli diſcipulo eiuſq; ſocijs Valerio & Euchario concionantibus accepiſſe euangeliũ Chriſti: ſed non diu perſtitit. Poſtea uero ab epiſcopis eccleſiæ Metẽſis in uiã ueritatis reducta, firmius cœpit adhærere Chriſto. Tunc etiam fuit per Clodouæum regem Galliarum, qui primus inter reges Galliæ Chriſti fidem accepit,circa annum domini 508. conditum templum ſimplex,fuitq; eccleſia Argentineñ ſub epiſcopatu Metenſi uſq; ad Dagobertũ regem,qui fundauit & conſtituit epiſcopatum in hac urbe,ſicut & repurgari fecit epiſcopatus Spirenſem,Wormatienſem & Moguntinenſem,ab Attila miſere uaſtatos & ab Arianis infectos,ac ampliſſimis locupletauit donationibus. Cõſtituitur autem primus epiſcopus S. Amandus Aquitanienſis,qui Sigibertum Dagoberti filium in caſtro Rubeaquenſi,Eiſenburg appellato,baptiſauit. Deinde Arbogaſtus Aquitanus,aut ſecũdum alios Hibernicus,anno Chriſti 645. à Dagoberto epiſcopus & doctor populi Argentinenſis cõſtituitur. Hic orationibus ſuis reſuſcitaſſe dicitur à morte Sigibertum Dagoberti filium, qui in uenatione prope Ebersheimmũſter ab apro percuſſus,poſtero die obierat: pro quo pietatis officio dedit rex eccleſiæ Argentinenſi Rubeaquum cum tota adiacente ditione, quam Mundatum ſeu Manudatum uocant. Obijt autem Arbogaſtus anno 658. ſucceſſitq; ei Rotharius. Poſt Rotharium uocatur ad epiſcopatum Florentius Scotus,ſocius Arbogaſti anno Chriſti 663. qui regis filiam cæcam ac mutam natam ſuis orationibus & uidere & loqui fecit,ut paulo poſt dicemus. Tres abbates uallis Gregorianæ uocati fuerunt ad epiſcopatum Argentinenſem. Sub Regenhardo epiſcopo conſtructum fuit cœnobium Andlow à Richardi imperatrice. Anno Chriſti 997. fuit Wilderolfus epiſcopus deuoratus à muribus arcano ſed iuſto iudicio dei. Anno domini 1006. factus eſt epiſcopus Wernharius,qui cœpit templum ligneum Argentinenſe ex fundamentis renouare quadratis lapidibus. Hetzelinus qui anno Chriſti 1047. factus eſt epiſcopus, uſus eſt, ſicut & anteceſſores eius hoc titulo: Indignus dei gratia paſtor Argentinenſis. Tertius poſt ipſum Otto comes de Staufen cœpit unà cum matre Seleſtadij conſtruere præpoſituram S. Fidis. Sub Henrico uero barone ab Haſenburg,qui anno Chriſti 1180. uocatus fuit ad põtificatum fundatum fuit cœnobium Trutenhauſium. Anno Chriſti 1260. electus fuit Waltherus de Geroltzeck, qui atrox ac funeſtum biẽnale bellum,epiſcopatui ſumme pernicioſum geſſit contra S.P.Q. Argentinenſem,euocato prius ex Argentina uniuerſo clero ſuo. Poſt uarios autem conflictus,ingenti prælio uictus eſt non procul ab Argentina, etſi ipſe tam ſtrenue pugnarit,ut confoſſis ſub ſe duobus equis,in tertium etiam inſilierit. Videns autem omnia eſſe deſperata & ſuos miſerrime cædi, ipſe fuga ſibi conſulens uix elapſus eſt cũ paucis. Videns præterea in quantas calamitates induxiſſet eccleſiam ſuã, dolore animi potius quam corporis aliqua ægritudine ex hac uita migrauit anno 1263, Sequi-

tus

tus eſt hunc Waltherum in pontificatu Henricus à Geroltzeck ex Waſgoia, atq; eum Cõ radus baro de Liechtenberg, ſub quo inchoata eſt primum à ſenatu populoq; Argentinẽ ſi inſignis illa & admirabilis baſilicæ turris, totius Germaniæ ſpectaculum & ornamentũ.

Anno 1328. electus eſt in epiſcopum Bertholdus comes à Bucheck, ſub quo cœpit conſtrui à quibuſdam ciuibus Carthuſia Argentinenſis. Idem ipſe muniuit mœnibus & foſſis ad uim ſuſtinendum Tanbachium oppidum. Succeſſor uero eius Iohannes baro Liechtẽbergius emit à Iohanne ultimo Alſatiæ prouinciæ comite inferiorem Landgrauiatum anno ſalutis 1358. Cæterum anno Chriſti 1439. electi ſunt in diſcordia Conradus à Buſnãg & Rupertus Palatinus Rheni, ſed Conradus cedens duci Ruperto ſedit in Rubeaquo annis 32. Rupertus uero Stephani Palatini filius ingreſſus eſt Argentinã inſigni pompa. Comitabantur eum pater Stephanus & fratres eius, plurimiq; comites & barones. Poſt eum electus eſt anno 1478. Albertus Palatinus, dux Bauariæ, filius Ottonis ducis apud Nouũforum reſidentis, præfuitq; annis 27. Ipſe renouauit caſtrum Eiſenburg in Rubeaquo. Obijt anno 1506. ſubſecutiq; ſunt eum Guilelmus comes de Honſtein qui ſedit annis 35. & Eraſmus pincerna de Limburg, qui hodie præeſt.

Haſsle.

ANno Chriſti 660. ſucceſſit in epiſcopatu Argentinenſi diuo Arbogaſto ſanctus Florentius, qui uenerat ex Scotia in Alſatiam, conſederatq; ad Bruſcham fluuium in loco ubi hodie Haſsle oppidum extructum inuenitur. Cum autem ibi ſanctam ageret uitam, præcibusq; ſuis obtinuiſſet ut Rathilda filia Dagoberti regis Francorum cæca & ſurda curaretur, tradidit illi & cunctis ſucceſſoribus eius rex locum Haſsle cum omnibus agris & iuribus eius perpetuo poſſidendis. Florentius uero fundato à ſe in eo loco monaſterio, ſepultus eſt ibi poſt mortem ſuam. Dagobertus quoq; gratum cupiens domino pro accepto beneficio offerre animum, duodecim dicitur extruxiſſe monaſteria in illo tractu Rheni, nempe Ebersheimenſe, Wyſſenburgenſe, Surburgenſe, Clingẽmonaſterienſe, &c. quæ fere omnia in collegia ſacerdotum ſunt commutata.

Taberna, uulgo Zabernia.



SIcut ex Turego Germani fecerũt Zuregum, uulgo Zurch, ſic ex Taberna facta eſt Zabernia, et ex Tugio Zugium. Taberna fuit munimẽtum Rom. ad prohibendas Alemannorũ in Galliã incurſiones, ubi hodie præſulis Argentoratenſis eſt domicilium & curia. Hoc munimentum ab Alemannis dirutũ, Ammianus ſcribit Iulianum Cæſarem reſtituiſſe. Conuerſus, inquit, Iulianus ad reparandas tres tabernas, &c. Sunt qui aiunt Tabernam Alſaticam, de qua nunc agimus, conditam à Iulio Cæſare, qui taxauit in Kalendario annum ad 52. ſeptimanas & 365. dies. Cõformiter enim mœnijs Tabernæ adiecit 52 turres, atq; murũ diſcriminauit in 365. mœnia, ſeptem ſcilicet inter duas turres ponens pinnas. Abundat locus iſte uino & frumẽto omnibusq; rebus uſui humano neceſſarijs. Anno Chriſti 1525. occiſa fuerunt in hoc oppido & extra mœnia eius aliquot milia ſeditioſorum ruſticorũ à duce Lotharingiæ, ſpacio trium horarũ. Ac deinde

Mœnia repræſentant annũ.

Ruſticorum ſeditio.

post quatriduum, idem princeps iuxta uicum Scherwyler, qui medio miliario distat à Selestadio occidit iterum aliquot millia rusticorum. Fuit eo anno ferè tota Germania horribiliter commota propter miserorum rusticorũ seditionem, qui ubicq; cõtra dominos suos surrexerunt, sub specie euangelij promouendi multa iniqua molientes. Volebant enim liberi esse à dandis censibus, decimis, uectigalibus & alijs oneribus, cõscribentes articulos de libertate Christiana, inter quos potissimus erat, tributa non pendenda magistratui. Ex hac doctrina spe libertatis acquirendæ, maxima pars rusticorum accensa, arma ceperũt aduersus legitimos magistratus, monachos & sacerdotes. Vnde diruebant & comburebãt cœnobia, demoliebantur arces & quicquid erat nobilium & religiosorum deuastabant. Subijciebant sibi multas ciuitates. Sumpsit malum illud exordium in Nigra sylua, breuiq; serpsit in Brisgoiam, Alsatiam, Marcham Badensem, Palatinatum, Sueuorũ terram, Wyrtenbergensem ditionẽ, Franconiam, etc. Nemo tutus erat, qui erat ex numero principũ, nobilium, episcoporum, sacerdotũ, monachorum & monialium, quousq; tãdem liga Sueuica & quidam principes atq; antistites præsidia sua, in unum conferentes & in dies fortiores seipsis euadentes, in multis locis magna ui insaniam eorum repressêrunt, adeo quod intra

Rusticorum seditio.



menses ferè tres supra centena millia rusticorum ceciderunt in conflictu, non aliter atq; pecora trucidati. In Mulnhausen oppido Thuringiæ cõcionator erat Thomas Monetarius dictus, qui palã asseruit ad euertẽdam impiorum tyrannidem sibi Gedeonis gladium cõmissum. Eduxit uulgi cohortes iussitq; nobilium domos diripi & monasteriorum bona compilari. Dum autem plebeiæ copiæ sine ordine prædationibus intendunt, deleuerũt eas Saxoniæ principes & Lantgrauius Hessorũ. Monetarius & sociorũ eius plericq; capti sunt & capite trũcati, pœnasq; impij instituti sui dederunt. Fuit hic Monetarius primus autor phanatici illius erroris anabaptistarum, qui passim multas turbas excitarunt in Germania. Ego, qui hæc scribo, nunq; maiores uidi furias, ter in uitæ discrimen ueniens, dum ab Heidelberga Basileam usq; profiscens per insanorum hominum agmina transire cogerer. Nec tam mihi quam exemplari Hebraico, quod multo tempore conscripseram, metuebam.

Mauri monasterium & Stephani campus.

Stechfeld.

HAud procul à Taberna est monasteriũ & iuxta ipsum oppidulũ quoddã nomine Maursmũster, institutũ à Mauro abbate, quod Theodoricus rex Francorũ anno Christi 725. priuilegijs & alijs beneficijs ornauit atq; dotauit. Est deinde aliud monasterium parum distans à Brocomago, cui à sancto spiritu titulus est, quod dicitur fundasse Lantgrauius quidam Stephanus nomine, à quo etiam nomen accepit. Nã uocatur Stephãsfeld & corrupte Stechfeld. Est in eo loco Brephotrophium, hoc est, domus in qua pueri expositicij aluntur.

S. Waltpurgis, Neoburgum.

ANno Christi 1074. aut secundũ aliorũ calculum 1117. fundatũ est monasteriũ sanctæ Waltpurgis, ordinis sancti Benedicti, situ in sacro foresto haud procul à Surburgo. Autorem institutionis quidam aiunt fuisse Theodoricum comitem de monte Beligardo, alij uero signãt Friderici ducẽ Sueuiæ patrem Friderici Imp. atq; uxorem eius Iuditham. Item anno domini 1128. fundatum est monasterium Neoburgense ordinis sancti Bernhardi, modico interuallo dissitum à sancta Waltpurgi, à quo postea fuit plantatum monasterium Maulbrunnense in ducatu Wyrtenbergensi.

Hagenoia.


Hagenoia.

FVit ciuitas iſta anno Chriſti 1164. à Friderico Barbaroſſa muro clauſa, quum antea uicus eſſet habens adiunctum burgum, in quo principes terræ morabãtur quãdo in Foreſto uenationibus uacabãt. Fundum habet circum mœnia arenoſum, ſed ſterilitatem illam compenſat ager fertilis paulo longius à ciuitate ſemotus. Mirum eſt, quod illis temporibus & longe antè, Auſtraſij ſic habitabant in oppidis, ut nunc in pagis habitatur. Sed quem iuuiſſet opes ſuas in ædificium expendere, cui Germanorum primum, deinde Francorum & Alemannorũ irruptiones perpetuo timendæ erant? Nec magnopere excolebant uel muniebant olim Romani quælibet loca, niſi in quibus crebro uerſabantur, & quæ ad tuendos limites erant idonea, quale erat Maguntiacum, ubi ueterũ ædificiorum & inſcriptionum magna copia eſt, ideo quod Romani ibi ſemper fuerint uerſati, Rheni limitẽ tuentes, & ſub poſterioribus Auguſtis, præfectus militũ armigerorũ & præterea dux militaris, qui multas militũ præfecturas gubernabat, illic ſedẽ ſuã habuerint. Raras itaq; olim Germania habuit ciuitates, id quod & Cornelius teſtatur, qui nullas Germanorum populis urbes tradit habitaſſe. Quid ergo Clau. Ptolemæus, qui non ita multo poſt Tacitum uixit, tam multas Germaniæ recenſet urbes? Veriſimile eſt uicos potius fuiſſe quàm oppida, quos tamen Ptolemæus urbium uocabulo eſt dignatus. Sic itaq; Hagenoia uicus fuit uſq; ad Fridericum primum, ſicut & Colmaria, Seleſtadium & Keiſerſpergum uici fuerunt uſq; ad Fridericum ſecundum.

Olim ciuitates Germaniæ non muratæ.

DESCRIPTIO LINEAE

occiduæ Rheni ab inferiori Alſatia uſq; ad Maguntiacum.



REgio iſta quam hic deſcripturi ſumus, annumerata fuit olim Galliæ ſicut & Alſatia, etiamſi Germani traiecto Rheno illam ante Chriſtum natum inhabitare cœperint, id quod teſtantur Iulius Cæſar & Ammianus Marcellinus, qui Tribotes, & Vangiones, id eſt, Argentoratenſes, Nemetes & Wormacienſes numerãt inter Germanos. Nec obſtat q̃ Dagobertus & Carolus magnus etiã poſt Chriſtũ natũ hæc inhabitarint loca, quũ ipſi fuerint Germani, ſubegerintq; & aliquãdiu poſſederint Galliam, uſq; ad tẽpus Hugonis Capeti, tũc Frãci pertæſi Germanorũ regimẽ, ex ſua gente & lingua uoluerunt habere principem, id quod ſupra in deſcriptione Galliæ prolixius explicui. Porro regio iſta quam nunc luſtramus, appellata fuit tempore Caroli magni Auſtraſia, fuitq;

Auſtraſia regnum.

fuitq; peculiare regnum, complectens Alsatiam, Westricham, Lotharingiam, Brabātiam & Holandiam. Sed non diu hoc durauit regnum. Quemadmodum enim numerosa regū proles sæpe in causa fuit ut regnum unum in multa diuideretur, ita rursum multa regna aliquando per mortem filiorum in unum sunt reuocata. Sueuia, Alemānia, Bauaria & Thuringia, tunc quoq; Austrasiæ regno fuerūt incorporata. Lotharingia sic dicta fuit à Lotharrio nepote Caroli magni, cuius metropolis olim fuit Metis. Defuncto uirili semine & tota successione Caroli magni in Gallia, nouoq; constituto rege, uolebat is Lotharingiam quoq; sibi usurpare, at Imperator Otto primus gladio eam regionem imperio Germanorum subdidit. De quo & in Gallia iam nonnihil diximus.

Westrich, id est, occiduum regnum.

TErra quam uulgo Westrich uocant, late patet uersus Galliam, præsuntq; ei multi comites & principes, nempe dux Zweibrugkensis, id est, gemini pontis, comes Bidiscensis, uulgo Bitsch, dux Lotharingiæ, comites Nassawenses inhabitantes Sarbrugim, comites Leiningenses & episcopus Treuirensis. Sunt qui Westricham putant olim fuisse Neustriam, at illi longe errant, quum Neustria tunc interiora Galliæ occupauerit, puta Nordmannos & Morinos. Rectius ergo sentiunt, qui hanc regionē à Gallis Austrasiam quasi orientalem Austriam dictam putant, à Germanis uero Westricham, id est, occiduum regnum, nam illis erat ad occasum. Sic quoq; Saxones uocati fuerunt Ostphali & Westphali, orientales & occidentales, respectu habito ad Visurgum fluuium: & Gothi distincti fuerunt in Ostrogothos & Wisigothos. Est autem Westricha satis bona terra & hominum habitationi accommoda. Profert frumentum multum sed parum uini. Nutrit plurima pecora & abundat piscinis atq; stagnis, quorum quædā dicuntur extendi ad unum aut duo millia-



ria. Sunt tam piscosa, ut quædam quum ex piscantur dicantur pro aliquot millib. aureorū suppeditare pisces. Nobiles qui præsunt regioni non habent maiores census, quàm quos ex piscinis & uiuarijs leuant. Ita cōmunis ille cœlestis paterfamilias singulis terris aliquid dedit, unde incolę commode sibi pararent uictum. Producit quoque regio ista lapides quosdā insignes, præsertim rubricam fabrilē, quæ in magna copia inuenitur apud oppidum cui nomē est diuus Wendelinus: & aliū lapidē qui Chalcedonius & uulgo Katzedonius uocatur. Is in magna copia hic effoditur, & Friburgū in Brisgoiam delatus, defecatē & politur ut infra in Brisgoia dicemus. Apud sanctum Quirinum uulgo S. Kuri (est uicus) parantur optima specula & alia uitri genera. Sarburgum oppidum imperiale, situm iuxta Sarum fluuium, hodie paret præsuli Treuerensi. In oppido Thus minera est salis. Item iuxta Landsperg effoditur argentum uiuum. Oppidis Sarwerden, Buckenheim, Diemeringen & Phingstingen hodie dominantur comites Nassawenses, qui successerunt comitibus Sarwerdensibus post obitum eorum.

Sarburg.

Lutzelstein.

NOn multū abest hoc oppidū à Taberna Alsatica, habuitq; olim potentes comites. Et quū Burchardus comes à Lutzelstein designatus esset episcopus Argētinensis, essetq; ultimus sui generis, relicta religionis professione uxorem duxit ex qua pater duorū filiorū factus est, Iacobi uidelicet ac Wilhelmi comitū: qui anno Christi millesimo quadringētesimo quinquagesimo tertio indixerūt bellū principi Friderico Palatino, fiduciā habētes in potentissimo duce Burgundiæ. Multis dānis affecerūt Palatinatū, excludētes etiā Palatini principis præfectos, quos in comitatu illo habuit, ab officio suo, pacēq; publicā & fœdus infringētes. Quapropter princeps Palatinus iusto zelo motus, collecto magno exercitu obsedit oppidum & arcem Lutzelstein, nouemq; hebdoma-

hebdomadibus acriter impugnauit, quousq; sui iuris fecit. Comites uero noctu elabẽtes, in exilio mortui sunt. Habet oppidum illud uectigal satis pingue, quum sit angustia quædam inter montes quam Clus uocant, in Westricham transmittens.

De Walsgoia.

VBi apud montes desinit Alsatia, incipit Walsgoia, & porrigitur ad Rhenum usq;. Ab occasu est tota montosa & aspera, abundatq; syluis quercinis, piscinis, uenationibus, auibus, atq; munitissimis arcibus. Potuit aliquando dare in militiã quadringentos equites cataphractos. Habuit dux niger comes Zweibrugkeñ atq; Veldentzensis magnã ditionem in hac regione, sed quã princeps Palatinus Fridericus illi partim eripuit. Abundat arcibus munitissimis, nempe Berbẽstein, Waldeck, Falckẽstein, Lutzelhart, Arnsperg, Freundsperg, Fleckenstein, Hohenberg, Trachenfels, Wachsenburg, Liechtenberg, Ochsenstein, Greifenstein, Erenstein, Kalenfels, Than, Schoneck, Falckenburg, Hartẽburg, Wegelburg, Tryfels, Peylstein, Scharpffenburg, Mertenstein, Dornstein, &c. Item oppida et oppidula, Werd, Anwyler, Than, Liechtnaw, Turckheim, Lindelbrun, Wigelburg, Weissẽburg quæ est ciuitas imperialis, sita ad Lutrã fluuiũ, Sturtzelbrun cœnobium monachorũ. Anno Christi 1523, Ludouicus princeps Palatinus, Philippus Landgrauius & archiepiscopus Treuerensis expugnauerunt multas arces in Walsgoia, nempe Nanstall, Trachenfels, nouam Than, Hohenburg, atq; Ebernburg iuxta Crutznacum, Cronberg ultra Francofordiã, & pleraſq; igne exussserunt. Quin & Frãciscus Sickingensis huius tragœdiæ autor, obsidione in Nanstal arce cinctus, ictu bombardæ læsus interijt.

Arces in Walsgoia.

Franciscus à Sickingen.


Wyssenburgum.

COlligunt quidam ex Ammiano Marcellino, Sebusianos, qui supra Nemetes signantur, olim fuisse Wyssenburgenses. Nam si tollas s primum & mutes b in u, facile ex Sebusio fit Visium, atq; inde Viseburgum, quod Germani cum duplici proferunt u. Est autem insigne & clarum oppidum, ad Vogasi montis radices, situ amœnum, conditum, collibus undiq; humilibus clausum, nemoribus & uarijs arborum generibus ad occidentem felix, tellus cœli benignitate frugifera. oppidũ ab omni parte natura atq; humana firmatum industria. Lutra amnis, cuius fontes in ipsis montibus paulo altius septem millibus passuum ab oppido surgunt, penetratis iam montibus, per mediũ interluitur: qui ubi sub oppidi mœnibus elabitur, stricto alueo duobus millibus passuum præcipiti cursu in Rhenum uno ostio exoneratur. Loci tanta est uetustas, ut etiam apud nullos rerum scriptores eius origo reperiatur. Sed dũ anno Christi 664. Dagobertus Gallorum rex, postq; ob patratam in sancta loca tyrannidem, ad diuinum raptus tribunal, (sic habent literæ fundationis) à diuis pro commisso scelere accusatus, flagellisq; cæsus et ad diui Dionysij preces restitutus esset, in eo loco, quem diu antea Wissenburgium appellatum suis literis declarat, insigne ac regale monasteriũ infinitis extruxit sumptibus, monachis diui Benedicti profitentibus sectam tradidit. Addidit regalibus his ædificijs agrum copiosum atq; fertilem, oppidum ipsum & circum loca, quæ Gallorum tunc parebant imperio, assignauit. Oppida præterea, uillas, arces, uectigalia, immunitates & iura pleraq; contulit: ab omni item regum principumq; iugo exemit. Tanta etiam postea huius cœnobij maiestas fuit, ut marchionem Badensem & ex Palatinatu plerosq; haberet feudales. Aliquanto post Dagobertum regem, Wendelinus abbas oppidum muro quadrato saxo cinxit, turribus, propugnaculis, aggere, uallo, fossis & pomœrijs munsuit, ita paucis temporibus oppidum, natura alioqui munitum, humana industria auxit. Cæterum prudens senatus Wissenburgensis per me sollicitatus, scripsit in hunc modum. Inuenimus in literis antiquis, ciuitatem nostram Wissenburgensem longè præcessisse constructionem monasterij, regesq; Francorum aduocatũ habuisse in ea, à cuius tamen imperio abbas post extructum monasteriũ semper exemptus fuit, sicut & hodie Rom. Imp. aduocatũ habet in ea, qui in criminib. capitalib. nomine imperij ius dicit. Est eñ nostro æuo ciuitas Imp. habetq; agrũ uino ferendo aptissimũ, unde & ciuiũ unicũ & præcipuũ studiũ est, colere uites, sicut & circumlacentium uicorum.

Monasterium Wyssenburgense.

Senatus Wyssenburgensis.

Nec





Castanea.

Nec uulgare ibi crescit uinum, quippe quod defertur in Sueuiam, Bauariam, Westricham, Lutzelburgum, Brabantiam & ad alias inferioris Germaniæ terras. Est etiam limes quidam per circuitum huius ciuitatis factus, alicubi ad unum miliare, alibi uero ad duo miliaria extensus, intra quem multi sunt uici, frumento & uino diuites, qui in fundatione Dagoberti Munus datum, ob cõcessam emunitatem & alia priuilegia uocatur, lapidibus altis & erectis signatus, intra quam septurã omnibus liberum est piscari in Lutra & alijs amnibus, uenari, aucupari in communibus syluis, ligna secare & pecora abigere ad communia loca. Qui uero extra hunc circum habitant, non possunt hæc agere impunes, quum præpositus & consul ciuitatis hic iudices sint designati, possintq; animaduertere in huiusmodi præuaricatores. Siquidem olim abbas, hodie uero præpositus (nam anno Christi 1523. abbatia mutata est in præposituram sacerdotũ) una cum consule & senatu Weissenburgensi habẽt summũ imperium super syluas, amnes & pascua in dicto Munere dato, possuntq; omnia agere ut uidebitur subiectis commodũ, citra cuiusq; contradictionem. Abundant Wyssenburgẽses castaneis illisq; optimis, unde non parum habent lucri. Nam deuehunt̃ post uindemiam usq; ad Thuringos & Saxones. Quin & naues illis oneratæ transmittuntur in partes inferiores, & perueniunt usq; ad Angliam.


Ex literis fundationis monasterij Wyssenburgensis.


DAgobertus magnus diuina clementia rex Frãcorum omnibus regni sui primatibus, imo cunctis Christifidelibus, præsentibus & futuris notum facimus, quod patre meo Clotario defuncto, paterni regni curam suscepi, sed uiuendi ductus leuitate deceptus, regalis officij debitum neglexi, & maxime inter alios excessus meos, ecclesiarum dei destructor & dissipator esse cœperam, nec diuinæ maiestatis oculos nec hominum ueritus acclamationem. Tandem dei benignitas obstinatæ mentis superbiam conterens uirga correctionis, iniquitates meas correxit, & mihi castigato ueniam non negauit, &c. Quasi autem modum pœnitentiæ imponens, in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ, si ad honorem dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum sanctorum, quos magis offenderam, domum diuinis aptam seruitijs construerem, &c. Igitur sub certa spe remissionis peccatorum nostrorum, reddẽres alacri studio uotum quod fecimus, ecclesiam in honore sanctæ trinitatis & sanctæ Mariæ perpetuæ uirginis & sanctorum apostolorũ Petri & Pauli in loco qui dicitur Wyssenburg construximus, quam sublimare & regali munificentia ditare decreuimus, &c. Illud etiam pari decreuimus autoritate, ut nullus pontificum Nemetensis ciuitatis uel reliquorum episcoporum aliquam ibi dominandi uel quaslibet causas agendi habeat facultatem, sed sub nostræ emunitatis defensione pater monasterij omnia possideat, &c. Datum in ipso monasterio mense maio anno regni nostri 23 anno domini 623.


CIVITAS IMPERIALIS Wyſſenburgẽſis haud procul à Rheno ſita,

à prudenti Senatu eiuſdem candidè ad meam ſollicitationem tam in pictura, quàm in ſcriptura tranſmiſſa, noſtræq; Coſmographiæ non ſine ſingulari ornamento & decore incorporata.

T Wyſſenburgum


Syluæ communes ad ſini/
ſtram ciuitatis, iuxta Ru/
dolfi Cæſaris cenſuram.
Mundat ſtein
Septẽtrio
Berbl' ſtein
Mundat ſtein
Occidẽs
S. Peter
Das Bruch
Syluæ communes ad dex
trã ciuitatis Rudol;o dif.
Rode
Ingolham
Mundat ſtein


Weiſſenburg
Mundat ſtein
Mundat ſtein
Otterbach
Mundat ſtein
Stein feld
Der
Kelwig
Kap ßwil
Speier ſtras
Sweigho fen
Orient
Rathus
Augult
Barfuſſer
Banarker
S. Remig
Luter
Aliſtat
Seebach
Rugeiamer ſtras
Mundat ſtein
Auſter
Mittag
Syluæ inferiores et communes Cæſ. Rudolfo arbitrante.


Weissenburg
Mundat stein
Septētrio
Berbʳstein
Mundat stein
Mundat stein
Mundat stein
Mundat stein
Mundat stein
Steinfeld
Der Kelwig
Kapßwil
Laubach
Occidēs
Weiler
Das Bruch
S. Peter
Rathus
Orient
Speier straß
Sweigho fen
S. Remig
Banaster
Barfuſſer
Luter
Sylue communes ad sinistram ciuitatis, iuxta Rudolfi Cesaris censuram.
Sylue communes ad dextrā ciuitatis Rudo;o dis.
Sylue inferiores et communes Cæs. Rudolfo arbitrante.
Rode
Ingolham
Steinfelt
Mundat stein
Austet
Mittag
Altdat
Sechach
Mundat stein

T ij Geminus

Geminus pons, uulgo Zweibrugk, & item Bidiſcum, id eſt, Bitſch.

FVit Geminus pons à multis annis comitatus, ſubactusq; eſt illi comitatus ſeu dominium Bidiſcenſe, & fuit hic titulus illorum comitum: Simon Wecker comes Gemini pontis & dominus Bidiſci. Itaq; poſtquam dominiũ Bidiſcenſe & comitatus Gemini pontis coaluerunt, atq; in unum uenerunt corpus, uendiderunt comites dominium Gemini põtis Ruprechto principi Palatino, regi ſcilicet Ro. aut patri eius, qui etiam Rupertus fuit uocatus, retinueruntq; titulum comitatus ac deinde dominij Bidiſcenſis. Anno 1420. auctus princeps Palatinus filijs, deſignauit uni eorum, nempe Stephano, comitatum Zweibrugkenſem, atq; ille ducens uxorem Annã comitiſſam Veldentzẽſem, per illam obtinuit comitatum Veldentzenſem, atq; comitatũ Spanheimenſem. Quũ uero dux Stephanus genuiſſet liberos Fridericum & Ludouicum nigrum, diſtribuit inter eos terras ſuas. Friderico aſſignauit poſteriorem & priorem comitatum Spanheimenſem pro media parte, alteram autẽ medietatem habuerũt Marchiones Badenſes, quin & Friderico obtigit oppidum Siemern cum tota noua iuriſdictione, Erenberg, Waldeck, Bolãden, Strumburg arcibus, & oppidis Wachenheim, Ogerſheim, Lambſheim & Frenſheim. Et quoniam hęc quatuor oppida Wachenheim & reliqua multo ære oppignorata erant, tradidit ea dux Fridericus fratri ſuo Ludouico nigro: ſed cui deinde ſunt rurſum erepta, poſtquam ille bellum mouiſſet cõtra Fridericum Palatinum electorem. Porro Ludouico nigro obuenerunt duo comitatus Zweibrugkenſis & Veldentzenſis, dominiũ Kirckellenſe, atq; arces Wegelburg, Dryfels, Neuchaſtel & oppidum Anwiler. Oppidũ Siemern primum fuit regi Ruperto obæratum à quodam comite Rugrauio pro ſex millibus florenorum, ac poſtea iure hæreditario eidem uendita. Facta eſt autem memorata diuiſio anno Chriſti 1444. Haud procul à Gemino ponte eſt monaſterium ord. ſancti Benedicti, Hornbach nomine, quod fundauit diuus Pirminius, qui & in eodem ſepultus iacet.

Siemern.

Saletio, uulgo Seltz, item Schwartzach.

ANno Chriſti 980. fuit Saletionis inſtituta abbatia ordinis ſancti Benedicti ab Imp. Adelheide uxore Ottonis primi, filia Rudolfi regis Burgundiæ, ubi & ſepulta iacet. Eſt tamen monaſterium illud haud multis retroactis annis mutatum in collegium ſacerdotum. Annales Francorum, oppidum iſtud uocant Saleſiam: Germani uero uocant Seltzam, diſtatq; ſex milliarijs ſecundum curſum Rheni ab Argẽtina. Eſt autem Rhenus in eo loco auri ualde ferax, quippe quod purum ex arena colligitur & conflatur. Anno domini 724. fundauit Ruthardus dux Alſatiæ atq; uxor eius Yrminſindis monaſterium Schwartzach, ſed quod poſtea fuit translatum per comitem Megenhardum & extructum iuxta oppidulum Liechtenow.

Rhenus auriſer.

Taberna montana.

COndiderunt olim Romani iuxta Rhenum aut non procul ab eo tres Tabernas ubi milites hyemauerũt, nempe Tabernam Alſaticam, quam hodie poſſidet epiſcopus Argentoratenſis, Tabernam Rhenanã, cuius dominus eſt epiſcopus Spirenſis, & Tabernam montanã, quæ uno miliario diſtat ab Wyſſenburgo, paretq; duci Zweibrugkenſi. Sed cum Ludouicus dux niger arma mouiſſet contra principẽ Palatinum electorem, Fridericum ſcilicet, indignatus princeps elector, ſpoliauit eũ hoc oppido anno Chriſti 1455. ſed quod deinde illi reſtituit, ſpe bona ductus quod nunquam contra ſe ageret, quod tamen ille minime ſeruauit.

Ciuitas

CIVITAS LANDOI

ensis & Rhenensis, cuius typū nobis exhibuit cum succincta descriptione, prudens senatus eiusdem ciuitatis, cupiens & ipse bene mereri de Cosmographiæ studiosis, posterisq; gratificari, & animi sui erga bona studia exprimere propensionem: sciens nimirum perpetuo uicturum quicquid semel in publicas relatum fuerit literas. Patrocinatus est autem mihi in hoc negocio uenerandus & doctus uir, dominus Henricus Pfefferkorn, collegiatæ ecclesiæ Landoien Decanus, id quod hic indicare uolui, ne bonum uirum sua defraudarem laude.


Landoia ciuitas imperialis, depic[illegible]



Landoia.


DE origine & incremento huius ciuitatis, senatus eiusdem à me requisitus tale dedit responsum. Ciuitas nostra Landoiensis immediate subiicitur sacro imperio, sita uersus montes qui Waſgoieñ. appellãtur, & duobus milliaribus à Rheno distans, amœnum sortita est locum, fœcũdissimumq; agrum, quippe qui ferax est uini, frumenti & pabuli iumentorum. Munita est ciuitas fortaliciis non contemnẽdis, muris robustis, turribus, & propugnaculis, cincta fossis profundis, atq; aliis accommodis munitionibus, maxime autem iuuatur fluuiolo Qweich dicto, qui partim per ciuitatem & uicos eius & partim iuxta eam labitur. Terra per circuitum ciuitatis est admodum frugifera culta multis uillis et uicis, quorum numerus ascendit ad 350. gyro ultra duo milliaria nõ extenso. Hinc populus turmatim confluit ad oppidum, uenalia sua in foro exponens, & rursum

id effigiem quam noſtro habet æuo.



rurſum ibi ea emens quibus opus habet, potiſſimum autem uictualia. Ignorant incolæ ſuæ ciuitatis originem: hoc uero ſciunt, circulum oppidi ante 274. annos ualde exiguũ & anguſtum fuiſſe, collocatumq; intra mœnia burgum quoddam. At ſenatus & ciues uidentes oppidi ſui quotidianum ſucceſſum, ampliarunt mœnia, includentes eis tres adhærentes uicos, quorum nomina fuerunt Ytzingẽ, Mulhauſen & Oberbornheim, qui locus hodie uocatur, ſanctus Iuſtinus. Has inquam uillas cum prædijs ſuis emens ſenatus, incorporauit ampliatæ ciuitati ſuæ, ædificiaq; earũ tranſtulit intra Landoiæ pomeria. Anno 1308. Ludouicus Imperator, dux Bauariæ impignorauit Landoiã pro certa pecuniæ ſumma epiſcopatui Spirẽſi, ſed quam diuus Maximilianus anno Chriſti 1511, dato multo ære rurſum liberã fecit, incorporauitq; Aduocatiæ imperiali Hagenoienſi. Ciues Landoienſes præter cætera ſtudia & negocia, magnam curam adhibent uineis plantandis & agris colẽdis, iumentisq; nutriendis; abducunturq; uina eorum in Sueuiam & Bauariam, ubi uocantur

Landoia ciuitas imperialis, depicta ad effigiem quam nostro habet æuo.



Landoia.

DE origine & incremento huius ciuitatis, senatus eiusdem à me requisitus talem dedit responsum. Ciuitas nostra Landoiensis immediate subiicitur sacro imperio, sita uersus montes qui Wasgoien- appellãtur, & duobus milliaribus à Rheno distans, amœnum sortita est locum, fœcũdissimumq; agrum, quippe qui ferax est uini, frumenti & pabuli iumentorum. Munita est ciuitas fortaliciis non contemnẽdis, muris robustis, turribus, & propugnaculis, cincta fossis profundis, arcq; aliis accommodis munitionibus, maxime autem iuuatur fluuiolo Qweich dicto, qui partim per ciuitatem & uicos eius & partim iuxta eam labitur. Terra per circuitum ciuitatis est admodum frugifera cultra multis uillis et uicis, quorum numerus ascendit ad 350. gyro ultra duo milliaria nõ extenso. Hinc populus turmatim confluit ad oppidum, uenalia sua in foro exponens, & rursum rursum ibi ea emens quibus opus habet, potissimum autem uictualia. Ignorant incolæ suæ ciuitatis originem: hoc uero sciunt, circulum oppidi ante 274. annos ualde exiguũ & angustum fuisse, collocatumq; intra mœnia burgum quoddam. At senatus & ciues uidentes oppidi sui quotidianum successum, ampliarunt mœnia, includentes eis tres adhærentes uicos, quorum nomina fuerunt Yrzingẽ, Mulhausen & Oberbornheim, qui locus hodie uocatur, sanctus Iustinus. Has inquam uillas cum pratis suis emens senatus, incorporauit ampliatæ ciuitati suæ, ædificiaq; earũ transtulit intra Landoiæ pomeria. Anno 1308. Ludouicus Imperator, dux Bauariæ impignorauit Landoiã pro certa pecuniæ summa episcopatui Spirẽsi, sed quam diuus Maximilianus anno Christi 1511. dato multo ære rursum liberã fecit, incorporauitq; Aduocatiæ imperiali Hagenoiensi. Ciues Landoienses præter cætera studia & negocia, magnam curam adhibent uineis plantandis & agris colẽdis, iumentisq; nutriendis: abducunturq; uina eorum in Sueuiam & Bauariam, ubi uocantur

uina Rhenenſia. Habet etiam reſpublica Landoienſis tres uillas ſibi ſubditas, nempe Dantheim, quam rex Adolfus ex ſingulari gratia Landoiæ donauit, Noſsdorff & Queicheim, quas ſenatus & ciues ſuo ære emerunt. Verſati ſunt hucuſq; Senatus et ciues Landoienſes in ſumma pace & quiete, nedum inter ſe tranquille uiuentes, uerum & erga collimitios principes terrarumq; circumiacentium dominos, ſic ſeſe gerentes, ut neminem unquam uel uerbo irritarint aut facto moleſtarint, id quod eis non in uulgarē cedit gloriā et laudē.

Nemetes uulgo Spira.

REcens eſt nomen Spiræ, tametſi ciuitas ipſa uetuſta ſit. Vnde aurē natum ſit nomen Spiræ, certò ſciri nequit. Sunt qui aiunt à molendino tractum, alij uero aliter ſentiunt. Retinuit urbs ipſa Nemetum nomen inuariatum uſq; ad annū Chriſti 1080. Tunc epiſcopus quidam Rudiger nomine ex familia nobiliori ciuitatis ortus, qui Hutzmanni fuerunt appellati, uillam iuxta ciuitatem ſitam, cuius nomen fuit antiqua Spira, incluſit mœnijs ciuitatis, amplioremq; urbem reddidit, atq; hoc facto nomen uetus extinctum eſt, & uocabulum uillicum relictum urbi. Accurrit etiam ex montibus occidentalibus fluuiolus quidam Spira nominatus, unde memorata uilla nominationem accepit: qui cum & hodie fluat per ciuitatem, nomen ſuum nedum uillæ uerum & ciuitati communicauit. Alij aliam huius nominis prætendunt rationē, ſed quæ facile eludi poteſt. Nam aiunt urbem Spiram dictam, quod Rhenus in modum ſphæræ mœnia eius alluat, id quod non eſt uerum, alioquin ab initio urbs ipſa Spira & non Nemetes fuiſſet appellata. Conſtat enim Rhenum ciuitatem illam nunquam ambire potuiſſe, quum ab occidua eius parte fundus terræ paulo altior ſit quàm ut Rhenus illam potuerit circuire. Volunt etiam quidam, Iulium Cæſarē apud Nemetes olim hybernas ſtationes habuiſſe, & nonnulla illic reperiri uetuſtatum Romanarum monumenta, præſertim aſſerunt apud ſanctum Germanum celeberrimum fuiſſe templum, Mercurio dedicatum, quod poſtea regnante Dagoberto fuit dirutum & in eo loco cœnobium Benedictinenſe fundatum. In monte uero ſancti Guidonis dicunt conſtitutum templum Veneri ſacrum, & poſt cathedralem eccleſiā, in loco ubi iam Scholaſtici eſt manſio, fuiſſe templum Dianæ conſecratum. Inter ciuitatē Spirenſem et mōtes occiduos nobiliſſima eſt terra, optimo uino rubeo, quod Anſerum pedes uocatur, frumento & amygdalis abundans. Eſt ibi tanta amygdalorum copia, ut ferè tota Germania illis fruatur. Potiſſimum aūt prope oppidum Didesheim, agri in modum ſyluæ replētur amygdalis. Amat arbor illa ſolum optimum & calorē ſolis, quæ duo in hac regione inueniuntur. Nā habet ſolem matutinum & reflexionem à mōtibus.

Tria olim tem pla gentilia.



Episcopatus Spirenſis.

De epiſcopatu Spirenſi quidam ſcribunt, illum in cœptum tempore Pipini regis, & longe poſtea à Conrado ſecundo ad illam magnificentiā in qua hodie eſt, euectum. Idem Imperator dicitur ei cōtuliſſe oppidum Bruchſel & totam Brureinēſem terrā. Cœpit & elegantiſſimū illud templū, quod adhuc extat, extruere, anno ſcilicet 1020 uel, ut alij ſcribunt anno 1030. quod filius eius Henricus tertius poſt mortem patris ad finem uſq; perduxit, in quo uterq; cum multis alijs Imperatoribus & regibus Romanorū, nempe Hērico quarto & quinto, Rudolfo ab Habſpurg, Alberto filio eius, &c. ſepulti iacent. Mutauit & memoratus Conradus Imp. arcem Limpurg, quæ duobus milliaribus à Spira abeſt, in monaſterium Benedictinenſis ordinis, poſi toq; primo fundamenti lapide properauit Spiram unà cum alijs dominis qui ſecum erāt, ubi uetuſtum templum uſq; ad fundamentum fecerat dirui, et eodem die, qui duodecimus erat Iulij, poſuit primum in fundamento adaptato lapidem, et exitq; ſtructuram utriuſq; ædificij immenſis expenſis, præſertim quum Spirenſe templum fundū haberet cœnoſum,

&

& tam ingens ſtructura labili fundamento ſuperponi non poſſet. Cumq; ante conſumma ta ædificia moreretur, iniunxit filio Henrico in mortis articulo, ut cœptis ædificijs colo/phonem imponeret, quod & factum eſt.



Anno Chriſti 1100. fuit comes quidam ex Kretchgoia epiſcopus Spirenſis, in numero præſulum triceſimus quintus, in quem tota patris eius recidit ditio (fuit e/nim ultimus de illa familia) nempe Keſtẽ berg, Dydesheim, & pars aliqua in ciui tate noua, cuius feudum princeps Pala/tinus ab epiſcopatu habet. Anteceſſo/res eius fuerunt fundatores monaſterij Sintzenſis in Kreichgoia ubi & ſepulti iacent. Habuit olim ciuitas Spirẽſis mul tos ludæos. Et quum anno Chriſti 1092. gens illa per Germaniam pateretur magnam perſecutionem, & Spirenſes ſuos quoq; cõ/prehendere uellent ludęos, fugerunt illi ad epiſcopi curiam, tutelam eius poſtulantes, quẽ antea pecunia corruperant. Iratus ergo epiſcopus contra Chriſtianos, fecit aliquos inter/fici. Habebant enim illis temporibus epiſcopi in ſuis ciuitatibus magnam iuriſdictionem ſed quæ temporum ſucceſſu multum fuit imminuta. Similis ſeditio orta fuit Wormaciæ contra ludæos. Et quum miſeri homines undiq; anguſtijs præmerentur, fugerunt ad epi/ſcopum ciuitatis, ſed qui parum eis auxiliari poterat, niſi ſuſcepiſſent baptiſmum. Illi ue/ro petentes ſpacium deliberationis, antequam reſponſum darent, ingreſſi deſperati homi nes cameram in aula epiſcopi, mutuo ſeſe confecerunt, Chriſtianis foris reſponſum ex/pectantibus.

Monaſterium Sintzenſe.

De epiſcopatu Spirenſi.




ESſe hunc epiſcopatum uetuſtiſſimũ teſtatur Ieſſius quidam Nemetẽſis epiſcopus, qui anno domini 348. in/terfuiſſe Coloniẽſi ſynodo legitur. Qui illi ſucceſſerint in adminiſtratione epi ſcopatus non inuenitur uſq; ad Dagoberti tempora, qui epiſcopatum collapſum de/nuo inſtaurauit, atq; Athanaſium ſacella/num ſuum eidem præfecit anno ſexcente/ſimo decimo aut aliquot annis poſt. Deín/de anno Chriſti octingenteſimo uigeſimo ſecũdo fuit epiſcopus Henricus, ſub cuius gubernatione fundatum eſt Hirſaugienſe cœnobium ad Nagoldum fluuium, ab Er/lafrido comite in Calw. Succeſſit illi Geb/hardus, qui trucidatus fuit à quibuſdam co/mitibus, quod perſuaſiſſet eorum cognato, ut ſua quædam prædia donaret eccleſiæ Nemetum. Huius epiſcopi tempore, fuerunt Ca/nonici Nemetum monaſticam uitam profeſſi, ſub uno tecto coniuncti habitantes & ex una eademq; olla paſti. Vnde & illo tempore fuerunt multi monachi & abbates ex Wyſ/ſenburgo & Hirſaugia præſulatui præfecti. Anno nongenteſimo quadrageſimo tertio Otto magnus præficit epiſcopatui Spirenſi Reginobaldum monachum Hirſaugi/enſem, donauitq; ei Conradus dux Francorum & Sueuiæ tunc Wormaciæ reſidens deci/mas, redditus, uectigalia & poteſtatem cudendi monetam, conſentiente Ottone Impera/tore. Facta eſt hæc donatio anno nongẽteſimo quadrageſimo ſexto. Anno nongen/teſimo

teſimo ſexageſimo nono præficitur pontificatui Baldericus, tribus Ottonibus ab intimis conſilijs. Erat enim ſapientia ac rerum gerẽdarum uſu peritia q̃ longe maximus. Sub hoc epiſcopo cœperunt Canonici Nemetum (quemadmodum etiam Wormacienſes & Moguntini eodem tempore fecerũt) monaſticæ uitæ profeſſione abiecta, ſeculares fieri, ſeorſum habitare ac propria habere, atq; annuos inter ſe diſtribuere prouentus. Poſtea Hẽricus ſanctus, Conradus ſecundus & coniunx eius Giſela, tanta munificentia dotarunt & auxerunt eccleſiam Spirenſem, ut non benefactores ſed ſecundi fundatores epiſcopatus dici meruerint. Nam, ut iam quoq; diximus, dedit oppidum Bruxellam, extruxit inſignem illam ac longe ampliſſimam baſilicam, quæ adhuc extat, in qua tot auguſta Imperatorum & imperatricum ſunt mauſolea, erexit eccleſiam S. Guidonis, antea S. Iohannis dictam, arcem Limburg, in quo nuper filiolum Conradum ex præcipitio amiſerat, conuertit in magnificum cœnobium Benedictinenſe, anno domini 1030. duodecima Iulij præſente epiſcopo Walthero. Walthero ſucceſſerunt Sigefridus, Reginerus, Reginobaldus, Sigebotho, ſub quo abſoluta ſunt ab Henrico tertio filio Conradi templa à patre inchoata. Sub hoc etiam epiſcopo dedit Henricus Imperator epiſcopatui oppidum & arcem Rodenfels cũ adiacente diſtiuncula. Attulit præterea ex Rauenna corpus S. Guidonis abbatis & in ſancti Iohannis templum collocans, nomen etiã templi immutauit, quippe quod hodie Guidonis appellatur templum. Anno Chriſti milleſimo ſeptuageſimo quinto eligitur epiſcopus Rugkerus ex Hutzmannorum Spirenſi familia natus: qui ampliauit urbem Nemetum, pagumq; Spirenſem tum extra muros ad eiuſdem nominis fluuiolum ſitum, mœnibus incluſit, ac totam urbem iam amplam ac magnificã, turribus, mœnibusq; & foſſis egregie munitam, Spiram ab adiecto pago & fluuiolo nuncupauit, anno milleſimo octuageſimo quarto. Sic uetus urbis appellatio exoleuit, & noua illa in hunc uſque diem uſurpata in cõſuetudinem uenit. Moritur uero epiſcopus anno 1090. & ſuccedit triceſimus quartus in numero, Iohannes comes Kreichgouiæ, patre Wolframo, matre uero Atzela, Imperatoris Hẽrici quarti filia natus, qui omne patrimonium ſuum, quod ampliſſimus erat, dedit eccleſiæ Spirenſi. Erat ei frater germanus comes Zeiſolphus: is unicam habebat filiam Adelheidin, Henrico Palatino Thubingenſi deſponſatam. Cum autẽ moreretur Zeiſolphus, Hẽricus uero Palatinus miſere & lugubri caſu periret in flumine quodam, accidit ut ipſa Adelheidis etiam animi mœrore extingueretur & ſine hęredibus emi graret. Sic totus comitatus ad Iohannem epiſcopum deuolutus, mox ab eo in Spirenſem eccleſiam augẽdę petatis ſtudio collatus eſt. Obiit ep. ſcopus anno 1104. ſepultus in monaſterio Sinſsheim apud maiores ſuos, qui eius cœnobij primi fuerũt fundatores. Anno 1137. ſub epiſcopo Sigefrido, comite Lyningenſi, baſilica Spirenſis urbis conflagrauit, ſed quam epũs mox inſtaurauit. Succeſſit ei Guntherus cognatus ſuus comes à Lyningen, qui unà cum nobili barone Walthero à Lamerſsheim fundauit Mulbrunnenſe monaſterium. Anno 1237. Cõradus comes ab Eberſtein epiſcopus Spirenſis eligit: qui uendidit Crutzenacũ 1100. argẽti puri marcis, & emit his pecunijs prędia quædã meliora. Anteceſſores eñ ſui emerant ipſum. Succeſſerũt Cõrado Henricus à Liningen & Fridericus baro à Bolandẽ, Rudolfo Habſpurgio Cęſari in primis charus. Hic quũ exciperet Spirę Eliſabetam Burgundionum ducis ſam, Rudolfi Cæſaris ſecundam uxorem, forma ipſius inductus, oſculum dedit ei. Imperatrix uero talis oſculi impatiẽs, apud Cæſarẽ de epiſcopi laſciuia cõqueſta eſt. Tũc iuſſit Rudolfus nũciari epiſcopo, ſe ſibi ſoli hoc pacificale oſculandũ cõparaſſe. Quod ſi ipſe quoq; oſculari uellet, propriũ ſibi pacificale quæreret, non alienum & ad ſe non pertinens oſcularetur. Epiſcopus relicta imperiali aula aliquãdiu ceſſit, donec poſtea Cæſar apud Germersheimiũ moreret. Capt⁹ deinde epũs à comite Katzelnbogenſi, magna redemptus eſt pecunia. Anno 1396, Rabanus ab Helmſtat cancellarius Venceslai Rom. regis, conſiliarius Ruperti Palatini ac Sigiſmũdi Cæſaris fit epũs Spirenſis. Ipſe graui obſidione cinxit urbẽ Spirenſem, eo quod ciuitas ipſa cœnobiũ S. Germani extra muros ſitũ, propter ſceleratã monachorũ uitã, & ſub religionis ſpecie cõſtupratas ibi ciuiũ uxores ac filias, funditus euertiſſent, totumq; clerũ ob hanc cauſam urbe expuliſſent. Id diſſidiũ tandẽ per Sigiſmundũ Imp. in comitijs Nurnbergẽ certis cõditionibus fuit compoſitũ. Sequiẽ Rabanũ in epiſcopatu Reinhardus ab Helmſtat, ſub cuius gubernatione anno Chriſti 1450. una cũ cãpanis omnibus tectũ Baſilicæ Spirenſ cõflagrauit, ut plumbũ quo contectũ erat in plateis promanaret. Incendiũ media nocte natũ eſt, tantũ ex negligenter curato igne eorũ qui organa ſummi tẽpli reficere debuerant. Sed epiſcopus omnia maximis ſumptibus reſtituit.

Succeſſerunt

CIVITAS SPIREN

sis cuius olim incolæ Nemetes & locus inhabitationis eorum Nemetum urbs dicti fuerunt. Picturam eius obtinui à prudenti Senatu, interuentione eximij uiri domini Lupoldi Dickij iurisconsulti, qui in hac re obsequentissimum sese mihi, imò omnibus Cosmographiæ studiosis exhibuit.




Nemetum ciuitatis uetuſtiſsimæ p[ars] hodie



Succeſſerunt ei Sigefridus à Venningen, Iohannes ab Entzberg, qui coactus fuit Imperatorio & pontificio mandato ut contra Eiſenburgium Moguntinum archiepiſcopũ Adolfo Anaxouiano, uulgo à Naſſaw, ſuppetias ferret, & tãdem à Friderico Palatino cum aliis principibus mulctatus, amiſit caſtra Rodenburg & Werſouiam cum adiacente territorio. Quin & cœnobium S. Germani extra muros idem Palatinus ſolo æquauit. Hoc infortunium epiſcopus ſummo animi dolore excipiens, epiſcopatum reſignauit Matthiæ à Ramingen cancellario principis Palatini, reſeruata ſibi Grunbacẽſis arcis poſſeſſione: in qua cũ per annum ſediſſet, accepta annua ſua penſione in promptis pecunijs, Pfortzheimium ad ſuos cognatos commigrauit, ubi & breui poſt mortuus eſt. Sub Matthia epiſcopo ædificarunt

ura, quam hodie uulgo Spiram appellant.



carunt cœnobitæ aut Canonici S. Germani toties incendijs uaſtati, intra urbis muros ſibi ſedem & domicilium in Parochia S. Mauricij, anno domini milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo octauo magno honore excepti. Sequuti ſunt Matthiam in officio epiſcopali Ludouicus ab Helmſtat, Philippo à Roſenberg, qui redemit à principe Palatino quatuor decim aureorum millibus oppidum & caſtrum Rodenburg. Philippũ ſubſecutus eſt Georgius Rheni Palatinus qui multa fuit paſſus à ſeditioſa ruſticorum coniuratione. Obijt in arce Kiſslow, correptus ſudore Anglico, anno 1529, Eligitur poſt ipſum Philippus à Flersheim qui adhuc præeſt hoc Chriſti anno 1549.

De Germania

Alta Ripa, uulgo Altrip.

ESt hodie Altrip uicus exiguus, uno milliario infra Spiram ad ripã Rheni ſitus, qui olim celeber fuit locus, quippe ubi Romani ſua contra Germanos habuerunt præſidia, nomenq́; illud uico aut tunc caſtello impoſuerunt. Vnde & Antoninus huius loci in ſuo meminit Itinerario.

Cæſarea Luthra, uulgo Keiſers Lautern.

DE uetuſtate huius oppidi, in hunc uſq́; diem nihil potui ex libris colligere, neq́; ſcriptis ad eum locum literis quicquã à rudibus hominibus impetrare. Hoc quidam hiſtorici in ſcriptis ſuis reliquerunt, Fridericum primum Imperatorem anno Chriſti 1157. apud Lutram extruxiſſe palatium regale ex rubicundis lapidibus, locumq́; illi deſignaſſe iuxta lacum quendam magnum & piſcoſum, à quo deinde ciuitas ipſa Cæſarea Lutra eſt appellata. Nomen uero Lutræ habet à fluuio Lutra qui ibi oritur, deferturq́; ad Nouam ciuitatem atq́; hinc petit Rhenum. Anno domini 1402. fuit hæc ciuitas unà cum Oppenheim & Ingelheim pro centum millibus florenorum Palatina tui obærata ſeu hypothecata.

Deſcriptio ciuitatis Vangionum, quæ hodie eſt Wormacia, concinnata ex annalibus eiuſdem ciuitatis atq́; per prudentiſſimum ſenatum eius ad me tranſmiſſa.

VAngiones olim populi, hodie ſunt Wormacienſes, eſtq́; ciuitas eorum uetuſtiſſima, primam originem ſumens ut putant à Treuiris, dicta olim Vangionum ciuitas. Quomodo uero uocabulum Wormaciæ deſcenderit à Vangionibus, multi de hoc diſputant. Et quoniam alluſio noui nominis cũ ueteri non ſatis quadrat, ſunt qui à Borbetomago, cuius Ptolemeus meminit in linea Rheni, nomen Wormaciæ quaſi Bormacia fluxiſſe cõtendunt. At mihi uidetur idem accidiſſe huic urbi quod reliquis Auſtraſiæ uetuſtis ciuitatibus uulgo uidemus eueniſſe. Nam nomina earũ recentiora aut penitus ſunt mutata, aut adeo corrupta, ut uix umbram quandam præſeferant priſtinæ nomenclaturæ. Patet id de Argentorato & Strasburg, de Nemetibus et Spira, de Rubeaqua & Rufach, de Aquiſgrano & Ach, de Maguntia & Mentz, de Turego & Zurch, ſic de Vangionibus & Wormacia. Conſtat autem Wormaciæ nomen tempore Caroli magni iã in uſu fuiſſe. Sunt etiam qui referũt nomina Guarmatiæ & Vermeriæ, quæ paſſim in Canonibus inueniuntur, ad Wormacienſem ciuitatem. Paruit autem hæc urbs ante Iuliũ Cæſarem Treuerenſibus, quibus & habitatores tributum annuum penderunt. Deinde ſubditi fuerunt Romanis uſq́; ad Attilam regem Hunorum, qui omnes urbes Rheni in littore Gallico ſitas deſtruxit & in ſolitudines redegit. Reſpirantibus autem rurſum eorundem locorum habitatoribus, reges Galliæ illos in ſuam receperunt tutelam, ſedemq́; collocarunt Wormaciæ, extruentes ibi caſtrum regium, ſed quod tempore Caroli magni edax flãma in fauillas redegit. Fuit & tunc Wormaciæ archiepiſcopatus qui hodie eſt Maguntiæ, ut paulo poſt dicemus. Anno Chriſti 764. Pipinus rex Francorum habito Wormaciæ conuentu principum, Taſſilonem ducem Bauariæ læſæ maieſtatis reum iudicauit. Quam hiſtoriam infra in Bauaria recenſebimus. Anno 769. Carolus Pipini filius Wormaciæ regiam ſuſcepit coronam, ac ſequenti anno comitia ibidem celebrauit, miſitq́; exercitum contra Saxones. Anno 779. Audolphus princeps militiæ Caroli magni uicit Saxones duxitq́; ſecum Wormaciam ad Carolum regem obſides ex Saxonia. Anno Chriſti 781 dedit Taſſilo filium ſuum obſidem, miſitq́; Wormatiam ad Carolum magnum. Anno 783. celebrauit Carolus magnus Wormaciæ nuptias cum Faſtrada filia comitis orientalis.

Mutatio nominum urbiũ.

Caſtrum Wormaciæ.

Anno 790. Carolus magnus manſit integro anno Wormaciæ, exuſtaq́; fuit curia mãſionis ſuæ. Anno 829. celebrauit Ludouicus pius Imperator Wormaciæ concilium. Anno 834. Imperator Ludouicus Pius profectus ex Wormacia tempore quadrageſimali cum uxore & magna turba in Alſatiam ut oppugnaret filios ſuos ſibi rebelles, captus eſt ab eiſdem.



dem. Anno 837. aut ſecundum alios octingenteſimo triceſimo nono reconciliatus Ludouicus pius tribus filijs ſuis Lothario, Carolo & Ludouico, diſtributaq; inter eos omni terra ſua, ipſe fundauit Wormaciæ monaſterium uirginum dictum Nonnenmunſter. *Nönenmünſter.*

Anno octingenteſimo quadrageſimo primo Lotharius Imperator celebrauit Wormaciæ pro filia ſua regales nuptias. Anno 868. in Maio Ludouicus ſecundus celebrauit Wormaciæ magnum concilium collectum ex multis principibus & epiſcopis contra erro res Græcorum. Anno 880. habuit Ludouicus filius Ludouici Imperatoris Wormaciæ in Auguſto magnum procerum regni conuentū. Anno 1003. uenit Henricus dux Bauariæ poſt mortem Ottonis tertij Wormaciam, obtinuitq; conſilio & auxilio Burckhardi epiſcopi ſceptrū Rom. imperij. Anno 1051. uenerunt Wormaciam Imp. Henricus tertius & papa Leo 9. tempore Nataliciorum Chriſti, celebratoq; ſolenni concilio, papa rediit in Italiam. Anno 1065. celebrauit Hēricus 4. Imperator paſcha Wormacię, ubi & archiepiſcopus Bremenſis prima arma induit Imperatorem. Deinde anno 1069. idē Imperator habuit Wormaciæ magnum principum conuentum. Sicut rurſus anno 1076. ibidem collectis omnibus epiſcopis Germaniæ præter Saxones celebrauit cōcilium & de poſuit papam Hildebrandum. Habuit ad hanc urbē idem Imperator in omnibus perſecutionibus quas à Romano & alijs pontificibus patiebatur, ſingulare refugium, quærebatq; apud ciues & inuenit præſidium, quippe qui illum nunquam deſeruerunt, ſed corpora & bona ſua pro eo expoſuerunt, quod illis non uulgarem laudem apud cunctos peperit mortales. *Concilium celebratur Wormaciæ.*

Anno milleſimo centeſimo uigeſimo ſecundo congregauit Henricus quintus Imperator Wormaciæ concilium, miſſuſq; eſt illuc epiſcopus Hoſtienſis cum duobus cardinalibus qui nomine papæ celebraret concilium; ubi & diſſidium illud eſt ſublatū de collatione epiſcopatuum & beneficiorum, ortum inter prophanos principes & eccleſiaſticos prælatos, cedentesq; principes patribus, abſoluti ſunt ab excommunicatione. *Aliud concilij.*

Anno 1155. Fridericus primus rediēs ex Italia celebrauit Wormatiæ tēpore Nataliciorū Chriſti comitia ſolennia, in quibus Hermannū comitē Palatinū, Bertholdum comitem Niddēſem & comitem quendam Katzen Elnbogenſem cum ipſorum complicibus pœna Harēſcara dicta mulctauit, eo quod in ſua abſentia ſpoliaſſent & incommodaſſent eccleſiā Maguntinam in oppidis quibuſdam & monaſterijs. *Harenſcara pœna.*

Anno Chriſti 1234. Henricus Romanorum rex filius Friderici ſecundi ſollicitatus à papa fit patri Imperatori excommunicato rebellis, traxitq; multas ciuitates in partem ſuam, cui & Landolphus epiſcopus Wormacienſis adhæſit contra Imp. Quū uero & ciues Wormacienſes multis pollicitationibus ab eodē rege Henrico prouocarent ut ad ſe deficerēt, illi aūt à ſacramēto patri dato recedere nollēt, quin magis corpo & ſubſtantiā pro eo exponere parati eſſent, affecti ſunt multis iniurijs à filio, præſertim aūt anno 1235. in aprili, nā tūc miſſi fuerūt ex Oppenheim 500.

uiri

uiri armati, qui repente in urbẽ Wormacienſem prope S. Michaelẽ irruentes, incenderunt 30 domos. Excitati uero ciues cum præſidio quod ſuis impenſis in urbe alebant, hoſtem in fugam uertunt. Deinde poſt bimeſtre tempus Imperator ueniens Wormaciam eripuit ciues ſibi fideles ex omnibus periculis. Landolphum uero epiſcopum coegit excedere ciuitate & regione. Filius autem Henricus gratiam implorans patris, captus eſt & in turrim magnam iuxta S. Andream, Lug ins land, dictam coniectus, & poſt aliquot dies redditus Ottoni principi Palatino, qui ex commiſſione illum tranſmiſit in Siciliam, ubi & in carcere mortuus eſt. Paulo pòſt, nempe 15. Iulij celebrauit Imperator ſolennes nuptias Wormaciæ cum Eliſabetha ſorore regis Angliæ. Anno 1242. Imperator ueniens ex Italia in Germaniam commiſit regnum Germaniæ filio ſuo Conrado. Cui quum Sigefridus archiepiſcopus Moguntinus parere nollet, rex coaſſumptis ducentis ciuibus Wormacienſibus irruit in Rhingauiam atq; igne deuaſtauit eam. Excommunicati deinde Wormacienſens ab archiepiſcopo, prouocauerunt ad papam proxime eligendum. Anno 1246. congreſſus rex Conradus cum competitore ſuo Henrico Landgrauio atq; uictus prope Franckfordiam, Wormacienſes qui illi copias miſerunt, non ſine damno redierunt domum. Mortuo anno Chriſti 1247. Landolpho epiſcopo, electisq; duobus alijs in diſcordia, Wormacienſes nullum uoluerunt intromittere in urbem, eo quod feuda noluerunt recipere à Friderico Imperatore aut filio eius Conrado rege, ob id ciuitas ſuppoſita fuit interdicto. Anno 1250. Wormacienſes miſerunt auxiliares copias regi Conrado contra epiſcopos Spirenſem & Argentinenſem, atq; deinde contra regem Wilhelmũ.

Rex Rom. moritur in carcere.

Anno 1253. obtinuit per aſtutiam ſuam Richardus epiſcopus in diſcordia electus, ut in urbem Wormacienſem intromitteretur, ſeminansq; inter ciues diſcordiam, potentiores ſibi conciliauit, uocauitq; eos Timentes deum & abſoluit eos ab excommunicatione. Reliquos uero appellauit inobedientes, et excommunicari fecit eos in ſingulis miſſarum ſolennijs, negauit eccleſiaſtica ſacramenta, prohibuit eos ſepeliri in cœmeterio, noluit pulſari campanas in obitu eorum, hisq; minis & uexationibus adegit eos, ut deficerent à Friderico Imperatore & iurarent anno 1255. Wilhelmo regi, qui ad eos Wormaciam uenerat. Eo uero ſequenti anno in Friſia occiſo, & duobus regibus in diſcordia electis, Alfonſo ſcilicet rege Hiſpaniæ & Richardo rege Angliæ, Wormacienſes poſt multas ſollicitationes & pollicitationes tandem homagium præſtiterunt Richardo anno 1258. in Iulio, cum ueniſſet ad eos. Pacti quoq; ſunt cum illo, priuſquam eum reciperent, ut ipſis numeraret pro neceſſitate urbis mille marcas argenti, quod & fecit. Anno 1260. in auguſto rex Richardus reuerſus ex Anglia uenit Wormaciam, moramq; ibi trahens diutinam, ſimultatẽque erat inter Wormaciã & Oppenheim, itemq; inter Wormaciam & quoſdam nobiles diremit. Deinde anno 1269. celebrauit rex Richardus Wormaciæ comitia, firmauitq; publicam pacem & ſuſtulit omnia telonia, in aqua & terra. Anno 1276. Wormacienſes iuſtas ſuppetias tulerunt regi Rudolpho contra Bohemos, ſicut & anno 1298. altera Iulij regi Adolpho, cui iurauerant contra Albertum Auſtriæ ducem, non ſine multorum ciuium interfectione fruſtra auxilio fuerunt. Anno 1352. celebrauit Carolus quartus Wormaciæ comitia. Sequentes quoq; Imperatores, Fridericus tertius, Maximilianus & Carolus quintus, ſingulari fauore & gratia proſecuti ſunt ciuitatem Wormacienſem, primumq; ibi inſtituerunt Cameræ iudicium, anno ſcilicet 1495, in comitijs à Cæſare Maximiliano celebratis.

Tyrannis cuiuſdã epiſcopi.

Comitia Wormaciæ.



Cameræ conſtitutionis initium.

Hiſtoriæ quædam memorabiles Wormaciæ temporum ſucceſſu geſtæ.

DE Conrado duce Wormaciæ quem hiſtorici ſeribunt ſub Ottone primo Auguſtæ Vindelicorum ab Vngaris interfectum & Wormaciæ ſepultũ, annales Wormacienſium nihil habent. Hoc uero habent, quod ſub Henrico II. Imperatore habitauerit Wormaciæ dux quidam Otto nomine, in caſtro fortiſſimo, ex quo

quo idem ciuibus multas intulit iniurias, patrociniumq; & refugium concessit nebulonibus quibusq;, raptoribus, latronibus & alijs pessimis hominibus, in magnam ciuium iactu ram. Fuit autem tunc in urbe episcopus Burchardus nomine, cuius auxilio Henricus promotus fuit ad imperium: & is obtinuit ab Imperatore, ut Otto commutarit palatium suũ pro oppido Bruchsel, relictaq; Wormacia se receperit ad Bruchsellã. Tunc episcopus uertit ducis palatium in monasterium, cui tandem successit collegiata ecclesia ad sanctum Paulum appellata.

Francfenthal monasterium.



SVb Henrico quinto Imperatore circa annũ Christi 1119. fuit Wormaciæ uir quidam insignis, natus ex ueteri equestri familia, Eckenbertus Kemerer nomine, unde adhuc supersunt, qui uocantur Kemerer de Wormacia, dicti Dalburgenses, qui omnem substantiam suam, quæ magna fuit, erogauit in cõstructionẽ monasterij Frãckenthal maioris & minoris, ingressusq; est ipse monasteriũ maius in quo & prepositus fuit factus: uxor autẽ eius Richlindis ingressa minus cœnobium, facta est in eo Prior & mater monialium.

Camerarij uel go Dalburgenses.

De inquisitoribus hæreticorum.

ANno 1231. sub Friderico 2. & filio eius Hẽrico 2. incœpit Wormaciæ tyrãnis inquisitorum, qui multos innoxios combusserũt. Fuit aũt nomen unius Conradus Dorso ordinis Prædicatorum, qui secum duxit discipulum quẽdam nomine Iohannem, qui & claudus erat & oculis coecutiens atq; insignis nebulo. Hi primum adiudicarunt igni quosdam qui incendium commerue rant, atq; per id acquisiuerunt sibi fauorem, ut postea autoritate fulciti comburerent passim sontes & insontes. Adiunxerunt quoq; sibi & alium monachum nomine Conradum de Martpurg, qui fuerat à confessionibus diuæ Elisabethæ, habebaturq; pro docto & probato uiro. Conciliarunt hi inquisitores sibi magistratum secularem, atq; bona comburendorum ipsis adiudicarunt Quare multi proceres eos uocantes, fecerunt examinari subditos suos atq; sub prætextu religionis bona illorum sibi arrogarunt, exustis passim multis bonis uiris. Cumq; aliquandiu sic grassati fuissent, aggressi sunt tandem comitem quendam Hẽricum nomine de Sein, uirum iustum & integrum, diuitemq;, & notarunt eum hæreseos: at ille primum prouocauit à sententia illorum ad archiepiscopũ Maguntinũ, cui & fidei suæ confessionẽ fecit, satisfecitq; tam archiepiscopo quam omnibus eius assessoribus. At frater Conradus non contentus de illius confessione, prouocauit Rhomam ad summum pontificem. Quò cũ peruenissent unà cum quibusdam uiris sibi ex synodo Maguntina adiunctis & exposuissent Romano pontifici animum suum, ait pontifex. Insanierunt Germani atq; ideo delegerũt sibi insanos iudices. Paulo pòst frater Conradus de Martpurg & unus ex socijs eius, Gerhardus Lutzelkolb Franciscanus, quum proficiscerentur ad Martpurgum in itinere occisi sunt. Frater uero Dorso prope Argentinam fuit perfossus & discipulus eius Iohannes apud Fridberg suspensus. Sub Friderico Imperatore secundo fuit Wormaciæ episcopus quidam Henricus nomine, comes de Sarbrug, qui Rauennæ in Italia iura quædam ciuium Wormaciensium abolere uoluit. At ciues audientes iniquum eius conatum, flocci

Prætextu religionis eruuntur bona temporalia.

Papa ridet Germanos.

Clerus & Wormacienſis egreditur urbem.

penderunt eum & propositum eius. Irritatus episcopus excommunicauit ciues, & cū toto clero suo egressus est ciuitatem, relictis duntaxat parochis, quibus prohibitum fuit, ne cui quam ciuium ministrarent sacramenta, etiam in articulo mortis, nisi ille promitteret post recuperatam sanitatem obedire episcopo. Durante autem hac controuersia ferè integro anno, ciues quidam, beneficiarij episcopi, uiri equestris ordinis, maluerunt obedire episcopo quàm magistratui, unde magistratus & respublica non parum fuit incommodata. Coacti ergo fuerunt ciues inire concordiam cum episcopo. Fuit etiam per arbitros à Cæsare Henrico constitutos declaratum, quid iuris episcopus deinceps in ciuitate Wormacienſi haberet & quid non haberet. Ab eo tempore, nempe ab anno Christi 1233. usq; in hūc diem, clerus Wormacienſis ferè semper in discordia stetit erga ciues, & aliquando relicta urbe alio migrarunt, præsertim anno Christi 1499. receperunt se ad Ladenburgum & ad Oppenheim, manseruntq; ibi usq; ad annum 1509. Interim uero ciues sæpe fuerunt excommunicati & ecclesiæ eorum interdicto subiectæ. Passi etiam fuerunt in illa discordia multa & horrenda incendia, maxime autem anno Christi 1242. tertia aprilis, media ferè urbs conflagrauit igne, atq; simul trecenti homines in ipso incendio perierunt. Sicq; factū est, ut urbs deficeret in dies propter incendia & discordias, in diuitijs & populo, emigrarēq; nobiles qui magistratum gerere soliti erant, relinquentes urbem desertam & uacuam, ut facies hodiernæ urbis collata ad antiquam eius maiestatem, uix sit umbra quædam pristinæ magnificentiæ. Sub rege quoq; Rom. Ruperto comite Palatino, quando magna inter ciues & episcopum de nouo nata fuit simultas, & clerus biennio extra urbem secesſit, eiecti quidam ciues sedicioſi de urbe, tantum incolis fecerunt negocium per complices suos quos sibi adiūxerant, ut urbs trecentorum millium aureorum passa fuerit damnū.

Clerus recedit à Wormacia.

Ciues surgunt contra senatū.

Anno 1513. sub Maximiliano Cæsare ciues Wormacienses tumultuantes contra senatum, deposuerunt eum & ex seipsis nouum senatum instituerūt. Eiecerunt quoq; multos ex priori senatu de urbe, secludentes eos ab uxoribus, liberis & bonis suis. Mittens uero Cæsar Maximilianus præfectum suum quem habuit in Alsatia, & diligentem faciēs inquisitionem, facile deprehendit quorundam iniquum animum, autoresq; seditionis iusta affecit pœna. Deinde anno 1515. Franciscus à Sickingen causam extorrium ciuium & qui in superiori inquisitione ex urbe elapsi fuerant uindicare statuens, cœpit urbem suis incursationibus uexare. Quod uidens Senatus, uolensq; causam illam iure Cæsareo dirimere, obtinuit à camera imperiali processum contra memoratum Franciscum. At ille bannum cameræ contemnens, non destitit hostiliter ciues ubiq; deprehensos inuadere, sicut accidit tempore quadragesimali, quando cepit in Rheno nauem, oneratam mercibus, oppletāq; ciuibus Wormacienſibus petentibus nundinas Franckfordianas. Tunc diripuit merces, abduxit ciues & tandem magna mulctauit pecunia. In sequenti uero Iunio adduxit magnum exercitum, obsedit urbem, infestauitq; bombardis: & cum se nihil agere uideret, reiectis uitibus & deiecto patibulo, re infecta obsidionē soluit. Durauit bellum illud triennio, nec tutum erat interim ciuibus egredi ciuitatem, quum in omnibus uijs hostes ciuibus insidiarentur, & captos in labore agrorum abducerent, aut mutilatos una manu, aut uerberibus & fustibus satiatos remitterent in ciuitatem. Tandem anno Christi 1518. Cæsar Maximilianus dissidium illud sustulit, causamq; partium composuit.

Franciscus à Sickingen oppugnat Wormaciam.

De episcopatu Wormatienſi.

VAngionum olim archiepiscopatus, nunc episcopatus tantum, totius olim Germaniæ maximus ac opulentissimus, quippe qui olim possedisse dicitur, quicquid hodie regionum habent Palatini Rheni, Landgrauius Hassię & archiepiscopus Moguntinus: cui item sedecim alij episcopatus suffraganeatus titulo suberant, scribitur uulgo cœpisse circa annum Christi 500. ex liberali constitutione ac munificētissima donatione Clodouæi Galliarum regis. Sed longe eum uetustiorem esse, concilīū Colonienſe probat, in quo Victor Vangionum archiepiscopus anno domini 398. aut 348. unà cum alijs totius Europæ episcopis, Eufraten archiepiscopum Colonienſem exautorauit, & ecclesiæ gubernatione exuit, eo quod Ariana hæresi infectus ad unionem ecclesiæ redire nollet. Quando igitur archiepiscopatus Vangionum cœperit aut quibus temporibus

bus urbs ad Christum conuersa sit,id uetustate intercidit & ex hominum memoria in obliuionem uenit.Primus itaq; archiepiscopus Wormaciensis cuius nomen notum est,fuit Victor:octauus,Rupertus,qui temporibus Hilderici regis Vangionum ecclesiæ præfuit, uir insigni uitæ integritate & sanctimonia præditus.Fuit autem cuidam regio comiti, Beringero nomine inuisus,quod peccata populi & magnatũ liberius reprehẽderet. Vnde rege mortuo,tyrannus Beringerus Rupertum flagris cæsum urbe & episcopatu eiecit.Ille Ratisponam secedens à Theodone duce exceptus est summo gaudio,conuertitq; eum & totam eius familiam ad Christũ,anno 580. primusq; totius Norici apostolus dici meruit. Eodem anno Iuuauiam ueniẽs auxilio ducis Theodonis cœpit construere monasterium S.Petri & auspicari sedem archiepiscopalem,ut infra suo quoq; loco dicemus. Decimus archiepiscopus Wormaciensis fuit Amandus,cui tradidit Dagobertus rex Galliarum comitatum Laudenburgensem cũ toto adiacente territorio,cuius memorabilis donationis originale diploma adhuc integrum haberi dicitur in archiuis episcopi Wormaciensis,Moguntiæ datum. Laudenburg. Duodecimus archiepiscopus Geroldus,aulicæ uitæ studiosior quàm ecclesiasticarum ceremoniarum.Perijt in bello Saxonico,quum Saxones irrumpẽtes Thuringiam ferro & igni popularentur,missus à rege Pipino ad defendendam Thuringiam. Successor eius fuit Geruilio filius eius legittimus,in aula Pipini regis educatus, euect9 ad gubernationem Wormaciensis & Moguntinæ ecclesiæ.Hic cupiens ulcisci paternam cẽdem & ueniens cum exercitu ad Visurgim,misso ad patris sui trucidatorem legato, datáq; summa fide,sub specie alicuius amici colloquij,eum ad se uocat. Ille mali nihil metuẽs,ac episcopi Geroldi hunc filium esse ignorans,publica item fide fretus ac nitens uenit. Quẽ cum ad se uenientem uideret Geruilio,uicit eum ira,uicit in parẽtem pietas,ut oblitus pacti promissi ac datæ fidei,quasi cœcus in eum irrueret ac gladio eum trajiceret. Audiẽs uero rex Pipinus Geruilionem tale facinus designasse contra datam fidem,grauissime in eũ accensus,habita prius deliberatione cum papa Greg.3.ex utriusq; dignitatis fastigio eum deiectum monasterio intrusit,ut ibi pœnitentiam ageret de commissa cæde et uiolata publica fide.Tunc in detestationem uiolatæ fidei,Wormaciensis ecclesia exuitur archiepiscopali dignitate,& ea ipsa Moguntina induitur.Pipinus libentius archiepiscopalem dignitatem ac sedem transtulisset Erfordiam,sed refragabatur eius uoluntati pontifex Romanus.Subsecutus est Geruilionem Wernharius primus episcopus Wormaciensis, tempore Caroli magni. Vicesimus septimus Vangionum episcopus Burchardus aut secundum alios Brocardus Hessus,ex insigni palatio Conradi ducis Francorũ,adiutus subsidijs Henrici secundi,fecit Wormaciæ collegium S.Pauli anno 1025. Vicesimusnonus episcopus uocatus fuit Adelgerus,cancellarius Henrici tertij, atq; sub eo cessauit in clero Wormaciensi uita monastica,prorsus iam in secularem cõuersa. Trigesimusquintus episcopus Buggo,ædificauit de nouo cœnobium Schönouiense ord.Cistercienſium. Sub eius quoque gubernatione utrunq; Franckentalium est fundatum à ciue opulentissimo Wormaciensi.Obijt episcopus anno 1151.Quadragesimus primus episcopus fuit Landolfus ab Hoheneck,sub cuius regimine Wormacia grauissima obsidione cincta est anno 1235. ab Henrico Friderici Imp.secundi filio.Veniens uero pater ex Italia,filium captum Heidelbergã abduci,ac iterum inde ad Altzheimium deduci curauit,ubi cum per annum ferè detentus fuisset,tandem in regnum Siciliæ abductus,ac ibi in arce quadam perpetuæ custodiæ mãcipatus est.Sub hoc episcopo perijt incẽdio anno Christi 1242.media fere pars urbis Wormaciensis cum trecentis hominibus,ipsa die Palmarum.Simile incendiũ accidit haud longe post,sub Eberhardo episcopo,anno domini 1276.Et aliud rursum anno 1296.sub Emichone episcopo comite à Bayenburg.Quem subsecutus est Eberwinus à Cronenberg,cuius temporibus constructum est prope Wormatiam cœnobium monialium Liebenaw. Quinquagesimus quartus episcopus appellatus fuit Salomannus natus ex familia quadam Moguntina,quem pontifex Romanus præfecit:at Canonici illum nolentes aliumq; eligẽtes.& decennio litigantes,irrecuperabilibus damnis affecerunt episcopatũ. Anno 1342. schisma fuit sublatum.Successor Salomanni Theodoricus à Boparten,bis sustinuit seditionem ciuitatis Wormaciæ:sicut & qui eum subsecuti sunt in episcopatu, multas habuerunt contentiones cum ciuibus,quæ aliquoties sopitæ per Rupertum principem Palatinum atq; Rom.regem,subinde repullulauerũt,unde & anno 1405.totus clerus à Wormacia discessit.Et quum elegissent Mattheum Cracouianum,doctorem Theologiæ,cancel-

larium regis Ruperti, ſub eo redierunt in urbem poſt triennale exilium. Anno 1423. ſub antiſtite Iohanne à Fleckenſtein iterum ſeditio fuit mota contra epiſcopum & clerũ, ſed quã Ludouicus Palatinus iterũ pacauit. Succeſſor huius epiſcopi Fridericus à Domneck renouauit ac illuſtrauit monaſterium Kirſgartenſe, extra mœnia Wormaciæ ſitũ, in quo cũ omnes moniales peſte eſſent abſumptæ, dedit id Canonicis regularibus, ſed quod in ſeditione ruſticorum ſolo fuit æquatum. Mortuus eſt autẽ memoratus epiſcopus anno 1445. relinquens eccleſiam ſuam propter perpetuas ſeditiones ſumme exhauſtam, ut nunquam aſcendere potuerit ad priſtinam dignitatem & potentiam. Præfuerunt poſt eum eccleſiæ Ludouicus ab Aſt Ludouici Palatini conſiliarius, Reinhardus à Sickingen in magnis periculis & difficultatibus. Anno 1483. Iohannes à Dalburg uir doctiſſimus, trium linguarum peritus, renaſcentium in Germanijs humanitatis ac philoſophiæ ſtudiorum ſummus fautor ac mœcenas, Ludouici Palatini conſiliarius ſuſcepit pontificatum propter frequentes tumultus & diſſidia ciuium atq; cleri. Anno Chriſti 1499. cũ uniuerſo clero Laudenburgum ſeceſſit, ubi & manſerunt integro decennio. Mortuo autẽ anno Chriſti 1503. antiſtite, Reinhardus à Rieperg ſucceſſor eius reconciliatur reipublicæ Wormacienſi anno 1509. in comitijs à Maximiliano Cæſare ibi habitis, ſed hanc reconciliationem mox noui exceperunt tumultus, qui cauſam præbuerunt Sickingenſi prælio, quod anno domini 1515. cœpit. Hi tumultus iterum fuerunt pacati per Ludouicum Palatinum electorem, anno 1519. Poſtea quum propter religionem & mutatum doctrinæ genus orirentur turbæ, epiſcopus petiuit coadiutorem Philippum à Flerſheim: at principes tranquillitati conſulentes commendarunt Henricum principem Palatinum. Quod uidens Philippus à Flerſheim, parato animo ceſſit uoluntati Palatinorum, ſicq; Henricus Palatinus aſſumptus eſt in coadiutorem, cui & epiſcopus Reinhardus anno 1524. totam commẽdauit gubernationem reſeruata exigua ſibi penſione & monaſterij Ramſenſis epiſcopatui nuper incorporati poſſeſſione. Proximo anno ſecuta eſt deteſtanda illa ſeditioſorum agricolarũ conſuratio, quæ per totam Germaniam nõ aliter quàm inprohibibile aliquod incendiũ graſſata eſt. Nec uero iam in agro ſolum, ſed in urbe quoq; tumultuabatur, & quemadmodum clauus clauum trudit, ita alius furor alium peperit. Reinhardus ergo quietis quærens locũ, recepit ſe in familiæ ac gentis ſuæ caſtrum Rieperg, quod in marchionatu Badenſi ſitum eſt, ubi poſt pauculos menſes naturæ debitum anno domini 1533. abſoluit. Henricus uero Palatinus Rheni, Philippi electoris filius, factus anno Chriſti 1524. epiſcopus Vltraiectinus, reſignata iterum gubernatione illius epiſcopatus, retinuit epiſcopatum Wormatienſem, atq; anno 1542. ſucceſſit etiam fratri Philippo in epiſcopatu Friſingenſi.

Pfedersheim.


DIſtat oppidulum iſtud à Wormacia uno ferè miliarſo, ubi anno Chriſti 1455. memorabilis accidit clades. Siquidem conglobati multi principes & comites contra unum principem Palatinum, preſertim epiſcopus Moguntinus, dux Ludouicus comes Veldentzenſis, comites Leiningen̄, Naſſoienſes, Werthenſes & Hennebergenſes, aggreſſi ſunt Fridericum comitem Palatinum: at ille inſidijs circumueniẽs hoſtem, cepit multos comites & milites, quos redimere magno ære oportebat epiſcopũ Moguntinum. Dux Ludouicus cum multis alijs fugit in oppidum Pfedersheim, & alij fuga ſalutem quæſiuerunt apud Wormacienſes. Concordia tandem facta, principi Palatino obuenerunt ab epiſcopatu Moguntino duæ uille Hentziſcheim & Tuſſenheim loco triginta millium florenorũ. Anno Chriſti 1525. tres principes Palatinus, Lãdgrauius atq; epiſcopus Treuerenſis, fecerunt magnam cædem ruſticorum (aliqui numerant plus quam mille uiros interfectos) iuxta hoc oppidum, quod ſeditioſi homines occupauerãt, ſed territi principum equitatu ſeſe dediderunt, erroreq; quodam interueniente, multi ex eis fuerunt trucidati, quum ſolum autores ſeditionis interfici iuſſi fuiſſent.

Ruſticorum cædes.

Ciuitas Worma-

CIVITAS WORMACIENSIS, olim Vangionum urbs dicta, hic tibi lector secundum picturam eius ob oculos ponitur, cuius sculpturam senatus eius prudentissimus huc Basileam misit, unà cum descriptione ex annalibus recentioribus collecta. Vetustates nullæ ferè in ea supersunt, cum edax flamma iam dudum eas penè omnes absumpserit.

Vetuſtiſsima Vangionum ciuitas habet æ



Peruetuſta urbs Wormacienſis ſita ad Rhenum in loco amœno, habet in orbe ſum producit uinum atq; frumenti copiam. Habet circumcirca plus minus duce quotidiæ forum frequentant Wormacienſe, eſculẽta inferentes, & qui ante ſoli Populi qui olim per circuitum huius urbis ad duo uel tria milliaria uerſus pagu cti fuerunt Vangiones, fuitq; Wormacia metropolis eorum, magni nominis tan rum priſcos reges, atq; apud ſucceſſores eorum Germanorum Cæſares, qui & m cilia, nuptias, aut alios habuerunt ſolennes conuentus, in quibus de magnis trac les in deſcriptione huius urbis introducti.

hoc habet æuo.



Vetuſtiſsima Vangionum ciuitas, quam hodie Wormaciam uocant, ſita ad Rhenum in littore Gallico, expreſſa hic iuxta formam quam noſtro habet æuo.



Peruetuſta urbs Wormaciensis ſita ad Rhenum in loco amœno, fraber in orbem [illegible]dum nobilem, qui & genero- ſum producit uinum atq; frumenti copiam. Habet circumcirca plus minus decem [illegible]ppida & uillas, quorum incolæ quotidiæ forum frequentant Wormaciense, eſculẽta inferentes, & qui antehac [illegible]ſum domum redire queant. Populi qui olim per circuitum huius urbis ad duo uel tria milliaria uerſus pagum [illegible]chemenſem habitauerunt, di cti fuerunt Vangiones, fuitq; Wormacia metropolis eorum, magni nominis [illegible]Romanos quam apud Frãco rum priſcos reges, atq; apud ſucceſſores eorum Germanorum Cæſares, qui [illegible]orẽ celebrauerunt comitia, con cilia, nuptias, aut alios habuerunt ſolennes conuentus, in quibus de magnis [illegible]rebus, id quod teſtantur anna les in deſcriptione huius urbis introducti.

Re

INter wormac
cissimum frum
cior frumenti
in meditullio
flictus ille horrere
bent. Anno C
nix destituerunt l
tit in imperio. Na
Angliæ ut sibi sup
nt distribuere int
dam. Vnde princ
miniam, quum so
dam de imperio c
modalset, permitt
ctoribus per sent
Quo facto, nouu
ge Angliæ, qui p
miserat quoq; ia
rarunt in mortem
gentinensis, Alb
comes de Zweil
bertus contra Ad
& Rosental occ
dexteta, bellum c
se fertur prælium
expectato auxil
eum, recta fuerit
Ottone duce Ba
flictu obijt. Arel
Zweibrugken f
Argentinensis à
rex, à Iohanne fi
Adolfi filius cap
ta comites. Mul
Iohannis baptis
tis alijs principi
cendio grauissi
guntinus non u

MVlt
Rhe
scili
cun
rem factum ess
matricorũ, Tr
rum, Mediom
diomatricos q
Mediomatrico
dam sic uocata

Regio ſeu pagus Altzheimenſis.

INter Wormaciam & Crutznacum patet magna terræ planicies, habens agrum feracissimum frumenti & uini, nec est in linea Rheni post Sunggoiam terra aliqua feracior frumenti quàm sit illa. Habet autem denominationẽ ab oppido Altzheim, quod in meditullio eius situm est. Nam uocatur pagus Altzheimensis. In eo factus est conflictus ille horrendus inter duos reges Albertum & Adolphum. De quo historiæ sic habent. Anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octauo principes Alemanniæ destituerunt Imperatorem Adolphum Moguntiæ iure imperiali, quod infideliter egerit in imperio. Nam accepit centum millia marcarum argenti, ut quidam scribunt, à rege Angliæ ut sibi suppetias ferret contra regem Franciæ. Et hanc pecuniæ summam debuerat distribuere inter principes Germaniæ quod non fecit, sed emit inde comitatum quendam. Vnde principes recusarunt ire cum eo ad militiam, quod ei in magnam cessit ignominiam, quum solus regem Angliæ iuuare non posset. Orta est præterea inter eũ & quosdam de imperio concertatio, quod ille Argentinam & totam Alsatiam plurimum incommodasset, permitteretq; passim in Germania oriri lites & bella. Quare depositus est ab electoribus per sententiam tanquam remissus et inutilis, electusq; est Albertus dux Austriæ. Quo facto, nouum suscitatur bellum inter Adolphum & Albertum, instigante ad hoc rege Angliæ, qui pecuniam magnam Alberto regi obtulit, ut se uindicaret in Adolpho. Amiserat quoq; iam Adolfus multorum principum fauorem. Nam ut quidam scribunt, iurarunt in mortem eius Gerardus archiepiscopus Moguntinus, Conradus episcopus Argentinensis, Albertus dux Austriæ, Albertus comes de Haigerloch, comes de Lyningẽ, comes de Zweibrugken, Otto de Ochsenstein. Et paulo post contractis copijs uenit Albertus contra Adolfum de Nassaw et ad duo milliaria prope Wormaciã inter Gillenheim & Rosental occurrit illi. Adolphus multo minoribus copijs fultus, fiduciam ponens in dextera, bellum cum Alberto inijt, sed pugna facta cũ multis militibus est occisus. Durasse fertur prælium ad dimidium diem. Adolphus tanto impetu ferebatur in æmulum, ut nõ expectato auxilio, se in periculum daret. Fertur tamen, ut nullus ex ijs qui coniurauerãt in eum, recta fuerit defunctus morte. Nam inter primos comes de Haigerloch in itinere ab Ottone duce Bauariæ genero regis occisus est. Comes de Ochsenstein uulneratus in conflictu obijt. Archiepiscopus Moguntinus inuentus est mortuus sedens in sella. Comes de Zweibrugken fluuio submersus est. Comes de Lyningen insanus factus est. Episcopus Argentinensis à quodam rustico apud Friburgum Brisgoiæ confoditur. Albertus postea rex, à Iohanne fratruele suo occisus est. Interierunt in hac pugna plurimi utrinque. Regis Adolfi filius captus fuit cum multis nobilibus, inter quos commemorantur fuisse sexaginta comites. Multi calore suffocati sunt. Nam committebatur hæc pugna circa festum diui Iohannis baptistæ. Anno Christi 1504. quum Wilhelmus Landgrauius Hassiæ cũ multis alijs principibus bellum gereret contra comitem Palatinum, pagus Altzheimensis incendio grauissime fuit deuastatus, & plurimæ uillæ exustę, ad quod malum episcopus Moguntinus non uulgares tulit suppetias.

Depositus imperator.

Aduersarij Adolfi omnes mortui.

Treueris & Metis.

MVlti sunt in hac opinione, ut Mediomatricorũ ditionem putent olim attigisse Rhenũ, Nemetumq; & Vangionum fines partim illis subiectos fuisse, quando scilicet res Gallorum ualidiores fuerunt, & priusquam Germania prima & secunda ad ripam Rheni in Gallia constituerentur, id quod post Iulium Cæsarem factum esse arbitramur, etiamsi ille scribat Rhenum per fines Sequanorum, Mediomatricorũ, Tribocorum & Treuerorum citatum ferri. Vnde etiam colligimus, Sequanorum, Mediomatricorum ac Treuirorum potentiam multo maximam olim fuisse, & Mediomatricos quantũ ad ditionis amplitudinem attinet, Treuiris pares. Putãt autem quidã Mediomatricos dictos, quod medij sint inter Treuiros & Leucos & Metim, à Metio quodam sic uocatam. Treuiri sunt qui hodie cis Rhenum archiepiscopum Treuirẽsem agnoscunt.

Mediomatrices.

noſcunt. Horum fines olim, ſicut & hodie, Rhenum attingebant. Nam extenduntur uſq; ad Confluentes & Bodobrigam, quam hodie Boppardiam dicimus. Cæſare autore Treuirorum ciuitas olim longe plurimum totius Galliæ equitatu ualebat, magnasq; habebat peditum copias. Quin & propter Germaniæ uicinitatem, cottidianis exercitata fuit bellis, cultu & feritate non multum Germaniæ abſimilis, neq; imperata unquam niſi exercitu coacta fecit. Habuerunt Romani poſterioribus temporibus præpoſitum theſaurorum apud Treuiros, procuratorem monetæ, procuratorem argentariorum, &c. Præterea Treuiris erat fabrica ſcutaria, baliſtariaq;, tũ etiam primæ Belgicæ caput facti ſunt. Vnde metropolitanam eccleſiam habent, Mediomatricis, Leucis & Virodunenſibus præſidẽtem, qui inter primæ Belgicæ populos numerantur. Treuiros uocat Marcellinus clarum domicilium principum, propterea quod Conſtantinus illic palatium extruxerit, cuius aliquot ruinæ etiamnum uiſuntur, ubi non hunc modo, ſed & inſecutos Cæſares habitaſſe ueriſimile eſt, etiam quoſdam ante Conſtantinum.

Treuirorũ olim potentia.

Simon Richwinus medicinæ doctor de Treuiris.

DE Treuiris habuiſti multa à me D. Munſtere ex comitijs Auguſtanis, quæ Saluianus epiſcopus Maſſilienſis de illis ſcripſit. Durant heu nimium adhuc peruerſa ſtudia & mores. Natura loci ſatis eſt ad delitias & amœnitatem ficta, ſiue montes & ualles, ſiue flumina & riuos pratis interiectis ſpectare uelis. Montes Bachico cultu uirent. Ager ſatis hic eſt fœcundus: omnis generis piſces & ferina hic abundant, ſi tempeſtiue ſecteris & captes, ut non miremur Romanos hic domicilium conſtituiſſe. Mores hominum hic natorum plerunq; triſtes ſunt & ad melancholiam procliues, ſed tamen manſueſcunt paulatim commertio extraneorum, & Stoicum illud ſupercilium conuictu ceu recreatur. Auſonius bene de Treuiris meritus, alicubi de Treuiris aptiſſime ait, quinetiam mores & lætum fronte ſeuera ingenium natura ſuis conceſſit alumnis. Aer frequenter hic eſt nubilus & pluuioſus, ut quidam etiam, quod in alias quoq; urbes dicitur, huc accommodent cloacam planetarum. Verum propter conuallem ubi nebulæ ſuſpenduntur, id euenire dicimus. In uniuerſum Moſellanorum corpora laboribus induruerunt ad miraculum uſque. Per montes aerios ueluti capræ reptare et euadere ſpectantur. Mores habent ſibijpſis plus ſatis arridentes, alioqui irriſi à naſutulis. Palatium Treueri eſt ſpectandæ uetuſtatis, cuius diuus Hieronymus meminit, quod interfuerit. Aliæ inſuper moles adhuc extant, aliæ ſub cœcis terræ ſpeluncis ſepultæ iacent, quæ cum indies eruuntur admirandam exhibent uetuſtatem, ſicut & ſuperioribus annis quidam ex ſenatu Iohannes Schortius ante urbem in agro maximi præcij theſaurum in nomiſmatis quæ numeroſe indies eruuntur, nactus eſt. Suprà in deſcriptione. Galliæ ampliorem de hac urbe feci mentionem.


Magunciacum, uulgo Mentz.



MAgunciacũ uetus paulo remotius à Rheno fuit, id quod ruinæ quædã adhuc in agro Maguntino oſtendunt. Et ubi hodie eſt Magũciacum, olim munimenta fuere Romanorum aduerſum Alemannos, ad ipſam Rheni ripam. Quis primum hanc condiderit urbem ſciri non poteſt, quum ſit una ex uetuſtiſſimis ciuitatib. Sita eſt in loco amœno, ubi Mœnus fluuius quem alij Moganum uocant, ex Franconia deſcendens Rheno miſcetur. Habet agrum ſatis fœcundum, ab utraque Rheni ripa. Nec eſt ulla ciuitas in linea Rheni, ubi plura quam Maguntiæ uetuſtatis reperiuntur monumenta, potiſſimum autem Druſus Auguſti Cæſaris priuignus, qui Germaniam tam obſtinato animo bello petiuit, & reliquit in hac urbe in perpetuam memoriam coloſſum quendã lapideum, qui in hunc uſq; diem in colle quodam conſtitutus, à forma ipſa uocatur germanicè Eichelſtein, propter glandis figuram. Iulianus Cæſar cum Germanos oppugnaret, fecit Maguntiæ pontem ultra Rhenum, in loco ubi hodie diuus Albanus quieſcit.

Coloſſus lapideus.

Deinde



Deinde anno Christi 813. pontem aliũ Carolus Imp. per annos decẽ ingenti labore & opere mirabili de ligno ita constituxit, ut perhẽ niter durare posse uideretur. Sed in mense maio ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, ut præter hoc quod aqua tegebatur, ne una quidem haltula maneret. Fuit autem pons iste quingentorũ passuum. Nam tanta est ibi fluminis latitudo. Combusto ponte, Carolus constituit alium ex lapidibus construere, intermissum tamen fuit opus. Anno Christi quadringẽtesimo uigesimo quinto fuit diuus Albanus per hæreticos ex Philippis urbe Græcię pulsus unà cũ episcopo Theonesto, ueniensq; Maguntiam, passus est ibi pro Christo. Paulo ante anno scilicet Christi 410. habuerunt Vandali regem nomine Carocũ, cui mater eius, mulier detestabilis, tale dedit consilium. Fili, si cupis nomen tuum consecrare æternitati, acquiesce consilio meo, & destrue omnia magnifica ædificia, quæ alij reges & principes construxerunt, atque interfice eos quos illi uiuere permiserunt. Acquieuit pessimus filius maleficæ matri, & diruit passim multas & insignes ciuitates, præsertim Maguntiam, Wormatiam, Spiram & Treuerim, accensoq; igne redegit eas in fauillam, homines autem inuentos occidit. Idem egit Metis. Et ueniens in Galliam, fuit captus & magno ludibrio diutinoq; cruciatu ductus per ciuitates quas destruxerat & tandem crudeliter interfectus. Anno Christi millesimo centesimo sexto celebrata sunt Maguntiæ comitia, aduenerunt; tot principes, ut nulla hominum memoria maiorem uidisset principum conuentum. Siquidem uolebant componere causam Henrici Imperatoris quarti, qui quod pontificis Romani acta non probaret, fuit tertio anathematisatus, quin & filius eius Henricus quintus rebellionem parauit contra eum, unde magna discordia nata fuit in Germania, atq; ubiq; seditiones & bella excitata. Nam Henricus pater deposuit quosdam episcopos, instituitq; alios loco eorũ: & ueniens filius, qui erat Romanorũ rex, rursum expulit eos quos pater instituerat, & reduxit expulsos, aut instituit nouos qui sibi placebant. Irritatus igitur pontifex Romanus prohibuit omnibus Christianis, ne communionem ullam haberẽt cum Imperatore, quin & omnes ab eius absoluit obedientia. Conuenerunt ergo Maguntiæ totius imperij principes spirituales & prophani ut

Pons Maguntiæ.

Carocus tyrannus.


Henricus quartus & quintus pater & filius dissident.

ut alium eligerent Imperatorem. Odium quod omnes contra ſeniorem cõceperant, hinc natum fuit. Geſſerat Imperator multa & diutina prælia, in quibus plurimi rapinis aſſueti diuites effecti fuerant. Cumq; pax tandem eſſet reformata, adiunxerunt ſe feroces illi & inſoleſcentes nobiles atq; milites Henrico filio, incitabantq; eum contra patrem, ut occaſionem repetendæ conſuetudinis inueniret, mouendisq; iterum bellis animũ intendebãt. Et quum filium multis dolis irretitum decipi poſſe conſiderarent, quadam die inter alia tanquam ex obliquo patrem eius in mentionem adducebant: ſe mirari quod tam durum patrem pati poſſet, nihil eum à ſeruo differre, quum omnia quæ ſerui ſunt toleraret: patrẽ eius ſenem eſſe & moderandis regni habenis inualidum, ſi inueſtituram regni uſq; ad obitum eius differret, haud dubium quin alter illud ſibi præriperet: illum multos fautores habiturum propter inuidiam & odium patris ſui: ſe autem omnium uota in ſe transferre, ſi non cunctaretur ſuſcepti regni gubernacula poſſidere, maxime quum patrem eius excommunicatum eccleſia dudum abiecerit, & proceres regni reprobauerint. His uerbis filius contra patrem exaſperatus eſt, quum pater de filio nihil mali ſuſpicaretur, donec tandem filij peruerſum erga ſe animum in bello ſenſit. Nam filius relicto in neceſſitate patre, ſub ſpecie cauſæ dei, ſuam egit cauſam. Illico Bauariam, Sueuiam, Saxoniam percurrit, proceres conuenit, attraxit omnes & ſubintrauit in regiam poteſtatem, tanquam ſepelniſſet patrem. Mox caſtellum Nurnberg minax obſedit, quod patri adhuc adhæſit. Sequutus eſt pater filium ut illum à propoſito ſuo abduceret, roboratusq; eſt utriuſq; exercitus iuxta fluuium cui nomen eſt Regino, uulgo Pegnitz aut Regnitz. Quumq; potentiores utriuſq; partis conuenirent, illecti perſuaſibilibus uerbis ij qui à parte Imperatoris erãt, ſenſim ab illo deficiebant. Et niſi ſenex domeſticam fraudem præſenſiſſet, ſolus cum paucis periculo relictus eſſet. Fugit ergo in Bohemiam ad ducem illius prouinciæ. Interim conuocat Maguntiam omnes principes imperij. Ad quam curiam etiam Imperator conuocatis neceſſarijs ſuis uenire diſpoſuit, uolẽs in ratione ponere, recténe ſecum an ſecus actum eſſet. Quod cũ agnouiſſent aduerſarij eius, metuentes ſibi & cauſæ ſuæ ſi ueniret ille, hanc fraudem regi ſuggerebant, ut obuius patri ſumpto pœnitentis uultu culpam fateretur & gratiam expeteret, dolere ſe, quod malignæ ſuggeſtioni conſenſiſſet, paratum ſe ad omnem ſatisfactionem, dum gratiam inueniret. Pater credulus uerbis filij, condonauit ei pœnam & culpam. Poſt hæc ſuggeſſit filius patri, ut dimiſſa tanta multitudine, ad curiam ambo mediocri copia uenirent. Placuit conſilium patri, bonum quidem ſi fraudulentũ non fuiſſet. Dimiſſaq; multitudine, non plus quam trecentis uiris ad curiam filio comite pergebat. Cumq; Moguntiæ appropinquarent, uenit nuncius ſubornatus, qui diceret Bauaros & Sueuos cum ingenti multitudine Maguntiam uenille. Tunc filius ſuggeſſit Imperatori, non eſſe tutum uenire in medios hoſtes, niſi prætentatis eorum animis. Diuerteret potius ad caſtellum Ingelheim quod iuxtà erat dum ipſe conueniret eos, & à ſententia incœpti deduceret. Fecit Imp. ut filius ſuggeſſerat diuertit ad caſtellum, non cernens laqueũ doli. Quum itaque Imperator cum paucis intraſſet, occluſa porta, fidelibus eius aditus negabatur, detectaq; fraude qui receptus eſt ut dominus, tentus eſt ibi ut captiuus. Et ſicut quidam ſcribunt, abſens & non auditus, fuit Maguntiæ à principibus imperij honore deſtitutus, miſſiq; ad eum Maguntinus, Colonienſis & Wormacienſis epiſcopi, ut imperialia inſignia inuito auferrent. Cumque in ſenioris ueniſſent conſpectum in caſtello Ingelheim, quo loco palatium conſtruxit Carolus magnus, mandata concilij exponebant pontifices, poſcẽtes, ut inſignia uolens traderet. Illo autem cauſam requirente, tam ſceleratæ in ſe inauditum à concilio

Filius incitatur contra patrẽ.

Fucata pœnitentia.

Caſtellum Ingelheim.



cſſio ſententiæ, obiecíſſe ei feruntur, in conferendis epiſcopatibus & abbatijs ſimoniam. Tunc Imperator: Dic Maguntine, dic Colonienſis, per nomẽ æterni dei, quid à uobis acceperim? Dixerunt, nihil. Et Imperator: gloria deo in excelſis, quia uel in hac parte fideles inuenti ſumus. Certe maximæ ueſtræ dignitates potuiſſent magnum cameræ noſtræ ſi ita quæreretur quæſtum præſtitiſſe. Nolite patres temerare fidem ueſtram. Ecce iam ſenio laboramus, ſuſtinete modicum, & nolite in confuſione gloriã noſtram terminare. Generalem curiam expetimus. Si cedendum eſt, propriis manibus filio coronã trademus. Illis renitentibus & uim oſtendentibus, parumper ſecedens, imperialibus ſe ueſtiuit inſignijs, & reuerſus, hæc inquit imperialis honoris ſunt inſignia. Hæc mihi præſtitit æterni regis pietas & principũ electio. Potens eſt deus, nos in his conſeruare & manus ueſtras ab opere cœpto cohibere, quamuis ſimus armis & militia noſtra deſtituti. Securi enim de tali uiolẽtia, nobis nõ proſpeximus. Sed timor dei uos coerceat quos pietas non reuocat. Hæſitant pontifices, ſed inuicem cohortantes, accepto conamine Imperatorẽ adeunt, coronã capiti detrahunt, & ſede detractũ omnibus imperialibus exuunt. Imperator ab alto ductis ſuſpiritijs ſic eos alloquitur. Deus ultionum dominus uideat, & uindicet iniquitatẽ quam facitis. Ignominiam ſuſtineo antè inauditam. At illi obturantes aures ſuas, relicto caſtello Ingelheim reuerſi ſunt Maguntiã, inſignia imperialia ſecum deferentes, nempe, crucẽ, lanceam, ſceptrum, globum atq; coronã. Sunt qui ſcribũt filio per hæc non ſatis factũ, niſi & pater coram ueniret, & in cõſpectu omniũ imperio renunciaret. Venit ergo nõ ſuæ poteſtatis, ſed in cõprehenſione adductus, ſolus coram eis, qui dudũ coram ſe ſteterãt, ſterit: & inquiſitus de ſpontanea imperij renunciatione, nõ quod uoluntas habuit, ſed quod neceſſitas coegit reſpõdit, ſe uidelicet imperio renũciare, nõ ui coactũ, ſed propria uolũtate inductũ, ſibi iam defeciſſe uires ad moderandas regni habenas. Abrenũciata itaq; imperiali dignitate, priuatus diſceſſit, & ad quandã ciuitatẽ, quã filius uictui illius permiſerat, receſſit. Quis non uidet hic q̃ impotens ſit potentia mundi, quàm incerta, q̃ inſtabilis? His ita trãſactis, Imperator ſpoliatus ſua dignitate fugit Coloniã & Leodiũ, collectiſq; aliquot fautoribus, decreuerat ultionem ſumere de his, qui eum deſtituerant imperiali dignitate: ſed antequam poſſet id executioni mãdare, mortuus eſt Coloniæ quæ ei adhuc fauebat. Alij ſcribunt, quod Leodij fuerit mortuus & ſepultus. Sed cadauer Chriſtianæ ſepulturæ traditum in monaſterio, iubetur extrahi, & in locũ poni non conſecratũ, alioquin ciuitas anathema tepercuſſa, abſolui non poterat ab excommunicatione. Paulo poſt cadauer rurſum effoſſum, perductum eſt filij conſenſu Spirã, ubi quinq; annis ſtetit in quodam loco prophano inhumatum, in ſarcophago ſcilicet lapideo extra eccleſiã in capella ſanctæ Afræ martyris collocatum, ac deinde ad reliquos Imperatores in priori choro præmiſſa tamen recõciliatione ſepultum. Mirum & incomparabile rerum humanarum ſpectaculum & exemplum non uulgare, in quo contemplari poſſunt ima atq; ſumma. Mira legũtur de hoc Henrico: Inuenies acta eius conſcripta à Nauclero, Alberto Krantzio, maxime autem à Lamperto monacho quodam Hirſfeldenſi.

Querela Imperatoris degradati.

Imperator exuus imperio.

De epiſcopatu Moguntino.

SVnt ab Imperatoribus priſcis in uniuerſa Germania cõſtitutæ ſeptem ſedes archiepiſcopales, quarum prima eſt Moguntiæ, ſecunda Coloniæ, tertia Treucris, quarta Magdeburgi, quinta Salisburgi, ſexta Bremæ & ſeptima Rigæ in Liuonia. Moguntina ſedes ſub ſe habet Curienſem, Conſtantienſem, Argentinenſem, Spirenſem, Wormacienſem, Herbipolenſem, Auguſtanum, Aiſtettenſem, Hildesheimenſem, Baderbornenſem, Halberſtatẽſem & Verdẽſem. Fuit & Babenbergenſis epiſcopatus olim Moguntino ſubiectus, ſed mox poſt fundatoris Henrici Imperatoris ſecundi mortem fuit exemptus, idq; per pontificem Rom. Clementẽ ſecundũ, qui antea Babenbergenſis eccleſiæ ſecundus fuerat epiſcopus, Suidegerus dictus. Primus Moguntinus epiſcopus dicitur fuiſſe S. Creſcentius, unus ex primis Germaniæ apoſtolis, diui Pauli auditor atq; comes & diſcipulus eiuſdem, qui populum Moguntinum ad Chriſtum conuertit. Secundus appellatus fuit Bodardus, tertius Suffronius, quartus S. Maximus, qui ſcriptis ſuis Arianam impugnauit ſectam. Quintus Sidonius, ſextus Maximus, qui interfuit ſynodo Colonienſi, in qua Euphrates Colonienſis epiſcopus Arianæ ſectæ aſſecla anno 399. pontificatu priuatus eſt. Nonus, Aureus ab Hunis anno Chriſti 454. trucidatus. Decimuſquartus, Ruthardus


thardus, ſub quo Dagobertus Galliarum rex cœpit Moguntiam reædificare, ab Attila euerſam, & munire. Tranſtulit quoq; eam à priori loco ad Rhenum ducentis ferè paſſibus.

Decimuſſextus fuit Geruilio, qui ſimul archiepiſcopus fuit Wormacienſis. Is patrẽ ſuũ ulturus interfecit Saxonem quendã, atq; ideo Archiepiſcopatus fuit translatus Moguntiam, & ipſe truſus in monaſteriũ ut faceret pœnitentiã: cuius rei ſuprà in catalogo epiſcoporũ Wormacienſiũ fecimus mentionẽ. Decimuſſeptimus archiepiſcopus fuit Bonifacius Anglus, antea Wunefridus appellatus, fundator Fuldẽſis abbatiæ, qui plenius in Chriſtianiſmo erudiuit Germaniã, præfuitq; ſedi Moguntinæ annis 35. Tandem uero ſenex profiſcitur in Friſiã, ubi martyrij accepit coronã. Corpus eius Fuldæ quieſcit. 19. Richolphus Caroli magni conſiliarius, ſub cuius gubernatione periit incendio pons Moguntinus anno 812. Ipſe adiutus per Carolũ magnũ fundauit cœnobiũ S. Albani. 22. Rabanus patria Fuldenſis, alibi Magnentius Maurus appellatus, Bedæ Anglici diſcipulus, poeta & theologus, primũ abbas, deinde archiepiſcopus anno 856. mortuus. 26. Hatto Francus præficitur archiepiſcopatui ab Arnolfo Imp. cuius filiũ Ludouicũ ex baptiſmo ſuſcepit. Præfuerat antè abbatijs Elwangenſi, diuitis Augiæ & Fuldæ. Hic iniquus fuit Alberto comiti Babenbergẽ, ſicut ſuo loco referemus. 29. Archiepiſcopus Hildebert⁹ dux Frãciæ oriẽtalis & abbas Fuldẽſis, qui coronauit Aquiſgrani Ottonẽ primũ. 30. Fridericus dux Lotharingiæ, fundator præpoſituræ Mogũtinæ S. Petri, quũ in Rheno amiſiſſet Giſelbertum fratrẽ, ſeditioſum contra Ottonẽ. 31. Wilhelmus dux Saxoniæ filius Ottonis ex Editha regina Angliæ. 32. Hatto abbas Fuldenſis fit archiepiſcopus, deuoraturq; à muribus in medio Rheno, iuſto dei iudicio, anno 969. propter incendio deletos pauperes.

8. Bonifacius.

Rabanus.

34. Willigiſus Saxo, Ottoni ſecundo à ſacris & à conſilijs. Aiunt hunc habuiſſe in cœnaculo ſuo depictam rotam cũ hac inſcriptione: Willigiſe memineris quid ſis & quid olim



fueris. Hæc rota poſtea inſigne archiepiſcopatui Moguntino datum & confirmatum eſt ab Henrico ſecundo claudo. Ipſe fuit primus inter archiepiſcopos Mogunt. imperij elector: ipſe inchoauit nouã baſilicã S. Stephani, in qua & anno Chriſti 1011. ſepultus fuit. 36. Herimboldus abbas Fuldẽſis, ab alijs Erckenbaldus dictus, fundauit & erexit eccleſiã collegiatam S. crucis. 37. Bardo abbas Fuldenſis & Hirsfeldenſis, uir eloquentia & eruditione cõſpicuus. Ipſe abſoluit cathedralem S. Martini eccleſiã, quã Willigiſus inchoauerat, in qua et ſepultus iacet. 39 Luitpoldus monachus Fuldenſis & archiepiſcopus, fundator monaſterij ad S. Iacobũ, in quo & anno 1060. ſepultus eſt. 40. Sigefridus baro ab Epſtein abbas Fuldenſis. Ipſe in archiepiſcopatu erexit in honorẽ Beatę uirginis Mariæ inſignẽ eccleſiam collegiatam, ad noſtrã dominam hodie appellatã. Elegit & unxit contra Henricũ quartũ Rudolfum Sueuiæ ducẽ, ideo expulſus à pontificatu in exilio obijt. 42. Ruthardus Erdfordiæ ad S. Petrũ abbas, eligit in archiepiſcopũ, & idẽ cœpit in Ringouia de ſuis ædificare cœnobiũ S. Iohannis, quod uulgo Epiſcopi mons appellatur, anno 1109. mortuus. 43. Adalbertus Lotharingiæ dux, aut ſecundũ alios comes Sarbruggẽ, fundauit monaſteria, Erbachiũ & Swabenheimiũ, muniuit quoq; mœnibus & turribus oppidum & caſtrũ Aſchaffenburgiũ, ſepultus anno 1137. in Erbach monaſterio. 47. Arnoldus è Ringouia natus, à conſilijs Friderici Barbaroſſæ factus eſt archiepiſcopus, & anno domini 1168. trucidatus à ciuibus Mogũtinis in cœnobio S. Iacobi. Quod audiens Barbaroſſa Cæſar, fecit authores funeſti conſilij gladio è medio tolli, cœnobiũ ſancti Iacobi fundítus euerti, urbẽ in mœnibus lacerari, immunitatibus ac priuilegijs exui. Tandẽ cõſenſu Ottonis quarti Imperatoris, urbs rurſum fuit inſtaurata. 55. Henricus Knoderer, cognomento Gurtelknopf à cingulo Franciſcano, Algous, patria Iſnenſis, piſtoris cuiuſdã filius, Franciſcanus Lucernenſis, confeſſor Rudolfi Habſpurgij nondum ad imperij gubernationem euecti, Guardianus Baſilienſis, anno domini 1274. in epiſcopũ electus, exorſus eſt monaſterium S. Claræ in Baſilea minori, anno 1276. doctor theologiæ & necromanticus inſignis, tandem anno 1286. præficitur archiepiſcopatui Mogũtino ab Honorio quarto Rom. pontifice, cui præfuit ferè duobus annis, mortuus anno 1288. Oderat clerũ, cui & ipſe inuiſus erat, unde quidam in eum luſit hoc diſtycho:

Nudipes antiſtes, non curat clerus ubi ſtes Dum non in cœlis, ſtes ubicunq; uelis.

56. Gerar-

56. Gerardus baro ab Eppẽſtein, interfuit pugnæ in qua Cæſar Adolfus Anaxouianus ſeu Naſſouienſis cæſus & interemptus eſt. Deceſſit ſubitanea morte anno 1304 in concla ui ſuo. 57. Petrus Archſpaldius Treuerenſis, medicus comitis Henrici Lutzelburgẽſis poſtea Imperatoris, primum epiſcopus Baſilienſis, ac deinde à Rom. põtifice archiepiſco pus factus Moguntinus, fundauit Carthuſiã Moguntinã anno Chriſti 1308. ac deinde an no 1320. mortuus.* 65. Ioannes comes Anaxouianus impetrat archiepiſcopatũ à Rom. põ tifice: & depoſito Wenceslao Bohemo ignauo rege elegit Rupertũ Palatinũ anno Chriſti 1400. Aedificauit primus caſtrũ Hõhſt ad Mænũ. 67. Theodoricus pincerna & domi nus ab Erpach eligit anno domini 1434. in archiepiſcopũ: qui monaſteriũ S. Iacobi inſtau rauit, & ſub eius gubernatione inuenta eſt Moguntiæ ars typographica, anno 1459. mor tuus. 68. Dietherus ab Eiſenburg eligitur à maiori parte Canonicorũ, cõtra quẽ Pius põ tifex elegit Adolphum comitẽ à Naſſow: ex quo ſchiſmate multa nata ſunt bella & eccle ſia Moguntina irreparabilia perpeſſa eſt dãna. Obtinuit Adolphus poſſeſſionẽ præfuitq; annis 13. Quo ex hac uita ſublato, reuocat Dietherus, & ſeptem adhuc annis pontificatui præfuit, & caſtrũ Moguntinum denuo ex fundamentis extruxit. Fundauit & academiam Moguntinã, anno 1482. mortuus. Eligitur poſt ipſum Albertus dux Saxoniæ filius Erne ſti, præfuitq; annis duobus. Anno Chriſti 1484. eligitur Bertholdus comes ab Hennen berg, qui in comitijs Wormacienſibus autor fuit conſtituendæ imperialis cameræ ac iudi cij ad promouendũ iuſticiã. Ante enim iſta tempora, iuſticiam & ius in aulis Cæſarum pe tere neceſſe fuit, quod ut laborioſum erat, ita maximos etiã requirebat ſumptus. Fuit Ma ximiliani Cęſaris per multos annos cancellarius, uir egregie doctus & ſapiẽs, ſed qui plus æquo fauere uiſus fuit partibus Landgrauij, quũ in Bauarico bello eũ tranſcere permiſit a pud Moguntiã Rhenũ, ad deuaſtandũ & incendendũ infinitas penẽ uillas & caſas rurico larũ, principi Palatino ſubiectas. Eligit poſt ipſum Iacobus à Liebẽſtein Sueuus, mortuus anno 1508. Eodem anno eligit Vricl à Gemmingen Sueuus, uir doctus & ſapiens, præfu itq; annis duntaxat quinq; non ſine ſuſpitione. Succedit ei Albertus marchio Brandenbur genſis, 74 in numero archiepiſcopus, antea quoq; archiepiſcopus Magdenburgẽlis: ſicq; unus duabus archiepiſcopalibus ſedibus ſimul gubernandis conſenſu Leonis decimi præ fectus eſt, quod hactenus inauditum erat, & nulli unq; contigerat principi. Donatus eſt ga lero pontificio ab eodem pontifice Leone anno Chriſti 1518. mortuus anno 1545. Succe dit ei atq; hodie præeſt Sebaſtianus ab Henſenſtein Heſſus, doctor legum.


Inſolentia cuiuſdam abbatis in comitijs Moguntinis.

ANno Chriſti 1184. Imperator Fridericus primus inſignem fecit Maguntiæ conuen tum, in quo Henricũ filium ſuum regem declaratum, auratum fecit militẽ torque donata. Ibi confirmatum eſt matrimonium inter eundẽ Henricũ & Conſtantiam, quæ filia erat unica regis Neapolitani. Hic conuentus tãto apparatu eſt inſtructus, tanto ſumptu peractus, ut anguſta cõuentui ciuitas uideretur aduenarum. Ipſa autem die proceſſionis in ſacra Pentecoſtes feſtiuitate, cum in eccleſia ſederet Imperator cũ utriuſq; ordinis principibus, à dextris habens archiepiſcopum Maguntinũ & à ſiniſtris Colonien ſem, abbas Fuldenſis turbauit cœtum tã celebrem, locũ ſibi depoſcens ex ſiniſtro Impera toris latere, quem dominus Coloniẽſis occupauit. Meminere multi hoc ab antiqua obſer uantia in eo præſertim loco factum. Sed princeps elector & archiepiſcopus cedere abbati duxit inglorium. Imperator interpellatus deſuper reſpondit. Veteres approbamus, ut te nemur, imperij noſtri conſuetudines. Intelligens archiepiſcopus ſurrexit, dicens. Quando ſereniſſima maieſtas ita ſe uoluntas ueſtra præbet, cedo abbati archiepiſcopus, monacho princeps elector, ſed bona uenia ueſtra cœtum dimitto, & hæc dicẽs abſceſſit. Secutus eſt illum comes Palatinus frater Imperatoris, & comes de Naſſow atq; dux Brabantiæ. Tot uacuatis ſedibus, turbatur rex Henricus, etiã in collum appendens archiepiſcopi, quàm ſanctè rogat, ne feſtũ diem à mœrore auſpicetur, neue turbationem excitet in tanto prin cipum conuentu & diem ſuæ coronationis tantis iræ tenebris obnubilet. Tunc archiepi ſcopus. Si Cæſar & rex manere me uolunt, ecce pareo, reponantur noſtræ ſedes ut fuere, ſi noſtram abbas turbauerit, aſcendat in cœlum, ponat ſuam in aquilonem & ſimilis ſit altiſ ſimo. Præſentiens autem abbatis archiepiſcopus arrogantiam, quatuor armatorum mili

Hæc ſcribit Krantzius.

bus & ſupra uenit in cœtum, qui arma procul dubio etiam in eccleſia exercuiſſent, ſi in longum duraſſet contentio. Conuerſus in abbatem Imperator, quod & ille principes haberet non paucos pro illo, ſi ad arma ueniretur pugnaturos, dixit. Hodie, ne maior nobis turba hũc diẽ feſtũ obſcuret, ſine iuris tui præiudicio adhibẽda eſt tibi pater breuis moræ patientia. Abbas cũ rubore locũ tenuit inferiorem, & coronatus eſt rex Henricus cũ regina. Væ tibi ſuperbia, quę in cœlis nata cum autore tuo ad inferna demergeris, ſemper excruciãda.

Ars impreſſoria apud Maguntinos inuenta.



Iohannes Gutenbergius inuentor typographiæ.

INuenta eſt ars illa libros ſtãneis typis imprimẽdi tempore ferè noſtro, diuinum plane inuẽtum, & res memorabilis, nec minore admiratione digna, ſed multo admirabilior futura, ſi non adeo uulgari contigiſſet. Mirũ & uix credibile dictu, ſed uerius uero, tantũ literarum uno die opificẽ unũ formare, quantũ uix biennio uelociſſimus quisque librarius. Inuentũ id eſt Teutonicum, fuitq; ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quæſtu. Pulcherrimi inuenti autor Iohannes Gutenbergius, equeſtri uir dignitate, Maguntiæq; res primum tentata eſt, maiore quidẽ fiducia q; ſpe, annis circiter 16 priuſquã in Italia res cœpta ſit uulgari. Cœpit inquã Magũtiæ autoribus Germanis, exordijs admodum paruis, ſed breui, ut uidemus, creuit induſtria humani ingenij in eã perfectionẽ, quam hodie habet. Certe actum fuiſſet de omnibus bonis ſtudijs his nouiſſimis tẽporibus, quando omnes uẽtrem curant & inexhauſta habendi cupiditate ducuntur. Vix enim in uijs optimos libros, quos olim magna pecunia uix comparare poterant, tollunt. Certe olim antequam hęc ars inuenta fuit, quum cœpiſſent abijci & negligi boni autores, perijſſent omnes diſciplinę cũ autoribus, ſi ars in tempore non fuiſſet inuenta. Deus ergo omnium rerum conditor, qui humanis rebus nunq; deeſt, & quæ ad uniuerſam opulentiã pertinent abunde præbet, paulo poſt quam hiſtoriæ literæq; pene interire cœpiſſent, miram neceſſariãq; mortalibus breui ſpacio characterum beneficio apud noſtrã Maguntiã repertam tradidit artẽ. Hac mox literæ auctæ & omniũ ferme gentiũ res renatæ in publicũ prodiere. Reſtituta eſt iã priſcæ uetuſtatis memoria, philoſophorũ diuinaq; ſapientia, & quicquid apud pauciſſimos multis iam ætatibus delituit, multiplicatum. Factum eſt paulo pòſt huius artis beneficio commune omnibus, iamq; eo uentum eſt, ut nihil unquam apud ueteres geſtum, quod non iam paulò antequam hæc ſcriberem, in apertum abierit. Hinc Imp. regũ, populorũ, nationum, rerumpub. urbium, ciuitatumq; res geſtæ, memoriæ traditæ ſunt, &c.

De bombardarum apud Germanos inuentione.

Variæ baliſtæ.

ANte bombardarum inuentionẽ, olim uaria ad offendendũ & defendendum excogitata fuerunt arma & inſtrumenta. A longe ferientia fuerunt iſta, ſagittę, tragulę, id eſt, haſtæ à traijciendo ſic dictæ, anſatæ quæ & iacula, fundæ lorulis funiculisq; manu cõtortæ, manubaliſtæ, quas baliſtas minores, aliquando ſcorpiones priſci dixere: quæ tela non ſolum ſingulis ætatibus & ſeculis, ſed per unam quãq; ætatẽ bis terq; nomina & formã mutauere, ſicut & arma quibus corpora ueſtiuntur. Inſtrumenta bellica oppugnationibus adhibenda, hæc fermè erãt: teſtudo, aries, uinea, plutei, agger, muſculi, turris, baliſta, onager, falarica. Sub teſtudine tabulatis & corijs cilicinis contexta & cõtecta,

Aries.

aries ſeu trabs quæ unco præfigebaẽ ferreo & falx uocabatur, retro ducebatur & cũ impe-

Vinea.

tu ad murũ reducebaẽ, extrahebatq; lapides de muro. Vinea uero inſtrumentũ erat ex lignis compactũ, latũ octo pedes & altũ octo pedes, longũ aũt 16. tectũ duplici ligno et crate:

Pluteus.


ſub quo oppugnantes tuto ad muros ſubruendos pugnabant. Pluteus machina erat ad ex

Agger.

pugnãdos muros factus inſtar teſtudinis, tribusq; ducebaẽ rotis, uolubilis in omnẽ partẽ. Hunc admouebant muris & eius munitione ſagittis defenſores mœniorũ de propugna-

Muſculi.

culis ſuis exturbabant, ut ſcalis aſcendendi præſtaretur occaſio. Agger ex terra ligniſq; extollebaẽ contra murum unde tela iactabantur in obſeſſos, & mœnia cuſtodientes. Muſculos



ſculos dixerunt minores machinas, quibus protecti bellatores foſſatũ ciuitatis apportatis lapidibus, lignis & terra non ſolum cõplebant ſed etiã ſolidabant, ut turres ambulatoriæ per rotas & mobiles ſine impedimento uehe rentur ad murum. Fuerunt minores uineis ſubductiores & maiores firmioresq; pluteis. Turris aliquando lata pedib. tricenis in quadro, quandoque 50. & proceritas quæ muros urbis turres q; ſuperabat, rotis agebatur pluribus & ſubt⁹ arietẽ habebat, materia tabulatisq; cõpacta erat, coriis contra ignes & centonibus cilicinisq; aqua infuſis contecta, pontem habebat, qui in mœnia dimittebatur & pugnatores deſcendebant. Baliſtam maiorẽ dixere priſci, trabem ualidam ita libratam, ut quum pars denſior ponderibus attracta deſcenderet, eleuata proceritas ſua, funiculis quos habebat alligatos funda ſaxum maximi ponderis lõge emittebant. Talem baliſtam habent adhuc Baſilienſes, quam uidi ſemel intenſam, lapidemq; miræ magnitudinis in ſublime iaciẽtem. Onagrum tamen maiorem baliſta machinam dixere, quo nullum maius tormẽtum fuiſſe uult Vegetius. Falarica eſt quæ ad modum haſtæ ualido præfigitur ferro: inter cuius tubã & haſtile, ſulphur, reſina, bitumẽ, ſtuppa conuoluuntur infuſa oleo, quod incendiarium uocant. Et hæc falarica baliſtæ impetu deſtinata, perrupto munimine ardens figitur ligno, turritamq; machinam frequenter incẽdit. Hoc tormentum non uidetur multum differre à noſtris uomiglobis, quos uulgo Bõlex uocant, niſi quod incendiarium, id eſt, globus puluere bombardico extorquetur. Fuerunt & alia priſcis ad offenſionem defenſionemq; inſtrumenta, quæ ferè omnia in præcio haberi deſiere, poſtquam bombardę uſus cœpit, machinæ omnium impetuoſiſſimæ, quæ à Germanis paulo ſupra centum annos fuit inuenta. Achilles Gaſſarus medicinæ doctor & hiſtoriographus diligẽtiſſ. ſcripſit mihi, bombardas anno Chriſti 1354. in uſu apud mare Danicum fuiſſe, primumq; inuentorem & autorem extitiſſe Chimiſtum quendã nomine Bertholdum Schwartz, monachum. Hic certe adinuenit opus mirabile, & quod tot præcedẽtium ſeculorum acutiſſima ingenia excogitare nequiuerunt, quod quidam diuinũ & ſummę neceſſarium, alij uero Satanicum & pernicioſiſſimum eſſe iudicant. Primi his nitũt argumentis. Conſtat propter auariciam & maliciam extinctam q; charitatem in fine mundi malorum turbam legibus coherceri non poſſe, nec quenquam tuto iter uel miliare unũ facere. Nam incœperant paulo ante bombardarum inuentum facinoroſorum hominum cœtus & factiones multis in locis bonorum labores diripere & perdere, nec quiſquã potuiſſet illorum prædonum & latronum arces ex montibus, ubi ſe continuerunt, deijcere ſine bombardarum ope. Nõ ergo rectè plurimi damnant inuentorem bombardarum, ſine quibus boni tuto uiuere non poſſent, ſed nec tam potentes & opulẽtæ eſſent urbes, quum negociatores mercaturam exercere non poſſent, qui præcipua pars ſunt ciuitatum potentum & magnarum. Quare bombardarum hoſtes, dei dona deſinant contemnere, niſi quis diductum os canis & dentes ad mordendum factos damnandos putet, niſiq; quis cornua in boue non bonum creatoris opus exiſtimet. At nemo ſanus damnat hoc genus partium animantibus à natura datum loco armorum. Abuſum ergo hi damnant, ſicut & in boue & cane rabie correpto, præſtaret abeſſe cornua & dentes. Sed quæ eſt creatura qua non abutuntur malè? Alij uero damnant ſimpliciter hoc inuentum ceu ſatanicum & tartaricum & quo horribilius nihil unquam eſt ſub cœlo excogitatũ, quo peſſimi quiq; Turcæ, Tartari, publicæ orbis peſtes in perniciem bonorum utuntur. Hic nulla magnanimitas, nullum corporis robur, nullus bellicus aſtus, nulla arma, nullæ ſaxeæ arces proſunt: tormenta

Baliſta.

Falarica.

Bombardarũ inuentio. Io. Villan. lib. 12. cap. 65. ſcribit Anglos oſtenſos cibo Gallos debellaſſe anno 1346.

Bombardarũ commendatio.

Bombardarũ execratio.

illa saxiuoma imò ferriuoma & igniuoma omnia frangunt, conterunt, deijciunt & in nihilum redigunt. Tollit unus ictus centum aut ducentos homines in acie constitutos quantũlibet ferro indutos. Fuit hoc Teutonicum munus Venetis delatum, quando Genuẽses in Clugia clausi à Venetis obsidebantur. Sunt autem bombardarum uaria genera, quæ hodie uocantur Amazonæ, Basiliſci, Luſciniæ, Quartanæ uulgo Cartunæ, Dracones, Serpẽtes, Falcones magni & parui.

Maguntia fraudulenter capta.

ANno Christi 1461. quum Dietherus Eisenburgius episcopus Maguntinus pacificus & quietus esset cum Friderico principe Palatino, Canonici pacem illam odientes, excitarunt magnam tragœdiam. Nam destituentes à pontificatu archiepiscopum suum elegerunt Adolphum à Nassow, cui electioni facile Pius papa consen-

Annatæ crescunt.

sit, eo quod Dietherus neglexisset aut tardaret redimere pallium episcopale. Redimebat autem olim decem millibus aureorum & hodie, ut aiunt, taxa est duplicata. Crescente ẽm Romanorum pompa, necesse fuit & redditus augeri. Hinc est, quod annatæ in Germania olim fuerunt à pontificibus sic exaggeratæ, ut summa quæ leuabatur à præpositis, abbatijs, episcopatibus, &c. creuerit ad 117259 aureos. Hodiæ uero aiunt easdẽ annatas sic grauatas, ut duplo ferè priorem excedant summam. Dietherus itaq; episcopus Maguntinus, quum consecrationem in tempore debito non accepisset, & dixisset papam argentum nationis quærere magis quàm fidei defensionem, & alia quædam commisisset, quæ pontifici Rom. displicuerunt, depositus est et Adolfus institutus. Alij uero de hoc sic scribunt. Pius papa, qui nouerat opes ecclesiæ Maguntinæ, quippe qui diu uersatus fuerat in Germania, annatam extorsit acerbius. Dietherus uero de Ilenburg, qui potior in iure uidebatur, dũ annatam pro arbitrio papæ non solueret & de nõ sollicitando pro concilio sacramentum præstare recusaret, confirmationem iam datam papa retraxit, & æmulo suo contulit Adolfo. Prætera cum Fridericus princeps Palatinus pugnãs pro Dietero cepisset tres principes, comitem Wirtenbergensem, marchionem Badensem, & episcopũ Metensem, Adolphus electus episcopus cum quibusdã partium suarum proceribus consiliũ capiendæ Maguntiæ iniit, facinus audax, secutus in ea re quorundam exhortationem, qui locorũ urbis gnari copias introducere promiserunt. Igitur machinis & scalis paratis, ubi tempus reddendæ uisum est, profectione indicta cum paucis admodum copijs uicesimaseptima Octobris anno 1462. profunda nocte ad fossata urbis peruenere. Erat ab una parte urbs permunita aditúq; difficilis, quare custodijs ferè relinquebatur uacua. Ea in parte exploratores silenter per fossata uepribus ac spinis oppleta falce tramitem scindunt, per quem ad muros usq; peruenium: moxq; applicantes scalas, alta conscendunt mœnia, pedetentimq; introgressi custodes eximprouiso occupant silentio indicto. Erat hora post mediam noctem sere quarta consopitis adhuc ciuibus, descendunt in urbem uiri circiter centum, portam ciuitatis proximam refringere satagunt. Et dum ista fiunt, uigiles per urbem constituti, in hæc ipsa loca deuenientes, deprehenso strepitu clamorem extollunt. Experrecti ciues & magnitudine rerum attoniti, quid primum agerent & ubi succurrerent ignari, armis tamẽ correptis qui proximi fuerant tumultuarie excurrunt, in paucos ingressos impetũ faciunt: fit pugna, sed porta interim est refracta, multitudoq; equitum & peditum irrupit. Tandem ciues globo facto ad arcendos hostes properant, atroxibi prælium committitur, ignis ab hoste immissus aliquot edes conflagrauit: ad hæc nouus semper miles superuenit, nihilominus incolæ pugnarunt tota die usq; in serum uesperum. Ceciderunt ex eis quadringenti, unde reliqui desperantes omisso certamine sese dediderunt. Iubentur mox arma tradere & in designatum locum cõuenire, ubi iussi sunt cunctatione posthabita migrare ex urbe, nulla cuiquam salutandi suos aut ualedicendi permissa facultate. Direpta est deinde ciuitas & cessit urbs Adolfo. Erat illa nocte in arce urbis Dietherus episcopus & comes de Katzenelnbogen: hi cum ingressum hostium accepissent, trepidi transmisso Rheno fuga salutem quæsiere. Exulibus uero paulo post pecunia accepta facultas redeundi ad sua reliqua data est. Dietherus ab initio priuatus episcopatu, principem Palatinũ uocauit in auxiliũ, deditq; illi pro eius expensis & laboribus tractum quendã montanum, complectentẽ agrum fertilissimum, qui uocatur Bergstrass, redimendum quidem ab episcopatu quando uellet,

Maguntina occupatur.

Urbs incenditur


Bergstrass.

uellet,centum millibus aureorum,nec urbs Maguntina facile capi potuiſſet,niſi memorati tres principes Palatino negocium feciſſent. Occupata autem ab Adolfo urbe, trãſactionem fecit idem epiſcopus cum æmulo ſuo Diethero,aſſignauitq; ei caſtra quædam cũ prouentibus eorum,ac deinde certiorem illum fecit,ut poſt ſe epiſcopatum recuperaret,quod & factum eſt poſt ſex annos. Is conſtruxit caſtrum ſatis elegans infra urbem ad Rhenum, quod eſſet ceu frenum quo urbs in officio contineretur. Erexit quoq; academiam Maguntiæ,& dotauit eam ſtipendijs honeſtis.

Vuiſebadenſes thermæ.

HAud procul à Maguntia,ultra Rhenum tamen,thermæ ſunt Wiſebadenſes,quas ueteres uocarunt Mattiacas,ſub edito quodam colle prodeũtes,atq; ex ignitis terræ uiſceribus ſcatentes,ut ſunt multi occulti ignes in profundo terræ,ex quibus calidæ uel tepidæ effluunt,atq; etiam acetoſæ,aut ex quibus calidæ exhalationes expirant,ſiue ſalutares ſiue noxiæ. Calidæ aũt & tepidæ multæ ſunt in ipſa Germania. Cæterũ de Wisbadenſib. thermis & natura earum infra ſub titulo Haſſiæ regionis nonnihil ſcribã.

De Ingelheim ſacri Romani imperii ualle.



LOcus iſte Ingelheim, ubi ego Mũſterus patre andrea Mũſtero natus & in puericia educatus, iacet inter Maguntiam & Bingiũ,de quo in hiſtorijs multa inueniũtur,et tamẽ propter hodiernam eius obſcuritatẽ multi ignorant ſitũ eius. Habet adiunctũ caſtellũ in modum oppiduli conſtructũ, quod hodie uocat Ingelheimenſis aula,quę ante octingẽtos annos Caroli magni fuit palatium,ubi manere conſueuit quandọ in ſuperiori Germania fuit. Sunt etiam qui ſcribunt eum ibi natum. Alij uero ſignant illi Leodium natalem locũ. Quum palatiũ iſtud extrueret aut renouaret,(nam ſunt qui Iulium Cæſarẽ ſcribunt prima ieciſſe fundamenta) ſimul quoq; Nouiomagi ſuper Vahulam fluuium,qui hodie Wala uocatur conſtruxit palatiũ,ſed quod poſtea à Nortmannis anno Chriſti 881. fuit exuſtũ & deſtructũ. Conuocauit Carolus magnus ad palatium Ingelheimenſe principes & proceres Germaniæ,qui ſententiam ferrent contra Taſſilonem ducem Bauariæ,qui de grauibus criminibus accuſabatur,addicebaturq; morti:ſed Imperator Carolus uitam illi concedens,in monaſteriũ Lauriſſanum adegit, ubi felici fine uitã conſummauit. Ludouicus pius Imperator,Caroli magni filius,celebrauit comitia regni in hoc palatio,miſſæq; ſunt ad eũ magnæ legationes ex diuerſis nationib. è Roma,ab ultramarinis partibus, atq; ex Dania. Haud longe pòſt, anno ſcilicet Chriſti 840. mortuus eſt hic Imp. in inſula quadã Rheni è regiõe Ingelheimij, perductusq; Maguntiã & ibi ſepultus. Anno Chriſti 948. fuit in Ingelheim celebratũ à 34 epiſcopis concilium,præſente Ottone Imp.1. Miſit & papa illuc legatũ ſuũ nẽpe Marinum

Palatium Caroli magni.

Lauriſſa è regione Wormaciæ.

Comitia.

Concilium.

epiſcopum, qui concilio præeſſet. Anno Chriſti 1044. Henricus tertius Agnetem Wilhelmi Pictauienſis principis filiam, prima uxore filia regis Daniæ ſine liberis defuncta, apud Maguntiam ungi faciens in reginam, regalibusq; ſibi nuptijs apud Ingelheimium copulauit. Et quum innumera hiſtrionum, mimorum & ioculatorum multitudo aduenirſet, illos non ſolum muneribus ſed etiam cibo potuq; uacuos & mœrentes abire permiſit. Iſte Henricus extruxit deinde magnificum illud templum Spirenſe, ut ſupra memorauimus.

Anno Chriſti 1106. fuit Henricus quartus Imperator in palatio Ingelheimenſi ſpoliatus inſignijs imperialibus, id quod paulo ſuperius ad longum explicatum eſt. Fridericus primus Imperator rurſum inſtaurauit regale palatium Ingelheimenſe, quod iam uetuſtate collapſum erat. Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo triceſimo ſeptimo domini ca poſt omnium ſanctorum nobilitas & militia Rheni celebrauit in Ingelheim ludum militarem quem torneamentum uocant, fueruntq; præſentes Rudolfus Palatinus Rheni, Bernhardus dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, Gerlacus dux Montenſis, Rudolfus marchio Badenſis, Ludouicus pacificus Landgrauius Haſſiæ, Wilhelmus iunior marchio Iuliacenſis, Ludouicus Landgrauius Luchtenburgenſis, Eberhardus comes Wirtenbergẽſis, Fridericus comes Hennẽbergenſis, Iohannes comes à Naſſaw & Sarbrugkẽſis, Wolfgangus comes Katzenelbogenſis, Iohannes comes ab hohen Zollern, Vlricus comes ab Hanaw, Fridericus comes Lyningenſis, Otto comes Wertheimenſis, Iohãnes comes Veringenſis, &c. Affuerunt quoque ſedecim barones & 34. milites, & 130. nobiles. Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo ſexageſimo Carolus Imperator quartus & rex Bohemiæ, ob memoriam Caroli magni fecit renouari aulam Ingelheimenſem, inſtituitq; in palatio ipſo collegium Canonicorum, ſubijciens cœnobium illud monaſterio Pragenſi, duratq; in hunc uſq; diem, tametſi iam intra uiginti annos nullos habuerit monachos. Antiqua ædificia ferè omnia ſunt collapſa præter eccleſiam uetuſtam, in modum crucis formatam. Mœnia & foſſa ſatis adhuc firma ſunt. Fuerunt meo æuo quum adhuc puer eſſem, ante quinquaginta ſcilicet annos, quinq; aut ſex columnæ lapideæ fuſæ in monaſterio, quas olim Carolus magnus ex Rauenna Italiæ unà cum alijs columnis quæ hodie Aquiſgrani uidentur, exportari fecit, ſed princeps Palatinus Philippus tranſtulit illas Heidelbergã, ibique in arce eas in perpetuam artis fuſoriæ memoriã erexit. Anno Chriſti milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo epiſcopus Magũtinus, dux Ludouicus de Veldentz, Emicho comes Lyningenſis cum auxiliarijs ſuis profecti contra aulam Ingelheimenſem, obſidione cinxerunt eam. Quo cognito, Fridericus comes Palatinus qui aulam ceu pignus tenebat, ſine mora cum exercitu ſuo exurgens, obſeſſos contẽdebat liberare ab hoſte. Sed priuſquam peruenirſet ad Ingelheim, hoſtes obſidionem ſoluerunt. Tũc princeps Palatinus mouens arma contra Maguntiam, à ſacerdotibus ſancti Victoris, ſancti Albani & ſanctæ crucis exegit quatuor millia aureorum, mulctam illam collegijs illis extra mœnia ſitis, ne incendio ſubijcerentur, imponens. Deinde anno Chriſti milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo primo idem dux Fridericus profectus ad uillam Olm, quæ parum diſtat à Maguntia, quam Adolfus epiſcopus impignorauerat duci Ludouico pro impenſo auxilio, occupauit eam, quam paulo poſt Canonici Maguntinenſes iterum redemerunt quatuor millibus aureorum. Quomodo Ingelheim, Oppenheim & Cæſarea Lutra impignorata ſint Palatinatui, iam ſuprà ſignauimus ſub titulo Cæſareæ Lutræ. Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quarto Wilhelmus Landgrauius Heſſorum mouit arma cõtra Ingelheimium, exuſſitq; ipſum. Tentauit multis ictibus bombardarum deijcere turres & muros aulæ, ſed cum parum ſuccederet, confuſus diſceſſit. Quid ueteres Imperatores mouerit, ut in hoc loco tam frequentes habuerint conuentus, aliam cauſam non puto exiſtere, quàm quod locus ille amœnũ habet ſitum. Patet enim hinc liber proſpectus in Ringoiam nobiliſſimum Rheni tractum, & in fauces Rheni, quas prope Bingium habet. Verſus Maguntiam uero ubi terra eminentior eſt, magna eſt planicies, quam olim ſylua magna occupauit, ſicut etiamnum, in ſylua appellatur, ubi principes uenationibus animum laxauerunt. Prope uillam Eſenheim extant adhuc illius ſaltus reliquiæ. Ad ſeptentrionem uero loci ſunt montana Ringauienſia, nobiliſſimi feracia uini.

Torneamentũ

Canonici monachi.

Columnæ fuſiles.

Landgrauius oppugnat aulã

Bingium


Bingium.

LOcus iſte propter confluentiam Rheni & Nahæ uetuſtiſſimus eſt, retinuitq; nomẽ ſuum à natiuitate Chriſti uſq; in hũc diem. Hic olim interfectus fuit Druſus Auguſti priuignus, aut, ut alij ſcribunt, lapſus ab equo interijt. Extat in hunc uſq; diẽ prope oppidulum iſtud fons, qui à Druſo Druſel broñ uocatur. Circa annum Chriſti 1150. erat admirabilis quædam uirgo in hoc oppido, ſanctimonialis nomine Hildegardis: quæ frequenter rapta in ſomnis, didicit nõ ſolum quod uerbis effunderet, ſed etiã quod ſcribendo latine dictaret. Multa fertur prædixiſſe de futuris: ad quam etiã diuus Bernhardus literas ſcripſit. *Hildegardis.*



Iuxta oppidum iſtud in medio ferè Rheni cõſiſtit turris quædam, uocata murium turris, à tali euentu hoc ſortita uocabulum. Fuit anno Chriſti 914. quo Otto magnus rerum potiebatur, epiſcopus quidam Maguntiæ Hatto nomine, antea abbas Fuldenſis, ſub quo magna in terris fuit fames. Vidẽs ergo ille pauperes magna premi fame, congregauit in horreo plurimos pauperes & concremauit eos. Dicebat enim. Non differũt hi à muribus, qui frumentum comedunt, ad nihilum utiles. At deus tã tam tyrannidem inultam non dimiſit. Præcepit nanq; muribus ut cateruatim illum inuaderent, & die noctuq; affligerent, atq; uiuum deuorare feſtinarent. At ille fugiens in hanc turrim, putans ſe tutũ fore in medio Rheni à morſibus muriũ, quod tamẽ ei minime profuit. Nã uenerũt mures innumeræ per Rhenũ natantes, executuræ iudiciũ dei iuſtũ. Quod miſer agnoſcens, tandẽ inter mures interijt. Scribunt quidã quod mures nomẽ quoque eius delentes à parietibus & tapetibus abraſerint. Similẽ magisq; horrendam hiſtoriã inuenies infrà in Polonia, ubi & rex & regina atq; filij eorum à muribus fuerũt cõſumpti.

Stauroneſus, uulgo Crutznach.



HAec ciuitas & bona pars regiũculæ, quæ uocatur Huneſruck, id eſt, Hunorum præſidium, fuit olim de comitatu Spanheimenſi, qui ante centum annos prole uiri deſtitutus fuit. Manſit tunc reſidua de proſapia illa fœmina una, nempe domina Eliſabet, comitiſſa Spanheimẽſis & domina in Crutznach, quæ nupſerat principi Palatino Ruperto Pipan, ſed ex qua ille nullam ſuſtulit prolẽ. Mortuo itaq; principe ante uxorem, illa ſingulari amore affecta ad Palatinatum, deſignauit Ludouico principi electori barbato, cõſentiente propinquo eius Iohanne ultimo comite Spanheimẽſe, quintam partem de priori comitatu, pro illo & omnibus hæredibus eius. Cedebat aliàs huic comiti Iohanni tertia pars utriuſq; comitatus Sponheimenſis, & aliæ duæ tertiæ cedebant partim marchioni Badenſi propter duas patris eius ſorores, quarũ unã Mechtildim habuit Rudolfus marchio, & partim comiti Veldẽtzenſi, qui aliã habuit ſororẽ, nẽpe Loretã. Mortuo deinde ſine hærede comite Iohãne, ceſſit totus comitatus duab. ſororibus præter quintã partẽ, quę antea principi Palatino deſignata erat. Habuit aũt domina Loreta Henricũ comitẽ Veldentzenſem maritum, qui genuerunt Fridericum, & is poſt ſe reliquit unicã filiã Annam nomine, quã duxit uxorẽ dux Stephanus Palatinus, factuſq; eſt per eã comes Spanheimẽſis & Veldẽtzenſis. Comitatũ uero Zweibrugkenſem habuit antè à patre ſuo. Eliſabet comitiſſa Spanheimenſis mortua fuit anno 1416. & propinquus eius Iohannes ultimus comes Spãheimenſis deceſſit ſine hærede anno 1437. Poſtea uero anno Chriſti 1463. quũ marchio Badẽſis captus à principe Palatino multareẽ pro 45. milibus aurcorũ, impignorauit partẽ ſuã quã in comitatu Spanheimenſi habuit, ſed eam poſtea data pecunia iterum redemit. *Comitatus Veldentzenſis.*

De Hunorum præſidio, quam regionem alii Cynonotorum terram, uulgo Hundſruck uocant.

TErra quam ambiunt flumina Rhenus, Moſella & Naha uocatur noſtro æuo Huneſruck, id eſt, tergum ſeu refugium Hunorum, aut ſecundum alios Hundſruck, id eſt, canis *Ioſeph. Scalig. in Mo: ſell. Auſonij.*

canis tergum. Ratio uocabuli ignoratur. Doctis uidetur, nomen regioni ab Hunis relictũ, quod gens illa refugium quæsierit in hac terra, continueritq; se aliquãdiu inter iam memorata flumina. Ex historijs tamen nihil certi haberi potest. Præse ferunt quidem quorũdam locorum nomina Hunorum memoriam, perinde quasi illi eam terrã incoluerint ad tẽpus aliquod, sed nihil efficaciter hinc probari potest, quare per coniecturã quæ sequuntur magis accipienda sunt quàm pro rei certitudine habenda. Haud procul ab oppido Siemern fons est nomine Hunenborn. Est & arx in regione illa, quæ uulgo Hoinstein, & in Cancellaria Hunolstein appellat. Est & aliud castrum nomine Castellun, quasi castrũ Hunorum dictum. Alij ex Obrinca faciunt Hundsruck. Vocatus aũt fuit olim Mosella Obrinca, hinc Obrincanus tractus. Possident Palatini principes nostro æuo hũc Obrincanũ tractũ, ut suprà iuxta oppidum Zweibruckẽ cõmemorauimus. Quantũ uero attinet ad ingeniũ huius terræ, illustrissimus princeps Iohannes Palatinus, qui ei hodie præsidet, in hunc modum mihi de ipsa scripsit. Hunesruckensis terra intra quinquaginta annos ad magnã fertilitatẽ est perducta. Antea enim ægrè produxit frumentũ, nisi solum duobus aut tribus annis fimo bene fuisset maceratum. Nunc uero omnia ibi satis largiter proueniunt præter uinum, quod tamen iuxta aureum fluuium & iuxta Dalberg atq; Gutenberg crescit. In comitatu Spanheimensi haud procul à Trarbach iuxta arcem Herstein foditur optimum & purum æs seu cuprum, à quo nullum argentum segregatur, atq; ob id ductilius est, quum nullum plumbum ei admisceatur. Alio in loco prope Trarbach effoditur magna copia plumbi, quod sine magnis expensis depuratur. In præfectura Birckenfeldensi in pluribus locis argenti uenæ sese fossoribus offerunt. Similiter prope Crutznacũ argentifodina quædam inuẽta est, sed cui hucusq; executio data nõ est. Inuenitur præterea in hac regione uia quædam constrata & eleuata, quæ incipit ab oppido Bachrach, transitq; per asperam illam terram rectissimo tramite usq; ad Bergkastel, & inde ad Treuerim & ad regionẽ Lutzelburgensem. Quis uero eam strauerit, nemini constat. Eleuatur alicubi ad altitudinem scãni & alio in loco eminet ultra planiciem terræ altitudine mensæ. De oppido Siemern metropoli huius terræ, diximus suprà.

Aut forte quod Sarmatæ (quibus Hunni admixti fuisse uidentur) sub a Valentiniano ex dulti fuit ut Auson. in parent. & Mosella, ilig. Scalig. cap 1.

Obrincanus tractus.

Gulden bach.


Argẽtifodina.

Eyfalia.

EST Eyfaliæ terra multum montosa & aspera, contingens ab una parte Hunesruckẽsem ditionem & ab alia Lutzelburgensem principatum, sed deus eius minime oblitus, qui dona sua sic dispensat, ut non omnia uni regioni conferat, sed cuiq; largitur unde incolæ eius commode uiuere queant, dedit & ei dona & beneficia quædã peculiaria, maxime in Bertrig ubi sunt thermæ ægrotis admodum salutares, distantes sesquimilliario à Mosella amne. Haud procul à comitatu Mandersheit in dominijs Keyla, Cronenberg, & Sleida in ualle Hellental conficitur ferrum optimum, fabrisq; cõmodissimum: parantur quoq; ibi fusiles fornaces quæ in superiorẽ Germaniã delatæ, puta in Sueuiam & Franconiam, magni uenduntur. Habet quoq; Eyfalia duos magnos lacus, unum iuxta castrum Vlmen & alterum apud monasterium dictum zum Laich: qui ualde profundi sunt, nec habent ullum riuũ ingredientẽ, multos aũt riuos effluentes, qui uulgo appellãtur Marh, & sunt ualde piscosi. In lacu Laichẽsi inueniunt lapides uiridis, crocei & rubicũdi coloris, similes nothis smaragdis & hyacinthis. In lacu Vlmensi aiunt piscem aut si maius balenam inueniri, qui à multis uisus, putatur longitudinis esse triginta pedum, & alius ibi aliquando uidetur, longitudinem habens duodecim pedum, speciem lucij præ se ferentes. Cumque se spectandos exhibent, certò aiunt futurum, ut quispiam moriatur ex lo ei illius communibus hæredibus, quos uulgo ganerben uocant. Asserunt id sæpe experientia probatũ. Scribũt etiã Vlmensem lacum tantæ esse profunditatis, ut fundus illius nulla mensura possit deprehendi, etiã quum plumbũ aliquando fuisset demissum ad trecẽtos complexus brachiorũ siue orgyas. In medio Eyfaliæ ager est syluestris & squalidus, unde uix aliud quippiã q; auena elici potest. Versus Rhenũ tamẽ & Mosellã, terra est fœcũdior. Circa oppidum Mayen, quod de Treuerensi est ditione, minerę argenteę inueniuntur, sed quæ ob incolarum ignauiam negliguntur. Habitant in hac regione comites Arburgẽses, Firnenbergenses, Mandersheitenses, item barones à Ryfferssheit, à Rulingen & à Rhineck. Eyfalensium præcipuum uictus quærendi studium consistit in pecore, melle & cera.

Fusiles fornaces.

lumenta


Ingelheim
Crutznach
Binge
Rhen⁹
Kirnburg
Nah fl.
Eberſwald
Sobornum
Spanheim
Eberſtein
yderwald
Herſtein
Ringów
Veldẽnz
Nüinagen
Der Hairich
Siemern
Kirchburg
Trier
Sar fl.
Hunes Ruck
S. Gewer
Cuſa
Moſel fl.
Keſtelun
Berncaſtel
Erincũ
Bopart
waldeck
Trarbach
Croue
Ducatus Lu/
tzenburgenſis
Arnſtein
Enckrich
Schöneck
Brubach
Cell
Molei
Lonſtein
Cluſum
ſchium
Romſteinium
Kelburgum
Malbergum
Santomaſium
Cõfluentia
Senheim
Moſel fl.
Stub
Merg:burk
Lon fl.
Naſſaw
Helfenſtein
Eltz
Cobern
Cardena
Meien
feld
Cochem
Bertricũ
thermæ
Hymero=
dum abb.
Morle
lachium
Engers
Sein
Weſter wald
Meium Monreal Vlmũ Lacus in quo piſcis Vitelliacum
Antoni Lacus abb. magnus ſpecta Senfeld Gerardſtein
ana zum Laich tus aliquando Nãdersheitũ Hartelſtein
Andernach
Sinſichiũ
Aar fl.
Kempen
Dunum
Caſtelburg
Schœnecum
Prys
Lintz
Rinmageñ
Kerpen
Leſingum
Schœnber=
gum
Plankẽburg
Altenarium
Arburg
Eyfalia
Haſſenburgum
Doilendorf
Cronenburg
Smyddum
Bonna
Blanckenheimium
comitatus
Hildesheimium
Monaſterium
oppidum
Diſſenbachium
&widden=
burgum
Reiſerſ/
heium
Helles
Septem off
cinæ mine=
ræ ferrariæ
Syburg
Broil
Nideck
Rodñkirch
Sylua Iuliacenſis
Lechenecum
Durum
Deuwern
Aerſium
Sulgium
Sleida
Steinfel=
diũ abb.
Stabuletum
Tütſth
Cöln
Colonia
Rhenus fl.
Cornelij mo
naſterium
Drymborniũ
Monaſterium
Arduen
naſylua
Limburg
Darne fl.
Caſter
Gulch
Sund
Iuliacũ
Vpen
Dalem
Leodiũ
Lütich
Moſa
Nüs
Ach
Aqsgranũ
Gilla
Weſel
Haſbania
Nueſtũ
Valckẽburg
Maſtrich
Geleen fl.
Iceer fl.
Düſſeldorff
Der Rhin
Geldriæ Regio
Keiſerswird
Sitart
Traiectũ
Tungri

Iumenta ueniunt plerunq; ex terra Basthenachensi, quæ uocatur Oesling & magna Ardenna sylua, in qua est celebre monasterium sancti Ruperti.

Simon Richuuinus medicus ad D. Sebast. Munsterum.

ENmitto tibi, ut petisti, clarissime uir, Eisaliæ nostræ præcipua loca, crassa quod dici solet Minerua à nobis depicta, fictis à locis Germanicis latinis nominibus, ut doctis tanto magis placerent. Nõ nego, si temporis plus impartiri licuisset, pulchriora omnia habuisses: sed spacijs exclusus iniquis, etiam hæc aliò properantem inuitum penè longius detinuerunt. Natura loci est syluestris, montibus & uallibus aspera, horrida gelu, nymbis & imbribus concitata, fluuijs tamen & fontibus salubribus non inamœna. Homines sunt laborioſi, ingenijs non malis si excolantur, sed negligunt̃, pascuis & agriculturæ dediti. Mirum quàm diues sit regiuncula hæc niuei pecoris & lactis abundans. Pisculentos alicubi habet lacus. Ferina non perinde atq; nobilibus piscibus abũdat. Frumenta ad usum humanum benigne satis largitur, nisi ubi asperrima est, ibi enim auenæ pluſculum, cætera malignius proueniunt. In ea aliquot locis patitur liberalem culturam, ut etiã alicubi spectare possis elegãtes cultos hortos, sicut apud arces Manderscheid & Gerardstein, ubi cum æstas incaluit, delitiæ Italiæ, melones, cucumeres, lactucæ crispæ feliciter proueniunt. In dominijs Sleida, Cronenberg, Keila, sunt mineræ ferri, ubi massæ & fornaces funduntur, quæ ultrà citraq; per Germaniam transportantur. Comites his locis nobiles à Manderscheidt præclari sunt studioſorum cultores, ipsi etiam à literis non abhorrentes. Multa sunt ueteris nobilitatis in Eisalia extãtia castra: unde olim ceu exequo Troiano prodibant equites, domi & foris exercitati, adeo ut parum tutum fuerit iter faci entibus crumenas ferre inconcussas. Romani huc penetrarunt, id quod monumenta nuper apud Dollendorsum eruta, apertè testantur.

Mineræ ferri.

De ciuitatibus & oppidis sitis iuxta Rhenum à Bingio usq; ad Coloniam Agrippinam.

A Basilea usq; ad Maguntiam & Bingiũ, linea Rheni utrinq; est terra aperta & plana: sed apud Bingium montes coeunt & intra fauces suas excipiunt Rhenum, qui & in magnis anguſtijs inter montes deuoluitur usq; ad Bonnam. In quibusdam locis montes tam arcte conueniunt, ut uir fortis lapidem brachio suo sine magna ui proijcere posset ultra Rhenum. Ex utraq; ripa Rheni multa sunt oppidula & arces, mõtibus & petris innitentes.

Bachracum.

OPpidum istud distat à Bingio duobus milliaribus, putantq; sibi datum nomen à Bacho, hoc est, optimo uino Furstenbergensi, quod ibi in monte quodam crescit. Videtur esse uetustius oppidum in Palatinatu, aut quod primum Palatinatui Rheni fuit incorporatum. Nã anno Christi 1199. Stalberg & præfectura Bachracensis obuenerunt Conrado principi Palatino à quodam Colonienſi ciue.

Bopardia & superior Vesalia.

BOpardiã ueteres appellauerunt Bodobrigã, fuitq; istud oppidũ sicut & Vesalia superior alienatũ ab imperio ab Henrico 7. Cæsare & impignoratũ archiepiscopo Treuerensi pro certa quadã summa pecuniæ. Legimus passim. q; faciles fuerint imperatores à trecentis annis ad alienandum ciuitates ab imperio, difficiles aũt ad redimendum eas, sicq; factum est, ut nostro æuo multa imperij loca occupentur ab episcopis & principibus, multaq; suo iuri relinquantur, potissimum in Italia.


S. Goarus, uulgo S. Geuuere.

NActũ est oppidulũ istud nomen hoc à quodam uiro probo, nomine Goaro, qui ueniens ex Aquitania tempore Mauricij Imperatoris, consedit ad Rhenum, duxitq; ibi uitam Christo dignam. Habet Rhenus in hoc loco cataractam atq; per gurgites plurimam amittit aquam, quæ à uoragine absorbetur.


CIVITAS CONFLV

ENTIARVM DILIGENtissime exarata, atque pro opere nostro adornando, ab illustrissimo Treuirorum principe Electore, Domino Iohanne, comite ab Isenburg, missa.


Situs ciuitatis Confluentinæ, ubi [illegible]ella fluu



t Moſella fluuius Rheno miſcetur.



Situs ciuitatis Confluentinæ, ubi ſcilicet Moſella fluuius Rheno miſcetur.



Iohannes dei gratia archiepiſcopus Treueren

ſis & princeps Elector, ſincerè nobis dilecto Sebaſtiano Munſtero, Mathematico apud Baſileam S.

SIc perculit animum noſtrum ſpecimen quod nuper exhibuiſti in depicta urbe noſtra Treuirorum, ut porro cogitauerimus tibi typum alterum oppidi noſtri Confluentis Rheni & Moſellæ confluxu decantati, atq; adeò circumiacentem ambitum quaq; patet, montium iugis eminentem, caſtris inſuper & uinetis conſpicuum, ad hæc inſulis irriguis & uallibus non inamœnis illuſtratũ, in tabula delineatum, ſuppeditare: ſperantes gratum apud te locum habituram eſſe hanc exaugendi Coſmopraphicũ opus tuum, intentionem & uoluntatem noſtram. Nõ enim obſcurum apud nos eſſe poteſt, nouis ſubinde in opere tuo obuerſantibus figuris, ceu delitiari lectoris animum, ac ueluti cum hoſpes πολύτροπος per nouas raptatur terras nouis alibi alijs demulcetur & detinetur ſpectaculis. Verum ne hoc Auctario oneri tibi ſimus, rurſum ſymbolum aliquot aureorũ conferimus, non quod laborem tuum exæquare uelimus, ſed ut extaret apud te benignia animi noſtri in ſtudia tua Matheſeos, quibus orbi te commendas, fauor & applauſus. Bene uale, ex thermis Bertricenſibus. 12. Iunij, Anno 1549.

Confluentiæ deſcriptio.

COnfluunt hoc loco duo celeberrimi fluuij, Rhenus & Moſella. Oppidum eſt antiquum ſicut & reliquæ omnes Confluentes, quarum non paucæ iuxta Rhenum inueniuntur. Studuerunt enim ueteres in huiuſmodi confluentijs condere ciuitates & arces, quod eo loca tutiora ſint & munitiora, ac deinde multas commoditates ab amnibus habeant. Id uidere licet in ſitu harum ciuitatũ, Baſileæ, Argentorati, Maguntiæ, Bingij, Vlmæ, &c. Sunt qui putãt Moſellam à Ptolemæo uocatum Obrincam, at deſcriptio non ſatis reſpondet. Poſſet uerius accipi pro Naha fluuio, iuxta Bingium in Rhenum cadenti.

Simon Richwinus de eadem ciuitate.

HAbet Confluentia homines emunctæ naris & ingenijs bene dotatos & excultos. Spirant neſcio quid Atticum omnes ibi nati. Vinum paulò ſupra Cõfluentes creſcit plane Phalernum, in uicis præcipuè Horgheim & Lanſtein. Frumenti ferax ſatis eſt ager, ſed propter loci anguſtiam multum creſcere non poteſt. Infrà campus eſt planiſſimus exporrectus ad Antoniacẽſes uſq;, diciq; uulgo, Das Engerſsbauw, frugibus & uineis ſatis felix. Ruſtici ibi neſcio quid quàm pro loci amœnitate barbaricũ ſapiunt. Confluentiæ, quod mirum eſt, magna eſt raritas & caritas piſcium. Rutilantem uiſcere Salmonem liberalius uenditat forum Confluentinũ. Quidam Epicureorum more lubentias menſarũ ſectantes, ſtridentes focis obſonia plebis alanſas in delicijs habent. Sed diſplicet piſcis uiſcere præ tenero fartim congeſtus ariſtis. Vicina regio tranſrhenana uulgo Weſterwald dicta, & clarum oppidulum Montaburium, ubi natus ſum ego, ſuppeditat copioſe Rhenanis alimoniam. Sunt qui ſcribunt ſupra Cõfluentes natum Caligulam in uico Ambiano: de quod uide Suetonium. Certe mihi incognitus eſt locus.

Richwini patria

Andernacum.

CIrca annum Chriſti 1120 epiſcopus quidam Colonienſis cõſtruxit hoc oppidum aut potius uetuſtum inſtaurauit. Nam Ammianus qui ſub Iuliano Cæſare militauit meminit huius loci, uocatq; ipſum Antennacũ. Habet autem ſitum amœnum iuxta Rhenum & inter montes.

Bonna.

PTolemæus & multi alij ueteres ſcriptores mentionem faciunt huius loci, atq; ob id neceſſe eſt ut ille uetuſtus ſit. Habet hodie dominum Epiſcopum Coloniẽſem, ſitusq; eſt in amœna planicie, ubi montes Rhenenſes qui à Bingio deſcẽdunt Rhenumq; includunt in planiciem euaneſcunt.

Colonia

CIVITAS COLONIÆ

sis, Agrippina ab Agrippa dicta, in ripa Rheni

sita & iuxta magnificentiora eius ædificia hic expressa, cuius picturam ad me mi
sit eximius uir, Dominus Simon Richwinus, medicinæ doctor, ami/
cus incomparabilis, atq; bonorum studiorum pro/
motor operosissimus.

Colonia Agrippina ciuitas amplisſima, olim Vrbs Vbiorum caput, ad




Declaratio quorundam urbis insign

præcipuorum ædificiorum, a

A Turris Beien, Beien thurn
B Sanctus Seuerinus & porta ſancti Seuerini
C Ad Carthuſianos
D Sancta Catarina
E S. Ian, & beata uirgo in Lies kirch
F Ad Carmelitas
G Sanctus Pantaleon
H S. Maria in Capitolio
I Templum Martini
K Auguſtinenſes
L Ad Apoſtolos

Habet urbs Colonienſis undecim eccleſias collegiatas, duodecim
& nouem eccleſias parrochiales,

ſsima, ob rum caput, ad modernum ſitum deformata.




quorum urbis inſigniorum &

uorum ædium ultra uulgares domos.

M	Domus Senatoria, Rathauſs	S	Templum ſummum S. Petri
N	Sancta Brigitta	T	S. Andreas
O	Templum S. Martini magni	V	Ad Prædicatores
P	Ad Minores	X	S. Lupus
Q	S. Clara	Y	S. Vrſula
R	S. Gereon	Z	Machabeorum

as collegiatas, ſeria uirorum & decem cœnobia uirginum. Item habet decem ecclias parochiales, tamen quædam ſunt collegiatæ.

Colonia Agrippina ciuitas amplisima, olim Vbiorum caput, ad modernum situm deformata.



Declaratio quorundam huius urbis insignium & præcipuorum ædificiorum, cæterum ultra uulgares domos.

A Turris Beien, Beien thurn
B Sanctus Seuerinus & porta sancti Seuerini
C Ad Carthusianos
D Sancta Catarina
E S. Ian, & beata uirgo in Lies kirch
F Ad Carmelitas
G Sanctus Pantaleon
H S. Maria in Capitolio
I Templum Martini
K Augustinenses
L Ad Apostolos
M Domus Senatoria, Rathaus
N Sancta Brigitta
O Templum S. Martini magni
P Ad Minores
Q S. Clara
R S. Gereon
S Templum summum S. Petri
T S. Andreas
V Ad Prædicatores
X S. Lupus
Y S. Vrsula
Z Machabeorum

Habet urbs Colonienſis undecim eccleſias collegiatas, duodecim monaſteria uirorum & decem cœnobia uirginum. Item habet decem & nouem eccleſias parrochiales, quarum tamen quædam ſunt collegiatæ.

De Germania Colonia Agrippina.

OStendunt autores quicq, populos interioris Germaniæ, quam uocant Germaniã secũdam, olim ante Christum natum uocatos Vbios, quorum metropolis, quæ hodie est Colonia Agrippina, dicta fuit Vbiorum caput. Habuerunt ibi Romani perpetuas stationes, gesseruntq; multa bella contra Germanos, præsertim autem contra Suenos, qui eo tempore pro maiori parte habitarunt in Saxonia iuxta Albim, ut infra notabimus. Fecit Iulius Cæsar pontem ligneum apud Vbios super Rhenum, quo facilius exercitum suum traijceret in oppositam Rheni partẽ, oppugnaretq; Germanos.

Pons apud Vbios.



Vbiopolis.

Deinde post aliquot annos extructa Colonia Agrippina, factum quidam commemorant pontem lapideum, sed à quo factus sit non constat. Hoc certum est Brunonem episcopum Colonienſem iussu Ottonis Imperatoris primi fratris sui, illum rursum ex fundamento diruisse, quia noctu committebantur in eo homicidia & rapinæ. Cum itaq; Vbij huius urbis prima iecissent fundamenta, dictaq; fuisset Vbiopolis, longe postea appellata fuit Agrippina à Marco Agrippa, qui eam instaurauit, fuitq; Cęsaris Augusti gener. Post eum Romani multis annis eam urbem incoluerunt usq; ad Marcomirũ Francorum regem, qui eos circa annũ Christi 400. expulit, denominauitq; Agrippinam Coloniam. Deinde Otto primus denominatus magnus eripuit eam Gallis, subiecitq; Romano imperio. At Cornelius Tacitus sentit aliud, qui libro duodecimo sic scribit: Agrippina Augusta (Augusti filia) quo uim suã socijs quo que nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorũ, in quo genita erat, ueteranos coloniamq; deduci imperat, cui nomen inditum ex uocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gẽtem Rheno trãsgressam auus eius Agrippa in fidem acciperet. Batauj quum aduersum Romanos rebellarent, nullos peius tractarũt quàm Vbios, quod illi genus Germanicæ originis eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses uocarẽtur. Tradit idem Tacitus, Agrippinenses puduisse Germanicæ originis, ubi Romanorum Colonia esse meruerũt. Ergo utrunq; nomen, Agrippina & Colonia, huic urbi ab Agrippina muliere datũ est. Certe hodie florentissima urbs est, & priscam magnificentiam opibus & magnitudine longe superat. Diuus Maternus discipulus sancti Petri primum prædicauit Vbijs fidẽ Christi. Quando episcopatus ibi fuerit institutus atq; illuc ex Traiecto inferiori transiatus archiepiscopatus, dicam infra sub titulo ciuitatis Traiectensis. Habet autẽ archiepiscopatus Colonienſis sub se episcopatum Monasterienſem, Traiectenſem, Leodienſem seu Tungrenſem, Mindẽſem & Osnabruggenſem. Hodie quando hæc scribo, præsidet ei ecclesiæ nobilissimus princeps D. Adolphus ex illustri familia comitũ de Schouwẽberg natus, qui originẽ ducũt ex uetustissima Holsteiniorũ propagine, uir literarũ laude decoratus, studiosorũq; singularis patronus, archiepiscopus Colonięnsis, princeps elector, Westphaliæ & Angriæ dominus, cuius in hoc fastigio constituti insignia sunt, quæ hic adiecimus.

Agrippina Colonia.

Adolphus Archiepiscopus



Anno Christi 1074. orta est Coloniæ magna discordia inter episcopũ et ciues. Episcopus emhaliquod sibi usurpauit in urbe dominiũ, ciuiũ abutens officio. Quadã aũt uice quũ ui auferre uellet mercatori nauẽ, ciuis cõmotus restitit pro uirili sua pręsuli, totamq; ci uitatẽ in suã pertraxit partẽ. Episcopus uidens quod futurum erat, mãdauit pacẽ, interminatus pœnã sedi-

Seditio Coloniæ.

tiosis. Pacatũ est itaq; dissidiũ usq; in quartũ diem. Tunc exurgẽs episcopus contionẽ fecit ad ciues, deuouitq; eos Satanæ, ac prædixit interiturã urbem, nisi pœnitentiã agerẽt. Irrita ti ciues sermone indiscreto episcopi, tumultuari cœperunt, irrueruntq; sub uesperã in palatium eius & occiderunt quosdã. Episcopus uero cũ paucis effugit noctu in ecclesiã diui

Petri

Petri, atq; inde euasit ad Nussiam, alienis indutus uestibus. Vbi multitudinem colligens militum, Coloniēses ciues subito obruit, atq; coegit ut pacē ab eo peterēt. Et quum mane ob peruicaciam suam comparere deberent corā episcopo, ut illi satisfacerent pro excessibus suis, omiserunt uenire, expectantes regis auxilium, cui secreto scripserāt. Quod aduertens episcopus, dissimulans, permisit militem suum grassari in urbe, ut scilicet raperēt, peruterent atq; caperent quicquid obuium esset. Quos ceperant exoculabāt, aut capite trūcabant, & qui residui manebant cogebant nouo sacramento se astringere episcopo. Quādo aūt deinde ciuitas à tyrannide episcopi fuerit erepta, non inueni. Circa annū Christi 1256. fuit Coloniæ archiepiscopus Engelbertus, qui Fridericum comitem quendā propter contumaciam eius & afflictionem, quā intulerat ecclesiæ Assidensi, censuris innodauit ecclesiasticis, præmissis tamē monitionibus paternis, sed quas ille cōtempserat. Comes egerrime ferens censuram, obseruauit tēpus quo episcopū in agro deprehenderet. Quū aūt uice quadā episcopus cōstituisset in uilla quadā consecrare ecclesiā, superueniens comes armatus prosiliit in episcopum atq; 28 illatis uulneribus crudeliter occidit. Quo facto, magnus erat luctus pro pontificis indigna cæde. Henricus ergo archiepiscopus successor eius ulturus necē prædecessoris sui insidiatus comiti, deiicit arcē eius, captumq; Fridericū Coloniā ducit, & ob crudele eius factū seuero subijcit iudicio. Nā rotis tormētalibus, crurib. brachijs, dorso & ceruice fractis, obiicit nobile cadauer coruis. Germani eius fratres Bruno Osnaburgensis & Theodoricus Monasterienſis uelut cōplices, & ad minus conscij accusantur apud summum pontificē, &, ut fertur, etiā conuincunt deponunturq;, sed gratiā consecuti restituuntur. Circa annū Christi 1260. epūs Colonieñ conatus est sibi rursum subijcere amissam ciuitatem. Quod sentientes ciues facile sua astutia practicas illius eluserunt. Habuerunt eo tēpore duo canonici catulū leonis, quē educauerunt pro honore episcopi. Aestuantibus aūt illis odio contra consulē ciuitatis, nēpe Hermannū Gryn, simulātes amicitiā, inuitarunt eū quodam die ad prandiū, uenientemq; duxerunt ad leonē famelicum, incautumq; & nihil minus metuentē impulerunt ad lustrū leonis, & clauso ostio expectabant quousq; à bestia laceraretur. At Consul uidens periculū uitæ suæ, illico sinistrā pallio inuolutam rictui bestiæ adsilientis immisit, dextraq; iugulauit, & sic illæius euasit. Missisq; lictoribus comprehendi fecit duos illos canonicos & suspendi ad trabē iuxta cathedrale monasterium. Post ista orta sunt multa bella inter episcopum & ciues, donec tandem episcopus Sifridus obtinuit à Romano rege, quod ciues rursum pastori suo restituerent urbem, aut si id nollent, deferrent claues ciuitatis extra mœnia ad longitudinem duorum milliariorum, atq; ibi aduersus episcopum decertarent pro eis. Placuit ciuibus regis propositio, impositisq; clauibus bigæ deferunt eas usq; ad uicum Woringē, & uiriliter certantes recuperant eas, sicq; ciuitatem & dominium eius retinuerūt. Anno Christi 1388. fundatum fuit gymnasium Colonienſe atq; doratum priuilegijs sub Vrbano papa. Anno Christi 1513. maxima ciuium Colonienſium seditio suborta est contra senatum, quod scilicet nimium grauarentur importunis exactionibus per singulos annos. Igitur de communitate ciues in unum armati cum lanceis, contis & bombardis conuenientes, senatoriam domum, ubi senatus fuerat congregatus, maximis clamoribus petunt, atq; in publicū eos qui insolitis communitatem exactionibus grauarent euocant. Perterritus insolito populi furore senatus, blandis furorem commoti uulgi sermonibus temperare studeut, atque uix tandem dilatione obtenta de singulis petitis se prope diem responsuros promittunt. Et cum senatus rursum conueniret & tumultus causam diligentius indagarent, considerant nonnullos se absentasse à senatu, unde suspitionem uulgi non uanam existimātes, uehementer ciuium qui ad fores responsa præstolabantur, furorem timentes, quid facerent ignorabant. Anxij facti qui de senatu congregati fuerant, tumultum suboriri uulgi nouū audiunt. Nam per ciuitatem discurrentes, quos de senatu conuenire poterant ad uincula coniecerunt, & paulo post prædiuitem uirum senatoriæ dignitatis capite truncatum neci tradunt. Deinde alium ex senatoribus Burgimagistrum scilicet, & alium quendam sibi socium in officio, capitis abscisione uitam finire statuunt. Deinde rursum tres alij senatores diuites & potentes truncati sunt. Reliqui autem ex senatu plurimi proscripti sunt, atq; sic ciuitati pax restituta.

Comes & episcopus mutuo se conficiunt.

Pastor et oues rixantur.

Gymnasium Colonienſe.

Seditio Coloniæ.

Diuitense munimentum, uulgo Teutsch.

EX altera ripa Coloniæ Agrippinæ Fl. Val. Constantinus in terra Frãcorum erexit Diuitense munimentum, id quod docuit tabula quędam lapidea, quæ ibi aliquãdo fuit reperta, autore Ruperto Tuitiensi. Hodie uulgus eruditorum locum illũ Tuitium appellat. Marcellinus quoq; meminit Diuitensium militum. Hoc Diuitense munimentum posterioribus seculis in usum cœnobij monachis Benedictinis cessit. Nam habuit Heribertus Colonienſis archiepiscopus sanctus fratrem qui Rotenburgi ad Tuberum arcem inhabitabat. De quo legitur quod in magna sui seculi annonæ difficultate Hattonis Moguntini exemplum imitatus, magnam mendicorum turbam in horreum cõuocatam incendio deleuerit. Cuius sceleris pœnitentia tandem ductus, Romam est profectus. Vbi cum absolueretur, iussus est monasterium cõstruere. Coloniam ergo ad fratrem Herebertum archiepiscopum ueniens, & quid eum pontifex iussisset edocens, unà cũ eo Tuicense Benedictinorum monasterium è regione urbis Colonienſis in altera Rheni ripa condidit, ac amplissime liberalissimeq; dotauit.

Marcodurum, uulgo Duern.

MArcodurum uicus est Vbiorum secundum Tacitum, qui hodie Dura uocatur, estq; celebris propter diuæ Annæ caput quod ibi ostentatur, & quod ex adytis templi sancti Stephani Maguntiensis, ubi negligentius colebatur, per lapidariũ opificem, quum ego adhuc puer essem, furtim sublatũ est. Magna pecunia Romæ eam ob rem delitigata est, dum illi reposcunt ablatum, hi uero restituere nolunt.

De ducatu aut potius comitatu Limburgensi.

SCripsimus suprà in Gallia pauca quædam de ducatu Limburgensi, qui tempore Henricorum à comitatu ascendit ad ducatum. Mortuo autem ultimo duce absque prole, uiciniores principes puta dux Brabantiæ & comes Geldriæ certarunt graui bello pro eius possessione. Dux tamen Brabantiæ superior fuit, & ceciderunt multi. Captus etiam fuit episcopus Colonienſis, qui suppetias tulerat comiti Geldriæ, & receptus est in carcerem comitis Montensis, apud quem septem annis in captiuitate fuit, quousq; illius uotis per omnia respondit & tandem liber factus est. Liberatus autẽ episcopus, rogauit comitem Montẽsem, ut ducatum sibi præberet usq; ad Tuitionem, uicum è regione Coloniæ ad Rhenum situm. Fecit id libenti animo comes. Et trajicientes Rhenum, habuit episcopus latentes insidias, equitatum scilicet fortem, qui irruit in comitem nihil sibi metuentem, captumq; episcopus in uinculis detinuit usq; ad dies uitæ eius. Fecit illi parari ferream caueam, quam æstiuo tempore deliniuit melle, adegitq; miserum comitem uestitu spoliatum in eam, ut sic à muscis & uespis pungeretur, duplam illi reddens pœnam pro accepta afflictione.

Archiepiscopus incarceratur.


Nouesium, uulgo Nussia & Germanice Nuss.

MEminit Ammianus Marcellinus oppidi Nouesij, unde colligimus locũ nõ omnino esse recentem. Anno Christi 1470. orta est discordia inter Rupertũ Palatinum, episcopum Colonienſem, & capitulum eius, motiq; Canonici instituerunt Hermannum Landgrauium, gubernatorem episcopatus Colonienſis. Superueniens autem interim Carolus dux Burgundiæ, occupauit regionẽ Geldriæ, ad quod Imperator facile dissimulauit, quia Geldri in triginta annis non paruerãt ei. Anno Christi 1474. Carolus dux Burgundiæ cogit magnum exercitum ad obsidendam Nussiam, oppidum Colonienſis ecclesiæ. Causam eius belli reddebat, quod conaretur restituere archiepiscopum, à Canonicorũ collegio ab episcopatu deturbatũ immerito. Erat aũt duci Carolo fœdus cum eo archiepiscopo. Colonienses canonici mittũt ad Imp. Fridericũ, auxiliũ petunt, omnem rẽ ut haberet exponunt. Procurauerunt etiã ut archiepiscopus excommunicaretur: quin & ciuitas Colonienſis quæ fauebat canonicis, inimicabaẽ duci & episcopo, projcien-

proſeientes etiam ducis arma in lutum. Iratus ergo dux obſedit unà cum archiepiſcopo Nuſſiam integro fere anno, ut obſeſſi etiam magna laborarent fame, mactantes & comedentes aliquot ſupra trecentos equos. Colonienſibus quoq; magnum imminebat periculum, quare ſollicitantes Fridericum Imp. implorabant eius auxilium, quia futurũ uidebãt, ut dux totam ſubigeret terram, niſi potenter illi occurreretur. Fridericus ergo conſcribit repente copias, ducit aduerſus Carolum, aduocatiam archiepiſcopatus Colonienſis, quæ ad imperium pertinebat, ſibi contra ius arrogantem. Appropinquãte Friderico, Carolus maiori ſtudio & conatu nititur oppidũ capere, ſed à propugnatoribus ſæpe repulſus fortiter. multos ſuorum amittit, nihilq; efficit. Sunt qui ſcribunt Carolum in illa obſidione amiſiſſe circiter quindecim millia hominum, quia durauit ut diximus integro anno. Iraq; ubi Cæſar non procul ab hoſte caſtrametatus eſt, timens ſibi Carolus ſecreto pacem fecit cũ Cæſare, paſſusq; immenſas expenſas & magnam iacturam rerum ſuarum, diſceſſit. Quidam putant Fridericum Cæſarem tunc ſollicitaſſe ducem pro filia eius, Maximiliano filio ſuo tradenda in uxorem. Porro archiepiſcopus qui huius tragœdiæ autor fuit, captus ductusq; in carcerem, in eo mortuus eſt.

Dux Carolus oppugnauit Nuſſiam.

DE DVCATV BRABANtino & præcipuis eius ciuitatibus.



IN deſcriptione Galliæ nonnihil diximus de ducatu Brabantiæ, de ducibus eius, item quomodo Lotharingia olim cum Brabantia unum conſtituerint dominium, atq; deinde ex uno dominio duo fuerint facta. nunc uero pauca ſignabo de quibuſdam ciuitatibus Brabantiæ, potiſſimum de Aquiſgrano, quod oppidum celebre factum eſt à thermis & Caroli magni inhabitatione, qui frequentes in eo habuit manſiones.


Aquiſgranum, uulgo Ach.

QVum olim Romani frequentes ſtationes facerent apud Vbios, fuit princeps quidam Romanus nomine Granus, frater Neronis, qui ueniens ad eum locũ ubi hodie eſt oppidulum Aquenſe, inuenit aquas calidas imò feruentes in loco plano, cœpitq; ibi condere ciuitatem & impoſuit illi nomen ab aquis à ſe inuentis atq; à nomine ſuo. Quando uero & qua occaſione Aquiſgranum rurſum fuerit de



Aquisgranum reparatum.

ſtructum non inueni. Coniectura tamẽ eſt, ut hoſtes Chriſtianæ religiõis, qui deſtruxerũt Baſileã, Argentoratum, Maguncíacũ, Coloniã, &c. ijdem ſubuerterint Aquiſgranũ, Huni ſcilicet aut ſimiles tyranni. Eſt ager huius oppidi ſatis fœcundus, in frumento & herbis, fullonibus accõmodis, potiſſimũ aũt inueniũtur ibi cotes, quibus primas tribuunt inter omnes cotes, atq; illis illinitur oleum quo trahãt aciem, unde ſcilicet fit delicatior acies. Vocãt eas olearias, atq; his in Germania ſolus tõſor exacuit nouaculas. Carolus magnus deſtructũ Aquiſgranum rurſum reparauit, ſicut quodã loco idem in hanc ſententiam loquitur. Cum uice quadam pro mea conſuetudine uenãdi gratia egrederer, ueniſſemq; in opacã ſyluã, ſequeſtratus à comitibus meis, inueni originẽ thermarũ atq; palatiorũ, quæ olim Granus, unus ex Rom. principibus, frater Neronis & Agrippæ primũ conſtruxerat, & iam uetuſtate quadam collapſa erant, ſpiniſq; & uepribus obducta: & hæc ego rurſum reparaui atq; reſarciui, &c. Hic laudatiſſimus princeps Carolus inter præcipua quæ magnifice inceꝑit & cõſummauit fuit eccleſia ſanctæ dei genitricis Aquiſgrani opere mirabili conſtructa, ad cuius ſtructurã è Roma & Rauenna (aliqui addunt, è Treueri quoq;) colũnas fuſas & marmora deuehi fecit, quæ in hunc uſq; diẽ ibi uiſuntur, ſacrasq; edes ubicunq; in toto regno ſuo collapſas pontificibus & abbatib. ad quos pertinebant, ut reſtaurarentur, imperauit. Cõſtruxit quoq; Aquiſgrani admirandum & pulcherrimum palatiũ, ſed quod paulo poſt, anno ſcilicet 881. à Nordmãnis in fauillam fuit redactum, templũ tamẽ illæſum manſit. Affectus fuit hic Carolus Imp. ſingulari fauore ad hãc ciuitatẽ, id quod fre quẽti ſua cõmoratione, quã in ea habuit, oſtẽdit atq; deinde cõſentientib. imperij proceribus conſtituit, ut Rom. rex in ea ciuitate primam imperij coronã, eamq; ferream, ab archiepiſcopo Colonienſi, in cuius diœceſi Aquiſgranum eſt, acciperet, argẽteam uero Mediolani & auream Romæ ſuſcipere. Fecit præterea è Cõſtantinopoli multas ſanctorum reliquias ad iſtum locum afferri, quæ adhuc ibi uſuntur & certis quibuſdã annis publice oſtenduntur. Anno domini 814. Carolus magnus in Palatio ſuo Aquiſgrani, ubi principalem regni Francorum ſedẽ conſtituit, finẽ uitæ ſuæ cõcluſit, anno regni Francorũ 46. ſubactæ uero Italiæ 43. imperij autem 14. ætatis ſuæ 72. ſepultus in templo beatæ uirginis quod paulo ante conſtruxerat. Imperãte aũt poſt eum filio eius Ludouico pio, celebrauit is Aquiſgrani ſynodum,





Synodus Aquiſgrani celebrata.

conuocatis ex multis nationibus doctis uiris, potiſſimũ aũt ex Germania, ubi ordinationes factæ ſunt de extirpatione uitiorum in eccleſia Chriſti, de reformatione morũ, de inſtitutione ſcholarum, de probatione perſonarum quæ inaugurantur eccleſiaſticis officijs & miniſterijs, atq; de cõſeruatione cõmunis pacis & de ceremonijs eccleſiarũ. Anno Chriſti 1164. Imp. Fridericus 1. obtinuit à ſummo pontifice, ut Carolus magnus inſcriberet ẽ catalogo ſanctorum. Anno Chriſti 1172. interfectus fuit comes Iuliacenſis una cũ 450. militibus intra mœnia Aquiſgrani in ipſo foro, idq; ob hanc cauſam, quod adhærebat Colonienſibus contra archiepiſcopum, Aquenſes aũt erant à parte epiſcopi. Poſt hanc interfectionem

fectionem, inita est reconciliatio, quod comes (nunc dux) Iuliacēsis, autoritatem haberet perpetuā instituendi præpositum Aquēsem. Recepit quoq; tertiā partē oblationū quæ singulis annis in templū beatæ uirginis cadunt & à peregrinis afferuntur. Hæ autē obuentiones hactenus non fuerunt exiguæ, ubi pro multa pecunia à peregimus oblata ostensæ fuerunt Iosephi nutricij caligæ, induſium beatæ uirginis, linteamen decollationis Iohānis baptistæ & alia quædā id genus monumenta uetustatis. Interfecto itaq; comite Iuliacensi, archiepiscopus Colonien fusus in terram Iuliacēsem, deuastauit eā, fregit quasdam arces & expugnauit Iuliacum, uolens uindicare prædecessorē suum episcopum Engelbrechtū, qui quoq; irruerat in ditionē Iuliacensem, sed captus à comite tribus annis & dimidio durā & ferream sustinuit captiuitatem. Nam comes fecit parari caueā ferreā, & quum uellet adigebat episcopum in eam, faciens ridiculum ex eo spectaculum. Anno Christi 1450. discedens dux Burgundiæ cum rege Franciæ à ciuitate Leodiensi, mouit exercitum suum contra Aquenses, eo quod præstantiores ciues Leodiēses fugissent Aquisgranum, expugnassetq; ciuitatem & durius cum illis egisset, nisi illi dedidissent se ei. Ingresso aūt duce ciuitatem, potentiores qui erant in ea, nudatis capitibus, discalciati, solis induſijs amicti, funeq; collo suspenso prociderunt ante ducem, procumbentesq; sic dimidia ferè hora, uix tandē ueniam & gratiam promeruerunt. *Comes Iuliacēsis occiditur.*

Mechlinia.

DE ciuitate ista nihil habeo quod scribā, nisi quod anno Christi 1546. septima die Augusti circa undecimam post meridiem horam, horrenda in ea accidit clades, qualis uix unquam est audita. Nā edito tonitruo tātus tremor concussit urbem, ut maior pars hominum putarit imminere extremum iudicium, aut instare urbis exterminium. Consecutum enim est horribilem illum nubium crepitum, fulgur quoddā nebulosum & fœtor sulphureus intolerabilis, neq; sciebat quisquā, nisi hi quos tempestas & fatum apprehenderant, quid factum erat, donec tandem rumor in urbe percrebuit, fulmen cœli tetigisse Arenæ portam, in qua reposita fuerant supra octingenta uasa pulueris bombardici, quorum subita conflagratio tantam in urbe fecit cōfusionem, ut nemo unq; miserabilius uiderit spectaculum. Porta illa arenaria dissoluta fuit in momento oculi in minutissimas partes, nec tantum turris fundamēta, quin & uicinorum murorum lapides fuerunt ex fundamento euulsi & in omnem orbē dispersi. Sed & fossarum aquæ subito fuerunt ui caloris incensi pulueris, arefactæ. Mane itaq; sequentis diei undiq; inuenta sunt per circuitum dissipatæ turris cadauera defunctorum, quorum trecenta fuisse putātur, & ieſquicentum grauiter uulnerati. Inuenta quoq; fuit mulier uterum gestans mortua, cuius uterus scissus uiuum infantem baptismo ministrauit. Alia mulier in tempestate illa uolens cubiculi ualuas claudere, subita ui amisit caput. Erant quoq; in hospicio quodam aliqui ludentes cartis, qui in uniuersum extincti sunt, præter matremfamilias quæ in cellam uinariam descenderat, ut ceruisiā apportaret. Inuentus quoq; fuit uir quidā in spelunca absconditus, qui post triduum progressus, interrogauit num mundus adhuc consisteret. In summa, erat miserum spectaculum uidere urbem illam egregiam tam misere uastatam & dehonestatam. Nulla ferè in urbe fuit ecclesia, quæ non graui læsione fuerit quassata. Domus uiciniores penitus fuerunt prostratæ, imò integræ plateæ subuersæ.

Louanium.

ANte tempora Ottonum fuit in Louanio comitatus, qui postea tēpore Ottonis magni fuit sublimatus in marchionatū, & cōplectebatur Louanium, Bruxellā, Antwerpiā & Niuellā. Deinde creuit in ducatū Brabantinū, de quo in Gallia aliquid scripsimus. Mortuo anno Christi 1247. Henrico comite Louaniensi, succedēreq; ei Henrico 3. mutauit is titulum, locoq; comitis seu ducis Louanien usurpauit titulū ducis Brabantiæ. Anno Christi 1422. impetrauit Iohannes dux Brabantiæ à Romano pontifice, confirmationem generalis studij Louanij instituti & fundati. *Academia Louanienſis.*

Tungri.

TVngri populi, à quibus Tungrorū ciuitas nata est, fuerūt primi Germani, qui relicta patria Rhenum transierunt, atq; alias sibi quæsierunt mansiones. Nec inuenit in Brabantia ciuitas aliqua uetustior Tungrorum oppido. Sanctus Maternus conuertit eius habitatores

bitatores ad fidem Christi, erectusq; est ibi paulo post episcopatus, sed qui deinde translatus fuit ad Traiectum Mosellanum, atq; hinc ad urbem Leodiensem, ubi adhuc est.

De ducatu Geldrensi & quibusdam factis quæ in eo contigerunt.



Comites Geldrenses.

HAbuit Geldria à multis annis triplices præsides. Primi uocati fuerunt Domini & præfecti, secundi comites & tertij duces. Fuerunt aũt septẽ domini sibijnuicẽ succedẽtes, nẽpe Wichardus à Pont. Duxit iste uxorẽ filiã comitis Zutphaniæ, fuitq; ipse & frater eius Lupoldus primi fundatores castelli Gelre, unde postea tota regio denominationẽ accepit. Successit ei anno Christi 910. Gerlacus filius eius: atq; Gerlaco successerunt Gotfridus, Wichardus, Mergosus, Windekinus & Wichardus. Cæterum Wichardus reliquit filiã nomine Adelheidim, quam duxit uxorem Otto comes à Nassaw, factusq; est ipse primus Geldriç comes. Creauit nanq; eum Henricus tertius Imp. comitem Geldriæ anno 1079. Reliquit aũt Otto post se sequentes comites, Gerardũ, Henricum, Gerardũ, Ottonẽ. Otto iste accepit in suum dominiũ anno Christi 1248. à Wilhelmo rege Rom. Nouiomagũ ciuitatẽ antea liberam, expositis pro pignore 21000. marcis argenti puri, & per istã argenti summam, potest Imp. rursum redimere illud oppidum. Successit patri in comitatu Geldriæ Reinoldus, & Reinoldo filius eius Reinoldus, qui anno Christi 1329. Franckfordiæ per Ludouicũ Cæsarẽ in conuentu primus Geldriæ creatus est dux. Post illum tenuerunt gubernaculum ducatus duo filij eius, Reinoldus & Edwardus, non tamen sine discordia, post quorum mortẽ terra circa annũ Christi 1371. scissa est in partes. Quidã elegerunt in dominũ, principẽ Iuliacensem, alij principẽ Cleuensem, ex quorum discordia biennio graue durauit bellũ. Retinuerunt tamen Iuliacenses Geldriç regionẽ, & facti sunt Wilhelmus & Reinoldus fratres, duces Geldriç & Iuliaci. Quibus sine hærede anno Christi 1423. mortuis, relicta est soror eorum, quę maritum habuit dominum ab Erckel, qui factus est dux Iuliacen & Geldren. Is etiam mortuus, reliquit post se filiam, quã duxit uxorem Arnoldus ab Egmond, qui descenderat à filia primi ducis, factusq; est sextus Geldriæ dux. Septimus fuit Adolfus filius Arnoldi, octauus & ultimus Carolus. Hinc colligere licet, Wilhelmum nõ descendisse à duce Reinoldo, sed cum dux esset Iuliaci, successioq; eius deficeret anno Christi 1422. uterq; ducatus peruenit ad manũ Imp. qui Geldriam contulit duci Montensi, eo q; dux ille uxorem duxisset relictã ultimi ducis Iuliacensis: ducatum aũt Geldriæ dedit dominis ab Egmond, qui ferè maiorẽ partem in regione habuerunt. Deinde Fridericus Imp. spolians Arnoldum ducatu, dedit illum Carolo duci Burgundiæ: & is uolens ducatum illum armis sibi subiugare, uix potuit tres aut quatuor ciuitates expugnare, quare inanis fuit conatus eius, mansitq; Arnoldus dominus in terra. Mulctauit tamen dux Burgundiæ ducatum pro trecentis millibus aureorum.

Duces Geldrenses.

Carolus dux ultimus.

Genealogia ducum Geldriæ.

Raínoldus dux primus 1326.	Raínoldus secundus / Edwardus dux tertius	defuncti sine hærede.	Wilhelmus dux Iuliacensis, quartus dux Geldriç / Raínoldus frater Wilhelmi dux quintus Geldriæ			
			Inhanna soror: hæc nupsit Iohãni ab Erckel, qui Iohãnes fit dux Geldriæ.	Margreta, quã duxit domin⁹ Arnold⁹ fitq; per eã dux Geldriæ	Adolf⁹ dux septimus	Carol⁹ dux octau⁹ & ultim⁹.

Menapii & Sicambri.

CIrca annum natiuitatis Christi imò ante tempus illud, Menapij populi inhabitarunt terrã Geldrensem, fecitq; Iulius Cæsar apud illos pontẽ ligneum ultra Rhenum, quo facilius Germanos bello petere posset. In Holandia uero & Frisia eo tempore iuxta Rhenũ habitauerunt Sicambri populi, qui postea à duce suo Frãco denominati sunt Franci seu Francones. Hi ex sedibus suis sæpe erũpentes uexauerunt omnes uicinas nationes, quin & quidam memorant Frãcos etiam Hispaniarum extrema uexasse

uexasse, piraticis scilicet incursionibus. Vnde quidam sic scribit: Frãci ipsi præter cæteros truces, quorum uis quum ad bellum efferuescceret, ultra ipsum oceanum æstu furoris euecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebat. Idem Eutropius de Francis & Saxonibus scribit, asserens quantum negocium fecerint Rom. principibus, Maximiano, Constantio, Constantino, Aureliano, Probo, &c. Tandem quum toties Franci pedestribus incursionibus Galliam intrassent, non tam præde dulcedine q̃ ubertate soli illecti, sedes in ea figere constituerunt. Primum tamẽ relicto oceano Germanico, ad Rhenum in ueteres sedes Sicambrorum se cõtulerunt (sunt enim qui Sicambros diuersos populos à Francis fuisse putant) atq; habitationem suam usq; ad Mœnum amnem & Salam extenderint, unde commodius Galliam suis incursionibus uexarent. Ea enim loca propter emigrationes gentium & excidia bellorum, cultoribus destituí cœperant. Itaq; sicut Vbij & Menapij sinistram Rheni ripam, ita Franci dextram tenuerũt, Coloniam Agrippinã à qua solo Rheno dirimebant, ceperunt & euastarunt. Sed urbẽ postea Iulianus recepit, firmata cũ Francis pace. Deinde Gallię tractum qui ad Mosam fluuium est depopulati sunt. Exciderunt etiam has septem Rheni ciuitates, Castra Herculis, Quadriburgium, Vtricesiũ, Nouesiũ, Bonnam, Antenacum & Bingium. Isti itaq; barbari Germani, qui dextrã Rheni ripam inhabitauerant, nobilissimum in Gallijs regnum constituerunt, multisq; seculis iam tenuerunt, donec paulatim absorberentur. Et inter Gallos hodie, ut quisq; procerum plus Francici sanguinis à maioribus suis habet, ita regno fit propior.

Franci apud Rhenum habitantes.

Sicambri.

Iuliacum, uulgo Gulch.

FVit olim Iuliacensis ditio comitatus, qui anno Christi 1329. per Ludouicũ Imp. fuit sublimatus in marchionatum, ac deinde post triginta annos per Carolum quartum in comitijs Metensibus fuit erectus in ducatum, id quod Cuspinianus sub titulo huius Imp. ostendit. Interea autem quo hæc regio comiti paruit, accessit quoq; comitatus Montensis, fuitq; comes Gerhardus simul comes Iuliacensis & Bergeñ siue Monteñ. Successit ei in administratione comitatuum filius eius Wilhelmus, & hunc subsecutus est filius eius Wilhelmus, primus dux Iuliacensis & Bergensis atq; dux Geldrię. Post eum potitus est rerum frater eius Rainoldus, factus dux Iuliacensis, Montensis & Geldreñ. Eoq; mortuo sine hærede anno Christi 1423. nupsit relicta eius uxor affini suo Adolfo Bergeñ qui factus est dux Iuliacensis & Bergensis sed non Geldrensis. His autem sine liberis mortuis, factus est Wilhelmus dux Iuliacensis atq; Bergẽsis, genuitq; filium nomine Gerardũ, successorẽ in paterna ditione. Genuit quoq; Gerardus filiũ nomine Wilhelmũ, qui anno Christi 1496. unicã filiam suam tradidit uxorem ducis Cliuensis unico filio, nomine Iohãnis: sicq; tres ducatus, Bergensis, Iuliacẽ & Cliuẽ in unam redacti sunt ditionem. Genuit autem iste Iohannes filium nomine Wilhelmum, qui quartum ducatum, nempe Geldrensem, iunxit tribus ducatibus, Cliuensi, Iuliacensi & Bergẽsi, sed excitato bello anno Christi 1543. uictus à Cæsare Carolo quinto, spoliatus fuit ditione sua ac deinde rursus ea certis conditionibus donatus, præter Geldriã tamen, ducta uxore filia Ferdinandi Rom. regis.

Trosse. l. cap 33. & 9. cap. 96.

De ducatu Montensi seu Bergensi.



TEmpore Henrici Aucupis Rom. regis, nempe anno 924. fuerunt duo fratres, qui ob exhibitum ministerium honorati fuerunt à rege Henrico, qui designauit eis in Westphalia certã quandam regionem, in qua senior, nempe Adolfus, construxit castellum quoddam prope comitatũ Arnsperg, nominauitq; illud Volueshegh: & temporum successu non parũ cultiorem reddidit terram illam per circuitum, oppidis & uicis eã ornans. Alter quoq; frater, Eberhardus nomine, cõstruxit & ipse castellum, appellauitq; illud Aldenburg. Crescẽtibus aũt fratribus illis in potentia & opibus, creauit rex Adolfum in comitem, & ditionem eius erexit in comitatum, qui dictus fuit comitatus de Altena. Eberhardi quoq; terram sublimauit in comitatũ Bergensem. Paulo pòst Eberhardus factus monachus, tradidit fratri suo ditionem suam, & constructo monasterio iuxta fluuium Dune, factus est abbas in eo. Ab Adolfo & posteris eius descenderunt comites isti.

Comitatus de Altena.

Engelbertus,Adolfus,Engelprechtus,Adolfus.Is uero Adolfus cũ nullã reliquiſſet prolem,ceſſit comitatus Bergenſis filio ſororis ſuæ,nempe Gerardo comiti Iuliacenſi. Poſt eum præfuit utrícꝫ ditioni filius eius Wilhelmus,& poſt Wilhelmum Gerardus, poſt Gerardum filius eius Wilhelmus,atꝫ huic ſucceſſit filius eius uocatus quoꝫ Wilhelmus,dux primus Iuliacenſis,Bergenſis & dux Geldriæ.Succeſſit autem ei in his ducatibus frater eius Rainoldus,qui mortuus eſt anno Chriſti 1423.manſitꝫ poſt hæc tempora ditio Montẽſis apud ducatum Iuliacenſem.Sunt qui aiunt comitatum Montenſem erectum eo tempore quando Hẽricus ſuperbus fuit depoſitus à Friderico primo. Anno tamẽ Chriſti 1336. fecit Carolus quartus ex comitatu marchionatum, & filius eius Wentzeslaus ſublimauit ad ducatum.Incipit autem regio iſta apud inferiorem Veſaliam, aſcenditꝫ iuxta Rhenũ magno ſpacio,cuius præcipuum oppidum aiunt eſſe Duſcheldorff.

De ducatu Cliuenſi.

Cleua caſtellum.




EO tempore quo Cæſar Iuſtinianus rerum eſt potitus, anno ſcilicet Chriſti 711. fuit in regione Cliuenſi filia unica domini illius terræ,Beatrix nomine,quæ ampliſſimam habuit dictionem,quin & caſtellum Neomagus cum attinentijs eius erat illius.Extruxit quoꝫ caſtellũ & appellauit nomen eius Cleuã. Maritum uero eius quem iuuenem de genere militari accepit, creauit Theodoſius Imp.in comitem. Poſt eum præfuerũt regioni poſteri eius,quorum nomina ſunt,Theodoricus,Rainoldus, Ludolfus,Iohannes,Rupertus,Balduinus,Ludouicus,Edwardus Ludouici frater,& poſt eum Luthardus Edwardi filius, qui ſuo tẽpore, nempe anno poſt Chriſtũ natum 889.in ſua habuit poteſtate Nuſſiam oppidũ.Genuit aũt cum Bertha uxore ſua,filia Arnolfi Imp. Balduinum 11 comitem & Richfridum.Hunc ſubſecuti ſunt filij & filiorum filij, Arnoldus,Wichmannus,Conradus,Theodoricus,Dietherus,Arnoldus,Theodoricus,Arnoldus 3.Arnoldus 4.Theodoricus 5.Theodoricus ſextus,ſeptimus,octauꝰ,nonus & Theodoricus decimus Ottonis frater:item Iohannes Ottonis quoꝫ frater,qui mortui ſunt ſine liberis circa annum Chriſti 1330,& quum comitatus tunc rediret ad imperium, multi contenderunt pro eo. Anno Chriſti 1357. Adolfus de marchionatu, archiepiſcopus Colonienſis,reſignato epiſcopatu impetrauit à Carolo 4.comitatum iſtum. Deinde anno 1389. filius eius Adolfus factus eſt comes Cliuenſis & marchio.Idem quoꝫ factus eſt dux in cõcilio Conſtantienſi anno Chriſti 1417. Deinde anno 1443. Iohãnes Adolfi filius factus eſt ſecundus dux Cliuenſis.Sub iſto duce anno Chriſti 1454.alienatum eſt oppidum Sœſt ab archiepiſcopatu Colonienſi & uenit ad ducatum Cliuenſem. Anno domini 1480.Iohãnes memorati ducis filius factus eſt dux Cliuẽ & comes in marchionatu.Huius filius qui etiam Iohannes fuit uocatus,duxit uxorem Mariam filiam unicam Wilhelmi ducis Iuliacenſis,factusꝫ eſt per eam dux Iuliacenſis & Bergenſis. Suſtulit autem ex ea filium Wilhelmum nomine,qui noſtro tempore regionibus præeſt.

primus dux Cliuenſis.

De comitatu Holandiæ & epiſcopatu Traiectenſi.

IN deſcriptione Galliæ haud procul à fine ſcripſi nõnihil de Holandia & comitibus eius,quo pacto ſcilicet hæc regio uenerit ad ducem Burgundiæ ac deinde ad Maximilianum ducem Auſtriæ.Hic nunc paulo fuſius ſcribam de ipſa & epiſcopatu Traiectẽſi,de ciuitatibus eius,atꝫ de ſucceſſione comitum eius,& quoties dominium illud ad aliam fuerit translatum familiam. Principio ſciendum,Holandiam circa incarnationem Chriſti incultam fuiſſe regionem,obductam magna ſylua,præſertim ea parte quæ eſt inter duos Rheni riuos,Walam ſcilicet & Rhenum: nec Rhenus tunc rectà ſuo curſu petiuit Dordracũ,ut noſtro tempore,ſed infra oppidum Wick riuulus quidam à Rheno extrude-



extrudebatur uersus Dordracum, qui uocabatur Leck, Rhenus uero cursum suum ũer-
sus Traiectũ deflexit atq; inde uersus Leidã & mare, efficiens unà cũ Wala insulã, quæ Batauia.
tauia ac deinde Holãd. fuit uocata. Quomodo uero Rhenus se Lecho immiscuerit, unoq;
miliario infra Traiectũ in eũ riuũ segregatus fuerit, dicã infrà. Putant ab initio episcopum
Traiecten dominũ fuisse huius regionis, quã illi donauit cũ omnibus prouentib. eius Ca-
rolus magnus atq; successores eius usq; ad Carolũ caluũ, idq; eo animo, ut circumiacentes

Quales olim episcopi. terras doctrina sua ad Christi fidem conuerterent, easq; sibi subiectas tenerent. Fuerũt eo tempore religiosi & deo deuoti episcopi, qui spiritualibus rebus animum magis q̃ corporalibus intendebant, atq; ob id Imp. & reges illis inclinati, dederunt eis terras & populos, feceruntq; dispensatores feudorum erga duces & comites, sicut anno Christi 1021. præsente Henrico Imp. multi comites sese uasallos & beneficiarios exhibuerunt Adelboldo episcopo Traiectensi. Ducebant Imp. in terris dispẽsandis hac spe, ut si religiosos episcopos & abbates præficerent populis & regionibus, beneficiarij eorum attendentes beneficorum integram & Christianam uitam, ipsi quoq; integriores eorum exemplo redderentur. Factum proinde est, ut dum episcopi sanctiori pollerent uita, simul quoq; grauarent plu-
ribus diuitijs, quas consentientibus Imp. expendebant in magnifica ædificia templorũ, monasteriorum, & in amplissimas fundationes canonicatuum. Non erant tunc tam multi duces tamq; uarij gradus comitum sicut nostro tẽpore, inter quos distribueretur terra. Postquam uero episcopi relicta pietate cœperunt fieri fallaces, auari, ambitiosi, superbi, mundani, luxui dediti, atq; pomposi, religiosamq; uitam suam cõmutarunt in meram pompam & uanitatem, omnia quoq; in diuersum usum sunt commutata. Abutentes enim diuitijs, non iam monasteria & ecclesias, sed arces, munitiones & oppida cœperunt extruere contra hostes suos. Sic episcopus Traiectensis Godefridus nomine ædificauit contra Holandos Montfort & Worden, contra Geldrenses Horst, & contra Frisios Vollenho apud Schwol: in summa, episcopi pro bona parte facti sunt seculares principes, gerũtq; bella ut
Officium episcoporum. illi, nec minorem pompã & fastum ostẽdunt q̃ illi. Ab initio autẽ nõ fuit ita, nec Christus tales uoluit habere successores, cum regnũ eius non sit de hoc mũdo. Dotato itaq; episcopatu Traiectensi magnifice à Rom. Imp. habuit rex Franciæ Carolus caluus nobilem quẽdam in aula sua Theodoricum nomine, quem Holandiæ dedit præfectum. Is nonnihil cœpit deplumare episcopatum sicut & successores eius Holandiæ præsides, atq; in hunc modum perpetua discordia nata est inter comitatum Holandiæ & episcopatum. Habuerunt comites pro se Galliæ reges sicut episcopi Romanorum reges, qui episcopatum fundauerant & dotauerant. Theodoricus comes quartus huius nominis, cepit Adelboldum decimumnonum in ordine episcopum, uinctumq; tenuit Iselmondę integro triennio. Durauit hæc inter episcopos & comites discordia usq; ad rempora nostra, quando terra ipsa in unũ coacta est dominium, & sublatum omnis discordiæ seminarium. Holandia itaq; Germa-
Qualis facies Holandiæ. niæ prouincia, ad septentrionem alluitur mari, & quod reliquũ est Rheni fluminis brachia intercipiunt insulamq; efficiunt: palustris, pascuosa, pluribus stagnis ac maris interfusa finibus. Principatus ecclesiæ Traiectensis hodie Imperatori subijcitur, latamq; comprehendit terram, diuersis meatibus Rheni intercluſam, cui ab oriente Frisij, à Meridie Westphali iunguntur. Traiectum diues & populosa ciuitas est, episcopus urbis quadraginta milia pugnatorum, si quando necessitas ingruit, educit ad bellum. Potus genti certissima, uinum mercatores afferunt. In hac ciuitate memoria nostra multæ fuere seditiones, cum episcopum uni parti acceptum altera recusaret.

Genealogia comitum Holandiæ.

1 Theodoricus primus princeps & comes Holandiæ anno 863.	2 Theodoricus filius eius qui Frisiæ quoq; fuit dominus	3 Arnoldus Theodorici filius	4 Theodoricus Arnoldi filius	5 Theodoricus comes 1035. 6 Florentius comes

Mortuo comite Florentio, Gertrudis relicta eius accepit maritum Rupertum comitem Flandriæ, qui nomine uxoris & filiorum eius administrauit comitatum Holandiæ. Hic dictus fuit Frisius certa quadam ratione, quam in Flandria signaui. Postea fuit pulsus ex Holandia per Gotfridum ducem Brabantiæ & Lotharingiæ, qui potenter Holandiam & Selandiam sibi subiugauit. Perdomuit quoq; gladio suo Frisios & ad obedientiam coegit. Deinde anno Christi 1076. uenit Theodoricus dicti Florentij filius, & nemine resistente subegit utranq; regionem, Holandiam & Frisiam. Deficientibus autem ab eo Frisijs, cõmisit duas pugnas cum eis.

7 Theodoricus filius Florentij	8 Florentius filius Theodorici	9 Theodoricus filius Florentij	10 Florentius	11 Theodoricus 12 Wilhelmus

Wilhelmus 12. factus est anno Christi 1203. comes Holãdiæ & Selãdiæ atq; Ost Frisiæ. Fuit quoq; legitimus hæres regni Scotiæ propter matrẽ suã. 12. Wilhel-

12. Wilhelmus { Wilhelmus Otto; 13 Florētius cuius uxor fuit ducissa Brabātiæ { 14. Wilhelmus. Hic fuit electus anno Christi 1248. Romanorum rex. Margreta, cuius maritus fuit comes Hannonienſis. 17. Iohannes comes Hannoniæ & Holandiæ. Florentius.

Wilhelmus 14. electus rex Rom. potitus eſt magna uictoria cōtra comites Flandrēſ, id quod in Gallia ſub titulo comitatus Flandreñ ſignaui. Vltimo uero idem coadunato ſuorum ualido exercitu, 28 die Decemb. in Friſones mouit. Cum aūt Friſonū terra ſit admodum paludinoſa, & ob id nō ſatis tutus acceſſus cōmeantibus, rex ipſe dū exercitū præcedere & locum ubi ad hoſtes cōmode intrare poſſet cogitauit, caballus cui inſederat ceſpitans in paludē glacie coopertam præceps prolabit̄, ita ut nec regredi fuerit poſſibile. Dū aūt hinc inde cum equo paludi immerſus uolutaret̄, Friſones qui ad explorandū hoſtium aduentum in arundineto proximo latitabant, quempiā ex militibus fore exiſtimantes, occurrunt atq; regē luto hærentē nec ultra nec citra progredi ualentē interficiunt anno ætatis ſuæ 27. regni aūt ſeptimo. Tertia uero die increbuit rumor exercitui eius regē à Friſonibus interfectum, unde animis non parum cōſternatis dum ad locum interfectionis perueniſſent, hunc in cuiuſdam abiecti hominis domuncula ſepultum inueniunt, cuius cadauer exhumantes ad Mittelburgum transferunt, & in monaſterio quodam ſepeliunt.

Wilhelmus rex perit.

14 Wilhelmus rex Rom. 15 Florentius anno 1255. { 16 Iohannes, ſine hærede defunctus; Theodoricus; Florentius; Wilhelmus

Mortuis iſtis comitibus ſine uirili ſemine, peruenit comitatus ad Iohannem Hannonię comitem, qui fuit filius ſororis Wilhelmi regis.

17 Iohannes comes Hannoniæ & Holandiæ { 18 Wilhelmus. Iſte Wilhelmus factus eſt anno Chriſti 1304. dominus multarum terrarum, duxitq; uxorē Philippi regis Francię ſororem, ex qua ſuſtulit 3. filios & unam filiam; Iohannes; Henricus

18 Wilhelmus { Iohannes; 19 Wilhelmus. Hic factus eſt anno 1337. comes Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ & dominus Friſiæ.; Ludouicus; Margreta

Hic rurſum defecit uirile ſemen, atq; ob id maritus Margretæ, Ludouicus dux Bauariæ, comes Palatinus Rheni & Imp. factus eſt anno Chriſti 1345. comes Hānoniæ, Holādiæ, &c.

20 Ludouicus Bauarus, Imperator { 21 Wilhelmus, cuius mater retinuit Hannoniam.; 22 Albertus { Margreta ducissa Burgundiæ; 23 Wilhelmus. 24 Iacoba; Iohannes episcopus Leodienſis; Otto marchio Brandenburgenſis.

Anno Chriſti 1388. ſucceſſit Albertus princeps Palatinus fratri ſuo Wilhelmo in comitatu Holandiæ & Hānoniæ, &c. Alberto ſucceſſit filius eius Wilhelmus anno 1404. Is aūt unicam relinquens filiam Iacobā nomine, tradidit illi tot comitatus gubernandos, ſed quos illa retinere nō potuit, eo q; patruus eius Iohannes coadiutor Leodiēſis, relicto epiſcopatu contendit quoad uixit pro fratris defuncti ditione, neptem ſuā inpugnans octo annis. Tulit illi ſuppetias Iohānes dux Burgundiæ atq; Brabantiæ: domina aūt Iacoba nihilominus regimini præfuit cum quatuor maritis ſuis, quos ſucceſſiue accepit, uixitq; in adminiſtratione decem & nouē annis, tametſi in magno labore & moleſtia. Primus eius maritus fuit dux Carolus Delphinus, ſed qui mortuus eſt priuſquā coronā regni obtineret. Secundus fuit regis Angliæ frater. Tertiū ignoro. Quartus fuit eques auratus ex Selādia. Mortua domina Iacoba, uenit anno Chriſti 1435. Philippus dux Burgūdiæ filius ducis Iohānis & ſubiecit ditioni ſuæ Hannoniā, Holandiā, Selandiā et Friſiā, eo q; mater eius Margreta fuerat filia Alberti ducis Bauariæ, & ſoror Wilhelmi ducis Bauariæ, ultimi domini Holādiæ, Selādiæ, &c. Is præfuit regionib. iſtis pacifice uiginti ſex annis. Succeſſit autem ei Carolus dux Burgundiæ, præfuitq; anno Chriſti 1461. omnibus memoratis regionib. Suſtulit etiā ex filia ducis Borboniæ unicam filiā, hæredē omnium ſuarum regionum, Mariā nomine, quam duxit uxorem Maximilianus dux Auſtriæ, factus per eam dominus Burgundiæ, Hannoniæ,

Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ & Frisiæ. Genuit autem illa ei Philippum & filiam unam Margaretam. Philippus genuit Carolum & Ferdinandum.

De Batauia quæ hodie est Holandia.

QVum olim Catthi intestino bello laborarẽt, una horum natio rebus suis consultura ad Rhenum longius digressa est, ibiq; in insula consedit. Batui inquit Tacitus, nõ multum ex ripa sed insulam amnis Rheni colunt, Catthorum quondã populus & seditione domestica in eas sedes trãsgressus, in quibus pars Rom. Imp. fierent. Idẽ autor lib. 18. sic scribit: Batui donec trans Rhenum agebant pars Catthorum, seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus, simulq; insulam inter uada sitã occupauere, quam mare oceanũ à fronte, Rhenus amnis tergũ ac latera circumluit. Fuerunt olim Batui populi robustissimi & qui cæteras Germaniæ inferioris nationes superauerunt, progeniti, ut multi sentiũt, ex Catthis Germaniæ populis, qui traiecto Rheno hanc regionẽ occupauerunt. Ab his putant exortã ciuitatẽ Catuicum, in ostio Rheni sitam. Est regio ista nostris temporibus cultissime instructa oppidis, castellis & uicis. Est palustris quidẽ & aquis perfusa, sed interim habet pascua optima, nutriens pecora multa. Sunt qui putant uocẽ Holãdiæ deriuatam à Germanica dictione Hol, quæ sonat cauitatẽ, quod scilicet regio illa sit caua & antris referta. Alij putãt dictam Holand, quasi Holtzland, ob id scilicet quod ab initio regio ista fuerit magna sylua multisq; lignis obducta. Quãdo uero & quomodo ea sylua fuerit exterminata, per nullos historicos est proditum, nisi quod Cornelius Hortẽsius putat id factum per tempestuosam inundationem aut æstum maris, qui suo fremitu obstruxerit exitus Rheni, congeriẽ arenæ meatui eius obijciens, unde aqua stagnata & uentis agitata arbores radicitus euulserit, Rhenumq; in alium alueũ impulerit, nempe ad Lechum ubi in hunc usq; diem Rhenus Lechus appellatur, & alueus Rheni uetustus adhuc in terra apparet, inter quẽ & Walam propriè Batauia olim locum habuisse putatur. Suspicanẽ aũt quidã hanc terræ mutationem incidisse in annum Christi 860. Fuit etiã anno Christi 1170 magna in ea regione inũdatio, quæ usq; ad Traiectum desæuijt. Scribũt ueteres, Rhenum fuisse temporib. suis bicornẽ, duobusq; ostijs ingressũ mare. Nam Isela tunc nullius fuit existimatiõis, aut fortasse omnino nõ fuit, sed interim meatũ sibi fecit. Riuus unus retinuit nomen Rheni, sed deflexit à Wic ad Traiectũ, atq; inde semitã habuit uersus Worden & Leiden & apud Catuic lapsus fuit in mare. Hinc consurrexit aut emersit magna, lata & feracissima insula inter Walam & Rhenum, quę postea in magnam abijt contractionem, ubi Rhenus Lechi apprehendit alueum. Anno Christi 1420. aut secundum alios anno 1440. decimaseptima Aprilis, mare in tantam rabiẽ excitatum fuit, ut post Dordracum eruptionẽ sibi fecerit, dissoluerit factos aggeres, liberũq; in terrã acquisierit ingressum, perdiderit terras & homines, oppida et uicos. Submersę tũc fuerunt sedecim parochiæ & interierunt circiter centum millia hominum una cum pecoribus & rebus suis. Sensitq; tunc Dordracum non uulgare damnum.

Batui ex Catthis nati.



Inundatio maris.

Traiectum, uulgo Vtrecht.

SVunt qui putant episcopatum, qui hodie Coloniæ est, olim Traiecti fuisse. Sed postq; Traiectum per Nordmannos & Danos fuit direptum et euastatum archiepiscopatus tempore diui Bonifacij aut paulo post eius tempora, nempe circa annum Christi 755. fuit Coloniam

Coloniam translatus. Deinde Carolus magnus Traiecti rursum excitauit episcopatū, dotauitq; terris & hominibus. At Carolus caluus ueniens aliquot annis post Carolum magnum & instituens in Holandia comitatum, spoliauit nonnihil episcopatum, discreuitq; unum dominium ab altero. Ad comitatum pertinuerunt ab antiquo hæ ciuitates, Schönhofen, Dordrecht, Amsterdam, Alcmar, Gauda siue Gaw, Worden (quæ aliquando episcopi fuit) Leiden, Harlem, Delfft, Hagen, Veteres aquæ, &c. Episcopatus autem ciuitates, arces & uici fuerunt plurimi, incipientes à Traiecto & diffusæ ultra Iselam usq; ad Schwollam. Fuit episcopus quidam nomine Godfridus, qui condidit Montfort & Worden cōtra comitatum Holandiæ. Nam habuit episcopatus perpetuas lites contra uicinarum terrarū dominos, præsertim contra ducem Geldriæ, qui non parum episcopos Traiectenses incē diijs & direptionib. molestauit, in terra ultra Ielā, sita. Fridericus marchio Badēsis episcopus Traiectensis, itemq; Philippus Burgundus episcopus, & Henricus Palatinus episcopus, grauissime afflicti sunt à Carolo duce Geldriæ, & multi ex subiectis depauperati, plurimæq; ciuitates et uici subacti. Conatus est dux Henricus episcopus Traiectensis nostro æuo multis & uarijs modis pacem facere cū duce Carolo, sed inanis fuit conatus eius. Procurauit Geldrus apud Traiectenses ciues & Canonicos ipsos, ut conspirarint contra episcopum suum, unde & multi capti fuerunt, & duo saccis insuti atq; in Rhenum submersi. Stabant tamen aliqui ciues à parte episcopi, at maior pars aduersabatur illi, creuitq; dissensio illa in apertum & diutinum bellum, & perierunt interim multi. Geldrus inuasit Traiectum, fecitq; regioni magnum negocium. Cæterum Henricus episcopus uidens se undiq; hostibus circumuentum, quærebat auxilium atq; inueniebat apud Carolum Cæsarem, ducem Brabantiæ & comitem Holandiæ atq; Flandriæ. Recuperauit magno apparatu bellico ciuitatem Traiectensem et alia oppida quę Geldrus occupauerat. Sed quia subditi eius trans Iselam nulla poterant frui quiete, quin continuo à Geldro uexarentur, & episcopus perpetuo non poterat obsistere tyrannicis incursionibus, quibus pauperes grauabantur, inito consilio uisum illi fuit pro commodo populi ditionem resignare dominio Burgundi eo, eamq; incorporare ducatui Brabantiæ & comitatui Holandiæ, cuius possessionem susciperet Carolus Imp. pro se & suis legitimis hæredibus quibus post eū cessuræ erant Brabantia & Holandia. Conuocatis ergo episcopus totius ditionis suæ proceribus, spiritualibus & secularibus, aperuit illis animi sui conceptū, monuitq; ut deliberarēt in hac re quid conducibilibus esset eis & toti reipublicæ. Placuit quibusdā hoc episcopi propositum, alijs uero displicuit. Videntes tamen quid futurū erat, consensit maior pars ut Traiectū & omnia oppida, iurisdictio, prouentus, bona, agri, montes, syluæ, flumina & quicquid erat quod ad externū attinebat dominium, cederet deinceps in proprietatem Carolo Cæsari, & omnibus legitimis hæredibus eius utriusq; sexus ducibus Brabantiæ & comitibus Holandiæ. Post illam resignationem episcopus absoluit omnes subditos suos à iuramento sibi præstito, ita tamen ut sese sacramentis obstringerent Carolo Cæsari & successoribus eius ducibus Brabantiæ comitibusq; Holandiæ. Episcopus uero sibi & posteris suis episcopis nihil præter iurisdictionem spiritualem reseruauit. Illico post resignationem istam, missa est anno Christi 1528, legatio Romam ad pontificem, ut ille quoq; sua autoritate cōfirmaret & roboraret hanc ditionis translationē. In hunc itaq; modū tota temporalis ditio episcopatus Traiectensis, quam pontifices illius loci tenuerāt & administrauerant annis 916, translata est ad duces Brabātinos & comites Holandicos. Traiectēn itaq; & tota regionis ditio in hac translatione nedū dominiū suum perdiderūt, sed & omnia priuilegia sua ridicule resignauerunt. Interim enim quo sub episcopo fuerunt, uixerunt domi iuxta leges suas, nemini in mundo quicq; debentes. Singula oppida gubernata fuerunt per suos senatus, causæ uero totius regionis tractatæ fuerūt per tres status eius, quorū supremū gradū habuerunt spirituales, alterum nobiles & militares, & tertiū uulgares. Fuerūt liberi ab omnib. exactionibus, nisi q uectigal dabant de potu & frumento. Nec habuerūt episcopi merum imperiū super ciuitates, sed solum super rurales. Hanc libertatē Traiectēn & tota regio resignarunt, & perpetuæ seruituti sese subiecerunt. Sed interim hoc cōmodi lucrifecerunt, ut post seditiosam illā, contentiosam & inquietam uitā, quā inter se sub priuilegijs illis duxerūt, uenerunt ad coactā pacē, nacti principē quē timere cogunt, atq; abstinere à seditiosa illa uita quā sub episcopis egerunt. Hic itaq; finē facimus tractus Rheni occidentalis, ascensuri rursum ad initium Rheni & lustraturi latus eius orientale, quod scilicet est à parte ueteris Germaniæ.

Episcopi Traiectenses afflicti.

Episcopatus dito incorporatur comitatui.

Traiectenses exuūtur priuilegijs suis.

De


De Alpibus & ſummis mõtibus ex quibus ſcaturit Rhenus, quorum cultores hodie uocantur Griſones, uulgo Grawbundter & Churwalen.

E Regione Valeſiæ iuxta originem utriuſq; Rheni habitant Griſones, qui olim Rheti & Canini appellati fuerunt. De iſtis & alijs populis qui ſummas inhabitant alpes, ex profeſſo ſcripſit Egidius Schudi Glareanus, & nos olim librũ eius Germanica lingua ſcriptum, utcunq; fecimus latinum addita magna charta deſcriptionis Helueticæ. Anno ante Chriſti incarnationẽ 587. profecti Galli cum duce ſuo Belloneſo in Italiã, magnã occuparunt partem, expellentes etiã ex Tuſcia (in qua hodie ſunt Piſa, Luca, Florẽtia, &c.) habitatores illius regionis, qui in exiliũ acti, cum duce ſuo Rheto in aſperis alpiũ montibus iuxta originem utriuſq; Rheni & amniũ Atheſis atq; Eni conſederunt, in uallibus & mõtibus caſtella erigentes, denominationemq; à duce ſuo Rheto accipientes. Succeſſu autẽ temporis Rheti illi multiplicati, dilatauerũt fines ſuos uſq; ad lacũ Podanicum infra Brigantium & uſq; ad oppidum Weſen & lacũ eius. Vltra uero alpes uerſus Italiam expandunt ijdem Rheti gremiũ ſuũ uſq; ad Cumum, Veronã & Tridentũ. Primi Rheti dicti ſunt Canini, id eſt, Griſones, qui pro bona parte Rom. ſubiecti fuerũt. Anno Chriſti 357. quũ Conſtantinus Imp. oppugnaturus Alemannos caſtra ſua mouiſſet ad campos Caninos, ibiq; curiam ſuam aliquandiu habuiſſet, in planicie ſcilicet illa, atq; montium faucibus ubi hodie Curia ciuitas eſt ſita, poſt receſſum eius cœpta eſt ædificari ciuitas Curiẽ in illo loco, & tota regio illa denominata Rhetia Curienſis, habitatores uero eius Churwalenſes.

Rheti unde dicti.

Canini ſiue Griſones.

De Curia prima Rhetorum urbe.



S. Lucius.


CVria, ſicut iã diximus, habet mediocrẽ antiquitatẽ, cõſtructa circa annum Chriſti 357. ſenſimq; ampliata & munitior turribus effecta, elegantiorib. domibus adornata, atq; ſtatim poſt ſui conſtructionẽ ad fidẽ Chriſti conuerſa. Nã circa annũ Chriſti 495. tempore Clodouei magni, habuerũt Curiẽſes epiſcopum, id quod colligitur ex diui Fridolini legenda. Hæc ciuitas noſtro tẽpore iuxta morem patriæ ſatis bene eſt extructa, diſtans à Rheno itinere dimidiæ horæ, ſita iuxta duos montes, triangularis, cõſurgens ſcilicet prope Curiam cathedralẽ in angulũ, qui tamẽ ipſam cathedralem cõplectitur curiam. Monaſteriũ uero ſancti Lucij parũ abeſt à mœnijs curiæ epiſcopalis, ad iactũ ſcilicet baliſtæ. Factũ eſt noſtro tẽpore ex monaſterio hoſpitale. A tergo ciuitatis & curiæ cathedralis prorumpit ex montiũ conualibus magnus amnis, per quẽ copia lignorũ in ciuitatem infertur. Ab oriente ciuitatis ſunt montes plurimis conſiti uineis, & unum quod ibi creſcit, albũ & rubeũ, ſatis præſtans eſt. Eſt in hac urbe frequens mercium ultra citraq; montes proficiſcentiũ depoſitio atq; impoſitio. Nam quũ in Longobardiam tranſmittendæ ſunt, ſingulis iumẽtis duæ ſarcinæ imponunt, ob id q; neq; bigæ neq; quadrigæ ultra mõtes currere queãt. Equi uero ad hũc laborẽ aſſueti, reportant uinũ generoſum, quod uulgo Veltlin uocant. Cæterum in mõtibus illis Curienſibus inueniunt uaria genera animaliũ & auiũ, ſpecie non differentiũ ab animalib. Valeſiæ, ut ſunt ibices, capricorni, mures montani, uultures, lagopi, phaſiani, galli ſyluſtres, parniſæ, &c.

De curia cathedrali Curienſis ciuitatis.

INcluditur quidem curia cathedralis mœnijs ciuitatis Curiẽ, ſed tenet altiorẽ locũ, habetq; clauſurã tantæ amplitudinis ut cõprehẽdat epiſcopales edes, Canonicorũ domos & cathedralẽ eccleſiã, quæ omnia pro more regionis ſatis magnifice ſunt extructa, præcipue tamẽ epiſcopi curia eſt ſplẽdide ab intra & extra ornata, regalibusq; manſionibus decorata. Nihil eſt quod uiẽ illã deformiorem reddit quàm incompoſita domorũ tecta, quę uice coctilium regularũ lapidibus latis aut tabulis ligneis incõcinne tegunt. Nõ enim habent montes illi ſaxoſi & aſperi idoneam terram, unde lateres coqui poſſint.

De epiſcopatu Curienſi.

Eſt epiſcopatus Curienſis in Rhetis unus ex uetuſtiſſ. Germaniæ epiſcopatibus, cœpitq;



pi[illegible] circa annum Christi 440. Aliqui contendunt primum eius episcopum fuisse S. Luciũ sed numerus annorum non conuenit. Lucium hunc aliqui regio stemmate apud Britannos ortum & natum esse affirmant, conuersumq; ad Christi fidem anno 176. imperante Marco Antonino. Venit amore propagandæ fidei Christianę in Germaniã, cœpitq; primum prædicare Salisburgi, postea Augustę Vindelicorũ: ubi cũ ejiceret ab infidelibus, dicitur Curiã cũ sorore Emerita cessisse, ibiq; idololatricas reprehendens opiniones & Christum prædicans, cum sorore martyrio est coronatus. Alij hunc Luciũ Cyrenæum fuisse putant, Simonis illius, qui Christi crucem portauit, filium. Primus itaq; Curiensis episcopus signat Asimo, qui anno domini 451. in Chalcedonensi fuit concilio. 2. Puricius, alijs Pruricius, cuius temporibus legitur S. Fridolinus condidisse S. Hilariæ templũ, quod nũc diuo Martino est dicatum. 3. Claudianus. 4. Vrsicinus. 5. Sidonius. 6. Eddo. 7. Valentianus. 8. Paulinus. 9. Theodorus. 10. Verendarius. 11. Constantius. 12. Ruthardus. 13. Baldebertus, qui præfuit anno 720. Sub eius gubernatione cœptum est à S. Pirminio monasterium Fabarianum ord. S. Benedicti. 14. Paschalis comes Brigantinus, Vigilij præsidis Rhetiæ filius. 15. Victor, legitimus filius Paschalis episcopi. Hic unà cum matre sua circa annum Christi 760. fundauit in Tumlesch cœnobium nobilium dominarum, in loco Catzensi, sed quæ egredi & nubere possunt. 16. Vigilius comes Brigantinus. 17. Thello filius Victoris Rhetici, tyranni, qui piũ uirum Placidũ apud Disentinẽse monasteriũ obtruncari fecit. Hic condidit et extruxit cathedralem ecclesiam Curiensem quæ hucusq; illæsa manlit. Est anno domini 784. mortuus. 18. Constantius. Huic dedit

Carolus

Carolus magnus priuilegia magna, constituitq; eum rectorē & defensorem Rhetiæ. Dedit etiam ei parochiam Seleſtadianam in Alſatia. 19. Remigius. 20. Victor, cui Roderícus & Herloinus comites quædam bona per uim tenuerunt, ſed ad reſtituendum coacti ſunt per Ludouicum Imp. 21. Verendarius. 22. Eſſo. 23. Rotharius, cui Carolus Craſſus dedit anno 881. ditionem Flums. 24. Theodolphus ſeu Dietholfus, ab Arnolfo Imperatore confirmatus. 25. Waldo. 26. Hardobertus. Habuit iſte coadiutorem nomine Lutolfum, qui fuerat cācellarius Ottonis primi Imp. cui Imp. donauit anno Chriſti 959. mediam partem ciuitatis Curienſis, totum teloneum, parochias S. Martini & Hilarij & ſacellum Carpophori in Thrimmis: Actum Fratislare anno quo ſupra. 27. Hildibaldus; Cui dedit Otto ſecundus Imp. anno 980. penſionem uectigalium pontis Clauennenſis in Prægallia perpetuo poſſidendam. 31. Hartmannus baro, monachus cōuentualis in Einſidelen, deinde abbas Fabarianus & ultimo epiſcopus Curienſis. 33. Hēricus monachus ex Augia: cuius temporibus anno ſcilicet 1078. Welfo dux Bauariæ mouit exercitum in Rhetiam Curienſem contra Ottonem comitem Curienſem, perdidítq; eam regionem, eo quod Henricus epiſcopus & alij proceres Rhetiæ homagiū præſtitiſſent Rudolfo electo in Rom. regem contra Henricum quartum. Fuit autem diœceſis Curienſis poſt eam deſolationem integro anno ſine præſule, donec tandem Marpertus præpoſitus Auguſtanus ſimoniace ſe intromiſit, ſed qui anno 1085. in quadam ſynodo excommunicatus ab adminiſtratione eſt reiectus. 35. Vdalricus. Hic anno domini 1105. miſſus fuit cum archiepiſcopis Treuerenſi & Magdenburgenſi à comitijs Moguntinis ad pontificē Rom. pro obtinenda confirmatione Henrici quinti, qui contra patrem Henricum quartum electus fuit in Rom. regem. 37. Wido. Hic fuit anno 1114. in comitijs Baſiliēſibus.

38. Conradus à Bibreck Sueuus. Huius temporibus nempe anno 1165. Hugo Palatinus Thubingenſis, comes Brigantinus atq; Rheticus mouit arma contra Welfonem ducē Bauariæ & Spoleti auunculum ſuum maternum, afflixítq; eum iuxta Danubium. 39. Cōradus ſecundus. 40. Egino. Hunc appellauit Fridericus Imp. principem. Ipſe in feudū dedit Friderico duci Sueuiæ filio Friderici Imperatoris aduocatiam eccleſiæ Curienſis, cōditione tali, quali antea Rudolfus comes Brigantinus & poſt eum Rudolfus à Pfullēdorf eam habuerant. Actum Mengen indictione tertia, anno domini 1170. 41. Vdalricus baro à Degerfelden ſupra Clingnow in comitatu Badenſi, primum abbas apud S. Gallum, præfuit epiſcopatui annis octo, & reſignauit epiſcopum anno 1182. Brunoni, reſeruata ſibi abbatia S. Galli. Fecit autem iſtud propter reformationem ab Alexandro papa tertio factam ne quis duas poſſideret prælaturas. 42. Bruno. 43. Henricus Canonicus Saltzpurgenſis. 44. Reinherius, qui ab Ottone quarto regalia ſuſcepit. 45. Arnoldus. Hic iuſſu Rom. pontificis, deduxit anno domini 1211. Fridericum iuniorem regem Siciliæ per terram ſuam uſq; ad Conſtantiam, quum primum proficiſceretur in Germaniam contra Ottonem quartum Cæſarem. 46. Henricus comes à Realt. 47. Albertus præpoſitus ſancti Stephani apud Cōſtantienſes. 48. Rudolfus baro à Gutingen, abbas apud S. Gallum, mortuus Romæ anno 1226. 49. Bertholdus canonicus Cōſtantienſis interfectus anno 1233. 50. Vdalricus comes à Kyburg & monachus conuentualis in Einſidlen. Hic fundauit anno Chriſti 1230. Vitoduri, Montem ſanctum. 51. Volcardus de Newenburg.

52. Henricus comes Montfortenſis, qui ædificauit arcē Furſtennouiam. 53. Conradus baro de Bellmont. 54. Fridericus comes de Montfort, filius Vlrici comitis Brigantini et frater Wilhelmi abbatis S. Galli. Fecit iſte epiſcopus fœdus cum Petro epiſcopo Sedunenſi contra Rudolfum ab Habſpurg Rom. regem, talibus conditionibus ut neuter alterum deſereret quacunq; tempeſtate ingruente eò quod bello fuerat à rege laceſſitus. Sed tandē in pugna apud Baltzers captus eſt epiſcopus unà cum barone de Grieſſenberg & domino Eberhardo ab Aſpero monte, qui & in ea pugna interijt, poſtquam arma mouerat contra comites Werdenbergenſes, Veldkirchenſes atq; Schellenbergēſes, anno domini 1288. Epiſcopus uero biennio in cuſtodia detentus & inde aliquando aufugere uolens, quū per funem, ex linteaminibus factum, deſcendere uellet ex ſublimi turri, cadens in terram mortuus eſt anno 1285. 55. Bertholdus, factus eſt epiſcopus anno 1290. 56. Sifridus baro de Flums. Hic conſtituto adminiſtratore Rudolfo comite à Montfort, factus eſt monachus.


57. Hermannus baro ab Eſchibach, primum conuentualis apud Heremitas in Einſidlē, deinde abbas Fauarienſis, ac ultimo epiſcopus Curienſis. 59. Iohannes, factus epiſcopus anno milleſimo trecenteſimo uigeſimo ſeptimo interfectus anno 1333.

60 Vdal-

CIVITAS CVRIENSIS

caput Rheni, in faucibus montium ſita, habens tamen uerſus Rhenum magnam planiciem, (diſtat enim à Rheni ripa itinere dimidiæ horæ) cuius picturam candidè exhibuit, ob amorem patriæ ſuæ, Reuerendiſſimus dominus, dominus Lucius Yterus eiuſdem loci epiſcopus, ſtudioſorum patronus pientiſſimus.

Curienſis ciuitas, Rhetorum ſiue (ut [illegible]atur) Gri[illegible]




60. Vdalricus à Lentzpurg dictus Schultheis, monachus Einſidlenſis. Hic à Ludouico Romano, marchione Brandenburgenſi, in bello iuxta Atheſim geſto, cum multis nobilibus fuit captus, eo quod Carolo regi Bohemorum ſuppetias tuliſſet contra Ludouicum quartum Imperatorem, patrem dicti marchionis, Tyrolenſemq; comitatum Bauaro eripuiſſet. Liberatus tamen poſtea fuit & mortuus domi, anno 1355. 61 Petrus ex Bohemia natus, qui poſt relictum pontificatū Curienſem factus eſt epiſcopus Morauienſis.

62. Fridericus de Mentzingen aliàs Neutzingen. Fuerat iſte cancellarius Leopoldi ducis Auſtriæ, relictaq; Curia uenit Brixiam. 63 Iohannes. Fuerat iſte cancellarius Alberti ducis Auſtriæ, obijt 1389. 64 Hartmannus comes à Werdenberg & dominus in Sargans, antea uero Commendator ord. Iohannitarum. Hic fratribus ſuis uolens opem ferre, diutinum geſſit bellum contra Lupoldum ducem Auſtriæ propter limites dominiorū & propter aduocatiam Rhineckenſem. Sed apud Veldkirchenſes à comite Stulingenſe captus unà cū fratre Hugone comite à Sargans, tandem poſt nouem menſes facta compoſitione reſtitutus eſt libertati, mortuus anno 1416. 65 Iohannes dictus Abundi, tempore concilij Conſtantienſis. 66 Iohannes cognominatus Naſſo. 67 Conradus à Rehberg. 68 Henricus baro ab Hewen, obijt 1472. 69 Leonhardus cancellarius ducū Auſtriæ, mortuus anno 1459. 70 Ortliebus baro de Brandis. Noluerūt ciues Curienſes hūc agnoſcere dominū ſuum, ſed maluerunt eſſe ſub imperio, quod tamē à Friderico Imp. nullo iure obtinere potuerunt. Multa hic epiſcopus à ſuis eſt paſſus, & tandē anno 1491, mortuus. 71 Henricus baro ab Hewen. Hic pacē habuit in epiſcopatu uſq; ad annum 1498.


Tunc

rum ſiue uocantur) Griſonum metropolis.



Tunc magnũ exortũ fuit diſſidiũ in ditione Furſtenburgenſi cõtra Tyrolenſes iniit propterea iſte epiſcopus fœdus cũ ſeptẽ Heluetiorũ cantonibus, ſicq; poſt multa bella ſopito uno diſſidio, alibi aliud natũ fuit incendiũ, nempe Gutenbergij & Meiẽfeldi. Perſuaſus epiſcopus reliquit Tyrolenſibus arcẽ Furſtẽburg, & poſt multa promiſſa, arx ipſa fuit ſpoliata & incenſa, ipſe uero ad Enipontẽ translatus & cõtumelia affectus, diſcedẽs uenit Argentinã. Paulo poſt ſublata diſcordiæ occaſione, redijt epiſcopus anno Chriſti 1503. ad poſſeſſionẽ ſuam. Cõuenientes deinde partes in Veldkirchio ut pacẽ facerent, diſcuſſis ſingulis controuerſijs cõuenit tandẽ inter eas. Sed reuerſis epiſcopo et legatis ligarũ à comitijs illis, innoteſcenteq; plebeis de negocio ipſo, irritati turmatim uenerunt ad ciuitatẽ Curienſem, poſtulantes epiſcopũ & legatos qui ſecũ abierãt. Quo cõprehenſo, abduxerunt eum una cũ nouẽ legatis ad Furſtenaw. Sed is clã elapſus, uenit ad aulã Maximiliani Cæſaris, reſignauitq; epiſcopatũ domino Paulo Zieglero, à quo accepit penſionẽ 720. florenorum, cõmoratusq; eſt Tiguri & Argentinæ auſq; ad mortẽ ſuã. Habes hanc hiſtoriã ſuprà poſt hiſtoriam Caroli ducis Burgundiæ. 72 Paulus Zieglerus præpoſitus Otingenſis in Bauaria, qui fuit à ſecretis Max. Imp. & præfuit epiſcopatui inter maximas difficultates ac ſubditorum moleſtias annis 38. Tandẽ uero cedens ad Furſtenburgũ arcem, mœrore confectus, ſubitanea morte ex hac uita migrauit anno 1541. Ipſe contulit anno Chriſti 1516. in ueſtituram feudorũ officij pincernarũ & comitatus Tyrolenſis Maximiliano Cæſari. Sũt enim archiduces Auſtriæ pincernæ epiſcopatus Curienſis, domini de Marmoribus Marſalli, & comites Amaſij dapiferi. 73 Lucius Yterus ex antiqua Curienſium ciuium fami-

Curienſis ciuitas, Rhetorum ſiue (ut h




60. Vdalricus à Lentzpurg dictus Schultheis, monachus Einſidlenſis. Hic à Ludouico Romano, marchione Brandenburgenſi, in bello iuxta Atheſim geſto, cum multis nobilibus fuit captus, eo quod Carolo regi Bohemorum ſuppetias tulilſet contra Ludouicum quartum Imperatorem, patrem dicti marchionis, Tyrolenſemq; comitatum Bauaro eripuiſſet. Liberatus tamen poſtea fuit & mortuus domi, anno 1355. 61 Petrus ex Bohemia natus, qui poſt relictum pontificatũ Curienſem factus eſt epiſcopus Morauienſis.

62. Fridericus de Mentzingen aliàs Neutzingen. Fuerat iſte cancellarius Leopoldi ducis Auſtriæ, relictaq; Curia uenit Brixiam. 63 Iohannes. Fuerat iſte cancellarius Alberti ducis Auſtriæ, obijt 1389. 64 Hartmannus comes à Werdenberg & dominus in Sargans, antea uero Commendator ord. Iohannitarum. Hic fratribus ſuis uolens opem ferre, diutinum geſſit bellum contra Lupoldum ducem Auſtriæ propter limites dominiorũ & propter aduocatiam Rhineckenſem. Sed apud Veldkirchenſes à comite Stulingenſe captus unà cũ fratre Hugone comite à Sargans, tandem poſt nouem menſes facta compoſitione reſtitutus eſt libertati, mortuus anno 1416. 65 Iohannes dictus Abundi, tempore concilij Conſtantienſis. 66 Iohannes cognominatus Naſſo. 67 Conradus à Rehberg. 68 Henricus baro ab Hewen, obijt 1472. 69 Leonhardus cancellarius ducũ Auſtriæ, mortuus anno 1459. 70 Ortliebus baro de Brandis. Noluerũt ciues Curienſes hũc agnoſcere dominũ ſuum, ſed maluerunt eſſe ſub imperio, quod tamẽ à Friderico Imp. nullo iure obtinere potuerunt. Multa hic epiſcopus à ſuis eſt paſſus, & tandẽ anno 1491. mortuus. 71 Henricus baro ab Hewen. Hic pacẽ habuit in epiſcopatu uſq; ad annum 1498.

Tunc

ille uocantur) Grisonum metropolis.



Tunc magnũ exortũ fuit diſſidiũ in ditione Furſtenburgenſi cõtra Tyrolenſes iniit pro/ prerea iſte epiſcopus fœdus cũ ſeptẽ Heluetiorũ cantonibus, ſicq; poſt multa bella ſopito uno diſſidio, alibi aliud natũ fuit incendiũ, nempe Gutenbergij & Meiẽfeldi. Perſuaſus e/ piſcopus reliquit Tyrolenſibus arcẽ Furſtẽburg, & poſt multa promiſſa, arx ipſa fuit ſpo liata & incenſa, ipſe uero ad Enipontẽ translatus & cõtumelia affectus, diſcedẽs uenit Ar/ gentinã. Paulo poſt ſublata diſcordiæ occaſione, rediit epiſcopus anno Chriſti 1503. ad poſ ſeſſionẽ ſuam. Cõuenientes deinde partes in Veldkirchio ut pacẽ facerent, diſcuſſis ſingu lis controuerſijs cõuenit tandẽ inter eas. Sed reuerſis epiſcopo et legatis ligarũ à comitijs illis, innoteſcente{q;} plebeis de negocio ipſo, irritati turmatim uenerunt ad ciuitatẽ Curien ſem, poſtulantes epiſcopũ & legatos qui ſecũ abierãt. Quo cõprehenſo, abduxerunt eum una cũ nouẽ legatis ad Furſtenaw. Sed is elã elapſus, uenit ad aulã Maximiliani Cæſaris, re ſignauit{q;} epiſcopatũ domino Paulo Zieglero, à quo accepit penſionẽ 720. florenorum, cõmoratus{q;} eſt Tiguri & Argentinæ auſq; ad mortẽ ſuã. Habes hanc hiſtoriã ſuprà poſt hiſtoriam Caroli ducis Burgundiæ. 72 Paulus Zieglerus præpoſitus Otingenſis in Ba uaria, qui fuit à ſecretis Max. Imp. & præfuit epiſcopatui inter maximas difficultates ac ſubditorum moleſtias annis 38. Tandẽ uero cedens ad Furſtenburgũ arcem, mœrore con fectus, ſubitanea morte ex hac uita migrauit anno 1541. Ipſe contulit anno Chriſti 1516. in ueſtituram feudorũ officij pincernarũ & comitatus Tyrolenſis Maximiliano Cæſari. Sũt enim archiduces Auſtriæ pincernæ epiſcopatus Curienſis, domini de Marmoribus Mar/ ſalli, & comites Amaſij dapiferi. 73 Lucius Yterus ex antiqua Curienſium ciuium fami/ lia

lia natus, electus est anno 1541. princeps & antistes Curiens's post mortem Pauli episcopi. Ipse reconciliauit ligam templi Curiensis atq; ciuitatem ipsam.

De tribus Rhetorum seu Grisonum ligis.

PRima & superior Grisonũ liga facta est anno domini 1424. in oppido Trontz per abbatẽ Disertinensem, comitẽ Masaucensem & baronẽ à Rezuns, cõtra extraneos populos & raptores: ac deinde ne seipsos & subditos suos amplius permitterẽt prouocari ad extranea iudicia. Adiecta est etiã conditio ista, quod abbas noluit id factũ in præiudiciũ Rom. imperij, cuius prælatus est, aut in prçiudiciũ dominorũ Medio
Liga templi. lanensiũ, quorũ comes erat, aut domus Austriæ unde feudũ habuit baronatus. Altera liga quæ & maior est, est ecclesiæ cathedralis, qua primũ episcopus Curiensis, collegiũ capitulare & ciuitas ipsa uniti, anno Christi 1419. annis 50 & uno, ciues facti sunt Tygurensium, ac deinde quo adhuc tutiores essent, confœderationẽ inierũt cũ uicinis suis qui sunt de prima liga. Tertia liga est 10 iudiciorũ aut iurisdictionũ, eorũ scilicet qui habitant in Prettigoia, qui anno Christi 1470. conglobati, conceperunt quandã unionis formulam, ac demũ omnes tres ligæ coniurantes, unũ ferè confœderationis fecerunt corpus. Nec hoc contenti, reliquis quoq; Heluetijs sunt coniuncti: quin & regno Franciæ, cui tamen uallẽ Veltlin abstulerant, se certis conditionibus obligarũt. Gubernantẽ ligæ istę per suas cõmunitates, utũturq; partim lingua Germanica & partim Longobardica hoc est, corrupta Italica. Su
Ilantium. premum in Rhetia oppidũ iuxta priorẽ Rhenũ est Ilantium, habetq; in suis insignijs coronam per quam fluit Rhenus, in signũ quod ipsum supremus locus ac ceu Rheni corona sit. Iuxta posteriorem uero Rhenũ, supremũ oppidum est Furstnow, à Curia duobus magnis milliaribus uersus montẽ Spluger distans, estq; sub dominio episcopi Curiẽsis. Haud procul ab eo oppido uersus Rheni fontem iacet arx quædã uetustissima, olim quidẽ firma &
Rhetia alta. munita, posita supra eminentem petram, ubi duces Rhetiæ curiam suam habuerũt, appellata Realt, hoc est, Rhetia alta, duabus dictionibus in unam orrcuptam contractis.

De ualle Rhenana sub Curia.

Langarus fluuius. INfra Curiã ad spaciũ magni miliaris erũpit Langarus ex Pretigoiæ montibus, fluuius quidem satis impetuosus, miscetur q; mox ubi Pretigoiæ fauces exierit Rheno. Succedit deinde Meienfeld, olim Lupinũ dictum. Incolę aiunt Maiã matrẽ Mercurij ibi olim honoratã, atq; oppidum ab eo nomen Maienfeld accepisse. Fuit aũt oppidũ ipsum dominorũ de Brandis, sed nostro tempore agnoscit Grisones, utiturq; lingua Germanica. Sequitur deinde ad dexteram Rheni Nebelgoia, in qua iuxta a cẽ Gutemberg est ditio Vadutzensis, inde Estnerberg, comiti à Sultz parens, postea comitatus Feldkirchẽsis, qui ad lacum usq; Brigantinũ extẽditur. Est Vadutz, quasi uallis dulcis, nostro tẽpore regio amœna, habens arcem rupi sublimi & præcipiti impositam, atq; satis munitam.


Achilles P. Gassarus medicinæ doctor

suo Sebastiano Munstero S.

LIteras tuas Sebastiane doctiss. quas 25 Octobris isthic ad me dedisti, accepi, morẽ qúe tibi gessi: tuũ erit oĩnia ęqui bonicq cõsulere, & quod Verg. in Ennianis uersib. factitasse legit, aurũ ex stercore eruere. Ego quidẽ in alieno opere, ut cernis, ingenioſus esse, tua tamẽ salua autoritate, non erubui, ac nisi tu prouocasses, certe quæ est curtæ suppellectilis nostræ cõscientia, penitus abstinuissem manus. Porro anilia si quę inserui, tu pro tuo iudicio uel omitte uel emẽda. Videt tamẽ Saturnale hoc ludicrũ, quo ciuitatula iã mea cũ pueris ineptit cocto milio, penitus delectationis causa nõ prætereundũ. Scias aũt omnia ea quæ de ciuitatũ, quarũ mentionẽ habeo, uel iuribus uel antiquitatibus annotaui, me partim ex receptissimis rumoribus, partim ex archiuis earũ sumpsisse. Quin & triũ ligarũ initia, Curiensisq; ciuitatis donationẽ episcopo factã, ex diplomatibus et originalibus habeo literis earũdẽ. Quod ad picturas attinet, en Lindoã patriã meã, Curiẽsem ciuita ẽ & Veldcuriã paulo rudius à pictoribus expressas mitto: tu da operã ut ex rudibus archetypis elegantiores prodeant figuræ. Reliquis insuper conatibus tuis optime præcor. Certe nucẽ quã publico diario tuo Mathematicis obtulisti, iã dudũ ego mordeo, sed nucleum nondũ habere possum, quu nemo nõ uideat calculũ ipsum in terris nostris discrepare à cœlestib. cõiunctionibus & oppositionib. luminarium, id quod e. lipses aperte testantẽ. Bene uale. Ex Veldcuria in ipso Brumæ die, &c.

Veldkir-

Veldkirchium oppidum & comitatus.



VEldkirchium ſiue Velcuria, paruum quidem ſed excultũ & negocioſum eſt oppidũ, in Nebelgoia inter rupes & montes ad flumen Illam ſitum, diſtãs à lacu Acronio uerſus Italiam tribus milliaribus. Illa fluuius decurrit ex radicibus mõtis Rheticonis per Gaſchurniam, Montemfundanũ & Druſianã uallẽ uſq; ad mœnia Veldkirchñ, plus minus ſex miliaribus, & dimidio miliaris ſpacio infra id Rheno miſcetur. Habent incolę ex eo piſcium & lignorum copiã. Temporibus diui Gregorij Rom. pontificis appellatum fuit oppidum iſtud Dawenfeld, id eſt, roris campus, poſitũ eo loco, qui hodie Vetus ciuitas dicitur, & deinde nomen Felkirch ſortitum, ac ſi dicas, errans eccleſia, eo quod cũ à Chriſtiana religione exorbitaſſet, per herum ſuum comitem cum rubro uexillo ſeu de ueteri Monteforti, auxilio ducis Sueuiæ, armis recepta, atq; ad ueram fidem redacta fuerit. Alijs uero placet, locum iſtum ad Campos dictum, & quod Eſtionum metropolis fuerit. Accepta uero religione, à Germanis illuc coloniã deducentibus, Veldkirch, id eſt, Campiphanum dici cœperit. Hodie Italis, Anglis & inferioribus Germanis hac Romam uiſitantibus, ad ſanctum Petrum appellatur. Multiplicata autem prole comitum à Monteforti, quibus omnes hæ alpes totaq; Curienſis ferè Rhetia parebant, ac illi inſignium ſuorũ uexilla, coloribus ſeorſim iuxta cuiuslibet familiæ ditiones & priuata habitacula diſtinguerent, contigit ut ea ex illis pars quæ nigrum uexillum in albo campo ge-

Dawenfeld.

Campiphañ.

ſtat,ſibi ac ſuis dominium,comitatumq; Veldkirchenſem in hæreditatẽ acceperit, & protinus ex ueteri arce & nouo Monteforti manſiones ad caſtrum Schattenburg è regione Ardentis montis tranſtulerint: Quo poſtea optimi quiq; ciues in gratiam domini ſui ex ueteri urbe commigrãtes,domicilia prope id erigere,arcum lapideum pro uia regia ſupra illam conſtruere ac plane nouam ciuitatulam exædificare ſibi occœperunt,quæ hodiernũ nimirum eſt Veldkirchium. Anno domini 1218. Hugo comes à Monteforti dominus in Velcuria conſenſu Friderici ſecundi Cæſaris de ſuo prædia nonnulla hoſpitali pauperum in Ieroſolyma elargitus eſt,unde Iohannitarum domus in eodem oppido fundatum eſt. Deinde Rudolfus comes Montefortenſis impetrauit ab Henrico 7 imperat. Pro ciuibus Veldkirchẽſibus omnia priuilegia quæ habet reſpub. Lindouiẽſis,& prætera ne quiſquam eos externo ſiue prouinciali foro conuenire præſumat. Et Rudolfus iunior præfati Rudolfi filius,ſolus poſt parentem & fratres totius ditionis hæres relictus, præpoſituram cathedralis Curienſis eccleſiæ reſignans & comitatus gubernaculum ſuſcipiẽs,nullam autem ab uxore prolem ſuſcipiens,uẽdidit comitatum anno domini 1375. Lupoldo duci Auſtriæ præcio 36000. aureorũ Rhenenſiũ,hac cõditione,ut ipſe præfectũ ageret in comitatu quoad uiueret. Quo tempore idẽ heros accepta anno domini 1382. à ciuibus Veldkirchij quindecies centum nummi librarum ſtipe,non ſolum ab adſcriptitiorum ſeruitute illos liberos eſſe iuſſit,uerum etiam ut in ſingulos annos è ſuorum numero prætorem urbi ſuæ eligere poſſint,unà cum alijs prærogatiuis clementiſſimè conceſſit. Comis & feſtiuus fuit hic comes,quippe qui magnis expẽſis comœdias & ludos apud ſubditos ſuos celebrauit, ac ſubinde maioris hilaritatis alendæq; publicæ amiciæ cauſa,totius ditionis ſuæ & uicinorum aliquot adoleſcentulos ſub finem Saturnaliorum Velcuriam ad ſe altero quoq; anno inuitauerit,eoſq; miliaceo pulte cum ſimilagineo pane (quod tunc ruſtici delitias iudicabant)ad ſatietatem uſq; miris ceremonijs pauerit. Quæ res in tantam conſuetudinem inuecrata deinceps ibidem eſt,ut ſenatus Velcurienſis epulas has tanquã fundatas ferias,non raro agricolis exhibuerit,perſuaſumq; ſibi Alpini illi habent,certiſſimam annonæ fertilitatem ſubſecuturã,dum nugæ iſtæ obſeruatæ fuerint. Reliquit etiam præfatus comes perpetuo legato ciuibus ſuis Velcuriæ bouem unum quotannis arcubaliſtarum ludo lucrifaciendum. Ab eo igitur tempore cœperunt ſæpedicti ciues oppidum ſuum ampliare,fortius communire & perlabentibus riuulis,ſimilibusq; urbicis ædificijs exornare primum, tali deniq; modo ſub illuſtriſſimorum Auſtriæ principum tutela ſeſe honeſte gerere, ut hi innata ſua clementia plures immunitates,præcipue liberam migrãdi aliò profectionem,nec non capitale iudicium ultro donauerint illis. Qua ex re non parua incrementa, politicũq; ordinem unà cum populo perhumano Feldkirchium accepiſſe conſtat. Vbi quod ad opi peram uictus rationem attinet nihil uel Apitius deſiderauerit,facile enim Erythrotaones, Attagenes & nobiliores quaſq; auiculas,item ibices ſeu dorcadas,ceruos ac reliqua ferarum genera,ſimiliter delicatiſſ piſces,generoſa uina, præcipuè quæ in Ardente aut Sellæ monticulis,Abbatis aut Villenſium cliuis creſcunt,optima armẽta unà cum carnibus, butyro & caſeis pinguiſſimis,arboreiſq; fructibus quam ſapidiſſimis reperire & comparare omnibus licet. Lignorum inſuper copia ſiue ad cottidianum uſum ſiue ad architecturam ſpecies,tanta eſt quanta uix alibi: frumenta ſolummodo quod ab Acromo & Veneto lacubus nõ leui onere aduehenda ſint,in montanis hiſce carius ueneunt. Populus alioquin tã ruri quam in oppido egregius,fortis & omnino Martius,audax,proteruus & impiger exiſtit,habentq; ciues apud ſe in Mechanicis non parum multos excellentiſſimos artifices.

Priuilegia Veldkirchenſium.

Venditur Velcuria.

Miliacea puls.

Copia uictualium.

Miraculum in Rancko wil.

Diſtat à Veldkirchio uerſus lacum Acromum dimidio miliario pagus, Rancouilla dictus,in quo prouinciale iudicium ab antiquo habetur,ad quod olim diuus Fridolinus dudum mortuum quendam redituum foro publico in teſtimonium litis pẽdentis adduxiſſe ſtatuiſſeq; perhibetur. Id aliquãdo iuriſdictionum ſuarũ terminos habuit à meridie Septimum montem,ab oriente Arle ſeu Aquilæ montem,à ſeptentrione lacus Podamici caput,& ab occaſu Riuani lacus exitum,fuerũtq; imperatorij ac liberi illius prouinciæ iudicis aſſeſſores,plus minus 12 comites aut barones, quorum & nomina & maſcula ſtirps, quemadmodum intra 80. uel paulo plus annos,maiori ex parte penitus deſiere(nempe comitum à Meſauco, Togkenburgo, Saruneganza, Werdenberga, &c. Baronum à Bellomonte, Rhetico caſtro, Caſtelloguardo, Brandyſio, &c.) ita confœderationibus Suitzerorum & Griſonum, hoc eſt, Heluetiorum & Rhetorum ſuperiorum, ſimul ac per impe-

tratas

tratas aliorum prerogatiuas, iudicium illud prouinciale admodũ exile & paruæ autoritatis esse nostris diebus cœpit. Paulo infra Rancouillam uersus ortum solis, supra pagum Rœthys mons Amacia admodum excelsus & peramœnus est, qui denominationem à sancto Victore Romano pontifice habet, in quo Eusebius Scotus monasticam uitam 30 annis egit, ac tandem à prædonibus in prædijs (uulgo uff Prederiss) circiter annum domini 880. decollatus est. Hunc locum deinde Carolus crassus Imperator Hartmuto abbati Sangallensi donauit. Postea Franciscanis monachis ea habitatio cessit, habetq; nostro seculo tutores ac aduocatos senatũ Velcurienſem. Hæc suppeditauit doctiſſ. Achilles Gassarus.

Pretigoia.

REgio ista atq; ditio, quæ olim Retigoia à monte Reticone dicta, & temporis successu accessione p ex Retigoia facta Pretigoia, fuit aliquando sub dominio comitum de Metsch, & intra 70 aut 80 annos incorporata & uendita domui Austriæ, non sine graui impignoratione Brisgoiæ, sicut in hunc usq; diem. ex Rom. Ferdinandus ceu dux Austriæ præfectum in Castels super octo iudicia constituit, eiq; dominus eorum: rustici tamen agunt quod uolunt. Siquidem domus Austriæ habet in hac regione summam iurisditionem, sed ius militare & minor iurisditio Grisonibus est denuncta atq; in perpetuum obstricta, uocaturq; Decem iudicia, inter quæ numerantur quoq; Meienfeld & Malans. Nullum habet oppidum muro cinctum, sed dictam arcem Castels & magnas uillas. Est uallis quatuor quidem milliaribus in longum patens, angusta autem in latitudine, fluitq; per ipsam uallem amnis Langarus. Clauditur uersus Meienfeld angusto introitu & arce iam diruta ceu porta quadam, nec aliũde ad habitatores eius patet ingressus. *Decẽ iudicia.*




In medio autem regionis supra uillam Fideris sunt aquæ alumi nosæ seu fons subacerbus, quo balnei loco utũtur incolę & uicini contra infirmos stomachos, ui digestiua destitutos, cõtra sanguinolẽtas excreationes, febres & excessiua mẽstrua. Visitatur à longe, ob ista naturæ beneficia cõsequenda. Ante paucos etiam annos in huius regionis montibus inuentæ sunt ferri fodinæ atq; mineræ. A tergo Pretigoiæ uersus Tafaas sunt Walseeri, qui communiter agunt & habitant in altis montibus, apud quos nihil præter rapas, herbas & syluas crescit. Post montes istos uersus Septimum montem inueniuntur Capricorni, Agaricũ, resina ex Laricibus copiose stillans, pineæ nuces, de quibus omnibus supra in Valetiæ regione multa scripsi. *Thermæ Fidorenses.*

De lacu Podamico & adiacente terra,

præsertim in latere Germanico.

LAcus Podamicus qui & Brigantinus atq; Constantiensis, immensam habet aquarum molem, possetq; ob sui magnitudinem Germanicum uocari mare, quũ in longum extendatur sex aut septem milliaribus, & in latum duobus & in quibusdã locis ferè tribus. Est omnium amœnissimus, multaq; castella, oppida & uicos undiquaq; per ripas habet. Siquidem totam hanc Rheni superioris faciem tam uariè & tã multis nominibus auxit ornauitq; natura, ut amœnior ne an fœcundior sit, affirmare uix possis. Aqua huius lacus est nitida, fundo perspicuo, pisces fert uarios quidem & multiplices: terra circumiacens ferax uini tritici q; & arboribus domesticis egregie est consita. Regionis forma supra quam dici potest pulchra, uniuersa læta unamq; faciem longe lateq; contexens. Nullibi putant lacum profundiorem quàm apud Merspurgum, ubi à superficie aquæ usq; ad fundum aiunt esse trecentos complexus brachiorum seu orgyas. Habet duas insulas, una uocatur Meinow, quasi minor Augia, alij interpretantur maiorem Augiam, & alia Richenaw, quasi diues Augia. Diuiditur autem lacus iste in duas collectiones aquarũ: Maior & superior, id est meridionalior, incipit prope Lindoiam & Brigantium, & descendit usq; ad arcem Podman, quę anno Christi 881. appellata fuit, Palatiũ imperiale, unde hic lacus putatur dictus Podamicus. Quidam etiam uocant eum Acroniũ & alij Acromum, *Insulæ lacus Podamici.*



ab acie quadã quæ iuxta Rumisshorn exporrigitur in lacum ipsum, aut quod sit sine magno frigore. In superiori eius & media parte latior est, & prope Vberlingã oppidũ impetu se contrahitur in angustiã.

Ioachimus Vadianus.

DE lacu Acromo nõ habeo quicq̃ Zuiki doctiss. quod iã antea docti uiri nõ prodiderint. Aedidit libros tres Beatus Rhenanus titulo rerũ Germanicarũ, in quibus sane nõ paucos locos ad hãc rẽ, quã postulat Munsterus, attinentes, magna diligẽtia explicauit. Lacũ ipsum Acromũ uocatum à Briganto Constantiã usq̃ idẽ cũ Melæ testimonio probat: inde etiã cõiectura colligit uici Cromanshorn, qui in medio ferè occidui littoris eius lacus positus, à lacu Acromo cognominatus uideẽ. Sunt quidem apud me tabulæ donationũ sub Francorũ regibus scriptæ & signatæ, quę uocẽ illã nõ aliter ferè quàm Romanshorn, reddidere. Sed fieri potest, ut iam tum uiciata fuerit à Barbaris populis ueteris nominis puritas. Neq̃ enim mihi improbatur Rhenani cõiectura, & uero est simile Germanicũ nomen uetus esse nec carere etymo. Neq̃ semel uisum cogitãti mihi ita dici lacum ab obliquitate potuisse, qua à Briganto & Rheno accepto ad Constãtiam usq̃ & Rheni exitũ in arcus cuiusdã formam inflectitur. Veteres certe Krommasee lacum obliquum & arcuatũ dixissent, ut lacũ longum Langensee. Sed non habeo unde illa confirmem præter solam coniecturã, etiamsi indubiũ est Melę ætate longe latius in Rheni uallem abiisse Acromum q̃ hodie abeat, id quod & accolarum iam à maiorũ relatione deducta cognitio & loci ipsius effigies situsq̃ ueterum locorum palam testantur, unde obliquiorẽ tũ fuisse constat q̃ hodie conspiciẽ. Quod enim multis in locis amnes paulo uehementiores fecere, hoc idem & ad Rheni, Brigantiq̃ & intermediorũ amniũ confluentiã, contigisse multis argumentis, ut dixi, colligit. Plinius in Asiæ maritimæ descriptione tradit eius tractus magnis amnibus ita digestas arenas & cœnũ ingestũ, inuectũq̃ littoribus maris fuisse, ut insulas aliquot constiterit continenti cõiunctas, quæ antè longo interuallo à littore abfuissent. Idẽ & in Pharo Aegypti accidisse ob arenã à Nilo ingestã recepti autores

tores prodidere. Equidē & Acroniū dictum ſola coniectura lacū noſtrum putaui, quod in uetuſtis Melæ exēplaribus Acroniū, non Acromū legiſſem. Et quia Gallis ueteribus Græcæ linguę noticia propemodū domeſtica fuit, Acroniū igitur interpretabar ſine glacie & gelu, uel maximè incongelabilē. Venetus enim lacus, quē & ipſum Rhenus fundit, ut ſæpe glacie obducitur adeo rigida, ut immenſa etiam & plauſtra quantumuis grauia ferat, tamen non conſtat Brigantinū ullo tempore totū irriguiſſe & glacie clauſum fuiſſe. Verum ita ſolent ſtudioſa & cupida ueritatis ingenia, citra ſcilicet præiudiciū cuiuſquā, quod uero proximum uidetur, in medium proponere. Hactenus Vadianus. Inferior lacus incipit infra Conſtantiam, collatusq; ad ſuperiorem paruus eſt, & denominat ab inſigniori eius oppido Cella, lacus Cellenſis. Veteres uero appellauerunt eum Venetū, ob Venetes aut Venonetes accolentes populos. Tranſit aūt Rhenus utrunq; lacū in alueo ſuo nūquam reſolutus, ut ueteres ſentiunt, recentiores pro fabula habent. Oneratur circumquaq; multis riuulis, quorum quidā multū piſcoſi ſunt, ut ſunt, Arg, Bregentz, Liblach, Schuſs, Roſchach, Steinach, Salmſach, Goldach & Goldbach, &c. His amnibus adeò augetur tempore æſtiuali lacus iſte, ut aſcendat octo aut nouem cubitis ultrà conſuetum morē. Prope Conſtantiā Rhenus emittitur per alueū ſuum ex ſuperiori lacu, recuperatq; nomen ſuū, ſed paulo poſt rurſum diffundit ſe in ſtagnum, amittitq; alueum ſuum & nomen, uſq; ad oppidum Stain. Hic aūt lacus inferior quamuis minor ſit ſuperiore, eſt tamen cōparatione maioris piſcoſior, præſertim ubi Rhenus in illū labitur. Efficiunt hi duo lacus peninſulam quandā, præſertim quum ab Vberlinga occidentem uerſus lacus ſuperior extrudat ſinum quendā anguſtum & longum uſq; ad arcem Podmen, ſitq; inter Cellam & Podmen Iſthmus dimidij milliarij. Hæc autem peninſula eſt ſatis fertilis, producens frumentum, & ſyluas, habēsq; ſtagna & multa oppida, præſertim Alenſpach, quaſi Almanſpach, & Almanſdorff. Ingreditur quoq; promontorium quoddam in lacū Venetum, quod Cornu uocant, quodq; eundem lacū ferè in duos diſiungit, Cellenſem ſcilicet & Bernangenſem. Egrediens uero Rhenus ex hoc lacu alluit mœnia plurimorum oppidorum, nēpe Stein, Dieſſenhofen, Schafhauſen, Rhinow, Egliſow, Keiſerſtul, Waldſhut, Laufenberg, Seckingē, Rhinfelden, Baſel, Briſach & Straſsburg, in quibus omnibus ſunt pōtes, quorum ab Argentina uſq; ad lacum inferiorem numerantur tredecim.

Inferior lacus.

Amm. Marcell. 15.

Pontes in Rheno.

De inſula Meinouu.

INfra Conſtantiam uerſus Vberlingam ad ſpacium medij milliarij Germanici, emergit in ipſo lacu ſuperiori inſula quædam, in qua noſtro tempore elegās & munita domus fratrū Teutonicorū eſt cōſtructa, quę olim reſidentia fuit nobiliū de Langēſtein, tandemq; ab Arnoldo equite de Langenſtein, Teutonicis militib. poſſidenda tradita. Hic enim duos habuit filios, qui ambo ingreſſi ſunt ordinē. Vnde pater motus, anno Chriſti 1282. conſentiente Alberto abbate Augiæ ditioris, cuius erat feudū huius loci, reſignauit ordini Teutonicorū inſulam iſtam. Eminet in medio huius inſulæ petra quædā ingens, ab ortu ſolis ualde præceps, cui incumbit munitiſſima hæc arx, & arci adhæret atrium amplisſimū pro iumentis ſtabulandis. Extra aūt omnes edes iſtas patet per circuitū caſtelli ad huc amplū ſpaciū terræ, quod iuxta commoditatē fundi diſtributū eſt in uineas, agros, ſyluā & prata. Vineæ adhærēt monti, & prata ſyluulaq; lacui. Eſt locus amœniſſimus, patetq; proſpectus ad Vberlingam, ad Montem ſanctū, ad Merſpurg & ultrà ad Lindoiā atq; Brigantium. Putares te agere in mari quando ex hoc loco oculos uertis ad meridiem. Commendator huius domus habet ſub ſe terras & populos, & tanquam princeps præſidet illis.

Fertilitas inſulæ.

Anno 1540. quum ego circa pentecoſten hanc inſulam inuiſerem, præfuit ei nobilis uir, dominus Sigiſmundus ab Hornſtein, commendator, qui me ſummo excepit fauore, tractauitq; humaniſſime.

De oppidis & caſtellis in littore lacus Conſtantienſis ſitis.

OB inſignem commoditatē atq; eximiam fertilitatem, qua prædita eſt regio iſta, quæ deſinit ad lacum Conſtantienſem, ſunt tot ciuitates, caſtra, oppida, uici & monaſteria per circuitum eius conſtructa, ut uix omnia numerare queas. Siquidem iacent in littore eius quatuor ciuitates imperiales, nempe Cōſtantia, Vber

linga, Lindoia et Buchorn, ac deinde quinq; magnorum dominorũ oppida, quorũ quodq; adiacens habet castrum aut arcem, uidelicet, Brigantium, Rhineck, Arbona, Merspurgũ & Langenarg. Aliorum uero oppidorum & uillarum non est numerus. De præcipuis eorum hic aliquid succincte scribam.

Merspurgum & reliqua oppida.

EST oppidum istud episcopi Constantiensis, ubi plerunq; residere solet, fuitq; olim à rege Dagoberto è regione Constantiæ ad traijciendũ ibi lacũ constructum ac deinde ducibus Sueuorum subiectũ atq; tandem episcoporũ Constantiensium ditioni subditum. Item Alenspach & Steckborn sunt abbatis Augiensis. Langenargẽ autem agnoscit comites Montfortenses, Rineck Appencellenses, Stain Tygurẽses, Diessenhofen Confœderatos, Arbona episcopũ Constantiensem (ubi fiunt optimæ nouaculæ & incisoria phlebotomica) Roschach, abbatis est sancti Galli. Hic fodiunt optimi lapides cinerei coloris, uarijs structuris accõmodissimi. Adiacent præterea lacui, Cella episcopalis, oppidum & castrum, Geienhofen uilla & castrum, ubi stultorum infinitus dicitur esse numerus, Bodman arx & uilla. Item uillæ magnæ & paruæ, Bermatingen, Ermatingen, Marckelfingen, Itznang, Imstat, Nusdorff, Museck, Supplingen, ubi crescũt bona uina, Newenhorn, Seefelden, Stad, Wolmatingẽ, Tingeldorff, Totingen, Reutin, Sernatingẽ, Kupenhausen, Fischbach, &c. Monasteria: Hofen præpositura, Brigantium abbatia ordinis sancti Benedicti sicut & Augia, Stain, Schyuerberg & Petershausen, Oeningen & Crutzlingẽ Regulares, Langnow Paulini. Cæterum Munsterlingũ & Lowental sunt cœnobia monacharum.

Stultorum habitatio.

Brigantium.

A Capite lacus est comitatus Brigantinus, oppidum uetustũ, cui suprà imminet arx, infrà autem in Augia est monasterium ord. sancti Benedicti, quod aiunt fundatũ anno 1102. à comite quodam Pfullendorffensi. Est comitatus iste pars inferior Rhetiæ, terminaturq; ad Vindelicos, hoc est, Lintzgoienses iuxta lacũ Podamicũ. Sigismundus dux Austriæ emit ante 60 annos medietatem huius comitatus à Montfortensibus qui Pfannenbergenses appellantur, deinde residuam medietatem emit Ferdinandus dux Austriæ anno scilicet 1523. Anno domini 1127. fuit Rudolfus comes Brigantinus tã integer & excellens uir, ut Henricus dux Bauariæ, Saxoniæ & Tusciæ ei unã ex sororibus nomine Wulfhildim traderet uxorem. Genuit aũt is Rudolfus Hugonem Palatinum Thubingensem, comitem Brigantinũ & Churwalensem, qui cũ fratre matris suæ Welffone duce Bauariæ & Spoleti anno domini 1163. iuxta Danubium magnum habuit conflictum.

Comitatus Brigantinus.

Anno domini 1408. Appencellenses à comite Brigãtino Wilhelmo & fautoribus eius magnam acceperunt iacturam.

Buchorn.

PAruum admodum est oppidum istud imperiale, sed opulentum, habetq; uillas aliquas sibi incorporatas & alias iurisdictiones. Nomen uero putatur accepisse à fagínea sylua, quæ olim usq; ad lacum fuit protensa. Vocant enim Germani fagum, buchen. Habuit etiam oppidũ istud olim comites, sed eis deficientibus bona ipsorum usurpata sunt à comitibus Altdorffensibus & Rauenspurgensibus, qui tamen & ipsi temporũ successu penitus sunt extincti. Oppidum uero istud fecit se liberum ab omnibus dominijs, incorporatumq; est Romano imperio.

Arbona seu Arbor felix.

OPpidum istud & arx eius locus est ualde uetustus, Romanis olim satis bene notus, quippe ubi stationes habuerunt & munitiones contra Germanos. Dictus est autem ipse locus Arbor felix, ob eximiam feracitatẽ terræ eius. Antoninus quoq; meminit huius Arboris.

Ciuitas

CIVITAS LINDOVI

ensis secundum situm quem hoc nostro tem-

pore habet, rudi quidē Minerua expressa, cuius picturam & descriptionē iam dudum nobis exhibuit doctiss. uir, dominus Achilles P. Gassarus, medicinæ doctor, non tantum ob id ut patriam suam (est enim Lindoiensis) celebraret, uerū ut & studiosis, maxime Cosmographiæ amatoribus inseruiret, operamq; suam commendaret. Nec te moueat lector, qui non intelligis Germanicam linguam, quod urbis huius insigniora ædificia Teutonicis expressi uocabulis & non Latinis, quia non uidi quid utilitatis tibi extero homini hinc acce deret, nisi fortassis in nomine Bregentz hærere posses; is enim est locus Brigantinus, uetustissimum oppidum, à quo & tempore Strabonis lacus Acromus dictus fuit Brigantinus, id quod te lectio historica huius libri plenius edocebit.


Lindoiæ ciuitas insularis, unc[ta] lacu



insulari[s] que aqua lacunari circumfusa.



Lindoiæ ciuitas insularis, undique aqua lacunari circumfusa.



Achilles Gassarus Lindoiensis, medicinæ doctor, suo Sebastiano Munstero S.

SCripsi ante septimanam hinc ad te, Munstere obseruande, quæcunque ex re utriusque necessaria putabam: nunc uero hocce tabellione iterum scribere cogor, ut explorem certo nuncio, num omnia receperis. Feceris igitur mihi rem gratam, si certò ac cito super omnibus, quæ prius de Lindoia nostra atque Rhetorum Curia exaraui, responderis, simul ac indicaueris, quo tempore librum tuum expectare debeamus. Stumpfij enim Chorographia multos undique inuitat & incitat longe maiora, pulchriora q; te daturum sperare: quare caue, ne spe tanta frustremur. Cæterum num Vlmenses, Augustani & reliqui Sueui conatus tuos, uti ante biennium promiserãt, adiutent, scire uelim, simul ac catalogum nouorum librorum nuper istic æditorum habere gestio. Bene uale: celerrime ex Lindoa, octaua paschæ, anno domini 1548.

Sebastianus Munsterus.

Has literas ad me dedit, candide lector, eximius uir dominus Achilles, quum adhuc nesciret sibi delegandam prouinciam describendæ Augustanæ urbis, atq; ab ea ciuitate, mansione sua, ad tempus secessisset Lindoã ad patriam suam, animi recreandi gratia. Postea uero à me sollicitatus, Augustanam quoq; urbem depingi curauit, atque succinctam adiecit descriptionem, ut infra uidebis.

Lindoia.

Lindoia insula

LIndauium seu Lindoia oppidum imperiale situm in insula Acromi lacus, aquis undique & fluctibus circumdatum, nulla sui parte continentem tangit, nisi ubi lapideo ponte, qui ducentos nonaginta passus in longitudine habet, terræ annectitur. Locus est admodum amœnus & salubris, uentis omnibus peruius, aquam fontanam & uiuam, agrum circum circa fertilem, nec non omnia quæ ad uictum pertinent facile comparatu habens, adhæc ædificijs satis splendidis ornatus, nulli non negociatorum generi opportunus existens, natura firmus & aduersus inopinatas hostium incursiones tutus: in cuius occidentaliori latere haud minor ambitus adhuc, tanta uinearum copia colitur, ut populari annonæ cursu centum cupæ seu (ut dicere consueuimus) plaustra uini, sed pro fundi natura satis austeri, crescant: & spacium illud mœnijs & foſſa, duabus q; tum

Publicius pons

portis tum sublicijs pontibus à præfato oppido discretum, Insulæ nomen ex antiquo, etiam apud uulgus, obtinet, in quo hodie piscatores solum nauium q; architectones cum paucis aliquot textoribus habitant. De oppidi huius origine aut primis incolis, nihil exacti, historiarum penuria nostrorumq; hominum incuria haberi potest: coniecturis tamen ex Strabonis geographia colligitur, Romanos sub tempora Octauiani Augusti, insulam hanc post deuictos Rhetos occupasse, præsidio ac propugnaculo sibi & suis contra Vindelicos communijsse. Extat enim adhuc fortissima uetustissima q; ac semidiruta turris, ex quadrato silice à dextris mox pedestri itinere oppidum ingredienti constructa, uulgo murus gentilium (die heidẽ maur) dicta, quę testatur Tiberij Neronis, uitrici sui legati & non barbarorum industria opus illud exædificatum. Subsequentibus tempestatibus quid rerum hic loci actum sit, iterum plane nescitur, non ambigendum tamen, Traianum, Aurelianum, Constantinos duos & reliquos Romanos Imperatores quibus cũ Rhetis & Alemannis ad Brigantinum lacũ subinde negocia haud incruenta fuere, insulam præfatam tãquam inexpugnabile refugium, facile ullo pacto deseruisse, donec inclinante imperio Germanicæ nationes omnia regna uastare cœperunt, etiã insulã hãc Romani nominis odio in solitudinẽ uersam, uix gaurijs & mergis incubãdi nidũ esse permiserũt. Poste-

Adelbertus naufragus.

riori dein quo quũ D. Adelbertus Caroli magni cognatus & Palatij comes, ob undarũ periculosas procellas, quib. in lacu amplo obruerẽt, diuq; uirgini Mariq in eũ portũ, quocũq; saluus adpulisset, ædẽ & monasteriũ extructurũ se deuouisset. forte fortuna accidit, ut uento propitiore in insulam hãc nostrã, quæ diu iã uicinis tantũ anserũ pascua erat, naui deijceretẽ ibi protinus pius uir areã purgãs phanũ promissum erigi curauit, simul ac cœnobium no-

Lendaw.

bilibus uirgunculis de suo fundauit, portũ quoq; istũ à uoto & euentu deinceps Lendoam, uel, ut antiqua instrumenta habent, Lendaugiã, nouo nomine, quo nimirũ etiamnũ proprio idiomate propinquiorib. Rheni accolis uocat, adpellari fecit. Quã rẽ nõ multo post Imp. Hluduuicus secũdus anno domini 850, certis immunitatibus confirmauit nec non &

comites

comites à Rorbach dictum monasterium dotarunt, ut incrementa non parua acceperit. Sed & ingruẽtibus ad diuæ uirginis templum hoc uotiuis peregrinationibus, denuo tam locuples fieri hominum superstitione donisq; cœperit, ut non modo abbatissæ loci illius cum cæteris Romani imperij ecclesiasticis prælatis principis obtinuerint dignitatem, uerum etiam palatij sui præfectis(qui Hydropyrgi olim residebant)modum præscribere coactæ ob illorum prodigalitatem sint, ne uidelicet hi dum Lendoam proficiscerentur, ultra 12. equites secum adducerent amplius. Defunctis simul anno domini 1051. Lindoensi & Buchhaimense abbatissis, referente H. Contracto, Iuota nobilis & religiosa uidua, ab imperatore Henricho 3. utricq; domui restaurandæ præfecta est, &c. Vestales dicti monasterij, nobilitatis ipsarum stemmata, ab usq; proauis ostentant, nec moniales uerum ingenuę dominæ, siue, si magis placet, Canonicæ nostro seculo nuncupari gaudent, nam nullo uestium discrimine utuntur, nec ullo cœlibatus iuramento à nuptijs honestis detinentur, tantummodo pro choro psallunt, aut septem horarias præces sibi dimurmurant, habentq; in super Romanorum Imperatorum gratia asylum apud se ac fontium inuiolabile confugium. Ob enarrata itaq; hæc gesta, protinus factũ est, ut aliæ quoq; habitationes, præsertim cauponum, hospitum & institorum, una cum eiusmodi farinæ hominum domunculis, uillæ instar à tergo monasterij figerentur. Quin etiam urgentibus sic fatis, accidit ut castellũ non procul à septentrionali insulæ latere situm(quondam à fauillis, in quas ab hostibus redactum erat, at hodie à cineribus in quos publico cœmiterio ciues illic dissoluunt, denuo non ineptè Eschach adpellatum)aboleri occœperit, eiusq; incolæ suggestione Schônsteinij circa annum 1166. dum Hugo Palatinus Thubingensis, Rhetiæ & Brigantiæ comes à Welffone Bauariæ & Spoleti duce, comite Altorffense consobrino suo in his terris crudeliter debellatus esset, à domino præfectoq; Hugone iuniore, comite Brigantiæ filio prædicti Hugonis, 42 semisse auri & reliqua medietate argenti, marcis(è qua pecuniæ summa nouam arcem Podamicam erectam multi prædicant)in libertatem ab omni penitus seruitio sese asseruerint, sicq; relictis prioribus sedibus, populariter è firma terra in nouam coloniam ad diuam uirginem sub tilias commigrarunt(hoc nomine enim posteri insulam eam ob dictarum arborum frequentiam, quæ uestalibus & aduenis solatij causa ibidem circum monasterium plantatæ fuerunt, patrumq; memoria adhuc, multa ex parte etiam ad parœcianam S. Stephani ecclesiam, extiterunt, nec amplius ab adnauigationibus Lendoã quasi portuosam, sed Lindoam Lindauiumq; à tilijs uocarunt)atq; illic tanta prosperitate habitare cœperũt, ut tandem ex cœnobio uilla, eq; pago oppidũ iustum, unà cũ totius Podamici lacus portu nominatissimo sit exædificatũ. Id circa eã ætatẽ qua duces Sueuiæ Rom. imperij habenas moderabãtur, in aduocatiam & mundiburdiũ(sic tunc tutela, id est, Kastuogtei dicebatur)susceptum, dexteritate & obedientia ciuium, multa utilia ac digna laude priuilegia, etiam haud aliorum imperialiũ liberorumq; municipiorũ prærogatiuis minora aut uiliora unà cũ superioris siue capitalis iudicij administratione, cudendæ monetæ facultate, nec non tiliæ uiridis in albo clypeo imaginibus reip. suæ apud succedentium Rom. Cæsarum ac regum clementiam impetrauit, cum primis autem postquã anno 1264. mense martio prorsus fermè concrematum fuisset, à comite Rudolfo ab Habspurg Rom. rege, anno 1275. priuilegium contra abbatissę uota obtinuit, ita ut nostris diebus populus ibidem citra omnẽ præfecturam in singulos sibi annos & Consulem, quem ciuiũ magistrum, & prætorem quem Stat amman, quasi urbis officialem uocant, partim ex patricijs, partim ex plebe pro nutu libere & dicat & legat, qui adscito senatorum assessorumq; numero & ordine, meram & mixtam iurisdictionem exercere per uniuersum ipsorum districtum possunt, hac conditione tamen, ut magistratus ille, si quid ardui, puta religionis causæ, statutorum ac legum municipalium immutationes, noua fœdera, bellum, aut tale quid serioſius inciderit, citra totius populi, præcipue octo tribunorum, assensum, nihil præscribere, aut pro suamet authoritate decernere ausit queatue. Ne scilicet noua tyrannis seditioni iterũ occasionẽ præberet, quemadmodum non raro prioribus seculis, potissimũ aũt anno 1396(quo redactis in ordinẽ patricijs, tribunitia potestas in senatu prœualere cœpit primũ)nõ sine plurimorũ extremo supplicio inter ciues cõtigerat.



Canonicæ dominæ.

Lindoia.

Mundiburdiũ.

Ciuitas ab abbatissa libera.

Quam

Quam ob rem etiam munia illa eorumq; administrario sub solsticij tempus in ipso Iohannis baptistæ festo, quotannis ex ueteri instituto à plebe alterari & renouari consueuerũt.

Cœnobiorum fundationes.

Anno Christi millesimo ducentesimo quadragesimo primo Franciscani Lindoiæ cœnobium construxerunt, abbatissa permittente & fundum de suo tradente, plebano totis uiribus refragante. Similiter 31 annis pòst, iterum consensu abbatissæ Sigenæ clausturũ monialium ad congregationem dictum, ac deinde alia diuorum sacella unà cum Beginarum conuenticulo fundata & ædificata sunt Lindoiæ, quæ tamen à rusticis tempore belli uel in alium usum uersa uel omnino euersa uidentur hodie. Ciues huius oppidi & indigenæ sunt satis integri & bellicosi, minime frugaliter aut sordide uiuentes, ciuiliter uestiti ac nummosi, uerum subrustici moribus.

Emporiũ Lindoiense.

Habet oppidum emporium celebratissimũ pariter ac omni mercium generi accommodum, in quod ex cunctis undique ferè regionibus tanta continuè rerum copia conuehitur, ut singulis septimanis quadrigæ & currus onerarij plus minus mille quadringenti terrenam portam permeent. Nam ab octo usque ad nouem miliaribus negociatores, ex paulo minus trigínta oppidis ac ciuitatibus hebdomadatim forum ibidem certo frequentant petuntq;. Sueui & Bauari maximos aceruos frumenti, salis, cupri & ferri aduehunt, qui inde in Alpinam Rhetiam & Heluctiam distrahũtur. E Veneto lacu, Hegouia & Turgouia, omni sabbato præter auenæ & tritici copiam, ingens uini uis nauibus comportatur, quæ confestim ad Algoios, Sueuos & Bauaros diuenditur. Ex Brigantina sylua, Montefundano, Abbacellensium & Grisonum alpibus, butyri, recoctarum & caseorum incredibile pondus accedit. Denique propinquioris agri coloni, ut interim de piscium delectu abundantiaq; sileam, abietinos quercinosq́ue pro uinearum cultura palos, asseres, poma, uarios fructus, linum & similia permagno numero uenalia publice gerunt, exceptis infinitis alijs mercatorum, propolarum, monopoliorum ac institorum ponderosis sarcinis præciosisq́ue rebus, quæ haud leui publici ęrarij uectigali è borealibus regnis, item utraque Pannonia per Nurnbergam, Augustam, Monachiumq́ue in Langobardiam, Italiam ac Gallias, econuerso ex his in illa indies dicto in oppido transmittuntur.

Termini terræ Lindoiensis.

Terminos ditionum suarum in continente, uersus ortum quidem communes habet cum comitatu Brigantino, qui hodie archiducibus Austriæ paret, uersus arctum uero terminos cum comitibus Montisfortis in Tettnangio & Argona sortitur, aduersum quos non raro nec leuiter de finibus uenandi, iure criminali summoue, ante omnia autem ob hospitalis ipsorum prædia, uillas, ac quibus abundat mancipia siue adscripticios homines digladiatur. Vltimo non prætereunda hic erit popularis illa fama, qua fertur in Castri loco (auf burg) quod ad meridionale oppidi latus, prope nauigiorum portum publicamq; mercium custodiam, in ipso mari iacet, corpus cuiusdam sanctæ

S. Aurelia.

uirginis, uulgo sant Orilla, id est, Aurelia dictæ, sepultum esse, quæ olim tempore persecutionis Christianorum unico passu à Fussachio (unde pago illi uno milliario cis lacum posito, per quem iter ad Insubres est, nomen hoc obuenisse multi putant) Lindoam usque ad memorati castri aream progressa narratur: quanquam sint qui Nympham hanc patrís æthnici iram è Brigantia uno saltu ad pomerium iam dictum effugisse contendant, id quod parum refert, si reliqua constant. Ego potius monumentum Rhomani alicuius ex Aurelianorum familia legatisue crediderim.


Vberlinga.

Frustrà pro huius oppidi effigie laborauit.

Iburinga.

TEnet ciuitas ista imperialis inferiorem locum Podamici lacus, abundatq; uineis et alijs uictui humano necessarijs. Priusquã autem imperio fuit incorporata, quorundam ducum Sueuiæ residentia fuit. Nam anno Christi sexcẽtesimo uigesimo Cunzo aut Gonzo, potens princeps huius regionis, infidelis tamen, Iburingæ commemoratur habuisse curiam suam, hæc hodie est Vberlinga. Habet ciuitas ista forum frumentarium insigne, ubi scilicet plurimum emitur frumenti, quod per lacum abductum distrahitur in ciuitatibus & terris meridionalibus, nempe Constantia, Lindoia, Thurgoia, Valle Rhenana, Veldkirchio & Churwalia. Subduxit se cum tempore à ducatu Sueuiæ, receptaq́ue est in protectionem & communionem imperij. Habet nostro tempore terram amœnam cui imperat, habet & hospitale insigne eximiè dotatum.

Hinc



Hinc uersus Aquilonem itinere unius horæ, est monasterium Cistertiense opulentissimum, nomine Salmansweyler, quòd aiunt primo fundatũ à duce quodam Sueuiæ nomine Almo, anno domini 750. sed quod tunc Cistertienses monachos habere non potuit. Soli Benedictinenses tunc apud Germanos monachatum sustinebãt. Habet monasterium istud maiora uasa uinaria, & ullus alius Germaniæ locus, habet & monachos abstinentia & inedia sic maceratos, ut æquentur magnis fornacibus. *Salmansweyler*

Augia maior.

DIximus iam suprà, infra Constantiam in minori lacu sitam insulam amœnam, olim Sindles augiam ac deinde diuitem Augiam appellatam: quæ in longum patet ad dimidium miliare & ad latum, quartam miliaris, à Constantia uero dutat miliario uno. Habet tres parochiales ecclesias, & fert uinum, frumentum atque poma. Ante multos annos, nempe circa annum Christi 724. sanctus Pirminius episcopus Galliæ unà cum Carolo Martello, auo Caroli magni fundauit & construxit in ea monasterium ordinis sancti Benedicti, in quod primum nemo recipiebatur nisi principes, comites & barones. Nostro uero tempore, nempe anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo abolitis monachis incorporatum est episcopatui Constantiensi. Fuit monasteriũ istud aliquando tam potens & diues, ut abbas singulis noctibus potuerit habere hospiciũ in suis prædijs aut proprijs bonis usq; Romam, atq; ob id non sine ratione uocatum est, diues Augia. Hodie uero longe ad tenuiores redactum est opes. Fuit olim ciuitas Vlmensis sub huius monasterij abbatis dominio, id quod infra suo loco apud eandem urbem nõ tacebo. Sunt qui scribunt, et experientia id quoq; docet, sanctum Pirminium omnes uermes uenenatos, puta serpentes, aspides, lacertas, bufones & huiusmodi ex insula effugasse, ut in hodiernum usq; diem in ea non inueniantur, & illati non maneant aut moriantur. Fuit iste Pirminius primus in isto monasterio abbas, sepultus tamẽ iacet in alio monasterio nẽpe Hornbachensi in Westricha regione, siquidem fuit fundator multorum monasteriorũ. Iacent sepulti in hac insula sanctus Meinradus heremita, Carolus tertius Romanus Imperator, cuius epitaphium tale est. Carolus rex Germanorum, patricius Francorum, Romanorumq; Imperator, &c. Iacet quoq; ibi sepultus Geroldus dux Sueuiæ, præfectus Bauariæ & dux militiæ Caroli magni. Aiunt etiam diuum euangelistam Marcum quiescere in hoc monasterio, unde monachi euangelium eius in ecclesiasticis officijs pronunciantes, non usi sunt hac communi præfatione, Sequentia sancti euangelij secũdum Marcum, sed, Sequentia sancti euangelij secundum illum, id quod Venetis, qui gloriãtur se habere ossa huius Euangelistæ, dicitur olim stomachum mouisse, ut etiam uoluerint dare summã aliquam pecuniæ monachis, quo soli possiderent uiri sancti reliquias, ac monachi recusarũt. *S. Pirminius.* *Insula uermibus interdicta.* *Corpus sancti Marci.*

Cella Ratolfi.

ERegione Augiæ septentrionem uersus situm est oppidũ Cellense, quod latine Cella Ratolfi uocatur, locus certe amœnus & nostro æuo non ineleganter extructus. Hoc oppidum putatur accepisse initium à Ratolfo duce Sueuiæ, & ex prima exigua structura magna suscepit incrementa, ut hodie oppidum sit mediocre & pulchrum. Alij uero dicunt Ratolfum episcopum fuisse Veronensem in Italia, relicto q; episcopatu uenisse ad hunc locum, primumq; extruxisse cellam ac deinde monasterium, ubi & sepultus dicitur anno Christi 875. Habet oppidum istud magnum forum, maxime autem frumentarium, paretq; ducibus Austriæ, quum olim abbatem Augiæ agnouerit dominum.


De

De Regione Hegoiensi & oppidis,

arcibusq; eius.

Meridies

Oriens



Occidens

INfra lacum Cellensem uersus septentrionem incipit famosus pagus uulgo Hegöw dictus, comprehẽsus inter Rhenum & Danubium, regio quidem parua sed supra modum bene culta & fertilis, longa & lata ferè sex milliaribus Germanicis. Annumerant enim ei quidam Schaffhusium. Sunt in ea præter nonnulla oppida & uillas in montiũ tugis castra & arces plurimæ, natura & arte munitæ, quæ quasi totius Sueuiæ uidentur esse propugnacula. Numerantᵉ autem 46 arces munitæ. Abundat uino & frumento, præsertim aũt celebratur ibi rubeum uinũ. Habent incolæ optimos pisces, aues & uenationem. Resident in hac regione plurimi nobiles, landgrauiatus uero est Nellenburgensiũ, qui olim potẽtes fuerũt comites, hodie uero subest hic Lãdgrauiatus domui Austriæ. Oppida in hac terra sunt Stockach & est Nellenburgensiũ, Engẽ quod est comitũ Lupffensiũ, Dengẽ comitũ Dengensiũ, Ach & Plumẽfeld, duo oppida: itẽ Meskirch in Madach & est comitũ à Zimbern. Arciũ uero nomina sunt, Meckingẽ, Bodmen, Hohen Twiel, & hæc arx hodie est ducis Wirtenbergẽn, Hohen Höwen comitũ Lupffensiũ, Hohẽ Kregẽ modo ducũ Austriæ, olim aũt nobilium de Fridingen, Hohen Stoffeln, Stroffeln & alt Stofflen tres arces nobilium à Reuschach, Honburg nobilium Honburgensiũ, Megtberg domus Austriæ, sed quæ à Reuschachensibus inhabitatur, Bollingen episcopi Constantiensis, Steuslingens, New Höwen, Rosneck, Randeck, Frydingen, Höweneck, Halsperg, Langenstein, Newhausen, Waldsperg, Hohenklingen, Staufen, Hohenfels, Leupfertingen, Kargeck, Thenberg, &c.


Arces in Hegoia.

Notandum quoq; hic, montes quosdam disterminare Hegoiam à Nigra sylua, qui uocantur Bor, & hi uersus meridiem ubi Hegoiam scilicet respiciunt, sunt fertilitate magna præditi, ubi autem Danubium uersus ad septentrionem inclinãtur, toti hyemales sunt. Et quicquid pluuiarum in hos cadit montes, secundum utranq; decliuitatem defluit uel in Rhenum uel in Danubium. Quod defluit in Rhenum defertur in mare septentrionale, & quod in Danubium, in pontum Euxinum. Vnde in cacumine huius montis arx quædam in hunc modum est constructa, ut tectum unum trãsmittat pluuiam

Montes Bor.


uiam receptam in Rhenum petentem occidentem & ſeptentrionem, alterum uero ſtillicidia ſua in Danubium & orientem tranſmittat.

Hohen Kregen.



ARx iſta eminenti incumbit petræ, fuitq; aliquando refugium raptorum & prædonum, plus æquo confidentium in inacceſſibilē huius petræ ſummitatē. At Sueuica liga anno Chriſti 1512. iuſſu Maximiliani Cæſaris eū locū totis uiribus adorta, tertia die obſidionis funditus deſtruxit. Erat arx arte & natura munitiſſima, atq; ad obtinendū opinione hominū pene impoſſibile. Verum exercitus ligæ Sueuicæ admotis bombardis & machinis, uim obſeſſis uehementiſſimam intulerūt, ita ut principales noctu clam aufugerēt, reliqui pauci qui remanſerant intus, uidentes quod tot bōbardarum iaculis reſiſtere non poſſent, dato in deditionem caſtro abierunt. Siquidem qui prædictū caſtrū hæreditario iure poſſidebant, dicuntur raptores publicos & nonnullarum ciuitatum imperialium diffidatos hoſtes intromiſiſſe & aditum contra Cæſaris mandatum quocunq; uoluiſſent tempore, hora & die conceſſiſſe.

Summum Duellium, uulgo hohen Twiel.



CIrca annū Chriſti 893. inhabitarunt arcē iſtā Duellū uel Duelliū principes Alemāniæ Bertholdus et Erchingerus fratres, quo tempore apud ſanctū Gallum abbas fuit Salomon, qui idē epiſcopus fuit Conſtantiēſis, habebatq; ſummū Imp. Arnolfi fauorē, quare etiam quod uoluit ab eodē impetrauit Cæſare, maxime aūt bona aliqua exditione Bodmenſi circū lacū Podamicū ſita ſibi uſurpauit, id quod dictos fratres nō parū diſcruciauit, qui etiam inuidia moti, libenter ſtomachum in epiſcopū ipſum effudiſſent, ſi illius potentiā ueriti non fuiſſent. Sed quod aperte agere non poterant, clam machinati ſunt. Accuſati ergo Mogūtiæ apud Imperatorē, uincti abducti ſunt in Ingelheim, ibiq; carceribus mancipati, & uix tandē precibus erepti. Ca- *Ingelheim est cer nobilium.*
leſcentibus autem adhuc urrinq; animis, ceſſare non potuerunt à mutuis iniurijs. Et cū uice quadam fratres epiſcopū ſibi in uia occurrentē uidiſſent, moti inuidia manus iniecerunt in eū, abductumq; in Algoiam in arce Diebolēsburg primum incarcerauerunt, ac deinde duxerunt in Duellium, prouidentes ſibi de cōmeatu, ac montē illum excelſum propugnaculis & fortalicijs communiebant. Sciebant enim ſubſecuturū bellū. At priuſquā captiuū perduxiſſent epiſcopū in arcē, cōprehēſi ſunt per inſidias in nemore, epiſcopus liberatus, et fratres illi in Duellio, quod ſe iā dediderat, incarcerati et per Conradū regē morti adiudicati, prope uillā Adingen gladio percuſſi ſunt. Ditio uero illorum tradita eſt Burckhardo duci Sueuiæ. Anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo habitauit in arce Duellio Burchardus dux Sueuiæ, cuius uxor fuit Hadwigis filia Hērici ducis Bauariæ; & hi cōuerterūt caſtrum

Hohen Twiel aliquando monasterium.

castrum illud in monasterium, quod postea fuit trãslatum ad Rhenum, nempe ad oppidũ Stain. Fuit autem Hadwigis pater, frater Ottonis primi. Cæterum Duellium castrum nostris temporibus occupat Vdalricus dux Wirtenbergensis, emptum anno Christi 1520. à Clingenbergensibus.

Pagus Latobricus, uulgo Landgraueschafft Kleckgöw.

KLeckgoia ab uno termino contingit Hegoiam, meridianum uero limitem constituit Rhenus, Turgoienses dirimens à Kleckgoiensibus. Fuit in hac regione comitatus Tungensis atq; Palmensis, qui ex antiqua & nobili descẽderunt familia, sed iam dudum in uniuersum extincti. Nostro tempore Landgrauiatus iste paret comitibus de Sultz, licet episcopus quoq; Constantiensis habeat partem suam in eo. Patet autem in longum & latum itinere duorum milliariorum. Nullus ingreditur aut egreditur amnis præter Wutach, sed in quem ista regio desinit. In Wutacensi ualle iacet oppidum Döngen, cui imperat comes Sultzensis, sicut & castro Kussenbergensi. Vallis uero memorata est comitum à Lupffen. Balm uel Palm fuit uetustum castrum infra Schafhusium iuxta Rhenum in colle è regione monasterij Rhinow sitũ, sed quod à Schafhusensibus sub Friderico tertio Imperatore propter rapinas fuit exustum. De Schafhusio supra in descriptione Heluetiæ nonnihil diximus.

Vualdsshut.

Nigra sylua.

SOnat Waldsshut custodiam syluæ, habetq; nomen à nigra sylua, quæ haud procul ab hoc oppido incipit. Est autem sub dominio Austriacorum. Circa hoc oppidũ & adiacentes terras posuit Ptolemæus Heremum Heluetiorum, putantq; quidam, ante Christum natum Heluetios quosdam in hac terra consedisse, unde regioni nomen relictum. Si hinc ad nigram syluam pergere uolueris, occurrit terra ualde austera & inculta, ubi habitatores ex solis uictitant pecoribus. Nihil crescit ibi præter hordeum & auenam. Domus Austriæ has quoq; terras sibi subiectas habet. De bellis circa Waldsshut gestis, suprà in Heluetia nonnihil indicauimus.

Laufenberg.



PAret hodie & hoc oppidum domui Austriæ, diuiditurq; per interfluentem Rhenum in duo oppidula, licet minus sit in latere Rheni Germani co, maius in Gallico. Est autem prima Rauracorum & Basilienſis diœcesis ciuitas, habens arcem in monte sitam, & ditionem aliquam extra mœnia. Possederunt hunc locum olim Habspurgenses, sicut in Heluetia signauimus, receperuntq; in feudum ab abbatissa Seckingensi. Habet hodie præfectum, qui ius dicit oppido & toti annexæ ditioni, etiamsi oppidũ in ciuilibus causis suũ habeat senatum & gubernaculum, priuilegiumq; cudendi monetam æque ut Basilea, Friburgum, & aliæ ciuitates in moneta communicantes. Cõstringitur Rhenus iuxta hoc oppidum in tantam inter saxa angustiam, ut uix facile lapillum trajcere possit. Habet quoque Rhenus hic cataractam, per quam nautæ funibus coguntur demittere naues, ne inter saxa collidantur. Incolę magna parte uictum sibi quærunt ex ferro quod ibi coquitur et cuditur, minera tamen siue æs foditur in ualle Frickensi ex monte quodam inexhausto, unde singulis annis ferrum extrahitur pro uiginti millibus florenorum. Sunt autem 33 officinę fabriles seu excoctionis, quæ dicto monti inseruiunt.

Ferri minera.

Seckingen

Seckingen.

MOnasterium & oppidum Seckingense adiacet Rheno à ripa Germanica, constructumq; est monasterium per sanctum Fridolinum tempore Clodouei & aliorum regum Francorum circa annum Christi 495. opem ferente comite quodam, qui pro monasterio condendo donauit agrum Seckingensem, Laufenbergum & Glaronam, quæ hodie una ex potioribus Heluetiæ est partibus. Tempore Friderici Barbarossæ Albertus comes Habspurgensis primũ in feudũ recepit (sicut & hodie duces Austriæ qui ab Habspurgensibus descenderunt faciunt) ab abbatissa Seckingensi ciuitatẽ Seckingum, oppidum Laufenberg & castrũ & alia quędam: quare illi aduocati & defensores huius monasterij sunt. Fuerunt olim in hoc monasterium solæ liberæ & maioris nobilitatis dominæ receptæ, hodie uero simplices quoq; nobiles admittuntur. Additi sunt quoq; quatuor canonicatus ipsi monasterio. Cudit abbatissa monetam unà cum Basiliensibus, Friburgensibus, &c. *S. Fridolinus.* *Canonici & Canonissæ.*

Rôtelen.

ERegione Basileæ inter Rhenum & Nigram syluam est ditio Rôtelensis, ac secundum descensum Rheni Lãdgrauiatus Susenburgensis, dominiumq; Badenwyler. Fuerunt olim ditiones distinctæ, sed quæ postea omnes marchioni Hochbergẽsi, ac deinde anno 1503. marchionibus Badensibus fuerũt adiũctæ. Est Rôtelen castrũ uetustum montanum, situm in Wisenthal, distans à Basilea itinere pedestri duarum horarũ uersus Nigram syluam. Habitaẽ adhuc, licet pro magna parte sit ruinosum. Vallis quæ à Basilea illuc & longe ultra deducit, est ferax uini & frumenti, habet amnẽ piscosum & plurima prata. Adducuntur per fluuiolum ex Nigra sylua plurima ligna ædificijs apta & ad ferrandos asseres accommoda.

Neoburgum, uulgo Newenburg.

NEwenburgense oppidum, quod Rheno adiacet, extructum est aut potius mœnijs cinctum, sub Friderico secundo post annum Christi 1212. ab aduocato imperij Wolfelino, qui Hagenoiæ tunc (sicut & hodie habere consueuerunt) mansionem suam habuit. Hoc oppidum sicut & Rhinfelden & Brisacũ fuerunt impignoratæ ab Imperatore Ludouico Bauaro domui Austriæ post annũ Christi 1326. id quod & supra memoratũ est. Anno Christi 1491. propter consulem seditio facta est in hoc oppido. Hic enim à 24. iudicibus infamis declaratus & ab officio remotus, per ducẽ Sigismũdum rursum fuit restitutus, unde multa fuerunt subsecuta discordiæ seminaria. Passum est hoc oppidum meo æuo magnam à Rheno iacturam, qui fundum suffodiens, bonam oppidi partem perdidit & labefactauit, quin & summum templum turrimq; eius desiecit.

De Brisgoia seu Brisgaudia & particularibus eius ditionibus, oppidis, castris & cœnobijs.

IN Germanica lingua sonat Brisgôw pagum laudabilem. Et certe regio ista ob suã exímiam feracitatem uini & frumenti, hoc nomine digna est, quum non inferior sit in bonitate uini & frumenti, reliquarumq; rerum quibus mortalis homo pro corporis sustẽtatione opus habet, ipsa Alsatia, quæ è regione Brisgoiæ ultra Rhenum ad occidentẽ est sita. Tamen si ueteres reuoluamus scriptores, facile inueniemus hanc regionẽ hoc uocabulum adeptam à metropoli sua Brisaco, de qua iam dicemus. Habet Brisgoia in longitudine milliaria decem & in latitudine duo. Incipit enim à Mortnaw & excurrit secundũ ascensum Rheni ferè usq; Basileam. Habuit olim ditissimas argentifodinas unde ortũ est Friburgum, & tot in eo fundata monasteria.

Brisacum.


MEminit Antoninus in suo itinerario montis Brisaci, quum alioquin nullas transrhenanas commemoret urbes, sed tantum prouinciales citra Rhenum sitas: unde quidã



arguunt alueum Rheni hic mutatum, qui ab altera parte quondam prętercurrerit oppidū, quum illud adhuc in Gallica ripa ſtaret. Luitprādus Ticinenſis qui ſub Ottone primo uixit, montem Briſacū Alſatiæ tribuit, & inſulam Rheni fuiſſe docet. Nec dubiū quin in hoc loco olim fuerit ualidiſſimum Romanorum munimentum, hinc aduerſus Alemannos erūpentes pugnantium. Ponitur oppidum ſtud in monte rotundo inſtar caſtri, habetq; noſtro tempore Rhenum ad occidentem. Eſt ſatis elegans, munitum & populoſum, ſed temporum ſucceſſu ſuperauit ipſum Friburgum in magnificentia & diuitijs, oppidum recēs natum & quod ob mineras metallicas ſubito creuit & ad ſummum aſcendit gradum. In Briſaco eſt arx quædam uetuſta, ſed quæ diu in ruinis iacuit, reſuſcitataq; ſunt tandem ædificia eius. Habet turrim robuſtam & ualde munitam, quam Bertholdus Zæringenſis tertius extruxit, id quod ſequentia probant metra in lapidibus eius ſculpta.

Hanc dux Bertholdus portam ſtruxiſſe notatur.
A quo pro fraude Burgundiæ gens depopulatur.

Alij legunt, Per quam pro fraude, &c. Habet hæc ciuitas duntaxat unum fontē, cui ſuperædificata eſt turris magna, in qua pedibus agitatur rota grandis, quæ extrahit aquam ex multa profunditate terræ, ciuesq; cenſum ſoluunt annuū pro hauſta aqua. Nam undiq; magnus eſt deſcenſus ad Rhenum & ad ſubiectā planiciem ubi aqua in ſuperficie terrę facile quidem haberi ſed difficulter in ſublimen montem perferri poteſt.



Zæringen.

MEdio milliario intra Friburgū ſitum eſt in monte excelſo caſtrum quoddam dirutum nomine Zæringen, à quo duces Zæringenſes olim titulum ſuū habuerunt. Putant ducatum iſtum exortum ſub Henrico tertio aut paulo antè. Fuit aūt ducatus ille potens & opulentus, quum per duces eius tot extructæ ſint ciuitates, arces & cœnobia. Ruthardus de Zæringen extruxit, ut dicunt, monaſteria Gengēbach & Schwartzach. Alij dicunt Gengenbachium fundatum nō à duce ſed à comite Rutario tempore Pipini regis Francorum circa annum Chriſti 752. Bezelinus uero & Gebiſo frater eius extruxerunt circa annum Chriſti 1060. monaſterium Sultzbergenſe, ubi & ambo ſepulti iacent. Exhibitę tamen ſunt mihi literæ fundationis huius monaſterij, in quibus inueni, ipſum primò fundatum ſub Ottone tertio anno 993. à comite Birthilone & confirmatū ab Henrico ſecundo, qui ſubſecutus fuit Ottonem Cæſarem. Docent quoq; literæ, monaſterium illud ſitum in uilla Sultzberg, in ditione Adalberontis comitis. Vocant literæ uillā illam montem ſalſuginis, id eſt, Saltzberg Germanicè & non Sultzberg. Noſtro æuo Erneſtus marchio Badenſis amœniſſimum hic conſtruxit palatium, in quo & aliquot annis curiam ſuam habuit. Creſcit ibi nobiliſſimum uinum, ita ut rubeū aliquando conferri poſſit cum Voltureno, id quod multi boni uiri apud me guſtarunt. Nam & ego uineolam ibi habeo.

Genealogia

Friburgum Brisgoiæ.

Potentia ducū Zæringenſiū.

Sultzberg olim Saltzberg.

Genealogia comitum & ducum Zăringenſium.

Luthardus comes hab ſpurgẽ & domin⁹ in Alſẽburg
- Gebizo
- Bezo et ſecundũ alios Bezelinus.
  - Bertholdus primus ſine hærede
  - Margareta comitiſſa Kiburgñ.
    - Bertholdus quartus
      - Agnes comitiſſa Furſtenburgeñ
      - Bertholdus quintus
      - Anna comitiſſa Kyburgenſis
    - Conradus
      - Albertus
      - Hugo
      - Rudolfus epiſcopus Loſanneñ
- Birthilo
  - Berthold⁹ ſecundus
  - Bertholdus tertius Cõrad⁹
  - Hermannus monachus
  - Gebhardus monachus in hirſow & epiſcopus Conſtantienſis.

Luthardus comes reliquit tres filios, qui anno Chriſti 980 imperauerunt inter Rhenũ & Nigram ſyluã. Filius ſenior Bezo inhabitauit duas arces Altenburg & Scharpffenſtein ſitas apud ſanctum Trupertum. Birthilo uero & Gebizo ſuas habuerunt reſidentias non multum à ſe diſtantes in Eltzenthal. Apparent adhuc uetuſta ueſtigia murorũ in arce Gi/tzenburg (hodie appellatur Ieſenburg) quam comes Gebizo poſſedit. Hi tres fratres con ſtruxerũt monaſteria iſta, Sultzberg, Wyſſenaw prope Rauenſpurgũ, & Waldkirch. Ab his comitibus deſcendiſſe commemorantur duces Zăringẽſes. Anno 1112. Bertholdus dux Zăringenſis condere cœpit ciuitatem Friburgum in Briſgaudia, ex uilla faciens ciui/tatem. Hic Bertholdus poſtea anno 30. prope oppidum Molſsheim occiſus legitur & ad ſanctum Petrum ſepultus. Succeſſit ei in ducatu Cõradus frater, qui obiit anno 1152. & ad ſanctum Petrum ſepultus cum duobus fratribus Bertholdo & Rudolfo. Reliquit aũt plu/res filios, Conradum, Bertholdum, Rudolfum, Albertum & Hugonem. Rudolfus fit epi/ſcopus Lauſannæ, mortuusq; anno 1190. & ſepultus ad ſanctum Petrum. Albertus factus eſt dominus in Drachenfels in Waſgow. Hugo habuit dominium in Briſgaudia, & uterq; obiit ſine prole. Bertholdus ſucceſſit omnibus, condiditq; in Burgundia minori Friburgũ anno 1178. Mortuus eſt anno 1185. ſepultus ad ſanctum Petrum. Reliquit filium paternum

Monaſterium S. Petri in Nigra ſylua.



referentem nomẽ, qui ex uxore filia comitis de Kiburg duos procreauit filios, & quia oneroſus uidebatur nobilitati, præ/potens enim erat, & nobilis princeps, libertatis conſeruandæ cauſa, ueneno extincti ſunt duo illi pueri. Sed redeo ad maio/res Bertholdorum. Bezonis filius Bertholdus primus duxit uxorem filiam ducis Carinthiæ. Et ſoror Bertholdi Margare/ta nupſit comiti Kiburgenſi. Bertholdus iſte conſtruxit arcẽ Zăringenſem relictaq; paterna cognominatione, uſurpauit, p Habſpurg titulum ducis Zăringenſis, ut quidam dicunt. Se/dente uero ſororio eius, comite Kiburgenſi in arce iuxta Fri/burg, orta fuit magna inter affines diſcordia, excluſitq; Ber/tholdus ſororium Briſgoia, & uendicauit ſibi totam Briſgoi/am & adiacentem Nigram ſyluam. Sororius autem conceſſit in Turgoiam ad nouum Kiburgum. Mortuus deinde eſt Ber/tholdus ſine liberis Hirſoiæ apud ſanctũ Aureliũ, ſucceſſitq; illi in ditionibus eius Bertholdus ſecundus, filius Birthilonis.

Bertholdus primus.

Bertholdus ſecundus.

Hic Bertholdus patrueli in dominio ſuccedens conſtruxit anno domini 1093. mo/naſterium ſancti Petri in Nigra ſylua, ubi & ſepultus iacet. Frater eius Herman/nus factus eſt Cluniaci monachus, & alter frater Gebhardus, conſecratus epiſco/pus Conſtantienſis.

Bertholdus tertius.

BErtholdus ſecundus reliquit filium Bertholdum tertiũ, qui magnas excitauit tragœdias in imperio tempore Henrici quarti. Nam quũ Rudolfus dux Sueuiæ & comes Rhinfeldenſis ſuggeſtione papæ eligeretur Rom. rex cõtra Henricũ quartũ, dedit Rudolfus filiam ſuam Zæringenſi uxorem, promiſitq; pro dote ducatũ Sueuiæ, quo præſentius auxilium ab eo expectaret. Facta ſunt autem iſta anno 1077. Sunt etiã qui dicunt, iſtum tertium Bertholdum primùm ducalem uſurpaſſe titulum. Interfecto aũt Rudolfo ſocero eius, & Sueuiæ ducatu Friderico à Staufen collato, cui Henricus Imperator filiam ſuam tradiderat, indignatus Bertholdus, multa intulit Friderico bella, in quibus tamen Fridericus gener imperatoris ſuperior fuit. Concordiam autem Imperator faciẽs, dedit Bertholdo per modum feudi aduocatiam imperialem Tigurenſis ciuitatis & totius adiacentis pagi. Sub iſto Bertholdo conſtructum eſt Friburgum in Briſgoia ut iam diximus. Exortum quoq; eſt ſuo tempore bellum in Alſatia inferiori inter Hugonem comitẽ de Tagſpurg & ſubditos eius. Cui quum Bertholdus ceu propinquo auxilium ferret, interfectus eſt cum Hugone, haud procul à Molſsheim anno Chriſti 1122.

Primus dux Zeringenſis.

Aduocatia Tigurenſis.

Conradus Zæringenſis.

SVcceſſit patri in regimine filius Cõradus, quem tamen alij fratrẽ eius ſignant. Hic mouens bellum contra Fridericum ducem Sueuiæ, excitauit contra ſe filium eius Fridericum Barbaroſſam, qui illi ademit Tigurum, perſecutusq; fugiẽtem cepit arcem Zæringen, & coegit Conradum petere ueniam & gratiam ducum Sueuiæ. Cõcordiam deinde ineuntes, adegerunt Conradum, ut traderet Friderico Barbaroſſæ ditionem Hochbergenſem, quam idem Barbaroſſa deinde Imperator factus dedit in feudũ cuidam adoleſcenti marchioni Veronenſi, quem obſidem ex Italia ſecum duxerat. Inciderũt autem iſta in annum Chriſti 1155. Ab iſto marchione deſcendiſſe ſcribuntur marchiones Badenſes. Impetrauit quoq; iſte Conradus ab Imperatore Lothario, ditionem quandã inter Iuraſſum montem & Heluetiam, quam uocant minorem Burgundiam, auctusq; quinque filijs, mortuus eſt & ſepultus apud ſanctum Petrum.

Marchiones Badenſes.

Bertholdus quartus.



Villingen.

MOrtuo Conrado, filius eius Cõradus defunctus eſt iuuenis, & Albertus alius filius habitauit in Waſgoia in arce Trachenfels, defunctus etiam ſine hærede, Hugo uero poſſedit dominium Zæringeñ, Nigram ſyluam & Briſgoiam, mortuus tandem et ipſe ſine prole, ſicq; totum dominium peruenit ad Bertholdum quartum. Rudolfus uero alter frater factus eſt epiſcopus Loſannenſis, mortuus anno 1199 & ſepultus apud ſanctum Petrum. Bertholdus ergo ſolus tota ditione potitus, conſtruxit Friburgum in Vchtlãdia atq; Bernam, quin & Friburgum in Briſgoia clauſit muro, quod auus eius conſtruere cœperat. Conſtruxit etiam contra ducem Burgundiæ, quem multis bellis uexauerat, arcem Briſacenſem ſicut metra ſuprà ſignata oſtendunt. Sunt qui aiunt illum quoq; condidiſſe oppidum Villingen, alij uero adſcribunt id filio eius Bertholdo quinto. Mortuus autẽ Bertholdus quartus podagra & ſepultus apud ſanctum Petrũ, reliquit unum filium Bertholdum et duas filias, quarum unam duxit uxorem Ego comes Vracenſis qui & Furſtenbergenſis, alteram comes Kiburgenſis.

Bertholdus quintus.

BErtholdus quintus ſuccedẽs patri in ditione, grauis fuit ſubditis et uicinis ſuis, atq; ob id à proceribus & nobilibus circumhabitantibus tam exoſus habitus, ut filiſs eius pueris clam uenenum propinarent eq; medio ſuſtollerent. Quod dux uidens

&

& ægerrime ferens, transtulit mãsionem suam in Brisgoiam, & Bernam ciuitatẽ dedit imperio, cui tunc præsidebat Fridericus secundus, anno 1190. ut sic nobilibus uicem in eorũ exitium rependeret. Contulit etiam iste Bertholdus subsidium suum ad constructionem monasterij Omnium sanctorũ in Nigra sylua, mortuusq; est anno 1218. & defecit in eo totum uirile semen Zæringensium, qui trecentis annis rebus potiti fuerãt. Fuit princeps magnæ staturæ, id quod indicãt indumenta eius ferrea, quæ mihi Bernę in armamentario sunt ostensa. Post mortem eius successerunt in hæreditatẽ sororij eius. Comes enim Kiburgensis occupauit Burgundiam minorem, nempe Burgdorff, Thun, Friburg, &c. & Ego Furstenbergensis Brisgoiã, Nigram syluã & quicquid Zæringenses in Sueuia habuerant.

Monasterium Omnium sanctorum.

de Vrach M. Albert

Brisgoia cedit comitibus à Furstenberg.

EGo comes Furstenbergeñ, acceptam à socero de Vrach ditionẽ Brisgoiensem reliquit filijs suis Egoni & Cunoni (quidã hunc uocant Conradum.) Cunoni cessit Brisgoia & maxime Friburgum, à quo ipse & posteri eius appellati sunt comites Friburgenses. Ego aũt pro sua portione accepit Nigrã syluã, à quo dicunt descẽdisse moderni comites Furstenbergenses. Cuno itaq; comes & posteri eius possederũt Friburgũ usq; ad annum Christi 1367. Tunc fuit comes quidã nomine Ego, inter quem & ciuitatem Friburgensem confœderatosq; ciuitatis, qui fuerunt Basilienses, Brisacenses & Newenburgenses, magnum exortum est dissidiũ & bellũ, quousq; tandem comes persuasus, ius suum Friburgentibus aut potius ducibus Austriæ resignauit pro magna summa pecuniæ, quidã numerant uiginti millia marcarum argenti, qua sibi emit dominium Badenwiler. Bellũ inter comitem & Friburgum tam sæuum fuit, ut in septem annis ager Friburgensium nullo uomere fuerit scissus. Alienato autẽ à se Friburgo, usus est huiusmodi titulo, Ego comes Friburgensis, dominus in Badenwyler. Successor autem eius Conradus scripsit se Landgrauium in Brisgoia, anno 1385. Et hic duxit uxorem Elisabetham filiã ultimi comitis Newenburgensis iuxta lacum Bielensem, per quam comitatũ illum adiunxit ditioni suæ, usurpauitq; talem titulum, Comes Friburgensis & Newenburgensis iuxta lacum, dominus in Badenwiler. Anno Christi 1445. Iohannes comes Friburgensis & Newenburgensis iuxta lacum, dominus in Badenwiler iunctis copijs suis cum Bernensibus & Basiliẽsibus, mouit expeditionem contra castrum Rhinfeldense. Eoq; postea anno Christi 1458. mortuo sine uirili semine, ditio eius Newenburgẽsis & Badẽwiler obuenit affini suo Rudolfo marchioni Hochbergensi & domino in Rõtelen atq; Susenburg. Ob hoc autem quod tam ipse quam posteri eius plerũq; curiam suam habuerunt in Rõtelen, uulgares abusi titulis eorum uocauerunt eos marchiones Rõtelenses, quum tamẽ non à Rõtelen sed ab Hochberg essent marchiones.

Comites Friburgenses.

Cunonis filij, Egone senior cui castra dominia Friburg, genes, et alterius cui cognomen Newenburg, à quo nob. Ingen. a civibus expulsum ij bella inferr. M. Albert. Friburgum Chron. ir. ubi nauenditur. Fol. 669. Ego sic uixit anno 1208 Cobu, ig, hunc filium Conradum qui nunc bellũ iuxta Newenburg gessit. V. & Cunoj part.

Genealogia comitum Friburgensium,

continuata ad genealogiam proxime signatam.

Egõ de Furstẽberg, uxor eius Agnes Zeringensis	Egon, uxor eius Adelheid comitissa de Nyfen	Cõradus, uxor eius sophia de Zollern	Egon uxor eius Catarina de Liechtenberg	Cõradus 2. habuit duas uxores	Friderico habuit duas uxores, prima comitissa de Susenberg.	Clara cũ duxit Gotfrido Thubingen.
					Ego, uxore ius Verena de Welschẽ Newẽburg.	Iohãnes sine prole mortuus

Fateor me hic non integram nactum genealogiam, quũ Conradus Landgrauius Brisgoiæ, qui ultimi comitis de Welschen Newenburg filiam duxit uxorem, hic non signetur, sicut nec posteri eius. Vltimus Ego hic signatus, fuit ille qui anno Christi 1366. per insidias uoluit Friburgum capere. At Friburgenses præmoniti, destruxerunt castrũ eius in mõte situm. Postea cũ confœderatis suis obsederunt oppidum Endingen, ubi tamen à comite ad pugnam prouocati occubuerunt. Nam mille fuerunt interfecti, quadringenti perierũt in

Stragis apud Endingen.


in Rheno atq; trecenti capti. Sequenti anno, nempe 1367. pace facta receperunt ducẽ Austriæ in dominum, pecunia ut diximus sese redimentes à comite suo.

Friburgum.

ANno Christi 1120. construxit Bertholdus dux Zäringensis ciuitatẽ Friburgensem in Brisgoia, successitq; ei in dominio frater aut filius eius Conradus, qui & ipse reliquit filium Bertholdum nomine, qui anno Christi 1178. construxit Friburgum in Vchtland. Huius filius Bertholdus ultimus qui Bernam construxerat, mortuus est anno Christi 1222. relictis duabus sororibus, quarum unam duxit Ego comes de Furstenberg, atq; per eam factus est dominus Friburgi & multorum locorum in Brisgoia. Cuius successores multo tempore, nempe usq; ad annum Christi 1367. pacifice possederunt Friburgum. Sed quum ultimo implacabiles inciderẽt discordiæ inter comitem & ciuitatem, Ego collecto ab amicis & militibus suis exercitu, uoluit nocte quadam irruere in ciuitatẽ. At ciues in tempore moniti, parauerunt se armis, expugnantesq; castrum eius, subuerterunt illud. Et quum postea unà cum alijs cõfœderatis ciuitatibus, nempe Basilea, Brisaco, Neoburgo & Kentzingo obsidione cingeretur Endingen oppidum, circumuenti ab hostibus, magnam stragem acceperunt. Subsecuta est tandem ciuitatis uenditio alienatioq;
Argẽtifodina. à comite, ut iam signauimus. Habuit olim ciuitas Friburgensis ditissimam argẽti uenam, uno milliario à mœnijs distantem, unde tam multa monasteria, tam magnifica basilica & alia sumptuosa ædificia in ciuitate sunt extructa. Ciues quoq; ob diuitiarum affluentiam, nobilium gradum acceperunt, & nobiles ex rure illis se iunxerunt, factumq; est, ut aliquã diu duodecim equites aurati senatum ingrederentur. Potuit tunc ciuitas producere in cãpum tria millia armatorum. Habet oppidum in hunc usq; diem 14 cœnobia monachorũ & monacharum, præter domos cruciferorum diui Iohannis, Teutonicorum & diui Antonij. Fuit Friburgũ primũ uilla, sed anno Christi 1120. cincta est muro, unde sunt metra.

Anno milleno, centeno, bis quoq; deno
Friburg fundatur Bertholdus dux dominatur.


Academia Friburgensis. Anno Christi 1450. uel ut alij scribunt 1460. Albertus dux Austriæ fundauit gymnasiũ Friburgense, dotauitq; iustis redditibus & prouentibus. Habet ciuitas ista amœnum situ iuxta fauces montium, ferunt montes uinum bonum & planicies frumentum. Patet hinc publica uia in Nigram syluam. Est quoq; ibi nostris tẽporibus magnum cõmertiũ nobilium & elegantium lapidũ, quos uulgo Chalcedonios & Catzedonios uocant. Sunt durissimi & uariorum colorum, poliunturq; ibi in modum speculi, & fiunt ex illis orbiculi quibus ij qui preces suas diuis numerant utũtur: adaptantur quoq; manubrijs cultrorum, & pocula aliaq; ex eis conficiuntur. Fodiunt in Lotharingia & Westricha, sed Friburgi expoliuntur. Quidam putant hunc lapidem appellari Murrinum. Nitor inquit Plinius est his & uarietas circumagentib. se maculis in purpuram candoremq; Fiunt autem ex murrino abaci, escaria uasa & potoria atq; trullæ, quæ murrina uasa dicũtur, sicut & ex crystallo crystallina formantur. Alluitur oppidũ multis riuulis aquarum, quorum quidam per singulas quoq; ciuitatis plateas deriuantur, immundicias quasq; secum abducentes, & qui hyemali tempore non congelantur. Iuxta mœnia uero decurrit piscosus amnis Treisem dictus cuius origo non procul ab est ab origine Danubij. Nam unus & idem mons hunc & istum effundit amnem, Danubium quidem in orientem & Treisemum in occidentem transmittens. Habet oppidũ istud
Turris Friburgensis. iuxta summum templum turrim elegantissimam, totam lapideam, sculpturis & imaginibus adornatam, qua in linea Rheni pulchrior non est post turrim Argentinensem. Gentiles numerassent olim hæc opera inter miracula mundi.



Ciuitas

CIVITAS FRIBVRGENSIS, præclarum Briſgoiæ oppidum, imò & metropolis hodie, ornata multis, uariis & magnificis ædificijs, templis, monaſterijs atq; gymnaſio uniuerſali, cuius genuinam picturam haud grauatim obtinuit à clariſſimo atq; prudentiſſ. eiuſdem loci Senatu nobilis & illuſtris uir Dominus Ambroſius à Gumpenberg, Protonotarius apoſtolicus & Præpoſitus cathedralis eccleſiæ Baſilienſis, omniũ ſtudioſorum mecœnas & patronus, & qui ſua ſedulitate non parum nobis in hoc profuit opere, quippe qui & ipſe mirus eſt hiſtoriarũ & antiquitatum amator, habetq; domi earundem rerum copioſum theſaurum & qualem in Germania uix apud priuatum aliquem hominem inuenias.

Friburgum Brisgoiæ præclara ciuitas, ſecundu




Sebaſtianus Munſterus ad lectorem.

QVum iam deſcriptionẽ Briſgoiæ & ciuitatis Friburgẽſ adornaſſem atq; prelo ſubiecciſſem, prudentiſſ. ſenatus Friburgenſis ex ſuis annalibus nõnihil miſit de ſuæ ciuitatis exordio atq; de ductũ Zãringenſium familia & rebus geſtis, quæ pro meo arbitrio & iudicio inſererem huic noſtræ Coſmographiæ. Et quoniã hæc uiſa ſunt facere ad laudẽ Senatus Friburgenſis atq; ad celebritatem ciuitatis eorum, libenter morem geſſi conſilio optimorum uirorum, & quantum loci anguſtia permiſit ex multis paucula hic ſignaui.

De


mata ſecundum omnem eius habitudinem.



De ducibus Zäringenſibus.

HAbent annales Friburgenſium quædam, quæ plane diſſentiunt à communibus hiſtoriis, quantum attinet ad duces Zäringenſes. In hoc quidem cõſentiunt, duces Zäringenſes deſcendiſſe à comitibus Habſpurgenſibus. In hoc diſſentiunt, nomen Zäringæ illis contigiſſe à Carinthia, in qua Bertholdus primus dicitur dux factus ab Henrico quarto, quodq; is fundauerit monaſterium Hirſowẽſe, genueritq; ex Richwara Bertholdũ 2. qui habitãs in arce Teck duxerit uxorem Agnetem filiã regis Burgundiæ

Friburgum Brisgoiæ præclara ciuitas, decorata secundum omnem eius habitudinem.



Sebastianus Munsterus ad lectorem.

QVum iam descriptionẽ Brisgoiæ & ciuitatis Friburgeñ adornassem atq; prelo subiecissem, prudentiss. senatus Friburgensis ex suis annalibus nõnihil misit de suæ ciuitatis exordio atq; de ducũ Zåringensium familia & rebus gestis, quæ pro meo arbitrio & iudicio inserrem huic nostræ Cosmographiæ. Et quoniã hæc uisa sunt facere ad laudẽ Senatus Friburgensis atq; ad celebritatem ciuitatis eorum, libenter morem gessi consilio optimorum uirorum, & quantum loci angustia permisit ex multis paucula hic signaui. Ds

De ducibus Zåringensibus.

HAbent annales Friburgensium quædam, quæ plane dissentiunt à communibus historijs, quantum attinet ad duces Zåringenses. In hoc quidem cõsentiunt, duces Zåringenses descendisse à comitibus Habspurgensibus. In hoc dissentiunt, nomen Zåringæ illis contigisse à Carinthia, in qua Bertholdus primus dicitur dux factus ab Henrico quarto, quodq; is fundauerit monasterium Hirsowẽse, genueritq; ex Richwara Bertholdũ 2. qui habitãs in arce Teck duxerit uxorem Agnetem filiã regis Burgundiæ

gundiæ ſeu Arelatenſis nempe Rudolfi. Hic unà cum fratre epiſcopo Conſtantienſi repa rauit monaſterium ſancti Petri in Nigra ſylua. Natum eſt inter iſtum Bertholdum & Fridericum à Staufen generum Henrici 4. diſſidium, ſed quod tãdem ſic fuit compoſitum, ut loco ducatus Sueuici Bertholdo ceſſerit Mortnauia, Alſatia, Briſgoia: à ſocero autẽ Rudolfo rege Arelatenſi obuenerit Ergouia & minor Burgundia. Relicta ergo Teggenſi arce, cœpit in Briſgoia extruere arcem Zãringenſem. Hæc alij adſcribunt Bertholdo primo aſſeruntq; Bertholdũ ſecundũ uillam Friburgenſem cinxiſſe muro, feciſſe multas ordinationes in ea & conceſſiſſe priuilegia quę & Henricus quintus Imperator confirmauit. Sũt autem 35. articuli, nempe de collatione parochiæ, de electione ſculteti, de telonio põtium, de libertate mercatorum, de menſuris uini, frumenti, argẽti & auri, de ſtructura domorũ, de laniſs, de his qui moriuntur ſine hærede, quomodo coniuges mutuo ſibi in hæreditate ſuccedunt, de iniurijs illatis, &c. Occiſo hoc Bertholdo apud Molſsheim ſucceſſit illi Conradus frater, qui poſt ſe tres reliquit filios, Bertholdũ, Rudolfum & Adelbrechtum. Adelbrechtus rurſum aſſecutus eſt arcem Teggenſem, appellatusq; eſt dux Teggenſis ipſe & poſteri eius. Rudolfus factus eſt epiſcopus Leodienſis, ſecutusq; Fridericum primum ad terram ſanctam mortuus eſt in itinere, quum poſt ſubmerſum Imperatorẽ rediret in Germaniã. Bertholdus uero conſummauit ædificia publica Friburgenſis ciuitatis, extruxitq; Friburgum & Bernam in Vchtlãdia. Mortuus autem reliquit duas filias, una earũ omine Anna nupſit comiti Kiburgenſi, altera uero Agnes nupſit Egoni comiti à Furſtẽberg, à quo ſequens deducitur genealogia.

1	2	3	4	5
Egon comes à Furſtenberg, cuius uxor Agnes à Friburgo obijt 1236	Egon comes à Friburgo uxor eius Adelheidis comitiſſa à Nyſen	Cuno, cuius uxor Sophia comitiſſa à Zollern	Egon, cuius uxor Catarina à Liechtenberg	Conradus, qui duas habuit uxores

5	6	7
Conradus, cuius prima uxor ducisſa Lotharingiæ, altera Anna de Signow	Fridericus cuius uxor Anna à Suſenburg	Clara nupſit comiti Gõtz à Thubingen
	8	9
	Egon, cuius uxor Verena comitiſſa à Welſchen Newẽburg. Sub eo uenditũ Friburgũ	Conradus

Egon ſecundus infringens priuilegia quædam & iura ciuitatis, in litem uenit cum ciuibus, ſed quæ rurſum per arbitros anno 1293. die Veneris poſt Bartholomæi dirempta fuit. Fridericus 6. quia nimiũ offẽderat ciues fuit ab eis expulſus de Friburgo anno 1338. & poſt eius mortem Clara filia eius adminiſtrauit comitatum. Cui ſucceſſit Egon comes, inter quem & ciuitatem exortum fuit irreconciliabile diſſidium. Quare ille anno 1365. in uigilia annunciationis uenit cum magnis nobilium copijs ad portas ciuitatis ut illam obrueret, natumq; fuit graue bellum in quo multæ uillæ exuſtæ, rurícolæ direpti & terra in ſolitudinem redacta. Ciues quoq; obſidentes comitis burgum deſtruxerunt ipſum. Tãdem poſt multa mala utrinq; illata pax hac lege eſt reformata, ut ciues numerarẽt comiti uigiti millia marcarum argenti, eſſentq; deinde liberi ab omni iuriſdictione comitis. Tunc Friburgum fuit incorporatum domui Auſtriæ, anno ſcilicet 1368. quando principatum Auſtriæ adminiſtrabant duces Albertus & Lupoldus. Comes itaq; Friburgenſis accepta pecunia emit domi-nium Badenwyler.

Hoch-

Hæc uidentur mihi Egonem ſecundum Catharinæ Liechtenbergicæ maritum adſcribendo. Vide M. Alb. 2. cap. 29 & 30.

Hochbergenſis Marchionatus.

MArchiones Badenſes & Hochbergenſes deſcenderunt ab uno ſtipite, utuntur quoq; eiſdē inſignijs, ſed diſcreti multiplicatione prolis, dominiū ſic diuiſerūt, ut quidā in Baden alij in Hochberg ſuā tenuerint curiā. Qui Zāringenſibus in Hochberg ſucceſſerūt, uſi ſunt huiuſmodi titulo: Fridericus marchio Hochbergenſis anno 1179. Wernherus marchio Hochbergeñ anno 1198. Albertus marchio Hochbergeñ anno 1311. Sic enim literæ uetuſtæ habent. Iſti marchiones iure hæreditatis & cōtracti matrimonij obtinuerūt quoq; dominiū Rōtelenſe & Suſenburgenſe circa annū Chriſti 1300. Domini Rōtelēſes nō ſunt uſi titulo comitis uel baronis ſed domini tantū, ut, Theodoricus dominus in Rōtelen & Rotenburg, anno 1280. Notandū præterea, marchiones Hochbergenſes uendidiſſe ditionem ſuā Hochbergenſem propinquis ſuis marchionib. Badenſibus, & nihilominus interim uſos huiuſmodi titulo, Marchio ab Hochberg ſed nō in Hochberg, trāsferentes inde curiā ſuā ad Rōtelen, quā ditionē ſicut & Suſenburgēſem iā acquiſierant. Succeſſu quoq; temporū obtinuerūt ditionē Badenwiler & comitatū Neocomēſem, uulgo Welſchen Newenburg. Vnde habēt quædā literæ ſic: Rudolfus marchio de Hochberg, comes in Newēburg, dominus in Rōtelē & Suſenburg, anno 1486. Et poſt eū, Philippus marchio de Hochberg, comes in Newenburg iuxta lacū, dominus in Rōtelen & Suſenburg, anno 1503. qui ultimus fuit de familia Hochbergenſi. Habuit quoq; alia dominia in Burgundia, ubi etiā manere cōſueuit, per præfectos adminiſtrans terras quas in Briſgoia habuit. Cūq; nullā prolem maſculam ſed dūtaxat filiā haberet, & Chriſtophorus marchio Badenſis de ſanguine eius eſſet, licet plurimis gradibus diſcretus ab eo, cōuenit inter eos de feudis maſculini ſexus, ut poſt mortem Philippi Chriſtophorus occuparet ditionē Rōtelenſem, Suſenburgenſem & Badenwyler, id quod factum eſt anno Chriſti 1503, cōſentiente Maximiliano Rom. rege. Filia uero dicti Philippi ultimi marchionis retinuit comitatū Neocomenſem & alia quædā dominia in Burgūdia, & nupſit domino cuidam de Dunes Gallo, qui putabat ſe dictam Briſgoienſem ditionē recuperaturum, ſed inanis fuit conatus eius.

Hochberg in ditione Zeringenſium.

Titulus marchionū Hochbergenſium.

Genealogia Marchionum de Hochberg & comitum de Hohenberg, Horb & Haierloch, quam ſuppeditauit Wilhelmus Wernherus comes à Zimbern.

CIrca annum Chriſti 1153. redeūte Friderico primo ex Italia duxit ſecum Hermannum Veronenſem, ſanguine ſibi iunctū. Cui cum Germania arrideret, reſignata ditione ſua Veronenſi, impetrauit nuptias Iudithæ comitiſſæ et per eam comitatū Badenſem atq; Hochbergēſem. Imp. quoq; ſublimauit comitatū in marchionatū, propinquū uero ſuum creauit marchionē & principē imperij, id quod literæ ſigillatæ adhuc extantes declarāt. Defunctus aūt Hermannus iſte, reliquit tres filios, qui ſucceſſiue adminiſtrarunt marchionatum, ut numerus perſonis adiunctus oſtendit.

1 Hermannus marchio primus
- 2 Wernherus
  - Wernherus obijt ſine prole
  - Erneſtus dominus in Hohenberg, ſine prole.
- 3 Wernherus obijt ſine prole
- 4 Rudolfus marchio Hochbergenſis, ſine prole.
- 5 Albertus cui uxor habſpurg
  - Iohannes, obijt ſine prole.
  - 6 Herman
  - 7 Henricus obijt anno 1222
    - Rudolfus, obijt ſine prole
    - 8 Burckhardus, obijt anno 1237

Hochberg & Hohenberg ſunt duæ & diſtinctæ ditiones. Nā Hochberg eſt in Briſgoia infra Friburgum, at Hohenberg eſt in Nigra ſylua prope Rotwilam, arx iam in ruderibus iacens, unde comitatus Horb & Rotenburg iuxta Neccarum denominationem habet. A Burchardo conſequenter deſcenderunt:

Differūt Hochberg & Hohenberg.

Burckhar-

13 Rudolfus ſenior
12 Albertus ſenior } Henricus comes Haigerlochenſis
Rudolfus iunior comes in Horb

* Vide alias Alberti Argen. hic ſub cap. 14. 15.

8 Burckhardus
9 Friderícus Burckhardus baro Hohẽbergenſis
10 Burckhardus Thiemo abſcẽſus
Ego 11 Burckhardus obiit 1275
* Albertus iunior primus comes Hohẽbergñ & haiger.

Albertus. Hic Albertus in puericia amiſit patrem ſuum, quapropter patrueles eius Rudolfus & Hẽricus comites tanquam propinquiores tutores uendiderunt omne ius, quod habuit in comitatu Hohenbergenſi, Rudolfo comiti ab Habſpurg Rom. regi. Sed quum comes Henricus abſcẽſemine diſcederet, remanſit Albertus iſte ſolus comes in Haigerloch & Horb. Ditio uero Hochbergenſis hæſit in ſequentibus perſonis.

13	14	15	16	17	18	19
Rudolfus ſenior, marchio Hochbergñ.	Rudolfus marchio	Rudolfus marchio Hochb.	Rudolfus marchio Hochb.	Burckhardus marchio hoch.	Otto marchio Hochb.	Rudolfus marchio Hochb. et dominus in Rôtelen

A Rudolfo decimonono natus eſt Philippus ultimus marchio Hochbergenſis & dominus in Rôtelen. Quo mortuo, ſolus marchio Badenſis retinuit titulum & poſſeſſionem ditionis Hochbergenſis. Reliqua uero dominia Chriſtophorus marchio Badenſis obtinuit à Cæſare Maximiliano, ſicut & ſupra oſtendimus.

Waldkirch.

ITinere trium horarum infra Friburgum uerſus ſeptentrionem eſt oppidũ Waldkirch, ubi olim tempore Henrici primi aiunt fundatum cœnobium monialiũ per comites ab Habſpurg, in quod ſolũ duciſſæ, comitiſſæ & liberæ dominæ recipiebãtur, ſed quod poſterioribus temporibus in collegiũ ſacerdotum fuit commutatũ. Sunt & alia multa monaſteria in Briſgoia olim à proceribus huius regionis extructa, ut ſunt, Seldẽ fundatũ à ducibus Zãringenſibus, Gruningẽ & ſanctus Vdalricus fundatũ à Baronibus de Yſenberg ſeu Ieſenberg. Itẽ Burglis, & Sytzenkirch fundata à baronibus de Kaltenbach. Cœnobia uero monialium Beraw & Vogelbach fundata ſunt à libera domina Ita de Kaltenbach.

Monaſteria olim fundata.

Sanctus Trupertus.

MOnaſteriũ iſtud prope oppidũ Staufen ſitũ in Briſgoia fundarũt Otpertus, Rãpertus, & Lãfridus (ab alijs Leutfridus) comites ab Habſpurg. Habent quidẽ literæ fundationis, quod anno Chriſti 903. ſub Ludouico Imp. 3 Ludfridus comes ab Habſpurg inouauerit aut potius ampliauerit hoc monaſteriũ. Nam antea fuerat domus heremitarũ ſub Cæſare Phoca primũ extructa. Abundãt montes monaſterio huic adiacẽtes argẽto, ſolũ deſunt homines qui illud è uiſceribus terræ eruãt & effodiãt, ſicut & in mõtibus propinquis iuxta Sultzperg adhuc multæ cõſpiciunt fodinæ, ubi olim argentũ fuit extractũ. Itẽ monaſteriũ Rinthal iuxta Mullẽ ſitũ, fundatũ fuit à Cõrado comite Friburgenſi. Gunterſtal uero fuit fundatũ à cõmunibus nobilibus, quorũ multi ibi ſepulti iacent.

Montes metallici.

Schneburg.

HAud procul à Friburgo in excelſo mõte uiſitur adhuc arx diruta nomine Schneburg, à qua magna familia nobiliũ fuit propagata, qui omnes Schnelin ſunt dicti, in 14 lineas ramificati, qui omnes eadem habent inſignia, & ſolum in galea differentiæ notam poſuerunt, ſicut & ob diuerſas manſiones diuerſa acceperunt cognomina, ut ſunt Schnelin à Landeck, Schnelin à Wyer, Schnelin à Krantznaw, &c.

Offonis burgum, uulgo Offenburg.

ANno Chriſti 603. uenit ex Anglia uir inſignis, ſatus ex regio ſanguine, nomine Offo, traiecto ꝙ Rheno in uotis habuit plantare fidẽ Chriſti inter Germanos, & primum quidem fundauit monaſterium Schuttern, & interuallo unius miliarij ab eo conſtruxit ſuper amnem Kintzig caſtellum, quod ab eo fuit appellatũ Offonis burgũ, quod ſucceſſu tẽporis incremẽta ſuſcipiens, tandem factum eſt oppidum imperiale, uulgo Offenburg appellatũ. Anno Chriſti 1330. redemit hoc oppidũ à marchione Badenſi epiſcopus Argentinenſis

Schuttern monaſterium.

tinenſis,cui ab imperio ſuerat impigneratũ. Cæterum oppidulũ Gẽgenbach quod uno miliario diſtat ab Offenburgo,ſitũ quoq; ad ripam amnis Kintzig,conſtruxiſſe fertur Primus epiſcopus Argentinenſis anno Chriſti 724. Regio in qua oppida iſta cõſtructa ſunt,uocatur Mortnaw,id eſt,augia latrocinij,terminaturq; ab oriente ad montes,& alluitur amne Kintzig:olim aũt uocatam aiunt Ornaw,ſed ratione latronũ,qui deprehẽſi ſunt in ea,maxime in uilla Humbsfelden quæ adiacet Rheno,factũ eſt ex Ornaw Mortnaw. Eſt regio parua ſed mirum in modum fœcũda,quippe in qua uinũ mediocre & frumentũ creſcit. Abundat ager ille uſq; adeo canopi plantatione,ut incolę annuatim inde lucrifaciant uiginti aut triginta millia aureorũ. Habet etiam regio iſta quantũlibet parua,plurima oppida,arces,uillas & monaſteria,nempe Offenburgũ cuius iã meminimus,Gengẽbach oppidũ & monaſterium peruetuſtum, Ortenberg arcem in monte ſitã,Wilſtetten arcẽ & oppidũ,cui imperat comes ab Hanaw,Cell in Harmenſpach oppidulũ imperiale,ſed impigneratũ ſicut & Gengenbach,Ettenheim oppidulũ,Lar oppidũ,quod olim fuit nobilium de Geroltzeck,hodie eſt marchionũ Badenſium, Oberkirch oppidum epiſcopi Argentinenſis ſicut & oppidum Nopnaw. Item Achern,Renchen & Buhel,tres magnæ uillæ,hęc omnia aſcribuntur Mortnauiæ. *Mortnaw.*


Marchionatus Badenſis.

VBi à ſeptentrione deſinit Mortnauia,ibi incipit Marchionatus Badenſis,utranq; aũt regionem ab occidente terminat alueus Rheni,& ab oriente montes Nigræ ſyluæ claudunt,tametſi Marca ab una parte etiã in montes expatiet. Primum & præcipuũ oppidũ huius ditionis uocaẽ Baden, quod ſonat balneũ ſiue thermas, quæ olim ibi fuerũt repertæ,atq; inde tota regio illa denominationẽ accepit. Quãdo uero hæ thermæ fuerint inuẽtæ,quidã de illis ſic ſcribũt. Sunt quædã thermæ in Germania,quę uſq; eò feruẽt,ut animãtes ſi quę immergant glabras reddãt,ex quo genere aquarũ eſt fons unꝰ in Germania M. Aurelij Antonini nũc Badẽſis dictus, alter in Bohemia,Calidarũ Caroli 4. Eſt etiã unus apud Mogunciã Viſebadę. Horũ aqua nõ modo coquit oua, ſed etiã de alitũ cute plumas eximit, de ſuilla ſetas, ſiue immergant animãtes ſiue ea perfundant. Vixit aũt Aurelius Antoninus circa annũ Chriſti 126. Habet aqua harũ thermarũ alumẽ,ſal & ſulphur. Prodeſt his qui laborãt difficili anhelitu & anguſtia pectoris,quæ ex frigidis ſurgunt capitis fluxionibus: prodeſt humidis oculis,tinnientib. auribus,tremulis & dormitantibus mẽbris, ſpaſmo & alijs morbis corruptionibuſq; neruorũ, naſcentibus ex frigidis humiditatib. Prodeſt quoq; his qui habẽt ſtomachũ frigidũ,humidũ & male cõcoquentẽ,qui patiunt dolorẽ epatis & ſplenis ex frigiditate obortũ: prodeſt itẽ illis quos hydropiſis cœpit grauare,qui ſentiũt tormina uiſcerũ,quin & calculoſis ſuccurrit & infœcũdis mulieribus,ſedat dolorẽ matris,arcet alba mẽſtrua,reprimit inflationẽ crurium, ſanat ſcabiẽ & plagas ſeu cicatrices puſtularum. Aiunt & podagricis præ cæteris thermis prodeſſe. Imp. Fridericus Barbaroſſa hũc marchionatũ primus inſtituit,licet alij id Ottoni tertio aſcribãt,qui & oppida aliqua monaſterio Wiſſenburgẽſi ademit atq; huic principatui adiecit, nẽpe Baden, Stolhofen atq; Ettlingẽ,quæ tũc nondũ murata erãt ſed uillæ apertæ. Atq; hinc eſt,ut ciues Wiſſenburgeñ immunes ſint à ſolutione uectigaliũ,quũ oppidũ Ettlingẽ pertrãſeũt. Durlach uero & Heidelſsheim,donauit Fridericus Imp. ſecũdus marchiomb. quũ deficeret comitatus Kreichgoiẽſis et feudalia loca redirẽt ad imperiũ. Raſtett & Cuppenheim ex ditione Eberſteinẽſi ad marchionatũ ſunt trãslata. Pfortzheim & Zell pertinuerũt olim ad ducatum Sueuiæ,ſed interfecto ultimo duce Cõradino peruenerũt ad marchiones Badẽſes. Referunt etiã Marchiones cõſtruxiſſe Stuckgardiã & Backẽheim,ſed quibus cõditionibus aut medijs principi Wirtẽbergenſi obuenerint,ignoro. Quin & Eppingẽ fuit olim marchionũ Badẽſiũ,ſed puenit poſtea una cũ Heidelsheim ad Palatinatũ.



Thermæ Badenſes.

Aquæ alumi-noſæ.



Marchionatus inſtitutio.

Pfortzheimiũ.

De

De quibuſdam oppidis Badenſis ditionis, & in primis de Durlach, Gotſaw & aliis.

DVrlachium oppidum ſic uocatum putant à turri quadam, uicino monti impoſita, quaſi Turlacum, quam turrim Rudolfus rex Rom. & comes ab Habſpurg una cum oppido confregit, quum expeditionem mouiſſet in marchionem. Monaſterium uero uicinum Gotſaw dictum, ord. ſancti Benedicti fundaſſe aiunt Bertholdum comitem ab Hennenberg, anno Chriſti 1064. Iſti enim comites ab antiquis temporibus dicuntur poſſediſſe Durlacum & Newenburgum, quod nō procul hinc Rheno adiacet, unà cum reliquis locis interpoſitis. Quomodo uero & quando hæc loca Marchionibus à dictis comitibus obuenerint, non legi. *Gerſpach.* Gerſpach aliud oppidum in Nigra ſylua, cuius dominium pertinet ad marchiones & ad comites de Eberſtein. Liebenzell, oppidulum, caſtrum & naturale balneum, quod prodeſt contra ictericiā. Muckēſturm oppidulum, Steinbach oppidulum, Beinheim oppidulum ab altera ripa Rheni, Beſicken oppidulum iuxta Neccarum, Altenſtaig caſtrum & oppidulum, Raſteten magna uilla oppidi inſtar, Graben caſtrum & uilla, &c.

Mulberg.

ANno Chriſti 1424. Bernhardus marchio Badenſis indignatus eſt Friburgenſibus atq; Briſacenſibus, quod ſubditos eius paſſim reciperent in ciues, aliaq; deſignarent quæ principi diſplicuerunt. Et licet eſſent qui diſſentientes partes componere niterentur, tamen omnia media fruſtra tentabantur. Quare Friburgenſes fœdus ineuntes cum Argentinenſibus, Baſilienſibus, Colmarienſibus, Seleſtadienſibus, & ciuibus Mulhauſenſibus, Kentzingenſibus, Endingenſibus, &c. quibus & Ludouicus princeps Palatinus, epiſcopus Spirenſis & comes Wirtenbergenſis iuncti ſunt, irruētesq; in ditionem Marchionis, obſederunt caſtrum Mulberg per tres hebdomadas, & ſine ceſſatione bombardis quaſſauerunt muros eius, donec uenit epiſcopus Herbipolenſis miſſus à Sigiſmundo Imperatore, qui omne diſſidium compoſuit. Volebat marchio nouum inſtituere telonium, ſed quod ciuitates ferre non poterant.

Expeditio contra marchionē

Pfortzheim.

CIuitas Pfortzheimenſis olim extructa fuit ad ripā amnis Entz per Phorcen quēdam principem ueteris Germaniæ, ut Iohannes Reuchlinus putat: alij aūt aliud cogitant, nempe nomen & oppidū illud natum ab Orcinia ſylua, quæ illuc uſque propagatur, uocaturq; eo loco Hagenſchies. Siquidē habet pars inferioris Sueuiæ ad læuam Neccari amnis pagos plures, per ſyluas, mōtes & riuos diſtinctos, inter quos ſuperior habet à dextris amnem Neccarum, à ſiniſtra ſyluam Hagenſchieſs, eſtq; terra illa uini ferax & frumenti opulentiſſima. Habet autem ad pedem montem Heuchelberg, ultra quem terra Kreichgoia uocatur. Ciuitas itaq; Pfortzenſis ad Syluam Hagenſchieſs ſita, olim fuit ſub dominio ducis Sueuiæ, ſed quum duces illi deficerent uirili prole, incorporata eſt ciuitas ipſa ditioni Marchionis. Alij dicunt, Fridericum primum illam marchioni primo tribuiſſe. Eſt aūt præcipua ciuitas quam marchio in ſua habet ditione, licet Badenia propter thermas maioris ſit reputationis & nominis. Habet Pfortzheim caſtrum intra mœnia ciuitatis in edito loco ſitum, in quo hiſce temporibus Erneſtus princeps curiā ſuam habet. Alluit autem mœnia oppidi Entzius fluuius nauigabilis, per quem multæ proceræ abietes per rates in Rhenum deducuntur.

Hagenſchieß.

Genealogia marchionum Badenſium.

DIxi iam ſuprà, unde deſcenderint Marchiones Badenſes atq; Hochbergenſes, nēpe quod unum cōmune habuerint principiū, ſcilicet Hermannū, qui anno Chriſti 1120 hanc putatur poſſediſſe terram. Alij uero ſcribunt, circa annū Chriſti 1153. Fridericum primum ex Italia obſides aliquos eduxiſſe, inter quos idem Imp. unum fecit marchionem, ſed cum ille ſine ſemine moreretur, rogauit moriturus ſubditos ſuos ut alium ex ſua familia ſibi deligerent dominum, quod & fecerunt, atq; ab illo electo hodierni marchiones deſcenderunt, iuxta ſequentem formulam.

Hermannus

1 Hermannus marchio electus.
2 Wernherus.
3 Wernherus
4 Rudolfus
5 Albertus
6 Iohannes
6 Hermannus
7 Hermannus marchio Badenſis
Henricus marchio Hochbergenſis

Omittimus hic lineam marchionum Hochbergenſium, & proſequimur ſolum lineã eorum marchionum qui marchionatui Badenſi poſt Hermannum ſeptimum præfuerunt.

7 Hermannus Marchio Badenſis.
8 Hermannus quartus
9 Hermannus quintus, obijt anno 1240.
Fridericus marchio & dux Auſtriæ.
10 Rudolfus tertius
Rudolfus

Habuit Hermãnus quintus nomine & nonus in ordine uxorẽ filiã Hẽrici ducis Auſtriæ hæredẽ paternæ ditionis, nomine Gertrudim, factusq; eſt poſt mortẽ ſoceri ſui dux Auſtriæ, Suſtulit aũt ex uxore filiũ Fridericũ nomine, qui et patri defuncto ſucceſſit in regimine. 18 Fridericus cõtra uoluntatẽ matris cũ Cõradino duce Sueuiæ Neapolim profectus, interijt cũ eo. Captus enim una cũ Cõradino à Carolo duce, fratre regis Frãciæ, gladio eſt pcuſſus. Et irruens Otacer Bohemus in Auſtriã ui ſubiugauit eã, ſicut infra in Auſtria oſtẽdemus, Marchionatus aũt Badẽſis recidit à Friderico in Rudolfum huius nominis tertiũ. *Fridericus dux Auſtriæ.*

10 Rudolfus tertius
11 Hermannus
Fridericus
Rudolfus
12 Rudolfus
Herman

Rudolfi 12 & fratris eius mater, fuit filia ultimi Landgrauij Alſatiæ. Et is Rudolfus fundauit collegium in Backena, mortuus anno 1295.

12 Rudolfus quartus
Hermannus
Henricus
Ortliebusabbas
13 Rudolfus Heſs
Fridericus
17 Rudolfus wecker
14 Fridericus
15 Hermannus
16 Rudolfus
ſine prole mortui

Poſt Rudolfum Heſs & tres filios eius, gubernaculũ uenit ad manus Rudolfi Wecker, qui mortuus eſt anno 1355.

17 Rudolfus wecker
Hermannus
Burckhardus
18 Fridericus
Rudolfus
19 Rudolfus
Hermannus
20 Bernhardus
21 Iacobus
Bernhardus
Rudolfus

Bernhardo 20 obtigit quoq; comitatus Spanheimenſis.

21 Iacobus
22 Carolꝰ marchio
23 Chriſtophorus
Frdericus epiſcopus Traiectenſis
Albertus hic ictu bombardæ interijt in captiuita te Maximiliani Cæſaris
Iohannes epiſcopus Treuerenſis
Bernhardus mortuus in monte Peſſulano
Georgius epiſcopus Metenſis.


Habuit

Habuit Carolus 22 uxorem, ſororẽ Friderici Imperatoris. Filius uero & ſucceſſor eius Chriſtophorus 23 habuit uxorem Otiliam comitiſſam de Katzenelnbogen, fuitq; aliquã diu Cæſareæ maieſtatis ſummus gubernator in Lutzelburgo. De quo ſuprà (nẽpe in Gallia) ſub titulo Lutzelburgenſis regionis, nonnihil quoq; diximus.

- 23 Chriſtophorus Marchio Badenſis & comes Spanheimenſis.
  - Rudolfus Canonicus Argentinenſis
  - Iacobus epiſcopus Treuerenſis
  - Maria abbatiſſa in Buern
  - Otilia monialis in Pfortzheim
  - Roſina uxor Franciſci comitis in Zollern
  - Beatrix uxor Iohannis ducis Palatini in Hunorum præſidio.
  - 25 Erneſtus
    - Albertus mortuus
    - Bernhardus
    - Carolus
  - 25 Bernhardus
    - Philibertus
    - 24 Philippus.
      - Chriſtophorus
        - Albertus
        - Sidonia
      - Iacoba ducisſa Bauariæ

Mortuo Philippo marchione abſq; filio, duo eius fratres diuiſerũt marchionatũ, Bernhardus ſenior retinuit Badeniam, cui, eo mortuo filiorum eius tutor præeſt. Erneſtus uero poſſidet oppidum Pfortzheim & marchionatum Hochbergenſem, dominiaq; Badenwyler, Suſenburg & Rõtelen.

Algoienſis regionis & partium eius deſcriptio.



Algoia

ALgoia pars Sueuiæ terminatur ab oriente Lico fluuio, ab occidente lacu Podamico, à septentrione Danubio & à meridie alpibus, olim dicta Rhetia secunda. Versus alpes est terra hyemalis & aspera, habet tamen elegantes in utroq; sexu homines, qui omnes nendo lino operã impendunt. Nec id uiris probro datur, potissimũ in uillis. Habet regio ista multa iumenta, uaccas & equos, educat multos & elegantes pullos equinos. Plantant habitatores frumentum hyemale & hordeum, habentq; multa abiegna & pinea nemora, amnes, pisces & aues. Inueniuntur passim in ea regione multa pisco sa stagna & uiuaria, quorum quædam ingentes producunt cancros, alia maximos pisces, præsertim lucios, carpones, olrupas, (sunt pisces habentes ingentia iecora) atque aliarum specierum optmos pisces, maxime autem balenas, Welinin uocant, habentes barbæ loco duos oblongos funiculos, deuorantes alios pisces & aquatiles aues. Fiunt enim tam magni, ut quidam adæquẽt pondus 40, quidam 50. librarum. Debuit autem Algoia proprie uocari Almangoia ab Alemannia, aut ut alij sentiunt & ego Campidonæ in uetustis literis uidi, Alb goia, ab alpibus in quas à meridie desinit. Domus Austrię, episcopus Augustanus, abbas Campidonensis & comites à Montfort, imperãt maiori parti huius regionis, etiamsi multi alij nobiles residentias suas in ea habeant, præter ciuitates imperiales. Intendunt incolæ ut diximus, magno studio lino & telæ, pecoribus, lacti & lignis parãdis. Vulgares & agrestes homines uictitãt miserè, mã ducantes panem auenaceum aut hordeaceum nigrum. Abundat hæc regio uallibus, quæ ab inter fluẽtibus amnib⁹ denominatione accipiũt, ut à fluuio Tetrach dicitur uallis Tetrachana, ab Irrach uallis Irrachana, à Breitach uallis Breitachana, ab Ylero uallis Ylerana. Est aũt Yler fluuius mediocriter magnus, & qui multos alios amnes à montibus exclusos recipit, donec apud Vlmense patibulum in Danubium ruit. Alluit mœnia Campidonensis oppidi & ferè Memmingensis. Prætereo hic sciens duos amnes Argen appellatos. Transilio quoq; hic Stauferthal, Lyblacher thal, Hindenlenger thal, Misser thal. Wagensteig, &c. Habet etiam Algoia in Teuffenbach balneum sulphureum, quo utuntur contra febrim incolæ.

&Welinin, pisces quasi balenæ.




Ciuitates, oppida & castra in Algoia.

HAbet autem Algoia plurimas ciuitates & oppida, quorũ nomina hæc sunt: Ymenstatt, Campidona uulgo Kempten, Ysna, Wangen, Tettnang, Lutkirch, Rauenspurg, Waldsee, Memmingen, Bibrach, wurtzach, Fussen, Mindelheim, &c. Castra & arces, Rotenberg, Krantzeck, Nesselwang, Luchtenstein, Falckenstein, quibus præsidet episcopus Augustanus. Item Rotẽfelss, Hugenfelss, Bleichach, Staufen, Summeraw, Liebnaw, sub dominio comitis à Montfort. Abbas uero Campidonensis hæc habet castra in Algoia Wolckenberg, Liebenthan, Nuburg, Logo, Fischẽ. Dapiferorum à Waldpurg, Truchpurg, Wolffeck, Zyl. Habent denique aliqui nobiles castra & oppida in Algoia, nempe nobiles à Schellenberg, Hochneck, quæ tamen ditiones hodie Tyrolensem comitatũ agnoscunt, Fryberg, Werdenstein, Langeneck, Rotẽstein, Loubenberg, Sirgenstein, Ratzenriedt, Schönstein. Item quę subijciuntur quibusdã ciuitatibus aut ciuibus, ut sunt, Eglytz, Schonburg, Nouum Rauenspurg, Zum Giessen, Schmaleck &c.

Vinea, Vuingarten uulgo, monasterium.

MOnasterium istud ordinis sancti Benedicti fundatum & constructum est à Guelfis. Primus autem Guelfus fuit comes in Altdorff prope Rauenspurg, tempore Caroli

magni, cuius filiam Iuditham duxit uxorem Ludouicus Pius Imperator. Sed præstat ponere hic succinctam genealogiam primorum comitum.



Henricus in linea generationis quintus duxit uxorem Beatã de Hohenwart, quę genuit ei Conradũ sanctum, posuitq; in monasterio Wingarten primũ fundamenti lapidẽ. Rudolfus quoq; filius eius dedit aliquot uillas monasterio, sepultus in eo. Guelfus tertius appellauit hoc monasterũ Vineam iuxta euangelicã pærabolã, quod antea S. Martinus uocabatur, & multa est ei largitus. Quo mortuo sine filio, soror eius Cuniſſa seu Kunigundis nupsit Azzoni marchioni cuidã Italo, genuitq; Guelfonẽ quartum. Iste Guelfo cepit Sifridum episcopum Augustanũ, incarcerauitq; eum in castro Rauenspurgensi. Largitus est autem & ipse multa bona Vineæ domini. Filius eius Guelfo quintus multa de sua paterna hæreditate contulit huic monasterio, sepultus tandem in eo, mortuusq; sine hęrede. Frater eius Henricus dux Bauariæ renouauit uetustã Vineam, tribuitq; illi multa bona, quin & anno Christi 1124. factus est monachus in ea Vinea sub Cunone abbate. Filiam eius Iudithã duxit uxorem Fridericus dux Sueuiæ, genuitq; Fridericũ Barbarossam. Genealogiã integrã Guelfonum seu Guelforum inuenies infra in Bauariæ descriptione. Primus prępositus Vineæ uocatus fuit Beringerus, factusq; est anno Christi 1094. prælatus. Tandem nostro æuo abbas Geruicus impetrauit à Romano pontifice infulam.

Rauenspurgum.




EST Rauenspurgũ oppidũ imperiale, quod quidam olim tempore Caroli magni Grauenspurgum, quasi comitis burgum, uocatum asserunt, abiectaq; prima litera ex Grauenspurgo factum est Rauenspurgũ. Est oppidum satis elegans, pulchris ornatum ædificijs, situm in ualle admodũ amœna & habẽs à tergo, hoc est, ad ortum, montem uitiferum. Inter ciues multi sunt patricij, multi item mercatores. In mõte incumbente ciuitati, sita est arx peruetusta, extructa ante 1200. annos à Saturnino quodã procere Sueuiæ, quam hodie montem sancti Viti appellant, ubi aliquando duces Sueuiæ curiã suam habuerunt, præsertim dux Hiltprandus, pater S. Hildegardis, uxoris Caroli magni. Sunt & ruinæ cuiusdam castri non multum distantis à monte sancti Viti, cuius uocabulũ est, im Hasloch, ubi aiunt natum Fridericum Barbarossam. Ad occidentẽ huius ciuitatis & ad iactum lapidis est monasterium aliud præter Vineam, ordinis Præmonstratensiũ, dictum Alba augia, quod aiunt fundatum sub Ottone primo, à comite quodam Habspurgensi, fuitq; anno Christi 1115. primus in eo designatus præpositus Hermannus, ac deinde anno 1257. ex præpositura facta abbatia. Amnis Schuss alluit ferè hoc monasteriũ, originẽ ducens non longe supra cœnobium Schussenried, & infra oppidum Buchorn prope uillã Erisskilch absumitur à lacu Podamico.

Buyſſenaw.


Wangen.

OPpidum istud nõ admodum magnũ est subiectum imperio, habetq; suam iurisditionẽ & dominium extra mœnia ad unum miliare propagatũ. Habet denicq; pignoris loco ab imperio comitatum quendam Meglofs appellatum. Ciuium præcipuum studium consistit



consistit in falcibus fœnarijs cudendis & tela paranda. Telæ negociũ tam frequens hic est, ut cõmunibus annis distrahant pro 15. millib. florenorum telas, id quod mihi primores huius oppidi indicauerunt. Nec minus est negocium parandarũ falcium, quas in quadruplices formas distinguũt, uocantq; unum genus Lombardicũ, aliud Helueticũ, tertium dumarium & quartum Lotharingicũ. Distrahuntur enim in Longobardiã, Valesiam, uallem Pœninam, Franciam & Lotharingiam. Ager per circuitum oppidi istius est satis ferax frumenti, sicut & amnis præterfluens, Arg appellatus, est piscosus, exoneraturq; in lacum Podamicum. *Falces fœnariæ.*

Origo & successio nobilium Dapiferorum Waldpurgensium.



VNo miliario à Rauenspurg uersus Algoiã in culmine cuiusdã mõtis situm est castrum Waldpurg, unde barones Dapiferi dicti, uulgo Trucheſſen, denominationẽ acceperunt. Deducũt originem à Gebhardo quodam insigni uiro, qui olim Rumeli ducis Sueuiæ, tempore Constantini Imperatoris, fidelis minister fuit, ab eoq; donatus arce Waldpurg & adiacente terra. Recepit quoq; ab eodm duce clypeum cæruleo colore pictũ, iniectis tribus pini coniferis & aureis glandibus: ipse autem atq; omnes eius successores cõstituti sunt Dapiferi ducis Sueuiæ, appellati Dapiferi à Waldpurg. Fit apud historicos mentio Waldpurgensiũ baronũ anno Christi 801. quando Carolus magnus adhuc inter mortales egit, & item anno Christi 954. tẽpore Ottonis primi. Anno Christi 996. Fridericus dominus in Than & Dapifer in Waldpurg, fuit in quinto torneamento Brunsuici celebrato. Anno Christi 1100. sub Henrico quinto uixit Wernherus comes in Than & Dapifer in Waldpurg.

Wernherus { Cono aut Cuno instaurator monasterij Vineæ.
Fridericus à Than, pincerna in Winterstetten.
Gebhardus, cuius uxor Ella comitissa Rauensburgensis.

Ab his descenderunt omnes Dapiferi & Waldpurgenses.

Anno Christi 1208. fuit apud Philippũ regem Rom. Henricus Dapifer, quum rex ipse ab Ottone palatino in ciuitate Bambergensi occideretur. Nam cum rex Philippus filiam suam eidem Ottoni ab Witlispach dare nollet propter homicidij scelus in familiarẽ quendam ducis Bauariæ ab eo perpetratũ, ille temporis & loci opportunitatẽ nactus, gladium in regis collum in cubiculo uibrauit, atq; organicã abscidit uenam. Perterritus tamen clamore Henrici de Waldpurg Dapiferi, qui tum solus cum Conrado episcopo Spirensi intra cubiculi secreta manebat, ictum semiplenum ducens, manu titubabat, sicq; uulnus paruũ, licet mortiferũ infligebat. Dapifer crudele facinus uidens, clamore simul & pauore irriguit, atq; fores cubiculi, ne truculẽtus homo clanculum effugeret, repagulis firmare festinabat. Quod latro perpendens, retrorsum conuersus uibrato in maxillam obstantis gladio ictum dedit, illoq; in præceps ruente, ruptis cameræ repagulis prosilijt, & antequã res ipsa curialibus innotesceret, cõscensis equis quos prius parauerat, extra ciuitatẽ cum suis celerius aufugit. Quo extra palatium prosiliente, suborit clamor extemplo, fitq; concursus ad cubile regis, & inueniunt regem sanguine suo uolutatum in pauimento mortuum iacentem. Nam accepto uulnere parum progressus concidit in terram mortuusq; est. Fuit autem Otto homicida postmodum à Philippi regis Maresciallo propter tanti sceleris nefas haud procul à Ratispona urbe occisus, pœnam quam meruit criminis condignam recipiendo. Genealogiam huius Ottonis habes infra in Bauaria. Anno 1268. fuit Dapifer quidam à Waldpurg nomine Henricus apud ducem Conradinum, missusq; est post ducis inter- *Egregium facinus Henrici Dapiferi.* *Otto homicida interfectus.*



cis interfectionẽ ad Petrum regem Aragonię ut ad illum perferret anulũ eius atq; indicaret miserũ ducis interitũ. Tunc rex Petrus uicissim dedit Hẽrico huic insignia ducum Sucuiæ, nempe tres nigros leones, quos Waldpurgenses barones in hunc usq; diem habent pro insignijs. Anno Christi 1306. emit Ioannes Truchses à comitibus Henrico de Veringẽ & Eberhardo de Nellenburg consanguineis suis proprietatẽ arcis Truchpurg, quam antea per modum feudi ab eis habuerat, unà cum aduocatia & præfecturę in Isna iurisditione, pro 190. marcis argenti Clara uero comitissa à Neifen uxor eius, attulit ei dominium Wolfeck & oppidũ Wurtzach. Anno 1350 mortuus est abbas & totus cõuentus monasterij Isnensis (putant uenenosum insectũ aliquot, nempe bufonẽ, incidisse in ollam unde monachi comederint) tunc Otto Dapifer instituit parochũ ciuitatis in abbatem, uestiuitq; habitu monastico. Anno 1386. ciuitas Ysnensis liberata est à iurisditione Dapiferorũ, ob mulieris diffidentiã, sicut paulo pòst dicemus. Eodem tẽpore Ioannes Dapifer, sacri imperij per Sueuiam præfectus, ducta uxore comitissa de Zili maximã ab illa recepit dotem. Vnde & pignoris loco obtinuit hæc quinq; oppida Waldsee, Riedlingen, Sulgow, Mengen, Munderkingen, & castrum Bussen. Et licet nullam sustulerit ab uxore sua prolem, nihilominus illa uniuersam dotẽ marito testata est. Ducta deinde alia uxore, multos ab ea sustulit liberos, mortuusq; est anno 1403. & sepultus Ysnæ in monasterio apud patres suos. Ab eo deducam nunc genealogiam.

Oppida Dapiferorum.

- Ioannes Dapifer
  - Iacob⁹ au reus eques
    - Georgius Dapifer
  - Eberhardus comes Sonnẽbergens.
    - Andreas Eberhardus
      - Georgius Dapifer
      - Ioannes Truchsess
        - Christophorus
          - Georgius
          - Ioannes
        - Georgius
        - Ioannes
    - Ioannes, hic extruxit Wolfeck
    - Otto episcopus Constantiensis
  - Fridericus Teutonicus miles
    - Wilhelmus senior
      - Iacobus obijt sine prole anno 1505.
      - Christophorus mortuus in Tuneti bello
      - Iacobus mortuus anno 1542.
    - Wilhelmus iunior
    - Otto episc. Augustanus & Card.
      - Iacobus Dolę captus
      - Vdalrichus
      - Ludouicus
      - Georgius
      - Henricus

Mortuo Ioãne Dapifero, filius eius primogenitus Iacobus successit patri in ditione. ac ceptis q; 35. millib. florenorũ profectus est ad terrã sanctã, unde aureus eques seu miles est appellatus. Mortuus autem est anno 1460. Ysnæ sepultus. Eberhardus frater eius emit comitatũ Sonnenbergensem atq; oppidum Scher & comitatũ Fridberg. Non tamen diu retinuit comitatũ priorẽ. Nam Sigismundus princeps Austriæ arrogato Sonnenbergo numerauit Eberhardo comiti 35000. florenorũ. Mortuus est deinde anno 1479. sepultus in oppido Scher. Ioannes Dapifer filius Iacobi militis aurei primũ fuit præfectus imperij in Sueuia, ac deinde translata præfectura ad domum Austriæ factus est præfectus in Sueuia nomine domus Austrię. Andreas comes Sonnẽbergens. cœpit ędificare anno Christi 1486. arcem prope oppidũ Scher. Cumq; idem comes 1511. in Maio à uenatione rediret, Felix comes Werdenbergensis armatus inermẽ Sonnenbergensem in loco cãpestri inter Mengen & Riedlingen inuadens, crudeliter occidit. Quærentes aũt propinqui eius, Iohannes, Wilhelmus qui filiam eius uxorem habuit, & Georgius à Waldpurg, ulcisci innocentem mortem, frustra sollicitarunt regem Maximilianũ, plus æquo (ut actores querebantẽ) Felici fauentem. Georgius Ioannis Dapiferi filius, ducens uxorem filiam comitis Ioannis à Sonnenberg, acquisiuit per eam dominiũ Wolffeck. Is fuit in bello rusticorũ summus dux militiæ, interfecitq; plurimos rusticos præsidio exercitus Sueuicę ligæ. Deinde factus est Ferdinandi ducis Austriæ locumtenens in Wirtenbergensi ditione, mortuus Stuckgardiæ anno 1531. sepultus in Waldsee. Is emit à Wilhelmo archidapifero aliam medietatẽ quam ille habuit in

Comes interfecit comitem.

buit in caſtro Waldpurg pro 12. millibus florenorũ. Obtinuit quoque præfecturã ſeu aduocatiam Sueuiæ per modũ impignorationis pro 50000. florenis. Chriſtophorus Wilhelmi Dapiferi primogenitus reuerſus ex bello Thunetano, cœpit egrotare in Lõgobardia, mortuusq; Papię eſt ſepultus. Iacobus Dapifer, filius Georgij baronis à Waldpurg captus fuit Dolæ in Gymnaſio per Thomam à Roſenberg, claraq; die per 12. equos è ciuitate eductus atq; quinq; annis in captiuitate detentus, tandemq; octo millibus aureorũ liberatus. Mortuus eſt anno 1536. quum ex bello Marſiliano domũ repeteret, infirmatus in mari mediterraneo & Sauonæ ſepultus. Iacobus Dapifer, filius Wilhelmi ſenioris mortuus eſt anno Chriſti 1542. in profectione contra Turcam.

Yſna.



HAbet ciuitas iſta nomẽ hoc ab amne Yſnę præterfluente, facta q; eſt ex uilla ciuitas iuxta monaſteriũ ord. ſancti Benedicti, quod olim comites Veringenſes fundauerũt. Mortuis autem comitibus Veringenſibus ſine uirili ſucceſſione, uenit oppidum Yſnę iure hæreditatis ad dominium Dapiferorũ à Waldpurg. Hi ergo quũ multis annis oppidũ ſubiectum habuiſſent, caſu quodã memorabili ciues ab eorũ iuriſdictione ſunt liberati. Siquidẽ anno Chriſti 1386. quũ Lupoldus dux Auſtriæ Suitenſes bello petere decreuiſſet, perſuaſit Ottonem Dapiferum à Waldpurg, ut aliquot equites in ſubſidiũ ſecum afferret. Rogauit præterea eum ut ad tempus numeraret ſtipendia cõductis equitibus, ipſe redditurus expẽſas tẽpore ſuo. Otto Dapifer confiſus de propinquo ſuo Ioanne Dapifero, quẽ ſciebat abundare pecunia, promiſit duci Lupoldo omnia quę poſtulauit. At uxor Ioãnis Dapiferi inuiſa Ottoni affini ſuo, obſtitit apud maritũ quo minus pecuniã Ottoni cõmodato daret. Quod uidens Otto, indignatus indicauit Ioanni, ſe quicq; tentaturũ, quod illi & toti poſteritati eius ceſſurũ eſſet in graue diſpendium, recedensq; adijt ciues Yſnenſes, & accepit ab eis 8000. libras obolorũ Conſtantienſis monetæ, cum hac conditione: Si rediret ex bello, & ipſe aut poſteri ſui legitimi redderent infra certum tempus memoratas 8000. libras, non eſſent exempti à ſuo aut ſuorum hæredũ dominio. Sin ex bello non reuerteretur, aut pecunia à ſe nõ reſtitueret aut à ſui corporis heredibus in definito tempore, liberi eſſent à ſua iuriſdictione, poſſentq; quem uellent ſibi eligere dominũ. Deinde coacto in unũ pro uolũtate ducis Lupoldi equitatu, profectus eſt contra hoſtes ducis ſui Lupoldi atq; occumbens in bello nullum ex corpore ſuo reliquit uirile ſemen. Gauiſi itaq; Yſnenſes de ſua libertate, ſubiecerunt ſe imperio, non curantes Ioannem Dapiferũ, qui pecuniam negauerat Ottoni, & prẽter exceptionem iſtam hæres fuiſſet Yſnenſis oppidi. Retinuerunt tamen Dapiferi aduocatiã monaſterij Yſnenſis in hunc uſque diem. Ciuitate itaq; imperio incorporata, creuit & aucta eſt multum in hominibus & manſionibus. Habent ciues ibi magnũ negociũ cum lino & tela, ſicut & omnes ferè Algoiæ ciuitates, laborq; eorũ diſtrahit uſque ad Turcas. Ager huius oppidi ſicut & Campidonenſis, eſt multum agreſtis, ſed nihilo ſecius à natiuitate Chriſti inhabitatus & cultus à Romanis, id quod peruetuſtus lapis in monaſterio oſtendit, in quo ſic ſcriptum habetur: IMP. CAESAR L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHICVS MAXIMVS PONTIFEX MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET IMP. CAESAR MARCVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. E. VIAS ET PONTES RESTI. A CAMB. M. P. XI. Interpretatio: Imperator Cęſar Lucius Septimius Seuerus Pius Pertinax Auguſtus, Arabicus, Adiabenicus, Parthicus, maixmus pontifex, maximus tribunitiæ poteſtatis nonies, imperator duodecies, conſul bis, proconſul, pater patriæ: Et imperator Cæſar Marcus Aurelius, Antoninus Pius Auguſtus, tribunitiæ poteſtatis quater proconſul, Vias & pontes reſtituerunt à Cambidono millibus paſſuum undecim.

Liberatur Yſna à dominio Dapiferorum

Fundatio monasterij Yßnensis. Fundatio monasterij Ysnensis, quæ mihi anno Christi 1546. quum locũ illum adijssem exhibita est, ostendit, quòd in uilla Ysnæ anno Christi 1042. ecclesia ab Eberhardo episcopo Constantiensi ad instantiam Wolfradi comitis Veringensis & Hiltrudæ uxoris eius constructa est, & postea anno 1096. à Manigoldo dicti Eberhardi fratre comite Veringensi dotata & pro abbatia erecta. Confirmauit deinde anno 1106. Henricus 5. illam fundationem

Campidona, uulgo Kempten.



Hyllamõt arx.

Est oppidũ istud peruetustũ, quod ante Christum natum appellatũ fuit, ut aliqui scribũt, Vermeta, deinde Tretica, tertio Vertica & ultimo Campidona. Habuit etiam uetustũ castrum montanũ Hyllamont appellatum, quod olim inhabitarunt quidam duces Sueuiæ, præsertim Esnerius, qui ad fidem Christi fuit cõuersus. Deinde post eum atq; ex semine eius nati sunt dux Gotfridus, dux Hobingus Nebus, Imanus, Hildprãdus, qui potẽs factus est in Sueuia & Ylergoia. Sustulit ille ex Regarda uxore sua natione Bauara, in monte Andex filium Vlrichum nomine, qui postea factus fuit episcopus Lausanensis, & filiã nomine Hildegardim, quæ nupsit Carolo magno, genuitq; ei quatuor filios. Carolum, Pipinum, Lotharium Ludouicum & quatuor filias. Gertrudim, Gyselã, Berthã & Hildegardim. Habitauit dictus Hildprandus aliquando in Andex, aliquãdo iuxta Rauenspurgũ in monte sancti Viti, aliquãdo in Hyllamõr prope Campidonã, & filia eius Hildegardis consentiente marito, Carolo magno, fundauit monasteriũ Campidonense, contulitq; eidem comitatũ Hyllamont cum multis priuilegijs. Cæterum arx Hyllamont nostro tempore est diruta, uocaturq; Burghaldẽ, & est præruptus collis, mœnijs ciuitatis inclusus, cuius summitas magnã habet planiciẽ, quæ aliquot fortalicijs est munita, patetq; inde liber prospectus in omnem regionẽ. Ylerus quoq; piscosus fluuius alluit radicem huius collis atq; mœnia ciuitatis. Est proinde in memorato monasterio Campidonensi sepulta dicta imperatrix Hildegardis anno Christi 783. Et primus huius monasterij abbas fuit appellatus Amelgarius, aut potius Andegarius, ut habet fundatio. Postea assecuti sunt abbates titulum principum atq; inter quatuor abbates imperij numerati. Oppidum uero Campidonense longe postea imperio est subditum. Est autem satis bene munitum, habens populũ bellicosum, parunturq; ibi cultri optimi, multæ telæ, albi & cærulei coloris. Sciendũ quoque, Hildegardi fuisse sororẽ nomine Adelindim, quam duxit uxorẽ Otto comes de Kesselberg, cuius habitatio fuit in Blanckenthal prope Biberach, quæ Adelindis post sui mariti mortem fundauit monasterium Buchaw, quod situm est iuxta Buchamensem lacũ, non procul à Biberaco, in quod recipiuntur tantũ puellæ comitissæ & liberę, possuntq; pro uoluntate egredi & ducere maritos. Quomodo autẽ Hildegardis fauore & cõsensu Caroli magni mariti sui fundauerit monasteriũ Campidonense, atq; dotauerit comitatu Hyllamont, ostendunt literæ fundationis eiusdem monasterij, quæ adhuc in suo originali extant, mihiq; legendę exhibitæ sunt ab illustri uiro domino Wolfgango à Grinenstein, eiusdem monasterij abbate. Certe, ut uerum fatear, uetustiores literas ego in uita mea non uidi. Sonat autem fundatio in hunc modum: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Carolus diuina fauente clementia, Imperator Augustus. Si sanctam Dei ecclesiã digno magnitudinis nostræ munere sublimare, augmẽtare, atq; subuenire, ad æternã nostrã remunerationẽ & regni nostri stabilitatẽ prodesse confidimus, ideoq; nouerit omniũ sanctæ Dei ecclesiæ fidelium nostrorumq; præsentiũ scilicet & futurorũ solers industria, qualiter nos ob interuentũ sanctiss. patris nostri Adriani papę ac supplicem rogatum dilectæ coniugis nostræ Hildegardis, nec non propter nobilem & fidelẽ famulatum Ioannis Augiensis & sancti Galli reuerendi abbatis eiusdemq; episcopi Constantiensis precem,

Hildegardis fundat monasterium.

Ylerus.

Monasterium Buchaw.

Wolffgangus à Grienenstein

Literæ fundationis.

sis precem, ob meritum Rudangi Metensis episcopi & Stürmi Vuldensis abbatis seu cæterorum principum innumerabiliũ nobis assistentium, Andegariũ quendam nobilem magnę religionis uirum & primum Campidonensis cœnobij ad regularem disciplinã instructorem adsumpsimus & in eodem loco Campidonensi, qui ab eodẽ in honorẽ sanctæ Dei genetricis Marię constitutus est & situs in pago Ylergǒw, abbatẽ eum confirmamus & à papa Adriano in sancto die paschę consecratũ præciosissimis sanctorũ martyrũ Gordiani & Epimachi corporibus donatũ in suam abbatiã honeste transmisimus. Sed quoniã prædicta coniunx nostra in eodem cœnobio locum sepulturæ se habiturã ordinauit, diuersis muneribus ditando, quicquid in pago Ilergǒwe & Augusgǒwe & Albgǒwe materna hæreditate legitime obtinuit, cum nostra potestatiua manu & imperiali largitione illuc tradidit & in proprium ius eiusdem monasterij transfudit & perpetualiter possidendũ sicut in alio breui continetur donauit. Nos igitur eundem locum, utpote de nostro & in nostro fundatum ac dotatũ, in nostro nostrorumq; successorũ mundiburdio siue defensione fore constituentes, per nostrę autoritatis munitionem confirmamus, & præcipimus ut nullus publicus iudex neq; dux, neq; comes aut quislibet ex iudiciaria potestate uillas, curias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memorato monasterio præsenti tempore subiacentes &c. *Et in fine sic concluditur:* Quod ut uerius credatur & omni tempore incorruptum habeatur, manu propria roborãtes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri, l.u.s.s.q.m.u.s.

Signum domini Caroli Serenissimi Imperatoris Augusti.



Amelbertus Cancellarius ad uicem Luperti Archicancellarij recognoui.

Data ab incarnatione domini D. CC. LXXIII. inditione X I. anno uero regni pissimi Caroli VI. imperij primo. Actum Romæ in sancto die paschæ in ecclesia sancti Petri coram Adriano papa & multis alijs principibus in Dei nomine feliciter Amen.

Memmingen.

OPpidum istud imperiale est elegans & munitum, olim Grien werd appellatum. Habet rempublicam & mercatores diuites. Perfluit ipsum riuulus quidam aquæ fontanæ, qui nunquam hyeme frigore rigescit. Situs ciuitatis est ualde amœnus, licet uersus meridiẽ habeat amplum locum palustrem, ciuitatem ab ea plaga munitiorem reddentem. Parantur ibi uaria telarum & byssorũ genera, quæ ex lino & gossipio conficiuntur, & ferè omnes ciues huic unico studio & labori incumbunt, indeq; annuatim ingentem pecunię lucrifaciunt summam. Inueniunt plurimę monasteriorũ per circuitum ciuitatis fundationes, præsertim Ottenbeuren fundatum tempore Caroli magni per Cilacum comitem Ylergoiensem: Munchrot Præmonstratensis ordinis fundatum per ducees Teckenses, Ochsenhausen ord. sancti Benedicti, fundatum à dominis de Wolthartzschwendin, Wyblingen situm iuxta Ylerum fluuiũ, fundatũ per comites à Kirchberg. Item Buchsheim monasterium Carthusianũ, fundatum à nobilibus Ellerbachensibus. Castra uero in Ylerthal sita, sunt, Kronburg nobiliũ à Rechberg: Marstetten baronũ à Kunseck, Lautrach nobilium à Landaw: Eroltzheim nobilium de Eroltzheim: Klemũtz nobilium à Rechberg sicut & Aichach & Brandenburg. Item Dietenheim, Bellenberg, Wertingẽ, Zelb, Kirchperg castrum & oppidum, sita iuxta Ylerum. Defunctis autem comitibus à Kirchberg, peruenit comitatus ille ad principes Austriæ, qui deinde illum impignorauerunt Fuggeris.

Mindelheim.

IVxta amnem Mindel situm est oppidum Mindelheim, habitatio sanè amœna & pulchre culta, habens in monte propinquo arcem regalem, cuius sicut & oppidi domini sunt nobiles de Freundsperg. Anno 1263. est translatum per Swigerum equitem auratum Mindelbergensem monasterium Bedernoiense in oppidum Mindelheim. Deinde anno 1290. est idem monasterium monialium per Henricum dominum Mindelbergensem in possessionem traditum monachis Augustinensibus. Anno 1324. est arx

Mindelbergenſis deſtructa, ſicut & oppidum Mindelheim igne & rapina fuit deuaſtatum. Anno 1365. Waltherus Hochſchlitz de Kircheim apud Haldē factus eſt dominus in Mindelheim. Fuit quoque idem epiſcopus Auguſtanus, qui & anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono percuſſus iuxta Mindelheim interijt. Succeſſit illi in dominio Fridericus dux Teckenſis, extruxitq; arcem Mindelheimenſem in monte ſancti Georgij. Vſurpauit is ſibi multa dominia, cinxitq; obſidione Kauffbewern anno 1377. exactisq; uiginti annis quibus Mindelheimio præfuit, mortuus eſt anno 1389. Habuit uxorem Annā comitiſſam de Helffenſtein, & reliquit poſt ſe numeroſam prolem utriuſque ſexus, qui tamen omnes præter quaſdam filias ſine hæredibus mortui ſunt. Fridericus ſecundogenitus unà cum fratre Vdalricho præfuit poſt patrem ditioni uiginti annis, mortuus anno 1413. Vdalrichus fundauit parochialem eccleſiam in Mindelheim anno 1409. mortuus anno 1432. Georgius alius filius primum factus eſt doctor & deinde prouincialis in ordine Augſtinenſiū. Ludouicus uero quintus filius, factus eſt patriarcha Aquileienſis, qui & ultimus fuit dux Teckenſis, unde mortuo fratre ſuo Vdalrico, ille ſicut & ſororū ſuarū filij, comites à Wertheim & Rechberg, hęreditario iure ſucceſſerunt ei in ditione. Mortuus autem fuit patriarcha in concilio Baſilienſi. Soror eius Guta nupſit Ioanni comiti à Wertheim. Et alia ſoror Irmēgardis nupſit Vito à Rehberg equiti aurato, & huius filius factus eſt dominus in Mindelheim, cuius genealogiam nunc ponam.

Duces Teckenſes.

Patriarcha mortuus Baſileæ.

- Georgius
  - Albertus
    - Vitus
      - Vitus
      - Georgius
      - Margaretha
      - Clara
    - Agnes
- Vitus à Rechberg, uxor ei⁹ Irmengardis ducissa Teckenſis
  - Bernhardus à Rechberg emit poſt mortem patriachę à cohæredibus ſuis ditionē iſtā anno 1444. dictus Vrſus.
    - Wolffgangus Canonicus
    - Georgius
      - Philippus
      - Anna
    - Vdalricus canonicus & doctor
    - Bernhardus
    - Bernhardus
    - Fridericus
  - Barbara. Hanc duxit uxorem Vdalricus à Freuntſperg, eques auratus, dux militaris & autor Sueuicæ ligę.
- Barbara
- Anna monialis

Vlrichus à Freundſperg emit unà cum fratre ſuo Iohanne, dominium Mindelheimenſe ab uxoris ſuæ fratribus anno Chriſti 1467. genuitq; idem Vlricus Georgiū à Freuntſperg qui fuit dominus in Mindelheim, Peterſsberg, & Stertzingen. Fuit etiam eques auratus & ſummus dux cæſarei exercitus in Italia, mortuus anno 1528. Caſpar uero filius eius dominus in Mindelheim, Peterſsberg & Stertzingen, Cæſareæ maieſtatis conſiliarius & dux exercitus imperatoris morbo in Italia correptus & domum reportatus, obijt in Mindelheim anno Chriſti 1536.

- Caſpar
  - Georgius unicus hæres maſc.
  - Paula
  - Catarina
- Vlricus à Freuntſperg
  - Georgius
    - Georgius Philip.
    - Baltaſar
    - Catarina
    - Barbara
  - Vlricus epiſcopus Tridētinus
  - Ioannes uir bellicoſus
  - Caſpar
  - Adam
  - Thomas
    - Anna
    - Irmegardis
    - Ioannes canonicus
    - Vlricus miles Teutonicus
    - Chriſtophorus
    - Thomas

Ex omnibus

Ex omnibus illis perſonis maſc. ſexus, nemo hodie ſupereſt præter unum Georgiũ Caſparis filium, qui anno Chriſti 1546. quum in Mindelheimenſi arce eſſem, materq; eius domina Margaretha à Freundſperg, libera à Firmian, me humaniter excepiſſet & genelogiã iſtam cõmunicaſſet, fuit annorũ circiter tredecim. De magnificis geſtis aui & patris eius non eſt ut hic quicquam ſcribam, notiora ſunt facta eorum quàm ut hic illa cõmemorem. Cæterum Freundſperg eſt caſtrum prope Schwatz in Atheſina regione, cui hodie principes Auſtriæ imperant.

Burgaw.

A Biſto oppido quod ſitum eſt iuxta fluuiũ Mindel, denominationem accepit totus marchionatus Burgawenſis, fuitq; olim in eo magna familia, quæ etiam principum gradum & dignitatẽ obtinuerat, ſed mortui ſunt omnes, paretq; regio hodie domui Auſtrię. Patet in longũ & latum 8. miliaribus. Vltimus marchio eius appellatus fuit Henricus, mortuus anno Chriſti 1283. & ſepultus in monaſterio Wertenhauſen, quod antea circa annum Chriſti 983. fundauerant Conradus & Wernherus comites à Rockenſtein. Incipit hic marchionatus apud Auguſtã, nempe à fluuiolo Hertẽbach, qui haud procul à patibulo Auguſtano labit in fluuiũ Wertach, continetq; oppida & monaſteria, præſertim Wetenhauſen, Knöringen, Ietingen, Reiſenſpurg &c. Porro ditio Reiſchnawſira in marchionatu Burgawẽſi, incipit uno miliario ab Auguſta, habetq; hæc loca: Fiſchach, Ziematzhauſen, Zuſmarſhauſen, Seiferſperg, Walleshauſen, Tierdorff, Geſterhauſen, Raitenbach monaſteriũ, Schönfeld etiam monaſteriũ, Vſterbach, Dinckelſcherben, Aurbach &c. Defecerũt multorũ comitũ & dominorũ familiæ in Algoia, quales ſunt marchiones Burgawenſes, comites à Schwabeck ſiue Baltz hauſen, marchiones à Ronſperg, comites à Zuſmeck, comites ab Eichelberg, domini à Seifritzberg, domini primi à Mindelberg &c. *Ditio Reiſchnaw.*

De regionibus Vinſtgöw, Finſtermintz, Inthal & Etſchland.

SVpra ciuitatẽ Curienſem incipit uallis Venuſta, germanicè Vinſtgöw, in qua epiſcopus Curienſis habet aliquos populos, ſummum autem imperiũ eſt principum Auſtriæ. Extenditur autem à Finſtermintz uſque ad oppidum Meronam, cuius longitudio eſt miliariorũ nouem & latitudo ſemis. Munſterthal in Vinſtgöw quoq; ſita, excurrit in longum ad duo miliaria & in latum ad dimidium. Sunt in ea caſtra Rodunt, Curberg, Liechtenberg, Spawrer: item Marieberg monaſteriũ, Annẽberg caſtrum, Dornſperg caſtrum, Meron oppidum, Tyrol regale caſtrum, Nuders uilla, Mals oppidum: In huius oppidi agro oritur Atheſis fluuius: Glurus oppidũ, Letſch, Schlis, Tertſch, Schluders, Prad, Vris, Kertſch. Item in Finſternmintz, Phuntz, Ried, Prutz &c. Diuidit autem Finſtermintz Vinſtgoiam & Inthal, in qua eſt caſtrum & clauſura dicta Landeck in ualle Matran, oppidum eſt epiſcopi Brixienſis. Stalla uilla, ubi merces deponuntur & rurſum imponuntur. Inſprugk oppidum & caſtrum, ubi camera & perlamentũ eſt comitatus Tirolenſis & ſuperiorũ regionũ Auſtriacarũ: Hall ciuitas, Mulbach non procul ab Inſprugk ubi fiunt optima armamenta & ferrea indumenta. Item in Lefetſch prope Hall ubi minera eſt metallica. Item Sigmundsburg caſtrum, Nazareth oppidum non muratum ſicut & Wylti: Stambs monaſterium Ciſtertienſe diſtans quatuor miliaribus ab Inſprugk, ubi ſepultura eſt principum Auſtrię. Hall ciuitas & caſtrum ubi plurimum coquitur ſalis & multi cuduntur cruciferi. In monte Brenner multæ conſtructæ ſunt uillæ & oppidum Goſſo, ubi bonum inuenitur metallum. Item Stertzing oppidulum, ubi diues uena eſt metalli, & ubi boni cuduntur cultri, enſes & laminæ. In Munſterthal eſt caſtrum Reichenberg, quod aliquando fuit comitum de Metſch, item caſtrum dictum, Iuuet me Deus. Metſch uilla & caſtrum, Algund uilla & caſtrum, Laſshat &cæt. Hic in multis locis plurimi inueniuntur ſtrumoſi homines. Potzen ciuitas & iuxta eam duo caſtra: Tramin uilla magna & iuxta eam Firmian caſtrum, Newmarckt, ſanctus Michaël &cæt. Brixia ciuitas & caſtrum, Bruneck oppidum & caſtrum epiſcopi Brixienſis. Tridentum ciuitas & caſtrum, pro media parte ducum Auſtriæ, & pro alia parte epiſcopi Tridentini. Item Setzthal, ubi quatuor inueniuntur parochiæ & multæ uillæ, oritur quoque ibi Atheſis ex Grauen-

Vinſtgöw.

Münſterthal.

Enipons.

Minera ſalis.

Potzen.

Tridentum.

ſi lacu uno miliario ſupra Mals. Atheſina regio à Merona uſque Tridentum habet in
Inthal. longitudine decem miliaria & in latiudine unum miliare. Inthal uero incipit in Finſter-
muntz & extẽditur iuxta Rotenburg ad 18. miliaria, in latitudine uero habet unum milia-
Finſtermüntz. re. Finſtermuntz habet longitudinem unius miliarij, latitudo uero complectitur tranſi-
tum currus, pertingitq; ad Engedin, Inthal & Etſchland & ad montes. Eſt rudis & aſpe-
Engedin. ra terra in qua nihil creſcit, habetq; multos latrones. Engedin extenditur ſecundum lon
gum ad ſeptem miliaria, & ſecundum latum ad dimidiũ miliare, plus minùſue, agnoſcitq;
epiſcopum Curienſem dominum. Non creſcit in ea ullum frumentum niſi æſtiuum hor-
deum & fœnum: habentq; cultores multa pecora, bonas uillas, bellicoſam gentem ſed fu-
racem, utunturq; magis Longobardica quàm Germanica lingua. Extenditur ad eam regio
Veltlin & montana Inthal, Atheſis & Lechthal, Vinſtgow & Munſterthal atque Stan-
tzerthal. Item Kunterſweg excurrit à Potzen uſque ad Brixiam ſex miliaribus, latitu-
do autem eius modica eſt. A Merona uſque ad Stertzingen ad tria miliaria extenditur
Paſſerthal, in latitudine uero anguſta eſt, habetq; hordeum, fœnum, nuces, uinum & po-
ma. Eſt & alia uallis quæ uocatur Stantzerthal, quæ in longitudinem patet ad duo milia-
ria, creſcitq; in ea ſiligo, hordeum & auena, poma & ſimilia. Vallis Munſterthal habet in
longitudine duo aut tria miliaria, attingitq; Atheſinam regionem, ducatum Mediolanen-
ſem. Engedinam, in latitudine eſt anguſta. Porro Vinſtgow incipit à Gluro & termina-
tur ad Meronam, habens in longitudine ſex miliaria. abundatq; omnibus bonis, uino op-
Malſerheid. timo, piſcibus, uenationibus, pomis &c. Malſerheid incipit à Maltz & extenditur in
longum quatuor miliaribus uſque ad Finſtermuntz, in latitudine habet duntaxat dimi-
dium miliare. Superior Engedina habet tria milliaria, cuius extemitates ſunt Punthalt
& Syls, ubi Enus è lacu originem ducit. Alia uero Engedina à Sarnetz uſque Nuders
patet longitudine quatuor miliariorum, at in latum eſt anguſta. Omitto hic multas alias
ualles, ut ſunt Paſtklaff, Schams regio rupibus clauſa, Schopina in qua Furſtnaw, Gra-
uenſtein, Klifen, Pargell, Sunetag, Rheinwald, in qua ualle Rhenus originem ſumit.
Mons Neanis Item mons Neanis uulgo Nanſsberg diſtans tribus miliaribus à Tridento, in quo inueni-
fertiliſimus. untur 350. uillæ. 24. parochiales eccleſiæ & 32. caſtra. Creſcunt in hoc monte omnia quibus
utitur humana uita prẽter ſal & aromata. Agnoſcunt habitatores partim principes Au-
ſtrię dominos, partim epiſcopum Tridentinum. Extenditur hic mons in longum undecim
miliaribus & tribus in latum. Ibi inueniuntur uinum, frumentum, aqua, piſces, aues, ibi-
ces, capricorni, mures montani, pecora, caſei, butyrum, prata & agri, ſyluę montanæ, po-
ma, nuces, aurum, argentum, plumbum, ſtannum & ferrum.

Schwatz.

IN comitatu Tirolenſi exorta eſt noſtro ferè tempore uilla quędam magna, Schwatz
nomine, ubi in Falckenſtein & Erbſtollen incredibilis theſaurus argẽti & æris ſine ceſ-
ſatione, die noctuq; per multa millia hominũ metallicę rei operam dantiũ eruitur, tun-
ditur & conflatur. Cœpta eſt hęc argentifodina ante centũ annos, fuitq; tunc fundus
ille nobilium de Freundſperg. Sed quàm primum innotuit principibus terræ, in uiſceribus




illius terræ tantũ latere theſaurũ, ilico per Sigiſmũ dum ducem Auſtriæ, tunc Tyroli præſidentẽ prędium illud & totus fundus ille p commutationem quandam ad domum Auſtriæ translatus & tractus eſt.

Idem

Idem princeps anno Christi 1449. condidit primas leges priuilegiorũ & ordinationũ, quę facere uidebantur ad accelerationem & effossionem latentis in terra thesauri. Effodiuntur quoq; ibi cum metallis nobiles quidam lapides, potissimũ Magnes & Malachites. Et docti asserunt Malachitẽ tam efficacem in sua operatione esse, ut nõ cedat lapidi Cyanæo, quem uulgo Türckisch appellant.

DE SVEVIA ET EIVS PRÆCIPUIS CIUITATIBUS, OPPIDIS, DITIONIBUS, & terrę fertilitate.



Dicta est Sueuia à Sueuis populis, qui ex ea Scythiæ parte quæ hodie Liuonia & Prussia, alijsq; Saxoniæ interioribus locis digressi, consederunt in ea parte quæ prius Alemannia fuit nominata, duobus clarissimis fluminibus Rheno & Danubio irrigata, quorum alter modico flexu in occidentem, oceano septentrionali mittetur. Hic è diuerso in orientẽ per innumeras gentes uolutatus, Pontum influit. Terra partim plana, partim montosa: ager regionis fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter si quid aut lacus aut montes aut syluæ occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti uenatio frequens, aucupiũ peculiare, frumentorũ abundantia, pecorũ magna uis. Conualles plurimæ perennibus riuis clarissimæ: undiq; amnes procurrunt, qui se uniuersi in Rhenũ & Danubium exonerant, idq; experimento cõpertum est, mirabile dictu, quòd amnes quicq; ex uno etiam aliquando scaturientes fonte, si Danubio influunt, anguillis carent: Si uero Rheno illabuntur, anguillas nutriunt. Tota insuper regio salubritate gaudens, celebratissimis urbibus, uicis & castellis referta: arces excelsæ, natura & arte munitæ, & quæ ad Christianam religionem spectant, pulcherrimis ac ditissimis templis, collegijs, monasterijs uariorum ordinum, sexus utriusq;, basilicis parochialibusq; ecclesijs exornata. Circa montes ferrum, argentum, ac metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax & bellicosa, procera corpore, flauo crine, uenusta facie & decora, ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorũ à Plutarcho dicta. Fuit hæc natio ante Bauaros, Saxones & Frãcones. Vnde uero habuerit Sueuiæ nomen, incertum est, quum historici hic inter se dissentiant. Berosus scribit Tuisconem, à quo Teutones descenderunt, inter multos filios unum habuisse nomine

Fertilitas Sueuiæ agri.

Sueui omnib. antiquiores.

nomine Sueuum, à quo Sueui nati putant. Alij deducunt nomen à Sueuo fluuio, qui Pruſſiam à Lithuanis ſecundum quoſdã diſcriminat, aut ſecundũ alios hic eſt hodie Odera fluuius, quem alij Viadrum appellant. Sunt etiam qui putant nationi huic nomen iſtud relicium à monte Sueuo, quem ueteres in interiori Saxonia poſuerunt. Produnt inſuper hiſtoriæ, in Teutonia olim imperaſſe regẽ Sueuũ nomine, eo ſcilicet tẽpore, quando Balleus imperauit Babyloniis, quod duobus millibus annorũ fuit ante Chriſtum natum, quem puto fuiſſe Tuiſconis filium, cuius iam mentionẽ fecimus. Sed quæſtio eſt, ubinam Sueui tempore natiuitatis Chriſti habitauerint, in interioribus Saxoniæ aut in ſuperiori Germaniæ? Et quidem hiſtoriæ aſſerũt, Druſum Auguſti priuignũ, Germanos acriter impugnaſſe præſertim quum Tencteros, Cattos & Marcomannos domaſſet, tunc quoq; ſimul Cheruſcos, Sicambros & Sueuos inuaſit. Conſtat autẽ Sicambros habitaſſe infra Coloniã iuxta Rhenum, ergo Sueui non uidentur longe illis abfuiſſe. Produnt quoq; hiſtoriæ, Iulium Cæſarem duos ſuper Rhenum conſtruxiſſe pontes, unum apud Vbios, id eſt, Colonienſes, & alterũ apud Menapios ſiue Geldros, quo Sueuos traiecto Rheno affligere poſſet. Plinius quoq; dicit Teutones olim diuiſos in quinq; genera, inter quæ unum fuit Hermionũ, ad quos ſpectabant Sueui, Hermanduri, Catti & Cheruſci. Multis autem perſuaſum eſt, Cheruſcos olim habitaſſe iuxta Albim, Cattosq; fuiſſe Haſſones. Et cum utriq; in inferiori Germania habitauerint, conſequens uidetur quòd Sueui Saxoniæ partes tunc incoluerint, id quod Ptolemæus & Strabo expreſſis teſtãtur uerbis, Sueuos ſuis temporibus Albis fuiſſe accolas. Commemorant quoque quędam hiſtoriæ, Druſum & Auguſtum Sueuos ab Albi ad Danubium, ubi facilius eos compeſcerent, abegiſſe. Alij uero uolunt, olim totam ferè Germaniam occupatam fuiſſe à Sueuis, & quòd per Sueuos accepti fuerint Germani, quibus facile crederem, ſi non tot populi è regione Sueuorum à ueteribus recenſerentur. Quicquid de hac re ſit, hoc certum eſt, Sueuos & Alemannos, quum olim ad Danubij originem uenirent, latiſſime propagaſſe habitationem ſuam, in multoſq; diſſeminatos populos. Hinc enim originem duxiſſe uidentur Briſgoij, habitatores Nigrę ſyluæ, Hegoij, Eregoij, uſque Tigurenſes, Algoij, Lechgoij, habitatores lacus Podamici, Wirtenbergenſes, Kreichgoij, Marchionenſes, Rheti iuxta Nörlingen, &c.

Vbi Sueuorum olim habitatio

Plinius de Sueuis.

Situs Sueuiæ & uaria eius habitudo.

REgio Sueuiæ partim eſt plana & partim montoſa. Eſt ſatis fertilis nec habet locum aliquem ocioſum ut iam diximus. Per ualles eius fluunt commodiſſimi amnes. Habet ſalubrem aẽrem, cultaq; eſt plurimis ciuitatibus, oppidis, caſtris & uillis. Caſtra ferè omnia in montibus ſita inueniuntur, arte & natura munita. In hac regiome oritur Danubius ſeu Iſter celeberrimum Europæ totius flumen, diuiditq; Sueuiam in duas partes. Superior & quæ meridiem reſpicit, uocata fuit olim Rhetia & Vindelicia. Rhetia inferior & ſuperior complectitur lacum Podamicum, Algoiam, Curienſes montes, ubi in ſummis alpibus Rhenus originẽ ſumit, uoluiturq; per ſaxa & montium anguſtias, quouſq; ingreditur amœniſſimum lacum Conſtantienſem. Danubius uero ab occiduo fluit in orientem, primo lentus, deinde auctus ſexaginta fluminibus, clariſſimas gentes alluens, tandem ſeptem oſtijs mare Ponticum ingreditur. Fons Danubij eſt haud procul à Furſtenberg in uilla Don Eſchingen, cui loco à Danubio nomen inditũ putant multi. Gleba utriuſque ripę eſt ſalebroſa & horrida, quæ nullũ aut acetoſum profert uinum uſq; ad Auſtriã, ubi iuxta decurſum Danubij optimũ creſcit uinum. Alia uero copioſe creſcunt iuxta hunc fluuium. Vbi Sueuia terminatur ad Nigram ſyluam, ibi terra eſt amara, & niſi antea exuratur nullum profert fructum. Difficulter quoque plantantur ibi in uallibus arbores pomiferæ. At paſcua eſt optimum & præpingue. Miniſterio Danubij deducunt ex Nigra ſylua rates procerarum arborũ, quæ ad conſtruendũ domos neceſſariæ ſunt, in Bauariã & Auſtriã. A fonte Danubij uſq; Vlmam terra ultra citraq; fluuiũ eſt montoſa, & habet multos pagos, qui & diuerſa habẽt nomina. Iuxta oppidũ Mengen appellat Scher, id eſt Forceps, cui ſuccedit iuxta decurſum fluminis, Alb. Albã apprehẽdit Albuch, tandemq; ſequitur Hertfeld, id eſt, durus campus, de quibus paulo pòſt dicam. In regione Alb, quę reliqua terra altior & ob id frigidior eſt, magna eſt planicies fundusq; petroſus: eſt etiã ibi in multis locis penuria aquæ. Habitatores eius magno ſudore eliciũt panẽ ex terra.

Danubij fluuius.

Terræ Danubio adiacentes

Siquidem

Siquidem agri tam duri & petrosi sunt, ut uix octo aut nouem boues aratrum trahere possint. Caterum Neccarus (apud ueteres Nicrus) qui ex Nigra sylua quoque originem ducit, deuolutus ad oppida Horb, Rotenburg, Thubingam &c. reddit agros illorum ualde fœcundos, ut in plerisq; locis crescat uinum in utraq; eius ripa, nempe in dictis locis, & in Eslingen, Stuckgardia, Heltbrunna, Wimpina & Heidelberga.

De quibusdam pagis Sueuicæ nationis, qui tamen nostro æuo alia habent quàm olim nomina.

Pagus Albensis, uulgo Alb.

EST pagus iste Albensis, terra aspera & dura, sed quæ multum producit frumẽtum, hordeum & auenã, at non sine magno sudore. Nam instituuntur plerunq; ad unum aratrum sex aut septem paria boum & duo equi. Terra alioquin nõ est mala, quum abundet iumentis, pascuis, ouibus, lignis, uenationibus & alijs rebus. Caret uino proprio, nec habet copiam aquæ, nisi quæ desuper uenit. Oppida & castra in ista regione sunt, Rauenstein, quod est castrum nobilũ de Rehberg, diuidens Albam & Albuch, Gamertingen oppidulũ & castrum Hetingen oppidum & castrũ, Balingen, Münsingen, Veringen, ubi olim fuit comitatus, Trochtelfingen, Melchingen, Iungnaw, Albeck, Westerstetten, Blawbeuren, Hohen Zollern, Rotenburg, Ehingen, apud Neccarũ, Schelcklingen, oppidum & castrum, Zweifalten monasterium. *Veringensis comitatus.*

Pagus Forcipensis, uulgo Scher.

PAgus iste non minus quàm præcedens horrida est regio & mõtana, confinis priori pago. Producit tamen satis frumẽti, abundat lignis, pascuis, ouibus & bobus iugalibus. Nullum in ea crescit uinum, nec abundat aqua, nisi quantũ Danubius, nix & pluuia suppeditant. Habet multa castra & uillas. Oppidũ uero & castrũ Scher, iuxta Danubium & haud procul ab oppido Mengen sita, quorũ dominus est Wilhelmus Dapifer à Waldpurg, habet fundum fertilem. Fuit hoc oppidũ olim impignoratũ per principes Austriæ nobilibus à Stein, ac deinde in ius propriũ emptum. Tandem uero fuit uenditum comitibus à Sonnenberg, qui de genere Dapiferorũ à Waldpurg fuerunt. De quo & suprà in genealogia Dapiferorũ diximus. Circumluit hanc arcem Danubius peninsulamq; facit, in qua perhumaniter à generoso domino Wilhelmo fui aliquando tractatus. *Mengen.*

Pagus Albucensis uulgo Albuch.


NOn differt conditio huius pagi à prioribus pagis, quum & ipse sit petrosus, mõtanus & durus. Abundat syluis, lignis, iumentis, pascuis, ouibus, auibus, uenatione: sed parum habet frumenti atq; auenæ. Fluuius Brentz separat prope uillam Albuch pagum Albucensem ab Hertenfeld. Habet autẽ castra multa, nempe Laurerburg, Hohen Roden, Rosenstein, Bergen, Alten Rehberg, Wyssenstein oppidum & castrum, Bemkirch, Rauenstein, Einbach, Scharpffenberg, Wolrod & Welwart. Sunt hic & aliæ adhuc minores regiones, nempe Wellend, sylua Zehen, & Schwanfeld. *Brentz fluuius.*

Pagus dictus Hanenkam, uulgo Gallinacea crista.

REgio ista non differt à prioribus pagis, quum & ipsa sit mõtana & horrida, destituta uino proprio, etiamsi habeat frumentum, hordeum, auenam, iumenta, nemora, ligna, & oues. Habet agrum partim arenosum & partim palustrem seu cœnosum, terminaturq; ad Rhetiam Norlingensem, Danubiũ è regione oppidi Rain, & ad Hertenfeld. In oppido Monheim sunt sexaginta tres artifices, qui omnes acubus cudendis operã impendũt. Nec alterius artificij quisquã ibi est ciuis. In Heidenheim sunt duo monasteria, quæ instituit diuus Wunibaldus. In uno ipse fuit abbas & in altero soror eius Walpurgis abbatissa. Item Bappenheim oppidũ & castrum, sita in ripa Altmũl, quorũ domini sunt Marscalci de Bappenheim. Habet hæc regio & alia multa oppida atque castra, quorum *Magistri acuum.*

quorum quædam ſubiiciuntur marchioni Brandenburgenſi, quædam dominis Bauariæ, ali-
Keißheim. qua habẽt etiam priuatos nobiles dominos. Incipit regio iſta apud monaſteriũ Keiſsheim haud procul ab oppido Werdenſi iuxta uillam Buchdorff, & per tranſuerſum extenditur uerſus Monheim, Steinheim, Truhadingen, Funffſtett & Wolffſtatt.

Pagus Hertenfeldenſis, id eſt, durus campus.



EST regio iſta agreſtis, dura, montana, & ſqualida, caret uitibus & non abundat aqua, niſi quãtum habitatores ex niuibus & pluuijs colligunt in ciſternis. Congregant tamen multum frumenti, educant boues, equos & oues. Extenditur in longum ad quinq; miliaria & in latum ad tria. Apud Nereſsheim eſt monaſteriũ ord. ſancti Benedicti, quod fundauit Hartmãnus comes de Tillingẽ, propinquus ſancti Vdalrici. Comites Oetingenſes ſunt aduocati & defenſores eius. Habet regio iſta multa caſtra, inter quæ numerãtur Kockenburg, Kapfenburg, Ahelfingẽ, Schenckenſtein, Flochperg, Turneck, Maurẽ, Hohenburg, Tiemenſtein, Katzenſtein, Tetenſtein, Trogenhofen, Tyſchingen, Harburg &c. Brentz fluuius diſterminat hanc regionẽ ab Albuch.

Kochenthal, id eſt, Kochari uallis.

DEnominatur ſic uallis iſta à fluuio Kochen, eſtq; regio ſatis bona. Nam habet aues, piſces, uenationem, boues pro cultura terræ, pecora multa, frumentũ, auenam & poma. Spacio quinq; milliariorũ ab origine Kochen fluuij nullum creſcit uinum, uſque ad Geilndorff oppidum, Hallam Sueuicam, Konburg, Enſlingen, Geiſingen & uſque ad uallem Neccari, ubi Kochen amittit nomen ſuum, dimidio
Vinum Kochenicum. ſcilicet milliario infra Heilbrunnam. Eſt autem uinum Kochenicum paulo acidius. In ualle iſta inuenitur oppidũ unum aut alterũ imperiale, nempe Alen & Hall. Item Geilndorff oppidum & caſtrum, Limpurg oppidum & caſtrum, unde Pincernæ Limpurgenſes titulum habent. Konburg aliquando monaſterium, nunc autem collegium ſacerdotum, cuius fundatores fuerunt comites Rotenburgenſes iuxta Tuberum fluuium, Tierberg caſtrum comitũ ab Hohenloh ſicut & Ingoltingen. Item Steten, Nagelſperg, Vorchtenberg, Stockſtein caſtra &c.

Hall in Kochenthal.

EST ſylua quæ Francones à Sueuis diſterminat, cuis latitudo unius, longitudo autem trium dierum itinere uix conſummatur. Incipit ab Ottonis ſylua & aſcendit uſque quo Rhetiam Norlingenſem in latere tangat. Habet autem quaſi pro cuſtodia in hoc loco Sueuia duo propugnacula aduerſus Francos, oppidũ illuſtre Hal-
Fontes ſalis. lenſe, in quo ſunt fontes ſalis uberes, & extrà ager apricus. At ubi plus aſcenderis occurrit oppidum Dunckelſpuhel inſigne, cuius ager Rhetis eſt uicinus. Et licet ſylua hęc montoſa ſit & aſpera, paſcua temen habet & multa pecora, eſtq; pluribus locis pinifera, ex qua incolæ reſinam colligunt, & arborem pinum in uarios uſus ſcindunt. Et quanq; uaſta ſit ſylua, à latronibus tamen bene eſt cuſtodita. Habet Hallenſis ciuitas propriam monetã, ſed quæ non tranſit extra ditionem eius.

De

De ſale Hallenſi.

GErmania plurimum ſcatet aquis ſalſis, quarum aliquot fontes nobilibus oppidis decoros ob id Halas uocabulo à Græcis deducto noſtri denominant, ut eſt Hala Sueuiæ ad Cocharũ fluuium. Notandũ autem hic, duplex eſſe ſal, factitiũ & foſſile. Factitium fit uel ex aquis marinis, uel ex ſalſis fontanis coquitur: differtq; ſal à ſale primum in colore. Nam ſal foſſilis Sarmaticus eſt candidus, & ex factitijs noſtris, Luneburgenſis eſt candidiſſimus. At niger tantum eſt Noruegius is, qui coquitur in ferreis ollis, quo ruſtica plebs utitur. Secundo differt ſal à ſale facilitate translucida. Sal foſſilis magis quàm cæteri eſt compactus & durus, marinus uero & lacuſtris minus eſt compactus & durus & omnes iſti ſales graſſarum ſunt partium, contrà tenuium ex aqua ſalſi excocti. Sal Luneburgi & Halæ in Suæuia coctus, candidus eſt. *Sal foſſile & factitium*

Halla monomachiæ locus.



DEſignatus fuit olim locus ille Hallenſis pro iudicio eorum, qui diſſidio aliquo & ſimultate laborabant, cupiebantq; certamine publico & uictoria ipſa tueri & probare integritatem ſuam. Nam qui athleta euaſit, ille iudicio hominum inſons declarabatur. Permittebat autem huiuſmodi conflictus & duellum nobilibus, & his qui equeſtri erant præditi dignitate, ſi quando notam infamiæ inuſtã diluere cuperẽt, id fieret manifeſto uictoriæ indicio. Et ad huiuſmodi rei executionẽ, ſenatꝰ Hallẽſis ſua olim ab Imperatoribus & regibus accepit priuilegia & leges. Obſeruat aũt in eo experimento talis proceſſus. Quãdo duo nobiles inter ſe diſſidentes, gladio uolũt probare innocentiã ſuam, ſollicitant in primis ſenatum Hallenſem pro theatro & loco certaminis dando atq; pro publica dimicationis defenſione. Tunc ſenatus ſolet reſpondere in hunc modũ. Accepimus literas ueſtras & dolentes perpendimus animorũ ueſtrorum motum, conceptamq; altrinſecus ſimultatem: quare obſecramus, ſi fieri poteſt, ut ab hoc inſtituto ueſtro deſiſtatis, aliaq; cõmodiori uia diſſenſionẽ ueſtram componatis, à cruento duello abſtineatis, petitionemq; noſtram in hac re minime refutetis. Illis autẽ in ſuo propoſito perſeuerantibus, & rurſum ſenatum pro monomachię publico loco interpellantibus, reſcribere ſolet ſenatus ſub tali forma. Quoniam obſtinati perſeueratis in ueſtro propoſito, en conſtituimus uobis illum aut illum diem, in quo coram nobis cõpareatis. Parati enim ſumus audire cauſam ueſtrã æquis auribus. Comparentibus autem illis conſtituto die coram ſenatu, ſenatus auditis querelis eorum, nullum non mouet lapidem, quo illos diſſentientes ad unionẽ redigat. Quod ſi noluerint acquieſcere ſaniori conſilio, perſtiterintq; in primo propoſito, indicit illis ſenatus certũ diẽ in quo conueniant, exhibet theatrũ, pollicetq; defenſionẽ. Venientib. ergo partibus & adhuc monomachiã expetentibus, primo adiguntur ad iuramentũ, quo ſe *Proceſſus in duello.* *Conditiones monomachiæ.*

quo ſe obſtringunt certa die ſtare legibus monomachię,& ne quis plures perſonas aut maiorem comitatum ſecum in ciuitatem introducat, quàm ſenatus eis præſcripſerit. Deputatur deinde certa intra ciuitatem planicies, puta forum aut alius cõmodus & amplus locus qui & arena perfunditur,atq; peribolo circumſepitur,& utriq; dimicaturo ſua erigitur caſa in qua maneãt cum his qui ſtipant eos. Ponitur etiam ad utriuſque caſam feretrum cum candelis,pannus funeralis & alia ad funus requiſita. Permittitur deniq; cuiq; eorum ſacerdos,qui magis arriſerit,cui ſua confiteatur peccata, permittuntur duo cuſtodes ſeu ſtipatores,permittuntur æqualia arma,ſecundum quod inter illos equites aut pedites conuenerit, ipſiſq; ſcriptis antea fidem dederint, ſecluſa omni fraude.His omnibus rite peractis,prę ſentibusq; illis qui ad certandum parati ſunt,promittitur utriq; æquale patrocinium & æqualis defenſio,promulgatur etiam à ſenatu uoce præconis tale edictum, ne quis acclamet, nutum aut indicium aut quodcunq; ſignum det uni eorum. Et qui id pręuaricatur, iuſſu ſenatus ilico per lictorẽ qui præſens aſtat,punitur. Nam irremiſſibiliter talis pręuaricator truncatur manu dextra &pede ſiniſtro. Claudũtur interim omnes portę,turresq; & mœnia prę ſidijs muniuntur,plateæ ciuitatis ferreis catenis & repagulis claudũtur. Prohibetur etiam ne mulieres aut puellæ aut etiam maſculi infra duodecimũ annum ad tale admittantur ſpectaculum. Poſt hæc ad præſtitutam à ſenatu horam,ueniunt certatores armis muniti cum confeſſoribus & ſtipatoribus ſuis,quiſq; ad caſam ſuã: & priuſquã cõmittantur fit permutatio ſtipatorũ, qui in alterius caſa omnia diligenter luſtrent,ne quis eorum ulla utaẽ fraude aut dolo,aut diſparia habeanẽ arma. Quo prouiſo, permittũtur certaturi egredi è caſis ſuis ad monomachiam, emiſſaq; trina uoce præconis, clamantis, Primò, Secundò,tertiò, ad tertiam uocem congrediuntur. Qui uulneratur & ſeſe æmulo tradit, is infamis habetur cunctis diebus uitæ ſuæ,nullumq; permittitur conſcendere equum aut barbam radere aut arma geſtare, ſed nec ad ullos unquam ſuſcipitur honores. Qui uero in theatro illo uictus neci datur, is honorificè ſepelitur, & uictor ſatis ſuperq; honori ſuo conſuluit, poteritq; deinde ad officia honorabilia recipi. Anno domini 1005. in fine Aprilis Iodocus à Burgaw & Georgius Hail,Hallę duellum inierũt, in foro ubi pecora uenduntur, uictusq; Iodocus à Burgaw,mortuus eſt poſt ſextum diem. Poſtea monomachiã exercuerunt duo nobiles, induti tunicis uiridis coloris abſq; indumentis ferreis, uictusq; uictori ſe dedidit. Deinde rurſum duo nobiles congreſſi ſunt,unus Greuter dictus & alius Bawſtetter, euaſitq; Greuter uictor, & à theatri loco ſuper poplites ſuos inceſſit, ut potuit,ad ſacellũ beatę uirginis ſitum iuxta capellę portam,poplitibus etiam ſanguinẽ ſtillantibus. Poſtea iterum duo nobiles, unus à Munchingen & alter à Rappenburg inſtituerunt deſcendere in arenam, ſed perſuaſi à ſenatu Hallenſi deſtiterunt à propoſito ſuo concordiamq; inierunt. Fuit & Herbipolis ciuitas Franconię,olim pro monomachiæ iudicio celebrando & experimento quærendo deputata, ſed quod longe alijs ritibus quàm Hallenſe fuit executioni mandatũ. Omitto tamen hic formã illius iudicij,ſicut & illius quod in Onſpach iuxta Numbergum aliquando fuit inſtitutum,breuitati ſtudens.

Fœminis ſpectaculũ interdictum.

De pago Viragrundenſi.

Virag/ind nemus & regio parua, ſeptem miliaribus in longum excurrens, complectitur oppidum & celebre monaſteriũ,Elbwangẽ, ſed quod hodie collegium eſt ſacerdotũ & prępoſitura. Cõmendatur ager illius terrę propter agriculturam, ligna,prata,iumenta & pecora. Habet quoq; piſces, aues, uenationem, reſinã & picem. Vinum tamen non producit. Latitudo eius accipitur à Dunckelſpuhel uſque ad Hoſtenſem ſyluã. Adiacet Dunckelſpuhel oppidũ imperiale fluuio wernitz, habetq; per circuitum tot ſtagna & piſcinas quot ſunt dies in anno. Amnis laxtus tranſit hanc terram alluens mœnia Elbwangen,habetq; primum fontem iuxta oppidum Zebingen,ingreditur duos lacus & rurſum egreditur, tandemq; labitur in Neccarum. Habet regio iſta multa oppida & caſtra, quorum nomina ſunt, Kreilsheim, Laubenhauſen, Hornberg,Sultz, Kirchberg,Lówenfelſs.Morſtein,Langenburg,laxtperg,Krauten, Tertzbach,Leubach, Berlichingen,Widern &c.

Hoſt ſylua. laxt fluuius.

Elbwangen

Elbwangen monasterium.



MOnasteriū istud fuit fundatum anno Christi 764. à quodā episc. Hariolfo nomine. Hunc Carolus magnus amasse dicitur ut proprium patrem. Fuit autem episcopus Lingonum, hodie Langres uocant. Successor eius in abbatia ista fuit Victerb⁹, qui postulatus fuit in episcopum Augustanum. Secuti sunt eum isti abbates, Grimoldus, Othaldus, Adelgerus, Sanderadus, Ermēricus, Berno, Astericus, Lindbertus &c. Vltimus abbas uocatus fuit Ioannes ab Hirnheim, qui factus abbas anno Christi 1452. rursum resignauit abbatiam anno 1460. commutatáq; est in præposituram, succedentibus istis præpositis: Albertus de Rehberg, Bernhardus de Westerstetten, Albertus Thumb de Nuburg. Hic resignauit præpositurā, factusq; est post eum præpositus anno domini 1521. Henricus comes Palatinus Rheni.

De reigone & fluuio Wernitz.

FLuuius Wernitz oritur sub castro Schillingsfurst iuxta uillam Wernitz, currit́q; uersus Dunckelspuhel & inde uersus Oetingen, ab Oetingen uersus Sueuicam Werdā ubi labitur in Danubium. Terra iuxta hunc fluuium est bene culta oppidis, castris, monasterijs & uillis. Habet enim Weitlingen castrum & uillam, Auffkirch, Reckingen, Richenbach, Truhadingen, Kronheim, castrum & uillam, Ahausen monasterium ord. sancti Benedicti, Oetingen oppidum & castrū sita ad ripam fluuij Wernitz, Alerheim seu Alleren, Gossen, Harburg, Werdam ciuitatem imperialem.

Ciuitatis Nordlingensis descriptio, per eximium uirum Wolffgangum Vogelmannum eiusdem loci protoscribam ad Munsteri sollicitationem concinnata.

NOrdlinga antiqua imperialis ciuitas, in medio ferè Rhetiæ inferioris sita, putatur nomen sortita à Claudio Tiberio Nerone, tertio Rom. Cæsare, anno plus minùsue tricesimo quarto antequā fasces imperij susciperet, quum scilicet ageret ducem exercitus Augusti Cæsaris, oppugnaretq; ex hac Rhetia interiora Germaniæ. Siquidem quum præclarus Romanæ militiæ dux esset, & unà cum Claudio Druso fratre plurimas adeptus esset victorias, Augustus denique per hos fratres ferè totum orbem paulo ante Christum natum sibi subiugasset, cupientes immortalem factorū suorum post se relinquere memoriam, extruxerunt & instaurauerunt multas ciuitates, illisq; nomina sua imposuerūt, maxime aūt Tiberius Nero, qui in delicijs habebat ciuitates à se denominari. Vnde unam in Galilæa à prænomine suo Tiberiam, & duas in Rhetia à cognomine Nerobergam & Nerolingam appellari uoluit, ad quod probandum multæ à me afferri possent coniecturæ, etiamsi non sim nescius, quosdam in hac esse sententia, ut putent Tiberiam siue Tiberiadem constructam ab Herode, Norimbergam uero nomen accepisse à Norico monte, & Nordlingam à Nordgauia dictam. Ego diuersum sentio. Certè quantū attinet ad Nerolingam, facile ex patrio sermone probare possum, ciuitatem à Nerone potius quàm aliunde denominationē accepisse, quum incolæ ipsam trito sermone Nereling & non Nordling sicut exteri appellent, quin & Annales Norlingensium atq; Norenbergensium adstipulantur huic nostræ coniecturæ. Nam in libro Nerobergensis historiæ sic *Nerolinga.*

legitur. Anno uigeſimo ante natiuitatem Chriſti, Tiberius Nero in Rhetia caſtrametatus, ubi modo Nerolingen oppidum eſt: & ſicut à Tiberio Tiberiam, ita hoc oppidum à cognomine nominauit Nerolingam. Mos enim erat Romanorum, in quo loco hiberna faciebant, foſſam aggeremq; eijcerent, uallo circundantes exercitum, ibidemq; tempore æſtiuo pro exercitu alimenta reponerent. Vnde poſt eorum diſceſſum facili opera oppida conſtruebantur. Ex præfato loco geſſit Rheticum Vindelicumq; bellum. Hæc ibidem. Nec obſtat propoſito noſtro quòd Tiberius ex Euſebio conuincitur ante Chriſtum natum bella intuliſſe Aſianis populis, quum ſucciſiuis temporibus potuerit & in Aſia & in Europa arma geſtare atque tandem triumphare de Rhetijs, Vindelicis, Armenijs & Pannonijs triumphare, ſicut paſſim apud hiſtoricos inuenitur. Quòd autem hæc noſtra Nerolingenſis ciuitas à Ptolemæo Aræ Flauianæ nuncupatur, hoc inde factum putant, quòd circa annum Chriſti ſeptuageſimum ſecundum Flauius Veſpaſianus Germanos oppugnans, atque parta uictoria triumphans, hoc loco aras extruxit, atque dijs gratias agens, ciuitati nouum atque gentilicium nomen reliquit. Nec id Flauio Claudio adſcribi poteſt, qui triceſimus fuit in ordine cæſarum, atque circa annum domini duceteſimum ſeptuageſimum rerum eſt potitus, Ptolemæus autem longe antè, nempe circa annum Chriſti centeſimum ſexageſimum tertium huius nominis mentionem facit, quando Flauiorum Romanæ familiæ adhuc recens erat memoria, & tres cæſares Veſpaſianus, Titus & Domitianus Flauiani fuerint. Quòd autem aliqui per Aras Flauianas alia loca quàm Nerolingam intelligere uolunt, cum illis contendere nolumus, hoc tamen certo certius ſcimus, in tota regione iſta non eſſe aut olim fuiſſe locum aliquem commodiorem & manſioni humanæ conuenientiorem quàm Nerolingæ ſit area & circumiacens ager. Hoc etiam conſtat, ciuitatis mœnia primùm locata fuiſſe in monte ad ſanctum Emeranum (ubi antiqua eſt parochia) dicto, ubi ſcilicet Tiberius Nero hiberna tenuit, & Proteſtantes anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto caſtra ſua cum centum millibus hominum fixerunt, è regione quorum Cæſar Carolus V. non minoribus copijs ſuum exercitum in monte Veneris prope Aberhaim & Lierhaim collectum tenuit. At quum temporum ſucceſſu locus ille in monte aquæ penuriam ſentiret, ac ſimul ob ſuperueniens incendium funditus periret, coloni aream aliam & multo commodiorem ſub monte ad ripam Egræ amnis ſibi deligentes, manſionem à monte in planiciẽ tranſtulerunt, fluuiumq; in ciuitatem deriuarunt, qui & in hunc uſque diem ciuitatem ferè mediam interſecat. Habet & maior domorum pars in eo ciuitatis ſitu ſuos proprios & ſalubres fontes, cellas uirias atque alias multas commoditates, quas in monte habere non potuit. Sed quia nihil firmum & perpetuũ eſt in terra, omnisq; conatus humanus nihil prævalet contra Dei prouidentiam, & quando ille non cuſtodit ciuitatem fruſtra uigilat qui cuſtodit eam, factum eſt anno Chriſti milleſimo ducenteſimo triceſimo octauo ut tota ciuitas igne conflagrarit cum ingenti damno inhabitantium, ut non modo amiſerint homines, ædificia, fortalicia & ſubſtantiam, uerum & diplomata, inſtrumenta, literas contractuum, regalia, priuilegia, immunitates, iura, leges &c. Illico tamen & eodem anno, ſuccurrente beneficio clementiſſimi Imperatoris Friderici ſecundi, cœpta eſt ciuitas reædificari, ſingulariq; eius fauore atque filij eius Conradi regis & reliquorum ſucceſſorum beneficentia, libera fuit aliquandiu quouſque reſpiraret, ab omni exactione, ſeruitute & contributione, & poſt inſtaurationem ſuam immunitate & magnis gratijs atque priuilegijs donata. Sed quia primus reſtitutæ ciuitatis circus non multum amplus fuit, nec capax omnium eorum qui temporũ ſucceſſu ibi uel nati uel coloniã adepti fuerunt, factum eſt poſterioribus annis, imperante Ludouico tertio, anno ſcilicet 1327. ut omnia ſuburbia unà cum oppido ipſo in unam contraherentur circumferentiam, mœnibusq; nouis & amplioribus cingerẽtur, & ciuitas ipſa iam duplo maior fieret quàm antea fuit, omninoq; in orbem diſponeretur, ut ſui ſimiles non multas in Germania inuenias ciuitates. Habuit ab antiquis temporibus patricios & multas nobiles atque diuites familias, inſignesq; alios ciues, quos & ab egregia eorum facinora domi foriſq; geſta cæſares magnis proſequuti ſunt beneficijs & gratijs. Sed quia nihil in hac mortali uita omni ex parte eſt beatum, ſenſit & hæc ciuitas fatorum ſæuitiam, Bellonæ tyrannidẽ, Vulcaniq; furorem, quibus malis præſſa, ſucceſſiue perdidit optimos quoſque patricios & fortunam, ut etiam hodie multę ſint ciuitates, quæ olim ea inferiores, iam uel pares aut certe ſuperiores ſint. Sic enim omnia in hoc mundo ſuſq; deq; feruntur.

Ergo Danubius non fuit tunc limites Rom. Imp.

Aræ Flauianæ.

Locus primus Nerolingæ.

Nerolingæ incendium.

Ampliatur Nerolinga.

Et ut

CIVITAS NORDLIN


genſis ſacro imperio hodie immediate ſubie-

&a ad uiuum hic depingitur, cuius deſcriptionem & effigiem tranſmiſit eiuſdem ciuitatis prudens ſenatus, ſollicitatus ad hoc per preſtantem & doctum uirum Wolfgangum Vogelmannum protoſcribam, qui & ex Annalibus collegit ſuccinctum commentarium, oſtenditq; quibus fatis eadem ciuitas in hunc uſque diem ſubiacuerit.


Nördlinga ciuitas imperialis, sita in Rheti[a] [tran]slda



riori transdanubiana, uulgo Riefs dicta.



Nördlinga ciuitas imperialis, ſita in Rhetia inferiori tranſdanubiana, uulgo Rieſs dicta.



Et ut ex multis paucas quasdam adducam calamitates, quas ciuitas Nordlingensis est per
Calamitates Nerolingæ. pessa, aduertat lector, circa annum Christi 890. eam translatam à Romano imperio in po-
testatem cuiusdam dominæ, nomine Windpurgis traditione filij eius Zwentopulchi. Sic
enim habent annales huius oppidi. Hæc rursum ciuitatem donauit episcopatui Ratispo-
nensi, & in recompensam accepit emolumentū monasterij Wembdingensis, ubi duces Ba-
uariæ hodie habent oppidum, situm scilicet in Rhetia haud procul à Nordlinga, id quod li
teræ ab Arnolfo Imperatore anno Christi 898. datæ, in hunc usque diem testantur, & quę
præ nimia uetustate uix legi possunt. Cumq; posteris temporibus episcopus quidam Ra-
tisponensis crimen lesæ maiestatis incurrisset, conatus Imperatorem ueneno interficere,
inter multas irrogatas pœnas, fuit & Nordlingensis ciuitas episcopatui rursum ablata &
imperio restituta, atque tunc rursum cœpisset respirare, nisi perfidi Iudæi nouum illi feci-
Iudæi perdunt ciuitatem. sent negocium. Illi enim per obtenta ab Imperatoribus priuilegia se magno numero insi-
nuauerunt in ciuitatem, occuparunt meliora atque commodiora loca & spacia, auxerunt
cum magno detrimento ciuium res suas, quare suasu impatientissimæ egestatis anno Chri-
sti millesimo ducentesimo nonagesimo Iudæos adorti, magnum occiderunt numerum,
nullum habentes inter uiros & mulieres delectum. Iratus Rudolfus Romanorum rex con
tra Nordlingenses, mulctauit eos exactione grauissima, quam in hunc usq; diem ferre co-
guntur. Iudæi quoque & complices eorum, principes, domini, & nobiles, quibus Iudæi ob
impignorationes obstricti erant quinquaginta nouem annis ciuibus insidiantes tātum fe-
cerunt eis negocium, ut cogerentur relinquere studia & commertia sua, unde factum est
ut ciuitas rursum ad extremam redigeretur inopiam. Nam ex hoc facto ciuium ansa data
fuit nobilibus, qui pignora deposuerant apud Iudæos illaq; in direptionem uenerāt ciuiū,
Proditio ciuitatis deprehendi tur à senatu. ut non sine exactione sua repeterent à ciuibus ipsis. Accidit deinde anno Christi 1440.
ut Ioannes comes ab Oting quosdam portarum Nordlingensium custodes pecunia cor-
rumperet, qui illi noctu portas reserarent, proderentq; ciuitatem. Sed diuina prouidentia
deprehēsi proditores die Lunę post trium Regum, quando noctu expectabant comitis &
auxiliariorum eius irruptionem, rapti sunt ad iusta supplicia. Celebraturq; singulis annis
in memoriam facti & diuinæ liberationis dies Lunæ qui proxime subsequitur solennitatē
Alia proditio innotescit. trium Regum. Simile quiddam tentauit Anshelmus ab Eiberg anno Christi 1442. qui cū
700. equitibus tempore nundinarum Nordlingensium uolebat irruerè in ciues & exteros
populos qui ad publicum conuenerant spectaculum, quod singulis annis in regio prato à
senatu ciuitatis exhibetur, proposito brauio nobilissimi panni, pro quo adipiscendo cur-
su certatur. Sed prudens senatus olfaciens quod futurum erat, muniuit & pratum & mœ-
Bellum Ciuitatense. nia ciuitatis, quare hostes confusi cogebantur re infecta à suo desistere proposito. Non
longe pòst, anno scilicet domini 1448. quum noui belli incendium passim excitaretur inter
ciuitates & quosdam principes atque terrarum dominos, Nordlingenses ciues egregie se
contra hostes tutati sunt, atq; cum copijs aliarum ciuitatum oppida & castra hostium ex-
pugnauerunt, concremauerunt atque diripuerunt. Cumq; tandem pugnam inijssent ante
Esslingensem ciuitatem cum duce Wirtenbergensi, amiserūt consulem suum nomine Hie
ronymum Bopffinger, qui totius exercitus primarius dux fuit. Facta deinde inter partes
Oppugnantur Nordlingēses. pace, Nordlingenses immensas coacti fuere ferre expēsas, in grande ciuitatis dispendium.
Anno deinde Christi millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, quum rex Vn
gariç Mathias negociū faceret Friderico Imperatori in Austria, Cæsar autem auxiliū quę-
reret ab imperio, factum est ut Georgius dux Bauariæ nacta opotunitate deliberasset ul-
tionem sumere de Nordlingensibus, reuocans ad memoriam quid illi egissent in Ciuitaten
si bello, quodq; olim ducem quendam ex suis anteceſſoribus nomine Ludouicum in por-
ta suę ciuitatis permisissent interfici, conscripsit plurimos comites, barones, equites & mi-
lites, neglectoq; mandato Imperatoris qui eum ab hoc proposito dehortabat, ne ullo pa-
cto lęderet ciuitatem imperialem semper obedientem, ueniens circa diem diui Iacobi, quan
do campi maturas habebāt fruges, castrametatus est ante mœnia Nordlingę, cœpitq; bom
bardis infestare ciuitatem. Sed cum parum tormētis illis proficeret, aliud nihil egit quàm
quòd ciuium cōmertia aliquādiu impediuit, cōmeatum ne in ciuitatem inferretur occupauit
atq; frumentū in agris deuastauit. Tandem post solennitatē Natiuitatis Mariæ intercessio
ne episcopi Aistettensis pax facta est, atque Bauari beneficijs ciuium Nordlingensium mi
tigati, domum sunt reuersi, nullo ex susceptо bello lucro ditati.


Anno



Anno dñi 1517. uicesima ſexta die Iunij Nordlingenſes rurſum alio affecti ſunt damno. Nam excitatus horrendus uentus ſimulq; terræmotus grauis concurrens deiecit parochialem eccleſiam, ad ſanctum Emeranum dictam atq; intra mœnia ciuitatis & extra ad duo milliaria ſtrauit duo millia domorũ & ſtabulorum. In ſyluis uero & hortis innumeras radicitus euulſit arbores. *Horrendus uentus.*

Reliqua eminentiora ædificia quæ non deiecta ſunt ui uentorum, pro magna parte ſunt concuſſa & commota atque deinde infirmiora reddita. Anno 1525. quum ruſtici per Germaniam ſæuirent, Nordlinga quoque huius mali non fuit expers. Nam fuerunt in ea quidam pacis turbatores, qui prouocantes ciues in magiſtratum, depoſuerunt ſenatum, uſurpatoq; gabernaculo ipſi aliquanto tempore moderatores reipub. extiterunt, quouſq; ſenatus innocentiã ſuam & ſeditioſorũ peruerſitatem declarans, cõmiſſione cęſareæ maieſtatis fuit reſtitutus, autores autem ſeditionis iuſto fuerunt cõdemnati iudicio. *Ruſticorũ bellum nocuit Nordlingæ.* Anno Chriſti 1546. Nordlingenſes ad Cæſ. maieſtatis mandatũ in Schmalkaldico prælio neutri fuerunt, nulli parti adiutrices porrigẽtes manus, ſed quod illis minimè profuit. Nam præſſurã paſſi direpti ſunt, uulnerati & aliqui occiſi, quidã extorres facti, multi iniurijs laceſſiti atq; in his omnibus grauiſſimo affecti ſunt damno. Nam loco incendij emuncta eſt magna uis pecuniæ. Numerantur autem bis centum millia aureorum, quę intra & extra mœnia coacti fuerunt dare habitatores illius regionis. At perſonæ in eo prælio occiſione, terrore, frigore, fame, præſſura, ueneno aut alio mortis genere obruti, numerantur quatuor millia. *Schmalkal dicum bellum.*

Fertilitas Rhetiæ Nordlingenſis.



ESt huius regionis terra pinguis, diues pecorum & frugum, paluſtris tamen & uitibus carens. Abundat iumentis, pratis, pomis, anſeribus & ſuibus. Anſeres hinc magnis turmis ad tractũ Rheni deducũtur. Producit quoq; hæc terra elegantes pullos equinos, ſed qui facile dicũtur excæcari. Terminatur hæc regio prope Bopfingen ad Hertfeld, prope Teckingen ad Hanenkam, prope Wemlingen ad Schwanfeld & prope Truhadingẽ ad Viragrũd. Eſt aũt Bopfingen oppidum imperiale ſitum ad Egram fluuium. Wemdingen uero oppidum & caſtrum principum eſt Bauariæ. Hirnheim caſtrum eſt nobilium de Hirnheim. Teckingen monaſterium eſt ord. ſancti Benedicti. Kirchen monaſterium monialium, ubi comites de Oetingen ſuam habent ſepulturam.

Remſsthal & Prentzthal.

ACcipit uallis iſta denominationem ab amne Remſs, per quam fluit. Sita eſt in ea ciuitas imperialis Gamundenſis, quæ olim fuit ſub ducibus Sueuiæ, ubi & curiam ſuam aliquandiu habueruut. Fuerat enim dominorum à Stoufen, quos Henricus quartus euexit ad ducatus culmen. Eſt in eo oppido magnum negocium lapillo- *Gamundia.*



Staufen.

rum Cryſtallinorum, ſuccini & oſſium, ex quibus parant globulos, qui filis aut funiculis innexi, collo aut brachio adhibentur, multiſq; qui Deo preces numeratas offerunt, uſui ſunt. Lucrifaciunt ciues ali quot millia florenorū annuatim ex huiuſmodi globulis. Sitū eſt quo que in hac ualle caſtrum mōtanum Hohenſtaufen, quod fuit ducum Sueuię, unde nomen & ſtemma deduxerunt. Fuerunt enim primo barones, ex quibus deinde duces, reges & Imperatores nati ſunt. Non procul ab hac arce eſt monaſterium Lorch, fundatū à memoratis ducibus. Item Hohen Rehberg arx mōtana, unde nobiles Rehbergenſes nomen habent. Cæterum quantū attinet ad fertilitatem huius uallis, notandū incolis nihil deeſſe neceſſariarū rerum, quum apud eos creſcat uinū, frumentū, auena, poma, iumenta &c. Alia uallis in hac Sueuica regione eſt Prentzthal, à fluuiolo Brenſs ſic dicta, qui oritur iuxta monaſterium Kunigsbrunn, prætereunsq; oppidum Gengen, miſcetur Danubio prope oppidum Gundelfingen. Habet hæc uallis multa inſignia loca, nempe Heidenheim oppidum & Helenſtein caſtrum: monaſterium Kunigsbrunn ordinis Ciſtertienſis, quod fundauit Albertus ab Habſpurg rex Rom. in quo ſepulti iacent comites de Schlüſſelberg, qui & ipſi fundatores fuerunt. Item caſtra Falckenſtein, Eſelburg, Brentz, Schnaitheim, & Gengen oppidum imperiale, Wyteslingen oppidum in quo ſanctus Vdalricus natus perhibetur.

Nagoltherthal, id eſt, uallis Nagolt.

VAllis Nagolt eſt in regione Wirtenbergenſi, incipitq; apud oppidū Nagolt & extenditur ſecundum fluxū amnis uſq; ad Pfortzheim. Oritur fluuius iſte in Nigra ſylua prope oppidum Altenſtaig, habetq; aliqua adiacentia oppida, ut ſunt Wildperg oppidum & caſtrum unà cum monaſterio monialiū, in quo comites de Hohenberg fundatores ſepulti iacent: Bulach & arx montana, ubi aliquando fuit minera metallica, Zobelſtein oppidum & caſtrum, Calw egregium oppidum ubi aliquando fuit comitatus, ex cuius familia duo Romani pontifices fuerūt electi, nempe Leo nonus, qui à patre comes fuit Dagſpurgēſis ex Alſatia, à matre autem deſcendit ex familia comitū Kalbwenſium, & Victor ſecundus, qui & ipſe fuit ex genere Kalbwenſium comitum.

Calw.

De moribus & ritibus antiquorum & modernorum Sueuorum.

CAius Iulius Cæſar in quarto Commentariorū de Sueuorū moribus ita ſcribit. Sueuorū gens longe maxima ac bellicoſiſſima Germanorū omniū, centū pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorū bellandi cauſa è finibus educuntur, reliqui qui domi remanſerint, ſe atq; illos alunt. Hi rurſus inuiceman-

Sueui olim bellicoſi.

no pòſt in armis ſunt, illi domi remanent: ſic nec agricultura neque ratio aut uſus belli intermittitur, ſed priuati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt. Neq; lōgius anno remanere uno in loco incolendi cauſa licet. Non frumento ſolum ſed uulgo lacte & pecore uiuunt, multumq; ſunt in uenatione, quæ res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate uitæ (quod à pueris nullo officio aut diſciplina conſuefacti nihil omnino contra uoluntatem faciant) & uires alit & immani corpore homines efficit, atque in eam ſe conſuetudinē adduxerunt, ut ſub cœlo frigidiſſimo habitantes, neque ueſtem ullam præter pelles habeant, quarum propter exiguitatem maior corporis pars nuda & aperta eſt, lauantur in fluminibus. Mercatoribus eſt ad eos aditus magis, eò quòd quæ bello ceperunt uendant, quàm ut aliquam rem ad ſe deferri deſiderent: quin etiam iumentis, quibus maxime delectantur quæq; impenſo parāt præcio, Germani nō utuntur, ſed quę apud eos ſunt, & natura parua & deformia, hæc quotidiana exercitatione ſummi ut ſint laboris efficiūt. Equeſtribus prę-

Sueui in equis non pugnant.

lijs ſæpe de equis deſiliunt ac pedites præliantur, & eos eodem ueſtigio remanere edoctos, ubi uſus eſt, celeriter repetunt. Neq; moribus ſuis quicquā inhoneſtius aut inertius putant, quàm ephippijs uti. Vinum ad ſe importari omnino nō ſinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atq; effœminari arbitrentur. Publicæ eſſe laudis putant, quàm

latiſſimè



latiſſimè à ſuis finibus uacare agros, hac re ſignificari magnum ciuitatum numerum ſuam uim ſuſtinere nō poſſe, propter quod una parte à Sueuis circiter mille ſexcentorū paſſuum agri uacare dicuntur. En hi fuerunt antiquorum Sueuorū ante & circa Chriſti natiuitatē mores, quando adhuc toti Romano imperio fuerunt formidabiles. Verumenimuero hodie non ſolum apud Sueuos ſed & apud omnes ferè gentes mutati ſunt mores, & quod dolendum plurimum eſt, ferè in peius. Nam hodie potentiores Sueuorū ferè omnes mercaturæ uacant, ſocietatem ſiue confœderationem unam multi ineunt, ac certam pecuniæ ſummam quiſq; ponit, qua non ſolum aromata ſerica atque alias pretioſas merces, quæ ad nos à tranſmarinis & remotiſſimis regionibus tranſuehuntur, emunt, ſed uilia etiam ut cochlearia ſunt, acus ſpecilla, pupæ & huiuſmodi: prçemūt etiam uina & frumenta, quod nō minus opificibus & agricolis graue damnoſumq; eſt (qui ſua ante tempus mercatoribus uendunt, quæ poſtmodum neceſſitate cogente duplo ære redimere ab ipſis debent) quàm toti prouinciæ: quæ quibuſcunq; indiget, non apud uicinas gentes, à quibus minori præcio habere poſſit accipere debet, ſed ab illis ubi emporia habent. Ipſi tamen per ſe non negociantur, ſed cōmunibus ſeruitijs, qui contractam rurſus pecuniā unà cum lucro congregantes, certo tempore rationem ponunt, ſingulisq; dominorū lucri partem fideliter præbent. Priuati Sueuorum nulla alia re, nullo alio artificio magis occupantur, quàm lini operatione, cui adeo incumbunt, adeo dediti ſunt, ut in quibuſdam Sueuiæ locis nedū mulieres ac puellæ ſed adoleſcētes & uiri hyemis tempore colo admouent. Panni genus faciunt, cuius tela linea eſt, intextum bombycinū ſeu goſſapinum, barchat illud uocantes, faciunt & totum lineum quod golſch appellant. Compertū eſt, apud Vlmenſes ſolum quotannis utriuſq; generis pannos parari centum millia, ex quo quiſq; cōiecturare poteſt, quàm incomprehenſibilis incredibiliſq; ſumma in tota regione elaboretur. Ad remotiſſimas nationes iſti panni tranſuehuntur, & maxime bis

Hodierni Sueuorū mores.

Sueuorum opificium.



in anno ad emporiũ Francofordenſe, ubi quàm ingens uectigal Sueuicæ nationi accedit. Præterea quoniã bonis mala cõmiſta ſemper ſunt, & nulla ex omni parte erecta, ſunt Sueui in Venerem multum proni, fœmineus ſexus uirili ad malum facile cõſentiens, unde pro uerbiũ ortum, unam Sueuiã latæ Germaniæ ſatis meretricũ transfundere, quemadmodum Franconiam copiam dare raptorũ, & mendicantium, Baioariã furum, Heluetiam carnificum & lenonum, Saxoniam potatorum, Friſiam atq; Weſtphaliam periurorũ, Rhenum gulonum. Hodie Sueuorũ tria ſunt genera, nempe qui ſacris præſunt, nobiles, & ciuitates imperiales. Qui ſacris præſunt eccleſiaſtici principes & prælati multa poſſidẽt, regalia habent & iuriſdictiones temporales, quas in ſuos ſubiectos laicos exercent. Nobilitas gradus habet. Sunt enim principes, ſunt comites atq; barones, ſunt & inferioris gradus nobiles. Principes non ſolum dignitate & generis claritate ſed & potẽtia antecedunt reliquos. Terras habent & dominia latiſſima. Comites & barones cæteriq; nobiles per totam Sueuiam diſperſi ſunt. Ciuitates imperiales eò dictę ſunt, quòd ſolum ſint Romano principi ſubiectæ.

Prouerbium uulgare.

Regnum & ducatus Sueuiæ.

Reges Sueuorum.



HAbuerunt Sueui ab antiquo reges ſuos, præſertim tẽporibus Iulij, Auguſti, Tiberij atq; Conſtantini. Quot autem & qui fuerint & de interregno eorũ pauca inueniũtur. Conſtat aliquid de Arioviſto, Morauino, Badoncario & alijs paucis. Vltimi putantur fuiſſe Cunimundus, qui cum Oſtrogothis bella geſſit & Marſilius qui circa annũ domini 690. una cum Pipino maiore domus Franciæ contra Græcos pro Chriſti fide cõcertaſſe memoratur. Clodoueus quoq; rex Francorum ob uictoriã de Sueuis obtẽtam in prælio, in quo Sueuorum rex occiſus narratur, Chriſtianum ſe fieri pollicebatur &c. Ab eo tempore Sueuia reges nõ habuit uſque ad Carolum Craſſum. Hic enim in diuiſione Sueuiã obtinuit, poſteaq; rex Rom factus eſt, & in prouinciæ formam Sueuia redacta fuit, habuitq; non multo poſt duces. Anno domini 600. habuit Gonſonem ducem, qui S. Columbanũ & S. Gallum è Brigãtia expulit. Poſtea fuerunt Bertholdus, Gotfridus, & filius eius Theobaldus. Et Carolus magnus duxit uxorem Hildegardẽ de genere Gotfridi ducis Sueuiæ, fuitq; Sueuia aliquãdiu in familia eius, nempe Caroli magni, qui & priuilegia multa dedit Sueuis ob miniſteria ſibi exhibita Fuit enim Geraldus dux exercitus Sueuorum, qui priuilegiũ Sueuis primorũ ordinum in prælio meruiſſe dicit. In caſtro Hilermont iuxta Campidonã ſedem habuerunt duces Sueuiæ, Eſuerius, Eruerius, Marſilius, Conradus, Hildebrandus, Hochuinus, Nebus, Gotfridus, Imauus. Numerant etiam à quibuſdã duces Sueuorũ Lãdfridus, quẽ Carolus Martellus ſuperaſſe dicit, Gotfridus qui cũ Odilone duce Bauarię certauit. Itẽ Richardi nepos Offonis regis Agliæ ex ſorore.

Richardus dux Sueuiæ { Wilibaldus epiſcopus Eiſtettenſis in Bauaria. / Wunibaldus abbas in Haidenheim / Walpurgis abbatiſſa in Haidenheim alio monaſterio.

Sub Arnolfo Cæſare gubernabant Sueuiã Bertholdus & Erckingerus, ſed Sueuia nondum erat in ducatum reſtituta, quin fiſco regio parebat. Continuo tamen Sueuorũ aſſenſu inſtituit dux Burchardus illius gentis nobiliſſimus, & ducatui pdia ſupradictorũ fuerũt incorporata anno domini 912. Alij intelligunt Buchardum ſocerũ Rudolfi regis Burgundiæ. Huic ſucceſſit Hermannus qui anno Chriſti 948. dedit Idam filiam ſuam Ludolfo filio Ottonis primi.

Hermannus 1. qui habitauit in Twiel { Ida cui datus maritus Ludolfus. } { Otto. Gregorius quintus papa.

Ludolfo amoto propter rebellionẽ quam mouit in patrẽ, ſucceſſit Burchardus tertius, & illi Henricus dux Saxoniæ. Poſt eum Otto, deinde Conradus, Hermãnus ſecundus, cuius uxor fuit Gerburga filia Conradi regis Burgundiæ. Succeſſit ei Hermãnus, & poſt eum,


Erneſtus

Ernestus marchio Austriæ { Hermannus ano 1030. Hic post nepotẽ ex fratre Ernestũ, præfuit ducatui. Ernestus periit. Ernestus: hic interiit in prælio in uenatione.

Post Hermannũ Ernesti filium, Otto comes Palatinus factus est dux per Henricũ Cæsarem, anno 1042. Successit deinde Otto de Schwinfurt, & post eum Rudolfus comes, filius Cunonis, de Rhinfelden, anno 1048. qui postea contra Henricum quartum à quo ducatum obtinuerat, electus est à quibusdam in regem Rom. & deinde in bello ab Henrico occisus. Post hunc Bertholdus de Zæringen qui Rudolfi habuit filiam uoluit se insinuare in ducatum, sed nihil effecit: translatus enim fuit ducatus ad Fridericũ de Staufen, cui Imperator suam dederat filiam uxorem Agnetem nomine. Et quoniã Imperator Zæringensem quoque pro suis meritis honorare cupiebat, tradidit illi pro ducatu Sueuiæ aduocatiã Tigurensis ciuitatis. Fridericus à Staufen ex barone factus dux, genuit Conradum regem & Fridericum ducem Sueuiæ. Fridericus dux genuit Fridericum Barbarossam Imperatorem & Conradum comitem Palatinum Rheni. Barbarossa genuit Henricum sextum, qui ducta unica filia regis Siciliæ uxore, factus est rex utriusq; Siciliæ, Rom. rex & dux Sueuiæ. Successit ei Fridericus secundus filius eius, Imperator, rex Siciliæ &c.

Posteriores duces Sueuiæ.

Fridericus à Staufen.



Fridericus secundus genuit Fridericum, qui factus fuit rex Antiochiæ, Manfredum nothum, qui princeps fuit Tarenti, Entium regem Sardiniæ &c. Anno 1252. Conradus rex Friderici secundi filius, ex Germania in Apuliã se recipiens, cœpit corporis ualetudine ali quantulũ laborare. Manfredus enim frater eius nothus, ambitione ductus regnandi adauxit infirmitatem, medicis multa promittens, ut in clystere uenenũ ponerent: ex qua re ille de medio sublatus est, testamentum antea condens in quo heredem instituit Conradinum. Mortuo autem Conrado, & filio eius Conradino adulto, conqueriẽ Conradinus de pontifice Romano, quomodo sibi nocuerit. Nam Conradus pater eius rex Siciliæ condito testamento se tenellum in manibus sanctæ ecclesiæ reliquerat, & quòd papa prætextu Conradini asserens se eius baiulũ totũ regnũ occupauerit, qui tum possessione adepta nomine eius extinguere conatus sit, terras ipsius Conradini distribuens in suos consanguineos & nepotes. Deinde in excidium Conradini inuitauit ad regnum Carolum Gallum. Hæc & nonnulla alia conquerens Conradinus, subintulit se armis aduersum Carolum certaturũ. Veniensq; armata manu ingressus est Italiam. Quem cum pontifex uidisset transeuntem dixit: Hic adolescens tanquam uictima ad cædem ducitur. Properans autem Romam, tanquam Imperator acceptus in capitolium ducitur. Deinde relicta Roma, cum omni exercitu in regnum properat. Audiens autem Carolum partem Campaniæ obtinere, uenit obuiam Carolo. Sed cum uideret tantam uim eius, ipse & Fridericus dux Austriæ, adolescentes ambo, signa sua consulto relinquentes, secesserunt. Et illico uictoria plena potitus est Carolus. Tunc Conradinum inter cadauera diu quæsitum & non inuentum, Carolus summa diligentia perquiri fecit quaqua uersum. Conradinus tectus cuculla Romam peruenit ac inde Asturam incognitus petiit, eo consilio ut Pisas nauigaret, sed proditus est à piscatore. Cum enim pecuniam non haberet, anulum manu extractum illi pignus dedit. At piscator anulum quibusdam ostendit de ualore interrogans: qui permoti unde haberet anulum, respondit adolescentis esse liberali forma, habitu autem sordido. Illi itaque Conradinum suspicantes esse, adolescentes capiunt & ad Carolum octaua die post prælium ducũt. Qui gaudens eos mox carceri mancipat. Deinde Neapolim duci fecit, & post multas ostentationes ad pompam, Conradinum una cum Friderico decapitari iussit. Cuspinianus

Papa contra Corradinum.

Conradinus proditur.



paulo aliter deſcribit hanc hiſtoriã. Vide ſupra ſub titulo Conradi 28. Romanorum regis. Sicq; Conradinũ regem illuſtrẽ ex antiqua imperatoria proſapia propagatũ, regna paterna repetentem, non in prælio quod iam peractũ erat ſed longè pòſt interceptũ, inermẽ, poſt diuturnum carcerem, cõtra omne ius belli, contra conſuetudinẽ, quæ neminẽ regẽ quem armis cepiſſet uita priuaret, immaniter uita & regno ſpoliauit anno 1267. cũ quo inclyta ducalis Sueuorũ dignitas ab aula receſſit. Sed hoc habet omnis rerum mortaliũ fortuna, ut cum ad ſummũ peruenerit, intelligamus prope exitum eſſe. Interfecto itaq; Conradino, nullus poſt eum dux cũ titulo ducatus Sueuiæ uenit in Sueuiam, etiamſi Rudolfus ab Habſpurg & filius eius atq; nepos Lupoldus ſibi uſurparint hunc titulum, ob id quòd Rudolfus haberet uxorem Annam filiam Alberti comitis ab Hohenberg, factusq; Rom. rex, fecit filium ſuum Rudolfum ducem Sueuię, & dedit illi uxorẽ filiam Ottocari regis Bohemiæ quem in bello occiderat, unde natus fuit dux Ioannes, qui poſtea Albertũ Rom. regem patruum ſuum interfecit.

Genealogia ducum Sueuiæ à Carolo magno uſque ad Conradinum ultimum ducem extenſa.

Numerus adiunctus ſignat Imperatorum ſucceſſionem.

1 Carolus magnus, ei⁹ uxor Hildegardis

2 Ludouicus pius, una eius uxor Iudith filia Guelfi comitis in Altdorff.
- Alia Hermingardis ducissa Saxoniæ, quæ prima fuit
- Pipinus rex Italiæ
- Carolus. Hic uicit Bauaros, Bohemos & Vandalos.

5 Carolus caluus rex Franciæ & Imperator
- Ludouicus rex Germaniæ
- 3 Lothari⁹ Imp. rex Italię & Austrasię, unde Lotharingia nomen accepit
- Pipinus rex Aquitaniæ

6 Ludouicus balbus rex Franciæ & cæſar

Carolus ſimplex

7 Carolus craſſus Imperator & rex Franciæ atq; Sueuiæ
- Ludouicus rex Franciæ, Thuringię, Saxoniæ, Friſię &c.

8 Arnolfus Imper.
- Carolomãnus dux Sueuię, Bauarię, Auſtrię
- 4 Ludouicus ſecundus Imperator qui Saracenos percuſſit

Poſt Arnolphum Imperatorem linea Caroli magni in hunc modum extenditur.

8 Arnolphus Imperator & dux Sueuiæ atq; Bauariæ, felix in bellis.


9 Ludouicus Rom. rex pugnauit iuxta Licũ contra Vngaros:
- Conradus dux Lotharingiæ & Franconię, etiamſi dubium ſit an fuerit filius Arnolfi. Suprà in catalogo imperatorum, fit quoque huius genealogię aliqualis deductio.
- Leutgardis quã duxit uxorẽ Otto dux Saxoniæ
- Eberhardus dux Franconiæ.

10 Conradus Imp. ultimus ex familia Caroli magni. Sunt qui putãt eum filium fuiſſe regis Ludouici noni, alij uero dicunt eum nepotem fuiſſe Ludouici ex ſorore:


11 Henricus primus dictus auceps dux Saxoniæ & Rom. rex, de ſanguine Caroli magni, à matre ſcilicet.

Memorati

Memorati Imperatores, reges & duces habuerunt ſub ſe Sueuiæ ducatum.



Ludolfus Ottonis primi filius duxit uxorem Idam filiam Hermanni ducis Sueuorũ, cui ſocer etiam tradidit ducatum, factusq; eſt marchio Auſtrię. Habitauit hic dux Hermannus in Duellio caſtro, uulgo Twiel, ſito in Hegoia. Ludolfo ſucceſſit Burchardus ſecundus, qui duxit uxorem Hedwigim neptem Ottonis primi. Poſt hunc autẽ præfuit Sueuiæ Henricus dux Saxoniæ, idq; (ut putant) nomine tutoris, p̃ſertim quũ illum ſubſequutus ſit Otto filius Ludolfi. Ottoni ſucceſſit dux Conradus, eoq; mortuo anno 997. ſubſtitutus eſt in locum eius Hermãnus ſecundus, qui habuit uxorem filiam Conradi regis Burgundiæ, cui ſucceſſit filius eius Hermannus. Anno 1042. Otto Palatinus de genere ducis Hermanni factus eſt per Henricum tertium dux Sueuiæ. An is fuerit Otto dux de Schwinfurt aut alius, perſpectum non habeo. Anno 1048. factus eſt Rudolfus filius Cunonis comitis de Rhinfelden, dux in Sueuia per Henricum Imperatorẽ. Qui quum contra Henricũ quartum electus eſſet in regem Rom. periit anno 1080. in bello. Tunc gener eius Bertholdus dux Záringenſis uoluit ſibi iure uxoris ſuæ uendicare ducatum, ſed prohibitus fuit per Imperatorem, qui filiam ſuam dederat uxorem Friderico à Staufen, illumq; creauerat in ducem Sueuiæ an. 1080. Fuit huius ducis uxor de ſanguine Caroli magni, licet per fœmineũ ſexum, ut patet intuenti genealogiam hic & ſupra poſitam. Twiel arx.



Fridericus primus huius nominis Imperator habuit matrẽ comitiſſam de Zweibrucken, alij uero ſcribunt matrem eius appellatam Iuditham, natam ex Guelforũ familia, uxor autem eius fuit Beatrix filia Reginaldi comitis Biſontini, ex qua ſuſtulit multos liberos, inter quos Henricus factus eſt Imperator ſextus huius nominis, dux Sueuiæ & Apuliæ, atq; utriuſque Siciliæ rex.

Otto dux Sueuię & comes Burgundiæ

Fridericus. Hic in obsidione Aconensi periit.

Henricus sextus Imp. & rex Sic. Philip. dux Sueuiæ, electus Imp. anno 1198. interfectus ab Ottone de Witelspach

Friderici Barbarossa Imperatoris

Fridericus secundus dux Sueuię, rex utriusq; Siciliæ & Ierusalem, Imperator

Henricus dux Sueuiæ & rex Germaniæ, mortuus in carcere anno 1231.

Conradus tertius dux Sueuię, rex Siciliæ & Ierusalem, rex Rom. ueneno à fratre Manfredo interemptus

Conradinus dux ult. Sueuię

Manfredus filius nothus, interfecto fratre possedit regnũ Siciliæ 13. annis

Conradus dux Sueuiæ & Franconiæ, profectus contra Bertholdũ ducem Zaringensem prope Durlach in sylua Lusshart ob adulteriũ fuit interfectus.

Nigra sylua, olim pars Herciniæ syluæ.



SVnt qui Nigrã syluam uolunt esse caput Hercynię syluę, id quod Hercingen pagus prope oppidũ Waldsee indicat. Vnde Strabo lib. 4. Istri inqt, fontes iuxta Sueuos & Hercyniã syluam sunt. Et in 7. lib. inquit: Hercynia sylua proceris est arboribus, cui quidem Istri fontes ac Rheni proximi sunt, inter utrunq; lacus & effusę de Rheno paludes. Et post pauca: Hercynia sylua magis cẽ Istri fontes in austrum uergit, adeo ut è Gallia in Hercyniã tendenti prius lacum transire opus sit, deinde Istrũ, postea per facilio ra loca, montanas cẽ planicies ad Hercyniã syluã sunt accessus. Tiberius à lacu unius dies progressus iter, Istri fontes aspexit. Ab eo Rhetii paululũ absunt. Quando hic dicitur Hercyniam syluam magis uergere in Austrũ cẽ fontes Istri, uidet legendũ, magis in Boream, quũ primum lacus inferior sit traijciendus, deinde Danubius & postea planicies montanæ ad syluam perducant. Est aũt Nigra sylua pinifera & obscura, proceris frequens arboribus: habet altissimos montes qui ab occasu terminant ad Brisgoiã, ad ortum autẽ sensim in planiciem rediguntur sicut & ad septentrionẽ. Habitat undiq; exceptis quibusdã uastissimis iugis montium. Habet etiam in diuersis locis diuersa nomina. Nam ultra Basileã & Friburgum uocatur Nigra sylua & olim Orcinia sylua, prope Pfortzheim uero appellat Hagenschiess, & prope Heidelbergam Otenwald, id est, Ottonis sylua, & in quibusdã alijs locis Alpes. Terra eius amara est, & nisi exusta in locis plurimis semina perdit. Fructiferas arbores & domesticas nisi in cõuallibus ægrẽ producit, sed pascua habet uberrima multaq; pecora

Iuuates Danubij.




pecora. Vnde ruſticos habet diuites, ut plerique 12. uaccas per hyemem enutriant, multoſq; boues ſaginent, quorũ carnes meliores eſſe dicuntur carnibus boum Vngaricorũ, Bohemicorũ & Suitenſiũ. Multi etiam incolæ uictitãt ligno & reſina. In uallibus fontes & riui uberes circũiacentia loca irrigãtes, & præter piſces quos ferunt eximios, aliam cõmoditatem afferunt hominibus. Arbor em̃ pinus pro ſua proceritate ad ædificandũ multum eſt idonea, quam ſcindunt in uarios uſus, ceu rates colligant, amnibus imponũt & in Danubiũ aut Rhenũ auehunt, & ex hoc queſtũ faciunt. Sunt & in ſylua hac fontes aquæ calidæ. Hinc ſurgunt duo balnea famoſa, in oppido Baden illuſtri, unde marchiones Badenſes nomen trahunt, unũ: alterũ in oppido Wildbaden, quod naturale dicitur, longe lateq; notũ. Non deſunt huic ſyluæ argentiuenæ aut fontes ſalis. Nonnulla habet oppida, uicos plurimos, & per gyrum ſunt urbes, arces, uici & pagi decorantes, unde ſylua hæc alioquin triſtis & aſpera ex his præcõmodis, habitantibus nõ eſt iniucunda. Vbi terra eſt horridior, illic eſt ſaxoſa & frigida, in multis locis aquæ penuria eſt, ubiq; tamen habitat̃. Incolæ multa ui exigunt à gleba frumentũ, cum terra adeo ſaxoſa ſit, ut nonnunq; octo aut nouem iuga boum aratrũ uix bene trahãt unum. Et quod mirum uidetur, cum aliæ gentes ex agris ſaxa & lapillos eijciant ueluti impedimenta frugũ, hi ubertatis cauſa conſeruãt. Auena eius terræ optima eſt. Bona pars huius ſyluæ noſtro æuo exterminata eſt, & in habitationẽ humanã redacta. Habent cultores optimas oues, uenationes, piſces, aues & uarios arboreos fructus. Habent autẽ uarios quibus parent dominos. Quidam em̃ agnoſcũt principes Auſtriæ, alij marchiones Badenſes, tertij alios habent dominos, puta comites, nobiles & alios prælatos. Abundat hæc ſylua tot oppidis, arcibus, uicis & monaſterijs, ut quis mirari poſſit, unde in uaſta ſolitudine multitudo tanta cõmode uiuere queat. Habet aũt præcipua loca, Furſtenberg, Hufingen, Villingen, Rotwilam, Horb, Wolfach, S. Blaſium, Alperſpach, monaſteriũ omnium ſanctorũ, S. Georgiũ, S. Petrum, Hornberg &c. aliaq; multa celebria loca, præter infinitos uicos & uillas, ut mirũ uideri poſſit, tot homines in aſperis illis & horridis mõtibus poſſe uictitare. At Deus nouit quomodo omnibus locis proſpiciat. Inuenies in hac ſylua uillas quaſdã, quarũ habitatores ſolis pecoribus uiuunt & collectione reſinæ ſtillantis ex arboribus abiegnis. Vidi prope monaſterium Kniebiſs & iuxta originẽ amnis Murgi, homines huic ferè ſoli labori intentos, ut deglubant defluentes ex arboribus guttas, iuxta ignem reſoluant atq; in torcularibus exprimant, colligantq; annuatim ducenta centenaria reſinæ, uendant Argentinæ & emant quæ apud ſe non habent. Retulerunt mihi quoq; accolæ amnis Kintzgi, ſe annuatim aliquot millia aureorũ colligere ex proceris arboribꝫ. ædificijs aptis, quas per memoratũ fluuiũ in Rhenum deducũt, ac inde uictum ſuum quærunt. Idem faciunt Gerſpachenſes, Murgum fluuium uehiculi loco uſurpantes, & Pfortzẽſes per Enztiũ fluuiũ primũ in Neccarũ ac deinde in Rhenum rates deducentes. Sic qui iuxta Danubium habitant, imponunt rates ſuas illi fluuio & deturbãt uerſus Vlmam. Nec ullum aliud negocium exercetur in Danubio ab origine eius uſque ad Vlmã itinere 10. miliariorũ, niſi quòd lignis abducendis & plicationibus intendunt. Ab Vlma uero & deinceps frequentior eſt Danubij uſus & nauigatio. Extrudunt montana Nigræ ſyluæ infinitos penè amnes. Haud procul à Rotwila oriuntur Neccarus & Danubius. Danubius petit rectà ortum, percurrens̃q; Bauariam, Auſtriam, Vngariã & alias regiones, haurit 60. inſignes amnes priuſq; ſeptem oſtijs in mare Ponticũ ingreditur. Appellarunt ueteres montem ex quo Danubius ſcaturit Abnobam:

Pini in Nigra ſylua.

Thermæ in Nigra ſylua.

Oppida Nigræ ſylvæ.



Reſinæ colle ctio.

Amnes ex Nigra ſylua promanantes.

Neccarus. de quo ſuprà etiam nonnihil dixi. At Neccarus quem ueteres Nicrum uocant, haud lon ge à fontibus Iſtri ortus, & mox in agrum Rotwilenſiũ uerſus ſeptentrionẽ delatus decur rit, inferiorẽ Sueuiam in duas ſecans partes, ac itinere fermè quinq; dierũ auctus riuis plu ribus, præſertim Entzio, Kochero & ſaxto inter Spiram & Wormaciã in Rhenum exone ratẽ. Oppida illuſtriora iuxta ripas ſunt, Horb, Rotenburgũ, Thubinga, Eſslinga, Stutgar dia, Hailprunna, Wimpina, Heidelberga: ſupra quod oppidũ arx fortis ac nobilis, ędificia habens regia magnificẽtia digna, ſedes eſt comiti Palatino Rhèni, archidapifero ſacri im perij, ubi & ſtudium floret generale. Kintzgus, Renchus & Murgus fluuij deferunt̃ à Ni gra ſylua ad occidentẽ recipiunt̃q; à Rheno. Diximus iam ſuprà Nigrã ſyluam ſecundũ di uerſas eius partes multos habere dominos, nempe duces Auſtriæ, marchiones Badenſes, principem Wirtenbergenſem, cuius ſunt Dornſtettẽ, Schiltach, Haiterbach, Nagelt, Wild perg, Kalw, Bulach, Zabelſtein, Wildbad, Neuburg &c. Rotwila eſt ſub imperio, Obern dorff oppidum eſt comitum à Zimbern, Horb, Schemperg & Bintzdorff ſunt comitũ ab Hohenberg, Eltzach oppidũ eſt nobilium à Rechberg, Gerſpach partim eſt Marchionis & partim comitum ab Eberſtein, Stulingen oppidum & caſtrum comitũ à Lupffen, Löffin gen & Newſtatt comitũ à Furſtenberg, ſicut & Wolfach, Hauſen & Haſslach tria oppida ipſorum ſunt.

Heidelberga.

Oppida Nigræ ſyluæ.

Vallis Danubiana.

Fons Danubij

DAnubij uallis excurrit à fontibus Iſtri uſq; ad Vlmã, eſtq; plurimis oppidis, uil lis, caſtris & monaſterijs exculta, quorũ habitatores in nulla re deficiunt quæ ad uictũ eſt neceſſaria. Nam habent frumentũ, auenã, piſces, aues, uenationes, p o ma, paſcua, agros, ligna &c. Solo uino carent. In uilla Thun Eſchingen oritur Danubius, ubi & caſtrum in plano iuxta Danubiũ ſitum inuenitur, eſtq; comitũ à Furſten berg. Hic ad ſpacium unius miliarij germanici eſt oppidũ Geiſingẽ, cum arce Wartenberg in mõte ſita, cuius dominus eſt quoq; comes Furſtenbergenſis. Sequitur deinde oppidũ & caſtrum Möringen, ac deinde Mulheim oppidum & caſtrum, item Fridingen oppidum & Tutlingen oppidũ & arx principũ Wirtenbergenſiũ, Laitz, Vntzkofen, Hedingen mona ſterium, Simringen oppidum & caſtrum, Scher oppidum & caſtrum, Mengen oppidum, Riedlingen oppidum, Sulgen & Munderkingen oppida, Buſch, de quibus omnibus ſuprà feci mentionem. Ehingen ciuitas, Schelcklingen oppidũ & caſtrum, Marckthal monaſte rium ord. Præmonſt. ubi maximi cancri inueniuntur. Sequitur deinde Vlma præclara ciui tas, quam Danubius quoq; alluit, Lipheim oppidum quod eſt Vlmenſiũ. Lagingen oppi dum & caſtrum, principum Bauariæ. Hic uno & eodem tẽpore fuit doctiſſ. uir quem tunc habuit Germania, nempe Albertus magnus qui fuit ibi natus, uenuſtiſſima mulier & ma ximus equus. Sequitur iuxta Danubiũ Gundelfingen oppidum & caſtrũ, Höhſtetten op pidum & caſtrum, quorum domini ſunt principes Bauariæ. Item Dillingen oppidũ & ca ſtrum, epiſcopi Auguſtani, quod Hartmãnus comes ultimus Dillingenſis, tradidit epiſco patui Auguſtano. Werd ciuitas imperialis, ubi optimi conficiuntur caſei cruce ſignati.

Albertus magnus.

Monaſteria in Nigra ſylua. S. Blaſius.



FVit hoc monaſteriũ primo fundatum ſub Ottone primo. Erat enim tunc baro quidam de Seldenbeu ren, qui bellis plurimmũ occupatus, uice quadam amiſit manum. Tunc pœnitentia ductus, egreſſus mundum contulit ſe ad quoddã heremitoriũ ſitum ad Al bim fluuium, qui quatuor miliaribus ſupra Baſileam mi ſcetur Rheno, deditq; fratribus omnia ſua bona & mino rem iuriſdictionẽ. Obtinuit deinde priuilegiũ imperiale ab Ottone magno anno 963. ſignatũ manu Imperatoris atq; datum Veronæ, quod poſtea fuit confirmatum per Henricũ 2. anno 1047. & per Henricum 4. anno 1065. in ciuitate Baſilienſi, atq; per Lotha rium 3. anno 1126. Barones uero Maltho de Waldeck & Burchardus de Eyſtet dederunt huic monaſterio uillas Schönaw & Dottnaw, ubi hodie eſt argentifodina.

Herren

Herren Alb.

HOc monaſterium uulgo Herren Alb, latinè Albis dominorũ, fundatum inuenio anno 1148. à comitibus ab Eberſtein. Eſt ord. Ciſtercienſ. ſitũ inter oppidum Baden & Pfortzheim.

Sanctus Georgius.

Barones à Degernow hoc monaſterium ordinis ſancti Benedicti fundaſſe memorãtur.

Hirſow.

COmites à Kalw, præſertim Erlafridus, fundauerunt ano Chriſti 878. monaſterium ſancti Aurelij ord. diui Benedicti, quod uulgo Hirſow appellatur. Fuit in eo circa annum Chriſti 1080. abbas ſingulari eruditione præditus, Wilhelmus nomine, qui monaſterium iſtud reſtaurauit & monachos in diſciplina reformauit. Idem quoq; dicitur extruxiſſe multa alia monaſteria, duo ſcilicet in Nigra ſylua, ad ſanctũ Georgium & ad ſanctum Gregorium, item Duplicem aquam, uulgo Zweifalten iuxta Danubium. Vnum quoq; in diœceſi Herbipolenſi in oppido Chamberg. Idem reformauit duo monaſteria Schafthauſen atque Peterſhauſen, iuxta Rhenum ſita.

Sanctus Petrus.

VT ſupra quoque memorauimus, fuit hoc monaſterium ord. ſancti Benedicti fundatum per duces Zäringenſes, nempe per Bertholdum, qui in ſua ditione & terra illud conſtruxit, & frater eius Gebhardus epiſcopus Conſtantienſis conſecrauit ipſum anno Chriſti 1091. Iacet in Nigra ſylua, diſtans à Friburgo tribus ferè miliaribus, fuitq; locus ſepulturæ ducum Zäringenſium.

Reichenbach.

NOn longe à fonte Murgi fluuij, ſitum eſt monaſterium Reichenbachenſe inter arbores piniferas in ſqualido loco, fundatum à barone quodam Sygburgẽſi & ſubiectum monaſterio Hirſowenſi. De monaſterijs ſancti Truperti & omniũ ſanctorum ſuprà diximus.

Alperſpach.

FVndatores huius monaſterij fuiſſe dicuntur comites à Sultz, Albertus à Zollern & barones de Hauſen.

Monaſteria monialium in Nigra ſylua.

ALbis dominarũ, uulgo Frauwen alb, habuit fundatores comites ab Eberſtein. Friden wiler uero fundauerunt comites à Furſtenberg, & Beuren marchiones Badenſes. Oberndorff uero inſtituerunt duces à Teck, & Wyckten Geroltzenſes. Wildperg fundauerunt comites Hohenbergenſes &c. *Frauwen Alb.*

Furſtenberg.

OPpidum iſtud unà cum caſtro ſitum eſt in monte ſublimi in landgrauiatu Borenſi. Montana eĩm quę ueteres Abnobia appellauerunt, noſtris tẽporibus Bor uocantur. Eſt regio hyemalis & frigida, atq; ob id dura hominũ habitatio. Qui montem incolunt, coguntur omnia, etiam ligna & aquam, per aſinos in ſublime portare. Comites qui hinc titulum & denominationem ſuam retulerunt, non habent ibi curiam ſuam, ſed in monte Sancto prope Vberlingã habitant. habentq; latiſſimam in regione illa ditionem, plurima oppida, arces & uillas. Tractus Rheni iuxta Schafhauſiũ miniſtrat habitatoribus illis montanis uinum optimum. In Nydingen uilla iuxta Danubium, eſt monaſterium monialium, ubi comites Furſtenbergenſes ſuam habent ſepulturã. Hufingen pulchrum oppidum non *Abnobij mõtes* *Mons Sanctus*

multum ab ortu Danubij distans, est nobilium Schellenbergensiũ. Et castrum montanũ Wartenberg, quod aliquando proprios habuit nobiles, hodie est comitũ Furstenbergensium. Habet autem ditio horum comitum, sicut & tota Nigra sylua, uiros bellicosos & robustos, agrestiori scilicet cibo solidiora & proceriora generante corpora.

Hohenberg.

ARx ista montana uno miliario à Rotwila distans, caput olim fuit comitatus Hohenbergensis, iussu Sigismundi Imperatoris à Rotwilensib. destructa, sicut & arx Lupferberg. Ditio quę adiacet huic arci appellat̃ superior ditio, quę autem adiacet Neccaro, uocatur dominiũ inferius, habentq; duę hæ ditiones duos præfectos. Inferior ditio habet insignia quædã loca, ut sunt Horb elegans oppidũ, Rotenburg & Ehingen, duo oppida trans & citra Neccarũ posita. Collegiũ Ehingense fundatũ fuit à comitibus Hohenbergensibus. Habet præterea comitatus ille & alia multa loca, ut sunt Bintzdorff oppidũ, Kirchperg cœnobium monialiũ, Schemberg oppidum sub arce Hohenbergensi, Fridingen oppidũ iuxta Danubiũ, &c. Iuxta oppidum Nagolt est monasteriũ monialiũ, in quo sepultus iacet ultimus comes Hohenbergensis, Sigismundus nomine. Nam Nagolt & Wildperg, quæ hodie sunt ducis Wirtenbergensis, fuerunt olim comitũ Hohenbergensiũ sicut & Haierloch & Oberndorff. Comes Rudolfus ab Hohenberg uendidit anno domini 1371. dominiũ de Hohenberg ducibus Austriæ ob id quòd non erat ei filius, deinde propter uxorem & filiam eius, à quibus magnam iniuriã fuerat passus: tertiò quòd consanguinei sui, patrui scilicet, fraudulenter & nulla cogente necessitate, alienigenis patrimonium suum uendiderant.

Horb oppidũ.

— Rudolphus, Rudolphi F. Alberti (cuius sorores Rodulphus Rex duxit) nepos. Alb. Argent. cap. 15.

Rotwila.

CIuitas ista imperialis ab initio suæ constructionis quater mutauit sedem. Primum enim cõstructa fuerat ultra Neccarum, sed passa multa damna à torrente Preim, translata fuit ad alteram ripam Neccari, qui locus hodie appellatur antiqua ciuitas. Id factum quidam putant eo tempore, quo Romani strauerant Cimbros, & reliquiæ eorum hunc locum occupauerunt, educti scilicet per Germanos superiores, qui illis adhæserant, ex Italia. Vnde & Ptolemæus iuxta lacum Venetum ponit Taxgetium oppidum, per quod quidã Rotwilam intelligunt, quasi Rottwila. Sònat autem Rott germanicè, cateruam uel cohortem latinè. Taxgetium etiam græcè, significat cohortium mansionem. Deinde ob conflagrationem ciuitas ista antiqua fuit in æditiori loco posita, habuitq; cum situm tunc quando Conradus tertius dux Sueuiæ electus fuerat ad imperiũ, qui & imperiale consistoriũ in hac ciuitate constituit, idq; hac occasione. Electi duo reges in discordia, Lotharius Saxo & Conradus, fuit Lotharius multo fortior Conrado, etiamsi Conradus plura habuerit uota. Persequens ergo Saxo Conradum, coẽgit illum fugere ad Henricum comitem Hohenbergensem in arcem eius, cui quoq; conquestus Conradus, quàm iniquè Lotharius ageret contra se, consilium simul & auxilium eius implorauit. Timens autem comes ne & ipse periclitaretur propter receptum Conradũ, suasit illi, ut se Rotwilã, quæ in arce Hohenbergensi uideri potest, reciperet, salutemq; suã ciuibus illius urbis committeret, qui proculdubio se & totam ciuitatem exposituri essent pro salute eius. Nam sciebat comes quàm integer esset populus ille, quàm fortis & intrepidus. Rex obsequens consilio comitis magna fiducia confugit ad eiues & in necessitate tanta illorũ implorauit auxilium. Ciues equam eius petitionem aduertẽtes, promiserunt illi auxilium dederuntq; refugij locum. Audiens autem Lotharius æmulum receptum à Rotwilensibus, admoto exercitu, integro ferè anno obsidione cinxit ciuitatẽ, deficiẽtesq; in urbe alimonia, ciues subitò erumpentes, abstulerunt Lothario commeatum qui iam recens erat allatus. Quod Lotharius uidens, soluta obsidione discessit, & paulo pòst facta est concordia tali conditione, ut Conradus libere permitteret imperare Lotharĩ quoad ille uiueret, ipse autem post Lotharij mortem regni habenas susciperet, quod & factum est. Lotharius enim non diu superuiuens, reliquit Conrado imperium. Tunc Conradus memor beneficiorum Rotwilensiũ, uolens illis compensationem facere, instituit apud eos iudicium aulicum siue consistorium imperiale, in quo duodecim assessores ex militari seu equestri dignitate essent, iudex autẽ esset comes Sultzensis, cui sicut & toti eius posteritati pro feudo hoc officiũ concessit.

Rotwila quasi cohortiũ uilla.

Rotwila oppugnatur.



ceſſit. Quod ſi ex equeſtri ordine non omnes aſſeſſores haberi poſſent, dedit ciuibus hoc priuilegium, ut ex ſe reliquos ſufficerent. Eſt ciuitas iſta Rotwilenſis bene munita, ſita in edito loco, habens foſſas ampliſſimas atq; profundiſſimas, ſpinis & perplexis dumetis obductas. Cumq; ſuperioribus annis multas moleſtias & præſſuras ſuſtineret ab Eberhardo duce Wirtenbergenſi, coacta fuit inire fœdus cum Heluetijs: quod fœdus poſtea anno Chriſti 1519. renouantes perpetuo obſeruandum firmauerunt.

Villingen.

Ciuitas iſta ad amnem Brigum ſita, à duce quodam Záringenſi dicitur primùm extructa, & poſt extinctum illud Záringenſium genus uenit ad obedientiam comitum Furſtenbergenſium & poſtea principibus Auſtriæ fuit ſicut & hodie eſt ſubiecta. Accepit nomen à Villa, quia primùm fuit uilla & poſtea creuit in ciuitatem. Dominus Georgius Pictorius medicus, ibi natus, putat inde nomen ei inditum, quòd ſit quaſi mater multorum circumiacentiũ locorum deſinentium in ingen, ut ſunt, Hüfingen, Giſingen, Tutlingen, Schweiningen, Eſingen, Lupferdingen &c. Alij uero aiunt uocabulum Villingen deſumptum à uiro quodam Welling nomine, qui primus ibi monetam cudit, cuiuſq; monetandi cuſpidem adhuc habent.



Habent incolæ ſalubrẽ aẽrem, alluunturq; omnes platex riuulis pertranſeuntibus. Forũ eſt in mediullio ciuitatis unde quatuor rectę platex ad quatuor uergunt portas, ut ſtans in foro oculorũ aciem per omnes portas tranſmittere poſſit. Omnia in hoc oppido haberi poſſunt in mediocri precio, panis, caro, piſces, caro ferina &c. Vinum ex Briſgoia per aſperos montes adducitur: Nulla ibi toleratur auis quæ piſcibus inſidiatur, præſertim ardea, mergus & quædam ſpecies anatum. Et qui unam talium auium capit, illi datur ſolidus Villingenſis, relinquiturq; captori, abſciſo tamẽ prius crure. Habet hæc ciuitas aquam ſalubrem ſulphure & alumine tinctã, quæ in balneantibus reſtaurat feſſa membra. Extergit enim languidos neruos, roborat ſtomachum & iuuat digeſtiuam.



Zimbern.

FAmilia antiquorũ baronum à Zimbern, qui noſtro ꝛuo ad comitatus gradum aſcenderunt, originem putãtur duxiſſe à Cimbris, populis ſeptentrionalibus, qui aliquot annis ante Chriſti natiuitatẽ propter aquarũ inundationem coacti fuerunt excedere patria ſua & alias quærere ſedes, id quod ſuprà multis explicuimus uerbis. Nam quum Cimbri in magna multitudine egreſſi fuiſſent, & Romanos pro aliqua regione inhabitanda & ſibi concedenda ſalutaſſent, illi autem petitionẽ abnuiſſent, uentumq; fuiſſet ad horrendum bellum, & utrinque multa millia interiiſſent, reliquiq; Cimbrorum egreſſę Italiam, apud Germanos, qui eos comitati fuerant, ſedem fixerunt, conſtruentes caſtra & ca-

ſtra & caſtella. Et quanꝯ ex his efficaciter probari nequeat, Barones Zimbrenſes à dictis Cimbris deſcendiſſe, quum de tantis antiquitatibus certi nihil haberi poſſit, & ueteres in hiſtorijs cõſcribendis negligẽtiores fuerint, neceſſe eſt ut ueriſimilibus cõiecturis utamur, nõ obſtãte quod quidã diuerſum ſentiãt. Hoc certũ eſt, Cimbros qui in ultima pugna cum Romanis facta, ſuperfuerunt cõſediſſe in Germania (id quod quidam teſtãtur hiſtorici) & reliquiſſe nominis ſui aliquod indiciũ. Quod quum alibi non niſi in nigra ſylua comperiaẽ, licet hinc conijcere, Barones Zimbrenſes originẽ ſumpſiſſe à Cimbris, maxime quum in eo loco adhuc tot extent uici & caſtra, quæ nobis ſuis nominibus in memoriã reducãt Cimbrorũ manſionẽ, ut ſunt Herren Zimbern, qui locus olim tempore Ottonis terij uocatus fuit Ancia zimbern. Item Waldzimbern, quod modo uocant Spitalszimbern. Et Marſchalckenzimbern, Heiligen zimbern, Roten zimbern, Zimbern in foramine. Enquot Zimbern in modico terræ ſpacio, uetuſtatis monumenta, adhuc ſuperſunt. Inueniuntur & in alijs Germanię locis uici qui Zimbern appellanẽ, ut in Habergoia, in Rhetia Norlingenſi, in Franconia & iuxta fluuiũ Lyn, at nullibi inuenies tot Zimbern ut in dominio comitum Zimbrenſium. Nec obſtat quòd ueteres Cimbri cum c. loca autem Nigræ ſyluæ cum z. hodie ſcribuntur, quum in annalibus monaſteriorũ ſancti Georgij, Augiæ & Alperſpachij, ubi memorati barones Zimbrenſes ſepulti inueniuntur, cum c & non cum z ſcribantur. Poſſent quoꝯ inſignia ipſa nonnihil adſtipulari propoſito noſtro, quum & Nortuegienſes, unde Cimbri putantur pro bona parte egreſſi, & barones Cimbrenſes pro ſigno militari utanẽ leone geſtante pedib. ſuis ſecurim haſtariã. Hæc ſuppeditauit generoſus comes Wilhelmus Wernherus à Zimbern, antiquitatum ſingularis amator & indagator.

Cimbri in Nigra ſylua.



Multa Zimbern.

De regione Wirtenbergenſi, item de principibus & ciuitatibus eius.



Wirtenbergũ magnus comitatus.

HAbuit regio iſta olim multas priuatas ditiones & comitatus, inter quos numerãtur comitatus Kalwenſis, Thubingenſis, Vracenſis, Wirtẽbergẽſis, Zabergoienſis, Kreichgoienſis, Helfenſteinenſis, Zollerẽſis, Achellenſis, Teckenſis, Niſenſis, Herrenbergenſis, Gruningenſis, Veringenſis, Aſpergenſis &c. quorũ ferè omniũ ſucceſſio per mortem deleta eſt, quidam uenditi, aut iure belli in aliam translati ditionẽ, tandemꝯ ad hoc uentũ, ut tot dominia in unum comitatũ Wirtenbergenſem confluxerint cum quibuſdã ciuitatibus, quas poſt abolitionẽ ducatus Sueuici, comites ſibi uſurpauerunt. Fuit etiam in hac regione ducatus Teckenſis, itẽ Vrſlingenſis & Schiltacenſis, quibus locis principes præſederũt. Ex tot itaqꝯ dominijs in unũ conflatis comes Wirtenbergenſis tumefactus, Henrico 7. qui anno Chriſti 1308. ad imperiũ fuit electus, auſus fuit rebellare. Sed cꝯ feliciter id ſibi ceſſerit paulo pòſt fuit expertus. Interim emꝫ quo Imperator in Italiam conceſſit, Conradus à Winſperg uicerex ſeu uicarius Cęſaris, inuadens comitem Eberhardũ, exuit eum omni potentia bellica, occupauitꝯ omnia munitiora eius loca, ita ut ex 80. oppidis & caſtris comiti uix tria reſidua manerent. Deinde captus comes ab Heſſo & marchione, 5. annis uſꝯ ad mortẽ Imperatoris in uinculis fuit retentus. Fuit aũt an. Chriſti 1313. Impatori in Italia per monachum quendam in ſacramento altaris uenenum porrectum &c. Docent etiam hiſtorię, Eberhardũ comitẽ Wirtenbergenſem ſub Cęſare Rudolfo ab Habſpurg impugnaſſe comitem Albertum ab Acheln (cuius arcis ſitus eſt iuxta oppidũ Reutlingen) & comitem à Teck. Lego quoque comites ab Acheln fuiſſe anno Chriſti 937. in torneamento Meidenburgi celebrato. De comitibus uero Wirtenbergenſibus non inuenitur quòd ante annum Chriſti 1179. ullum uiſitarint huiuſmodi militarem ludum, ſed eo anno comparuerunt Coloniæ in tornemento ibi habito. Tecktoſagum gens putatur Nicri ripam accoluiſſe

Comites ab Acheln.

roluisse, quo loco uetusta adhuc arx uisit, quæ Teckensibus postea comitibus & ducibus nomen dedit. Ea Teck uulgo appellatur. Anno Christi. 1179. fuit comes Albertus dominus in Teck. Et anno Christi 1311. fuit dux Vlricus dominus in Teck. Deinde anno 1360. fuit Fridericus dux Teckensis præfectus prouincialis nomine Rudolfi quarti ducis Austriæ in Sueuia & Alsatia. Comites Calwenses, fundauerũt monasteriũ Hirsawense, potissimũ Erlafridus anno Christi 838. Et postea anno 1083. Adelbertus Calwensis fundauit monasterium Sindelfingense. Deficientibus autem comitibus à Kalw, Wirtẽbergenses comites eorum facti sunt hæredes. Anno Christi 1342. comites Palatini Thubingenses, Gozon & Wilhelmus impignorarunt comitibus Wirtenbergensibus comitatũ suum, sicq; duo comitatus Thubingensis & Calwensis peruenerunt ad excelsos comites Wirtenbergenses. Anno Christi 1120. fuit comitatus Wirtenbergensis diuisus in tria dominia. Vnus enim comes curiam suam habebat in Vrach, alius in Beutelspach & tertius in Grieningen. Postea summa imperij peruenit ad duos moderatores, unus habitauit in Stutgart & alius in Vrach. Tertiò omnia dominia sunt contracta in unum. Anno salutis 1495. rex Maximilianus conuentũ Germaniæ in urbe Wormaciẽsi celebrauit, in quo Eberhardũ comitẽ Wirtenbergensem solenni pompa ducem creauit, titulo'q; ducali, auctis armis, in Wirtenberg & Teck propria manu insigniuit, præsentibus totius conuentus principibus.

Comites Teckenses.

Comites Calwenses.

Comes Wirtenbergensis fit dux.

Genealogia comitum & ducum Wirtenbergensium.

Putant Wirtenbergensium comitum familiam primum sub Conrado secundo ex Italia in Germaniam uenisse. Nam non leguntur in historijs antiquiores comites huius generis, quàm fuerint duo fratres Conradus & Bruno, qui ambo sub Henrico quarto uixisse memorantur. Bruno primum fuit Spiræ præpositus in monte sancti Guidonis, ac deinde postulatus in abbatem Hirsawensem. Fuit autem Conradus comes Wirtenbergensis anno 1100. habuitq; filium Vlricum.

- Vlricus comes
  - Wernherus comes in Grieningen
  - Ioannes com. in Wirtenberg
    - Hermannus aut Hartman.
    - Eberhardus comes
    - Eberhardus obijt 1325
  - Vlricus obijt 1344.
  - Vdalricus mortuus 1370.
    - Eberhardus mortuus anno 1393
      - Eberhardus senior comes in monte Beligardo, mortuus anno 1419.
      - Vlricus ante Wilam occisus
      - Eberhardus pius sine liberis obijt 1417

Post Eberhardum seniorem deducitur genealogia in hunc modum.

- Eberhardus senior
  - Ludouicus dominus in Mimpelgard obijt anno 1454.
    - Eberhadus barbatus dux primus, mortuus anno 1496. uxor eius filia principis Mantuani.
    - Ludouicus mortuus puer
    - Mechtildis. Hanc duxit Ludouicus Hessus, auus moderni landgrauij Philippi
  - Vlricus captus à Palatino
    - Eberhardus dux secundus, obijt anno 1504.
    - Henricus comes obijt anno 1519.
      - Vlricus dux 3. Mater eius comitissa à Bitsch
      - Georgius comes: Mater eius comitissa à Salm.
      - Christophorus dux 4.
  - Sophia, quam duxit uxorem dux Lotharingiæ.

Eberhardus senior adeptus est comitatum montis Beligardi, qui haud procul à Basilea abest. Vnde filij eius Ludouicus & Vlricus fuerunt comites Wirtenbergenses & Montbeligardenses. Vlricus quem Palatinus comes Fridericus cepit, habuit uxorem Margaretã filiam comitis Subaudiæ & matrẽ Philippi principis Palatini. Mortuo eñ primo eius marito Ludouico principe Palatino in iuuentute, nupsit Vdalrico comiti Wirtenb. At frater huius Vdalrici Ludouicus, duxit uxorem Mechtildem, sororem dicti Ludouici comitis Palatini, sicq; duo fratres habuerunt uxores, unus principis Palatini sororem, & alter eius relictam. Eberhardus barbatus primus dux, mortuus sine liberis regionẽ usq; ad se in duo dominia

Affinitas Palatinorũ & Wirtenbergensiũ.

dominia diuisam, rursum sub patruele suo Eberhardo duce secundo in unam redegit ditionem. Hic tamen secundus dux ultra biennium non mansit in ducatu, sed corrasis utensilibus suis aureis & argenteis, primum fugit Vlmam ac deinde ad principem Palatinũ, mortuusq; est apud exteros sine liberis. Tunc creauit rex Maximilianus nepotem suũ Vdalricum ducem Wirtenbergensem, qui adhuc quo nostro superstes est atque præsidet ducatui, à quo tamen aliquot annis exclusus fuit. Pater eius Henricus comes, anno Christi 1499. captus fuit & inclusus à patruele suo duce Eberhardo propter maniã qua laborabat, & propter quædam inepta quæ designauerat.

De bellis & seditionibus quæ in Wirtenbergensi ditione intra trecentos annos orta sunt.

ANno Christi 1286. Eberhardus comes Wirtenbergensis regis Rudolfi mandatis diutius reluctando iram in se regis concitauit: unde rex contractis tam equitum q̃ peditum copijs, comitatum prædictum armata manu ingreditur, & omnia quæ potuit hostili deuastatione demolitur. Videns autem comes Eberhardus tãtę se multitudini resistere non posse, ad tutiora loca confugit. Quod cernens rex, Stutgardiã uallauit obsidione, arietibus muros oppidi grauiter concutiens. Verum comes cum suis qui intus erant fortius rem aggredientes, maiore regis damno quàm cõmodo sese ab hostibus defenderunt. Ad ultimum post concussum oppidi murum & post desolationẽ terræ archiepiscopus Moguntinus comitẽ in gratiã regis reduxit. Eodem anno memoratus comes bellum gessit contra Esslingenses: quibus cum Albertus comes de Acheln & alius quidã de Teck subsidia ferrent, Eberhardus eosdem comites persecutus est, eorumq; uillas & agros igne & ferro deuastans, cum rapinis cędes non modicas fecit. Sed rex Rudolfus inter eos pacem reformauit. Anno 1309. Henricus Imperator septimus consulturus motibus Germanię, inuenit principes sibi cõsentientes præter Eberhardũ comitem Wirtenbergensem, qui rebellionẽ meditabatur. Causam aiunt fuisse, quòd multa temerè egisset cum ciuitatibus imperij, quæ sub Rudolfo Cæsare nuper ereptæ fuerãt dominio Wirtenbergensi, à quo post Conradini mortem grauiter uexatę fuerãt aliquot annos usq; ad Rudolfum. Itaq; Henricus ciuitatũ fidẽ accepturus, accepit quę in illas cõmisisset comes Wirtenbergẽsis, adijt Spirã, quo mox & Eberhardus comes ducentis equitibus stipatus uenit. Sed quũ nihil cum eo cõcordię causa agi posset, comes indignanter recessit. Contra quem rex grandem exercitũ uocauit & eum oppidis suis & castris ferè omnibus aut destructis aut captis depauperauit, inter quæ & castrum Wirtenberg fuit destructũ. Itaq; belli angustia undiq; pressus comes ad castrum Asperg munitissimũ fugit: quo obsesso, fugientẽ Rudolfus marchio de Baden sororius eius in oppido Besicken recepit. Post mortem tamẽ Cæsaris Henrici omnia deperdita recuperauit. Beneficij aũt marchionis oblitus, castrũ eius obsedit, de quo per marchionẽ & eius auxiliatores repulsus, præ mœrore Stutgardiã rediens obijt. Anno domini 1360. Eberhardus comes Wirtenbergens. præses Sueuię seu aduocatus prouincialis super 24. ciuitates imperiales ab imperatore constitutus, cœpit easdem exactionibus grauare: quod ciuitates non ferentes Imperatorẽ Carolũ implorant. Cumq; Carolus comitẽ redarguisset, ille Imperatoris increpationẽ paruipendẽs, ligã fecit cum ducibus Austrię. Ventum est autem tandem ad bellum, & Rupertus dux Bauariæ ab Imperatore constitutus dux belli: qui concurrente auxilio Rhenensiũ ciuitatũ comiti multa dãna intulit in ualle Zabergow. Imperator uero oppidũ Alen euicit, quod erat comiti pro 20000. flor. impignoratũ à comitibus de Oetigen. Deinde profectus est ad Esslingen & obsedit oppidum Schorndorff. Rupertus autem Palatinus obsedit Grũningẽ, & Augustani cum Constantiensibus Geppingen. Tandẽ pax est facta sub his conditionibus, quòd comes solueret ligam factam cum ducibus Austriæ, & resignaret aduocatiã imperialem per Suæuiam cum omnibus iuribus suis, & quòd sua ablata sibi restituerentur præter oppidum Alen, quod imperio deberet esse subiectũ. Cumq; hæc resignatio uerbo fieret nõ autem reipsa, factũ est postea anno 1373. quòd dictus comes nomine Caroli Imp. à ciuitatib. imperij per Sueuiam exegit grandem pecuniã. Ciuitatibus autem dare recusantibus, comes congregato magno exercitu, eas magnis affecit damnis, donec tandem concordia facta Vlmenses dederũt 52. millia florenorũ, Esslingenses 15. millia, Rotwilenses 10. millia, Reutlingenses 15. millia,

Stutgardia à rege obsidetur.

Rex Rom. contra Wirtenbergensem.

Noua expeditio contra Wirtenbergensem

Alen oppidum imperiale.

15. millia, Lindouienſes ſex millia, Conſtantienſes 40. millia &c. Sunt autem qui ſcribunt Imperatorẽ per illam pecuniã placaſſe memoratũ comitem, ob id quod ſibi ademerit aduocatiã ciuitatũ Sueuiæ. Eodem tempore comes aduocatiã monaſterij Mulbrunnenſ. reſignare coactus eſt, quam poſtea comes Palatinus obtinuit, & anno 1504. rurſum amiſit.

Anno 1373. aut ſecundũ alios 1377. denuo erat bellũ inter comitẽ Wirtenbergenſ. & ciuitates Sueuię. Poſtq́ ergo comes ciuitatibus & ciuitates uiciſſim comiti multa intuliſſent mala, quadã nocte ante feſtum diui Ioannis Reutlingenſes cum ſociorũ auxiliari manu, numero 500. egreſſi latuerũt in arbuſtis, donec paſtores ex oppido Vrach & Tettingen mane ſummo pecora in paſcua agerent, quæ omnia abegerũt, & pagũ Tettingen incenderũt. Quo facto Vdalricus iunior comes Wirtẽbergenſ. cum iuſto exercitu equitũ conabatur illos opprimere, priuſq́ ſe ad oppidũ reciperent. At ciues hoc aduertentes, per portã aliã ſolito clauſam excurrunt & hoſtem præter eius expectationẽ circundant & ceu pecora interficiunt. Comes par eſſe non potuit, ſed perturbato ordine fugere conatur, at circumſeſepto hoſtibus armatis nulla patuit fugiendi uia. Occubuerunt in ea pugna plurimi inſignes uiri, Fridericus comes de Zollern, Vlricus comes de Thubingen, Ioannes comes de Schwartzenberg, Suigerus de Gundelfingẽ, Gotfridus de Winſshem uexillifer cum alijs 39. nobilibus uiris præter famulos eorum, quorum numerus multo maior erat. Alij tamen numerant 72. nobiles & ſeruos. A parte uero Reutlingenſium perierunt tantum 16. uiri. Ipſe filius comitis de Wirtenberg Eberhardi acceptis aliquot uulneribus, cum quibuſdã alijs fuga elapſus peruenit ad arcem Acheln. Reutlingenſes equis & reliqua præda potiti, captis aliquot, oppidum ſuum uictores ingreſſi ſunt. Petierunt autem nobiles ſuorum cadauera, quæ illis Reutlingenſes dederunt. Durauit hoc bellum diutius quòd Carolus Imperator connitebat duci Wirtenbergenſi. Sueuia ex hoc bello multa paſſa eſt mala. Nam uillæ ruſticæ integriq́ pagi utriuſq́ partis exuſti ſunt, & fruges contritæ in agris, quę res multos pauperes ruſticos ad mendicitatem perduxit. Poſtquã accepit comes Wirtembergenſ. hanc inſignem cladem, comparauit maiores copias, armauitq́ omnes ſuos ſubditos. Contrà quoq́ ciuitates conſcripſerunt auctiorem exercitũ, ſed iuſto prælio non dimicauerunt, alteri autẽ alteros uehementius uexauerunt. Aiunt hunc comitem Eberhardũ uiuum ex materno utero exciſum, id quod præſagiũ fuiſſe putant futurę ſuę in uicinos graſſationis. Anno 1388. conflictus maximus inter comites de Wirtenberg & ciuitates imperiales apud Wilam eſt habitus. Contigit autẽ hoc modo. Poſt conflictũ apud Reutlingen in quo perierunt tres comites & 72. nobiles & famuli, audaciores factæ ciuitates, ligam fecerunt cum ciuitatibus Rheni, ſicut & comites de Wirtenberg & duces Bauariæ & quidã epiſcopi fœdus inierunt: factæq́ ſunt prædæ & direptiones, uaſtationes, cædes, incendia, plurimaq́ alia mala. Contigit autem quòd ciuitates prædictæ contractis copijs aliquot prędas & incendia agerent, obſiderentq́ cœmiterium in uilla Toffingen, quæ erat Wirtenbengenſium prope oppidum Wilam. Quapropter Eberhardus comes Wirtenbergenſis congregatis copijs hoſtem inuaſit in uigilia diui Bartholomæi, initoq́ conflictu, in prima acie comes Vdalricus Eberhardi filius cum nonnullis alijs occiſus interijt. Ea ſtrage territæ ſunt comitis copiæ. Quod aduertens ſenior comes Eberhardus, exclamaſſe fertur ad ſuos. Quid trepidatis? State uiriliter, ecce fugam. Hac uoce reuocati ſui: pars autem aduerſa reſpiciens ſi quis fugeret, pauſando ſunt uicti. In eo conflictu de parte Ciuitatenſiũ mille & amplius ceciderunt, capti ſunt 600. reliqui uero fuga ſaluati. Ex parte autem comitis perierunt comes Vdalricus de Wirtenberg, comes de Löwenſtein, comes de Zollern, comes de Werdenberg & cum his 60 nobiles acmilites. Anno 1498. Eberhardus dux ſecundus Wirtenbergenſis cum uix duobus annis adminiſtraſſet, uel conſcientia malæ adminiſtrationis uel metu ducatum deſerens, Vlmam cum paucis profugit, auferens ſecum uaſa argentea & aurata, quæ paulo pòſt conflauit in maſſas & ad Philippum comitem Palatinum diuertit. Cumq́ moneretẽ ut uaſa reſtitueret uiciſſimq́ reciperet penſionẽ annuam ſex millium florenorũ quoad uiueret, id nõ fecit, ſed aliquot annos moratus cum principe Palatino tandẽ in arce Lindenfels anno 1504. diem clauſit extremũ. Anno 1514. exorta eſt poſt paſcha ſeditio in ducatu Wirtenbergenſi, quam appellauerunt pauperẽ Conradũ. Quum enim ruſtici ſupra modum exactionibus grauarentur, illi in ſeditionẽ uerſi & moti contra principem ſuum, coẽgerunt illum fugere ex Stutgardia in arcem Thubingenſem, quouſq́ tumultus fuit ſedatus. Multi tamen deinde neci fuerunt dati, preſertim qui fuerant autores ſeditionis.

Reutlingenſes pugnant contra comitem.

Strages comitis.

Nouus conflictus.

Vlricus comes interijt.

Stratagema.

Der arm Conrad.

Anno

Anno Christi 1518. Vlricus dux Wirtenbergen. proscriptus à Cæsare, bello fuit obrutus à liga Sueuica. Cumq; ille imperialem ciuitatem Reutlingẽ inuaderet subiugaretq;, pulsus est ex suo ducatu. Et reuersus in septembri denuo fuit exclusus, mansitq; extorris usq; ad annum Christi 1534. tunc auxilio Philippi langrauij Hassonum fuit restitutus.

De oppidis ditionis Wirtenbergensis.

REgio Wirtenbergensis ducatus ueluti circularem habet situm, complecturq; ciuitates & oppida plurima, multa castra & monasteria, uillas & uicos penè infinitos, præter tres ciuitates imperiales, Esslingam, Wilam & Reutlingam, quæ intra ditionem principis suum habent situm, & proprias iurisdictiones. Præstantiores autem huius ducatus ciuitates sunt Thubinga & Stutgardia.

Thubinga.

FVit hæc ciuitas olim habitatio præcipua Palatinorũ Thubingensiũ, qui hodie residẽt in Brisgoia, curiam suam habẽtes in arce Liechteneck, haud procul ab oppido Kentzingen sita. Anno Christi 1477. ad instantiam comitis Eberhardi de Wirtenberg & mõtis Beligardi senioris, illustrisq; dominæ Mechtildis matris eiusdem, auctoritate Romani pontificis uniuersitas studij generalis in oppido Thubingæ fuit erecta, & ecclesia parochialis diui Georgij in collegiatã eleuata. Habuit & adhuc habet hoc florentissimũ studiũ multos celebres & egregiè doctos uiros, inter quos lo hannes Stoflerus mathematicus, olim præceptor meus fidelissimus, editis in Astronomia multis libris, apud posteros perpetuam sui reliquit memoriam. Nec tantum deflenda fuit mors huius optimi uiri, qui ante triginta annos ad summam & planè inualidam peruenerat ætatem, quantũ optimorum librorũ eius interitus, quos edax flamma post mortẽ eius, unà cum pulcherrima sphæra & uarijs instrumentis in fauillas redegit. Adiacet hæc ciuitas Neccaro, sita in loco amœno, ornata munitissima arce montana, habetq; agrum ualde fœcundum, quippe qui fert uinum, frumentum, fœnum, poma, pisces, uenationem & alia similia. Creuit ciuitas non parum postquam ornamentum scholæ admisit, in opibus & elegantioribus domibus. Anno Christi 1164. uenit Guelfo septimus comes cum magno exercitu contra Hugonem Palatinum Thubingensem, habens apud se auxiliatores episcopos Spirensem, Wormacien-



Io. Stoflerus.

sem & Augustanum, Bertholdum ducem Zæringensem, comitem Veringensem &c. Hugo uero Palatinus habuit à parte sua auxiliatores Fridericũ ducem Sueuiæ, comites à Zollern & multos alios. Congressi autem in pugna, Hugo uictoria est potitus, ceciderũtq; plurimi à parte Guelfonis & capti sunt circiter nongenti.

conflictus.



Stutgardia.

CIuitas ista haud procul à Neccaro sita, fuit primũ à marchionibus Badensibus extructa, atque deinde à Rudolfo Habspurgensi anno scilicet Christi 1286, muro cincta. Habẽt duces Wirtenbergenses hodie residentiã suam in hoc oppido, intra cuius mœnia est elegãs & regiũ castrum, sed in plano situm. Ager uero per circuitũ ciuitatis est fertilissimus, consitus infinitis uineis, & uinum illius loci est satis generosum, celebraturq;, sicut reliquũ Neccaricũ uinũ, per totam Sueuiã. Vix uerbis exprimi potest, quãta uini copia per circuitũ huius oppidi in singulos annos producat.

Ornauit


Ornauit locum iſtum olim Iohannes Capnion, uulgo Reuchlinus dictus, uir inſignis, iuriſperitus, trilingnis, & qui primus in orbe Chriſtiano ſacram Hebræorum docuit linguã. Libri tamẽ eius in oppido Pfortzheim, natali eius loco repoſiti, à ſtudioſis permittuntur paſſim reuolui, Græci & Hebraici. Ibi inter reliqua exemplaria habetur כֵּפֶר נְצָחוֹן manu ſcriptus, quem & ego olim mihi deſcripſi. *Iohannes Capnion.*

Ruttlingen, Eſslingen, Hailprunn.



ANno Chriſti 1282. aut, ut aliis uidetur, anno 1240. Reutlingẽ ex uilla facta eſt ciuitas, idq; ſub Friderico ſecundo, qui multa per Germaniã loca mœnijs cinxit atq; in munita redegit oppida. Habet autẽ Reutlingenſis ciuitas fundum omnium rerum feracem, ſitumq; amœnum. Eſslingen uero oppidum muro eſt cinctum anno 1285. priuilegijsq; & regalibus donatum. Eſt etiam ſolum eius tam fœlix & amœnũ, ut undiq; uineis circumiacens terra ſit referta, atq; ſex monaſteria ob loci ubertatem ibi ſint conſtructa. Hailprun quaſi ſalutaris fons, uulgo Helrprun ad ripam Neccari condita, ſecundum quoſdam anno Chriſti 1085. ciuitatis induit formã. Alij uero ſcribunt eam mœnijs clauſam ſub Friderico ſecundo. Eſt ſitus eius quoq; amœnus & habet magnam ex fœcũdo ſolo commoditatẽ. Nam creſcit ibi præſtantis uini magna copia.

Thermæ ſylueſtres atque Cellenſes.



NOn conſtat quando inuenta ſit ſcaturigo thermarum ſylueſtriũ, quas uulgo Wildbad uocamus, ob aſperos montes & incultam terram, quæ in eo loco eſt, niſi quod coniectura eſt, cum thermis Badẽſibus has quoq; inuentas. Nunquam fuiſſet in ea rudi & indomabili terra oppidum conſtructum, niſi hoc dei beneficium & ſalutares aquæ ibi fuiſſent deprehenſæ. Non feruent aquæ iſtæ ſicut Badenſes, ſed ſic in egreſſu caleſcunt, ut facile à cute humana ferri poſſint. Sunt admodum ſalubres paralyticis & contractis membris. Nã ſunt tinctæ ſulphure, alumine & cupro. Purgãt caput, ſenſus exteriores, cerebrum, ſtomachum & inteſtina, quin & laborantibus ictericia calculoq; renali & ueſicali proſunt. Proſunt etiam magis uiris quam mulieribus, ſicut contrà thermæ Badenſes in Heluetia ſalubriores fœminis ſunt q̃ uiris. Sunt & aliæ thermæ haud procul à Wildbad diſtantes in Nigra ſylua, prope Kalw ſcilicet, quæ ab oppido Cell uocantur Cellenſes, ſed quæ frigidæ emanant. Habent autem hæ aquæ mixturam aluminis, cupri & parum ſulfuris, proſuntq; ad expellendum concretam ex humiditatibus materiam, ut ſunt antiquæ febres, malæ & flegmaticæ ſtomachi cõplexiones. Sanãt quoq; uulnera & aliàs incurabilia ulcera, conſtringunt fluxus, ſedant dolorem membrorum, atq; proſunt ijs qui calidæ & ſiccæ ſunt complexionis. *&wildbad.*

Rotenburgum iuxta Neccarum.

PRæfert hæc ciuitas uetuſtatem quandam, id quod hinc colligimus, quod anno Chriſti 1112. terræmotu collapſa, poſtea anno 1271. rurſum fuit inſtaurata per Albertum comitem

Landfurt. mitem ab Hohenberg. Fuit autem ante terræmotum Landfurt & poſt Rotenburg appellata. Dirimitur per interfluentem Neccarum in duo oppida, & utrunq; unà cum Horb paret comitibus ab Hohenberg & eorum ſucceſſoribus, qui hodie ſunt principes Auſtriæ. Vocatur autem unum illorum oppidorum Ehingen & alterum Rotenburg, de quibus ſupra quoq; mentionem fecimus. Eſt & aliud oppidum, etiam Rotenburg appellatum, iuxta Tuberum fluuium ſitum, quod imperio immediate ſubiectum eſt, & habuit olim proprium ducem, cuius linea defecit anno Chriſti 1172. fuitq; ultimus dux appellatus Friderícus, qui mortuus eſt ſub Cæſare Friderico cognominato Barbaroſſa. Eſt illud Rotenburgum ualde elegans oppidum, in edito loco ſitum, habens ad occidentem uallem profundã per quam ad ſeptentrionem decurrit Tuberus fluuius.


Ducatus Teckenſis.



SVnt qui putant arcem Teck ſic appellatam à populis Tectoſagis, ſed quæ ſucceſſu temporis prima litera in geminum u mutata cœpit appellari Weck, atq; inde principes illius ditionis in armis ſuis poſuerunt quoq; ſignum cuneatũ. Vocãt enim Germani cuneum weck. Aiunt autẽ quendam in illo principum genere fuiſſe, qui agnoſcens Chriſtum condidit ſubter arcem ſuam eccleſiã, iuxta quã paulo poſt orta eſt ciuitas Kirchen, ab illa eccleſia ſic denominata. Hic princeps ob Chriſtum cognitum à Chriſtianis honoratus, ſanctus eſt dux eorum, mutatoq; nomine Weck in Teck priſtinum Tectoſagum nomen, uni ex Habſpurgenſibus comitibus ditionẽ ſuam reliquit. Cumq; & illius poſteritas circa annum Chriſti 1400. deficeret, comites Wirtenbergenſes ducarum illũ ditioni ſuæ incorporarunt. Vltimus dux fuit patriarcha Aquileienſis, mortuusq; eſt in concilio Baſilien.

Kirchen an der Eck.

Zollern uulgo Hohen Zorn.



PVtant ditionem iſtam ſub Henrico tertio exortã, primosq; eius proceres fuiſſe Rom. de genere Columnenſium, qui excluſi Italia, fauore Imperatoris hunc locum habitandũ obtinuerunt. Creauit itaq; Imperator Ferfridum primum huius loci comitẽ & deſignauit illi ſpaciũ totius comitatus, in quo arx Zollern in ſummo monte fuit extructa & ad radicem eius oppidum Hechingen. Anno Chriſti 1416 natum fuit diſſidium inter Fridericum comitem de Zollern et ciuitatem Rotwilẽſem, adeoq; creuit diſcordia illa inter aduerſas partes, ut utrinq; caperentur ſubditi & neci darentur. Rotwilenſes ergo innocentiam ſuam explicantes alijs ciuitatibus imperialibus, commouerunt eas ut magno apparatu obſiderẽt arcem, continuarentq; obſidionem medio anno. Comes uero deſtitutus omni auxilio atq; cõmeatu, coactus fuit ſeſe hoſti dedere. Diruerunt itaq; Rotwilenſes unà cum Vlmenſibus & aliarum ciuitatum copijs arcem Zollerenſem, ſabbato poſt aſcenſionem Chriſti. Quando uero hæc arx poſtea fuerit reſtaurata, non inueni. Nati ſunt ex his comitibus Marchiones Brandenburgẽſes, ut infra ſuo loco ſum ſcripturus.

Zollern deſtruitur.

Geppingen.

COndiderunt iſtud oppidũ domini Staufenſes priuſquã ad ducalẽ ſublimarẽtur dignitatem, ſcaturitq; ibi fons amaræ aquæ, unde balnea facta ſunt, quæ obſtructioni epatis & ſplenis medelã afferunt. Inſeruiunt quoq; laborantibus hydropiſi & ictericia, & his qui tertianæ ſubiacent febri. Item excitat appetitum edendi, &c.

Balneum Geppingenſe.

Veringen.

COmitatus Veringenſis excurrit ab alpibus Sueuicis uſq; ad Danubium, imò ultra, quum comites illi fundatores fuerint monaſterij Yſnẽſis. Natus eſt ab eis Hermannus



nus Contractus,cuius pater uocatus fuit Wolferadus comes Veringensis mater uero Hiltrudis. Cumq; filius Hermannus omni membrorum destitueretur officio,inutilisq; esset ad tractanda secularia negocia,pater inclusit illum monasterio sancti Galli, in quo sicut & in maiori Augia conuentualiter cunctis diebus uitę suæ claudus & cõtractus uixit. Hinc etiam illi nomen datum,ut ob membrorum contractionem Contractus uocaretur. Scripsit contractis suis manibus multos libros,potissimum de cursu Lunæ,de Geometria,de mundo & eius euẽtibus,de horologijs, de instrumentis musicis,de factis Conradi & Henrici Imperatorum. Habuit nobile ingeniũ in paralytico corpore,mortuusq; est circa annum Christi 1054. & sepultus in Alesshusen dominio suo,ut in quodam uetusto libro manuscripto reperi in Alsshusen, domo Teutonicorum fratrum.

Wimpina uulgo Wimpffen.

IMperiale istud oppidũ situm in ripa Neccari,uocatũ fuit olim Cornelia,deuastatumq; fuit ab Hunis,præsertim quum omnes per circuitum habitantes confugerint ad ipsum tanquam ad fortalicium & tutum asilum. Exercentes autem immanes illi homines summam tyrannidem & crudelitatem in obsessos,interfecerunt uiros & absciderunt mulieribus mamillas,ex quo crudeli facto,oppidum postea restauratum,appellatũ fuit Weippein,quod sonat,Mulierum pœnam. Successu uero temporis ex Weippein factum est corruptum uocabulum Wimpina & uulgo Wimpfen.

Vlma.



VLma insignis Sueuię urbs, ad unam Danubij ripã sita, ubi Hylerus & Blauus amnes Danubio miscẽt, redditurq; inde idem Danubius nauigabilis. Putat autem ab ulmis seu ulmetis hoc nomen adepta, quod scilicet cõstructa sit in terra uligine plena & apta ulmetis. Dedit olim Carolus magnus religionis studio Vlmam regiam uillam abbati & cõuentui Augiæ maioris, qui ecclesiæ iura,decimas,tributa, pẽsiones per præfectos suos inde recipiebant. Sed Vlmenses ante nonnullos annos ad libertatem suam nõ sine maximo incommodo redierũt. Donationem suam Carolus literis confirmauit,quarum hoc est exẽplar; Carolus diuina fauente gratia Imperator Augustus. Si sanctorum monasteriorum loca nelabantur frequenter sustentamus, sustentando ditamus,non solum deum per hoc nobis placamus,sed etiam nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium præsentium ac futurorum compe/riet industria,qualiter Vlmam nostram regalem uillam pro animæ nostræ ac parentũ nostrorum remedio,ad monasterium quod constructum est in insula,quæ in Alemanniæ partibus sita,Sintleohesuna nuncupatur,ubi uenerabilis præsul Hetto spirituali turmæ præ/

Vlma datur monachis.

est,cum omnibus appendicijs suis & locis adiacentibus tradimus atque transfundimus,ut fratres ibidem regulariter subsistentes & diuino operi die nocteq; iugiter insudantes, dū à nostris sumptibus alacriter procurantur,assiduis eorū precibus,deum nobis propicium facere dignentur,ut cum prædictus Hetto cum fratribus suis monachis & clericis in præfata insula exterioribus curis remotis,deo seruire liberius atq; securius insistere ualeat cum ipsius abbatis desiderio, suorumq; monachorum rogatu Adelbertum cognatum nostrū in supradicta Vlma aduocatum ac defensorem constituimus,&c. Datum anno salutis 813.

Vlmēses à monachis se subtrahunt.

Quum itaq; Vlmenses aliquādiu paruissent Augiæ monachis, pertæsi eorum imperium, sensim subtraxerunt se ab obedientia eorum,unumq; ius post aliud emerunt, donec tandem à iurisdictione illorum liberati sui iuris sunt effecti. Disceptarunt tamen monachi ali quot centenis annis cum ciuibus Vlmensibus usq; ad Fridericum tertium,tunc tandē Vlmenses liberati sunt ab omni iurisdictione monachorum,numeratis eis 24. milibus aureorum. Anno salutis 1128. cum discordia esset inter Lotharium Cæsarem & Conradū ducem Sueuiæ,Lotharius pro se papam habens & maiorem partem principum, Vlmam di-

Vlma subuertitur.

uertit.Cui Vlmenses portas clauserunt dicentes:hoc oppidum ducibus Sueuorum & Romanorum regi non Saxonibus parere debet.Iratus Cæsar Vlmam obsedit, suburbia incēdit,muros concutiens ciuitatem destruxit & multis interfectis plures cepit. Sed defuncto postmodum Lothario & Conrado Sueuo electo,is ciuitatem reædificari præcepit, quam & ampliorem fecerunt.Habuerunt tunc monachi Augiæ adhuc ecclesiam, decimas & a-

Vlmense sumptuosum templum.

lia multa iura in Vlma. Anno Christi 1377. cœptum est ædificari pulcherrimum & amplissimum templum una cum magnifica turri in urbe Vlmensi,consummatumq; opus anno Christi 1488. Expensæ quę in hoc ædificio sunt insumptæ,dicuntur ascēdisse ad nonies centena millia aureorum. De ciuium huius urbis studio,labore & negocio suprà mentionem feci,ubi de moribus modernorum Sueuorum nonnihil signauimus. Habet autem agrum frumenti feracissimum,at uinum ægrè producit,idq; satis austerum,nisi acrioribus solis cōcoquatur ardoribus. Habet à parte aquilonis montem uineis & nouellis arboribus pulcherrime consitum. Ibi uidere licet in uno iugere terræ per insitionē plātatas ducētas aut trecētas arbusculas, quæ effossæ magna copia per descensum Danubij distrahuntur usq; in Austriam. Nescio si ruricolæ alia ratione hoc suum artificium exerceant,quam quod similium insitionem faciunt in similia secundū genus, non autem secūdum speciem, sicut pirii in pirum & mali in malum,tam fœcundū est solum illud. Nō puto illos obseruare præcepta Varronis,quibus monet,melius esse insitionem fieri in arborem domesticā quàm syluestrem:item mollem plantā nō



in mollem aut multum duram,nec in similem nec in dissimilem inserendam. Vidi ego sæpius decem autem quindecim surculos insitos uni ueteri trunco, feliciterq; omnes succrescentes,& non male prouenientes. Id fortasse omnes norunt, surculos inserendos steriles & de nouo natos & non eos qui ferunt fructum,quicq; non facile ad debitum uenire possint augmentum.

Augustanæ urbis descriptio, per doctissimum uirum dominum Achillem Gassarum, medicinæ doctorem.

AVgspurgum siue Augusta,Rhetiæ primæ,quæ nūc Sueuia dicitur,ciuitas,Romani imperij ut hodie cultu & diuitijs clarissimum,ita origine quoq; uetustissimum municipium existit. Ea inter pisculētissimorum fluminum,Lechi uidelicet (qui Lycus etiam uocatur)& iamiam Sinckoldam recipientis Werdachæ(quam Vindam dici

dici nonnulli asserunt)confluentiam,in natiuo & aprico colle sita,ab oriẽte Fridbergam Bauariæ oppidulum trans Lycum,cuius alueo à Vindelicis segregatur,respicit, à meridie per campestria memorati Lyci Algoicas alpes & Lanspergã prospectat:ab occasu Marcam Burgauiæ cõtingit,ac ab arcto communes cum Sueuia sua terminos, ad usq; Lycí cũ Danubio è regione Werdæ oppidi commixtionem possidet. Cuius meridianus circulus à uero occidente 31 partibus ac 16.scrupulis distat,& aquilonaris polus supra finitorem ipsius 48.gradibus(ut cum Cosmographis loquar)& 17.minutijs eminet. Constituta est igitur præfata urbs in septimi climatis, διὰ μεσου φαινομένης dicti,principio,siue quod idem est,sub decimiquarti ab Aequatore iuxta Ptolemæi numeros, paralleli fine,ubi longissimus dies ex quindecim horis & 54.minutijs,nox uero breuissima horis 8. minutijsq; 6.in solstitio æstiuo & econtrà in Bruma constat. Vmbra autem recta in meridie equinoctiorum gnomonis altitudinem semiũcia & sicilico ferè excrescit:ac habet sydera præcise uerticalia,stellam quinti ordinis,quæ est in cubitu sinistro Bootis,item stellam quartæ magnitudinis,quæ est septentrionalior duarum sub genu dextro Heculis ἐνγόνασι adpellati, deinde & ex sexto ordine stellulam quæ uidetur media trium in sinistro pede eiusdem Herculis:ad hæc stellam quartæ iterum magnitudinis,quæ fulget in pede dextro Andromedæ, denicq; tertij ordinis stellam quæ in sinistri prioris pedis Vrsæ maioris extremitate Borealior adparet. Quorum astrorum potissima pars Martis & Mercurij naturæ communicãt. In Zodiaci tamen signis,Capricorno subiectam Augustã hanc,uulgus Astrologorũ iudicãt. Est autem aer ibidem saluberrimus ac undiquaq; liber, tum ager pro soli ἀπροσδιονύσῳ natura fertilis,frumentosus & planus,qui tamen mures areneos, pleriscq; glyres uocatos, necq; gignat necq; aliunde aduectos ferat,lata habẽs pascua,campos amœnissimos,ac tum aucupijs,tum Venationibus idoneos:amnes item circum circa limpidissimos, uiuiq; latices fontes sapidissimos,prædia denicq; & uiuaria habet non ingrata, ædificia autem supra quàm credi potest sumptuosissima,plateas amplas pariter ac mundissimas, nec non mœnijs ambitiosissimis, aggeribus munitissimis, propugnaculis & fossis inexuperabilibus clauditur,quorum ambitus augulosus plus minus nouem millia passuum forinsecus continet. Inde accidit ut non modo plebeiæ multitudinis conuersationi aut crebris negociatorum commertijs præ cæteris superioris Germaniæ habitationibus locus sit accommodatissimus & aptissimus,uerum etiam maximorum principum,regumq; adeo & Imperatorum Romanorum ueluti inclyta Regia & sedes longe magnificentissima ab antiquo esse credatur. De cuius certo nomine primisue conditoribus aut alijs celeberrimis antiquitatibus admiranda passim feruntur,quæ tamen ut uaria sic etiam ualde dubia sunt. Tradunt enim annales uulgati,paulo post mundi diluuium à Iapheti filijs ciuitatem hanc,seu potius uicum exordia sumpsisse. Deinde annis sexcentis ferè ante conditam Romam,narrant Marthesiam Amazonum reginam,posteaquam Europa maiori ex parte fuisset potita ciuitatem hanc & debellasse & captam expoliasse. Quæ mox subsequenti tempore ab indigenis iterum pro æui eius captu exædificata, tignisq; & macerie fortius quàm antea communita,haud aliter atq; reliqua Germanorum oppida inter horridas syluas fœdasq; paludes(nam agriculturæ nemo in hac regione operam tunc dabat)aspero satis cœlo inculta, nouisq; insuper aduenis ampliata multis seculis est. Quid autem præclari interea temporis à ciuibus his gestum sit,qualemue respub.illorum habuerit faciem siue quæ uiuendi illis ratio fuerit,ob historiarum penuriã nemo,nisi exoletas fabulas uelis,facile dixerit. Cõstat tamen Germanos priscos uenationibus & rei militari studuisse unicè:quare nequaq; à ueritate dissonat,terram hanc cum gente sua mutuis uicinorum populationibus,crebrisq; aliarum nationum incursionibus,subinde à pristino statu diuexatam, ac prædominãtibus modo Rhetis(quorum è Tuscia in alpes aduentus circiter 548.annos ante Christi natiuitatem fuisse perhibetur)modo Boijs,non raro Vindelicis, sæpe etiam & extremo Sueuis uel misere euersam uel omnino permutatam. Adhæc in confesso habetur, quod licet immanis(sicq; namq; Horatius Rhetos appellat)barbarus & moribus rudis populus, respectu Hebræorum, Græcorum aut Romanorum,hic fuerit,iusticiam tamen & pudicitiã inter suos,nec non hospitalitatem erga aduenas exercuerint semper. Astrologiam etiam in præcio usuq; frequenti habuere. Deos denicq;,ut omnes Germani,Solem,Lunam,Herthũ, id est,terram,ac ignem,nimirum quod hos uiderent,reliquos nescirent, uenerati sunt tantum,donec crescente superstitione peculiarius ciuitati suæ Numen, Cisam quandã, recepe-

Longitudo & latitudo Augustæ.

Aer Augustæ.

Augustana ædificia.

Exordia Augustæ.

Dij Germanorum.

perunt quoq;,à qua protinus ſiue ea frugifera Ceres ſiue Cibele turrita fuerit(utrũq; enim maiores annotarunt)non ſolum ciuitatem ſuam Cyſarim indigitaſſe,ſed & ob mitius demonſtratum pabulum,ſtroboli ſeu coni pinei inſignia ſibi (quanq; imperiti rerũ iam bo-



trum,iam fragum immaturum pinxerint,& plebs cũ pinum debe ret urbis pirũ inepto ſanè idiomate uocet)deinceps adſcripſiſſe in colas,non parũ multi etiamnũ credunt,in cuius honorẽ quoq; ceu tutelaris ſuæ,annua feſta hic ad 4. Kalẽdas octobris agitauit quon dã antiquitas,quemadmodum & poſteritas adhuc Auguſtæ publi cas nundinas eodẽ die celebrare ueteri inſtituto nõ erubeſcit. Tan dem cũ inexplebilis regnandi libido Romanis omnino perſuaſiſ ſet,ut liberæ Germaniæ arma quoq; uel ſuo malo inferre auderẽt, factum ſub Octauiani Auguſti monarchia eſt,ut is accepta iam a pud Germanos Lolliana q̃ ignominioſiſſ. clade, amiſſaq; qnta le gionis Aquila,onus belli eius totũ Cl. Druſo priuigno ſuo delega rit. Qui,ut erat induſtrius adoleſcens,ſuperatis cõfeſtim alpibus, exercitũ copioſiſſ. in cã peſtria deduxit,& Rhetos una æſtate quarto decimo ante Chriſti ſeruatoris natiuitatẽ an no,plurimo illorũ ſanguine,ſuorum uerò maiore periculo q̃ damno perdomuit,ſimul ac ciuitatem hanc noſtram per deditionem accipiens,non modo pro ſepibus muros,aggeri busq; turres ædificando,reſtituit,& nouis pro reipub. Romanæ commodo colonis firmi us adornauit,ſed & quemadmodũ frater eius Tyberius eodẽ cõm litio Vindelicos in pro pinquo Romanã prouinciã faciens,Rhetobonnam apud illos à ſuo uocabulo Tyberinã dici uoluit,ita ipſe quoq; nomen ſuũ,ut in poſterum Druſomagus de ſeſe uocaret, illi ceu immortali trophæo impoſuit. Quanq; non neſciã ſupereſſe hodie q̃ plurimos,qui eã Cæ ſari Auguſto dedicatã ac memorati Druſi mandato Auguſtã nuncupatam, adeoq; illã ip ſam Auguſtã Vindelicorum,tam in Ptolemæi geographia quàm aliorum authorũ hiſto rijs eſſe,ad aras uſq; contendant. Quam opinionẽ tamen inpræſentiarũ neq; refutare argu mentis neq; refellere in animo eſt. Permãſit itaq; ciuitas iſta,utut Sueui,paulo prius ab Au guſto Cæſare ex ultima quaſi Germania ad Rheni Danubiq; fluenta admoti, acriter im minerent, in fide Rom. non abſq; euidente incremento ſui, quoad Prouincia per procu ratores legatosue(quorũ prætoriũ inibi fuiſſe uix ambigendũ) cohibita eſt,adeo ut Cor. Tacitus eam ſplendidiſſimam Rhetiæ coloniã ſuo tempore ſub Hadriano & Antonino Pio Imp. dicere non addubitauerit. Porro ſub M. Aelio Vero Imp. circiter annũ domini 166. per Aufidiũ Victorinũ legatũ à Cattorũ irruptione propugnata,et paulo pòſt p Perti nacem prætorẽ,prima q; legionis ducẽ ab hoſtibus iterũ uindicata,ac dein à L. Cõmodo, Septimio Seuero,Aelio Baſſiano,Licinio Valeriano,(qui è procuratore anno domini 257 militũ ſuffragijs hinc ad imperium euectus eſt)Aureliano Tacitoq; Cæſaribus,nec nõ Bo noſo Rhetici limitis duce Eiulaſio,Galerio & etiã C. Aquilio prætoribus, tũ pulchre ad uerſum hoſtes conſeruata,tũ liberaliſs. aucta eſt,nec unq; rebellauit. Per tempora aũt Con ſtantini magni filiorũq; eius Magnentius Hiſpanienſis poſt auũ ordinũ comes & poſt illũ Syluanus,Barbatio,Neuitta(qui anno domini 365. Conſul poſtea Romæ eſt dictus)præſi des hic,haud tamẽ citra grauiſſimas Sueuorũ incurſationes ordine ſibi ſucceſſerũt. Dein de ſub Gratiano Imp. defectionẽ ciues Lentienſiũ prouocatione moliti ſunt, ſed eã cõtru cidatis apud Argentuariã 36. Alemannorũ millibus,facile conſopire & prouinciã in pace retinere Cæſariani potuerunt,uſq; ad obitũ Theodoſij magni: tũc em̃ imperij maieſtas in anguſtias paſſim redigi,& apud Germanos Gothorũ armis omnino cõteri cœpit,quare & Alemãni undiq; libertatẽ uindicãtes,eiectis paulatim Rom. antiquas prouincias nõ im pigre receperũt iterũ: ſub qua tẽpeſtate M. Aurelio & poſt ipſum Theodorico Triarij præ fectis,dũ Sueui ſuperato Danubio Rhetiã omnino occuparũt,fieri nõ poteſt,qn & Aug ſpurgi tumultuatũ itidẽ ſit uariè,donec flagellũ illud dei,Attila Hunorũ ferociſſ. ac ſuper biſſ. rex exercitu quingentorũ milliũ aduerſus Rom. & Viſogothos ad meditullia Gallia rũ profectus,nõ admodũ proſpere cũ Aetio in campis Catalaunicis pugnaſſet,illico furo re percitus,in reditu quicquid oppidorũ et urbiũ illinc per uniuerſam fermè ſuperiorẽ Ger maniã,Heluetiã,Rhetiaſq; ambas,in Pannoniæ ſuæ limites uſq; obuiã habuit,crudeliſſ. et igne & ferro cõculcarit,proſtrauerit,penitusq; demolitus ſit. Agebaẽ forte tũc 450. Chri ſti annus,quo in publica illa ciuitatũ calamitate etiã Auguſta hæc funditus diruta,poſt tri ſtes fauillas in rudera recidit, Barbarorũq; metu cũ omni adiacẽti ora,uaſta iacuit & deſer ta uſq;

Nundinæ Au guſtanæ.

Tyberina Dru ſomagus.

Auguſta à Ro manis contra hoſtes defendi tur.

Imperij maie ſtas, ſenſim mi nuitur.

Auguſta ſub uertitur.



ta uſq; ad Attilæ mortẽ. Inde adeo cladis huius ſuperſtites de uicinorũ Almangauiorũ mõ
tium, Sueuicarũq; ſyluarũ latebris prorepentes, uires recolligere, antiquã patriã repetere
ac ueluti de nouo eam exuſcitare excolereq; auſi ſunt, idq; potiſſimẽ à Chriſticolis factita-
tũ perhibẽt. Qui eccleſiã hic reparãtes, proximos quoſq; ad
cohabitandũ ſua innocentia inuitarũt. Et ſicuti ab initio Au
guſtorũ Cæſarũ armis omnẽ ciuilitatẽ debet, ita de cætero re-
ligioni ſanctæ reſtaurationẽ acceptã merito fert ciuitas hæc.
Poſtq; eñ Rom. præſidio nunq; deſtituta & præcipuè legio
ni III. Italicæ ſtatiua cõtinue quaſi præbuiſſet, etiã deos & ia-
cra illorum cõſuetudine lõga recepit: unde præter alia idola,
Merc. adeò ſibi addicta hic tẽpla habuit, ut ipſum inſcriptio- *Mercurij idolum.*
nes plurimæ, hodieq; paſſim extãtes, proprio uelut epitheto
Auguſtanum uocẽt. Syluanũ itẽ, finiũ tutorẽ, tẽplo publico
lacte piarũt. Sed & Pluto cũ Proſerpina ædẽ hic meruit ſuã.
Inueniunt itẽ Apollini Cranio & Marti dedicati lapides. V-
bi aũt Euangeliũ de Chriſto, Lucio quodã. ut uulgo perſuaſũ
habẽt (nã Britãniæ ille rex, q circiter annũ domini 190. floru- *Euangeliũ annunciatur auguſtanis.*
it, patriã nequaq; exiẽs, pie apud ſuos obdormiuit) annũcian
te hic pcrebruit, illico auditores ſibi deſtinatos, inter quos &
Cãpeſtrius prætor extitiſſe cõmemoratr, acquiſiuit & ſolito
more magis ſub crucis offendiculo clãq; glorioſa prædicatio
ne palam propagari cœpit, ad uſq; Diocletianam illam cru-
entiſſimam (quæ à Neronis ſæuitia decima Chriſtianis nu-
meratur) perſecutionem. Tunc enim Narciſſus Gerunden-
ſis præſul fidelium gregem uerbo domini hic corroboraſſe, Dionyſiumq; Cretenſem quẽ
piam primum epiſcopum conſtituiſſe narratur, qui breui martyr fidei Gaio damnante

effectus, quos aut quot in officio succeſſores habuerit nuſquam liquet. Certo tamen conſtat S. Columbanum Scoticum monachum diſcipulumq; eius S. Gallum circiter annum domini 580. per Sueuiam & Alemanniam Chriſtũ intrepide ac palam Sigeberto Auſtraſiæ rege concedente depredicaſſe primum, quare non diu pòſt ſub Heraclio Cęſare, paulo antequam impius Machumet pernicioſiſſimam ſuam apud Arabes fundaret ſectam, anno domini 618. Sozimus uerus paſtor epiſcopusq; Auguſtæ à clero & populo electus eſt.

De epiſcopis Auguſtanis.



Secundus epiſcopus.

S. Bonifacius.

QVando in eccleſiaſtica & eas quæ ad religionem attinent res incidimus, non extra propoſitũ fuerit, ſi ſingulorum Auguſt. epiſcoporũ nomenclaturam eorũdemq; continuam ſeriem una cũ ſacrarũ ædiũ ciuitatis eius primordijs, abſolutius paulo contexerimus. Decedente igitur poſt 18. epiſcopatus ſui annũ. Sozimo primo præſule, ſecutus eſt illũ rite ſub Sigeberti Alemannorũ & Rhetiæ ducis, Dagoberti Francorum regis filij tutela, Berwelphus Sueuus, quo itẽ poſt ſexenniũ mortuo, Dagobertus 3. loco epiſcopus ordinatur, ſeditq; 17 annis. Cui Manno ſuffectus, epiſcopatum 19. annis tenuit, poſt quẽ anno domini 686. Wicho electus 18. annos ſedit. Dein Brico ſiue Pericho 20. annis ſuccedit, ad hũc Wunefridus Anglicus monachus, qui Bonifacius dictus, primus metropolitanus Moguntiæ eſt factus poſtea, Pipini Groſſi Francorum principis authoritate diuertens, ſynodũ hic anno domini 710. celebrauit. Inde Zeiſo 21. annis præſul eſt, à quo Marcmannus ſiue Martinianus undetriginta annis pontificio fungitur. Cuius tempore Andogarius primus abbas Campoduni fit. Anno uero 732. eligitur S. Wicterpus & ſedit Carolo magno Francorum & Germaniæ rege cõtra Boios opitulante 16. annis. Quo in fata cedẽte Toſſo, opera & præſentia S. Magni præſul 12. annis non ſine ſanctitatis titulo fuit. Cui electione ſucceſſit S. Simpertus, antea monachus Murbacenſis, Caroli magni Imp. ſorore natus: qui primus templum maius Auguſtæ conſecrando, diuæ Mariæ uirgini in profeſto archangeli Michaelis dedicauit, unde emporij & politirij celebritas eodem die ciuibus dimanauit, quiq; epiſcopatum ultra Lycum extendens 30. annis eccleſiæ præfuit. Huic 11 loco ſubrogatur Hanto per 7. annos. Anno 839. accepit lituum S. Neodogarius ſiue Nycarius & ſedit quadriennio. Poſt quem Vdalmannus ſeptennio 14 præſul extitit: cui in officio Wiggerus ſiue Wicherus decennio ſucceſſit. Inde ſubſequutus eſt Lauto per trienniũ: apud quem fuit Arſenius papę apocryſarius, qui Lutharij Galliæ Belgicæ & Rhenenſium regis adeoq; primi ducis Lutharingiæ digamiam damnauit. Cæterũ Faucenſe cœnobium Lauto hic extruxit primo, ac S. Magnum in cõcilio publico canonizari fecit. Anno 871. electus eſt 17 loco S. Adalbero, muſic⁹ egregius, ac ſedit 16 annis. Succeſſit illi Hildenius 15 annis. Quo mortuo diuus Vdalrichus põtificatum ſubijt. Is filius fuit Hugobaldi comitis Dillingenſis, & ut multi addunt, è proſapia Kyburgiorũ: cui dum in cœnobio Sangallenſi literis operam daret, à Wiberoda deuota illi moniali, non ſolum epiſcopatus, ſed & in eo plurimæ tribulationes prædictæ ſunt. Igitur anno domini 924. iuxta Eghardi, Contracti & Vrſpergenſis chronica, uel 903. ſecundum uulgarem catalogum, præſul ordinatus, 50 perpetuis annis Auguſtenſem eccleſiam adminiſtrauit tãto zelo, ut Rom. pont. ſacerdotibus ſuæ diœceſis legitimas uxores adimere uolenti, non ſtatim acquieuerit, at Ottoni Magno Imp. in omnibus negocijs multisq; pręlijs contra infideles preſto adfuerit, tãta item pietate ciuitatem ſuam complexus eſt quoq;, ut S. Iohannis ædem anno 956. dũ humilia hic mœnia, orationibus potius quàm incolarum armis contra Vngarorũ oppugnationem non ſemel iam defendiſſet, pro laicorum parochia primus erexerit, ac nobiliũ uirginum γυναικεῖον ſeu κοινοβιὸν ad S. Stephanũ octennio pòſt de ſuo fundarit, Denicq S. Afræ ſacellum annis iam plus minus 180. ſitu & uepribus extra urbem hanc horrens reſtaurarit, uiuusq; ſibi loco monumenti elegerit. Ab hoc Hainrichus comes à Geiſenhauſen eccleſiæ præficit biẽnio: is cũ Imp. Ottone in Calabriã cõtra Saracenos proficiſcẽs, pręlio cæſus

Summum templũ Auguſt.

Primus dux Lotharingiæ.

Sanctus Vdalrichus.

S. Stephanus.

cæſus eſt, quanquam Contractus captum & in exilium ab eiſdem miſſum anno 978. ſcribat. In locum eius aſſumitur Vdalgerus, quo defuncto Eutychus 22. epiſcopus à Cæſare cõſtituitur: Poſt quẽ Luitholdus cathedrã tenuit, qui beatæ uirginis ſummum templũ ætate collapſum præcipua deuotiſſ. imperatricis Adelhaidis (quæ filia Rudolphi regis Burgundiæ uxor fuit Ottonis primi) munificentia circiter annum 993. erigi iterum curauit. Sunt tamen qui operam hanc Vdalgero adſcribant: Hic etiam licet quinquennium ſolum præfuerit, à papa Ioh. 16. ut S. Vdalrichus in numerum Sanctorum inſcriberetur, Rhomæ obtinuit. Succeſſor eius fuit Waltherus decennio; is è uita decedens, curam eccleſiæ nouẽ annis Gebhardo reliquit, qui anno domini 1012. in monaſteriũ S. Vlrichi Benedictinos monachos primum inuexit, quibus ſtatim Reginboldũ abbatẽ conſtituit: ſed is poſtea ad Spirenſem præſulatũ translatus eſt. Gebhardum Sigefridus triennio ſecutus eſt, qui inteſtina Ottonis 3. Imp. honorificè hic ſepelijt. Eo humanis exempto ad annum domini 1019. eligitur 27. pontifex Bruno, dux Bauariæ, qui decem annis ſedens, tũ eccleſiam collegiatam S. Mauricij, Hainrichi II. Imperatoris ac fratris ſui mandato, exædificauit, tum poſtquã Conradum Francum ad finem (cui & ius hæreditariũ ſuum in Bauariam tradidit) totis uiribus ad imperium promouiſſet, mutuas prædas & incendia cum Welffone Sueuigena Baioariorum comite egit. Poſt hunc Eberhardus qui & Eppo 4. annis epiſcopatum ſortitur.

Cathedralis eccleſia reſtauratur.

Eccleſia S. Afræ fit monaſterium Benedict.

Anno 1033. Henricus 2. uiceſimo nono loco præſul ab Imperatore Rom. cuius capellanus fuerat, efficitur, ſeditq; 30. annis, quibus initio non tam Hainricho 3. Cæſari, quoad is regnauit, ab intimis conſilijs quàm etiam Agneti Pictauienſi relictæ Imperatoris eiuſdem uiduæ familiariſſimus poſtea fuit: ſub quo anno domini 1042. Eberhardus Auguſtenſis Canonicus, defuncto Popone in patriarcham Aquileienſem à rege promotus eſt, Leoq; 9. natione Alemannus papa ex Moguntino concilio Rhomam hac rediens, S. Galli phanum proprijs manibus anno 1051. denuo conſecraſſe aliquibus fertur (plurimi autẽ id primam ac uetuſtiſſ. Chriſtianorum in ciuitate Auguſtana eccleſiam fuiſſe conſtanter aſſeuerant.) Porro præfatus Henrichus ſummi pontificis exemplo inductus, tum eccleſiam Veſtalium S. Stephani uirginum à ſe ampliatam hic biennio poſt, tum etiam poſt trienniũ ab ea Dominicanum proprium, deniq; poſt aliud biennium ab hoc S. Vlrichi & Afræ monaſterium luſtrauit dedicauitq;. Sub quo item epiſcopo Rheinhardus & Wotolfus canonici hinc ad præſulatus, hic Patauiam ille Spiram poſtulati ac experiti ſunt: ad extremũ quum Henrichus alijs coepiſcopis & ipſimet regi inuiſus undiq; eſſet redditus, coeperunt & Vlrichiani monachi Frideboldo 4. abbate, illi ob neſcio quas reliquias S. Afræ, negocia quoque faceſſere: unde adacto apud arcem Falkenſtein, non citra bellicam fraudẽ, ligneo pertesticulos cuneo, uitam cũ morte permutauit. Inde anno domini 1053. ſucceſſit Imbricus ſeu Embrico comes à Leiningen ac præpoſitus Moguntinus, uir pontificiæ grauitatis ac prudentiæ, à nonnullis tamen periurij inſimulatus, qui non ſolum Saxones cum Imperatore Henricho 4. compoſuit, ac ob negocia inter papam & Germaniæ Cæſarem à Langobardis captiuitatem pertulit, ſed & anno 1072. duas campanarias turres cathedrali eccleſiæ addidit. Sub hoc etiam Swigherus comes à Baltzhauſen præpoſituram cum templo S. Petri, prope curiam ciuium anno domini 1066. fundauit, & Adalbero ſeptimus apud S. Vlrichum abbas, cœnobium ſuũ muro circumdedit primum. Anno 1077. accepit epiſcopatum hunc Sigefridus 2. cui quod Henricho 4. Imp. ceu iuſto collatori ſuo faueret, Hildebrandus papa confeſtim æmulũ è medio fratrũ ſuorũ ſuſcitauit, Wigholdũ quendã, qua ex re ſchiſma haud incruentũ Guelfone 4. Noricorũ duce Romanenſium partes propugnante diu hic fuit, quo præter alia incõmoda & eccleſia S. Mauricij igne hoſtili abſumpta eſt. Nihilominus tamen ex collegio edis maioris ſub eiſdem turbis Norbertus Curiæ anno 1080. præſul electus eſt, & Henrichus Aquilegiam patriarcha anno domini 1078. poſtulatus eſt. Deniq; Adalbero epiſcopus Tridentinus anno 1086. ordinatus eſt: interea ipſe Sigefridus in ſynodo Quindelburgenſi anno 1085. cum multis alijs Germaniæ epiſcopis poſt totius ciuitatis ſuæ euerſionem biennio Rauenſpurgi carceribus mancipatus, magnaq; ui pecuniarum liberatus, ſuperſtes plurium competitorum tandem domi pie obijt. Cui ſubrogatus eſt anno 1092. Hertwichus baro à Lichein triginta tribus annis, habuitq; ob redditus diutinam cũ capitulo, quod uocant, ſuo rixã. Sub eo extructum eſt anno 1096. S. Aegidij lararium. Poſt hunc ab Imp. Henricho 5. fit epiſcopus Hermãnus: & quia excõmunicato Cæſari adhærebat, eccleſias turbare, bonaq; eccleſiaſtica dilapidare accuſatus, nec

Epiſcopus interficitur.

Epiſcopus, in carceratur.

nec non anathemate notatus fuit. Vnde non tam ab Eginone duodecimo ſancti Vlrichi abbate, quàm ab archiepiſcopo ſuo Moguntino, nec non epiſcopo Curienſe in hoc negocio papali cõmiſſario, miris modis uſq; ad ciuiũ ſeditionẽ exagitatus eſt. Huic anno milleſimo cẽteſimo triceſimo quarto Waltherus 2. uiginti annis ſuffectus eſt. Is fundata anno milleſimo cẽteſimo quadrageſimo ſecũdo Canonicorum regularium in ſuburbio ſeptentrionali ad S. Georgium præpoſitura, ante mortem ſuam epiſcopatum ſucceſſori reſignauit, nempe Chunrado comiti à Bõl & Lutzelſtein. Is cathedram 22. annis tanta religione tenuit, ut non tantum Canonicos Regulares cum nouo Præpoſito ex caſtro Hammelberg in monaſterium S. Crucis extra mœnia Auguſtanæ urbis ad hoc ſpecialiter extructum tranſtulerit, uerumetiam priuſquam ex hac uita migraret, in monachum apud S. Vlrichum transformatus ſit: cæterum auxilia præſtitit Guelffoni Bauariæ & Spoleti duci, comitiq; Altorffenſi, dum is cognatum ſuum Hugonem Palatinum Thubingenſem, Curiæ & Brigantiæ comitem, bello crudeliſſ. impugnaret. Anno domini 1176. concedente prædeceſſore Vdalſcalcus epiſcopus eligit Auguſtæ, ſeditq; 23. annis. Huius ſeptimo anno conflagrauit totum monaſterium S. Vlrichi: at abbas Henrichus 19. in ordine cuncta breui reſtaurauit & in dedicatione noua tum imperat. Fridericum Barbaroſſam cum multis principibus, tum Chunradum metropolitam Moguntinum cum multis aliis prælatis præſentes habuit. Vdalſcalcum ſubſequitur ordine Hertouichus ſecundus quadriennio ſolo. Quo mortuo Sigefridus à Rehberg præſul ordinatur, uir bellicoſus, qui caſtrũ Swabeck deſtruxit, ac tandem Hieroſolymam contra Saracenos militans, in Apulia diem ſuũ obiit. Cui Siboto ſucceſſor eſt lectus, quo annuente ædificatum eſt anno 1236. in foro uinario phanum ſancti ſepulchri ab eiuſdem cognominis patriciis hic, Siboto uero epiſcopus ad imitationem anteceſſoris ſui, cum cruce ſignatis in terram ſanctam aduerſum infideles profectus, in itinere naturæ debitum ſoluit. Anno domini 1239. à Sozimo quadrageſimo loco mitra donatur epiſcopali Hartmannus comes à Dillingẽ, quam annis 47. obtinuit. Hic fertur comitatum eum quod ultimus uirorũ ex proſapia illa fuerit eccleſiæ ſuæ reliquiſſe, ſub quo circiter annũ 1243. cœperunt Franciſcani in hac ciuitate nidificare, quorum locus hodie in alimentariorum, ſeu ut uulgariter uocantur, prebendariorum uſum à ſenatu redactus, nomen antiquum ſeruat. Porro ſub deplorandum illud Germaniæ interregnum, Bauariæ dux multum illi contrarius, ac Albertus magnus Langingenſis, philoſophus Germanorum maximus (qui ſtudiorum gratia Ratiſponenſem epiſcopatum cucullo permutauit) contemporaneus eidẽ extitere. Poſt hunc Sigefridus 4. de Algishauſen inſulam hic biennio ſolũ geſtauit. Cui protinus Wolfhardus à Rodt duodecim annis ſuffectus eſt. Sub eius extremo anno ieiunium in feſto S. Marci propter quorundam ſubitaneam mortẽ annali ſtatuto hic receptum eſt. Deinde anno 1301. eligitur antiſtes Degenhardus de Helenſtein 43. in ordine, quo intra ſexennium humato Fridericus Spetbaro ſuceſſit. Sub hoc circiter annũ 1312. poſtquam Templariorũ factio per totam Germaniã Cæſaris nutu eſſet extirpata, habitatio eorundem Dominicaſtris monachis in urbe hac aſſignata primùm eſt: quin & decennio ferè pòſt, admiſſione eiuſdem epiſcopi Carmelitarum delubrum ad diuam Annam condi primum à ciuibus cœpit. Nec non monaſterium S. Vlrichi Marckwardo de Hagel triceſimo abbate ibidem, iterum exuſtum eſt. Anno 1329. Vdalrichus 2. à Schõneck, ſcriba & amanuenſis Imp. Bauarici, papæ infenſiſſimus præſul electus, altero mox anno in fata concedens, Henricho tertio fratri iam antea eccleſiæ huius præpoſito, pedum cum ouibus, Ludouico tamen imperat. 4. addictis 19. annis haud citra turbas commiſit. Cui Marckwardus à Randeck præpoſitus Bambergenſis & eccleſiæ huius cuſtos ſucceſſit. Is protinus Auguſtanorum ciuium militari auxilio arcem Mindelbergam demolitus eſt. Quo æuo & Flagellantium ſeſe ueſania hac primum tranſiit. Anno 1362. in pontificem hic aſſumitur Waltherus 3. de Hohſchlitz, qui ſeptimo adminiſtrationis anno ab Eberhardi comitis de Werdenberg ſociis apud Mindelheimiũ Sueuiæ oppidum interfectus eſt. Succeſſit illi Iohannes duodecim annis, cuius tempore hic non ſolum atrox erat diſcordia clerum inter & plebem uſq; ad ſacerdotaliũ ædium demolitionẽ, ſed & adpertum bellum ciues inter & Bauarum ducem, adeoq; chorizantium inſania ad S. Viti phanũ uſq; ad Conſulis inhibitionẽ. Anno milleſimo trecẽteſimo octogeſimo ſecũdo Burghardus de Ellerbach à papa Vrbano 6. mitram accipit & fuit 22. annis quibus diœceſim hanc rexit, ob iniqua poſtulata, pactorumq; inconſtantiã toti urbi adeo inuiſus,

Epiſcopus fit monachus

Albertus magnus.

Templarij.

Epiſcopus in bello occiditur

ut

ut primo ſtatim ſexennio illi cathedrale palatium una cum monetaria officina in publico foro à ciuibus diruta ſint. Quo ex hac uita migrante eligitur Eberhardus comes à Kirchberg, ſeditq; ſeptem annis. Huius in uindicandis cleri criminibus negligentia factum eſt, ut magiſtratus hic aliquos ſacrificulos in ferrea cauea publice expoſitos fame necarit. Inde Anshelmus de Neuningen anno milleſimo quadringenteſimo undecimo pontificatum ſuſcepit, ac poſt duodecim fermè annos dum chorum, quem ſic uocant, ædis ſummæ è fundamentis latius erigi curaſſet, officio deiectus eſt, ſub quo (tempore nimirum concilij Conſtantienſis) Iohannes abbas inſulæ ornamentum monaſterio S. Vlrichi primum attulit. Clauſtrum item Beginarum ad Horbrugkam igne fortuito conflagrauit. Id poſtea anno milleſimo quingenteſimo triceſimo octauo in domum expoſititiorum puerorũ eſt permutatum hic. Anno 1424. Petrus de Schawenberg quinquageſimus tertius præſul decernitur, & rerum 45 annis potitur. Doctus hic Baſilienſi conciliabulo interfuit, Henricum 6. Angliæ & Carolum 9 Galliæ reges, Philippumq; Burgundiæ ducem in gratiam redegit, diſcordias ducum Bauariæ cum Alberto Brandeburgenſe marchione complanauit, ac haſtiludia auratis equitibus totiq; nobilitati ſuæ quàm pompoſiſſ. ante aulam ſuam hic celebrauit. Dein anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo à Nicolao quinto pontifice maximo Cardinalitio galero Rhomæ donatus, moleſtiſſimã pariter atq; eius expectationi indignam camerinam Senatui P. Q. Auguſtenſi, præteritis priorũ trãſactionibus, mouit, ſub quo etiam non ſolum Rhomanarum indulgentiarum nundinationes magnam argenti copiam miſeræ emunxerunt plebeculæ primum, uerum inſuper legatus quidam papalis plus quàm 400 ſimplices uiros hinc in Turcã tam temere quam fruſtra exciuit. Sub hoc item anno milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo exuſtum eſt Carmelitarum ad S. Annam contubernium. Hoc mortuo, Iohannes 2. comes à Werdenberga epiſcopus efficitur ac præfuit eccleſiæ annis 17 cuius tempore in feſto Petri & Pauli anno 1474. corruit impetu uentorũ noua eccleſia S. Vlrichi, oppreſſiq; ſunt ruina ea 33. mortales cum parocho. Anno milleſimo quadringẽteſimo octuageſimo ſexto coopꝛatur in quinquageſimũ quintũ epiſcopũ Friderichus 2. comes ab Hohenzollern, & eccleſiam ſuã 19. annis gubernans morte rapitur naturali. Hic cũ Auguſtano ſenatui incõmodare amplius non poſſet, ſtatuto conſiſtoriali cauit, ne qui ciuium illorumq; filij in templi ſui Canonicorum album reciperentur unquam. Succeſſit ei Hainrichus de Liechtenaw ad 12. annos, ſub quo mulier quædam ciuis Anna nomine uſq; adeo potentum ora præſtigijs faſcinauit, ut neq; edere, neq; bibere, multo minus egerere aut dormire, ſed pijs meditationibus ſtupenda operari, non tam ſuperſtitioſe quàm falſiſſime etiam Imperatore Maximiliano credente, diu hic in ſancta exiſtimatione fuerit. Mattheus item Langius patritius hic anno 1513. eodem Imperatore procurante, Cardinalatus apicem apud Leonem X. papam Rhomę adeptus, ſexennio pòſt archiflamen Saltzburgi effectus eſt. Poſt præfatum Hainrichum Chriſtophorus à Stadio epiſcopatum inijt 25 annis: princeps hic Iohannem Oecolampadium ac dein Vrbanum Rhegium à ſacris conrionibus aliquandiu habuit, ſed & Ruſticorum rebellionem anno 1525. pertulit, ac ciuitate cum omni clero ſub annum domini 1537. propter mutatam religionem ceſſit, plurimis tum Germanorum comitijs pacificator medius inter Imperatorẽ Carolum V. ac Lutheranos extitiſſe perhibetur. Tandem anno domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio quinquageſimus octauus à Sozimo primo epiſcopo, Auguſtanorum pontifex creatur Otto baro de Waldpurg, imperij ſacri dapifer, qui breui pòſt Cardinalis Rhomanus quoq; effectus, ſub fatale illud Germaniæ bellũ anno 1546. non ſolũ à Schmalkaldienſibus Confœderatis omni ditione exutus eſt, ſed paulo poſt per Cæſarem Carolum inuicta manu in integrum reſtitutus, uniuerſum clerum priſtinæ ciuitati non abſq; ingenti à Republica extorta pecunia reddidit.

Mulier ludificat mundum.



Pugnant

Pugnant Chriſtiani prope Auguſtam cum Vngaris infidelibus & uincunt.



ANno Chriſti 954. Vngarorum colluuies in Bauariam irrupit, & Sclaui alterũ Germaniæ orbem infeſtabant. Otto ergo maguus tantis rebus occurrens Auguſtam contendit: in cuius urbis confinio caſtris poſitis, exercitus Francorum & Bauarorum ei occurrit cum Conradi ducis copijs. Erat is dux audacis animi ac conſilio præſtans, & tum eques hoſtibus intolerabilis atq; ſocijs chariſſimus. Igitur appropinquãtibus exercitibus utriuſq; partis, ieiunio in caſtris prædicato, iuſſum eſt omnes ad bellum paratos fore in craſtinum. Et primo diluculo ſurgentes datis ſacramentis erectiſq; ſignis quaſi octo legiones procedunt de caſtris Imperatoris. Ducitur exercitus per aſpera & difficilia loca, ne daretur hoſti copia turbandi ſagittis agmina. In primis tribus fuerũt Baioarij, in quarta Franci, in quinta Imperator, in ſexta & ſeptima Sueui, in octaua Bohemi, in qua & ſarcinæ omnes ac impedimẽta quæq;, quaſi eſſet tutiſſima quia ultima, ſed aliter res eſt acta. Nam Vngari nihil cunctantes Licum fluuium tranſierunt, circumeuntes exercitum, extremam legionem ſagittis laceſſere cœperunt, & cum ingenti impetu uociferatione facta, alijs cæſis alijs captis, ſarcinis omnibus potiti, cæteros legionis illius fugere compulerunt. Rex cum hoc aduertiſſet, miſit illuc quartam legionem, quæ ueniẽs captiuos eripuit, latrocinantiaq; hoſtium agmina perturbauit. Fuſis undiq; latrocinantium hoſtiũ agminibus, dux ad regem reuertitur ſignis uictricibus triumphum legionis agens. Totũ ergo pondus prelij iam ex aduerſo eſſe rex conſpiciens, arrepto clypeo ac ſacra lancea ipſe primum equum uertit in hoſtem, fortiſſimi militis ac optimi Imperatoris officio functus:

Apparatus bellicus contra Vngaros.

Strenuitas Ottonis Cæſaris.



audentes hoſtium cunei primum reſtiterunt, deinde ut ſocios terga uertere uiderũt, obſtupefacti, noſtriſq; intermixti, extincti ſunt nonnulli uillas incurrunt, ibiq; circumfuſi ſimul cum mœnibus cremantur, alij flumen tranſnatantes, fluminis ui obuoluũtur. Conradus dux Francorum cum iam hoſtibus male propiciam fortunam uidiſſet, Ottonis ſe partibus adiunxit, bonamq; nauãs operam, petijt ut interiret. Itaq; in partibus noſtris fortiter pugnans, animi feruore & ſolis ardore æſtuans, dum auram carpere uult, ex aduerſo ſagitta miſſa, uulnere gutturis cecidit: cuius corpus imperio regis honorifice tranſportatur Wormatiam, ibiq; ſepelitur. Fuerat hic gener Imperatoris & uolens ei nocere, proficiſcitur ad Vngaros, educit illos, facitq; ſpem magnæ prædæ conſequendæ. Vnde illi cõſcriptis copijs, cum Conrado illas in Bauariam tranſmittunt. In illa pugna caſtra hoſtium ſunt capta, tantaq; multitudo eorum cõſumpta, ut hæc extrema eſſet Vngarorum incurſio, & multis temporibus ſe continuerunt in Pannonia. Tres quoq; in eo prelio reguli in poteſtatẽ Ottonis uiui ſunt perducti, quos Germani renitente Ottone, laqueo in Vngarorum dedecus ſuſpẽſos necauerunt.


Conradus dux occiditur.

Ciuitas




CIVITAS AVGSPVRgensis, delineata iuxta figurā quam hisce temporibus habet in mœnibus & præcipuis eius ædificijs, adiecta huic operi nostro Cosmographico impensis eiusdem urbis magistratus, atq; diligentissima eximij uiri, domini Achillis Gassari medicinæ doctoris descriptione celebrata. Priuatorum insignium locorum nomina Germanicis expressimus uocibus, scientes ab exteris Germanici sermonis ignaris non requiri huiusmodi nominum interpretationem.

Ciuitas Auguſtana olim Vindelica, ho[illegible]




1 Rot thor oder haußſtetter thor. 2 Am Eſer. 3 Gegginger thor. 4 Ein laß. 5 Klenckre thörle. 6 Gſund prunn. 7 Am luden kirch hof. 8 ßwer taprucker thor. 9 Fiſcher thörle. 10 Lug inß land. 11 Steffinger thörle. 12 Oblater thörle. 14 Iacober thor.

Rhetica, toto orbe terrarum notiſſima.



16 Vogel thörle. 17 Schwiboger thor. 18 Ober waſſer thurn. 29 Fuggers hauß. 31 Korn ſchrand. 33 Stat cantzelei. 34 Kauffleut ſtuben 35 der Herren ſtuben. 42 Pfrendhauß. 44 Findel hauß. 45 Puluerthurn. 47 Vnder waſſer thurn. 51 Pfaltz ſampt dem fronhof. 59 Katzen ſtadel.

Ciuitas Auguſtana olim Vindelica, hodie Rhetica, toto orbe terrarum notiſſima.



1 Rot thor oder haußſtetter thor. 2 Am Eſer. 3 Gegginger thor. 4 Ein laß. 5 Klenckre thörle. 6 Gſund prunn. 7 Am Iuden kirch hof. 8 Wer taprucker thor. 9 Fiſcher thörle. 10 Lug inß land. 11 Steffinger thörle. 12 Oblater thörle. 14 Iacober thor.

16 Vogel thörle. 17 Schwitzger thor. 18 Ober waſſer thurn. 29 Fuggers hauß. 31 Korn ſchrand. 33 Stat cantzelei. 34 Kauffleut ſtuben 35 der Herren ſtuben. 42 Pfrendhauß. 44 Findel hauß. 45 Pulver thurn. 47 Vnder waſſer thurn. 51 Pfaltz ſampt dem fronhof. 59 Katzen ſtadel.

Achilles Gassarus medicinæ doctor de ciuitate Augustana & ciuibus eius.

Ciuitas nostra celeberrima habet omnis generis panoplia, præcipuè æneorum tormentorum, quæ bombardas uocamus, aliquot domos elegantissima copia refertissimas, simul & publicas aliorum artificum tum tabernas tum officinas operosissimas, quibus nõ tam toti orbi usurpatissima quàm Mercatorum suorũ nummosissimis monopolijs notissima paucis retro annis euasit. Ad hæc pauperũ curam unicè gerit: extant enim præter Xenodochia ægrorum ac orphanorum hospitalia, speciales ad huc ædes, quibus gratis uel peste infecti suo fouentur tempore, uel Gallica hic laborantes curantur, uel denique leprosi seorsim adseruantur. Denique ingenti eleemosyna tum reliquos inopes passim liberalissime leuat, tum studiosos pueros nõ parum multos ex his domi humanioribus literis emancipat, foriscq; stipendijs non pœnitendis alit. Quin uel soli Fuggari penuria laborantibus sed frugi municipibus anno 1519. supra centum habitationes tanquam iustam ciuitatulam, de suo, apud Iacobinum suburbium fundarunt. Iam qua æquitate, clementia & prouidentia Magistratus quàm politicè hic polleat, quaúe prosperitate, industria, humanitate & uirtute reliqui ciues inter sese, aut cum alijs, tum in negocijs uel apud Antipodes ac utrunq; mundi polum gerundis, tum in educãdorum liberorum honestissima liberalitate, tum denique in domesticæ suppellectilis nitore ad insolentiam usq; certent, nemo facile dixerit. Sunt enim plerunq; homines illi (in primis blandæ fœmellæ) forma pulchri, uestitu splendidi, uictu uoluptuarij, congressu & uerbis ceremoniosi, actionibus astuti. moribus exotici & opulentia φιλαυτοι. Ex quibus plebs hodie sedula opere & quæstu officiosissima, sorte sua contenta existit. Mercatores uero aliquot & patricij magno numero natalibus sunt restituti, multi Baronum nobilitate eminent, nonnulli etiam comitum prærogatiuis gaudent, sed & integrum regnum quidam apud Indos possidẽt, adeo ut in uniuersum S. P. Q. Augspurgensis instar Alabandæ fortunatissimi (ut prouerbio habetur) censeri planè debeant possintq;. Quibus redditibus uero, auriq; et argenti diuitijs, ærarium ciuitatis locupletatum sit, uel inde cõijciet argutus lector, quod Senatus, exceptis annuis fabricarum (ut sic loquar) publicarum conducti famulicij, certorum officiorum, adeoq; belli maximi infinitis impensis, pro sola obtinenda pace supra trecenta millia aureorum Rhenensium, citra priuatas ciuiũ cõtributiones, proximis exposuerit prompta pecunia comitijs. Vt autem tanquam condito lustro, etiam ciuium capita curiosus aliquis ceu per transennam obiter queat æstimare & colligere, sciendum pro certo, quod anno 1549. proxime iam lapso, mille septingenti & quinq; infantes baptismo adhibiti, ac communibus cœmiterijs mille ducenta uiginti septem humana cadaucra, nulla epidemia grassante, sepulta Augspurgi fuerint.

Liber III.

De Palatinatu Rheni, quomodo & quando ille exortus.

FVerunt olim multi & uarij comites Palatini, præsertim Palatini ab Andechs, Palatini à Schiern, Palatini à Wittelspach, Palatini à Dachaw, Palatini à Vallay & Palatini Thubingenses. Vnde & in torneamento olim Tiguri celebrato, commemorãtur fuisse 34. Palatini diuersi generis. Cæterum quomodo illi aut multi ex eis in unã redacti sint familiam, quidam id conantur ostendere, errantes interim nõ parum in nominibus, in tempore & in administratione Imperatorum. Certum tamẽ est, pene omnia hæc Palatinorum genera, eorumq; successionem defecisse, præter Arnoldum Palatinũ à Dachaw & Ottonem à Schiern, unde nati sunt moderni principes Bauariæ & Palatinatus Rheni. Extant quoq; adhuc Palatini Thubingenses. Inter memoratos ueteres Palatinos, nulla apud historicos fit mentio Palatinorum Rheni, quãtumlibet Palatini à Schiern atq; Palatini Rheni in unam coierint ditionem. Fuerunt autem ab initio Palatini palatiorum præfecti, præsertim in curijs Imperatorum, quos Frãci olim Maiores domus uocauerunt. Quãdo autem ditio Palatinatus Rheni fuerit instituta, & ubi locorum Palatini Rheni ante quadringentos & quingentos annos se cõtinuerint, non licuit mihi inuestigare, nisi quod uariæ hic coniecturę sunt hominum. Aliqui enim uolunt hodiernũ Palatinatum nomen accepisse à Palatio Rheni, alij à Caroli magni institutione, tertij à Palatio Treuerẽsi, sed tũc magis esset Palatinatus Mosellæ quam Rheni. Sunt tursum alij qui asserunt eum tunc institutum, quando Otto magnus imperium transtulit ad Germanos. Beatus Rhenanus conatur probare ex Ammiano Marcellino, Palatinatus ditionem & nomen à Palas regione descendisse. Scribit enim Ammianus in hũc modum. Constituto ponte prope Moguntiacum, cohortes transgressæ sunt Rhenum in regione Cappellatiana, quæ à Palas nomen habet, castra sunt posita. Et alibi: Quum uẽtum fuisset ad regionem cui Cappellatij uel Palas nomen est, ubi terminales lapides, Romanorum & Burgundionum confinia distinguebãt, castra sunt posita. His subijcit Rhenanus. Hic aduertere licet principem Palatinum non a Palatio Cæsaris, uel ædificiolo illo quod in Rheno ostenditur, nomenclaturam suam possidere, sed uetustissimã à regione esse natam appellationem. Hæc ille. Si à Palas regione ortus est Palatinatus Rheni, estq; ueteris nominis ad hodiernum allusio, unde nati sunt Palatinatus à Schiern, à Wittelspach & Dachaw; Certe nomen Palatini Rheni est nomẽ dignitatis & officij, quod Imperatores instituerunt, sicut quoq; sunt nomina Landgrauiorum, Marchionum & Burggrauiorum. Sic enim Germanice quoq; dicimus Pfaltzgrauius, id est, comes Palatinus. Si à burgo factus est Burggrauius, facile licebit arguere, à Palatio quoq; factum Pfaltzgrauium. Præterea quod principes Palatini Rheni à loco Palas nomenclaturam suam non acceperint, facile per id conuincitur, quod ante quadringentos annos neq; castra neq; oppida in hac regione, ubi hodie habitant, habuerunt: sed intra hos annos quicquid locorum iuxta Rhenum habent, uel emerunt uel armis acquisierunt, id quod infra sigillatim ostendam. Sunt qui aiunt primos Palatinos simplices fuisse nobiles, usq; ad tẽpora Ottonis tertij, quãdo principes electores fuerunt constituti: tũc enim illis maior dignitatis gradus fuit additus. Nec sine causa Electura nõ fuit commissa ducibus potentibus qui tunc erant in imperio, puta duci Bauariæ, duci Sueuiæ, Lotharingiæ & Brunsuici, etiamsi Bauari temporum successu in familiam suam studuerint hanc dignitatem introducere, hodieq; & Palatinatus & Bauariæ titulum habeant. Primus Palatinus elector appellatus fuit Henricus, qui anno Christi 1003. diuum Henricum cum reliquis electoribus in Imperatorem elegit. At ubi suã habuerit curiam, cui præsederit regioni, quos audientes habuerit populos, ipse & aliquot eius successores, à nullo inueni scriptum, nec principes ipsi qui hodie præsident Palatinatui id sciunt, nisi quod quidam, sed sine certo testimonio, putãt principes Palatinos olim Wormacię



Multiplices Palatini.

Palatinatus Rheni unde.

Palas.

Rhenanus de Palatinatu.

Primus Palatinus elector.

maciæ conſediſſe,& magnam in ea urbe habuiſſe iuriſdictionem. Hoc conſtat, Conradū ducem Franconiæ anno Chriſti 942. ſuam ſedem Wormaciæ habuiſſe, de principe Palatino nihil tale inuenitur.

De oppidis, uicis & arcibus Palatinatus.

NEmo mihi facile probare poterit, Palatinatum ante quadringẽtos annos ſedem habuiſſe circa Heidelbergã aut in ea regione, quæ hodie principibus Palatinis ſubijcitur. Nam omnia loca illius regionis, aut fuerunt epiſcopi Moguntinẽſis, aut epiſcopi Wormatienſis, aut marchionis Badenſis ſiue potius ducis Sueuiæ, aut epiſcopi Spirenſis aut imperij. Sed cum poſteris temporibus Heidelberga in feudum daret principi Palatino ab epiſcopo Wormaciẽſi, illeq; ſibi ſedem fixiſſet in eo loco, breui multa loca ſibi comparauit, dilatauitq; pomœria ditionis ſuæ non parum, potiſſimum tunc, quando Palatinatus incorporatus fuit ducatui Bauariæ. Hinc mihi uidetur colligendum, Palatinatum ab initio magis dignitatem quandam fuiſſe quàm principatum, quã aliquando duces Saxoniæ, aliquando duces Sueuiæ & ultimo duces Bauariæ ditionibus ſuis ſtuduerunt inuehere. Malo tamen hic aliorum audire iudicium.

Heidelberga.

ESt hoc oppidum metropolis Palatinatus & feudum ab epiſcopatu Wormacienſi ſicut & alia quædam oppida, quæ ſupra Heidelbergam uſq; ad Obricken iuxta Neccarũ conſtructa inueniuntur. Putant nomen oppido datum à gẽtium colonia, quæ ante multos annos hic habitaſſe certis indicijs conuincuntur. Vocant autem Germani gentilem hominem heiden. Situs loci eſt ſatis amœnus, cum ſit in fauce montiũ, ubi Neccarus ex montibus in planiciẽ egreditur, nec dubito quin locus ille ſemper, quàm diu Germania habitata fuit, ab hominibus cultus fuerit. Sunt alij qui contendunt legendũ & ſcribendum Edelberg, quod ſonat nobilem montem, & non Heidelberg, id eſt, gentilem montem. Sunt qui Ptolemaicam Budorim putant olim fuiſſe Heidelbergam. At mihi uidetur oppido huic magis reſpondere Heidelſheim aut Bretten. Sunt alij qui oppidũ Mãheim per Budorim recipiendũ contendunt. Nam ſitũ eſt illud in confluentia Rheni & Neccari, ubi in concilio Conſtantienſi Iohannes papa triennio incarceratus fuit. Est terra circa Heidelbergam omnium rerũ ferax, uini boni, frumenti, olei, fructuum arboreorum & caſtanearum. Anno Chriſti 1346. Rupertus ſenior princeps Palatinus fundauit gymnaſium Heidelbergenſe, ubi temporum ſucceſſu in omni ſcientiarũ genere multi docti floruerunt uiri. Potiſſimum autem meo æuo locum illum celebrem reddiderunt inſignes iſti uiri Iohannes Dalburgius, Rudolfus Agricola, Iohannes Virdungus, & multi alij, qui eruditionis ſuæ monumenta poſt ſe in ſcriptis reliquerunt. Ego quoq; ab anno Chriſti 1524. uſq; ad annum 1529. primus Hebraiſmi profeſſor, publice ibi ſacram docui linguam, acceptis primis rudimentis ab integerrimo uiro atq; fideliſſimo præceptore, Conrado Pellicano, qui & ipſe olim Heidelbergæ ſub auunculo ſuo Iodoco Gallo theologo, primã aſſecutus laurea, feliciter ad ſublimiora peruenit.

Budoris.



Vrbatio ſtudij Heidelbergen.


Ladenburg, Schrieſſen, Winheim.

IMpignoratum eſt Ladenburgum duci Ruperto ſeniori pro media eius parte anno Chriſti 1371. Alia medietas obuenit epiſcopo Wormacienſi. Eidem principi uendidit Sifridus à Stralnberg anno Chriſti 1347. oppidum Schrieſſen & caſtrum Stralnberg. Et anno Chriſti 1344. oppidum Weinheim per arbitros eſt memorato principi adiudicatum, quod antea epiſcopus Maguntinus poſſederat.

Ciuitas

CIVITAS HEIDELBERGENSIS

bergẽſis, iuxta Neccarum ſita, Palatinatus metropolis & illuſtriſsimorum principum Comitum Palatinorum Rheni reſidẽtia, exprimit pulchre in hac tabula ſecundum omnem eius habitudinẽ. Quam tranſmiſit ad hoc opus noſtrum ornandum illuſtriſſimus princeps Otto Henricus, comes Palatinus Rheni, dux Bauariæ, omniumq; ſtudioſorum mecœnas & patronus pientiſſimus. Habuit autem hæc ipſa ciuitas ante paucos annos & aliam arcem in ſuperiori mõtium iugo locatam, ſed quã fulmen cœleſte in momento oculi euertit, puluerem ſcilicet bombardicum, qui in eo in magna quantitate ſeruabatur, incendens & ſubiectam arcem atq; oppidum ipſum per diſſectos lapides non parum lædens.



Arx regia
Fürſten mül
Munch mül
Der Neccar

ris Hed

ſis ſitus & nti ob oculos






Reliquiæ ueteris arcis
Meridies
Occidens
Mons Capri
Geiß berg
Castaneæ
Besten baum
Arce
Der hylig geiſt
S. Spiritus
S. Peter
Predicatores
Prediger
Zeüghaus
Der Neccar
Neccarus fl
Fürſten mül
Munch mül
Schola

M On
Pip
mag
loci
Vidi ibi exemp
ibi quoq; ultim
is tantum liter
fratensibus i
mus, transtulit

P Ræfec
ti. Fuit
berger
2100. n
imperiale Gel
Palatino & R
rzen oppida i
noris. Ann
dorf. Et uillan
de Liechtenau
ceps anno Ch
Ingelheim im
ten, Lowenste
annos ditioni

E St Bru
oppid
cuius
fuit C
dit ei Otto m
in illa magna
adiunxerat, u
quam Worm
Imperator do
uiueret contu
lis, ius cuden
Palatinus iur
sibi obueneri
goia, terra di
ficis & sylue
ra oppida, ui
salubritate p
parentes
K

Lauriſſa uulgo Lorſch.

MOnaſterium iſtud conſtructum fuit per Carolum magnũ, aut ut alij putant per Pipinum, in quod Taſſilo dux Bauariæ unà cum filio eius Theodone, à Carolo magno recluſus fuit, quum fœdifragus & periurus deprehenſus fuiſſet. Nõ eſt locus in Germania, ubi uetuſtior quàm in hoc monaſterio bibliotheca fuerit. Vidi ibi exemplar unum quod manu Virgilij ſcriptum titulus præmonebat. Inuentus eſt ibi quoq; ultimus liber Ammiani Marcellini qui & iam publicatus eſt, ſcriptus maiuſculis tantum literis. Fuit autem primo à Benedictinenſibus monachis ac deinde à Præmonſtratenſibus inhabitatum. Iohannes Dalburgius epiſcopus Wormacienſis, uir doctiſſimus, tranſtulit inde ad bibliothecam Ladenburgenſem meliores quoſq; codices.

Vetuſtiſſimi libri.

Lindenfels, Caub & alia quædam oppida.

PRæfectura arcis Lindenfels fuit empta anno Chriſti 1277. pro 5030. marcis argenti. Fuit antea Marchionis Badenſis. Anno Chriſti 1289. Wernherus Mintzenbergenſis uendidit oppidum Caub cum appendicijs ſuis locis, ducí Ludouico pro 2100. marcis argenti, ſupputata una marca argenti pro octo florenis. Oppidum imperiale Gelnhuſen quod ad comites à Swartzenberg peruenit, fuit ab eiſdem principi Palatino & Reinhardo ab Hanaw impignoratum anno Chriſti 1436. Moſpach & Sintzen oppida imperialia cum appendicijs ſuis ſunt Palatinatui incorporata per modũ pignoris. Anno 1230. recepit Otto comes Palatinus ab Henrico Rom. rege uillam Waldorf. Et uillam Nuſslach emit comes Palatinus Ludouicus anno Chriſti 1259. ab Henrico de Liechtenaw. Oppidum Luden apud Tuberum fluuium ſitum, emit Rupertus princeps anno Chriſti 1398. à comitibus Hohenlohenſibus. De Oppenheim, Cæſarea Lutra, Ingelheim imperialib. oppidis Palatinatui impignoratis, ſuprà diximus. Omitto hic Bretten, Lõwenſtein, Bachrach, Nouam ciuitatem & alia oppida, quæ omnia intra trecentos annos ditioni Palatinatus acceſſerunt.

Moſpach.

Bruxella in Brureinia.

EST Brureinia parua quædam ditio, habens multas egregias uillas quarum caput eſt oppidum Bruxellæ, paruitq; olim Wormatienſibus, quando illi habuerunt ducem, cuius palatium poſtea uerſum fuit in eccleſiam ſancti Pauli. Dux ultimus uocatus fuit Conradus filius ducis Wernheri, fuitq; de ſanguine ducum Franconiæ: & dedit ei Otto magnus filiam ſuam Lutgardim uxorem, qui tamen interijt prope Auguſtam in illa magna pugna quam idem Imperator habuit contra Vngaros, quibus Conradus ſe adiunxerat, ut ſupra meminimus. Paulo antea idem Conradus reſignauerat iuriſdictionẽ quam Wormaciæ habuerat, comparauitq; ditionem Bruxellenſem, quam poſt eius mortẽ Imperator donauit Sigebaldo epiſcopo Spirenſi. Quin & idem Conradus quum adhuc uiueret contulit epiſcopatui Spirenſi plurima bona, decimas, redditus, telonia uini & ſalis, ius cudendi monetam, & hæc rata habuit Imperator. Si poſt hãc reſignationem comes Palatinus iuriſdictionem aliquam Wormaciæ habuerit, priuſquam regio Heidelbergenſis ſibi obuenerit, neſcio, nemo enim huius rei facit mentionem. Adiacet Brureniæ Kreichgoia, terra dites & latè patens, cuius agri omnes uino, frumento, plantis, arboribus domeſticis & ſylueſtribus, omniq; eo quod ad uictum pertinet humanum abundant: ſunt præclara oppida, uicorum multitudo, terra plena colonis & irrigua, & quod præcipuum eſt, aeris ſalubritate prædita. Redegit hanc terram Conradus ſecundus in comitatum, ob id quod parentes eius habitaſſent Bruxellis. Sed & Iohannes 34. epiſcopus Spirẽſis comes Kreichgoienſis, donauit bonam partẽ de ſua paterna hæreditate epiſcopatui Spirenſi, id quod ſupra quoq; indicaui, ubi de Spirenſi urbe feci mentionem.


Kreichgoia.

Genealogia

De Germania

Genealogia comitum Palatinorum Rheni.

INfrà ubi ad descriptionem Bauariæ peruenerimus, indicabo unde Palatini à Schiern exorti sint, atq; quomodo ab illis processerint moderni duces Bauariæ & Palatini Rheni. Quantum uero attinet ad presens institutum, notabis quosdam sic sentire, ut putẽt Ottonem à Wittelspach auum sanctæ Kunegũdis primum extitisse Palatinum electorem, cuius auus fuit Arnolfus Imperator.



Primus Palatinus elector.

De Ottone Palatino, conditore Wittelspachij, rythmi Germanici inueniuntur, quod ille per filiam Henrici Palatini obtinuerit electuræ dignitatem. Secundum alios primus Palatinus elector, qui suo suffragio Imperatorem declarauit Henricum sanctũ anno 1003 fuit uocatus Henricus, cui successit Sifridus pater sanctæ Kunegundis, qui & secundum quosdam priuignus fuit dicti Henrici. Nam ut ipsi dicunt, Henricus Palatinus duxit uxorem comitis Brabantiæ relictam, dediq; Palatinatum filio eius Sifrido. Et sic secundũ opinionem eorum, auus sanctæ Kunegundis elegisset maritum eiusdem Kunegundis Imperatorem, quod uerisimile non uidetur. Propterea scribunt tertij in hunc modum. Cum Sifridus Palatinus usq; ad seniũ subditos suos optime gubernasset, & Otto tertius Imperator nullum haberet hæredem, qui post se imperio præesset, nitebatur ante obitum suum pacẽ facere in imperio: quare egit cum Romano pontifice, ut aliqui principes constituerent, ad quos solum spectaret Rom. regis electio. Sicq; inter reliquos fuit quoq; designatus elector memoratus Sifridus, sed qui breui uiuens tempore, nullius Imperatoris interfuit electioni. At filius eius Henricus frater sanctæ Kunegũdis, elegit anno Christi 1003. sororium suum Henricum sanctum in Imperatorem. Et quum filium non haberet sed filiam nomine Irmelgardim, tradidit eam Conrado duci Franconiæ qui & dux fuit Wormaciæ & Landgrauius Hassiæ, factusq; est hic Conradus per uxorem comes Palatinus Rheni & dux Lotharingiæ. Quod autem appellatur dux Wormaciæ, quum tamen ducatus ille sub Ottone primo extinctus fuerit ut iam in Brurenia diximus, uidetur illi & successoribus eius relictus titulus sed sine possessione, ut plerunq; fit. Habuit uero & ipse unam duntaxat filiam, Elisabet

Dux Sueuiæ palatinus Rheni.

nomine, quam duxit uxorẽ Conradus dux Sueuiæ, simul cum ea factus Palatinus Rheni. Fuit titulus eius talis. Cõradus gratia dei Palatinus Rheni, dux Sueuiæ & Franconiæ, sacri imperij Romani dapifer & elector, templorum Wormaciæ, Herbipolis, Argentinæ, Spirẽ Fuldæ & Wyssenburgi præpositus & aduocatus, &c. Sepult⁹ est in monasterio Schẽnaw, quod uno miliario distat ab Heidelbergo in Ottonica sylua. Hic ex uxore sua sustulit filiã

Palatinatus migrat à Sueuis ad Saxones.

nomine Agnetem, quam duxit uxorem Henricus dux Saxoniæ & Luneburgi, dominus in Brunsuic, filius ducis Henrici Leonis, factusq; est per eam Palatinus Rheni. Memoratus Conradus ampliauit Heidelbergum, exqũe uili oppido fecit magnificam ciuitatem, quam & arce muniuit, habuitq; sedem Heidelbergi usq; ad extremum uitæ, ubi etiã anno domini 1185. præposituram cœnobij in Newenburg prope Heidelbergum in monasterium monialium commutari fecit, de consensu tamen abbatis Lauriſſensis, ad quẽ pleno iure spectabat.

Newenburg prope Heidelbergam.

Cæterum Henricus dux Saxoniæ Palatinusq; Rheni mansionem suã habuit Brunsuici, & genuit duas filias. Vnam duxit Hermannus marchio Badensis & alteram, Gertrudim nomine, Otto comes ab Witlispach & Schiern, qui à progenitoribus suis fuit de sanguine ducum Bauariæ, eiq; in comitijs Gamundiæ Sueuicæ ceu hæredi naturali traditus fuit ducatus Bauariæ, unde Henricus superbus, cognominatus Leo, fuit exclusus, & Palatinatus, anno Christi 1180. Mortuus uero est anno Christi 1184. Ab isto deducitur genealogia ducum Bauariæ & Palatinorum Rheni in hunc modum.

Otto

1	2	3	4	5
Otto Palatinus à Schiern, dux Bauariæ, Palatinus Rheni	Ludouicus Ottonis filius, Palatinus Rheni & dux Bauarię	Otto Ludouici filius, Palatin⁹ & dux Bauariæ	Ludouicus prioris Ottonis filius	Ludouicus filius Ludouici mox præcedentis

Quomodo Otto hic in ordine primus descenderit ab Imperatore Arnolfo filio Carolomanni, ostendetur infrà in descriptione Bauariæ.

5 Ludouicus dux Bauariæ & Palatinus

6 Ludouicus dux Bauariæ & Imperator

Ludouicus Nurnbergæ in tornearmento ictus.

Stephanus dux Landshutæ
Albertus dux Straubingñ.
Wilhelmus comes Holand.
Otto marchio Brādenburg
Ludouicus Tyrolensis

Linea ducum Bauariæ hic omittitur, differturq; ad descriptionem Bauariæ.

7 Rudolfus Palatin⁹

8 Rudolfus

9 Adolfus

10 Rupertus

11 Rupertus iunior, uxor eius Beatrix filia Friderici regis Sicilię

Anna ducissa in Bergen

12 Rupertus rex

Elisabet marchionissa Morauiæ

Mechtildis comitissa Sponheimensis.

Sub Ludouico 6. & Rudolfo 7. fratribus, diuisa est Bauaria à Palatinatu, etiamsi Palatini nōnihil terrę retinuerint in Nortgoia. Sed reuertamur ad auos. 2. Ludouicus iste fuit in Bohemia aut secundum alios in Kelheim publice præsente familia trucidatus, iussu Friderici secundi Imperatoris. Ipse construxit castrum in Landshut, habuitq; duas uxores nempe Gertrudim Palatinam & Ludmillam filiam regis Bohemiæ. 3. Otto. Hic subito mortuus est Heidelbergæ in excommunicatione anno 1255. Habuitq; multos filios, nēpe Henricum ducem inferioris Bauariæ, qui habuit uxorem filiam Belæ regis Vngariæ: Sophiam, quam duxit Gebhardus comes ab Hirsperg: Elisabeth quam accepit Conradus filius Friderici secundi, postea nupsit Meinhardo comiti Tirolensi. *Diuisa Bauaria à Palatinatu.*

3 Otto
- Sophia
- Elisabeth
- Henricus
  - Ludouicus mortuus anno 1294
  - Otto
  - Henricus
    - Otto de Burckhausen
    - Henricus dux Landshutæ & Straubingæ.

4 Ludouic⁹
- Stephanus

Iohannes Henricus dux Landshutæ reliquit filium unum nomine Iohannem, qui sine hærede mortuus, Ludouicum Imperatorē habuit in ditione sua successorem. 4. Ludouicus. Iste habuit primam uxorem Mariam filiam ducis Brabantiæ, fecitq; eam in Sueuiæ Werda obtruncari, id quod infra in genealogia ducum Bauariæ latius indicabo, ac deinde duxit uxorem filiam ducis Poloniæ ex qua sustulit Ludouicum quintum. Iacet autem sepultus inter Augustam & Monacum in monasterio Furstenfeld. 5. Ludouicus iste qui utrāq; adhuc habuit ditionem, Palatinatum & Bauariæ ducatum, accepit in uxorem Mechtildim filiam Rudolfi ab Habspurg, genuitq; Rudolfum & Ludouicum Imperatorem. Mortuus uero Heidelbergæ apud Augustinianos iacet sepultus. 7. Rudolfus. Huic seniori filio dedit pater Palatinatum & partem de ducatu Bauarię. Vxorem uero filius accepit Mechtildem filiam comitis à Nassaw, ex qua genuit Rudolfum, Adolfum & Rupertū. Frater eius Ludouicus fugauit eum in Angliam, ubi in exilio mortuus fuit, eo quod suffragium suum in electione Imperatoris non ei sed Friderico duci Austriæ dederat, cum quo tam diu pro corona imperij certauit, donec tandem illum captum sub iugum coegit. 8. Rudolfus Rudolfi filius non diu uixit in administratione Palatinatus, successit ergo ei frater Adolfus. Sed cū ille nō magna prudentia esset præditus, resignauit fratri suo Ruperto administratiōnē, qui senior & rubicūdus appellatur. Hic Rupertus 10 fundauit anno Christi 1346. gymnasium Heidelbergense & collegium sacerdotum in noua ciuitate, ubi quoq; sepultus iacet. Habuit duas uxores unam Namurcensem & alteram Bergensem, ex quibus tamē nullos post se reliquit liberos. Successit ei in Palatinatu 11 Rupertus iunior, filius Adolfi & *Academia Heidelbergensis.*

— M. Albert Argentor. cap. 8. „ ex quo patet quod filia huius Gerardi Rodulphi imp. ascribit. Sed Cæsp. in Ludouic. Imp. nō duos Ludouicos sed (ut hic notat) 4 et 5 facit sed non sq Ludouicū Ottonis filium et Ludouici Imp. primū, sed tm̄ q̄ in Albertina fuisse.

comitiſſæ ab Oetingen. Is aliquando nomine patris Adolfus Branditz fuit appellatus.
Rupertus. Vxor eius filia regis Siciliæ, genuit Rupertum filium, futurum Rom. regem. Rupertus rex habuit uxorem Eliſabetam filiam Burggrauij Nurnbergenſis. A Ruperto rege continuabimus nunc genealogiam, qui Palatinatum in ſuos diſtribuit filios in hunc modum.

- Otto Moſpach
  - Otto Moſpach & Neumarckt
  - Rupertus epiſcopus Ratiſponenſis
  - Iohannes Canonicus Auguſtanus
  - Albertus epiſcopus Argentinenſis
  - Dorothea Landgrauia Pfremdenſis
  - Margareta comitiſſa Hanawenſis
- Fridericus habitator Ambergæ
- Rupertus Pipan Ambergæ ſepultus
- Ludouicus cum barba
  - Ludouicus elector
  - Fridericus magnus bellator
  - Rupertus epiſcopus Colonieñ
  - Mechtildis duciſſa Auſtriæ.
- Philippus elector
  - Ludouicus elector
    - Otto Henricus
    - Rupertus
    - Philippus
  - Fridericus poſt fratrem elector
  - Philippus epiſcopus Friſingeñ
  - Georgius epiſcopus Spirenſis
  - Henricus epiſcopus Traiecteñ wormaciēſis, & poſt fratrem Friſingenſis.

12 Rupertus elector et Rom. rex

- Iohannes Neuenburck cuius uxor fuit ſoror Erici regis Daniæ
- Chriſtophorus rex Daniæ.
- Stephanus Zweibrugk
  - Stephanus
  - Iohannes epiſcopus Meidenburgenſis
  - Rupertus epiſcopus Argentinenſis
  - Ludouicus comes Veldentz
    - Caſpar
    - Alexander
      - Ludouicus. Wolfgangus
      - Rupertus
  - Fridericus comes Sponheim.
    - Rupertus epiſcopus Ratiſponenſis
    - Iohannes
    - Iohannes Simmerenſis
      - Fridericus
      - Georgius
      - Richardus
- Agnes duciſſa Cleuenſs
- Margareta duciſſa Lotharingiæ
- Eliſabet duciſſa Auſtriæ.

Duci Ottoni filio Ruperti regis obuenit Moſpach oppidum ſitum ad Neccarum & Neumarckt in Bauaria, ſucceſſitq; ei filius eius Otto: quo ſine hærede mortuo, ditio illa rediit ad principem electorem. Duci Friderico pro ſua portione ceſſit Amberga, quæ & poſt eius mortem rediit ad Palatinatum Heidelbergenſem. Dux Iohannes poſſedit Neoburgũ quod eſt ante Bohemiæ ſyluam, genuitq; cum filia ducis Pomeraniæ multos liberos, ſed qui omnes obierunt præter Chriſtophorum ad regnum Danię uocatum, qui & ipſe ſine liberis deceſſit. Stephanus recepit pro ſua parte Geminũ pontem, uulgo Zweibrugk, duxitq; Annam filiam unicam Friderici comitis Veldentzenſis et Spanheimenſis, per quam utrunq; adeptus eſt comitatum. Suſtulit autem ex uxore multos filios, ex quib. duo diuiſerunt inter ſe paternam ditionem, Ludouicus ſcilicet & Fridericus. De eorum diuiſione diximus ſuprà iuxta oppidum Crutzenacum. Ludouicus regis Ruperti alius filius, retinuit electuram, fuitq; executor in concilio Conſtantienſi, & tãdem profectus ad terram ſanctam, cęcus factus eſt ante mortem ſuam. Genuit ei uxor eius regina Cypri tres filios, Ludouicum, Fridericum & Rupertum. Ludouicus accepit in uxorem Margaretã filiam Amedei ducis Subaudiæ, qui in Baſilienſi concilio electus fuit in papam, ſuſtulitq; ex ea in adoleſcentia ſua Philippum principem electorem, mortuus iuuenis anno 1449. Vxor eius Margareta, habuerat antea maritum Ludouicum regem Siciliæ, deinde nupſit Ludouico

douico Palatino. Et quum esset mulier adhuc iuuenis, spe prolificandi in tertiũ matrimonium consensit, sicq; thoro iuncta est illustri Vdalrico comiti de Wirtenberg, & ex eo suscepit plures puellas. Fuit autem matrimonium illud seminarium multorum malorũ. Mortuo itaq; Ludouico electore, frater eius Fridericus tutorem agens Philippi nepotis sui, biennio feliciter pugnauit contra uicinos principes. Philippus uero adultus, iũxit sibi in matrimonium Margaretam filiã Ludouici diuitis ducis Bauariæ, genuitq; multos filios & filias. Vnam filiarum duxit princeps Meckelburgẽsis uxorem, & alteram dux Pomeranię, tertia facta est monialis. At Fridericus patruus Philippi genuit Ludouicum comitẽ à Löwenstein nothum, cuius tamen matrem ante mortem suam conscientia pungente legitimam fecit uxorem, ut quidam sentiunt. *Mater Philippi principis Palatini.*

De fertilitate Palatinatus.

NIhil quod ad humanum uictum necessariũ est desideratur in Palatinatu, potissimum aũt iuxta Heidelbergam extra montes in planicie miram habet terra frumenti ubertatem. In montibus decoquitur generosum uinum & simul in eisdẽ crescunt castaneæ: in pede montium pulcherrimi plantantur horti, & in planis



agris copiosa prouenit seges tritici, siliginis, hordei, &c. Syluæ & montes referti sunt feris, potissimum ceruis, quin & incolæ plurimos in syluis nutriunt hircos, hœdos et capras, eò quod hęc animalia potius syluestribus delectantur saltibus q̃ pratis. A carpendo enim capræ dicuntur, ideoq; in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus caprã in fundo pascat. Præterea in Neccaro qui medium alluit Palatinatum, innumeri per singulos annos capiuntur pisces, magni & parui, maxime autem abundat barbonibus. Descendunt quoq; per hunc fluuium continuæ lignorum rates, ex Ottonica syl ua, quæ ex Neccaro in Rhenum deferuntur, atque omnibus ciuitatibus Rheni à Spira usq; Bingium ad portas usq; deducuntur. Est Ottonica sylua regio syluestris & montosa, cultura quoq; difficilis, licet in quibusdam locis amœnas & fertiles habeat ualles, in quibus satis frumenti colligi potest. Incolæ pro magna parte uictitant ex pecoribus, ac deinde ex quæstu lignorum. Prouenit quoq; in felicioribus eius locis uinũ nempe in Mospach, Weinsperg & Bocksperg. Habet oppida multa, sed plures uillas & uicos. E regione Ottonicæ syluæ est Kreichgoia, quam Neccarus separat ab ipsa Ottonica sylua, annumerariq; potest Heidelberga Kreichgoiæ, quum ab illa parte Neccari sita sit. Nomen habet hæc regio ab amne Kreich quo alluitur, inhabiturq; à multis nobilibus, quorum nomina sunt, Gemminger, Göler, Vẽninger, Landschaden, Helmstetter, Sickinger, Sternenfelser, Sturmfeder, Erenberger, Liebensteiner, Flehinger, Neidperger, Hagẽbacher, Massenbacher, &c. Vltimus comes huius regionis secundum quosdam uocatus fuit Zisholdus, quo mortuo, Fridericus secundus dedit Eppingen & Heidelsheim marchionibus, quæ oppida postea Palatinatui sunt incorporata. Prope Heidelbergam est magna copia ardearũ, atque ibi in nemore nidificant. Est autem auis aquatilis, quippe quę uiuit ex aqua, & tamẽ horret pluuias & alias tempestates, quas in sublime uolans euitare conatur, secundum illud Virgilij: Atq; altã supra uolat ardea nubem. Vocatur etiam ob id ardea, quod ardua suo uolatu petat. Ponit nidum suum in altissimis arboribus, & habet naturale odium contra accipitrem, seu nisum, sicut uicissim accipiter exitium illius continuo quærit. Exercentes autem monomachiam in sublimi aere, uterq; hoc unum conatur, ut alterum ascendendo superet. Si accipiter altiorem *Ottonica sylua* *Kreichgoia.* *Ardea auis*



obtinuerit locum, impetu quodam obruit hostem atq; extinguit. Sin ardea superior fuerit, excremẽto suo fœdat accipitrem atq; interficit. Nam stercus eius est accipitri uenenũ. Computrescunt enim inde pennæ eius.

De bellis quibusdam in Palatinatu gestis.



Fridericus princeps bellicosus.

MOrtuo Ludouico Palatino anno Christi 1451. in adolescentia sua, frater eius Fridericus princeps singulari prudentia, magnitudine & strennuitate insignis, arrogatus est à suis nobilibus in administratorem Palatinatus & tutor cõstitutus nepotis sui Philippi, qui post obitũ patris sui adhuc infans in cunabulis iacebat. Iste dux Fridericus sua sponte paternam hæreditatẽ reddidit Palatinatui, & quũ in bello felix semper esset, multa quæ armis obtinuit, dominio Palatinatus adiecit. Nam quum Dieterus episcopus Maguntinus à Romano pontifice deturbatus esset ab archiepiscopatu, ille autem nollet cedere Adolfo de Nassau, Fridericus comes Palatinus, cui episcopus loco stipendij dederat arces quasdam ad Maguntinam ecclesiam pertinentes, pollicitus est episcopo suum auxilium, quod ægre ferens papa excommunicauit Palatinũ. Nec enim leue erat, ecclesiarum bona accipere ab episcopo qui ius dandi non habebat & excommunicatum iuuare. Cõiunxerat se quoq; Dietero Ludouicus dux Bauarorũ dives cognomine. Adolfus uero habebat à sua parte papam, Imperatorem, Carolum marchionem Badensem, Marchionem Brandenburgensem, Albertum uel secundum alios Iohannem episcopum Metensem, Ludouicum à Zweibrugk cognomento nigrum, Vlricum comitem de Wirtenberg. Hi non paruis odijs gerebãt bellũ inter se intestinum, donec tandem Dieterus ab episcopatu eijceretur. Quam historiam supra habes sub titulo Maguntinæ urbis. Anno 1460. in carnispriuio indixit bellum Friderico principi Palatino Vdalricus comes de Wirtenberg, eo quod Fridericus comitem impediret quo minus dote uxoris suæ potiretur, quæ antea habuerat Ludouicum Palatinũ, & fuit filia Amedei ducis Subaudiæ, materq; Philippi Palatini. Asseruit autem princeps Fridericus dictam Margaretam (sic enim uocabatur) pro sua parte, Palatino Ludouico in dotis apportatione non satisfecisse. Contradicebat comes Vdalricus, tandemq; uentũ est ad bellum. Hostes enim qui erant à parte noui episcopi Maguntini conspirantes irruerũt in ditionem principis Palatini, quibus occurrens Fridericus iniit cum eis pugnam. Certatum est diu & mutuo se uexauerunt cæde & incendio, licet nũquam pugna tum fuerit plenis copijs. Cũ uero nonnulli tractatus de pace intercederent, & autore Philippo duce Burgundiæ uentum esset ad certa pacis capitula, Principes partium Adolfi noui episcopi ut aliquid gloriæ suæ adijcerent, statuunt ante conclusam pacem terras Palatini ingredi & uastare, conueneruntq;, sed paucis copijs, apud S. Helenam, habentes uix equites sexcẽtos & sex millia peditum, absente tamen duce Ludouico. Nõ latebat hoc Palatinum Fridericũ. Illi moræ impatientes, sollicitante etiam episcopo Spirensi, in cuius ditione castra erãt posita, utcunq; uenerit in mentem, die prima mensis Iulij relicto omni peditatu in castris solis equestribus nixi descendunt in agrum Heidelbergensem, incipiuntq; uicos quosdã incẽdere. Fridericus uero corraso milite acceptisq; copijs quas miserat Dieterus episcopus, hostes ita clausit ut nullam euadendi uim haberent. Sero itaq; circumsessos se uidentes, attoniti non nisi ferro aperienda uia est inquiunt, acieq; tumultuariè instructa, imparibus excipiunt hostem copijs, factaq; magna pugna, duo comites unus de Helffenstein & alter de Salm cum nonnullis equestris ordinis propugnatoribus in prima acie occisi sunt. Vẽtum est post hoc ad gladios ac paruo negocio superantur à multis pauci. Capti sunt episcopus Metensis, Carolus marchio Badensis & Vlricus comes Wirtenbergensis & cum his eorũ tota ferè nobilitas, qui omnes cum triumpho ducti sunt Heidelbergam & ibi ad annũ propè seruati, donec tandem legibus (quas uictor uoluit) acceptis relaxati sunt. Comes Wirtẽbergensis

Bellum ob dotem.

Idus Iul.

Conflictus in Palatinatu.


bergenſis pro ſua liberatione centũ millia florenorum dedit, & alia quædã onera ſuſcepit his plane æquipollentia. Inciderũt iſta in annum Chriſti 1452. ipſa die diui Vdalrici. Epũs Metenſis fuit mulctatus pro 45. millibus florenorum, marchio Badenſis frater eius pro cẽ tum millibus, quorum loco dedit partem ſuam quam habuit in comitatu Spanheimmenſi & oppida Beſiken atq; Bynheim, ſed hac conditione, ut rurſum ea poſſet pecunia redimere. Fecit quoq; oppidũ Pfortzheim feudatarium & tota eius nobilitas obligauit ſe Palatinatui. Abdicauit etiam marchio à ſe omne ius quod habuit in Heidelsheim & Eppingẽ, itẽq; quod habuit inter Seltz & Germersheim in piſcatione & uenatione. Epiſcopus Spirenſis dedit pro ſua mulcta Rodenburg & Werſaw atq; uenationem in nemore Loſſart. *Tres principes capti.*

Anno 1474. Fridericus Imperator una cum principibus & epiſcopis in conuentu Auguſtano proſcripſit Fridericum Palatinum, quod poſt fratris ſui obitum ſibi uſurparit adminiſtrationẽ Palatinatus, quum tamen frater reliquerit filium ſucceſſorem & hæredẽ principatus. At Fridericus uolens principatum retinere, non curauit quid principes de eo decernerent. Et Ambergenſes nolentes illi ut principi electori, ſed ut tutori domini ſui parere, aliqui ex ciuibus obtruncati ſunt, manſitq; princeps Fridericus adminiſtrator Palatinatus, non obſtante quorundã rebellione. *Proſcribitur Fridericus princeps.*

Anno Chriſti 1470. Fridericus princeps Palatinus oppugnans Ludouicum ducem Bauariæ & comitẽ Veldentzenſem, eripuit illi oppida Schrieſſen & Armsheim, fecitq; ex oppido Schrieſſen uillã. *Schrieſſen.*

Anno ſalutis 1504. ingẽs bellum exortum fuit in Germania, inter Maximilianum Cæſarẽ & Philippum comitẽ Palatinum, cuius belli cauſa hæc fuit. Mortuo Georgio duce Bauariæ, Rupertus dux, genitor defuncti, filius memorati Philippi ducatũ Bauariæ & diuitias ſoceri omnes ad ius ſuũ pertinere dicebat, cuius unicam filiã habebat uxorem, de qua & liberos ſucceſſores iã legitimos ſuſcepiſſet. Sed Albertus Monacenſis dux Bauariæ quibuſdam pactis, cõuentionibus & literis inter ipſum & ducẽ Georgium dudũ habitis & ab utraq; parte ſigillo munitis fultiebatur, quibus cauebatur, ne filiæ in ducatu ſuccederẽt, ſed uter eorũ morereẽ ſine uirili ſemine prior, alter eius conſequereẽ principatũ, præmonitus, duci Ruperto potẽter ſe oppoſuit. Vnde rex Maximilianus ſe arbitrũ conſtituit & multos labores inſumpſit, uariaq; acta habuit & formã concordiæ ſub certis conditionibus explanauit. Verum Rupertus propoſitas conditiones acceptare nolens, in ſua ſententia contra imperiale decretum permanſit. Vnde cõmotus Cæſar, ducem Rupertum ueluti rebellem banno imperiali per ſententiã ſubdidit, & omnes ei adhærẽtes pari animaduerſione multauit. *Deſcriptio belli Bauarici.*

Pater Philippus uolens filio auxilium mittere, omnium principũ incurſioni ſe expoſuit. Nam mouerunt cõtra eum arma Vdalricus dux Wirtenbergenſis, Wilhelmus Lãdgrauius Haſſię, Alexander dux Bauariæ qui & comes Veldentiæ, Cæſar ipſe, dux Albertus, Fridericus marchio Brandenburgenſis, ciuitates Nurnberga, Vlma, Auguſta, &c. ubiq; Palatinatum deuaſtantes & diripientes. Cumq; bellum quinq; ferè menſibus duraſſet, propter Chriſtophori marchionis Badenſis indiuulſas preces Maximilianus humiliato principi pacẽ conceſſit, & ut pax redintegraretur, Coloniæ comitia indixit. *Palatinatus ab omnibus laceſſitur.*



Anno Chriſti 1495. prope Wormaciã ad dextram Rheni partẽ in uilla Birſtat, quæ ſita eſt inter Wormaciã & Bensheim, mulier quædam monſtrum enixa eſt quarto idus Septembris. Erant duæ puellæ corporib. integrę, ſed in uertice frontetenus connexæ inſeparabiliter & ſe mutuo inſpicientes. Vidi ego Munſterus eas Mogũtiæ anno 1501. erantq; tũe circiter ſex annorum. Cogebantẽ ſimul incedere, ſimul dormire et ſurgere, & quũ una procederet altera retrocedebat. Naſi utriuſq; ſeſe ferè cõtingebant, oculi uero nõ in directũ ſed in latera tantum tor queri poterant, quia paululum ſupra oculos frontes cohærebant. Extenſa eſt uita illarũ ad decimũ uſq; annũ & quũ tunc una moreretur, illaq; à ſuperſtite reſecareẽ, uiua ex accepto in capite uulnere aut potius ex uulneris fœtore & putrefactione corrupta in cerebro, ſororem paulo poſt eſt per mortem ſubſecuta. Occaſionem huic monſtro dedit huiuſmodi euentus. Colloquebantur duæ mulieres inter quas una uterum geſtabat, & ſuperueniens tertia ex improuiſo, concuſſit colloquentiũ capita, unde prægnans terrefacta, fœtui concuſſionis dedit ſignum. *Monſtrum humanum.*

Ottonica ſylua.



DE fertilitate huius regionis, quę pro bona parte nemoribus & montibus conſtat, ſupra ſcripſimus. Eſt enim pars herciniæ ſylvæ etiã ſi nullas aut paucas habeat piceas arbores, ſed magis quercus & fagos. Latitudo eius extenditᵉ à Neccaro uſq; ad Męnum, & longitudo à montana uia, quæ uulgo Bergſtras appellatur, uſq; ad Tuberũ fluuium, hoc eſt, uſq; ad Frãconiã. Iuxta montanã uiã, quæ ab Heidelberga Franckfordiã ducit, & ubi montana illa regio in planiciem deſcẽdit, eſt ſupra modum fertilis, generoſumq; parturit uinum, ſicut & in oppiſito eius orientali limite iuxta Tuberũ, & prope Heilprunnã ubi meridianus limes eſt mediocre creſcit uinũ, idq; in magna copia. Tres amnes ueniũt ex hac ſylua, Mimlingus, Kocherus & Iaxtus, etiamſi Iaxtus ex Rhetia Nórlingenſi originẽ ſuam ducat. Quare ſylua iſta atq; terra appelletur Ottonica, nemo huc uſq; indicauit, niſi quod quidam ſuſpicantur eam ab Ottone quodam principe nomen illud accepiſſe. Multi principes noſtra tempeſtate partem habent in hac regione, præſertim princeps Palatinus, epiſ-

Bergſtras. copus Maguntinus, cuius etiam fuit tota uia Montana, epiſcopus Herbipolenſis, comites ab Hohenloh, Domini ab Erpach, pincernæ cognominati. Omnes iſti principes habent ſua priuata caſtra & oppida in hac ſylueſtri regione, adeò nihil manſit incultum in hac & multis alijs rudibus terris, quod non humano labore fuerit edomitũ redditumq; manſueti us. Anno Chriſti 1445. Ludouicus Palatinus emit à comitibus Hohenlohenſibus oppidum Meckmul pro 26. millibus florenorũ, conſentiẽtibus epiſcopo & capitulo Herbipolenſibus, ad quos ſpectat feudũ huius oppidi. In bello tamen Bauarico rurſum fuit idẽ oppidũ alienatum à Palatinatu. Obediunt epiſcopo Maguntineñ in Ottonica ſylua hæc oppida, Mudoch, Kruten, Buchen, Amorbach & alia quædam. Pincernæ uero habẽt Erpach

Comites Hoe-lenſes. & Michelſtat unà cum multis caſtris & uillis. Comites Hohenlohenſes habent Oringen oppidum & quicquid ibi circa Tuberũ fluuiũ ſitum eſt. Fuerunt olim iſti comites opulenti & potentes, ſed temporis ſucceſſu multa perdiderunt, quæ Brandenburgeñ marchiones ad ſe traxerunt, ut ſunt Kreilsheim, Kreglingen, Vffenheim & alia quædã quæ uendidit mulier quędã. Ab iſto comitatu Mergeteñ oppidũ fuit translatum ad Teutonicos fratres.

Lówenſtein. Comitatus Lówenſteinenſis prope Heilbrunnã, exordium ſumpſit tẽporibus Ottonis 3. tantũq; accepit incrementũ, ut anno Chriſti 1318. unus ex illis comitib. ceperit marchionẽ Badenſem. Deinde poſt aliquot annos, uenit idem comitatus ad Palatinatum, ut ſupra quoq; indicauimus.

Amorbachenſe monaſterium.

VNo miliario ab oppido Miltenberg & Męno fluuio uerſus meridiem conſtructum fuit olim in loco ſolitudinis monaſteriũ Amorbach, anno ſcilicet Chriſti 734. à ſanctis uiris Pirminio Meldenſi & Bonifacio Maguntino epiſcopis, cooperantibus Carolo

Ab amore Amorbach. Martello & filio eius Pipino. Primus abbas appellatus fuit Amor, fuitq; diſcipul⁹ diui Pirminij. Poſtea anno Chriſti 1253. Conradus à Thurn nobilis quidam & qui in ea regione ditionem habuit, curauit ut oppidulum quoq; iuxta monaſterium conſtrueretur, ſiue, ut domus quæ iuxta cœnobium exortæ fuerant, muro cingerentur formamq; oppidi induerẽt.

Schóntal aliud monaſterium etiam in Ottonica ſylua ad ripã Iaxti fluuij ſitum ordinis Ciſtertienſis, fundatum eſt à nobilibus de Perlichingen, qui ibi quoq; ſuam habent ſepulturam. Numerum annorum fundationis eius non inueni.


Niclas hauſen.

IN Franconia atq; in confinibus ſylvæ Ottonicę fuit anno Chriſti 1476. tympaniſta quidam adoleſcens, nomine Iohannes Behaim, homo illiteratus, paſtor pecorum apud uicum Niclashauſen, qui ſectatores plures nactus, ſimulatam quandam religionem confingens, docere cœpit uulgus mobile, uitam cleri fore ignominioſam, ſcandalis plenam

& deo

& deo abominabilem, telonia & uectigalia, census, redditus, decimas & tributa non esse persoluenda, omnes aquas & nemora omnibus esse libera, ac nonnulla alia spargebat in populum, eaq; sibi à uirgine Maria reuelata esse prædicabat. Quam ob rem magna plebis multitudo secuta est eum. Creditum q; est uulgo cœlitus hominem doceri à deo, ut qui nullas didicerat literas, disputabat cum sacerdotibus, nec de sua sententia cedebat, doctrinam dei esse asserens. Populus qui nouitate gaudere solet, undiq; factis uotis concurrebant, & pastor ille in diebus festis maximo concursu hominum longũ sermonẽ in odium cleri deducebat. Aiunt una contione ad eum supra 30. millia confluxisse. Artifices ex officinis, arator à stiua, puellæ à falce & colo quasi numine quodam rapti, nescijs & inuitis parẽtibus dominis & magistris, abeunt recta ad Niclashausen. Communitates oppidorum & uicorum cereos, priuati anulos aureos, redimicula, armillas, pecunias, puellæ plerunq; alterum crinium plegma offerebant. Rudolfus igitur Herbipolensis episcopus maturè doctrinæ serpenti occurrendum existimans, quodam die cum nemo circa eum esset discipulorũ, missis exploratoribus, iussit eum captum Wirceburgum duci & in carcerem conijci & cõdemnatum ad ignem, comburi ut hæreticum. Post cuius mortem hæc peregrinatio uirorum & mulierum cessauit, & episcopi Herbipolensis atq; Maguntinus diuiserunt inter se dona ab imperita plebe oblata. *Pseudopropheta.*

De Baioaria quæ hodie Bauaria, & primo de ratione nominis eius.



BAuaria Germaniæ prouincia ab Auaribus Hunorum reliquijs, qui Noricis expulsis in ea terra consedere, adiecta litera appellatur. Baioaria etiam à Boijs Cisalpinę Galliæ populis hoc loci aliquando moratis dicitur: Noricum olim fuit, & Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Austriam, Stiriam & Carinthiã in se comprehendit, quod ijdem ferè homines eisdem moribus & lingua utantur. Citrada nubiana regio, quam scilicet Romani principes post Augusti tempora occupauerũt, cito agnouit Christum, ut infra ex Auentino ostẽdam, diuisaq; fuit in 4. episcopatus, Saltzburgensem, Ratisponensem, Patauiensem & Frisingensem. Nulla Germaniæ prouincia pluribus, cultioribusq; illustratur urbibus. Saltzburga quæ olim Iuuauia fuisse creditur, metropolis est. Hæc terra priusquam in prouinciã redigeretur, à proprio rege ad Arnolfi Imperatoris usq; tempora administrata est, ut quidam scribunt, infra tamen id paulo dilucidius explicabo. Deinde duces habere cœpit, hodieq; tenet. Susceptа autem fide orthodoxa, simul leges & uiuendi instituta sunt genti præscripta, nempe de ecclesiæ libertate, de incendiarijs ecclesiarum, de confugientibus ad ecclesiam, de clericorũ percussoribus, de decimis, de sedicioforum pœna, item leges castrenses, de libertis, de nuptijs, de causis mulierum, de furtis, de legibus agrarijs, de commendatis & commodatis, de hæreditatibus, de emptionibus & uenditionibus, &c. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere, nonnullisq; adhuc. Regio ipsa præterquam ubi australior est, non seritur. Nemorosa multũ est *Saltzburgum metropolis.* *Leges Bauarorum antiquæ.*



Alpes latrocinio-rũ latibula.

& montuoſa. Sues glandibus ſylueſtribuſq; pomis tanta copia nutrit, ut ueluti Vngaria boues ita hæc ſues cęteris Europæ nationibus large ſuppeditet. Gens ipſa ueſtitu ut plurimum blauo colore amicitur, ocreis libentius quã caligis calciatur. Extendebatur hæc regio olim ſicut & hodie uerſus meridiem uſq; ad alpes & Atheſim fluuiũ. Vnde Strabo: Incoluerunt Rheti & Norici ſumma alpium cacumina, quæ in Italiam inclinãtur, appellatiq; ſunt Rheti, Vẽnones, & Lepontij, quí paupertate adacti, ſpoliabant uiatores quí per alpes in Italiam tranſibant. Non erat tunc certa & trita uia ex Germania in Italiam, ſed erant conſcendendi montes, & rurſum deſcendendum in ualles, inſidiabanturq; tranſeuntibus Romanis raptores & latrones, diſpoliantes & iniurijs afficientes eos, preſertim quando Imp. exercitibus ſuis mittebant pecuniam. Vicinis tamen ſuis nihil incommodi intulerunt illi latrones, ementes ab eis cibos & uitæ neceſſaria. Durabat autem aliquandiu huiuſmodi latrunculorum ſæuicia quouſq; per Cæſarem Auguſtum extincti ſunt, atq; iter magno labore, ingentibuſq; expenſis per montiũ & ſaxorum aſperitatem, per glaciem & niuem fuit inuentum & paratum.

De fertilitate Bauariæ.



Metalla in Bauaria.

REgio Bauariæ hodie non eſt deſerta, ut Strabo tradit, & ſicut ſuo fortaſſe tempore fuit, ſed cultiſſima nunc eſt, magnas & ambitioſas ciuitates habens & oppida nobiliſſima, quorũ ſplendorẽ neſcimus quæ in tota Europa uincere poſſint. Magna copia frumenti inuenitur circa Ratiſponã & Lãdſhutam, at uinum in paucis creſcit locis, idq; agreſte, ſed nobilia importantur uina ex Alſatia, Frãconia, Auſtria, Atheſi & à Neccaro, uiciſſimq; ſal, cuius magna ibi paratur copia efferẽ. In Nortgoia prope Ambergã & Sultzbachum terra turget minera ferri, ſuppeditatq; omnib. fluuijs materiæ ſufficientiam, ubi in diuerſis officinis fabrilibus cogitur in ferrum. Amnes qui malleos in officinis continuo agunt, ſunt Fils, Nab & Pegnitz. Præterea in comitatu Tyrolenſi iuxta oppidum Schwatz annuatim immenſus theſaurus argenti & æris eruitur ex penetralibus terræ atq; ſine ceſſatione aliquot millia uirorũ in profundo terræ atq; Plutonis regno diſtinentur. Alluitur etiam hæc terra multis piſcoſis fluminibus, quæ ferè omnia in Danubium deſcendunt, ut ſunt Amberus, Iſera, Enus, Altmullus, Nabus, Rẽgus, &c. plurimiq; lacus & ſtagna quí peculiaribus ſcatent piſcium generibus, quales ſunt Amberenſis lacus, Tegernenſis lacus, Wirmenſis, Chimenſis, &c. Quàm nemoroſa ſit regio & porcis nutriendis apta, præcedenti diximus capite.

De regibus & ducibus Bauariæ.

QVum Bauariæ regio per Danubium in duas ſecetur partes, raro ſub unius regis aut ducis fuit imperio. Siquidem Romani principes incipientes ſibi orbem terrę ſubijcere, unam Danubij ripam, meridionalem ſcilicet occuparunt, firmaruntq; præſidijs, ſtationes & excubias perpetuas illic agẽtes & ceu hæreditario iure terram illã poſſidentes. Quos non raro Baioarij ab altera Danubij ripa in Nordgoia habitantes, obruerunt, crudeliter occidentes, ſubmergentes & in fugam uertẽtes, id quod ex antiquis lapidibus Romano charactere ſcriptis, & qui adhuc extant, aduerti poteſt, unde quidã lapis ita habet: Dijs manibus & memoriæ legionum: Et memoriæ miſerri

morum



morum, Vindelicis præfectis, Mocenianis & Victori & Aurelio filijs Vindelicis, Surinus infelix pater faciendum cutauit. Quæ uerba Iohannes Auẽt. sic interpretatur. Surinus infelix pater fecit fieri hoc monumentũ in honorẽ deorum tutelarium mortuorumq́, & in perpetuam memoriã legionũ ac militariũ Vindelicæ regionis, qui tã misere interierũt, pro ducibus, qui fuerãt in præsidio Motzingensi & pro filijs eius Victori & Aurelio. Fuerũt Danubius & Rhenus in principio nascentis Romanę monarchiæ limites imperij cõtra Germanos, atq; ob id fuerant ubiq; præsidia locata, unde & Domitianus bellum gessit cõtra uicinos Germanos, uictusq; est ab eis. Tunc Germani traiecto Danubio irruerunt in ditionẽ Rom. crudeli cæde strauerũt legiones, milites & duces eorũ, resectaq; capita eorũ fixerunt in hastis & circũtulerũt per Germaniã in signũ uictoriæ. Augustus qui utrunq; fluuiũ munierat præsidijs, dedit militib. & uxoribus eorũ atq; liberis certa priuilegia, designauitq; eis fundũ ceu feudũ quoddã, & erat una statio post aliã, id q; adhuc testanẽ uetera monumenta & ruinæ multorũ torta-

Inscriptio uetusti lapidis.

Ripa Danubij munita.

liciorũ quorũ uestigia in hunc usq; diẽ inueniunẽ in ripis Rheni & Danubij. Præfuerũt ergo Romani uni ripæ Danubij ex ea parte quam hodie Bauariam uocant, usq; ad 500. annos & ultra ab incarnatione Christi, ab alia uero parte erat principatus Noricensis, cui aliquando præsidebant reges, sed frequentius principes, quos hodie duces uocamus. Vnde Iulius Cęsar meminit, Ariouistũ Germanorũ regem uxorẽ habuisse sororẽ regis Noricorũ. Quos tamen Norici posterioribus temporibus habuerũt principes, nõ cõstat, quousq; facti sunt Christiani. Tunc enim utraq; regio citra & ultra Danubium sita, uni subiecta fuit principi, qui aliquando regis aliquando ducis usurpauit titulum, id quod ex sequẽti capite tibi aliquanto clarius fiet:

Reges Norici.

Quomodo & quando Christus Baioarijs per prædicationem euangelij notus fuerit factus.

SCribit Iohannes Auentinus se reperisse in bibliotheca Parauiẽsi, quod Marcus quidã, discipulus sancti Pauli, nõ euangelista, Laureaci & per ascensum Danubij prædicauerit Christũ, sicut & eodẽ tẽpore Lucius Cyrenẽsis discipulus & affinis sancti Pauli Moguntiæ iuxta Rhenũ & Crescens atq; Clemens Metis apud Mosellã annũciarunt Christũ. Erant tunc in locis illis occulti Christiani, non habuerunt ecclesias aut cõgregationes, eò q; Rom. perlamentum euulgauerat edictũ, ne aliquis Christianus permitteretur uiuere, sed ceu apostatæ & seditiosi homines obtruncarentur. Hoc edictũ exequebanẽ ualde crudeliter quidã Imp. sed multo magis iudices & satellites ab eis constituti. At omnia frustra. Quanto enim Christiani præmebanẽ, tanto crescebãt & augescebant. Quidam Christianorum qui abundabant diuitijs, pecunia acquirebant sibi libertatẽ à præfectis, ementes literas sigillo munitas, ne à Christianissimo deturbarenẽ atq; interim contemnẽtes pauperes Christianos, id quod magnũ inter eos peperit dissidiũ. Si quãdoq; incideret calamitas aliqua, Christiani cõtinuo rei iudicabanẽ. Si nimis parcè aut plus æquo pluret, si maior siccitas ingrueret aut nimia humiditas inualesceret, unde Danubius uel redundaret aut nimiũ exiccareẽ, ut Germani facile transito eo fluuio, in Rom. imperiũ effunderentur, nemo non Christianos inculpabat, nempe q; propter eorũ introductam religionẽ hæc incommoda acciderent. Atq; hæc fideliũ calamitas durauit usq; ad annũ Christi 306. quando imperium administrabãt Diocletianus & Maximianus. Hi enim conabanẽ Christi fidem funditus extirpare, mouentes primum bellũ cõtra milites Christianos quos in stationibus habebant. In uigilia paschæ fecerunt dirui omnes Christianorũ ecclesias, mactantes Christi fideles ueluti oues occisioni destinatas. Et quamuis illi tyranni non nisi uno anno persecutionem continuarint, quousq; resignarunt imperium, durabat tamen persecutio semel incœpta usq; ad decimum annũ imperij Constantini, qui fuit 319. annus Christi: & tunc Imp. reuocauit per totũ imperiũ crudele mandatũ cõtra Christianos promulgatũ, deditq; illis pacẽ & securitatem. Deinde anno 324. idem Imp. celebrauit Nicenũ concilĩ,

Christianorũ infelicitas.

Reuocatur crudele mandatũ.



Laureacum.

Patauia.

in quo 318. episcopi conuenerunt, inter quos quoque fuit Dominius Laureacēsis episcopus, qui hodie est Patauiensis. Primus enim episcopatus Bauariæ fuit in Laureaco, ut ex ueteribus colligitur literis, fuitq; tunc Laureacum ingens & potēs ciuitas sita in cōfluentia Eni & Danubij. Principes Bauariæ transtulerunt postea archiepiscopatum ab illo loco in ciuitatem Patauiensem, & Carolus magnus rursum illum à Patauia transtulit Saltzburgum. Anno Christi 506. egressi Germani Nortgoiam & Bohemiam traiectoq; Danubio irruerunt in Romanum imperium, comburētes, diripientes, capientes & abducentes ceu pecora obuios quosq; Romanos. Erat tunc ciuitas quædam imperialis prope Osterhofen, nomine Quintanorum colonia, cuius ciues fugerunt Patauiam, sperantes ibi facile sese defensuros cōtra Germanorum impetum, præsertim si duarum ciuitatum uires simul unirentur. Venientes ergo cū uxoribus & pueris Patauiam, quæ ciuitas etiam Romanorum fuit, dicta ab eis Battauorum Colonia, parauerunt se ibi contra Gibhuldum Germanorum regem quem alij uocant Theodonem ducem, sed expugnati à rege in uniuersum fuerunt trucidati, & ciuitas ipsa exusta. Haud secus grassatus est in ciuitate Iuuauiæ, quæ hodie est Saltzburgum, & Ratisponæ, ut infrà dicetur. Anno Christi 489. Theodoricus Veronensis, rex Ostrogothorum, factus est præfectus & uicarius Romani imperij, curiā suā plerunq; Rauennæ & Veronæ tenens, quare & à Germanis dictus fuit Diethrich uon Bern, & is posteris annis rursum instaurauit Romanum exercitum iuxta Danubiū, missis à Sauo fluuio ducibus militaribus ad superiora Danubij loca usq; ad Licum & lacum Podamicum. Mortuo uero Theodone primo anno Christi 511. filius eius Theodo secundus, exequens patris institutum tyrannicum, strauit rursum Romanos apud Enum fluuiū, qui locus usq; hodie uocatur Mortfeld, id est, campus latrocinij, ac deinde septem quoq; fecit pugnas cum exercitu imperatoris & præside eius Theodorico Veronensi, expellens Romanos & Christianos ex Germania in Italiam, subsecutus fugientes usq; Potzen. Territus Theodoricus Veronēsis, muro cinxit Tridentum contra hostiem, sed nihil profuit ei, Bauari omnia subuerterunt. Rediens uero Theodo Ratisponam resedit ibi, mortuusq; anno Christi 537. reliquit tres filios, Theodonem tertium, Ottonem & Theobaldum, qui diuisa prouincia, habitarunt in tribus distinctis locis, Theodo Ratisponę, Otto iuxta Enum in loco qui à se appellatus est Otting, antea autem dictus fuit Pontes Eni, Theoboldus uero habitauit in comitatu Tyrolensi. Præfuit illis temporibus regno Franciæ & Germanię Childebertus aut secundum alios Theobertus, qui filiam suam Regentrudim dedit uxorem duci Theodoni, mittensq; ad eum diuum Rupertum episcopum, fecit eum baptisari & erudiri in religione Christiana. Profectus quoq; sanctus Rupertus Laureacum ad ducē Ottonem baptisauit & illum. Deinde uero se recipiēs ad Theoboldum, baptisauit quoq; illum, anno scilicet Christi 540. Paulo post ab illis ducibus instituti sunt episcopatus Laureacensis iuxta Enum, Ratisponensis, Sebinensis, iam Brixiensis: Sanctus Rupertus uero & soror eius receperunt se Saltzburgum, quem locum duces Bauariæ restaurauerunt. Anno Christi 565. defunctus est dux Theodo tertius, reliquitq; filium nomine Theopertum. Theoboldus quoq; reliquit filium nomine Thassilonem, & hi duo diuiserunt inter se ditionem Bauariæ. Dux Thassilo habuit curiam suam Ratisponæ, Theopertus uero mansit in Potzen, Otting & Saltzburg. Dietperto successit Gerboldus, alij uocant eum Garibaldum, & hic excluso Thassilone uendicauit sibi totā Bauariæ ditionem, gessit se pro rege, habuitq; curiam suam Ratisponæ. Dux uero Thassilo confugiens ad Chilpericum regem Franciæ, qui illi sanguine erat iunctus, implorauit eius auxiliū, inuenitq; id ipsum. Nā anno Christi 590. Chilpericus mouens exercitum in Bauariam, expulit Gerboldum & filium

Theodoricus Veronensis.

S. Rupertus cōuertit Theodonem.

Tassilo dux.

lium eius Gundholdum atq; filiam Theudolindam: qui uenientes in Italiam, illic manserunt, traditiq; Gerboldus filiam suam regi Longobardorum uxorem, quem et ad Christi conuertit fidem. Mortuus autem est dux Tassilo anno Christi 598. & successit ei filius eius Gerboldus, qui genuit Theodonem quartum.

Gerboldus. Theodo 4. { Theopertus; Tassilo secundus { Theodo quintus { Vta; Landebertus; Swinholdus; Plutridis; Theopertus }

Theopertus habuit curiam suam Ratisponæ & Tassilo resedit iuxta Enum & in comitatu Tyrolensi. Anno Christi 650. mortuus est Tassilo 2. & reliquit tres filios, Theodonem 5. Swinholdum & Theopertum, qui diuiserunt inter se totam Bauariam. Theodo resedit Ratisponæ & Theopertus Potzoniæ in comitatu Tyrolēsi. Habuit Theodo filiam Vtam nomine: quæ quum stuprum admisisset cuiusdam adolescētis, reiecit culpam in Haimeranum seu Emeranū episcopum Ratisponensem. At Emeranus nolens innocentiā suā declarare clam aufugit. Quē insecutus dux Landebertus frater Vtæ, fecit innocentem episcopum interfici. Cuius corpus paulo post quū innocentia eius innotuisset, ductū per Isarā fluuium in Danubium atq; inde ad Ratisponā & honorifice à uulgo susceptū, fuit cū magna solennitate humatū. At dux Theodo ablegauit filiā Vtā in Italiā, & filius Landepertus fugit in Vngariā ad Hunos. Anno 660. regnauerūt in Frācia Lotharius 3. & frater eius Hildericus 2. Hildericus tradidit per modum feudi Alsatiā duci Eticoni, quē iuxta nomen suum appellauit Hildericū, fuitq; pater sanctę Otiliæ, natus ex magistro domus Hilderici regis. Theodo sextus dux Bauariæ genuit Theodonem septimū, Grimoaldū & Hupertum. Ad hos principes uenit diuus Corbinianus, factusq; est primus epūs Frisingēsis: Cum aūt idē episcopus redargueret Swinholdum ducē q̄ fratris sui relictā duxisset uxorē, irritata mulier insidias tetendit sancto uiro. At ille effugit in Italiā. Cumq; Hupertus rerum potiretur in Bauaria, reuocato Corbiniano restituit eum in episcopatū. Successit Huperto filius eius Vdilo, quem alij appellant Otilionem, quē Carolomannus & Pipinus fratres affines eius aggressi prælio fuderunt, eoq; fugiente Ratisponā, Pipinus dux occupauit superiorē Bauariam, nempe Frisingam & circumiacentē regionem, sustulitq; ex uxore sua Bertha filium, quē Carolum uocauit, cognomento magni. Hic dux Vdilo dicit fundasse episcopatum Patauiensem postq; ciuitas Laureacensis incēdio perijt. Fundauit quoque monasteriū Degernsee & aliud cœnobium Osterhofen, ubi quoq; sepultus iacet. Cūque eo tempore reges Franciæ titulum regni haberēt sine administratione eius, facto Maguntiæ principum conuentu, priuatus est Hildericus regno & Pipinus in locum eius substitutus. Dux uero Vdilo accepto secum Hilderico depositō rege & eius uxore Gisela, reclusit eū Ratisponæ in monasteriū sancti Emerani ubi & mortuus est: regina uero uxor eius in monasterium monialium iuxta Kochlerum lacum est trusa, ubi & uitā suam finiuit. Dux Vdilo reliquit post se filium Tassilonē qui gubernauit totam Bauariam, curiam suā Ratisponæ habens. Ipse ampliauit ecclesiam sancti Emerani, quæ tempore illo cathedralis fuit, fecitq; per quosdā episcopos conuerti ad fidem Christi Carinthiam & Stiriam. Habuit autem filium nomine Theodonē, qui secum ducatui præfuit. Et hi duo, pater & filius cum patruele suo Carolo rege, in grauē inciderunt discordiam. Metuebat enim Carolus propinqui sui Tassilonis potētiam. Reconciliati aūt, rursum in pristinam & maiorem reciderunt simultatem, arreptisq; armis in campo Licensi congressi sunt, sed interuenientibus arbitris pugna fuit impedita. Prouocati tamen dux & filius eius ad conuentū principū Ingelheimētem, capti sunt in comitijs illis & monasterio Lauriacensi inclusi. Pater quidē tōsus, factus est Cōuersus, & filius in sacerdotē ordinatus, uxor aūt Leutpirgis facta est sanctimonialis, & Carolus rex totā sibi usurpauit Bauariā, transtulitq; curiā suā & gynœcium Ratisponā, ubi mansit ad quartū usq; annū, colligens interim magnū militū exercitū contra Hunos, quos octo annis impugnauit. Sic quidē Iohannes Auentinus historiā Tassilonis & filij eius Theodonis describit. Scribit etiam Carolum post subactam Bauariam expugnasse Hunos, & Bauariam multum ampliatam in regnum erexisse, cui præfuerunt filij eius. Alij uero eandē historiā in hunc modum recensent. Tassilo una cum primoribus gētis suæ fidelitatē Pipino regi & filio eius Carolo anno domini 757. fecisse legit. Sed post obitum Pipini immemor iuramēti quod fecerat, hortatu uxoris, quæ filia Desiderij regis fuit,

Emeranus accusatur.

S. Corbinianus

Patauiensis episcopatus.


Tassilo dux.

Tassilo captus

Aliorū de Tassilone sentētia.

fuit, rebellis Carolo magno factus est. Deinde datis obsidibus reconciliatur. Veruntamẽ paulo post suadente uxore Hunos in dissipationem regni uocauit, multaq; alia hostiliter egit, ob quæ maiestatis læsæ reus iudicatus est. Verum consanguinitatis contemplatione uita cõcessa, una cũ filio tonsuratur & in monasterium ad agendũ pœnitentiã detruditur anno 788. Ab eo tẽpore Bauaria in prouinciæ formã redacta mansit sub regno Caroli & liberorum eius usq; ad annũ domini 876. quo tempore moritur Ludouicus rex Germaniæ & reliquit tres filios: Carolomannus factus est rex Bauarorum, Ludouicus obtinuit orientalem Franciã, Thuringiam, &c. Carolo uero cessit Alemannia, hoc est, Sueuia. Carolomanno successit Arnolfus rex qui principabatur Baioarijs, Sueuis, Francis oriẽtalibus, Lotharingis & Saxonibus, factusq; est Imp. Arnolfo successit Ludouicus rex Bauarorum & rex Rom. moritq; anno 913. Sub hoc Ludouico inuenitur Arnoldus dux Bauariæ, qui electo

Schyern. Conrado primo Imp. ad Vngaros confugit & usq; ad Conradi obitũ ibi permansit. Scribunt aliqui Arnolfum Imp. construxisse Schyern castellum inter Ingolstadium & Monacũ, quod postea cõmutatum fuit in monasteriũ. De successione Arnolfi Imp. qui mortuus fuit anno 899. & Ratisponæ sepultus, magna est inter historicos dissensio. Nã quidam asserunt stirpem Carolinam in Germania defecisse in Ludouico filio eius rege Rom. alij uero asserunt Conradum Francũ Imp. ultimum fuisse de genere Carolino, quippe qui sine uxore & prole mortuus est, coegitq; Arnoldũ ducẽ Bauariæ ire ad Vngaros. Vnde quidã aiũt hunc Conradum nepotẽ fuisse Arnolfi Imp. Id si uerum est, Albertus comes Bambergensis interfecisset auiæ suæ fratrẽ, & rursum ipse ab auiæ suæ altero fratre, nẽpe Ludouico rege, morti adiudicatus fuisset. Ego hic uidi Krantzium, Cuspinianũ & Auentinum, qui nõ per omnia sibi consentiunt. Quidã enim scribunt Conradum ab Alberto interfectum, filium fuisse Ludouici regis, quẽ tamen alij aiunt fuisse sine uxore & liberis. Hunc ergo nodum alijs explicandum relinquo. Deducam autem genealogiam ducum Bauariæ, incipiẽdo ab Arnolfo Imperatore, ut à Bauariæ historicis iam dudum est promulgata.



De

a De Arnoldo isto uariæ sunt opiniones. Quidã uolunt filiam eius matrem fuisse Hẽrici aucupis & Babæ, at alij aiunt matrem Henrici aucupis filiam fuisse Arnoldi Imperatoris. Arnoldum quoq; istum alij asserunt filium fuisse Lupoldi ducis Bauariæ interfecti ab Vngaris & non Arnolfi Imp. Quidam etiam scribunt eum pessimum fuisse, & quem diabolus sustulerit in carectũ quod est circa castrum Schiern. b Ludouicus iste fuit electus Augustus in Forcheim succesſitq; patri in imperio: captus autem Veronæ in Longobardia, excæcatus fuit, quemadmodum Krãtzius scribit in Saxonia sua. c Wernherus iste per fratrem fuit excluſus à Bauaria, translatáq; regio ad Saxones per filiam Arnoldi, Eberhardus uero filius Wernheri recuperauit rursus Bauariam aut partem eius, quã Henricus auceps eam quoq; filio suo Henrico tradidisse memoretur. Alij tamen scribunt Wernherum distribuisse duobus filijs totam prouinciam, sed cum Henricus auceps nollet consentire ad hoc, uentum est ad bellum, in quo Wernherus interijt: at filius eius Eberhardus, quẽ alij Eckhardum uocant, bellum cœptum non intermittens, tanta ui regem impugnauit, ut ille cogeretur ei reddere totam Bauariam ceu uero hæredi. Eckhardus ergo fuit comes in Schiern, & frater eius Otto Palatinus in Wittelspach, Huius Ottonis filius, Otto iunior ueneno, uel ut alij scribunt, gladio interfecit Philippum Rom. regẽ, quapropter ipse profligatus & tandem interfectus fuit, castrumq; eius Wittelspach dirutum, & peruenit Palatinatus ille ad Arnoldum filium Eckhardi, atq; inde multiplicati sunt Palatini, qui de eius sanguine erant, in tantum numerum ut in torneamento Tigurensi scribãtur fuisse 34. Palatini, ludum illum militarem exercentes. Fuerunt enim Palatini ab Andechs, à Dachaw, à Vallai, &c. Excrescentes autem in tantum numerum dereliquerũt burgũ Schiern, quod ruinosum factum anno 1124. omnium consensu mutatum est in monasterium & sepulturam comitum à Schiern.

Historiam habes supra in Algoia.

- Conradus marchio Istriæ, princeps in Russia, comes in Dachaw
  - Cuno comes in Greisspach & Playn.
    - † Henricus dux Bauariæ & marchio in Burgaw atq; Abach fact⁹ quoque dux Saxoniæ
      - Henricus superbus, pulsus à Bauaria & Saxonia
      - Henricus iunior recuperauit Bauariã, Palatin⁹ in Schiern & Andex.
        - Gertrudis quam duxisse fertur Otto tertius.
        - Anna quam dixit Hermanus marchio Badensis
      - 1 Otto Palatinus in Schiern & Wittelspach, marchio in Abach & comes in Bogen
      - 2 Ludouicus dux Bauariæ, comes in Andex & Greisspach
      - 3 Otto dux Bauariæ, duxit Gertrudem unicã filiam Palatini uxorem
        - Henricus
        - Elisabeth ducissa Sueuiæ
        - 4 Ludouicus dux Bauariæ & Palatinus

Ab Arnoldo malo filio Arnolfi Imperatoris deducitur genealogia eius per sexum muliebrem ad duces Saxoniæ in hunc modum.


- a Arnoldus malus
  - Lutgarda cuius maritus Otto dux Saxoniæ
    - Bruno
      - Richardis
      - Henricus auceps
      - Lutgardis
    - Baba cuius marit⁹ Hẽric⁹ comes Franconiæ
      - Rainoldus occisus
    - Bruno
      - Bruno episcopus Colonienſis
      - Gerbirga
        - Wilhelmus episcopus
        - Otto secundus Cæsar
      - Otto Cæsar primus
        - Luitgardis
        - Lutolfus
        - Hẽric⁹ dux Bauariæ
        - Henricus Hetzel dictus
          - Hẽricus sanctus
          - Bruno epũs Augustanus
      - Albertus à rege truncatus

Quum Henricus sanctus, Henrici fratris Ottonis magni nepos dux fuerit Bauariæ, constat Saxones non omnino deturbatos ex Bauaria, quantumlibet scribaẽ Aucupẽ coactũ restituere

restituere ueris hæredibus totam Bauariam. Nec satis cõstat, quis post Henricum sanctum immediate Bauariam administrauerit. Sunt qui dicunt comites à Schiern multa mouisse bella, etiam Vngarorum auxilium requirentes, quo auitam recuperarent ditionem. Sunt etiam qui scribunt Cunonem quendam ducem factum in Bauaria post Henricum sanctũ. At Albertus Krantzius dicit Ludolfum marchionem superioris Saxoniæ hæreditario iure Bauariam post Henricum sanctum possedisse. Peruenit deinde ad Agnetem imperatricem, uxorem Henrici tertij, & postea rursum Otto quidam Saxo eam possedit. Tandem uero peruenit ducatus ad Guelfum quartum, cui successit filius eius Henricus, qui Lotharij Imp. unicam filiam nomine Gertrudim uxorẽ habuit, factus per eam quoq; dux Saxoniæ. Genealogia superior ostendit eum filium fuisse Arnoldi, adeò incerta sunt pleraq; in hac ducum Bauariæ successione. Reliquit autem iste Henricus filium Henricum nomine, cognomento Leonem & superbum, qui fuit dux Bauariæ, Saxoniæ & Brunsuici. Sed pulsus est Bauaria unà cum uxore & liberis, traditáq; rex Conradus ducatum Lupoldo marchioni Austriæ, qui ratione matris frater eius fuit. Siquidem mater eorum primum habuit maritum Fridericum à Staufen, ac deinde marchionẽ Austriæ. Lupoldo successit in ducatu Bauariæ Henricus marchio. Postea anno Christi 1156. Fridericus Imperator restituit Bauariam Henrico Leonis filio, Henricum uero marchionem fecit ducem, adijciens Austriæ de prouincia Bauariæ aliquot comitatus. Sunt autem qui scribunt hunc quoq; Leonis filium anno 1180. per Fridericum Imperatorem propter suam inobediẽtiam amotum & priuatum ducatu Bauariæ atq; ducatu Saxoniæ, Ottonem autem comitem à Schiern & Palatinum à Wittelspach recuperasse auitum ducatum Bauariæ. Dissentiũt itaq; plurimũ inter se historici ab Henrico sancto usq; ad hunc Ottonem de personis quæ interim administrauerunt ducatum Bauariæ, præsertim Nauclerus & Krantzius.

Marchio Austriæ fit dux.

Continuatio genealogiæ ducum Bauariæ.



Otto 3. dux Bauariæ anno domini 1255. quadam nocte iucundior ſolito, mero ingurgitatus, miſerabiliter & in excommunicatione ſuffocatus eſt. Eodem tempore filius eius Ludouicus uxorem ſuam filiam ducis Brabantiæ malicioſe infamatam, non tamen conuictam, truculenter cum nonnullis criminis (ut putabat) conſcijs, interfecit in Werda. Albertus 10. Erneſti filius, Bauariæ princeps, quum pater eius puellam balnei cuſtodem ab eo perdite amatam & in ſpem matrimonij ſuſceptam, apud Straubingam Danubij fluentis demerſiſſet, illeq; diu uitam in mœrore peregiſſet, tandem luctu peracto uxorem ex domo Brunſuicenſi duxit, & ex ea ſobolē pulcherrimā ſuſtulit. Ludouicus 5. Ludouici Imp. pater, dicitur à quibuſdam fundaſſe monaſterium Furſtenfeld. Habuit proinde Ludouicus Imperator & alium fratrem Ludouicum quoq; nomine, qui Nurnbergæ à quodā comite de Hohenloh in ſociali haſtiludio ictus interijt. Horum ducum & quorundam aliorum hiſtoriam habes quoq; ſupra in Palatinatu deſcriptam, licet quædam uariēt ab his quæ hic ſignaui. Difficile enim eſt diſſentientes hiſtoricos concordare.

De Guelfis comitibus, qui ad ducalem aſcenderunt dignitatem.



GVelfus primus comes Altorffenſis fuit tēpore Caroli magni, cuius filiam Iuditham duxit uxorē Ludouicus Imperator, ſuſtulitq; ex ea Carolū caluum. Fuit autem comitatus ille prope Rauenſpurgū in Sueuiæ partibus. Succeſſit Guelffo primo in comitatu Etticho nepos eius, cuius filius Hēricus genuit ex uxore ſua Beata ab Hohenwart tres filios. Conradus factus eſt epiſcopus Conſtantienſis, anno 934. tradiditq; portionem hereditatis ſuæ epiſcopatui Conſtantienſi. Etico nullos habuit liberos, at Rudolfus ſuſtulit ex Ita filia comitis Otingenſis tres liberos, inter quos Hēricus interijt in uenatione, Guelfus uero ducta uxore Immiſſa de Glisberg, genuit Guelfum tertiū & Cuniſſam. Factus eſt hic Guelfus tertius dux Nortgoiæ, adeptuſq; eſt ducatum Carinthiæ & Marchiam Veronenſem. Mortuus eſt tamen iuuenis in arce Podmenſi ſine ſucceſſore. Tunc Cuniſſa ſoror eius nupſit cuidam marchioni Italico nomine Azzoni, genuitq; Guelffum quartum, ducem Nortgoiæ & Bauariæ.

† Iohannes epiſcopus Ratiſponenſis
† Ludouicus Ingolſtatenſis — Ludouicus gibboſus
† Eliſabeth regina Franciæ


‡ Henrichus — Eliſabeth Wyrtenberg. — Georgius diues — Eliſabeth uxor Ruperti Palatini
‡ Henrichus — Ludouicus diues — Margreta Palatini Philippi uxor — Ludowicus Rupertus, &c.

ψ Wilhelmus 9 — Adolphus 10 — Wolfgangus
ψ Erneſtus — Albertus — Chriſtophorus — Erneſtus epiſcopus Saltzburgenſis
Sigmundus 11 — Albertus uxor eius Kunegūdis ducissa Auſtriæ — Ludouicus Lanſhutenſis dux
Sibilla uxor Palatini
Suſanna uxor marchionis & deinde Otto Henrici Palatini
Sabina Wirtenbergenſis 12


* Albertus Strubingeñ.
* Iohannes epūs Leodiñ.
* Iohanna uxor Alberti ducis Auſtriæ
* Wilhelmus comes Holandiæ — Iacoba (uxor Delphini in Frācia
* Wilhelmus uxor eius filia marchionis Badenſis — Albertus uxor eius filia Ferdinandi
* Margareta uxor Iohannis ducis Burgundie, auia Caroli ducis Burgundiæ.

Guelfus

De Germania Genealogia Guelforum.



Continuatio prioris genealogiæ.




Guelfus 4. filius Cunissæ genuit ex Iuditha filia Balduini comitis Flandriæ Guelfum quintum. Hic cepit Sifridum episcopum Augustanum, tenuitq; in uinculis prope Rauenspurgum in quodam castro. Deinde profectus ad terram sanctam, obijt in Cypro insula, reductumq; corpus eius sepultum est in monasterio Wingarten. Filius eius Guelfus quintus gubernacula post patrem suscipiens, moriensq; sine hærede, reliquit fratri Henrico ducatum Bauariæ, sed qui tandem anno Christi 1124. factus est monachus in Wingartē. Filiam eius Iuditham duxit uxorem Fridericus dux Sueuiæ, sustulitq; ex ea Fridericum Cæsarem primum. Sophia uero nupsit Bertholdo duci Zeringensi, quam post eius mortem accepit uxorē Lupoldus dux Austriæ. Porro Wilbildis iuncta est matrimonialiter Rudolfo comiti Brigantino. At frater earum Henricus factus est dux Bauariæ & Saxoniæ, adeptusq; ducatum Nortgoiæ, duxit uxorem Gertrudim filiam Lotharij Imperatoris & ducis Saxo
Henricus Leo. niæ. Fuit iste dux potentissimus, cognominatus superbus, sed bannitus & proscriptus tādem à Friderico primo Imperatore nepote ex sorore, priuatus fuit omni ditione sua. Nam ducatum Saxoniæ dedit Imperator Bernhardo marchioni ab Anhold, & ducatum Nortgoiæ tradidit Ottoni Palatino Wittelspachensi, Bauariam uero dedit Lupoldo marchioni Austriæ. Cumq; filius eius Henricus uersaretur in aula Imperatoris, impetrauit Agnetē filiam Palatini Rheni uxorem, atq; per eam factus est Palatinus Rheni. Anno Christi 1165. Guelfus septimus obsedit in septembri oppidum Thubingense, habens secum episcopos Augustanum, Spirensem, Wormaciensem, & ducem Zeringensem Bertholdum, Hermannum marchionem Badensem, multosq; alios comites. At Hugo Palatinus Thubingensis habuit à parte sua Fridericum ducem Sueuiæ & comites Zolerenses, qui simul iuncti, in fugam uerterunt hostem. Deinde iussu Imperatoris dedidit se Hugo Palatinus Guelfo duci. Et quū paulo post Guelfus iste peste interiret, tradidit pater eius aut potius frater, Friderico Cæsari omnia bona eius, terras & populos, defecitq; in hūc modum linea & successio huius ducatus. Inueni autem hanc Guelforū descriptionē anno Christi 1546. in monasterio Wingarten, ubi ferè omnes sepulti iacent.

De quibusdam ciuitatibus Bauariæ.

Ratispona.

RAtispona insignis & uetusta Bauariæ urbs, ad ripas Danubij sita, iacet in cōmodissimo loco, ubi quatuor concurrunt flumina. Supra enim urbē, Labar & Nab ingrediuntur Danubium, & infra, amnis Regen. Abundat Labar optimis piscibus, præsertim truttis & cancris. Descendunt autem omnes tres à sylua Bohemica, sicut Danubius ex nigra sylua originem ducit. Quum olim Cæsar Augustus contenderet sibi subijcere Germaniam, misissetq; numerosum exercitum ad ripam Danubij, præfeci



fecit illi duos priuignos ſuos Tiberium & Druſum. Qui uenientes ultra alpes in Rhetiam primam & ſecundam, cœperunt paſſim populos ſubigere, ciuitates et munitiones more Romanorum in locis natura munitis conſtruere, militumq; præſidijs firmare. Iuxta Licũ condiderunt aut potius inſtaurarunt Auguſtam, appellantes eã ſic ab Auguſto Cæſare, & in ripa Danubij conſtruxerunt aliam ciuitatem, quam uocauerunt Auguſtam Tiberij, ſicut prior appellata fuit Auguſta Druſi. Ordinarunt autem in Auguſta Tiberina certum & ſtatutum numerum electorum militum, nempe ſex millia peditũ, & quingentos equites, uocatiq; ſunt Legio quarta Italica, id quod duo ueruſti lapides ſua inſcriptione teſtantur. Hi ſtationarij milites, in legibus imperialibus uocantur Limitanei & Riparij. Patet itaq; proprium nomen urbis Ratiſponenſis eſſe Auguſtam Tiberij ſiue Tiberinam, eamq; olim fuiſſe metropolim & refugium Romanorum militum, excubantium in limitibus Romani imperij, unde & in antiquis hiſtorijs appellatur Colonia Quartanorum, quod quarta legio Romanorum in ea ciuitate ſtationem firmã haberet, & metropolis Ripariolorum. An uero ciuitas aliqua in hoc loco, priuſquam Romani imperij ſui limitem extenderunt ad Danubium, fuerit, Iohan. Auentinus ſcribit incertum eſſe, ſeq; nihil de hoc inueniſſe. Incoluerunt Romani hãc urbem & adiacentem regionem citra Danubium, annis quingentis, uno atq; uiginti, habẽtes ibi belli duces, quorum primus poſt Tiberium & Druſum fuit Lucius Piſo. Cum uero Theodo dux Nortgoiæ, Bauariæ ſcilicet Tranſdanubianæ, anno Chriſti 508. magnis copijs ex ſylua Bohemica ad Danubium ſe transfunderet & Chriſtianos unà cum Romanis militibus interficeret, regionem omnem diriperet & exureret, omnesq; ad Auguſtam Tiberij confugerent, oppugnans Theodo ciuitatem expugnauit eam, magnaq; crudelitate omnes interfecit, etiam Lupum epiſcopum, fœminas & pueros qui ad eccleſiam confugerant. Nemini pepercit præterquam paucis ruricolis, qui agros colerent. Inſtaurata autem rurſum ciuitate, uocauit eam ex nomine uxoris ſuæ Regenſpurgum. Sunt tamen alij, qui putant urbi hoc nomen datum à fluuiolo quodam Regen dicto, qui à ſeptentrione meridiem uerſus deuolutus, haud procul ab hac urbe Danubio miſcetur. Ratiſponæ uero nomen omniũ recentius eſt, quum in ueteribus Imperatorum literis nulla eius fiat mentio. Carolus magnus in priuilegijs monaſterio ſancti Emerani datis uocat ipſam Reginoburgium, & ſanctus Wilboldus primus Eiſtettenſis epiſcopus Reginam, at Ratiſponæ nomen putant acceſſiſſe ex ratibus, quibus pontis locoante conſtructionem pontis uſi ſunt ciues, aut, ut alij dicũt, quod rates propter mercimonia illuc frequentes deducerentur per Danubium. Cæterũ pons lapideus opus inſigne & multorum arcuũ nempe 24. qui ciuitatem cum ſuburbio iungit, circa annũ Chriſti 1115. fuit conſtructus, de quo tales habentur uerſus.

Auguſta Tiberij.


Auguſta Druſi

Legio quarta Italica.

Riparij.

Lucius Piſo.

Regenſpurgũ.



Reginoburgũ.

Pons fieri cœpit, domini dum annus incœpit
Mille centenis decem ſemiq; denis.

Auentinus tamen ſcribit, potentiſſimum principem Henricum ducem Bauariæ & Saxoniæ una cum ciuibus Ratiſponenſibus anno Chriſti 1135. incœpiſſe pontis ſtructuram & conſummaſſe anno 1146. Fecit & Traianus in nouæ prouinciæ tutelam fornicatum pontem in Danubio operis admirandi. Is habebat uiginti pilas lapideas altas centum & quinquaginta pedes, latas ſexaginta, diſtantes inter ſe 170. pedibus, idq; apud Mœſias factum legimus. Sed diuerſum ueritus Adrianus Imperator, ne Barbaris pateret aditus per põtem ad depopulandas Mœſias, quicquid ſtructurarum eminebat ſupra aquã, demolitus eſt. Reliqua de urbe Ratiſponenſi quære ſuprà ab initio deſcriptionis Bauariæ.

Patauia.

PAtauia præclara diuesq; olim ciuitas, inter Danubium Enumq; ſita, quam priſci Cæſares eccleſiæ tradiderũt. Danubius ex Nigra ſylua uenit & Enus ex alpibus. Vrbs ipſa



in longum tẽditur,nec magno negocio formam insulæ suscipe ret,si ab Eno fouea in Danubiũ duceretur,id quod spacio quin gentorum passuum fieri posset.Habet Enus pontem ligneum, qui partem ciuitatis quæ trans flumẽ est,ciuitati maiori coniun git.Habet & Danubius pontem qui trãsmittit ad mõtes Bohe miæ.Ab illis mõtibus emittitur quoq; uersus Patauiam fluuius quidam niger,& tertiam Patauiæ partẽ,oppidulum scilicet Iu dæorũ,diuidẽs,subq; arce præsulis Danubio è regione Enimi scetur. Vltra Danubiũ duæ sunt arces episcopi, una in summo montis cacumine,& altera in radice atq; confluentia Danubij & nigri amnis.Quomodo olim episcopatus ex Laureaco deso lato fuerit Patauiã translatus,iã supra memorauimus.

Saltzburgum.



Iuuauẽsis arx.

GErmanos Iulius Cęsar aggres surus, in faucibus montiũ ar cem munitissimam extruc rauit,ut milites ad eam refugi um & satellites ex ea iuuarẽ haberet. Et inde castrum Iuuauense,Germani ce Helffenberg,appellatũ est. Fluuius quoq; cui adiacet,Iuuarius dictus,arci nomen dedisse à quibusdam putatur,à quo & ciuitas inde condita, Iuuauia di cta est.Habet hæc urbs paludes,planiciem,colles & mõtes. Paludes præbẽt pascua,montes aucupia et uenationes nonnullas.Cum autem hæc ciuitas olim floruisset,temporibus Attilæ regis Hunorum su stinuit incursiones,uastationes & incẽdia.Postea circa annum salutis 540.cum diuus Ru pertus ex regia stirpe Francorum ortus,Wormacienſem rexisset episcopatum & post obi tum regis Childeberti à sede Wormacienſi pulsus esset, Theodo dux Baioariorum, Ratis ponæ eum cum gaudio suscepit,baptisatusq; est ab eo una cum proceribus & populo.Et circuiens Rupertus episcopus per Noricum usq; Pannoniam,prædicansq; Christum,plu rimos ad fidem eius conuertit. Veniens autem ad Iuuarium fluuium,ubi olim Iuuauia ciui tas fuerat,sed tunc collapsa,uirgultis operta & desolata,contemplansq; locum cathedra li sedi idoneum,proprietate eius à duce obtenta,extirpatis arboribus & uepribus,reper tisq; ædificijs,basilicam in honore sancti Petri construxit.Quin & cœnobium ord.sancti Benedicti cum munificentia ducis instituit,rexitq; ecclesiam episcopalem annis 44. Ex monasterio multi abbates uocati sunt ad episcopale fastigium,ut patet ex sequenti catalo go episcoporum.Habet autem archiepiscopatus iste sub se suffraganeatus,Tridentinum Patauiensem,Viennensem,Gurcensem,Brixiensem,Frisingensem,Seccouiensem,Lauẽ tinensem & Chyemensem.Ratisponensis est exemptus ab eo.

Rupertus Baiuarorum apostolus.

Catalogus episcoporum Salisburgensium.

Iohannes Albertus Widmanstetter cognomento Lucretius,domino & amico chariss. Sebast Munstero.

MItto ad te Salisburgensiũ episcoporũ historiam ex uetustissimis exemplaribus descriptam.Scripsissem ad te maturius,nisi horum comitiorum moles,quæ me ferè oppressérat,totum ferè omnibus alijs curis,studijs atq; cogitationibus ex emerit.Et si quid amplius de reb. Salisburgẽ cognoscere uoles,scribe ad Hie ronymum Anfang cõsiliarium archiepiscopi,uirum opt.et doctiss.qui te magno pere iuuare poterit.Vale & hanc meam celeritatem boni consule.

Augustæ pridie Kalend. Iulij anno 1548.

Ex

Ex historia Eugippii discipuli sancti Seuerini, qui claruit Patauiæ anno salutis 476.

SAnctus Maximus tempore quo Romani Noricum prouinciam possidebant, præsul Iuuauensis sub Vidomaro rege Ostrogotorum ab Herulis & Ostrogotis infidelibus patibuli suspendio, & cum ipso LV. symmistæ martyrio coronati sunt anno 476. Commonitus antea uir dei Seuerinus reuelatione, misit ex Patauinis ad Iuuauense oppidum nuncium, ut habitatores illud sine cunctatione relinquerent, alias mox perituri si contemnerent imperata. Instantius autem iussit admonere sanctum Maximum præsulem. At quum ille cunctaretur discedere & cuperet nuncio præbere hospitalitatem, ille autem non acquiesceret, Heruli ea nocte insperate protinus irruentes, oppidumq; uastantes, plurimos duxere captiuos, præsulem uero patibulo suspenderunt. Quod audiēs Seuerinus seruus dei, grauiter doluit præmonitos non curasse.



1 Rudpertus (quem alij scribunt Rupertum) tempore Theodoberti Francorū regis, episcopus Wormaciensis, ex regali progenie Frācorū ortus, iussu memorati regis ad Boios cum 12 discipulis profectus est, ac Reginoburgij à Theodone 3. quem illic primum cū filio Theodoberto sacro fonte lauit benigne receptus est, & Boios primus ad religionem Christianā conuertit. Deinde nauibus delatus, ubiq; cōfluentibus certatim Boijs, mysteria Christianæ fidei edidit, atq; ita Laureacū peruenit. Inde per Noricum Oetingam, quam nonnulli Vtinum appellant, perrexit, ubi Vronē & Theodowaldum, Theodonis fratres, sacro lauacro abluit. Post hæc ędem pontificiam prope lacum Wallersee, ubi Vischa amnem effundit, primo extruxit. Ruinas quoq; Iuuauiæ, quæ nunc Saltzburga dicitur, restituit, & pontificiam sedem eò transtulit. Præfuit autem episcopatui annis 64. mortuus anno Christi 623. *Laureacum.*

2 Vitalis sanctitate uitæ ac eruditione clarus, monasterij sancti Petri abbas, sedit annis 23. mortuus anno 646.

3 Ansologus abbas sancti Petri populum Saltzburgeñ pauit annis 20. sepultus ad sanctū Petrum anno 666.

4 Sauol⁹ sancti Petri abbas, sedit annis 14. humat⁹ in monasterio sancti Petri anno 680.

5 Ezius abbas ecclesiam Saltzburgēsem annis 23. rexit, conditus in cœnobio diui Petri anno 703.

6 Florbargisus abbas sancti Petri, præfuit episcopatui annis 37. tumulatus in æde sancti Petri 740.

7 Iohannes primus, morū sanctitate & eruditione insignis, sedit annis 14. Obijt 754.

8 Virgilius ex nobilibus Hiberniæ insulæ natus, præfuit annis 30. sepultus in ęde Cathedrali 784.

9 Bertricus abbas sancti Petri obijt anno 785.

10 Arno primus archiepiscopus, pallium à Leone 3. adeptus populū Saltzburgeñ annis 36. salubriter pauit, tumulatus in ecclesia cathedrali anno 821. Fuit hic Arno Tassiloni tertio duci Boiorum plurimum acceptus. Et ab ipso in legatione contra Carolum magnū tunc Francorū regē ad summum pōtificem missus & re infecta reuersus. Depositō deniq; & à ducatu expulso p supradictū Carolū Tassilonecū filio Theodone regi insinuatus, magno apud eū habebat̄ prędicauit uerbū dei Boijs, Sclauis & Hunis. Et ueniēs Carolus Augustus anno 803. Salisburgū, ibi cū legatis Nicephori Imp. Constantinop. pacē fecit & fœdus iniit, atq; in hunc modum inter eos conuenit, ut Carolus & eius successores perpetuo sint & appellentur post hac Romani, Latini & occidentales Imperatores, & Nicephorus cum posteris, Constantinop. Græcorum & Orientis Cæsar uocitetur. *Primus archiepiscopus.*

11 Ammilonius abbas & archiepiſcopus obiit anno 821.
12 Adalramus, pietate & doctrina inſignis, obiit anno 836.
13 Leopramus archiepiſcopus, mortuus anno 869.
14 Adalwinus archipreſul præfuit annis 14. mortuus 873.
15 Adelbertus uno anno præfuit archiepiſcopatui, obiit 874.
16 Theodomarus ſiue Dietmarus primus, moderatus eſt archiepiſcopatum annis 23. tã dem ab Hungaris cæſus anno 907.
17 Piligrinus primus præfuit annis 16. mortuus 923.
18 Olibertus ſedit annis 12. obiit anno 935.
19 Egilolpus gubernauit epiſcopatum annis 4. mortuus 939.
20 Heroldus archiepiſcopus, comes de Schyern, ſedit annis 18. poſtea exœcatus & depoſitus eſt anno 958.
21 Fridericus primus, comes in Chiemgew, obiit 991.
22 Hartowicus comes à Spanheim & Artemburg alias Lauental, ſedit annis 32. mortuus anno 1023.
23 Guntherus diui Henrici Cæſaris cancellarius & archiepiſcopus obiit 1025.
24 Dietmarus ſecundus præfuit annis 16. mortuus anno 1041.
25 Baldewinus ſiue Beldingus ſedit annis 19. mortuus 1060.
26 Gebhardus Sueuus ab Helfenſtein præfuit annis 28. & inſtituit Gurcẽſem eccleſiam, mortuus anno 1088.
40 Bertholdus comes à Moſpurg Gebhardo fugato, autoritate Henrici 4. uſq; ad Gebhardi reductionem præſedit annis 4. & poſt mortem Gebhardi annis 2. & per Conradum primum de Abinſperg expulſus, tandem in Moſpurg conditus eſt.
27 Thiemo abbas ſ. Petri ex nobili Bauarorum genere natus, præfuit annis 11. poſtea à Turcis captus, poſt omniũ membrorum trũcationem, uiſo corde proprio, apud Corozaim martyrio obiit.
28 Cõradus primus de Abinſperg Hẽrici 4. capellanus ſedit annis 42. mortuꝰ anno 1147
29 Eberhardus primus, comes de Hiltpoltſtein abbas Biburgenſis, amator pauperum, ſedit annis 17. mortuus anno 1164.
30 Conradus ſecundus S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius, epiſcopus Patauiẽn præfuit archiepiſcopatui annis 4. obiit 1168.
31 Adalbertus ſiue Albertus filius Labezlai ſeu Sobeslai regis Bohemiæ ſedit annis 6. à Friderico Oenobarbo anno 1174. expulſus eſt, & tũc Hẽricus præpolitus in Berchteſgaden adminiſtrauit archiepiſcopatum annis 3.
32 Conradus tertius comes à Wittelſpach, Ottonis Bauariæ ducis frater, Cardinalis epiſcopus Sabinẽn, quum ſediſſet annis 6. ad eccleſiam Mogun. translatus eſt. Poſtea prædictus Adalbertus reſtitutus archiepiſcopatum rexit annis 17. obiit 1200.
33 Eberhardus ſecundus de Truchſen, epiſcopus Brixinẽn, pater pauperum, præfuit annis 46. & erexit tres epiſcopatus, Chiemenſem, Secouiẽn & Lauentinẽn, mortuus anno 1246. Burchardus à Ziegenhagen, licet pallio donatus fuerit, obſtante tamen capitulo, nunquam ad poſſeſſionem peruenit.
34 Philippus Bernardi Carinthiæ ducis filius adminiſtrauit archiepiſcopatũ 10. annis. Poſtea quum nollet ordinari in ſacerdotem, depoſitus eſt anno 1256.
35 Vdalricus epũs Secouiẽn quũ ſediſſet annis 9. archiepiſcopatũ reſignauit anno 1265.
36 Wladislaus Henrici Sleſiæ ducis filius, uir omnibus acceptus, præfuit annis 5. mortuus 1270.
37 Fridericus ſecundus de Walhen ſedit annis 14. obiit 1284.
38 Rudolphus de Hoheneck Rudolfi Rom. regis Cancellarius, præfuit archiepiſcopatui annis 5. mortuus anno 1290.
39 Conradus 4. de Vonſtorff & Braitenfurt, ſedit annis 22. mortuus anno 1312.
40 Wichardus à Polheim præfuit annis 3. mortuus anno 1315.
41 Fridericus tertius à Leibnitz ſedit annis 23. mortuus anno 1333.
42 Henricus à Piernprunn, præfuit annis 5. obiit anno 1344.
43 Ortolphus de Weiſſeneck, ſedit annis 22. mortuus anno 1365.
44 Piligrinus ſecundus à Pucheim rexit archiepiſcopatũ annis 32. mortuꝰ anno 1396.


Grego-

45 Gregorius Schenck de Oſterwitz ſedit annis 7. obiit anno 1403.
46 Eberhardus tertius de Neuhaus præfuit annis 24. mortuus anno 1427.
47 Eberhardus quartus de Starenberg obiit anno 1429.
48 Iohannes ſecundus de Reichſperg tenuit archiepiſcopatum annis 12. obiit 1441.
49 Fridericus 4. Truchſaſs de Emerberg, mortuus anno 1452.
50 Sigiſmundus primus à Volckēſtorff archiepiſcopatui præfuit annis 8. & dimidio, obiit anno 1461.
51 Burchardus à Weiſſpriach Cardinalis, ſedit annis 4. obiit 1466.
52 Bernhardus à Ror quum præfuiſſet archiepiſcopatui 15. annis, ceſſit regimini anno 1482, obiit anno 1487.
53 Iohannes tertius Strigonienſis ac deinde archiepiſcopus Saltzburgenſis, præfuit annis 7. mortuus anno 1489.
54 Fridericus quintus comes à Schaunberg, ſedit annis ferè quinq; mortuus anno 1494.
55 Sigiſmundus ſecundus ab Holneck, præfuit menſibus 8. obiit anno 1495.
56 Leonhardus à Keutſchach præfuit archiepiſcopatui annis ferè 24. mortu⁹ anno 1519.
57 Matthæus Lang à Wellenburg, uir prudētiæ ſingularis, archiepiſcopus & cardinalis, quum archiepiſcopatum in grauiſſimis temporibus annis ferè 21. gubernaſſet, mortuus eſt anno 1540.
58 Erneſtus comes Palatinus Rheni, Bauariæ dux, Alberti & Kunegundis Frideri Imperatoris filiæ proles, à Iohanne Auentino uiro doctiſſimo bonarum artium rudimenta hauſit, Iaſonem Maynum Ticini paucis diebus audiuit, in iuris ſcientia non uulgariter profecit, Mathematicas diſciplinas amauit, & foſſilium metallicorum tantam aſſecutus eſt noticiā, quantam in tota Germania, idq; ego Iohannes Albertus expertus loquor, quiuis alius. Gulielmo fratre Bauariæ dominatum appetente & obtinente, Erneſtus aliquādiu multa regna & prouincias ueluti priuatus aliquis ex infima nobilitate oberrauit, ſecq; Iohānis Malentini equeſtris ordinis hominis, nunc epiſcopi Secouienſis, in ea peregrinatione miniſtrum præbuit, atq; hac diſſimulatione Luteciam uenit, ubi die quadam à Franciſco rege conſpectus & ſe proditum ratus, cum ſuo Malentino in Saxoniam profectus eſt, inde Patauiam ubi epiſcopus fuerat deſignatus. Mortuoq; Matthæo à Salisburgenſibus poſtulatus fuit archiepiſcopus. Eccleſias quas hactenus rexit Patauieñ & Salisburgenſem, partim ære alieno liberauit, partim opibus redditibusq; maximis auxit. Princeps eſt laboriſſimus, qui diu noctuq; ſupplices ſuorum libellos atq; querimonias legit, decernit, decreta dictat aut præſcribit amanuenſibus ipſe nonnunquam: ſummaq; tranquillitate prouinciam ſuam ſine exactionibus & oneribus gubernat.

Friſinga, olim Fruxinum.

FRiſingenſe oppidum conditum putatur eo tempore quādo Romani per præfectos & prouinciarum præſides tenebant & adminiſtrabant eam Bauariæ regionē, quæ à ripa Danubij excurrit ad alpes. Siquidem habet locus iſte elegātem & amœnum in colle ſitum, etiamſi uicinus ager iuxta terræ illius ingenium aſper ſit. Præterfluit Moſacus amnis, qui haud procul hinc Iſeræ fluuio miſcetur. Sanctus Corbinianus Gallus erexit ibi epiſcopatum circa annum domini 710. permittente Pipino rege, & Bauariæ ducatum tenente principe Grimoaldo: cuius rei mentionem ſupra quoq; feci, ex ſcriptis Iohan. Auentini edoctus. Iſta autē ſicut & multa alia ſuppeditauit doctiſſ. uir Achilles Gaſſarus, medicinæ doctor, patrocinante apud illuſtriſſimum principem Henricum ducē Bauariæ & Palatinum Rheni, antiſtitem eiuſdē loci, egregio uiro Doctore Sebaſtiano Pemmerlino, cancellario eiuſdem, qui & picturam ciuitatis huius ab eodem principe obtinuit, facileq; honorarium impetrauit pro ſculptura picturę. Si apud epiſcopos Saltzburgēſem, Patauienſem, Bambergenſem, Moguntinum & alios quoſdam tales mihi contigiſſent patroni, maiori gloria expolita fuiſſet noſtra Germania in hoc libro. Eandem querimoniam facio de quorundam principū ciuitatibus, pro quarum pictura obtinenda inaniter laborauí. Sed conuertamur ad catalogum epiſcoporū huius ciuitatis, qui multa edocet, quæ in ipſa contigerunt ciuitate.

1 Diuus Corbinianus præfuit epiſcopatui à ſe erecto 20. annis.



2 Erimbertus frater Corbiniani gessit episcopatum 28 annis. Hic consecrauit monasteriũ Degernsee, fuerũtq; suo quo diœceses Bauariæ suis limitibus à se inuicem discretæ, & Pipinus pater Caroli magni habitauit aliquot annis Fruxini in arce Thetmõs & tandem anno 747. cõstruxit ibi ecclesiam in honorem sancti Stephani, quæ in hunc usq; diem appellatur Weichensteffan.

3 Ioseph electus est ad epãtũ anno 778. præfuitq; annis tribus.

4 Aribo. Egit iste antistitem annis 23.

5 Otto, electus anno 782. præfuit annis triginta.

6 Hitto. Hic translationem sacrorum bibliorum in plerisq; locis corruptam pro omni uirili correxit, & constituit in ecclesia Weichensteffan sex canonicos, gubernauitq; episcopatum annis 24.

7 Erchenbertus nepos prioris Hittonis ex fratre, administrauit episcopatum annis 18.

8 Arnolfus electus est anno 854. ad pontificatum. Ipse ampliauit ecclesiam cathedralẽ, mortuusq; est anno 21. sui pontificatus.

9 Walthon. Hic uixit in pontificatu annis 22. passaq; est ecclesia cathedralis suis temporibus graue incendiũ, anno scilicet 883. at donatione Arnolfi Imp. oñia sunt resarcita, constitutumq; tunc fuit, ut deinceps nullus eligeretur in episcopum nisi esset canonicus eiusdem ecclesiæ, quam legem nec Cæsar nec Rom. pont. infringere potest.

10 Vtto successor Walthonis uixit solum uno anno in episcopatu.

11 Dracolfus electus est epũs anno 898. qui nedum cathedrali uerum & aliis ecclesijs collegiatis noxius fuit, immensas faciens expẽsas, exactisq; in officio 28. annis submersus fuit in Danubio.

12 Wolframus. Hic quantum potuit uno anno, quo præfuit episcopatui, restaurauit, quæ prædecessor suus dilapidauit.

13 Lampertus factus est epũs anno 938. functus officio suo annis 31. Huius tẽpestate erũpentes Vngari & omnia deuastãtes in Aust. atq; Bauaria, ecclesias S. Stephani & Viti combusserunt: ecclesiam uero cathedralem propter nebulam omnia obducentem in nullo uiolare potuerunt.

14 Abraham factus episcopus, 37 annis cum magno commodo ecclesiæ suæ præfuit.

15 Engilbertus comes Mospurgensis 34. annis pontificatui præfuit atq; ex patrimonio suo non parum eundem ditauit. Quin & collegium Canonicorum in Weichensteffan commutauit in monasterium ord. S. Benedicti.

16 Nicerus functus est officio episcopali annis 14. & canonicos à Weichensteffan semotos cõfirmauit in ecclesia S. Viti. Fuit homo sæuus obijtq; subita morte Rauẽnæ.

17 Ellenhardus electus est anno Christi 1053. in episcopũ, fundauitq; collegiũ Canonicorũ apud S. Andreã in monte Frisingẽsi haud procul à cathedrali ecclesia. Interfuit iste synodo Wormaciq; ab Hẽrico 4. contra Hiltprandũ Rom. pont. celebratæ anno 1076. & exactis 25. annis sui pontificatus mortuus est.

18 Meginwardus electus est anno domini 1078. multaq; passus à Welfone qui Brunonem Augustanũ bello fatigabat. Redactis uero rebus in tranquillitatẽ profectus est in Bohemiam ut infideles ad Christi conuerteret fidem, mortuusq; est Pragæ & sepultus, quum ecclesiæ Frinsingensi præfuisset annis uiginti & uno.

19 Henricus ab Eberstein episcopali munere functus est 39 annis. Sub eo Welfo uastauit ciuitatẽ Frisingensem: quin & ipse nõ parũ incõmodauit episcopatũ quòd Henrico 4. adhæreret contra Rom. pont. quare omnia sua bona quæ habuit in Eberstorff & Griess legauit episcopatui.

20 Otto filius diui Leopoldi marchionis Austriæ factus est epũs anno 1138. uir doctus & qui antea fuerat cancellarius Imp. Conradi tertij. Hic inter Historicos ob ẽditã Chronicã celebris habetur. Vixit in episcopatu 20. annis habuitq; fratrẽ Conradum archiepiscopum Saltzburgensem & episcopum Patauiensem. Hic Otto ante obitum suũ relicto lituo monachus Morimundensis est factus.

21 Albertus functus est officio pastorali 24 annis. Fuit suo tẽpore ecclesia Frisingẽsis ornata doctis Canonicis excellebatq; reliquas Germaniæ cathedrales ecclesias in diuitijs & præciosis iocalibus, sed orto incendio, uno quasi momento omnia amisit bona. Et quum Albertus episcopus ecclesiam suam reædificare conaretur, inuenit in fundamentis

mentis corpora ſanctorum martyrum Alexandri & Iuſtini.

22 Otto 3. uir pius & Canonicus Magdēburgenſis, factus epiſcopus Friſingeñ, præfuit illi eccleſiæ annis 38. Ipſe fabricam eccleſiæ rurſum inſtaurauit, multaq; bona in eā cōtulit.

23 Geroldus electus in epiſcopum anno 1220. iuxta tenorem epitaphij ſui præfuit eccleſiæ Friſingenſi undecim annis, ſed ſine laude.

24 Conradus Toltzner non parū profuit epiſcopatui Friſingenſi, quin & ex patrimonio ſuo quatuor inſtituit Canonicos in ſacello ſancti Pauli. Fuit autē unà cum Rudigero epiſcopo Patauienſi captus à Friderico duce Auſtriæ, & Viennæ diu in captiuitate detentus. Vixit in pontificatu annis 27.

25 Conradus 2. Wildgrafenſis præfuit 20. annis cathedræ epiſcopali.

26 Fridericus Montalbanus factus eſt anno 1278. ex præpoſito epiſcopus, mortuus anno octauo poſt electionem.

27 Emicho comes à Moſsburg & uir ſanctus electus in epiſcopum, uiginti nouē annis præſulem egit, mortuus Viennæ anno domini 1315.

28 Conradus tertius Monacenſis doctor Canonum factus epiſcopus, inſtituit eccleſiam Iohannis baptiſtæ & ſex Canonicos unà cum præpoſito in ea. Anno ſeptimo ſuæ adminiſtrationis ueneno eſt ſublatus.

29 Gotfridus decanus eccleſiæ Friſingenſis factus epiſcopus, tribus annis pontificatum geſſit. Ipſe inſtituit ſacellum ſ. trinitatis & aliud ſacellum ſanctæ Catarinæ.

30 Iohannes doctor Canonum & Canonicus Bambergenſis atq; Brixenſis, poſtulatus epiſcopus Friſingenſis, quinq; duntaxat ſeptimanis officio functus eſt.

31 Conradus 4. à Clingenberg electus ad epiſcopatum, magna illi contulit dona, præſertim infulam præcioſam & argenteam crucem. Vngari & Bohemi ſuo tēpore profecti contra Imp. Ludouicum quartum, miſere perdiderūt Bauariā & diœceſim Friſingenſem.

32 Iohannes 2. medicus doctus, obtinuit Romæ epiſcopatum anno 1337. abienſq; 12 annis poſſedit. ~ Comes Oettingē · Albert. Argentin. in Chron. lib. de Albert. primog. fol. 675. cap. 15.

33 Albertus comes Hohenbergenſis, doctor decretorum, trāslatus eſt per Clementem VII. ad Friſingam, ſeptemq; annis epiſcopum egit. Ipſe in propria perſona fuit in expeditione cum Alberto duce Auſtriæ contra ciuitatem Tigurenſem.

34 Paulus electus fuit anno 1359. Hic multa quæ erant epiſcopatus uendidit & impignorauit, rurſumq; redemit, mortuus 19. anno ſui pontificatus.

35 Leopoldus difficulter propter ſchiſma Rom. pontificum cōfirmari meruit, triennioq; exacto Lactis ex ponte in ſubiectum fluuium cadens ſubmerſus eſt.

36 Bertholdus Wechingenſis, 1. Vienneñ ſcholæ creatus magiſter, electus fuit anno 1381 in epiſcopū Friſ. Huius temporibus iudex ciuitatis Friſingēſis uolens Ludouico duci Bauariæ prodere ciuitatē, Ludouicoq; iā expeditionē mouente contra ciuitatē, iudex in ſcelere ſuo adeo attonitus eſt & obriguit, ut nec pedē mouere de loco poſſet. Vnde deprehēſus & crimen confeſſus, in foro ciuitatis capitis amiſſione pœnā luit. Iſte epūs egit bonum patremfamilias, inſtaurauit omnia caſtra quæ habet diœceſis in Auſtria, Carinthia, Stiria & Carnia. Auxit quoq; Canonicis prebendarum prouētus. Et mortuus anno adminiſtrationis ſuæ 30. in Auſtria, reliquit mitram pontificalem nimis præcioſam, quam uiuens affabre fieri procurauit. At propinqui & hæredes eius illam furripientes, abbati Melacenſi uēdiderunt pro 4200 ducatis Vngaricis.


37 Degenhardus à Weix præpoſitus Mosburgeñ fuit electus anno domi 1410. in præſulē Friſ. Cūq; Conradū epiſcopū Gurcēſem x mulū pateret, qui & ipſe p epiſcopatu Friſ. laborabat, anno 3. ſui regiminis Lactis fuit miſere interfectus, atq; poſt 20. annos tū primū innotuit latrociniū ipſum. Siquidē antea infamauerāt latrones epm̄, q̄ ſibijpſi manus in-

38 Hermannus comes quidā electus in epiſcopū, ruptus grauiter 9. anno obijt. (tuliſſet.

39 Iohannes tertius Grienenwalder dictus, factus eſt epiſcopus anno 1422. Fuit aūt doctor decretorum & theologus reſtititq; Iohanni Huſs in concilio Conſtantienſi. At paulo poſt Nicodemus de Scala conſentiente Martino quinto ſe ingerens epiſcopatui, excluſo Iohanne uiginti annis potenter illum retinuit. Eoq; mortuo, Grienenwalderus rurſum obtinuit epiſcopatum præfuitq; 10. annis.

40 Iohannes quartus Tulbec dictus, primum præpoſitus ad ſanctum Vitū & plebanus Monacenſis, factus eſt anno Chriſti 1451. epiſcopus, adminiſtransq; epiſcopatū 20 annis, reſignauit illum Cancellario ſuo Sixto Tanbergenſi.

Friſingenſis epiſcopalis ciuitatis icon, per D. Se merlinu



41 Sixtus Tanbergenſis factus eſt epiſcopus anno domini 1473. inſtituitq; 12 chorales, corpori ſacerdotū conſulens. Natū eſt etiā graue diſſidiū inter ipſum & ducē Bauarię Albertū, parūq; abfuit, quin dux in grauē Imp. incideret indignationē. Tandē anno Chriſti 1495. mortuus eſt epiſcopus in comitijs Wormaciēſibus, id quod ei prædixerat fatuus eius.

42 Rupertus Palatinus Rheni electus eſt epiſcopus poſt mortē Sixti, ſed quia nimis iuuenis adhuc erat, diſpenſatione papali epiſcopatus Philippo fratri eius ſeniori anno 1499. eſt collatus. Rupertus aūt accepit uxorē filiā Georgij diuitis ducis Bauarię. Præfuitq; Philippus epiſcopatui uſq; ad annū Chriſti 1540. Factus eſt quoq; idem anno 1517. epiſcopus Naumburgenſis in Miſnia.

43 Henricus comes Palatinus, adminiſtrator diœceſis Wormacien & præpoſitus Elbwangenſis, poſt Philippi fratris mortem factus eſt epiſcopus Friſingenſis, qui & hoc tempore quando hæc ſcribo epiſcopatui præſidet. Scribit Beatus Rhenanus, in bibliotheca diui Corbiniani ſe reperiſſe librū inſignem euangeliorū, Francice, hoc eſt, Germanice uerſum, ex eoq; collegit, ueteres Francos, qui tranſito Rheno nobile in Gallijs regnū cōſtituerunt, Germanica uſos fuiſſe lingua. Titulus libri eſt. Liber euangeliorū in Teodiſcā linguam uerſus, putaturq; tunc æditus quando Franci orientales primum Chriſto dedere nomen, exiſtente ſcilicet epiſcopo Friſingenſi Waldone, nono in ordine. Incipit autem autor in præfatione hoc modo: Nun will ich ſcriban unſer heil, Euangeliono deil: So wir nun hiar begunnon, in Frenckiſga zungun, &c.

Eyſtett,

Penmerlinum obtentus & huic operi inſertus.




Eyſtett, ciuitas epiſcopalis.



EPiſcopatus Aichſtadianus olim ab Aureati uetuſtæ urbis (cꝫ Huni uaſtarunt) ruinis ac ruderibus Aureatẽſis appellatus, ad Almonum amnẽ ſitus cœpit circiter annum Chriſti 744. Erat eo tempore religioſus quidam rex Anglorũ Richardus nomine, qui ſingulari pietatis ſtudio relictis regno, facultatibus, uxore & filia Walburgi, aſſumptis duobus filijs peregrinando Romã contendit, ſed in itinere febri correptus Lucæ in Italia moritur in domino, filios præſentes ſummo ſtudio cohortãs ad pietatẽ & Chriſti amorem. Proficiſcentes autem filij Romam, Wunibaldus grauiter ægrotare cœpit, & alter Wilibaldus nomine peregrinationẽ ſuſceptam proſequens, ualedicto fratre Ieroſolymam abijt, uiſurus omnia terræ ſanctæ loca. Wunibaldus uero recuperata ſanitate miſſum à Pipino ad curiam Romanam Bonifacium auunculum ſuũ adiens, poſt uarios ultro citroꝙ habitos ſermones, cũ illo uenit in Germaniã, præfectuſqꝫ eſt à S. Bonifacio quibuſdam cœnobijs gubernator ac abbas in Thuringorũ regione. Redijt interim ex terra ſancta Wilibaldus, & uenit in Germaniam ad S. Bonifaciũ. Erat aũt ea tẽpeſtate pius quidam in Bauarię finibus regulus Swigerus nomine, illuſtris ac opulentiſſ. comes de Hirsberg, qui ſingulari pietatis ſtudio ſui comitatus partem deo offerens, S. Bonifacium orauit, ut in hoc comitatu epiſcopatum conſtitueret & monaſteria, in quibus uiri docti ac pij ad gubernandas ecclęſias idonei educari poſſent, conderet. Quod cum ſe Bonifacius facturum recepiſſet, mox ad Almonum ſedem elegit & Wilibaldum eius loci

Frisingensis episcopalis ciuitatis icon, per D. Sebast. Penmerlinum obtentus & huic operi insertus.



41 Sixtus Tanbergensis factus est episcopus anno domini 1473. instituitq; 12 chorales, corpori sacerdotū consulens. Natū est etiā graue dissidiū inter ipsum & ducē Bauarię Albertū, parūq; abfuit, quin dux in grauē Imp. incideret indignationē. Tandē anno Christi 1495. mortuus est episcopus in comitijs Wormaciēsibus, id quod ei prædixerat fatuus eius.

42 Rupertus Palatinus Rheni electus est episcopus post mortē Sixti, sed quia nimis iuuenis adhuc erat, dispensatione papali episcopatus Philippo fratri eius seniori anno 1499. est collatus. Rupertus aūt accepit uxorē filiā Georgij diuitis ducis Bauarię. Præfuitq; Philippus episcopatui usq; ad annū Christi 1540. Factus est quoq; idem anno 1517. episcopus Naumburgensis in Misnia.

43 Henricus comes Palatinus, administrator diœcesis Wormacien & præpositus Elbwangensis, post Philippi fratris mortem factus est episcopus Frisingensis, qui & hoc tempore quando hæc scribo episcopatui præsidet. Scribit Beatus Rhenanus, in bibliotheca diui Corbiniani se reperisse librū insignem euangeliorū, Francice, hoc est, Germanice uersum, ex eoq; collegit, ueteres Francos, qui transito Rheno nobile in Gallijs regnū cōstituerunt, Germanica usos fuisse lingua. Titulus libri est. Liber euangeliorū in Teodiscā linguam uersus, putaturq; tunc æditus quando Franci orientales primum Christo dedere nomen, existente scilicet episcopo Frisingensi Waldone, nono in ordine. Incipit autem autor in præfatione hoc modo: Nun will ich scriban unser heil, Euangeliono deil: So wir nun hiar begunnon, in Frenckisga zungun, &c.

Eystett,

Eystett, ciuitas episcopalis.



EPiscopatus Aichstadianus olim ab Aureati uetustæ urbis (q; Huni uastarunt) ruinis ac ruderibus Aureatēsis appellatus, ad Almonum amnē situs cœpit circiter annum Christi 744. Erat eo tempore religiosus quidam rex Anglorū Richardus nomine, qui singulari pietatis studio relictis regno, facultatibus, uxore & filia Walburgi, assumptis duobus filijs peregrinando Romā contendit, sed in itinere febri correptus Lucæ in Italia moritur in domino, filios præsentes summo studio cohortās ad pietatē & Christi amorem. Proficiscentes autem filij Romam, Wunibaldus grauiter ægrotare cœpit, & alter Wilibaldus nomine peregrinationē susceptam prosequens, ualedicto fratre Ierosolymam abijt, uisurus omnia terræ sanctæ loca. Wunibaldus uero recuperata sanitate missum à Pipino ad curiam Romanam Bonifacium auunculum suū adiens, post uarios ultro citroq; habitos sermones, cū illo uenit in Germaniā, præfectusq; est à S. Bonifacio quibusdam cœnobijs gubernator ac abbas in Thuringorū regione. Redijt interim ex terra sancta Wilibaldus, & uenit in Germaniam ad S. Bonifaciū. Erat aūt ea tē pestate pius quidam in Bauarię finibus regulus Swigerus nomine, illustris ac opulentiss. comes de Hirsberg, qui singulari pietatis studio sui comitatus partem deo offerens, S. Bonifacium orauit, ut in hoc comitatu episcopatum constitueret & monasteria, in quibus uiri docti ac pij ad gubernandas q; ecclesias idonei educari possent, conderet. Quod cum se Bonifacius facturum recepisset, mox ad Almonum sedem elegit & Wilibaldum eius loci

primum episcopum designauit, anno Christianæ salutis 745. cõmendans ei summo studio ecclesiã nouã ornandã ac ampliandã. Wilibaldus itaq; excisо querceto circa Almonũ fluuiũ, primum instituti Benedictini cœnobiũ ibi condere cœpit, & affluẽtibus certatim undiquaq; religiosis ac secularibus uiris, cœperunt ibi extruere prope monasteriũ tuguria, quousq; tandem ibi exortum est oppidum, appellatũ ab excisis quercubus Aichstat, quasi oppidũ loco succisarũ quercuũ conditũ. Appellabatur itẽ in memoriã ueteris urbis ab Hunis destructæ Aureatũ. Episcopatus etiã utroq; uocabulo & Aichistadianus & Aureatensis appellat. Porro soror utriusq; fratris Walburgis post mortẽ matris in Germaniã accersita, præfecta est abbatissa cõgregationi monialiũ in nouo cœnobio Heidenheimẽ, mortua anno 776. Nõ longe post trãslatũ fuit hoc monasteriũ in ciuitatẽ Aichstadianã. Porro Wilibaldo successerunt Gerochus, Aganus, &c. Hodie præest episcopatui Mauricius ex Huttenica natus familia.

Monacum.



Monaci leones nimi.

MOnacũ urbs ad ripã Isaræ sita, inter ciuitates principũ in Germania est præclarissima & in Bauaria nominatissima. Habet edes pulcherrimas, plateas amplas & Basilicas ornatiss. Quidã aiũt tẽporibus Ottonis primi Imp. circa annũ Christi 962. eã accepisse initiũ, & à Ludouico 4. anno 1315. ampliatã & ædificijs ornatã. Habet situ amœnũ & arcẽ in plano ornatiss. ubi principes Bauarię nostro quo residere solent. Et quia sunt de genere & familia Palatinorũ Rheni, qui leone pro insignibus utunt, nutriunt cõtinuo in eo loco leones, solentq; nonnunq; leenę ibi parere catulos. Iohannes Auẽtinus diligens scrutator rerum Baioariæ, scribit in libro sexto suarum historiarum in hunc modum de Monaco. Henricus duodecimus Bauariæ dux construxit oppidum Monacense in fundo monasterij Schefflarn, atq; inde dictum est Monacum, & habet monachum pro insignibus, fuitq; eo tempore oppidum quoddam aliud Vering nomine, infra Monacum ad ripam Isaræ situm, ubi pons erat ultra fluuium, quo omne sal quod ex Reichenhall deferebatur, tendebat, trajiciebatq; pontem, unde episcopatus Frisingensis, cuius erat oppidum illud, magnum habuit quæstum. At dux Henricus exussit oppidum illud, fregit pontem, direxitq; uiam ad Monacum, sicq; totum negociũ & uectigal salis ad suã peruenit ciuitatẽ.

Vering oppidum.

Landsshuta.

CIrca annũ Christi 1208. dux Bauariæ Ludouicus, Ludouici Imperatoris pater aut auus construxit ciuitatem Landsshutensem, & paulo post oppidum Strubingẽ ac deinde oppidum Landaw. Castrum uero Landsshutense ædificauit Imperatoris Ludouici quartus aut quintus progenitor, etiam Ludouicus dictus. Est autem ciuitas Landsshutensis satis pulchra, habens situm amœnum & domos ornatas. Crescit ibi in montibus uinum mediocre sed non multum. Memoratus Ludouicus Ludouici Imperatoris auus construxit quoq; oppidum Fridbergum haud procul ab Augusta situm, ultra tamen Licum fluuium, sicut Augusta citra posita est. Fundauit etiam monasteriũ Furstenfeld, ubi & sepultus fuit.

Fridberg.

Ingolstadium,

INgolstadium iuxta Danubium situm fuit olim, sicut omnes ferè Germanię ciuitates, uilla, subdita monasterio Altach sed pro munere tradita Ludouico regi nouissimo, cœpit ab illo & successoribus eius ducibus Bauariæ redigi in oppidum muratũ, quod sensim temporum decursu crescens, ad eum in quo hodie est florem peruenit, potissimũ in sesquicentum proximis transactis annis. Propter hoc oppidum exortũ fuit anno Christi 1504. graue illud Bauaricum bellum, quòd utraq; pars in diuisione prouinciæ, quã dux Georgius diues cognomento absq; prole mascula principibus Palatinis & ducibus Bauariæ reliquit, hanc uellet habere ciuitatem. Ornata est nostro tempore publico literarum gymnasio, ex quo quidam docti prodierunt uiri.


Bellũ propter Ingolstadium.

De

De aliis quibuſdam Bauariæ oppidis.

NOuioburgū iuxta Danubiū non procul ab Ingolſtadio diſtans, feudū eſt hæreditariū ab imperio ſuper filios et filias. Eſt hodie caput regionis quā ſortiti ſunt duces Palatini nepotes ex ſorore ducis Georgij. Oſterhofen oppidū cū monaſterio ord. Præmonſtrateñ. quod eſt ſub dominio ducum Bauariæ, ſicut & Voh burg magnificū caſtrū, q̄d Danubius ferè totū cingit. Wachſenſtein caſtrū: Neuwenſtat oppidū, ubi Ilm amnis Danubio miſcet. Abenſperg oppidū & egregiū caſtrū, quod ante paucos annos ducatui Bauariæ fuit incorporatū, quū ſcilicet Chriſtophorus dux Nicolaū ultimū baronē huius loci occidiſſet. Kelheim oppidulū poſitū ad ripā Danubij, ubi fluuius Altmonius Danubiū ingreditur. Creſcit in hoc loco acetū in montibus. Hōhſtett oppidum fuit olim de dominio comitum Tillingenſium, & poſtea peruenit ad domū Bauariæ, ſicut & Burckhauſen atq; Waſſerburg ſuos habuerunt comites, quibus deficientibus, dominia eorum ſunt uendicata à principibus Bauariæ.

De regione Nortgoienſi.



BAuarię altera pars quę ultra Danubiū ad Bohemicā excurrit ſyluā, uocatur noſtro æuo, ſicut & olim, Nortgoia, habens Nurnbergā metropolim, unde regioni ſecūdum quoſdā datum nomen. Et licet Nurnberga nō ſit peruetuſta ciuitas, tamē caſtrum eius in edito colle ſitū, quod olim Caſtrū Noricū fuit appellatū, eſt antiquū. Habet hæc regio plurima oppida, monaſteria & uillas, potiſſ. Amberg anno Chriſti 1300. muro cinctū, Aweibach, Sultzbach, Caſtel monaſteriū, ubi principes Nortgoiæ olim ſuā habuerūt curiā, Kēnat, Eger, Neuwēſtat, Ruwēkolm, Beierut, Kruſen, Greuēwerd, Eſchēbach, Weiden, Pernaw, Pleiſtein, Feldē, Heripruck, Rurbach, Biſtet, Newmarckt, Furſenrut, Elbogen, Cham, Napurg, Schonſee, Kunigſperg, Stauff, &c. Hæc pro maiori parte ſunt principum Palatinorum. Siquidem Ludouicus Imperator & dux Bauariæ fecit anno Chriſti 1339. huiuſmodi diuiſionē, quod ex tota Bauarię prouincia Palatinis principib. cederet Nortgoiæ regio, pręter oppida quædam imperialia, multa etiam pertinentia ad coronam

ronã imperij olim fuerunt principibus Bauariæ impignorata. In hac regione inter Bambergam & Nurnbergã ad orientem, uerſus oppidum Eger, ſitus eſt mons magnus dictus Fichtelberg, ex quo profluunt quatuor inſignes amnes, Mœnus, Nabus, Sala & Eger. Cõplectitur autem mõs iſte in circuitu ſuo circiter ſex miliaria, & extrudit uarias metalli ſpecies, gignit & optimum cæruleum colorem, quem uulgo Lazurũ uocãt. Inuenitur quoq; in ſummitate montis ſtagnum unum & multæ foueæ ex quibus olim metalla fuerunt erutа: in ſumma, tota illa terra turget mineris, potiſſimũ ferro, unde Nortgoienſes annuatim magnam uim pecuniæ colligunt. Eſt aliàs terra dura & aſpera, licet in quibuſdam locis ſatis proferat frumenti, abundetq; paſcuis pro pecorum ſaginatione.


Fichtelberg.

Landgrauiatus Luchtenbergenſis.



INcludit quoq; regio Nordgauienſis unum ex quatuor Landgrauiatibus, qui olim ab Imperatoribus fuerunt inſtituti, nẽpe Luchtenbergenſem, accepitq; denominationem iſtam ab arce Luchtenberg, etiamſi principes dominij illius curiam ſuam teneant in oppido Pfreimbdt, & quãdoq; in Grunſsfeldẽ. Situm eius oppidi uides in tabella deſignatum. Comes qui hodie ditioni præſidet, uocatur Georgius, ſi recte memini, ſatus ex progenitoribus Alberto & Friderico. Non creuit iſte Landgrauiatus in tantam potentiam ſicut reliqui tres Landgrauiatus, qui temporum ſucceſſu multum aucti ſunt ditione & potentia, maxime autem Haſſia.

Nurnberga.



Caſtrũ Noricũ

NVrnberga urbs tota Germania & Europa celeberrima, emporium Germaniæ ampliſſimũ, magnificis operibus publicis & priuatis ornata, arcẽ habet regiam in colle urbi imminenti ſitã uetuſtiſſimam, ex qua in urbẽ & extrà patet proſpectus, à qua ciuitati nomine inditum putatur. Vetuſti codices eam arcem caſtrum Noricum appellant, quod urbs hucuſque pro cuſtodia habuit. Interluit urbem amnis Pegnicius cũ multis pontibus lapideis, duas urbis partes coniungẽtibus. Eſt autem in agro ſterili & arenoſo condita, atq; ob eam rem induſtrioſo gaudet populo. Omnes enim plebei homines ſunt opifices ingenioſiſſimi aut plerunq; negociatores prudentiſſimi, repertores & magiſtri ſubtilium operum, quæ hominibus non parum conducunt. Numeratur urbs ipſa inter nouas, quum nulla in ea antiquitatis inueniantur ueſtigia, nec à ueteribus mentio de ea fiat, niſi quod arx ipſa tanq; uetuſtatis monumẽtum à multis commendatur. Cõſtat enim Nurenbergam aut caſtrum eius tempore Caroli magni in rerum natura fuiſſe. Siquidem habent hiſtoriæ, Carolum Taſſiloni duci Bauarorum indixiſſe bellum & illum ripartito exercitu oppugnaſſe: unus iuxta Nurenbergam & loca uicina ſua firmauit caſtra, alius ad Danubium conſedit, tertius uero cui Pipinus Caroli filius præfuit ad Tridentum deſedit. Ferunt etiam nonnulli hanc urbẽ ſub initijs eius, quæ parua fuerũt, ſub dominio fuiſſe nobiliſſimi comitis Francorũ Alberti, qui per fraudẽ Hattonis epiſcopi Mogũtinẽn captus et à Ludouico Rom. rege obtrũcatus fuit, & tũc ciuitatẽ uel locũ illũ in ius imperij trãſiſſe. Et poſtq; in ditionẽ imperij uenit, ſumma fide, cõſtantia & officio Rom. coluit imperiũ, regibusq; Romanis ſemper fidẽ ſeruauit. In diſcordia tamen Cæſarum grauia pertulit damna, præſertim cũ Henricus 4. & 5. pater & filius inter ſe diſcordes eſſent. Tunc enim Noricũ caſtrũ fuit obſidione cinctũ & expugnatũ. Poſtea Conradus Sueuus Rom. rex urbẽ inſtaurauit circa annũ Chriſti 1140. & inſigne monaſteriũ & abbatiã ordinis diui Benedicti ad S. Egidiũ nũcupatũ, in celebriori urbis loco fundauit. Deinde tẽporibus Caroli quarti maiore ambitu & nouis mœnijs fuit aucta. Hodie uero munitiſſima eſt, altis ſcilicet mœnibus, antemurali, ingenti foſſa, infinitis turribus & propugnaculis. Numerantẽ in hac urbe 528. plateæ & uici. 116. putei aquarum, duodecim fontes ex truncis aquam euomentes: ſex magnæ portæ, undecim pontes lapidei, tredecim communia balnea: cingiturq; ciuitas duplici muro, in quibus ſunt 183. turres præter fortalicia & propugnacula.

Nurnberga tẽpore Caroli M. magni.

Nurnberga oppugnatur.

Habet

Habet ſenatum & magiſtratum à plebe diſtinctum. Nam uetuſtiores ciues rempublicã ad miniſtrant, & interim plebs ſuis rebus ſtudet, de publicis minime curioſa. Hercynia ſylua olim occupauit fundum Nurnbergenſis ciuitatis, ſed temporum ſucceſſu pro magna parte exciſa fuit. Reliquiæ uirẽt ſemper, hyeme & æſtate. Pegnitius & Regnitius duo amnes paulo infra urbem concurrentes unum efficiunt fluuium, qui ad ſeptentrionem lapſus infra Bambergam Mæno fluuio miſcetur. Regnitius quem alij uocant Rednitiũ, originẽ ducit à Wyſſenburgo, quod oppidum eſt ad meridiẽ Nurnbergæ. De hoc amne hiſtorici ſic ſcribunt. Moranti Carolo magno apud Ratiſponam propter Hunos, perſuaſum eſt fore, ut à Rheno in Danubium nauigari poſſet, ſi intra Radiantiam (hic eſt Regnitius) & Altimoniam fluuios foſſa duceretur, quæ eſſet capax nauium: quia horum fluuiorum alter Danubio alter Rheno miſcetur: confeſtim rex ad locum oportunum accelerat ac magna hominum multitudine congregata totum autumni tempus in hoc cõſumpſit. Ducta eſt itaq; foſſa inter prædictos fluuios duum milium paſſuum longitudine, trecentorum pedum latitudine, ſed fruſtra: nã propter iuges pluuias & terram quæ paluſtris eſt natura, opus ſtare non potuit, ſed quantum interdiu egeſtum fuerat, tantum noctibus humo iterũ relabente ſubſidebat. Adhoc rumor increbuit, infideles irruiſſe intra limites Chriſtianorum, qua re Imperator coactus diſcedere, cœptum laborem deſeruit. Aiunt prope Wyſſenburgum adhuc apparere ueſtigium profundatæ foſſæ. Anno Chriſti 1538. Nurnbergenſes renouauerunt caſtrum ſuum, dilatauerunt & munierunt fortiſſimis propugnaculis, in quorum fundamenta poſuerunt nummos quoſdam magnos, aureos, argenteos & æneos, cum tali inſcriptione ſignatos.

Regnitius fluuius.

Arx Norinbergẽſis renouata.

DEO OPT. MAX.

S.P.Q.N. muros arcis non ſatis firmos ad ſuſtinendos hoſtiles impetus, & iuſta ſpaciorum adiectione, et multis ſubinde egeſtis ruderibus à fundamentis, magna cũ laude erexit ac nouos fecit, Imp. Carolo V. Cæſ. P.F. ſemper Aug. rege Hiſpan. catholico, archiducẽq; Auſt. &c. Et Ferdinan. fr. eius rege item Rom. Hung. & Bohem. Romaniq; Imp. ſucceſſore, &c. Patribus uero P. Chriſtophoro Tetzelio, Leonh. Tucherо & Sebald. Pfintzing, Anno M.D.XXXVIII. Men. Aug. Hæc omnia unum nummi latus continet.

Burggrauiatus Nurnbergenſis quomodo & quando exortus fuerit.



OLim cum imperiũ ad Germanos transferret, ſtuduerunt monarchæ Chriſtiani orbis illud decorare multis dignitatibus, honoribus & gradibus, tã in ſecũlari q̃ in ſpirituali ſtatu. Nam creabant duces, Landgrauios, Marchiones, Burggrauios, Palatinos, comites, equites auratos & ſimplices nobiles. Deſignabãt & quoſdã epiſcopos, abbates, præpoſitos & ordinũ militariũ magiſtros, qui comitijs regijs intereſſent, quo omnia magis cõſpicua & nitidiora eſſent in imperio. Cõſtituti ſunt quoq; ſeptẽ principes electores. Nurnbergæ uero aduocatia imperij fuit erecta & pro illo officio exequendo inſtitutus Burggrauius anno Chriſti 911. ab Imperatore Conrado, uel ut alij ſcribunt anno Chriſti 1140. ab Imp. Henrico, qui muro cinxit ciuitatẽ & conſtruxit eccleſiã ſancti Egidij. Deleto proinde ducatu Voitlãdiæ prope Bambergã, bona pars regionis illius acceſſit Burggrauijs Nurnbergenſib. Anno domini 1189. aut circa illud tempus Rudolfus rex uacãte Burggrauiatu Nurnbergenſi, eũdem comiti de Zollern contulit ſororio ſuo, à quo deſcẽderunt Burggrauij uſq; ad Fridericum, qui in concilio Conſtantienſi à Sigiſmundo Rom. Imp. in marchionem Brandẽburgenſem creatus, de eodem fuit inueſtitus. Huic Friderico primo de familia Zollerenſium ſucceſſerunt in Burggrauiatu, Fridericus ſecũdus, Iohannes, Fridericus 3. Fridericus 4. Vacante itaq; marchionatu Brandenburgenſi, impetrauit ipſum Fridericus quartus Burggrauius Nurnbergenſis anno Chriſti 1417. ab Imperatore Sigiſmundo, non ſine multa pecuniæ largitione, quam à Nurnbergenſibus extorſit, quibus iura ſua quæ in urbe habuit reſignauit, retento nudo titulo Burggrauiatus. Ditio tamen quam extra urbem habuit manſit illi integra. Comitatum Dornberg in quo eſt


Zollerenſes ſi unt Burggrauij

eſt Onſpach & alia multa oppida, adeptus eſt ipſe aut prædeceſſores eius anno dñi 1371. Kreilſsheim uero, Vffeltzen & Kreglingen fuerunt aliquando comitum Hohenlohenſiũ qui ea uendiderunt Burggrauiis. In hunc itaq; modum principatus marchionũ, qui eſt prope Nurnbergam, exordium ſumpſit. Genealogiam eorum infra ponam, ubi ad marcam Brandenburgenſem peruenerit ſtilus meus. In oppido Onſpach quod alij uocant Anolt ſpach, & alij Onoltzpach, nomine deriuato à præterlabente amne, habẽt principes illi curiã ſuã. Anno Chriſti 1450. Albertus marchio & Nurnbergenſes multa inuicem bella geſſerunt. Fuerunt in ditione Marchionis aliquot uillæ combuſtæ & abacta pecora, quin aliquot centeni homines utrinq; interfecti & capti. Anno Chriſti 1502. quũ Nurnbergenſes pro more ad dedicationem cuiuſdã templi extra urbem proficiſcerentur, marchio poſitis in ſylua inſidijs, ſubito in eos irruit percuſſitq; omnes qui non euaſerunt. Ceciderunt utrinq; circiter mille homines, tametſi marchio minorem acceperit ſtragem.

Onſpach oppidum.

Picturam urbis libenter exhibuiſſem, ſed obtinere nequiui.


De Francia orientali, quam Franconiam Germaniæ uocant.



Vnde Francones primum exorti ſint.

FRanconia ſiue Francia oriẽtalis Germaniæ pars & ferè meditullium, à Sycambris, quibus Valentiniani Cæſaris tempore ob Alanos deuictos Francorum nomen cõtigit, appellata, Sueuiam & Bauariam à meridie habet, ab ortu Bohemi accolunt, Haſſi & Thuringi à ſeptentrione. Regio latis ac denſiſſimis ſyluis, aſperisq; montibus clauſa, difficulter adiri poteſt. Intus plana eſt, innumeris turritis oppidis, caſtris & pagis exculta. Sylua quæ Hercynia dicitur, æditiſſimis iugis per circuitum obfirmans eam, ueluti natiuo muro ambit. Moganus ſiue Mænus nauigabile flumen, Sala & Tuberus, Neccarusq; perlabuntur. Valles in quibus decurrunt amplæ & profundæ ſunt, earumque utraq; latera uitibus conſita, uinum producunt, quod ob ſui præſtantiam ad remotiſſ. gẽtes tranſportatur. Terra, præterq; ea pars quæ Norica hodie uocatur atq; fluminibus uicinior eſt, arenoſa nimium nõ eſt, ut Eneas Syluius ſcriptum reliquit, nec nimium etiam ſilicoſa. Fertilis omnis eſt, hordeum, triticum & omne frumentum legumenq; ſatum, multo cum fœnore reddit. Nulla Germaniæ prouincia plures & maiores cepas gignit, nulla grandiora rapa & caulis capita. Adde glycerhyſam radicem melleam, quæ in Babenbergenſi

Hercynia ſylua



bergensi agro tanta copia effoditur, ut ingentes currus ea onerari uideas. Est autem radix cuiusdam herbę, quæ profundissime se demittit in terram, quam alio nomine Liquiritiam uocãt. Est etiam undecunq; terra cultissimis pomarijs & pratis amœna, hominibus, omnigenisq; pecoribus abundans. Sed redeamus ad Franconum originem. Hi primum habitauerunt iuxta Rhenũ in inferiori Germania, in regionibus quæ hodie Geldria & Hollandia appellantur, citra ultraq; Rhenum. Sunt qui scribunt populum illum primam originem duxisse ex Scythia, & præsertim ex ea regione, ubi Danubius in mare labitur. Ibi putantur Franco nes ante Christi natiuitatem habitasse, sed cum propter Gothos ibi pacifice uiuere nequirent, anno ante Christum natum 433. consilio cũ rege suo Marcomiro inito, profecti sunt ad Rhenum, in Frisiam scilicet & Geldriam, appellataq; est ab eis regio illa Sicambria, sicut & ipsi Sicambri fuerunt appellati. Inter multos autem duces quos habuerunt, unus dicitur appellatus Francus, à quo & ipsi deinceps dicti fuerunt Franci. Insidiantes autẽ temporum successu Galliæ, quæ etiam ab eis nouissime denominata fuit Francia, expulsis Romanis subegerunt eam, sicut suprà suo loco quoq; diximus. Contigit quoq; illo tempore, ut Thuringi & Sueui multa inter se haberent dissidia & continua prælia, quapropter Franci à Thuringis uocati, quasi murus constituti fuerunt inter Thuringos & Sueuos. Imperauit tunc Frãcis rex Clodomirus, qui fratrem suum Genebaldum præfecit ijs quos destinare in auxilium Thuringorum decreuerat, adiurauitq; eos ut perpetuo essent sub dominio regum Franciæ. Hæc facta fuisse putantur circa annum Christi 326. si non dubius est Hunibaldus Francorum historicus. Virorum numerus tam rusticorum quàm artificũ dicitur fuisse 32680. Accipientes autem secum pecora sua & omnem supellectilem uenerunt ad pagum Mogoni ubi hodie extructa est ciuitas Herbipolensis. Thuringi quoq; ultra syluam cedentes, aduentantibus hospitibus locum habitationis dimiserunt atq; plurimum frumenti tribuerunt: & in hunc modum Francones ceu robustus murus inter dissidentes Thuringos & Sueuos cõfederunt, fuitq; primus eorum princeps Genebaldus, qui triginta annis eis imperauit.

Franci à Sicambris.

Hunibaldus historicus.

Sequitur genealogia ducum Franciæ orientalis.

1 Genebaldus { Marcomirus sine hærede mortuus
2 Dagobertus, 3 Ludeuicus primus, 4 Marcomirus secundus
5 Waramundus factus rex Franciæ { 6 Marcomirus tertius, 7 Prũmesser, 8 Genebaldus secũd⁹

Continuatio genealogiæ.

8 Genebaldus secundus, 9 Suno, 10 Luitemarus, 11 Hugbaldus, 12 Helmericus, 13 Gotefridus, 14 { Genebaldus tertius, Ludeuicus tertius

Deducitur genealogia post Ludeuicum tertium.

Ludeuicus tertius { 15 Erebertus, N.
16 Ludouicus quartus, 17 Gozpertus primus, 18 Gozpertus secundus, 19 Hetanus dux ultimus

5 Waramundũ alij uocãt Pharamundũ: qui uocatus ad regnũ Frãciæ, fratri Marcomiro reliquit ducatũ. Huius Marcomiri filius Prunmesser, male uocat̃ Priamus. Appellatur & Helmschrot, qui galeã mucrone metit̃ & fodit. Sic Helmericus à quibusdã perperã uocat̃ Helenus siue Helin⁹. Sub Gozperto primo diuus Chilianus passus est. Cęterũ Hetan⁹ dux ultimus


ultimus Francorum ſine hærede mortuus, Witunino Francorum regi, qui etiam Pipinus dicitur, ducatum ex commiſſo reliquit, quem deinceps filius eius Carolus magnus & primus beato Burchardo primo infulato epiſcopo Wirceburgenſi eiuſq; ſucceſſoribus & eccleſiæ in proprium donauit, anno ſcilicet Chriſti 752. Quod autem quidam ſcribunt, Francos ſub quodam Imperatore exemptos fuiſſe decẽnio à tributo & uectigali perſoluendo, ac deinde rurſum adactos ad eorum ſolutionem, illi autẽ reſponderint, ſe liberos eſſe Francos, Albertus Krantz habet pro fabula, quum Franci nunquam fuerint Romanis ſubiecti, ſed contra Franci excluſerint Romanos Gallia, occuparintq; ipſi regnum illud. Quum uero Carolus magnus dono dederit epiſcopo Wirceburgenſi ducatum Franciæ orientalis, intelligere debes per ducatum ducalem ciuitatem Wirceburgẽſem & cætera oppida, uicos, territorium, ditionem, homines & omnia bona quæ Hetanus ultimus dux poſſederat, non autem uniuerſam orientalem Franciam. Nam eo & longo tempore ſequẽte, multi duces, comites & heroes in Francia orientali, Rotenburgi ſcilicet ſuper Tuberum, Cochenbergæ, quod hodie Camberg dicitur, Babenbergæ, Swinfurti, Wormaciæ & Limpurgi fuerunt, ex quibus Friderici, Eberhardi, Otones, Popones, Conradi, Henrici & alij duces atq; comites Francorum prodiere, id quod hiſtoriæ & uetera literaria monumẽta paſſim indicant. Sed ex illis nullus Francorum dux dicebatur, quàm qui Wormaciæ & Lympurgi ultra Rhenum habitabant. Et uidetur mihi (inquit Friſæus) ueriſimile ob nonnullas cauſas, adhuc quaſdam comitum & equitum familias ex his ducibus & comitibus deriuatas, hodie etiam apud nos extare. Verum iuriſdictio ſiue iudiciaria dignitas ſuper prædis, incendijs, allodijs, beneficijs, hominibus & uindicta ſanguinis (ita hi caſus in diplomatis imperialibus nominantur) per totum Franciæ orientalis ducatum & epiſcopatum Wirceburgenſem apud unũ & ſolum epiſcopum manebat. Quare tanquam ex lege hactenus obſeruatum eſt, ut epiſcopis Wirceburgenſibus electis iam & mox ad publicationẽ populo faciendam procedentibus, ac deinceps etiam ſemper feſtis diebus & ſolennibus conuẽtibus, in ſignum ducatus per electionem acquiſiti, gladius præferatur, quo ut territorij dominus fontes puniat, inſontes tueatur. Vnde ab antiquo apud eccleſiam Wirceburgẽſem in hodiernum uſq; diem cautum eſt, ut non alius niſi ſolus epiſcopus tanquam dux in ſuo territorio bannum, id eſt, iudicium & uindictam ſanguinis committat & proſcribat. Vnde illud tritum,

Herbipolis ſola, iudicat enſe & ſtola.

Ducatus Franciæ Orientalis.

Epiſcopus utitur gladio.

Genealogiam ducum & comitum Franconiæ extra ducatum epiſcopalem, quidam talem ſignarunt.



Conradus primus in hac genealogia habuit uxorem filiam Otonis magni Imp. fuitq; ſimul dux Lotharingiæ, dictus Conradus dux de Wormacia, eò quod plerunq; Wormaciæ curiam ſuam haberet. Metropolis ſui ducatus fuit Rotenburgum iuxta Tuberũ flu. Occiſus autem in pugna prope Auguſtam, corpus eius Wormaciam delatũ, ibi fuit ſepultum. Alij ſcribunt duos fuiſſe Conrados Franconiæ duces. Prior habuit uxorem filiã Hẽrici aucupis, quæ antea maritũ habuerat ducẽ Lotharingiæ, celebrauitq; anno Chriſti 942 alterum torneamentum in ciuitate ſua Rotenburgenſi. Poſterior uero fuit is, qui prope Auguſtam interijt & fuit gener Otonis magni. Poſt hunc Conradum fuerunt comites Franconiæ uſq; ad Conradum Cæſarem, qui & ipſe uocatur dux Frãconiæ, cuius frater epiſcopus fuit Ratiſponenſis. Genuit Conradus Cæſar Hẽricum tertium, qui etiã dux fuit Saxoniæ & comes à Kalw. Alij uero ſcribunt, hunc Henricũ tertiũ comitẽ fuiſſe de Kalw, atq; Conradi Cæſaris filiam duxiſſe uxorem. Sequitur continuatio prioris genealogiæ.

Dux Wormaciæ.

Comites Franconiæ.

Henricus

Henricus quartus Imperat. { Conradus factus per patrem præses Italiæ. Henricus quintus Imperator post patrem. } { Agnes uxor Friderici ducis Sueuiæ / Conradus rex Rom. & dux Franconiæ ut quidam scribunt. }

De situ & fertilitate Franconiæ.



DIximus iam Franciam orientalem sitam in media Germania septam condensis syluis & asperis mõtibus. Mœnus & Tuberus fluuij labuntur per eam, crescitq; optimum uinum in utriusq; ripa. Fertilis omnis est, proferens omnis generis frumentum, uariasq; terræ radices esui humano aptas. Est piscatio in ea, ppter fluuiorum copiam multa, maior tamen uenatio. Feræ in nemoribus à principibus fouentur, habentq; plurima stabula, in quibus hyemis tempore pabulum & interdum sal accipiunt, sicq; à cœli inclementia tutantur. Eas captare aut sal tem persequi, priuatorũ nemini concessum. Incolæ regionis à cæteris Germanis & habitu & corpore nihil differunt. Laboris patientissimi sunt, & in uinetis colendis tam uiri quam mulieres exercẽtur, nemini ocium datur. Vinum quod inde percipiunt ob domesticam egestatem uulgo uendunt, ipsi aquam bibunt. Ceruisiam contemnunt, nec facile ad se ferri permittunt.

Francia orientalis quinq; habet præcipua dominia.

PRincipes quibus Franconia hodie est subiecta, quinq; sunt, Burggrauius Nurnbergensis, comes Palatinus Rheni, duo seculares: Babenbergensis, Herbipolensis & Maguntinensis, tres ecclesiastici. Herbipolensis, terræ ducatum habet. Fuit etiam inter Babẽbergam & syluam Bohemicam ducatus quidam Voitlandia dictus, qui proprium habuit principem: sed cũ ille à suis ministris interficeretur, uiciniores principes ditionem illius sibi uendicasse referuntur, præsertim marchio Brandenburgensis, episcopus Herbipolensis & episcopus Babẽbergensis, qui & meliorem portionẽ sibi usurpauit.

Catalogus episcoporum Wirceburgensium.

Laurentius Frisæus Francus suo D. Sebastiano Munstero salutem & commendationem.

LIteras tuas ad me datas, clariss. uir, cum summa uoluptate perlegi, non tam obid, quanquam hoc maxime, quod in amicorum tuorum album adscribi me dignatus sis, quàm quod uideam indefessa illa studia tua in illustranda nostra Germania indies fieri alacriora frequentioraq;. Catalogum episcoporum Wirceburgensiũ, urbisq; ipsius Wirceburgi iconem siue descriptionem, qualeis qualeis, tibi præsentibus trãsmitto. Aduolassent multo citius, si languidum pictorem in medio opere correptum sæua febris non prohibuisset. Tu pro exquisito iudicio tuo illis deme, adde, quicquid libuerit. Ebaldus à Crutzenacha, principis nostri à Secretis, amicus tuus integerrim⁹, ante aliquot dies abiens Spiram profectus est, in aula Caroli Augusti negociolum quoddam expeditu rus. Quare factum, ut tabellarius ille sine eius literis ad te, abierit. Cæterum si tenuis imò uilis mea opera tibi inseruire poterit, tu ea liberrime utere. Tuus enim sum totus. Feliciter ualeat humanitas tua, & me sibi commendatum habeat. Wirceburgi Calendis Septemb. Anno domini M.D.XLVIII.

Sanctus Chilianus primus Wirceburgensis episcopus.



CHilianus natione Scotus, professione cœnobita, sacrarum literarum apprime doctus, zelo Christianę religionis motus, duobus comitatus socijs, Colomanno scilicet & Dietmanno, ex Gallijs trans Rhenum in Francam nostram orientalem uenit, incolisq; dæmoniorum cultui deditis, euangelium Christi Iesu cũ ingenti fructu prædicauit. Gozbertus Francorum dux & terræ dominus, hunc concionantem non illibenter audiens, eius monitu Gisilam, quam alij Geilanã uocant, fratris uxorem in suis amplexibus gentium more hærẽtem, ablegaturum se recipit. Delicatum uero scortum auulsionẽ proci metuens, Gozberto peregrè profecto, sanctos dei uiros, tum diuinis uacantes laudibus, immissis sicarijs trucidari fecit. Passus est autem egregius primus Francorum apostolus & episcopus cum socijs anno post Christum natum 688.

2 Burchardus ex nobilibus Britanniæ, quam nunc Angliam appellant, parentibus genitus, episcopali sedi per diuum Bonifacium Maguntiacensem archiflaminẽ Wirceburgi erectæ, primus præficitur antistes infulatus, cuius etiã opera & cõsilio certos episcopatus sui limites constituit, & in eo singulas ordinauit parochias. Huic Carolus magnus, aut, secundum alios, Pipinus ducatum Franciæ qui Gozberti fuerat contulit. Præfuit populo non solum doctrina, sed & bono innocentis uitæ exemplo in annũ 39. Decrepitus iã pontificatum resignans in monasteriũ secessit Hohenburgñ. ubi paulo post moritur anno 791.

3 Maingutus ex uetusta comitũ Rotenburgeñ supra Tuberũ familia oriũdus, antea abbas monasterij in Newenstat ad Mænum, Burchardo successit. Sed cum per tres annos expertus esset, aulã & monasterium plurimum differre, in claustrum suum reuersus est. Mortuus est autem anno 794.

4 Berenwelphus ex commendatione prædecessoris Maingutí, præsentibus Wilibaldo episcopo Aisteteñ & Gallo Heluetiorum abbate, in episcopum Wirceburgensem assumptus, septem præfuit annis. Obijt anno 800.

5 Lutericus à Carolo magno, cui à sacris erat, successor datus est, seditq; annis duobus, mortuus anno 803.

6 Egilbartus subijt episcopale munus, & ferè 7. annis ecclesiam Wirceburgẽsem administrauit, concessitq; fatis anno 810.

7 Wolfgerus à Ludouico pio in pontificalem cathedram ordinatur. Hic 14. ecclesias Nordalbingis & Sclauis, quos à susceptа Christiana fide sæpe ad idola sua relapsos, Carolus magnus è Saxonia in Franciæ orientalis solitudines abduxerat, ut ibi terra exculta domicilia figerent, pro usu sacri baptismi & uerbi dei destinatas & incœptas, tandem absoluit. Præsul uixit annis 21. uitam finiens anno 831.

8 Hunibertus pastorali officio & curæ se subdidit, Ludeuico pio adhuc orbis habenas moderante. Hic post mortẽ Ludeuici, dissidiũ inter filios eius ortũ, nõ minori dexteritate q; diligentia studuit pacificare, etiam si parũ profecerit. Mortuus est tandem anno 841.

9 Gotebaldũ prædicti Maingutí ex sorore nepotẽ, Ludeuicus Francorũ orientaliũ & Baioariorũ rex primò cœnobitis monasterij Altach abbatẽ, deinde Huniberto successorẽ dedit. Sub eo ignis de cœlo domũ saluatoris combussit. Quo incẽdio exterritus Gotebaldus ita consternatus est, ut haud longo post tẽpore, anno scilicet 854. animã exhalaret.

10 Arno Gotebaldo suffectus, Christo saluatori nouã extruxit domũ, eo loco quo hodie cernitur. Homo erat præcipuæ probitatis & prudentiæ & ob id Cæsaribus sui temporis acceptissimus. Cum Arnolpho Cæsare contra Zuentebaldũ Morauię ducẽ profectus, ab hoste in castris, inter missarum, ut aiunt, solennia trucidatus interijt anno 891.

11 Rathulphus ex comitibus Francorũ orientaliũ natus, Arnoni episcopo successor datus est. Qui dum minus sensatus maiores iactando, tanquam aliquot gradibus comitibus. Babenbergeñ antiquiores improbaret, ingens ecclesiæ suæ iacturã & damnum incautus aduexit. Nam Adelbertus Babenbergeñ comes se ulturus, numeroso exercitu Wirceburgum obsedit, cepit, diripuit & deuastauit. Obijt autem Rathulphus anno 908.

Dicho

12 Dietho ex monasterio Newenstat à Conrado primo Wirceburgum uocatur. Eius regiminis anno secundo Huni in Germaniam excurrentes, ciuitatem Wirceburgum igne & cæde depopulantur. Obijt Dietho anno 932.

13 Burchardus secundus huius nominis, antè abbas monasterij Hirsfeldensis, uitæ innocentia & morum sanctitate clarus, ab Hērico primo Saxone Diethoni mortuo suffectus est. Ex diligenti abbate diligentior factus episcopus, rexit ecclesiam Wirceburgeñ annis 8. mortuus anno 941.

14 Bopo primus ex illustri Burggrauiorum Wirceburgensium familia oriundus, homo in sacris & prophanis literis luculenter institutus, & Otoni primo, qui eum Wirceburgeñ clero & populo patrem ordinauit, charissimus. Sub hoc schola, qua canonici nobiliumq; cæterorum filij erudiebantur multum florens, doctos & sapientes emisit discipulos, è quorum numero S. Wolfgangus postea Ratisponeñ episcopus, & Henricus Boponis Germanus, deinceps Treuereñ archiepiscopus prodiere. Ab Otone euocatus ad comitia, Ratisponam ualetudinarius proficiscitur, ubi paucis post diebus diem clausit supremum anno 961.



S. Wolfgāgus.

15 Bopo secundus primi consanguineus ex Otonis decreto successit prædecessori. Eo consultore Iohannes 12. pont. Rom. inutilis deponitur et Leo 8. substituitur, mortuus est anno 984.

16 Hugo comes Franciæ orientalis, Ottoni secundo à sacris Boponi successit. Hic monasteriū S. Andreæ ad Mænū sub arce Wirceburgñ situm, collapsum restaurauit, sanctiq; Burchardi ossa ex domo Saluatoris huc transtulit, et monasterium ipsum mutato nomine, ad S. Burchardum appellauit, quod & in hunc usq; diem sic appellatur. Obijt anno 990.

17 Bernwardus Richardi comitis à Rotenburgo supra Tuberū filius, Otonis tertij nutu Hugonis locū occupat. Fratres eius Richardus, Ainhardus & Rugerus instruendis nouis, reparandis inueteratis & ditandis ecclesijs, hinc inde multas opes elargiti sunt. Hic cū Iohanne episcopo Placentino ab Otone per Italiā & Græciā Constantinopolim ablegatus, ut Constantini filiam sibi desponsari peteret, Achaiam pertransiens, pestilenti febre correptus obijt anno 995.

18 Henricus primus ex comitibus à Rotēburgo ortus, Bernwardo patruo surrogatur, uir singularis eruditionis & probitatis. Petenti Henrico secundo Imp. annuit, ut ex parte suæ diœcesis nouum faceret episcopatum, Babenbergeñ scilicet. Hic etiam ex bonis paternis apud ædiculam sepulchri S. Chiliani nouum ędificat monasteriū, & mox alia duo, alterum ad S. Iohannem baptistam in Haugis, alterum ad sanctum Petrum & beatū Stephanum appellata, atq; eadem religiosis uiris & sufficiente imbuit censu. Moritur anno 1018. in ecclesia S. Iohannis baptistæ tumulatus.

19 Mainhardus 1. ex familia comitū Rotenburgensium progenitus ordinante Henrico 2. Imp. magno cleri & populi applausu assumitur. Inter incumbentes debitas curas & diuturnas sollicitudines, nulli magis indulsit uoluptati quā uenationis. Primus inter episcopos Wirceburgenses monetam cudisse dicitur. Obijt anno 1033.

20 Bruno Conradi ducis Carinthiæ filius Mainhardo successit, diuinarum literarū inter pres nobilis. Extant commentarij quos in Dauidis psalmos conscripsit. Anno domini 1045. Henricum tertium in expeditione contra Vngaros sequutus, in castro Boisenburg ad Danubium per fractam pergulam delapsus, octaua die uitam finiuit. Corpus aromate conditum & reuectū, in crypta domus Saluatoris, quam antè ædificauerat, sepelitur.

21 Adelbero Arnoldi comitis à Laimbach in diœcesi Patauiēsi filius eligitur in episcopum. Hic canonicos ex monasterio S. Petri ad canonicos noui monasterij in unum collegium transtulit, & eorum loco 30. monachos regulæ S. Benedicti in monasterium S. Petri introduxit, & utrisq; ut uitam commode transigere queant, plurima cōtulit bona. Hic in schismate à Gregorij Rom. pont. partibus stetit. Quare secundo à cathedra sua Wirceburgeñ fugatus, in patrios lares abijt, & monasterium Laimbach à genitore inchoatum perfecit. Senio confectus huic seculo renunciat anno 1090.

22 Mainhardus secundus ab Henrico quarto & eius papa contra fugatum Adelberonem episcopatui Wirceburgensi intruditur anno 1085. homo multiplici rerum experien-

tia conſpicuus. Ab Hermanno duce à Wirceburgo pellitur, & per Henricum poſtea reſtitutus obijt anno 1088, ſuperſtite adhuc anteceſſore ſuo.

23 Ainhardũ comitẽ Rotenburgen. ob gentilicias uirtutes tam clero ꝙ populo acceptiſſimũ, Henricus 4. defuncto ſubſtituit Mainhardo. Munificus in pauperes, hoſpitale apud S. Petrum ædificat magnificeq; dotauit, ſed quod poſt aliquot annos in monaſterium uirginum immutatum eſt, ad S. Aphram uocatum. Migrauit ab hac luce anno 1104.

24 Rupertus præpoſitus domus Saluatoris libera electione datꝰ eſt Ainhardo ſucceſſor. At Henricus 4. hunc quod Adelberoni contra ſe adhæſerat, à ſede deturbat & Erlungum quendam canonicum in eius locum ſubſtituit. At Henricus quintus prioris filius depoſito Erlungo Rupertum reduxit. Breui pater ſuperueniens, propulſato Ruperto Erlungum reſtituit. Sed & hic per filium rurſus amotus, Ruperto locum ceſſit. In concilium Warſtalli in Longobardia indictum concedens, in itinere ſpiritum exhalauit anno 1105.

25 Erlungus ex nobilium equitum à Cundorff ſatus familia, Henrici quarti archigrammateus mortuo Ainhardo pontificatui præponitur, ſed ab Hẽrico quinto bis reiectus & tandem captus, priuatus manſit quandiu Rupertus uixit. Hoc uero mortuo, honorifice reuocatur, Henrico quinto reconciliatus. Henricus Romam profectus, imperij coronam & uetera Cæſarum priuilegia ab inuito Paſcali extorquet, à quo in Germaniam reuerſus anathemate percitus eſt. Erlungus declinans Wirceburgenſes ciues Henrico adhærentes, in monaſterium Swartzach ſeceſſit, ubi paulo poſt comitiali morbo correptus, naturæ debitum perſoluit anno 1122.

26 Rugerus comes à Vaihingen & canonicus ob integram uitam epũs eligitur. At hoc recuſato, Henricus 5. Gebehardum comitẽ Hennenbergeñ adhuc grammaticis implicitũ rudimentis præſidem deſignat. Quæ diſcordia eccleſiam Wirceburgñ plurimis affecit ærũnis, utraq; parte ſuum conſeruare & tueri ſtudente. Quare Rugerus ſecedens, ſedem ſuam in Hailigbrunnen & Laufen fixit, cui ea pars epiſcopatus ad Neccarum ſeu Nicrũ ut ſuo paruit antiſtiti, Gebehardo Wirceburgi ac aliàs ubiq; dominante. Per apoſtolicos tamen legatos tandem effectum eſt, ut Gebehardus ſe epiſcopatu abdicaret et hunc Rugero legitimo ſineret præſuli. Rugerus nactus pacem & quietem, Wirceburgumq; rediens, breui peſte intoxicatus obijt anno 1125.

Heilprun.

27 Embrico electus epiſcopus, eccleſiam ſuã optime adminiſtrauit. Sub hoc celebre monaſterium Ebrach inſtitutum & extructum eſt, in quod cuiuſuis Wirceburgeñ defuncti epiſcopi exectum cor peculiaribus ceremonijs deuectum, iuxta ſummum altare cum honore reconditur. Huius temporibus Lotharius ſecundus concilĩ Wirceburgi cogit, in quo Anacleto repudiato, Innocentius pro uero & legitimo Rom. pontifice pronunciatur & aſſumitur. Embrico à Conrado tertio Conſtantinopolim miſſus eſt. Expedito autem negocio, rediens Aquileiæ acuta febri compreſſus uitam finiuit anno 1146.

Ebrach monaſterium.

28 Sigefridus in miniſterium pontificium poſt Embriconem uocatus, officium ſuum uigili cura & fide exercuit. Hic diuo Bernhardo, per Germaniam crucem (ut uocant) contra Saracenos prædicanti, ſumma iunctus erat neceſſitudine & familiaritate. Mortuus eſt anno 1151.

29 Gebehardus comes ab Hennenberg, qui certauerat cum Rugero ſuper epiſcopatu, ut diximus, maturior factus canonice eligitur, comitatuſq; Fridericũ Barbaroſſam cõtra Mediolanen & domum reuerſus, octaua die uitam morte commutauit, anno 1160.

30 Henricus 2. Gebehardum in pontificatu ſequitur. Sub eo Frid. Barbaroſſa ob diſſidẽtes Rom. pontifices concilium Wirceburgũ conuocat, ubi Guido epiſcopus Cremenſis dictus Paſchalis 3. papa nominatur. Henricus uero moritur 1165.

31 Heroldus ex equeſtri ordine dictorum ab Hocheim progenitus, ex præpoſito fit epiſcopus. Fridericus Barbaroſſa huic eiuſq; ſucceſſoribus ducatum Franciæ orientalis & illius iudiciariam dignitatem, eccleſiæ Wirceburgeñ à Carolo magno donatos, per uicinos uero aliquot annis inuaſos & attritos, nouo priuilegio & aureo ſigillo uendicat & confirmat per totam Franciam orientalem & epiſcopatum, 6. idus Iulij anno 1168. Hinc cœptũ atq; hactenus ſemper obſeruatum eſt, epiſcopis Wirceburgeñ in ſolennibus feſtis & conuentionibus in ſignum reparati ducatus gladium anteferri, & mortuos cum gladio ſepeliri. Obijt anno 1172.

Ducatus Franciæ epiſcopis confirmatur.

32 Rainhardus factus epiſcopus, ob prudentiam & fidem ſuam multũ amabatur à Frid. Barbaroſſa;

Barbaroſſa. Vnde idē Imp. conceſſit decedētibus Domus canonicis, ut bona ſua teſtamē to legare & donare poſſent nedum parentibus, uerum & quibus uellent. Exemit etiam æ/des eorum oneroſo hoſpitalitatis iure, ita ut deinceps in regni comitijs neq; homines ne/que iumenta hoſpicio ſuſcipere tenerentur, niſi ſolos principes, & hos ſine ſatellitio. Hi contrà in gratitudinis uicem, ſpecioſam & amplam illam curiam Wirceburgi Kazenwig/hus olim, hodie Kazenweiker nuncupatam, Barbaroſſæ & illius hæredibus propriam do narunt. Obijt Rainhardus anno 1184. *Katzenwig/hauß.*

33 Gotefridus primus, Friderici primi archigrammateus ſeu cancellarius & domus Sal uatoris præpoſitus, ex equeſtri ordine à Piſtemberg dicto, natus, electus epiſcopus, Fride ricum Cæſarem contra Saracenos in Aſiam abeuntem ſequutus eſt. Sed neuter rediit. Nā Fridericus undis, Gotefridus peſtilenti aura oppreſſus periere, anno 1189. Hic domū Sal/uatoris nouam fecerat, ſed fatis reluctantibus non in ea ſed Antiochiæ conditus eſt.

34 Henricus tertius dictus à Bibelriedo, Gotefrido ſubſtitutus nō diu pontificatui præ/fuit, nam mortuus eſt anno 1196.

35 Gotefridus ſecundus ex antiqua claraq; herorum ab Hoenlohe progenitus, eligitur, uir iuſtus, prudens, benignus & multis uirtutibus inſignis, imbecilli tamen corpore, qua/re non ſine communi luctu moritur anno 1198.

36 Conradus primus, nobilis baro de Rabenſpurg, antea epūs Hildesheimeñ, Friderici primi, eiuſq; filij Henrici ſexti & Philippi regis cancellarius, poſtulatur & fit epiſcopus Wirceburgenſis. Hic autor fuit ordinis Teutonicorum. Fuit autem uir iuſtus, æquus & pacificus. Vnde graſſatores qui rapinis, cædibus & incendijs intendebant perſcrutans, ſe ueriter puniuit, etiam ſibi ſanguine iunctis non parcens. Idcirco à tribulibus ſuis nihil ta/le metuens, prope domum Saluatoris trucidatur anno 1202.

37 Henricus 4. ex ueteri quadam & nobili Francorum familia natus, electus epiſcopus monaſterium Veielſdorff fundauit & dotauit. Obijt anno 1207.

38 Otto primus, baro de Lobdeburg, cuius maiores monaſterium Ahauſen fundarūt, electus epiſcopus, ſecutus eſt Ottonem quartum Cęſarem, pro ſuſcipienda corona Romā abeuntem. Reliquit hoc mortale ſeculum anno 1223. *Ahauſen mo/naſterium.*

39 Diethericus ex inclyta ducatus Wirceburgeñ hæreditariorum Marſcalchorū de Ho henbergo ad Wernam fluuium progenie ortus, Ottoni ſubſtituitur. Obijt anno 1225.

40 Hermannus 1. & ipſe baro de Lobdeburg, Dietherici uices ſubijt, diligentiſſimusq; paterfamilias fuit. Nam collapſa & ruinoſa ædificia reparauit, multa noua extruxit, iuriſdi ctionem firmiter aſſeruit, & eccleſię cenſus plurimum auxit. Ciues quoq; inſolentiores cō peſcuit. Tandem ſuborta ſeditione à ciuibus captus & ſuper lignea craticula ligatus ante caſtrum ſuum, Montem Marię uirginis portatur, ut caſtrum ipſum pro uitę redemptione ciuibus deſtruendum traderet, ſed à caſtrenſibus interceptus, in arcem interiorem ducit. Ciues uero armis & baliſtis abacti ſunt. Obijt anno 1253. *Stratagema.*

41 Iringus à Rainſtein poſt Hermannum à capitulo canonice eligitur. Sed breui ueniē/tes Wirceburgum procuratores Wilhelmi comitis à Leiningen epiſcopi Spirenſis, cona/bantur electionē caſſare, inſinuantes bullam Rom. pont. in qua ſub eccleſiaſtica cenſura præcipiebat capitulo, ne quē alium poſt Hermannū eligerēt niſi Wilhelmū à Leiningen. Iringus Rom. pontificis tonitrua & fulmina formidans, tandem pacē à Wilhelmo ter mil/le marcis argenteis comparat, mortuusq; eſt anno 1266.

42 43 Diſſident poſt mortem Iringi electores in ſuffragijs. Nam quidam elegerunt Cō radum comitem à Trimperg, alij Bertholdū comitē ab Henneberg. Ambo inuicē conſan guinei, paria habebant uota, at Bertholdus Conradum potentia & cognatione, Cōradus illum ætate, prudentia & fauore ſuperabat. Bertholdus continuo Magūciacum profectus ab archiepiſcopo confirmatur. Conradus uero recta Romam tendit, ius ſuum proſecutu/rus. Quem mox Bertholdi nuncius ſubſequutus, apud pontificem pro domino ſuo confir/mando inſtat. Pontifex negocii ſeriem & qualitatem percontatus, inuenit Bertholdi pro ximos paulo antè conatos, ipſum Bertholdum armatis & uiolentis manibus inducere, ſed ab eccleſiæ fidelibus prohibitos, maximo eius eccleſiæ damno & detrimento. Quare Cō/radum confirmat & conſecrari facit. Cæterum dum is re ſua feliciter confecta & expedi/ta Germaniam repeteret, in itinere letifera febri laborare cœpit, cuius languore tabeſcēs breui moritur, cum iam ferme per integrum annum Romæ moram traxiſſet. *Aemulatio con/ſanguineorum*

Episcopi competitores.

44 Conradi morte percepta Bertholdus Hennebergeñ denuo apud capitulum instat, ut se tanquam electum & confirmatum admittant. Sed illi renuentes, eligũt Bertholdum à Sternberg decanum suum. Quamobrem Hennenbergensis causam hanc Romã prouocat, quo primò nouus electos suos mittit oratores, paulo post ipse subsequẽs. Sed quia põtifices Rom. urgentioribus occupati, his leuioribus manus applicare nõ quiuerãt, hæc lis in septimum annum protrahitur, tandemq; rei statu excusso, Bertholdus à Sternberg cõfirmatur: Hennebergeñ uero iterũ repulsam passus, titulo episcopali quandiu uixit se non abdicauit, mortuus anno 1282. Bertholdus uero à Sternberg inauguratus pontificatu, Rudolfo ab Habspurg Rom. regi non uulgares suppetias ferens contra Primislaũ Bohemũ, mortuus est anno 1287.

Iphofen.

45 Mangoldus archimagirus à Newenburg eligitur in põtificem, antea præpositus domus Saluatoris. Hic ex Iphofen fecit oppidum mœnibus & fossis cinctũ, & abrogauit societates artificũ quas Zunfftas uocant, ut publicę tranquillitati infensas: obijt anno 1303.

Dissidium episcopi & ciuiũ.

46 Andreas heros à Gundelfingen, antè præpositus ecclesiarũ collegiatarũ in Onoldsbach & Oringen, concorditer eligitur. Sub eo uetus illa inter clerum & ciues simultas repullulat. Albertus rex tum Wirceburgi existens, atrociora formidãs, auditis hinc inde partibus, pacem reformat. Moritur autem Andreas anno 1314.

47 Gotefridus 3. baro à Hohenloe, sedit in episcopatu annis 7. mortuus anno 1322.

48 Wolframus à Grunbach electus & confirmatus, abbatẽ Fuldensem armata manu in ditionẽ suã effusum capit & in custodiã abduxit, quoq; tumultus per amicos fuit sedatus. Obijt 1333.

49 Hermannus secundus Liechtenbergius Ludeuici quarti archigrammateus postulatus, autoritate fretus Imperatoris obtinuit potificatũ, inuitis Ottone in cõtentione quoq; electo & Iohanne Rom. pontifice. Præfuit duntaxat sesqui anno, mortuus anno 1335.

50 Otto dictus Wolfskel antea in dissidio electus confirmatur post Hermannũ, nihilq; eorum omisit quæ ad boni præsidis exactum officium pertinent. Obijt anno 1345.

52 51 Albertus baro de Alta flamma, uulgo Hoenlohe, plenis eligit̃ post Ottonẽ uotis. At papa Clemens cassata hac electione Albertum comitẽ ab Hohenburg Elsaciæ, canoni cum Constantiensem, sacellanum suum mittit Wirceburgũ, mandatq; suscipi ut episcopũ & electum episcopum possessionemq; nactum anathemate innodat. Nec capitulares nec Carolus quartus Rom. rex exorare potuerunt inclementem Clementem, ut Albertũ legitime electum admitteret. Coactus itaq; fuit Albertus episcopatum & ducatum illi annexum resignare in manus Clementis, suiq; reatus & offensæ supplicem petere ueniam acanathematis absolutionem, ac deinde mera liberalitatis gratia petere & accipere põtificatũ. Conciliatus ergo Rom. pontifici, seditiosos erga se habuit ciues Wirceburgñ, sed quos Carolus Imperator compescuit. Obijt 1372.

Inclemens Clemens papa.

Aemuli.

53 Albertus ab Hespurg præpositus Wirceburgñ, & Witigis decanus Babenbergeñ in dissidio petuntur. Albertus ab archipræsule Maguntino confirmat̃. Witigis uero Auinionem pergit & paciscit̃ cũ Gerhardo Nuenburgẽsi episcopo, quẽ sui ciues eiecerãt, ceditq; alter alteri ius suum: quod Gregorius papa ratũ habens, Witigẽ Nuenburgensem & Gerhardum Wirceburgensem declarat episcopos. Tunc Gerhardus adiens Imp. episcopatus Wirceburgñ & ducatus obtinuit regalia. Recusantibus aũt Capitularibus eũ suscipere, armata manu ingressus oñia ferè loca sibi subdidit, paucis munitioribus locis exceptis, quæ Albertus electus possidebat. Verum his cunctis Albertus, ipsaq; etiã prępositura exutus, priuatus quodammodo uixit 30. annis, plus minus post electionem, Gerhardo tamen postremo conciliatus. Obijt anno 1404.

Dissident episcopus et ciues

54 Gerhardus comes à Swartzenburg Thuringiæ & antea epũs Newenburgñ, Wirceburgi rerum potitus, ad soluendum ęs alienum, quod hoc bello ingens conflarat, animum adiecit. Impetrat ergo telonia, imponit uectigalia & alia uariarum exactionũ genera, quas steuras, precarias, decimas, angarias & subsidia nominant. Ob quam rem omnium ferme animos in se concitat. Conquerebantur ciues se alioquin per clerũ intolerabiliter grauari. Et quæ iam cohibita erat simultas, in publicam conuertitur altercationem, & utraq; pars alterius uel uires uel insidias metuens pręsidio se munit. Durans hoc hostile dissidium ferme perpetuo triennio in dies magis ac magis gliscit, tandẽ horrẽdo finit̃ conflictu, in quo Gerhardus uictor extitit, ciues & socij succũbunt. Breui post Gerhard⁹ morit̃ anno 1400.

Post

55 Post mortem Gerhardi duo in contentione eliguntur, nempe Iohannes ab Eglofstein præpositus & Rudolfus comes à Wertheim decanus. Tandē altercationis iudicio in Rupertum regem coniecto, Iohannes episcopus uerus declaratur. Hic autoritate Bonifacij 9. pro utriusq; philosophiæ & bonarū artiū studio anno domini 1403. publicū erexit gymnasium, pleriscq; doctoribus & magistris aliunde uocatis & conductis, nec caruit successu incœptum: nam plures confluxerant scholastici discipuli & omnia uitæ necessaria æquo comparabantur præcio. Cæterum quotidianæ disceptationes, iurgia & rixæ inter clerū & ciues ortæ, iam inchoabant in scholasticos & doctores redundare, eò incrudescentes, ut illis diutius hic esse non tutum uideretur. Mortuo igitur Iohanne episcopo passim abiere qui passim aduenerant, maior pars Erdphordiam. Ita frequens et nouum hoc gymnasium antè desijt, quàm rectè constitueretur. Obijt Iohannes episcopus anno 1410. *Gymnasiū Wirceburgi erectū*

56 Iohannes secundus ex equestri ordine dictorū à Brun in Elsatia natus, homo industrius, magnanimus, & magis prodigus quàm liberalis. Extorquendarum & colligendarum pecuniarum ingeniosissimus, rursus erogandarum profusissimus erat, atq; ecclesiam suā in profundam alieni æris coniecit uoraginem. Vnde à creditoribus captus, abductus & detentus est, donec illis noua & fideiussoria cautione satisdaret. Duob. coadiutoribus, quos uocant, ex ordine assumptis, regimen episcopale bis abdicauit, bis recepit. Admisso tandem coadiutore tertio, moritur anno 1440. *Episcopus prodigus capitur.*

57 Sigismundus dux Saxoniæ, frater Friderici & Wilhelmi, coadiutor prædecessoris tertius, uiuēte episcopo Iohanne sic susceptit episcopatū, ut post mortem episcopi regimine abstineret, donec confirmaretur ab eo papa, quem episcopus Iohannes & capitulum agnouissent legitimum. Nam tunc duo certabant pro primatu Romani pontificatus. Sed discedente episcopo Iohanne à concilio Basilienſi, Sigismundus huius iurisiurandi præsti ti impetrata relaxatione, cōfirmationem suam à Felice Subaudo accepit. Deinde Onolds bachium concedens, à tribus uicinis episcopis in pontificem est consecratus. Ambiensq; administrationem ecclesiæ Wirtzburgensis, à capitulo minime susceptus est. Hinc uariæ disceptationes utrinq; sunt exortæ. Tunc Fridericus tertius Cæsar depositio Sigismundo, Gotefridum Pincernam à Limpurg decanum Babenbergensem suffecit. Sigismundus inopia laborans Saxoniam repetijt: ubi in fratrum custodia detētus paucis post annis diem clausit extremum. *Disceptatio propter episcopatum.*

58 Gotefridus quartus Pincerna à Limpurg, decanus Babenbergensis, canonicus Wirceburgen. præficitur eidem ecclesiæ Coadiutor siue rector à Friderico tertio anno 1442. Sequenti uero anno à papa episcopus confirmatus, omnes animi uires eo aduertit, ut ecclesiam suam à grauibus æris alieni nexibus liberatam respirare faceret. Obijt anno 1455.

59 Iohannes tertius à Grumbach præpositus, uir magni animi canonice eligitur. Hic comitatum de Castel à comite Wilhelmo suæ comparauit ecclesiæ, quem deinceps eidem in beneficium contulit. Obijt 1466. *Comitatus de Castel feudatarius.*

60 Rudolphus secundus à Scherenberg succedit Iohanni tertio. Hic qualis fuerit ex eius sequenti epitaphio, quod Doctor Engelhardus Funcus Nouimonasterij decanus posuit, facile deprehendes: Rudolfo à Schernberg episcopo Herbipolensi, Frācię duci, summo in omnium uirtutum genere uiro, prudentia uero atq; consilio admirabili: qui episcopatum Herbipolēsem ob malitiam temporum creditoribus oppignoratum atq; seruientem, nexu æris alieni soluto, in pristinum statum dignitatemq; restituit, ut ecclesiam Herbipolen̄ non tam administrasse quam fundasse uideri possit. Pacis tam studiosus fuit, ut eam sæpe uel pecunia & iniquissimis impetrarit conditionibus. Dieta & uitæ moderatione ad summam ætatem peruenit. Moritur anno 1495. *Epitaphium.*

61 Laurentius ex equestri ordine dictorum à Bibra progenitus, Rudolfo succedit: cuius ingenium, mores & ferè totam uitam ex epitaphijs discres. Vito Nichteno autore. Laurentio à Bibra Wirceburgensi episcopo ac Franciæ duci, qui pacis artibus præcipue florens, rempub. Herbipolensem bene gerendo, splendideq; augendo, fecit, ut iam fato functus, potissima sui parte adhuc uiuat, immortale posteris imitādi exemplar relinquens. Obijt anno 1519. Laurentio Frisæo Franco autore. *Epitaphium.*

Princeps probus, præsul pius, patriæ pater
Laurentius sub hoc solo positus iacet,
Non totus attamen, deo nam spiritum

Prius

Prius dedit. Quæ cætera affuere, nunc
Terris perambulant, satis recognita
Gloria, fides, pax, religio & summa æquitas.

62 Conradi à Thungen tertij huius nominis epitaphium, Laurentio Frisæo authore.

Epitaphium. Conrado à Thungen episcopo Wirceburgensi & Franciæ Orientalis duci, præcipuæ ubiro iustitiæ, egregiæ eruditionis, temperantiæ singularis, acutissimiq; iudicij. Quem primo statim susceptæ administrationis limite arreptum, uesani huius sæculi dissidium, seditio & calumnia seueriter diu & contumeliose habitum, unà cum ecclesia eius, extremæ penè subiecissent internetioni, ni deo suffragante aduersas iniquissimæ fortunæ procellas uigili prudentia, infracta dexteritate, tolerantiaq; miranda gnauiter superasset, æquiore seculo digniss. Vixit annis plus minus 74. præfuit annis 21. mensibus 4. diebus 10. Obijt 16 Calē. Iunij, anno salutis 1540. communi suorum mœrore & luctu.

63 Conradus à Bibra quartus huius nominis, eligitur Calend. 15. Iulij anno 1540.

Epitaphium. Epitaphium eius autore L. Frisæo Franco. Conrado à Bibra quarto eius nominis Wircheburgensis ecclesiæ electo & confirmato præsidi, Franciæq; orientalis inclyto duci, uiro magnanimo, miti, sereno, pacis & communis tranquillitatis præcipuo amatori. Hic ob tumultuantis temporis iniuriam, episcopalis suæ consecrationis susceptione, ac ducalis pro uetusto patriæ more transitus (quem uocant) peractione in quartum annum cōsulto dilatis, utrunq; tandem negotium mature absoluturus erat, si illum uita Parcæ dignatæ essent longiore. Cæterum dum præfuisset annis 4. mense uno, diebus 7. moritur octauo idus Augusti, Anno gratiæ M.D.XLIIII.

Gloria, nomen, opes, applausus, forma, potestas,
Ob quæ ego non paucis antè beatus eram:
Quæris nunc ubi sint? breuibus capis, inuida mecum
Cuncta sub hunc tristem fata tulere rogum
Sola manet terris non constans fama superstes.
Incertis uotis his probor his reprobor.
Iudicium at multo magis est cæleste uerendum.
Pro meritis cuiquam premia digna ferens.

64 Melchior ex antiqua & nobili dictorum Zobel à pio monte, uernacula nostra lingua Gutenberg familia natus, homo uere pius, modestus, comes, benignus, & ob id omnibus gratus, eligitur 14 Calend. Septemb. Anno 1544.

De ciuitatis Wirceburgensis nomine eiusq; conditoribus, situ, incolis, templis, &c.


IN nomine ciuitatis Wirceburgensis uariant scriptores. Nam uetustiores eam nusquā non Wirceburgum uocant: recentiores quidam ab annis fermè quadringentis Herbipolim nominant, falsa nimirum etymologia decepti, quòd has duas dictiones Germanicas Wirtz & Wurtz idem significare arbitrati sunt, quum tamen Wirtz nouum uinum, id est, mustum signet, Wurtz autem odoriferam herbam aut radicem, nonnunquam bene olentia aromata, quæ uulgus specerei appellat. Cum autem in omnibus antiquioribus diplomatis, Wirceburg non Wurceburg scriptum reperiatur, certum est hanc ciuitatem nomen suum sortitam esse, non à Wurtz, id est, herba uel radice, sed à Wirtz, hoc est, musto, quod ager Wirceburgensis dulcis uini noui præcæteris uicinis locis tum ferax fuerit, sicut & hodie est, ut propinquis imò remotioribus etiam prouincijs mustum suum & uinum transmittat. Primus autem qui hanc Herbipolim nominauit, Iohannes Gallicus fuit, qui circa annum domini 1150. hymnos, cantiones ac præculas de S. Chiliano & socijs eius (quas nostri mystæ historiam, officium & sequentias uocant) meditatus, pro Germanico nomine Wirceburgū, quod latinum facere uolebat, Herbipolis, id est, Herbæburgum dixit, quum latine Mustoburgum, aut Græcè γλευκόπολις dicere debuisset. Illum Iohannes Trithemius secutus, hanc in Chronicis á ditione Græca ποίη quæ herbam uel gramē significat, non dissimiliore elegantia ποιάπολιν Pœapolim, & nonnunquam, nescio qua fretus autoritate, Marcopolim appellauit, nouis scilicet nominibus, quæ antiquitas penitus ignorat.


Differunt Wurtz & Wurtz.

Pœapolis. Marcopolis.

Conradus

CIVITAS HERBIPOlensis seu Wirceburgensis, Francorum Orientalium caput & metropolis ad uiuum expressa, missaq; à Reuerendissimo domino, D. Melchiore Zobelino eiusdem loci ornatissimo præsule, & totius regionis illustriss. duce, patrocinantibus simulq; cooperantibus spectatissimis doctissimisq; uiris dominis Laurentio Frisæo & Ewaldo à Crutzenacha, cõsiliarijs primis & à secretis eiusdem principis, uetustatum quoq; amatoribus præcipuis & historiarum studiosissimis, amicis nostris incomparabilibus. Vtinam licuisset tales patronos & instituto nostro fauentes inuenire in aulis quoq; aliorum principum & antistitum. Inuenimus quidem tales apud Mediomatrices, Viennenses, Curienses, Sedunenses, Frisingẽses & paucos quosdam alios: sed quot sunt curię residuæ apud quas nihil impetrare potuimus?


Herbipolis
S. Burckhard
Mœnus fl.
A Iudæorum planicies. Iuden platz
B Cathedralis ecclesia. Thum stifft.
C Curia episcopalis. Bischofs hof.
D Katzen Wiker. F S. Stephan.
E Curruficum platea. Wagner gaß.
G Pœnitentes. Reuwern. H S. Iohans
I Porta xenodochij. Spital thor.
K Porta Mœni. Mein thor.
L Porta lignea. Holtz portle.
M Rubea porta. Rot thor.
N Laterificiũ. Ziegel hutt. O Hortus
stagnalis. Seegarten. P Fesel brunn.
Q Krepfhaus. R Prædicatores
Prediger S Minores. Barfusser.
T S. Nicolaus. S. Claus V S. Catarin
X Iudæorum cœmiteriũ. Iuden kirchoff.


Wirtzpurg
Vnser Frawenberg
Porta coeli
Teütsch Haus
S Iacob
Menus fl.
K
L
Der Mein
M
N
Kayli wiker
Reinwg
New thorn
Gast thor
Mienich.
Seeten.
Stift Haug

Occiden.

Herbipolis Wirtzpurg

Mons B. Virginis Vnser Frawnberg

Porta cœli

Teütsch Haus

S Iacob

S: Burckhart

Mœnus fl.

Der Mein

Katzen wiker

Reinweg

Newe thorn

Gallen thor

A Iudæorum planicies. *Iuden platz*
B Cathedralis ecclesia. *Thum stifft.*
C Curia episcopalis. *Bischofs hof.*
D Katzen wiker. F S. Stephan.
E Curruficum platea. *Wagner gaß.*
G Pœnitentes. *Reuwern.* H S. Iohans
I Porta xenodochij. *Spital thor.*
K Porta Mœni. *Mein thor.*
L Porta lignea. *Holtz portle.*
M Rubea porta. *Rot thor.*
N Laterificiũ. *Ziegel hut.* O Hortus stagnalis. *Seegarten.* P Fesel brunn.
Q Krepfhaus. R Prędicatores *Prediger*
S Minores. *Barfusser.*
T S. Nicolaus. *S. Claus* V S. Catarin
X Iudæorum cœmiteriũ. *Iuden kirchoff.*

Conradus Celtis poeta Francus propius alludens ἐρεβίπολιν hoc eſt, Herebi aut Plutonis ciuitatem nominat. Ptolemæus, prout eius commentatoribus placet, hanc Arctaunum uidetur appellaſſe. De cõditoribus ciuitatis Wirceburgeñ, apud Coſmographos aut Hiſtoricos nihil certi inuenitur. Celtis famam eſſe ait, Græcos à bello Troiano redeũtes, ſed fato errantes ex mari ſeptentrionali per Rhenum & Mænum in hanc terram ueniſſe & ciuitatem Wirceburgẽſem ſtruxiſſe, ipſamq; à ſuo deo Herebo nominaſſe, cui eo loci bidentibus litaſſent. Sed Tacitus fabulam putat, Vlyſſem cum Græcis ad oſtia Rheni ueniſſe. Hoc conſtat, Wirceburgum eo tempore quo diuus Chilianus Francis Chriſti fidem prædicaret, ciuitatem fuiſſe, & duci Francorum Gozperto paruiſſe circa annum domini 686.

Idola Wirceburgi reperta.

Veterem autem huius urbis originem arguunt antiqua Francorum idolorũ ſimulachra, quæ ab incolis Chriſti fidem primo ſuſcipiẽtibus in Mænum demerſa, poſt annoſam temporis reuolutionem, dum ad noui pontis pilas fundamenta foderẽtur, reperta & extracta non longe à S. Saluatoris domo, publico expoſita ſunt conſpectui. Eſt autem urbs iſta in plano ſita, extrà undiq; circumiacẽtibus monticulis et collibus uitiferis, amœnis hortis & pratis intermixtis ornata, præterea foſſis, uallis, mœnibus, turribus & propugnaculis bene munita. Intus autem populoſa, pluribus templis, monaſterijs & eccleſijs, ac non ſolum clericorum, ſed & ciuium ſplendidis & ampliſſimis ædibus extructa, atq; alibi aperte latentibus, alibi ſubterraneis fluuijs, à fœtore & putredine aeris clementiam nuſquam nõ corrumpentibus ſemper mundiſſima ſeruatur. Habet etiam plureis puteos uiuis & dulcibus laticibus perpetuo ſcaturiẽteis, ad quoſuis uſus ſatis utiles. In ea diuus Bonifacius archipræſul Magunciacenſis anno domini 751. epiſcopalem ſedẽ erexit, & illi diuum Burchardum præfecit, qui primum templum ad orientem conſtruxit & id domum Saluatoris mũdi nominauit, cuius Canonici domini de domo, uulgariter Domherrẽ dicti ſunt. Hoc nomen aliarum cathedralium eccleſiarum Germaniæ Canonici ſimili affectu ſed diſſimili cauſa uſurparunt. Ad occaſum amnis Mænus proxime urbem præterlabitur, ad quæuis uitæ neceſſaria aduehenda & aſportanda, nõ modo incolis ſed externis etiam accommodatiſſimus. Vtranq; ripam ingens iungit pons lapideus, fortibus nitens pilis. Vltra Mænũ

Epiſcopatus erigitur.



Arx ad uiuum expreſſa

proximus mõs, ſatis pulchram & munitam arcẽ diuæ uirginis Mariæ nũcupatã continet, quæ poſtea ſæpe à ciuibus urbis et eorum ſocijs, anno uero 1525. à ſeditioſis ruricolis obſeſſa & oppugnata expugnari non potuit. S. Burchardus prædictus auxilio beati Cuniberti comitis Franciæ ad radicem prædicti montis monaſteriũ in honore diui Magni confeſſoris ædificauit. Quod ſequentibus annis epiſcopi cenſu auctius fecerũt. Henricus quoq; epiſcopus huius nominis primus tria canonicorũ collegia inſtituit: in ciuitate unũ ad orientẽ, quod nouum monaſterium, ſecundum ad meridiem quod ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorũ ac protomartyris Stephani, tertium extra urbem uerſus ſeptentrionem ad S. Iohannẽ baptiſtam nominantur. Succeſſũ uero temporis amplius 35. monaſteria, incluſoria & inſignes eccleſiæ in & iuxta ciuitatem Wirceburgenſem erectæ, fundatæ & dotatæ ſunt. Quas ſingulas enumerare legentibus magnum adferret tædium. Incolarum multi epiſcopo


&

& duci ſunt ab armis, bombardis, conſilijs, ſacris, literis & cæteris aulæ negotijs. Ex populo quidam negociatores, quidam manuarij & ſedentarij artifices: habent etiam iudices & præfecti conſiſtoriorum, quæ ibi admodum frequẽtia ſunt, ſuos homines & familias. Vulgus autem uitium culturæ deditum, ſibi & ſuis uictum quærit. Proinde maxima uini copia ibidem excreſcentis, nauibus, curribus & carris in circumiacentes regiones portatur. *Ciuium ſtudia.*

De tranſitu epiſcoporum Wircebur-genſium & ceremonijs in morte eorum conſuetis.

POſtquam epiſcopi electi & confirmati ſunt, habent mirabilem conſuetudinem & ritum, quem latine tranſitum, Germanice uero Aufgang nominant, fitq; hoc modo. Cum nouus epiſcopus cathedram epiſcopalem poſſidere intendit, ciuitatẽ ipſam ingenti ac exquiſito equitatu accedit. In quam admiſſus de equo deſcendit & paludamento omni abiecto, per quatuor Francici ducatus comites officiales, qui ſunt ab Hennenberg, Caſtel, Wertheim & Reineck, à porta pontis per publicum forum, capite & pedibus nudus, uili ueſte tectus & funiculo cinctus, ante gradus domus Saluatoris ducit. Vbi à clero illi obuiam prodeunte, per Decanum quid petat rogatus, humiliter reſpõdet, ſe indignum preſto eſſe, munia ad quæ electus ſit ſubire & diligẽter ſuſtinere. Decanus uero continuo ſubiungit: Ego nomine totius capituli, S. Saluatoris mundi domum eiuſq; annexum ducatum tuæ committo fidei, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, amẽ. Mox clerum in domum reuerſum ille ſequitur, & ſeorſum pontificalibus indutus ueſtibus, diuinis intereſt. Quibus finitis unà cum clero & certis principibus uicinis, nobilioribus terræ, primoribus circumiacentium imperialium ciuitatum & eccleſiæ oppidorũ obid Wirceburgum uocatis, arcem diuæ uirginis Mariæ aſcendens, conuictoribus largum & plenum exhibet conuiuium. *Quatuor comites Francici ducatus.*

Rurſus cum epiſcopus moritur, corpus eius exenteratur, ilia in dictæ arcis ſacello conduntur, & cor in peculiari uaſe uitreo ad hoc parato tegitur. Corpus ſubinde in feretro erectum, pontificaliq; ornatu indutum, altera manu pædum paſtorale ut epiſcopus, altera tanquam dux gladium tenens, ſequenti die ſingulari pompa ab arce in monaſteriũ S. Iacobi defertur, ubi pernoctat. Altera uero die cum magnis ceremonijs per pontem in ciuitatem ad domum Saluatoris portatur, & hic per eum diem & cõtinuam noctem inter clericorum preces & cantatos pſalmos quieſcẽs, tertia luce in proximum Noui monaſterij templum geſtatur, inſtauratis ad deum pro eius anima cantionibus & precibus. Deinde reductum in Saluatoris domũ, epiſcopali ornatu & nudo gladio ſepulturæ traditur. Cor autem præparato impoſitum plauſtro per quoſdam equites in monaſterium Ebrach deuectum & conductum, per abbatem & monachos obuiam eũtes honorifice ſuſceptum, poſt preces ad deũ effuſas apud ſummum altare conditur. *Ceremoniæ in morte ſieri ſolitæ.*



De inſigni collegio domus Saluatoris.

IN collegio S. Saluatoris canonici ſunt 54. quorum anteſignani, Præpoſitus, Decanus, Scholaſticus, Cuſtos & Cantor. Capitulum ex 24. ſenioribus cõgregatur. E quibus ſi cũ tempore quis decedit, numerus ex cæteris gregarijs reſarcitur. In ipſum uero collegium nemo unquam admittitur, niſi qui ex nobili & antiqua aliqua Germaniæ familia legitime natus fuerit, id quod admittendus per iuratos teſtes & ipſos nobiles & candidæ uitæ uiros docere cogitur. Habent illi præterea 58. uicarios ſacerdotes, quorum adminiculo & opera, diu noctuq;, legendo, orando, cantãdo, inſtitutas preces & laudes probe abſoluunt. Cæteros concentores & ædiles, item fabricæ, reliquiarum, uaſorum, ornatuũ & diſtribuendæ diuturnæ præbendæ in ære, annona, uino, &c. curatores, cuſtodes, miniſtros & diſpenſatores, item uulgarem familiam enumerare, ſuperuacaneum ducitur.

De antiquitatibus.

QVod hic Wirceburgi uel in toto etiam ducatu nullæ inſcriptiones ueteres aut aliæ eiuſmodi antiquitates inueniantur, argumentum eſt, Franciam orientalẽ nullis alijs dominis unquam ſubditam paruiſſe quàm regibus Francorum & ſuis ducibus. De ueterum Francorum idolis in Mœnum ſubmerſis, ſupra diximus.

Saxones in Franciam orientalem deportati.

ANno domini 795. Carolus magnus decem millia Saxonum à fide Chriſti, quam ſemel profeſſi erant, ad dæmonia ſua relabentium uno tempore abducta, in Franciã orientalem, in Brabantiam & ipſas deportauit Gallias. Qui in noſtram Franciam uenerunt, quaſdam ſyluas ad fluuios Mœnum & Radiantiam excindunt, eradicãt terram nouant & domicilia figunt. Epiſcopi Wirceburgenſes illis & poſteris eorũ pro uſu ſacramentorum, prædicationiſq; uerbi dei 14. templa ædificant. Antiqui Imperatores hos in priuilegijs ſuis Nordalbingos, Radenzwinidos, & Moinwinidos appellant, quod primo apud Albim ad Septentrionalem plagam morati, inde ad Mœnum & Radiantiam fluuios trãslati eſſent. Præcipuus locus illorum Babenberg erat, quem ſua lingua Papẽberg, id eſt, Pfaffenberg ideò uocarunt, quod frequentior hic numerus cleri erat quàm alibi. Hic Friſæus.

Babenberg.

De Sala Franciæ fluuio.

SAla fluuius oritur apud uicum Salam à quo nomen habet, nõ procul ab oppido Kunigshofen, in Comitum terra uulgo dicta. Ab oriente ad occaſum tendens, octo alijs minuſculis fluuijs auctior redditur, Fladingo ſcilicet, Baro, Stroha, Rona, Brendo, Lauro, Stainacha & Aſchacha. Præterfluit oppida Neuwenſtadium & Hamelbergũ ac monaſteriũ Auracenſe, plureſq; inſignes uicos, & arces, tandemq; apud Geinundam oppidũ ſe Mœno immiſcet. Franci Salici dicti ſunt, qui prope utranq; Salæ ripam habitarunt. Verum leges Salicæ non ab iſto fluuio, ſed à Sala dictione Franca, quæ latine palatium ſignificat ſiue aulam, nomen habent. Ad ripam Salæ duo uici ſunt, alter ſuperior Salza, alter inferior dictus. In ſuperiore Carolus magnus ſibi celebre & ſplendidum conſtruxit palatium. Quo, Eginhardo & cæteris hiſtoricis teſtibus, per Mœnum & Salam nauigio uectus, ſæpe ueniens, uenationibus in Saltzforſto proximo nemore & circumiacentibus ſyluis uacauit, denuo per eoſdem amnes rediens. Exterorum regum legatos hic ſæpe audiuit & remiſit. Magdeburgenſem epiſcopatum hic inſtituit & roborauit. Iſte locus amœnus non diſſimili uoluptati ad ſe etiam allexit traxitq; Ludeuicum pium, Arnolphũ, Ottonem primum. Tandem uicus ſuperior Salza oppidum factum, nomẽ mutauit & Newenſtat dictum eſt, inferiori antiquo nomine permanente. Dictum uero Caroli magni palatium uetuſtate collapſum penè, in reliquijs uiſitur adhuc hodie.

Quare Franci Salici.

Saltza palatium.

Noua ciuitas.

De memorabilibus factis, quæ apud Wirceburgum ſunt geſta.

ANno 751. inſtitutus eſt epiſcopatus à Wituuino ſeu Pipino rege Francorum, conſultore diuo Bonifacio archiepiſcopo Magunciacenſi. Anno 960. Oto primus conſcripſit Wirceburgum omnes Germanos principes, quorum cõſilio regni negocia, in primis autem expeditionem contra rebelles Italos tractat & abſoluit. Anno 994. Leopoldus marchio Auſtriæ à Berẽwardo epiſcopo ad ſolenne feſtũ diui Chiliani inuitatus, Wirceburgum uenit, ubi inter ludos & iocos à quodam equite, non hunc ſed aliũ petente, ſagitta ictus interijt. Anno 1015. Erneſtus filius prædicti Leopoldi, marchio Auſtriæ & dux Sueuiæ in uenatione ex iaculo ſagittæ, quam familiaris eius quidã in aprum collimabat, letaliter uulneratus obijt. Anno 1077. Adelbero Wirceburgẽ epiſcopus & ciuitas ipſa ob Rudolphum ducem Sueuiæ contra Henricum 4. in Rom. regem electũ, grauiter diſſentiunt, ciuitate adhærente Henrico, epiſcopo autem agnoſcente Rudolphum. Quomodo deinde anno 1078. utriuſq; principis exercitus conflixerint, Rudol

phus

phus dextra mutilatus fuerit & uitã finierit, ſupra in catalogo Cæſarum memorauimus. Item de diſcordia Henrici quarti & filij eius Henrici quinti, unde Wirceburgum plurimũ fuit incommodatum, iam diximus in catalogo epiſcoporum Wirceburgenſium. Anno 1134. monaſterium S. Iacobi extra urbem Wirceburgenſem ad Scotos dictum, ab Embricone Wirceburgenſi epiſcopo, ſub regula S. Benedicti inſtitutum & ædificatũ eſt. Anno 1157. poſt feſtũ S. Trinitatis Fridericus Barbaroſſa cũ Gibſelda Rainhaldi comitis Burgundiæ filia nuptias celebrat Wirceburgi in ea curia, quæ uulgo Katzenwicker dicitur. Anno 1164. principes Germani in concilio per Fridericum Wirceburgum indictum conueniunt, ſanciuntq́, ut nemo deinceps pontifex Rom. admittatur habeaturq́, quam qui Imp. aut Germanorum regis ſcitu & uoluntate electus ſit. Anno 1180. Henricus Baioariæ & Saxoniæ dux, qui ſuperbus cognominabatur, Wirceburgi ut publicus deſertor & perduellio per ſententiam omnibus bonis & honoribus deſtituitur & proſcribitur. Fridericus Imp. ducatum Baioariæ Ottoni Palatino comiti de Witelſpach, & ducatũ Saxoniæ Bernhardo ab Anhalt, præterea non exiguam partem Weſtphaliæ eccleſiæ Colonienſi in beneficium dedit. Anno 1202. Conradus epiſcopus Wirceburgenſis primus huius nominis promotor præcipuus ordinis Teutonicorum, iuſticiæ & æquitatis ſtudioſiſſimus, direptiones, rapinas, cædes & incendia à ſuis perpetrata, interim quo duo Cæſares in diſcordia erant electi, acerrime uindicabat, ut nec ſuis contribulibus parceret. Quare à Bodone de Rabenſpurg conſanguineo ſuo inſidioſe occiditur, non procul à domo S. Saluatoris, in quo loco lapidea pyramis erecta, ſuperne hanc inſcriptionem habet:

Monaſterium ad Scotos conſtruitur.

Nuptiæ regiæ in Katzẽwicker

Henricus Leo proſcribitur.

Integritas epiſcopi.

Hoc procumbo ſolo, ſceleri quia parcere nolo
Vulnera facta dolo, dent habitare polo.

Anno 1209. Otto quartus Cæſar Gibſeldam alias Beatricem Philippi regis filiam ſibi uxorem Wirceburgi deſponſat. Sed ex publica lætitia repente publicus fit luctus. Nam quarta die poſt nuptias illa è uiuis exceſſit, non ſine ſuſpitione accepti ueneni, quod pellices Ottonis illi ſubminiſtraſſe creduntur. Anno 1266. comites de Hennenberg & Caſtell ditionem Wirceburgenſis eccleſiæ ingreſſi cum exercitu, recta Wirceburgum tendunt, ut Bertholdum de Hennenberg canonicum, inuito etiam ipſo capitulo epiſcopum & ducem inducant. Quibus decanus eccleſiæ cum ſuis occurrens, apud oppidum Kitzingen improuidos adoritur, quingentos ex eis cædit & ducentos capit. Cæteri fuga ſibi conſulunt. Anno 1287. Rudolfus rex ad ſollicitationem Romani pontificis curiam imperialem & ſimul concilium Wirceburgi indixit. Petebat autem Romanus pontifex per legatum epiſcopum Tuſculanum à clero Germano ſubſidium contra Turcham, nempe quartam partem omnium illorum cenſuum & prouentuum per ſingulos quatuor annos continuo ſequentes. Huic exactioni inauditæ antea nemo audebat contradicere, præter unum Probum epiſcopum Tullenſem, qui conſcenſo baptiſterio, quod eſt in medio eccleſiæ Saluatoris alta uoce proteſtabatur, ſe in huiuſmodi intolerabilem exactionẽ

Regina ſponſa intoxicatur.

Cõcilium Wirceburgi.

Epiſcopi Tullẽſis integritas



cõſentire ne poſſe nec uelle. Incandeſcẽs legatus minatur epiſcopatus priuationẽ niſi reſipiſcens à propoſito deſiſteret. At ille nihil territus in propoſito perſiſtit. Quare ut pertinax epiſcopatu publice deſtituitur. Fuerat autem Franciſcanus antequam fieret epiſcopus, redijtq́ priuatus ad monaſteriũ, malens paruus minor monachus eſſe q́ magnus malus epiſcopus inexplebilem põtificis auariciam approbare. Circa annum Chriſti 1290. Adolphus rex Mangoldo epiſcopo & ciuibus ſuis Wirceburgenſibus aliquot pacis cõditiones propoſuerat. Quas cũ ciues præuaricati eſſent, regio notabantur banno. Adolpho interim ab imperio amoto, Albertus primus ciues ſupplices reconciliatos tali pacto in gratiam ſuam admiſit, ut ſibi ſingulis annis uitæ ſuæ triginta cados, uulgo plauſtra nominata, uini Francici penderẽt. Vi-

ciſſim rex illos in ſuis iuribus, libertatibus & priuilegijs manuteneret. Cõſules & ſenatus ex hac conciliatione exhilarati, tertio Calend. Septemb. regio apparatu cœnã inſtituunt, adductisq; uxoribus & filiabus comptis & ornatis choreas illi exhibent. Et in huius publicæ exultationis memoriam, conſules & ſenatus hunc diem perpetuitati conſecrantes, de inceps quotãnis 3. calend. Septemb. una cũ uxoribus & filiabus conuenerunt, cõuiuantes & choreas ducentes. Iohannes dux Auſtriæ Albertum regẽ patruum ſuũ in loco ubi hodie eſt Kunigsfelden prope Baden perimens, ciues Wirceburgenſes ab hoc uini tributo liberos reddidit. Anno 1397. Wenceslaus rex Rom. & Bohemiæ Wirceburgũ ueniens, urbem cum ciuiũ ſummo gaudio in ſuã & regni tutelã accepit, priuilegia & emunitates largitus eſt, & illi rurſus ſe regi & regno contra dominum ſuũ Gerhardum epiſcopũ ad debitas ſeruitutes & obſequia obligauerunt. Suſpendũt à mœnibus & turribus regni ſigna, & ubiq; aquilæ uolant. Verum quũ Wenceslaus Gerhardũ epiſcopũ contrà diſſerentẽ audiret, hęrebat animo, neſciens quo iure dictos ciues abiecto uero domino, ſibi & regno aſſerere poſſet. Vnde abiens per literas ciuibus præſtitum ſibi iuſiurandum remiſit & eos iuſſit, ut priuilegia quæ illis dederat epiſcopo abolẽda redderent. Verſum eſt ergo ciuiũ gaudiũ in magnam triſticiã & mœrorẽ. Quæ res fecit ut bellũ iã pene obliteratũ, nouis inſtauraretur uiribus, cõmiſſaq; pugna prope uicum Berchthaim, ciues primũ ſuperiores fierẽt, ſternerent aliquot equites & quoſdã caperẽt, deinde uero ab equitibus ſuperati, 1100. occiderentur & quadringenti caperentur. Gerhardus epũs poſt hanc partã uictoriã nõ diu ſuperſtes moritur. Anno Chriſti 1402. gymnaſiũ publicũ, ſiue uniuerſale omniũ bonarũ literarũ ſtudiũ, fuit Wirceburgi erectũ, de quo & ſuprà in catalogo epiſcoporũ in uita Iohãnis primi nonnihil dictũ eſt. Anno 1440. Sigiſmũdo epiſcopo Wirceburg. cũ proceirb. capituli ſui diſſidẽte, marchio Albertus q ab epiſcopi partib. erat cũ ualida manu ante Ochſenfurdũ dicti capituli oppidũ uenit, et admotis ſcalis, per immiſſos in caſtrũ eius oppidi ſatellites oppidũ in ſuã poteſtatẽ cogere parabat. At Marchio Albertus negocio infecto & multis ex eius parte occiſis, mœſtus & inglorius abiuit. Epiſcopus Iohannes à Brun & poſt eũ Sigiſmundus Saxoniæ dux per ſuã ignauiã, negligentiã & prodigã inertiã eccleſiã Wirceburgẽn in eam coniecerunt calamitatẽ, ut ferè omnes Capitulares domini plane deſperarent hanc refloreſcere & in priſtinũ ſtatũ reduci poſſe. Vnde quidã ex eis prouidam frugalitatẽ & induſtriam fratrũ Teutonicorũ cõmendantes, aiebãt eccleſiã Wirceburgẽn nunq; reparari ſiue reſtitui poſſe, q; per illorum prudentiã. Paciſcebanť igitť cũ dictorũ fratrũ magiſtro, ut ille conſenſu & nutu Rom. pont. & regis impetrato eccleſiam cũ ducatu in ſuã & ordinis Teutonici poteſtatẽ acciperet & perpetuo haberet, his tamẽ conditionibus, ut contracta debita in ſe ſemel reciperet & ſingulis canonicis q; diu uiuerẽt cõpetentẽ & honeſtum cenſum ad moderationẽ boni uiri quotannis aſſignaret. Magiſter his audi tis petit terminum deliberandi. Interim Gregorius Hainburg iuriũ doctor incola Wirceburgẽn ad dominos Capitulares properans, obſecrat apud ſe periculũ facere, nũ ſuos haberẽt teſtes, etſi haberẽt, meminiſſe ſe uiros eſſe & ob id uiriliter agere & nõ deſpondere animũ iubet. Nã ſi hodie ſic, cras non ita fore. Quod ad eos ſpectet, fortiter agendũ, in certis cõfidendũ deo, qui eos ex profunda hac calamitate erutos, ſatis ſuperq; fortunare poſſet. Talibus uerbis animos illorũ mutatis ita obfirmat, ut redeuntẽ magiſtrũ & propoſitas conditiones acceptantẽ, nõ modo amplius non admittere ſed nec audire ultra dignarẽtur. Et bene ſperantibus deus etiã affuit, & illis Gotefridũ pincernã à Limpurg & Rudolfum à Scherenberg aſſertores et reparatores dedit. Anno Chriſti 1474. quidã adoleſcẽs uictum ſuũ hinc inde per cauponas in ludo tympani quærens, aduenientẽ tempore quadrageſimali tympanũ ſuum in uico Niclashauſen ad fluuiũ Tuberũ exuſſit, uulgo prędicans, ut qui hactenus choreis ad ſpurcã uoluptatẽ inſeruiſſet, nunc uiciſſim prædicatione uerbi diuini, iratum deũ ſibi placaret. Habes hiſtoriam ſupra in deſcriptione Palatinatus.

Wircepurgum ad horam imperio ſubeſt.

Gymnaſium Wircepurg.

Ochſenfurt oppugnatur.

Eccleſia Wirceburgenſis Teutonicis fratrib. offertur.

Suinfurtum oppidum Oſtrofranciæ.

Iohannes Sinapius medicus præſulis ac ducis Oſtrofranciæ, clariß. uiro D. Sebaſt. Munſtero, profeſſori publico in gymnaſio Baſilienſi, amico ſuo ſemper honorando, S.

ITerũ totum eſſe te in ornanda illuſtrandaq; Germania noſtra intelligo, uir clariſſ. indefeſſoq; ſtudio perquirere quicquid ueteris hiſtoriæ hucuſq; latet, eaq; de cauſa nuper ad te nonnullas etiã ſtatus Wircepurgen antiquitates trãſmiſſas eſſe. Quod ubi reſciui, nõ potui

potui facere quin hanc tuã induſtriã, ſedulitatem ac pietatem ualde collaudarem, & affectu ſimili erga meã patriã mouerer, in quam uelut poſtliminio tãdem ex Italia redij, regionẽ amœniſſimã illi ſicut Vlyſſes Ithacæ ſuæ Circen & Calypſo poſtponens. Eſt aũt patria mihi, non ignota opinor tibi, ciuitas imperij in media Oſtrofrancia, ſicut umbilicus (ut de Delphis in Græcia Pindarus canit) poſita, nomẽ ut Beatus Rhenanus opinatur à Sueuorũ uado ſortita, Sueuofordia, uulgo Suinfort appellata, quæ annis abhinc ſexcẽtis Comites, ac deinde Marchiones proprios habuit, qui poſtea duces Sueuorum facti ſunt, quorũ aliquot nomina ex ueteſtis hiſtorijs collecta tibi tranſmitto. Tandem in poteſtatem Eiſtetẽſis eccleſiæ peruenit, per Eberhardum comitem à Suinfort epiſcopum Eiſtetẽſem. Et inde per commutationem ciuitatis Gredingen (nunc Eiſtetenſis dominij, tunc autem imperij) peruenit ad imperium, ſub cuius aquila nũc etiam per Palatinum electorẽ protegit. Viros eruditos multos protulit, ex quibus minime obſcuri ſunt, Conradus Celtes, primus poeta laureatus in Germania, & Cuſpinianus hiſtoriographus & orator quondã celebris Cæſaris Maxi. Denicp abbates, prælatos, doctores innumeros hodie quocp in totã uicinã & in exteras dat nationes. Quoties aũt hinc inde oppignorata fuerit & cp inſigne monaſterium olim habuerit, cuius hodie nullum extat ueſtigium, ex ſchedis adiunctis cognoſces. Has tanquam φιλόπατρις idcirco ad te mitto, ut ſi quid forte lucubrationum de Oltrofrancia noſtra ſiue Francia orientali nunc inter manus habes, ne ſilẽtio tam ueterẽ ac florentẽ remp. prætereas. Bene uale ac te bonis ſtudijs cp diutiſſime incolumem ſerua. Datum Wircebur gi ex aula principis, ex qua te diligenter ſaluere iubent Nobiliſſimus uir Iohannes Zobejus & Theobaldus à ſecritis. Iterum uale XI. Calen. Quintilis, anno 1549.

Antiquitates ciuitatis Suinfordenſis.

EBerhardus uicesimus Aiſtetenſis epiſcopus, frater, ut quidam autumant, uel ut alij, filius Othonis comitis Suinfurtenſis, facti ducis Sueuorũ, præfuit XIII. annis. Ab illo & ſuis progenitoribus, ciuitas Suinfurdenſis cum acceſſorio ad epiſcopatum Aiſteteñ peruenit. Obijt MCXII. VI. Ianua: Marchio Henricus longa ægritudine uexatus 14. Calend. octob. orientaliũ Frãcorum decus obijt, & in ciuitate ſua Suinford in ſeptentrionali parte monaſterij ſepelit, anno domini MCXVII. Anno 1047. Otho dux Sueuorũ obijt, in cuius locũ Otho marchio de Suinford ſurrogat. Otho de Swinfort dux Sueuorum 4. Calend. Octob. obijt & in Swinfort cũ parentibus ſuis ſepultus eſt anno 1057. Anno 1058. memorati Othonis ſoror Gutha, ducisſa Bohemiæ obijt 4. nonas Auguſti Pragæ ſepulta. Hæc ex hiſtoria ſcripta.

Ex tertio libro Beati Rhenani de rebus Germanicis, ubi de Francofordia agit, unde nomen habeat Suinfordia.

Hunc traiectum Mœni fluminis Franci poſſidebant, à quo oppido nomen datum per eam occaſionem nato. Sed cogitandũ, an in huius quocp ripa amnis oppida ſita, Suinfordia & Ochſenfordia à Sueuis & Foſis populis potius ſint dicta, quàm à ſignificatarum beſtiarum tranſitu uel conditorum cognominibus.

Q. d. Sueuofordium. Foſinidentur eſſe Foitlender.

Monaſterium ord. S. Benedicti in Suinford commutatum in ordinem Teutonicorum anno 1283 menſe Martio.



NOs frater Mathias præceptor Alemaniæ, gerẽs uices magiſtri generaliter domus hoſpitalis S. Mariæ Ieroſolymitanorũ, & frater Dietricus magnus præceptor Aconenſis, frater Conradus de Fuchtwang prouincialis Franconiæ, nec non frater Hermannus de Munrichſtat commendator, & conuentus in Schwinfort eiuſdem ordinis, tenore præſentium confitemur & ad noticiam tam præſentium cp futurorum cupimus peruenire, quod cum monaſterium in Swinfort Herbipolenſis dioeceſis, eccleſiæ Eiſtetenſi in temporalibus pleno iure ſubiectum, longis retroactis temporibus ſub regula beati Benedicti minus prouide regeretur, & ex magna parte cultus diuinus diminutus eſſet ibidem, ædificijs plerunque dilapſis & ruinam minantibus, prædijs quoque cum alijs attinentijs paſſim in negligentiam labentibus, eiuſdem monaſterij deo dicati ſubuerſio probabiliter timebatur: Reuerendus igitur pater & dominus Reinboto epiſcopus Eiſtetenſis, ad quẽ ſicut prædictum

ctũ eſt, fundus ipſius monaſterij cũ ſuis attinẽtijs pleno iure proprietatis ſpectabat, de eõ ſilio capituli Eiſtetenſis, prouide cogitans cauere decreuit, ne locũ ſemel deo dicatũ dilabi cõtingeret, & alijs q̃ diuinis uſibus mancipari, idẽ Reuerendus pater & dominus Reinboto epiſcopus & capitulũ Eiſtetenſe mutata religione loci, prænominatũ monaſteriũ incorporandum ordini noſtro nobis dederunt, de communi conſenſu & unanimi uoluntate, ea uidelicet conditione, ut antiqua duntaxat eiuſdem monaſterij prædia nobis deſeruiant, mancipijs & alijs feudis, quæ dicuntur Manlehen, quæ uel epiſcopi Eiſtetenſes uel abbates ſæpedicti monaſterij conferre conſueuerant, ſaluis per omnia ac Eiſtetenſi eccleſiæ reſeruatis, &c. Actum & datum, Anno domini M.CC.LXXXIII. menſe martij.

Succincta deſcriptio ciuitatis Suinfordenſis.

SIta eſt hæc ciuitas in ripa Mœni fluuij in loco fertiliſſimo, ubi uineæ plantãtur, agri ſeruntur, fœnum & ligna uberrime proueniũt. Cuſpinianus ibi natus ſcribit in ſuis Chronicis de ea in hunc modum. Hæc urbs nunc imperialis eſt, olim Othonis ducis de Swinfort fuit hæreditaria, qui ſub Henrico 3. degebat, pòſt Cæſari Romano ceſſit, libera facta. Noſtro æuo aliam quam olim occupat aream, translata ſcilicet ad iactũ bombardæ à ueteri ſitu, qui & in hũc uſq; diẽ uocat uetus ciuitas, etiã ſi nullas habeat edes ſed uineas tantum. Habet inſigne forum frumentariũ, uicinis oppidis & uicis ſua ibi diſtrahentibus commodiſſimum. Hinc enim per fluuium frumentũ ab emptoribus in alia loca quo uolunt facile abducitur. Quin & molas habet frumentarias totí regioni inſeruientes, fluuio ibi natura & arte in uarios uſus & neceſſaria obſequia inſtituto. Grauata fuit hæc ciuitas longo tempore à regibus & Imp. uarijs oppignorationibus, ex quibus ipſa ſe ſubinde redemit atq; imperio rurſum ſubiecit, magnas paſſa expenſas, unde in hunc uſq; diẽ ſe ad plenum nondum extricauit. Nam anno Chriſti 1300. oppignorauit rex Albertus tã ciuitatem quàm burgum epiſcopatui Wircepurgenſi. Deinde Hẽricus ſeptimus Rom. rex oppignorauit eam anno 1310. Bertholdo comiti ab Hennenberg. Tertio, confirmauit rex Ludouicus literas hypothecationis, quas memoratus rex dederat comiti Bertholdo, & inſuper ciuitatẽ ipſam plus oppignorauit unà cũ burgo, foro, præfectura & reliquis iurib. Quarto ſubſequentes comites ab Hennẽberg uendiderũt mediã partẽ iuriſdictionis quã habuerunt in ciuitate, epiſcopatui Wircepurgenſi, dantes ſcilicet illi mediã partẽ omnium cõmodorum, quam habuerunt à burgo, marca, præfectura, iudicio, uillis, obuentionibus, prouentibus, iuribus, cõſuetudinibus, teloneis, decimis, redditibus atq; alijs iuribus ab imperio conceſſis. Quinto, Venceslaus hoc maximum grauamen adhuc plus auxit, accipiens ſcilicet nouam pecuniæ ſummam ab epiſcopatu Wircepurgenſi, atq; arctius eidem Swinfordã ſubijciens, & priores oppignorationis literas de nouo cõfirmans, &c. In ſumma, hæc ciuitas centum ferè annis agitata & uexata fuit his oppignorationum grauaminibus, nec in hunc uſq; diem ab eiſdem omnino libera eſt, ut iam quoq; diximus.

Rotenburgum ad Tuberum fluuium, ciuitas imperialis.



PAtet ex hiſtorijs, duces Francorũ olim potentiſſimos fuiſſe, priuſq; epiſcopus Herbipolenſis ditionẽ tã amplam adipiſceretur, & comitatus Babenbergeñ in epiſcopatum erigeretur. Nã ditio eorũ excurrebat ad Sueuos, Thuringos & Bauaros, multiplicatiſq; ducibus, quidã eorũ ſedẽ collocauerũt in ciuitate Rotenburgeñ. alij alibi. Deficientibus aũt illis ducibus, ciuitas Rotenburgenſis peruenit ad imperium, ſicut & ſupra in deſcriptione Rotenburgi Sueuici oſtendimus. Eſt autẽ Rotenburgum iſtud Tuberenſe ualde elegans ciuitas & amœnus locus, cuius ſitus eſt in edito colle, habens ad occidentẽ profundã uallem, per quã deſcẽdit Tuberus fluuius. Eſt etiã fundus adiacentis agri ſatis fertilis, producitq; copiã frumẽti, uini atq; lignorũ.

De ualle Tuberenſi & oppidis in ea ſitis.

Oritur Tuberus fluuius ſupra ciuitatem Rotenburgenſem in uilla quadma Wertringẽ appellata, deſcẽdensq; ad ſeptentrionẽ efficit uallẽ quandã magnam & fertilem,

in

in qua sequentia oppida sita inueniuntur. Rotenburgum oppidum imperiale in monte situm, habens in subiecta ualle præterfluentem amnem Tuberum, abundat omnibus bonis, nisi quod aquæ penuria in sublimi loco laborat. Kreglingen aliud oppidum, quod marchionem Brandenburgensem agnoscit dominum. Rötingen oppidum, de dominio episcopi Wirceburgensis. Wickersheim castrum & oppidum subiectum comitibus de Hohenloe. Mergentheim elegans oppidum cum munitissimo castro in planicie sito, ordinis Teutonicorum fratrum. Brunbach monasterium ordinis Cistertiensis, cuius ad uocatiam habent comites Wertheimenses. Lauda oppidum antiquorum comitum de Reneck. Bischofsheim oppidum episcopi Maguntinensis. Wertheim castrum & oppidum, caputq; totius illius comitatus, situm in confluentia Tuberi & Mœni.

Wertheim.

HAbent Comites à Wertheim ditionem suam in ducatu Wirceburgensi iuxta confluentiam Tuberi & Mœni fluuiorum, suntq; de anti. qua familia, etiamsi nihil habeam de prima eorum origine. Anno Christi 1300. Bappa præfuit huic comitatui, reliquitq; filium post se nomine Rudolfum, cui ob ductam uxorē accessit quoque ditio Brenburgensis. Filius Rudolfi Eberhardus dictus, utrunq; posſedit dominium, quod ille decedens reliquit filio suo Iohanni. Hic Iohānes duxit uxorem filiā ducis Deckensis, mortuusq; anno 1407. pater & stemma fuit sequentis generationis.

- Iohannes comes
  - Iohannes comes Wertheimeñ
    - Georgius comes
      - Eberhardus comes Wertheimensis
      - Iohannes canonicus Colonienſis & post fratris mortem comes Wertheimeñ. obijt 1497.
  - Michael dominus in Brenburg
    - Iohannes ? Albertus canonici
    - Michael dominus
      - Wilhelmus dominus in Brenburg
        - Asimus
        - Ludouicus
        - Michael. Georgi⁹. Michael

Mortuo comite Eberhardo sine hærede, frater eius Iohannes relicto canonicatu administrauit comitatum Wertheimensem. Cumq; & ipse sine hærede moreretur, deuolutus est comitatus ad dominos de Brenburg tanquam ad propinquiores hæredes.

Francofurtum ad Mœnum.

HAec unica est ciuitas in Francia orientali, aut potius in extremitate eius ad Mœnum fluuium sita, quæ nomen suæ gentis refert, ante Francorū aduentū Helenopolis, ut quidam scribunt, appellata. Fuit ab antiquis temporibus imperialis ciuitas, cōsecrataq; electioni noui Imp. Primus ibi Arnolfus delectus est Imp. Creuit hæc ciuitas supra modum in diuitijs & splendore ob cōmune totius Germaniæ emporiū quod ibi multis fuit annis: quo undiq; ex Germania, itēq; ex Italia, Gallia, Polonia & Anglia mercatores bis in anno conueniunt & omnis generis merces illuc deferunt, nempe in medio quadragesimæ ante pascha & in medio mensis Septembris. Diuiditur hæc urbs ipso Mœno fluuio in duas amœnas ciuitates, ac rursum lapideo ponte satis eleganti & præstantis operis sibi ipsi cohæret, unoq; senatu & magistratu atq; iure eodē regūtur. Maior Francofurtum & minor Saxenhausen, quasi dicas, Saxonum domus appellatur. Francofurti nomen accepit, ut diximus, à Franco filio regis Marcomiri, instauratore eius, autore Tritemio, etiamsi alij putent id nominis accepisse à uado seu portu, quem Franci olim sub Carolo magno in Saxonicis bellis habuerūt. At certum est, hanc urbem etiā ante Caroli magni tempora, iam olim Francofurti nomen obtinuisse. Cōstatq; Pipinū Caroli magni patrem in hac urbe in honorē Saluatoris egregiū templū & Canonicorū collegiū (quod tamen hodie, ad S. Bartholomeū uocatur) fundasse & construxisse. Quod postea filius eius Carolus magnus, paternę pietatis et singularis erga hāc urbē affectionis, uestigia insecutus, compluribus uillis, prædijs, decimis & iuribus magnifice atque regaliter dotauit. Quem pari pietate & posteri aliquot Imperatores & reges Rom. in hoc sunt imitati.

Frācofurti nomen unde.

Collegium S. Bartholomei.


Porro

Porro in deteſtabili illo ſchiſmate, quod poſtea inter Ludouicum Bauarum Imp. & Iohan. papam XXII. extitit (quapropter etiam idem Ludouicus anno domini 1338. imperialia ibidem Francofurti comitia, quibus multa contra pontificatum Rom. & conſultata & concluſa fuerunt, habuit) cum utriq; ſe ſuoſq; adhærentes bannis publicis perſequerentur, euenit, ut pleraq; illa ad templum collegium q; prædictum pertinentia, à uicinis comitibus & nobilibus occuparentur, concedente nimirum permittēteq; ipſo Ludouico, ob id quod collegium illud Pōtificis potius quàm ſuas ſequi partes maluerat. Præpoſitus tamē quòd cum Senatu à Ludouici partibus ſtabat, Præpoſiturā ferè ſaluam retinuit, quo in ſtatu hodie quoq; conſiſtit.

Concilium Frācofurti.

Anno Chriſti D.CCXCIII. Carolus magnus Francofurti generale congregauit concilium, in quo condemnata fuit communibus ſuffragijs Feliciana hæreſis, quæ (ut abbas Vrſpergenſis commemorat) Chriſtum redemptorem noſtrum ſecūdum humanitatem adoptiuum ſaltem eſſe dei filium ſtulte aſſerebat. Non minore beneuolētiæ affectu Carolus quartus Rom. Imp. hanc urbem eſt proſecutus. Quapropter electionis Romani regis, futuriq; Imperatoris, per ſeptem Germaniæ principes electores, fiendæ, locum, eò potiſſimum in perpetuum conſtituit, bullaq; ſua aurea confirmauit. Nam antea, quantum ad ipſum electionis locum, uariè obſeruatum erat, quanquam prius etiam ut plurimum electio Francofurti fuerit celebrata. Vnde & mos inoleuit, ut cū in diſſenſione Electorum duo pariter in Rom. regem nominarentur, alter in agro Francofurtenſi iuſto exercitu conſidere, alterumq; ſeſqui menſis ſpacio, cum eo conflicturus, expectare conſueuerit: qui cum uel prælio uel aliàs cedente aduerſario, ſuperior extabat, tum demum in urbē recipiebatur & pro rege agnoſcebatur. Ita accidit inter Henricum Landgrauium Thuringiæ & Conradum Friderici ſecūdi filium: item inter Ludouicum Bauarum & Fridericum Auſtrium: ſimiliter inter Guntherum comitem à Swartzenburg & Carolum quartū: quorum omnium conflictus ſupra in catalogo imperatorum ſunt obiter ſignati.

Locus electionis regis Rom.



Ars gladiatoria.

Sciendum præterea quod in nundinis Francofurtenſibus, illi qui in arte Gladiatoria excellunt, magiſtri titulo, ſi id ambiant, à magiſtris eiuſdem artis, ciuibus tamen huius urbis, ex ſpeciali Romanorū Imperatorum & regum priuilegio inſigniuntur, id quod alibi non licet.


Ciuitas

CIVITAS FRANCKO


fordiana ad Mœnum ſita, locus ob eius empo-

rium tota Europa celeberrimus, cuius picturam nobis tranſmiſit prudentiſſimus eius Se-
natus ad ſuggeſtionem eximij uiri domini Iohānis Fichardi iuriſconſulti, qui ſua
autoritate qua pollet facile à Senatu obtinuit quod ego & mei ſimi-
les obſcuri homines nunquam impetrare
potuiſſemus.


Francfofordianæ ciuitatis ſitus & fi[gu]ram hoc



qualem hoc Christi anno 1549 habet.



Francfofordianæ ciuitatis ſitus & figura, qualem hoc Chriſti anno 1549 habet.



Hennenberg.



EO tẽpore quo Gothi irruerunt in Italiã & deuaſtarunt omnia circa annum Chriſti 458. nobilis quidã Rom. de familia Columnenſium uenit in Germaniã, quo ſaluti ſuæ & quieti conſuleret. Veniens aũt in Frãconia ad ſyluã quandam, ubi iã caſtrum Hennenberg conſtructũ eſt, oblectatus ual de illa regione, conſtituit ſecũ, in monte illo erigere ædificia. Incipientibus aũt artificibus repurgare aream illius loci, excitarunt perdicem cum pullis eius, ex quo euẽtu arx poſtea cõſtructa, fuit Hennenberg appellata. Quando uero & à quo Imperatore domini illi ad comitatus & principatus dignitatem fuerint euecti, non inueni.

Babenberga.



EST in Franconia nobilis eccleſia Bambergeñ ad amnẽ Regnitium ſita, quã fundauit Hẽricus 2. Imp. quẽ accolæ religioſe colunt & ſanctum habẽt. Ibi quoq; Berengarius ſepultus eſt, qui regnũ Italiæ uſurpauit, & ab Ottone 1. captus in Germaniam ductus, illic exulans obijt. Supra ciuitatẽ in ædito monte arx eſt ſita, natura & arte munita, in quã ſe contulit Albertus nobiliſſimus Francorũ comes, et Ottonis Saxonię ducis ex filia nepos, cum Conradũ comitẽ occidiſſet, qui Ludouici regis fuiſſe filius dicebat, Albertus uero Krantz aſſerit eum regis fratrẽ fuiſſe. Siquidẽ inter Adelbertum comitem Babenbergeñ fratresq; eius Adelhardũ & Henricũ ab una, et Rathulphũ undec. epiſcopũ Wirceburgeñ ac illius fratres Conradum, Eberhardũ & Gebehardum altera partibus inuicẽ ſibi ſanguine iunctos, ut Regino ſcribit, ex parua ſcintilla magnum gliſcit incendiũ. Et dum nemo eſſet qui principio, dum facile fieri poterat, extinguendæ flammæ ſtuduiſſet, huius odij uis in publicos conflictus progreditur, in quibus Eberhardus, Adelhardus & Henricus, ac demum etiam Conradus Ludeuici regis frater dux Franciæ orientalis occiſi ſunt: epiſcopus Ratholphus ſibi fuga conſuluit ciuitate ſua ſubinde capta & direpta. Ludeuicus rex hanc contumeliam ulturus comitẽ obſidet. Difficilis autem expugnatio loci uidebatur. Ob quam rẽ ad dolos recurſum eſt. Hatto epiſcopus Maguntinus miniſter ſceleris inuentus eſt, qui profectus ad Albertum (ſic ab aliis uocatur) litis arbitrum ſe dixit, rogauitq; Albertum, ad Imp. in caſtra deſcẽderet, quia uel pacem ei daret uel in arcem reduceret incolumem. Credidit Albertus accepta iuriſiurandi religione, Hattonẽ ſecutus eſt. Vix arcem egreſſi erant, tum Hatto, uereor inquit, ne diu apud Imp. morari oporteat, utilius fortaſſe cõſilium erat prius ſumpſiſſe cibum. Laudauit Albertus uerba præſulis, & in caſtrum rediens Hattoni prandium dedit. Quo ſumpto, ad Imp. cum eo perrexit, ubi mox captus eſt & capitali ſententia damnatus. Cui archiepiſcopi fidem imploranti, reſpondit parum religioſus pontifex, ſe fidei ſatisfeciſſe, qui ſemel reduxiſſet incolumem cum ad prandiũ introiuit, bis reducere non promiſiſſet. Infelix Adelbertus gladio obtruncatus eſt, & omnia bona eius fiſco regio adiecta anno domini 903. Regino ſcribit hunc Adalbertum apertis portis ultro ſe regi obtuliſſe atq; ſupplicem de cõmiſſis ueniam popoſciſſe atq; emendationem promiſiſſe. Poſtea uero bona illa confiſcata una cum ciuitate Babenbergenſi in Henrici ſecundi manus peruenerunt, qui ea in pios uſus conuertit, hoc eſt, ex eis nouum epiſcopatum Babenbergenſem inſtituit. Et cum Conradus Imperator ſuſpectas ſibi haberet Saxonum uires, & uideretur ſibi iniquum uiribus aliquid agere contra Henricũ ducẽ Saxonię, Hattonẽ epiſcopũ Maguntinũ cõtra eũ ſollicitat.

ſollicitat. Hatto malis artibus imbutus, fabricari fecit Henrico torquem auream, quam collo illius iniiceret: & illa ſic erat fabrefacta, ut in collum adiecta nulla arte potuerit aperiri aut diſſolui, cogebatq; hominẽ mori. Sed præſentiebat hoc aliquis, qui dolum Henrico detexit. Et cum inuitaretur ab Hattone conuiuandi gratia, imò latrocinandi cauſa, dux Henricus præmonitus, uade, inquit nuncio, dic Hattoni quòd durius collum non habet Henricus quàm comes Albertus. Hatto autem uidens ſuis calliditatibus finem eſſe, nimia triſtitia ac morbo non poſt multos dies obijt, ferturq; in Aetnam montem Siciliæ delatus à dæmonibus, ubi merita artibus ſuis pœna torqueretur. *Hatto delatus ad Aetnam.* Otto tertius tradidit multa de bonis comitatus Bambergenſis diuo Henrico duci Bauariæ, quemadmodũ in priuilegijs ſcriptũ in hæc uerba habetur: Notum ſit omnibus Chriſtifidelibus, quòd nos iuxta deſiderium & inuocationem prædilectæ matris noſtræ Adelheidis, dilecto nepoti noſtro Henrico ducis Bauariæ ciuitatẽ noſtram Babenbergã cum omnibus attinentijs eius, autoritate & poteſtate noſtra imperiali in uſum perpetuæ proprietatis concedimus & tradimus &c. Anno Chriſti 1006. erexit diuus Hẽricus cathedralem eccleſiam in ciuitate Babenbergenſi, dotauitq; eam honorificè. Papa uero id facere renuente, eoq; regio illa pertineret ad diœceſim Herbipolenſem, Imperator obtulit ſe pontifici ad omnia quę uellet, modo inſtituto ſuo faueret. Tũc papa conſtituit cenſum annuũ quem ſibi darent Babenbergẽſes, centum argenti marcas cum equo albo & phalerato. Accipiens tamen papa Beneuentũ ab Imperatore, tributũ remiſit. Poſt hæc fundauit Imperator duas collegiatas eccleſias in hac ciuitate, appellatusq; fuit primus epiſcopus Eberhardus. Subdidit huic epiſcopatui diuus Henricus multa præclara & ampliſſima monaſteria, multos item ampliſſimos comitatus, quorũ gubernatores feuda ſua à Babenbergenſi epiſcopo petere tenentur. Subiectus fuit is epiſcopatus archiepiſcopatui Moguntino, ſed mox exemptus eſt per pontif. Rom. Clementem ſecundum, qui antea Babenbergenſis ſecundus fuerat epiſcopus nomine Sui degerus, immunisq; factus ab omni iugo Archiepiſcopali, ita ut in omnibus cauſis & proceſſibus non aliter q; archiepiſcopus aliquis in ſua diœceſi procedere ſoleat antiſtes Babenbergenſis. *Cathedralis eccleſia.*



Duxit autem Henricus Imperator uxorem Kunegundim uirginem ſanctã, quam & unice dilexit. Et quanq; continentiſſimè cum ea uixerit, ſeminator tamẽ zizaniorum iniecit illi ſcrupulum zelotypiæ, cum ei ſuggereretur, quòd quendam militem amicitius intuita fuerit quàm par eſſet. Illa ubi comperit iuſſit ſecreto ſex igniri uomeres & in conſpectũ Imperatoris aliud agentis afferri. Miratus ille quid ageret, uidit deinde chariſſimã coniugẽ nudis pedibus conſcendere ferrũ ignitũ intrepidã. Vides inquit Imperator illæſam à ferro, illæſam ab omni immunditia. Ille in ſe cõuerſus cœpit cogitare quid eſſet ſuſpicatus, mox procidẽs genibus uxoris imò ſororis prouoluit. Illa procumbentem amiciſſime leuat, ceſſauit ex illa die omnis ſiniſtra ſuſpicio. Cohabitantes itaq; & ſimul commorãtes Imperator & Imperatrix in pudicicia uirginali, & ad finẽ uſq; perſeuerantes, Imperator moriturus uxorẽ uirginẽ propinquis cõmendauit, & mortuus ſepultus fuit in cathedrali eccleſia à ſe cõſtructa, iuxta quẽ & poſtea cõiunx uirgo ſepulta fuit. *Coniugium uirginale.*




Eſt Babenberga ciuitas ualde amœna, etiamſi careat muro per circuitũ, habet montes & colles & plurimos hortos, ſundumq; fœcundiſſimũ, ubi pepones & radix mellea creſcũt in maxima copia, ut iam ſupra quoq; ſignauimus. Pepones habentur ibi atq; Nurnbergæ, quo deferuntur, in delicijs. Plantantur & in alijs Germaniæ locis, ſed nõ matureſcũt

æquè ut Babenbergæ. Legimus Albertũ ſecundum Rom. regem in calore feruentis Auguſti uſum peponibus ad ſedandũ æſtum, ſed uentre inde ſolutus & dyſenteria fatigatus, extremum obijt diem. Cęterum in hodiernũ uſque diem urbs Babenbergenſis epiſcopo ſicut & circumiacens paret regio.

Otto dux Saxonię
- Henricus auceps
  - Otto primus
  - Henricus dux Bauariæ — Henricus Hetzel. — Henricus ſanctus
- Baba cuius maritus Henricus comes Franconię.
  - Albertus ab Hattone epiſcopo proditus
  - Rainoldus occiſus

De Pannonia ſuperiore, quæ hodie Auſtria eſt, & de alijs dominijs ſeu regionibus illi ſubditis.



Auſtriæ feracitas.

AVſtria olim Pannonia ſuperior dicta, habet ab oriẽte Vngariã, ab occidente Bauariam, & ad auſtrũ montes Stiriæ. Latitudo eius trium aut paulo minus dierũ, longitudo uero duplo maior. Terra nobilis, aquis irrigua, uitibus cõſita, ligni copioſa, agro feraci, piſcibus plena, uino adeo exuberat, ut Bohemis, Morauis, Sleſitis, Bauaris in dando uino ſatisfaciat, ex indeq; maximas opes colligat. Danubius eam mediã ſecat, alluitq; multis alijs amnibus terrã fertilem reddentibus. Et poſtq; adminiſtratio imperij ad principes eius peruenit, cultra eſt regio ſupra modũ, præſertim ab eo tempore quo Rudolfus Habſpurgenſis rerum potiri cœpit. Tunc enim Auſtria legitimis hæredibus deſtituta, tradita fuit à Cæſare filio ſuo Alberto, qui & patri in imperio ſucceſſit. Poſt aliquot annos mortuo Sigiſmundo Imperatore electus fuit in Rom. regem Albertus dux Auſtriæ, q ſimul quoque fuit rex Bohemiæ & Vngarię & ab eo uſque ad tẽpora noſtra imperij ſceptrum manſit apud principes Auſtriæ. Danubius fluẽs per Auſtriam habet infra Lintzium duos periculoſos



culoſos gurgites ſeu cataractas ut Strabo uocat, in quibus naues facile abripiunt. Primus uocatur germanicè Sewrüſſel, id eſt, proboſcis ſuilla, ubi aqua Danubij horrendo ſtrepitu illidit ad ſaxa ſub aquis latentia, & niſi nauta expertus ſit & caute nauem ducat, in periculum incidit. Deinde poſt mediũ miliare infra oppidum Gryn occurrit alia charybdis, ubi aqua in modum turbinis per gyrum agitata, plurimas excitat procellas, eásq; tam inſanas ut naues uix ſine periculo tranſire poſſint. Pereunt multi homines abſorbenturq; in tantã profunditatem ut nunq; emergant. Tentauerunt aliquando ingenioſi uiri uoraginis illius inueſtigare profunditatem, ſed inuenerunt tam magnum hiatum illum eſſe, ut bolus nullum inuenerit fundum. Quicquid ibi mergitur manet ibi, nec unquam emergit.

De oppidis, caſtris, uillis & monaſteriis iuxta Danubium in Auſtria ſitis.



ADiacent Danubio innumera oppida, caſtra, uillæ & monaſteria ab utraq; eius ripa, primũq; ſub Patauia occurrit Bechlern oppidũ & caſtrum, ubi plurimi habitant figuli, qui & iudicẽ habent peculiarẽ. Item Weiteneck caſtrũ, Melck regium monaſteriũ & caſtrũ unà cum oppido: Euerſdorff oppidũ, Augſtein caſtrũ mõtanũ, Spitz oppidũ, Tiernſtein oppidulũ & caſtrũ. Stein ciuitas & caſtrum: Krembſs ciuitas, Rotwyg monaſteriũ ord. Bened. in monte ſitum: Hellenburg caſtrum, Tullen oppidum, Tulbing caſtrum & eſt epiſcopi Patauienſis, Kunigſtetten & Zeiſelmauer duo oppida. Stockeraw oppidum non muratũ, Greiffenſtein caſtrũ Patauiẽſibus ſacerdotib. bene notũ: Greitzenſtein caſtrũ montanũ, Kitzendorff ubi nobile creſcit uinũ ſicut & in Biſenberg, uocaturq; uinum illud Biſenbergenſe, Cloſter Newenburg oppidũ & caſtrum, ubi celeberrimũ eſt monaſteriũ, fundatum à ſancto Lupoldo marchione Auſtriæ & Agnete uxore eius filia Henrici quarti Imperatoris. Item Calaberg caſtrũ montanũ, ſub quo in planicie uilla extructa eſt, in qua admirabilis ille ſacerdos parochum egit, qui ſuis facetijs totam Germaniã repleuit. Creſcit in eo tractu optimũ uinum. Sequit deinde Vienna metropolis, de nominata ſic ut aliqui putant à fluuio Vienna dicto. Habet ciuitas illa optimũ fundum, in quo etiam nobile creſcit uinum. Otocarus rex Bohemiæ interim quo Auſtria eſt potitus, caſtrum illud in quo hodie Auſtriæ principes regiã tenent, à fundamentis poſuit, cum antea anguſtas admodum ædes ijdem principes inhabitarint. Infra Viennã plurima iuxta Danubiũ inueniũtur oppida & caſtra, uſque ad Preſsburgũ ciuitatem, quæ coronæ Vngariæ ſubijcitur. Creſcit quoque ibi præſtans uinum. Oppida autem intermedia ſunt Krainberg, Haynburg oppidum & caſtrum, ubi & mons Haynberg, in quo nidificant optimi falcones & aues dictæ germanicè Blafuſs: item Rotenſtein, Teben, Watenburg, Karolſpurg, Kotzo, Altenburg, omnia caſtra: Raba epiſcopalis ciuitas, Gummern oppidum & caſtrum, ubi plurimi capiuntur piſces, qui Huſones appellantur: Strigoniũ uulgo Gran dictum, ciuitas archiepiſcopalis & quæ mõtanum habet caſtrum, atque ubi thermæ naturales ſunt. Lindenburg oppidum & arx, ubi conſeruatur corona ſancta, qua Vngariæ reges coronantur. Hinc patet quàm potens olim fuerit Auſtria, ſed quæ hodie longe potentior eſt, quum interim acceſſerint regiones Stiria, Carinthia, Croatia, comitatus Cilix, & comitatus Tyrolenſis.

Vinum nobile



Caſtrum Viennenſe conſtruitur.



Vienna metropolis Auſtriæ.

WOlfgangus Lazius Viennenſis, medicinę & philoſophię doctor, regius hiſtoricus & gymnaſij Viennenſis ordinarius Sebaſtiano Munſtero S.

QVòd noſtræ tibi Viennæ hiſtoria perplacuit, uir clariſſime, libẽter audio, etſi nõ eiuſmodi liber ſit qui laudem mereat, quòd tumultuario labore confectum, dum Decades Auſtriacæ hiſtoriæ concinno, amici hunc extorſerint, deprauatè in aliquibus locis, ut uideo, à meo amanuenſi deſcriptum. Proinde denuo hanc hiſtoriam & quidem multo auctiorem molior &c. Ad petitionem tuam uenio, quo imaginem noſtræ urbis requiris, te eam memorabili operi tuo, quod moliris, adiecturũ poſſe liceris, qua re me Hercule poſt hominum memoriam nihil præſtantius atque hominum generi magis gratum facere potes. Itaq; propoſui rem ſenatui noſtro, qui haud grauatim petitioni tuæ morem geſſit. Vnde urbem noſtram cum mœnibus, propugnaculis (incredibili retroactis annis ſumptu aduerſus Turcas excitatis) templis, ædificijs publicis & priuatis geometricè in plano depinxi, in ære ſculpi feci & exemplar tibi mitto, quod xilographus imitetur. Proinde rogo te mi Munſtere, ut eam diligenter cures, ut hic depicta eſt, procudi. His me commendo, & ut me in album amicorũ tuorum adſciſcere uelis, peto. Viennæ Pannoniæ 20. Auguſti, anno 1547.

Breuis topographia Viennæ metropolis Auſtriæ, autore Wolfgango Lazio &c.

VIenna notiſſima Auſtriæ archiducatus metropolis, cuius hic tibi lector imaginẽ exhibemus, ante Chriſtum adhuc natum, culta ciuitas fuit, & à Sarmaticis populis inhabitata, ijs, quos Octauius Auguſtus Cæſar, ſolo æquatis Metullo, Monætio, Vendo & Terpono ob crebra & infeſta Italiæ latrocinia, ab Iſtriæ finibus ipſo q; Saui fluento ad Danubij oram tranſpoſuerat. Hi paulatim ita ſuccreuere, nominibus iam tribubusq; diſtincti, Boi, Sennones, Brenni &c. ut pulſis loco Sarmatis, ipſi eam ciuitatem cum conterminis prouincijs oppidisq; obtinuerint, quorum ex numero & Carnuntum erat, uetuſtus & hodie haud procul à Vienna locus, multis ruderibus ac ædificiorum ruinis refertus, quem Auſtriaci hodie ob antiquitatẽ Troiam, & Petronellam à templo forſan iſtic poſito nominant. Verum enimuero quo tum Vienna noſtra appellata fuerit nomine pro certo haud equidem conſtat, niſi quantum coniectura ſuggerit, eam Vindebonnã gentilicia non Romana lingua appellatam, quòd Vindorum is quondam diſtrictus extiterit, quem Germani adhuc bannum dicimus. Vindobonã enim in confinibus Norici ac Pannoniarum Antonini itinerarium ad Cetium collocat montem: quam uocabuli cõpoſitione mutata, Iuliobonnã Ptolemæus nuncupauit, deſcripta iſthic ab utroq; Decima Germanica legione, cuius in hanc uſq; diem & monumenta & argumẽta infinita intra mœnia Viennæ atq; extra ſuperſunt. Quanq; autem ex ipſo uocabulo Vindobonna prioribus ſyllabis extinctis, aliquid ſimile uulgari Viennę appellationi emergat, tamen nota res eſt, hanc alia quoq; nomenclatura Fabianam uocatam, cuius prima ſyllaba dempta, clarius hodiernũ ac uulgo tritum uocabulũ remanet Biana. Ita nanq; in uernacula noſtra lingua uocamus, & uetuſtis diplomatibus utraq; in lingua repertis, appellatam inuenimus. Nec moror in quibuſdam exemplaribus hiſtoriæ diui Seuerini & diplomatibus, Fauianas nominatã. Huius enim barbarici ſeculi cauſa extitit, & ſolent adhuc Belgicæ nationes b & u literas unã pro alia uſurpare. Porro ante quadrienniũ ferè fragmentũ columnę dum noua foſſa agitur ad portã Scotenſem erutum fuit, in quo utrunq; nomen inciſum extat, facta mẽtione cuiuſdã Marciani decurionis, ædilis & duũuiri, municipij Vindobonæ & præfecti cohortis Fabianæ. Quo ex monumẽto duo eliciuntur, primo, quòd Vindobona non ius coloniæ ſed municipij duntaxat habuerit, quum alioquin in prouincia Auſtriæ ad Danubiũ duę extiterint colonię, Carnuntũ & Laureacum, hodie Petronellii & Enſiũ nũcupata loca, deinde quòd Fabianæ uox alteri uetuſtiori à caſtris cohortis Fabianæ nimirum acceſſerit, quam Millenariam fuiſſe credendum eſt, fortè à Tito Fabiano denominatam, cuius & Pannoniæ præfecti Cor. Tac. meminit lib. 18. uel potius ab Annio Fabiano, quem legioni X. Germanicę Pannonicę præfediſſe, tot apud nos monumẽta eruta conteſtant. Hæc de nominis etymo. Itaq;, ut iam diximus, Vienna ante Chriſtũ natum fuit culta à Sarmatis & Windis, quos inſecuti ſunt, Boi, Sennones, Brenni ac Geſatæ, Gallicæ omnis ueteris Germanicæ linguæ nationes, ſed quos Nero Tiberius in formã prouinciæ redegit. Quo ex tempore limes Danubij præſidio

Carnuntum.


Vindobonna.

Vienna Biana.

Laureacum hodie Enſium.

CIVITAS VIENEN

sis, urbs metropolitana atque residentia illustrissimorum principum & archiducum Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniæ, Croatiæ, &c. cuius picturam impetrauit apud prudentissimum senatum Viennensem ornatissimus, doctissimus, totoq; orbe celebratiss. uir dominus Wolfgangus Lazius, philosophiæ & medicinæ doctor, regiæ maiestatis ab historijs, Viennensis studij singulare decus, uir nedum à præsentibus uerum & à posteris omni extollendus laude, maxime autem a Viennensibus, quorum urbem iam antè proprio ad hoc edito libro, & nunc quoque ad meam sollicitationem rursum eleganti celebrauit stilo, magnificisq;, ut digna est. & quod ipse patriæ suæ facere debuit, illustrauit præconijs.


ANNO DOMI
Prædicatores
Collegiū vl'e
S. Laurentz
Oriens





Te ; bij prælidio



bij præſidio primũ omniũ à Romanis contra oppoſitas Germanicas nationes firmari cœptus eſt. Præſidiũ erant legiones 4. ex quib. 13. Germanicã (cuius in territorio Viennæ ſtatiua erant) Traianus Imp. in illo memorabili aduerſus Decebalũ regem geſto bello in Daciã abduxit, & ſuffecit illi poſtea apud Pannones Marcus Aurelius decimã Alaudã ſiue Germanicẽ ſem à Rheni præſidio abductã & magnis laudibus à multis celebratam. Hinc haud extra rem cõiectura eſt, primęuis Auſtriæ marchionibus 5. alaudarũ aurearum inſignia eo euentu acceſſiſſe, quòd eas ab imperio prouincias accepiſſent, in quib. decimę huius legionis alaudę quõdam ſtatiua erãt. His legionibus additę erant, Alę equitũ quędam, Ala Flauiana, unde quidã Viennã Flauianã dictam coniciunt, ala Scriboniana, ala Cetienſis &c. Harum legionũ alarumq; præſidio, limitẽ Danubij ijs ipſis in locis multo tempore Romani aduerſus frequentes nationũ Sarmaticarũ Germanicarũq; incurſiones tuebant, quarũ præcipuę erant, ex his quidẽ Marcomãni, Quadi, Boi, Heruli, Longobardi &c. ex illis uero Daci, Vandali, Gepidæ & Hunni, de quibus Rom. ſępe cruentas reportarũt uictorias. At illi huius terræ allecti fœcunditate, omnẽ mouerunt lapidẽ, ut ſuę facerent poteſtatis. Idẽ poſtea fecerunt Gothi, alia German. natio, Pannonias ſui iuris faciẽtes, qui & cum Chunimundo Sueuorũ rege ad lacũ Piſonis, quẽ hodie in confinib. Auſtriæ & Hungariæ den Newſidler ſee uocãt, ingens fecerunt p̃lium. Et ab eo tempe Fabiana caput iterũ exeruit, quũ Vindobonę adhuc nomẽ retineret. Regia hęc erat, ubi Herulorũ reges aulas ſuas ſuſtinebãt, anguſtior tamẽ multo q̃ nũc ſit. Fuit tũc in ea urbe, nẽpe circa an. Chriſti 464. D. Seuerinus, Chriſto lucrifaciens gentẽ illam, & cum ipſe ſibi ſuiſq; monachis cellulam ſub Cetio poſuiſſet, barbaros reges induxit, ut duas intra Fabianã baſilicas extruerẽt, ſed quæ poſtea ab Auaribus uel Longob. fuerunt demolitę. Hæ em̃ gentes poſt Herulos Pannoniã Noricũq; poſſederunt, id q̃d hiſt. D. Seuerini docet. Occupantibus aũt Longob. Fabianam, poſt 40. an. inuitati à Narſete eunucho in Italiã Tranſpadanã, ea loca Auaribus reliquere habitanda. Ad hanc gentẽ in fide Chriſti erudiendã, D. legit Ruptus circa an. ſalutis 630. (alij numerãt 540) Giſalaricũ quendã ablegaſſe. Qui Chriſto barbara gente uendicata, beato Rudberto magiſtro ſuo intra Fabianã ſacellũ poſuit, q̃d adhuc ædibus noſtris uicinũ Viẽnæ ſupereſt. Atq; ab eo tẽpore epiſcopatus quondã apud Fabianã à S. Seuerino auſpicato, renouari cœptus eſt. Cui legunt p̃fuiſſe Mamertinus (cõſecratus ab ipſo Seuer. & Marcianus monachus cellæ Seuer. Is nõ habuit ſucceſſorẽ, barbara gente Longob. & à Chriſto aliena immigrãte. Relata uero diœceſi per Giſalaricũ S. Rudberti diſcipulum, ſecuti ſunt eum epiſ. Fabianenſes ſiue ut in alijs codicib legitur, Fauianenſes aut Vigenneñ. Sodomus & Haymo. Habuit Sodomus archiepiſcopũ ſuum in Norico Vnilonẽ Laureacenſem & coepiſcopos apud Iuuauiã, quę hodie Salzeburga dicit̃, Ioan. & Patauię Waldaricum. Poſt hęc tempora Carolus Magnus celebres quondam apud Romanos Rheni atq; Danubij limites reſtituit, uocibus gentilicijs nuncupatos, Marcha Weſtenrich & marcha Oſtenrich, collapſamq; in eis religionẽ inſtaurauit, & prouincias eas pulſis Auaribus ex Pannonijs, magna ex parte Teutonicis gentibus colendas tradidit, conſtitutis illic more Rom. aliquot coloniis: quarũ præcipua tum Fabiana erat, ubi & beato Petro baſilicam conſtruxit, quę adhuc Viẽnę extat, ruinoſa ac uetuſtate præ cæteris cõſpicua & ferè collapſa. Idẽ fecit in Sabaria, Sicãbria, Carnũto, ubi D. Petronel. baſilicã poſuit, à qua locus ille in uicũ redactus nomẽclaturã ad poſteros trãſmiſit. In uetuſtis codicib. Carnburgũ tum dictum fuiſſe animaduerti, & cãpos proximos Carnfeld. In Norico quoq; Ripenſi erant coloniæ aliq; celebres, ubi baſilicas pro retinẽda Chriſt. religione Carol. legit̃ cõſtituiſſe, quas ptim uetuſtas in uillas admodũ exiguas mutauit, ptim in monaſt. cõuertit. Iis auſpicijs & Fabiana noſtra amplificata & diœceſim ſuam ueterẽ recepit, quã adminiſtraſſe legit̃ ab eo tẽpore Haymo quidã & ſub Arnulpho Imp. circa an. dñi 908. Radfridus à Laureacenſi metropolitano conſecratus. Cæterũ ſub Ludouico Arnulphi filio, Conrado & Henrico Auguſtis, Hungarorũ gens fera crebris incurſionib. totam ferè Germaniã deſolatã fecit, quæ res fecit ut Fabiana noſtra rurſus in ruinas concideret, in quibus exigua uilla cũ domo uenatoria paulatim adſurrexit, in qua Hungarorum reguli ethnici à uenatione conſueuerant conuenire. Quæ poſtea domus, Fabiana paulatim ad oppidi amplitudinem redeunte, & nomine manſit & ædificijs, noſtris ædibus & diui Rudperti ſacello proxima.

Seuerinus Auſtriorum apoſtolus.

Epiſcopatus Viennenſis uetuſtiſſimus.

Weſtenrich. Oſtenrich.

Noricum Ripenſe.

Fabiana deſolata ab Hungaris.

Itaq; Hungari atq; Auares facti iterum incolæ huius uetuſtæ urbis, paulo pòſt cæſi ſunt ad Lycum flu. ob Ottoone 1. qui in exercitu habuit plurimos Germaniæ proceres, comites ſcilicet à Buchorn, à Schala, à Lengenbach, & à Blae. Quorũ primæ ſtirpis Vdalrichus nomine in expeditione contra Auaros eam partem ſuperioris Pannoniæ ſubegit, quæ in Valeriam excurrit, iſtiq; ſedem poſuit & eam terrã ab Ottone 3. in beneficiũ accepit, à quo comites à Buten & Varnbach, qui prope nouã Auſtriæ ciuitatẽ in Neunkirchen, hoc eſt, nouẽ eccleſijs regiã tenebãt, in duces poſtea Carinthiæ inaugurati. Quorum poſtremus Eckenbertus ſub Friderico 1. in expugnatione Mediolani mortẽ oppetijt. Comitib. uero à Schala ceſſit caſtrum Medlicenſe cum adiacente terra. Porro familia comitum de Blae, qui ſub Pipino rege latè domo profecti ex Gallijs in Noricum ſedem permutarunt, Grub caſtro conſtructo & Benedut, Peur ac Schlechdorff cœnobijs apud Baioarios excitatis, beneficio Francorũ regum multos & in uicinia Norici Pannoniæq; agros obtinuere. Fuit in hac ſtirpe & Sifridus quidã patriarcha Aquileiẽſis, qui unà cum fratrib. ſuis, quũ Beuren cœnobium prope Saltzeburgũ poſuiſſet, eidem & prædiũ Fabianæ noſtrę atq; agros uicinos conceſſit. Retinent etiã in hunc uſq; diem monachi Beurenſes aliquot Viennæ, hoc eſt, Fabianæ noſtræ uillas. Etſi aũt hęc comitũ de Blae ſtirps multis poſtea ſeculis in Auſtria manſerint, agros tamen ſuos cum Fabiana amiſerũt, ab Hungaris occupatos. Quorũ inſultus fugientes ultra Danubiũ profecti, Hardekhe, Tanſpurg ac Weikerſchlag caſtra excitauere. Horũ familia in Cunrado & Ottone defecit circiter annum domini 1264. qui in acie ab Hungaris interfecti, comitatus ſuos Burggrauijs Magdeburgenſib. reliquere. Itaq; in his anguſtijs Viẽna ante Ottonũ tẽpora ferè inculta iacuit, è comitũ à Blae, cœnobijſq; Beuren obſequio ab Hungaris aſſerta. Quos poſtea Lupoldus & Albertus comites Babenbergę exules, quibus marcha orientalis ab Ottone 2. in beneficiũ collata fuerat nõ ſolum è loco Viennæ ſed uniuerſa Pannonia ſuperiori Noricoq; Ripenſi eiecerunt. De hoc Alberto comite Babenbergenſi capite plexo, uide Ottonẽ Friſingeñ. li. 6. cap. 15. Ad Lupoldũ 1. marchionẽ, à quo tota ſeries progenitorũ noſtorũ (inquit Otto Friſing.) uſq; ad hæc tempora noſtra extenditur, ſtilum uertamus. Is ſic referẽ obtinuiſſe hanc terrã. Dum adoleſcens die quadã in uenatione per auia fuiſſet Imperatorẽ ſolus ſecutus, & ille feram percuſſurus arcum fregiſſet, iuuenis arcum ſuũ ilicò cæſari exhibuit. Tunc cęſar percuſſa fera ſuper alacritate adoleſcentis delectatus, promiſit ei terrã, quam ſibi proxime uacare contingeret, ipſiq; cõpeteret. Non multo pòſt tempore marchione Auſtriæ mortuo, cum multi procerũ inſtarent apud Imperatorem pro ea terra, prorumpens iuuenis in mediũ cum atteſtatione fracti arcus, quem à cæſare acceperat, regalis promiſſionis petijt executionẽ. Cui princeps nihil moratus cõtulit terrã. Is itaq; omni potitus terra, multis annis per ſucceſſores ſuos eam ſtrenue tuebaẽ & dilatauit, quouſq; directu Dei aduenit in partes iſtas peregrinando beatus Cholomãnus. Cumq; ille pro exploratore haberetur, fuit anno dñi 1012. ſuſpenſus &c. Hæc oſtendunt Viennã tunc ex Hungarorũ ſeruitute fuiſſe exemptã, & in uerba uictorũ comitũ Babenbergæ adactã: multis tamen poſtea annis incultã iacuiſſe, ut uix oppiduli anguſtias habuiſſe puteẽ: id quod probant literæ fundationis Scotenſis abbatiæ, quæ ab Henrico 1. duce Auſtriæ fundata fuit & ad extremã manũ perducta circa annum ſalutis 1158. quæ ſic habent: Ego Henricus Dei gratia dux Auſtriæ, uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutẽ: Manifeſtũ fieri uolumus uniuerſis quòd nos inter alias noſtri patrocinatus eccleſias, abbatiã in honorẽ Dei & laudem ſuæ genetricis Marię, deniq; in cõmemorationẽ beati Gregorij, in pdio noſtro fundauimus, in territorio ſcilicet Fauianę, quę à modernis Wienna nũcupaẽ &c. Cuius, ut oppidi, Otto Friſigeñ. quoq; meminit lib. 1. hiſt. Friderici 1. ca. 32. cum cladẽ Henrici Auſtriæ ducis fratris ſui à Bela Hungariæ rege retexeret, ſcribẽs in hunc modũ: Dux tunc demũ terga hoſti dare compelliẽ, periculis belli exẽptus in uicinum oppidum Vienis, quod olim à Rom. inhabitatũ Fauianis dicebatur, declinauit. Quæ docent ab eo primũ tẽpore oppidi rurſus frequentiã, Viennã ipſam induiſſe, quã tribus rebus retuliſſe memoratus Hẽricus 1. dux Auſtriæ uideẽ, primũ q; abbatiã nouã ad (nõ intra) mœnia illius poſuiſſet in ſubſidiũ peregrinantib. ad terrã electionis, deinde q; nouã baſilicã omnib. ſanctis ſacratã ante mœnia excitaſſet, quę modo intra mœnia uiſiẽ. Tertio q; ſuam ab eo tempore regiã aulamq; Viennæ conſtituerit: quę poſtea in monaſt. Carmelitarum uerſa, proximo foro appellationẽ reliquit, q̃d Viẽnenſes uocare ſolemus, Am hoff.



Peuren monaſterium.

Lupoldus primus marchio.

Diuus Cholomãnus ſuſpenſus.

Fundatio Scotenſis abbatiæ

Fauiana hodie Vienna.

Hac

Hac enim ex re factum est, ut Richardus Angliæ rex ob ignominiã Lupoldo duci Austriæ sexto apud Accarõ Asiæ illatã, exploratus & captus in diuersorio uillæ Erdpurgi & duci exhibitus, dum domũ ab expeditione Asiatica rediret, nouis mœnibus Viennam circũda recoactus fuit. Quã historiãOtto Frisingensis Austriacę propaginis princeps doctiss. qui eo ferè tẽpore in humanis fuit, in hęc uerba describit, in noua nuper à nobis reperta Austrię Chronica ab eodem principe scripta. Hac tempestate rex Anglorũ Richardus de expeditione transmarina rediens per Hungariã in fines ducis Leopoldi, paucis comitatus deuenit: memorq; iniuriarũ eidem duci apud Accaron à se exhibitarum, ipsum nimis metuens, dimisso regali obsequio, priuato habitu furtim celeriterq; transire cupiens, in quodam diuersorio iuxta Viennam ciuitatem necessitate prandij diuertit, socijs præter paucos dimissis. Itaque seruili opere ne agnosceretur in coctione pulmentorum per se dans operam, altile ligno adfixum propria manu uertens assabat, anulum digito oblitus. Quidam ergo de familia ducis, qui cum duce apud Accaron fuerat, uisum inibi regem notum habebat, de ciuitate fortuitu egressus, tabernam regali coco insignem intrauit, & ex consideratione annuli ipsum respiciens & recognoscens, agnitum dissimulauit, concitoq; cursu in ciuitatem reuersus, ducem qui tunc forte aderat, de præsentia regis certificans, admodum exhilarauit. Igitur sine mora ascensis equis cum frequentia militum dux accurrit, regemq; frixam carnem manu tenentem captiuauit, irrisumq; tali opere, in ciuitatem duxit & custodiæ mancipauit, digna recompensatione reddens quod meruerat. Imperator itaque captum regem Anglorum audiens, missis ad ducem nuncijs regem sibi præsentari iussit, præsentatumq; Wormaciã asportari uinctum ferroq; onustum præcepit, datis sibi inducijs deliberandæ redemptionis. Itaque pro captiuatione peregrini regis Lupoldus à summo pontif. max. excommunicatur, ne simili ausu peregrini sancti sepulchri à quoquam impeterentur & à subuentione transmarinæ ecclesiæ deterrerentur. Tandem datis pro redemptione sua Imperatori multis millibus centenariorũ auri & argenti, imò & duci Lupoldo auro & argento pro libitu collato, eisq; reconciliatione sacramenti firmata, captiuitate exuitur, sicq; mulctatus redijt in terram suam &c. Hæc docent Viennam ab eo primum tempore, & ducis cohabitatione & incolarũ fuisse subuectam frequentia. Ad quas res adiumenta non minima ipse Richardus Angliæ rex contulit (si uulgaribus Austriæ credimus annalibus,) nouis mœnibus excitatis, quę priora & uetustiora includerent, & adhuc hodie, licet lacera atq; à Mathia partim Hungarorũ rege, partim Solymanno Thurcarũ tyranno quatefacta demolitaq; cernuntur. Igitur his incremẽtis Vienna ab anno domini 1200. caput exeruit, iuuitq; eam pręter hunc Lupoldũ, cuius meminimus, & alter Lupoldus prioris filius, emporio mercatorũ nouo in ea constituto, & magna summa pecuniæ ciuibus concessa, quam in quęstum conferrent. Quo beneficio ita ditati ciues, opumq; cumulo exultãtes, locum eum apud imperij Rom. ordines quęsiuerũt, ut proscripto postea Friderico hoc nomine primo Austriæ archiduce item primo, à Friderico Cæsare secundo, & aquilę aureę oriẽtis scilicet imperij insignibus adornati fuerint, & donati libertate, inter liberas imperij urbes Viennã nostram retulerint. Quam etsi prærogatiuã ob singularẽ fidem erga imperium tum Viennenses accepissent, tamen reconciliato imperio duce, dulce heri sui obsequiũ amplecti maluerunt, quàm in illa, si dijs placet, libertate superbos spiritus gerere. Qua re factum est, ut postea deficiente stirpe Babenbergensi, in fidem à Rudolfo Habspurgensi in Cęsarem circa annum salutis inaugurato 1280. recepta fuerit, magnisq; priuilegijs accumulata, ita creuerit & priuatis & publicis ædibus, ut tertia denicq; mœnia accesserint, ac tertia urbis pars adiecta fuerit, prioribus duabus multo amplior: quam anno domini 1529. Thurcarũ nobis obsidio ademit. Atq; post ea tempora cathedralis sedes in Viennã rediit, Academia posita fuit, uno ferè eodemq; tempore, eodemq; à principe Rudolfo 4. Quod circa annum salutis fuit factũ 1363. A quo etiã principe altera diuo archangelo Michaẽli sacrata parochia intra Viennã excitat & Carmelitarũ cœnobiũ in ueteris aulę ruderibus adsurrexit. Ante quem pręterea ab eius maiorib. Habspurgensibus uidelicet principib. cætera sunt tẽpla condita: Augustt. cœnobiũ ab Ottone duce, circiter annum salutis 1339. Diuo Laurentio sacra ædes & cœnobiũ monialiũ posita à Friderico & Ottone ducibus circa eadẽ tẽpora. Diuę Clarę abbatiam à Rudolfo tertio duce Austriæ eiusq; cõiuge Blanca Galliarũ regina excitatam reperio. Quam Anna postea Friderici tertij Romanorũ regis filia, circa annũ domini 1336. itemq; Catharina Alberti secundi ducis Austriæ nata circa annũ salutis 1380. auxerunt atq; locupletarunt. Hanc abbatiã secutũ mox est Minoritanũ cœnobiũ à Blanca Galliæ regina Austriæ

Richardus rex Angliæ captus.

Habes hanc historiã quoque infrà in terra sancta, sub Guidone rege.

Richardus rex noua Viennæ mœnia excitat

Emporiũ Viennense.

Cathedralis sedes Viennæ.

Monasteria multa Viẽnæ.

Auſtrię̃q; archiduciſſa & Eliſabeta Arragonũ regina item̃q; Auſtriæ archiduciſſa circa annum domini extructum 1336. Porro ad Cœli portas cœnobiũ ueſtalium uirginũ, magiſter Gerhardus parochus Viennenſis circa annum domini 1267. auſpicatus fuit. Cui aliud poſtea item pro Sanctimonialibus honeſta quædam matrona adiecit, diuo Iacobo dedicatũ. Adiecit & diuo Hieronymo ſacram ædem, iuncto monaſterio Veſtaliũ ad annum reparatæ ſalutis 1424. Chunradus Holtzler cõſul Viennenſis, & beatæ Dorotheæ præpoſiturã Canonicorũ regulariũ ſub annum ſalutis 1410. Andreas Blancus, Alberti quinti ducis Auſtriæ & præceptor & Cancellarius. Atq; hæc breuiter & ſine omni uerborũ lenocinio de Vienne noſtrę & exordijs & incrementis. Quam urbẽ Fridericus imperator 4. eiuſq; filius Maximilianus Cæſar, ac pronepos inuictiſſimus noſtri ſeculi Auguſtus Ferdinandus ita euexerunt, ut iam ſex præcipuarũ iſta linguarũ earundem̃q; mercatorũ cõmune quaſi diuerſorium exiſtat, hoc eſt, Germanorũ, Italorũ, Hungarorũ, Bohemorũ, Polonorũ & Schla-

Multi magiſtratus Viẽnæ.

uorum. Præterea duodecim in ea magiſtratus quotidie iura dent & leges dicant. Quorum quatuor ſunt eccleſiaſtici, Patauienſis epiſcopi officialis, Viennẽſis epiſcopi officialis, Capitulum cathedralis eccleſiæ, & uniuerſitatis Rector. Sunt itẽ quatuor Vrbani, & quatuor extra urbem: ex quibus præcipui ſunt, quem uocãt Regimentũ, unde omnes inferioris Auſtriæ prouinciæ iura petunt, & quem fiſcum ſiue Cameram appellant, quò omnes rationes earundem prouinciarũ referuntur. Reliqui his ſubiecti ſunt & à quibus ad ſuperiores prouocatio libellorũ fit, Senatus prouinciæ cum ſuis Mareſcalcis, Ordinati prouinciæ, Senatus urbanus cum ſuo conſule, Prætorium urbanum, Telonarij iudicium, & Mercatorum prętorium, quod Handgrauiatum uocant: de quibus quia fuſius in noſtra Vienna diſſeruimus, iam breuitatis gratia ſuperſedemus. Atque hæc raptim in gratiam cum conciuium meorum, tum Munſteri, pro eo quem erga hos uiros habemus affectu, obiter picturę urbis ſubnectere uoluimus. In quib. qui elocutionẽ atq; diſpoſitionẽ quærere uelit, ita fallit̃, ut ſentiat ſimpliciſſimę nos orationis filo ſingula adnotaſſe, & nequaq; hiſtoriã ſcripſiſſe.

Stiria.



STiria quam quondam Valeriam dictam putant, latus eius ſeptentrionale Auſtriam reſpicit, prouincia eſt mõrana, quamuis in orientem excurrens non paruas planicies habeat. Drauus ac Mura fluuij terram irrigant. Mura in Drauum exoneratur, ille autem in Danubium. Vrbium populi pleruncq; Teutones. Sclaui qui citra Drauum rura colunt. Imperiũ Auſtralis familiæ eſt. Multæ ibi uetuſtatis reliquiæ uiſuntur & Romanorũ principum nomina ſepulchralia marmora referunt, præſertim in oppido Ciliæ, cui ſuperioribus annis prefuit comes Fridericus, qui cum eſſet in libidinem pro-

Sceleratus princeps.

niſſimus & olim Veronicę concubinę incenſus amore, legitimam cõiugem ex comitibus Croatiæ natam manu ſua interemiſſet, concubinã uero pater comitis in profluentẽ dimerſiſſet, uxores paſſim filius maritis abſtulit, puellarum greges in palatium rapuit, prouinciales pro mancipijs habuit, eccleſiarum bona diripuit, monetarum falſatores, ueneficos, arriolos, necromanticos undiq; ad ſe conſciuit. Cui mortuo, Vdalricus filius ſucceſſit ſimilis ingenio patri. Quo interfecto 24. competitores hæreditatis fuere, ut qui uiuens undiq; bella conciuerat, moriens quoq; ſeditiones excitaret. Sed optimates terræ poſſeſſionem Imperatori Friderico tradendam cenſuerunt, ea lege, ut competitoribus ſecundum prouinciæ conſuetudinem in iudicio reſponderet. Decreuit quidem relicta Vdalrici armis defendere quæ poſſidebat, ſed Fridericus obtentis multis caſtellis, tandem receptus eſt. Fuit autem primum Stiria marchionatus, ſicut & Germanice appellatur Stiermarck, ſed per Friderici Barbaroſſam fuit ad ducatum erecta. Vltimus marchio uocatus fuit Ottocarus, cuius

Stiria fit ducatus.

filiam duxit uxorem Lupoldus dux Auſtriæ, qui conſenſu Imperatoris factus eſt dux Stiriæ. Deinde quum rurſum ſucceſſio illa extingueretur, miſerũt prouinciales quidam ad Bauariam, alij ad Vngariam, cuius regni moderator miſit filium ſuum ad Gretium, ſed cum ille uiueret iuxta mores ſuos, intolerabilisq; eſſet Stirijs, expulſus fuit de prouincia, & uocatus Ottocarus filius regis Bohemiæ, qui uſurpauerat ducatum Auſtriæ, obtinueratq; anno Chriſti 1269. Carinthiam, ſed diu conſeruare non potuit. Stirij agreſtes uulgo populi ſunt




puli ſunt & ſtrumoſi, adeo quidem ingenti ſtruma, ut ipſis loquelam impediat, & mulier lactans illam poſt tergum perinde atque ſaccum reiiciat (ſi fama uera eſt) ne infanti impedimẽto ſit. Strumæ cauſam aquæ aëríq; quibus ueſcuntur incolæ, tribuunt. Stiriani ipſi cultu & ſermone Germani ſunt præter Draui accolas, qui Illiri ca utuntur lingua. Sal ibi coquitur, quod ad finitimas gentes defertur. Regio ferri & argenti ferax, ſed principum incuria parcius foditur.

Carinthia.

EST Carinthia montana regio Carnis ad ortum, Stiriæ ad occaſum ac meridiem iuncta, alpes Italas & Forũ Iulij cõtingit. Multæ in ea ualles colles q; feraces tritici, multi lacꝰ & amnes, quorũ præcipuus Drauus, qui per Stiriã ac Pannoniã in Danubium fertur. Obedit hæc prouincia principibus Auſtriæ. Et quoties in Auſtria nouus princeps reipublicæ gubernationem init, ſolennitatẽ nuſquam alibi auditam obſeruant. Non longe ab oppido ſancti Viti in ualle ſpecioſa dirutæ ciuitatis ueſtigia uiſuntur, nomen loci uetuſtas perdidit, nec procul hinc in patẽtibus pratis erectus lapis marmoreus eſt, quẽ, cum dux creandus eſt, ruſticus quidam, cui per ſtirpis ſuæ ſucceſſionem hæreditario id officium debetur aſcendit, ad dexteram bouem habens fœtam nigri coloris, ad læuam equa illi ſiſtitur ſtrigoſa macieq; inſigni, frequens circà populus agreſtium q; turba ingens, dux inde futurus ex aduerſo mouet purpuratorum multitudine ſeptus, præcedunt principatus ſigna, omnesq; in toto comitatu egregie culti præter futurũ ducem. Is agreſti habitu pileo tectus, calceos & paſtoralem baculum gerens, paſtorem agit magis quàm principem. Hunc uenientem intuitus qui lapidem obtinet Illirica uoce, quis eſt hic exclamat, qui tam ſuperbe incedit? Reſpondet circumfuſa multitudo, principẽ regionis aduentare. Tum ille: iuſtus ne iudex? ſalutem patriæ quærens? liberæ conditionis? dignus ne honore eſt? Chriſtianæ pietatis cultor ac defenſor? Clamatur: eſt quidem & erit. Rurſus idem: quæro quo me iure hac à ſede dimouebit? Reſpondet ducalis aulæ magiſter: ſexaginta denarijs hic abs te locus emitur, iumenta hęc tua erunt ad bouem & equũ manũ intẽdens. Veſtimẽta quæ dux exuet habebis, eriſq; tu cum domo tua tota liber à tributo. Quibus dictis, ruſticus malam principis percutit, ala pa leniter incuſſa, iubetq; ęquũ iudicem eſſe, præmioq; abducto, loco cedit. Tum lapidem dux occupat, nudum gladium uibrans ad omnem ſe partem uertit, populũ affatur, pollicetur q; ſe æquum iudicem futurum. Ferunt & aquam agreſti pileo oblatam potare, in futuræ ſobrietatis argumentum. Deinde ad eccleſiã uicinã perductus ſacris intereſt, quibus peractis humili ueſte, qua adhuc indutus eſt depoſita, paludamentũ induit, ſplendideq; cum proceribus ſuis conuiuatur. Poſtremo in pratum reuertitur pro tribunali ſedens ius dicit & feuda confert. Hic honos principis inueſtiendi ruſticis datus eſt, quòd illi primùm in ea terra Chriſti fidem accepere, nobilibus & principibus in errore ad uſq; Caroli magni tempora permanẽtibus, quando & ipſi baptiſmati admoti

Conſuetudo mirabilis.





Principis inauguratio.

mati admoti ſunt. Fuit olim Carinthiæ dux, quum imperij officia paſſim inter principes & ciuitates imperiales diſtribuerentur, uenator imperij, unde ad eum lites & contentiones uenatorum omnium deferebantur. Anno Chriſti 1331. peruenit ducatus Carinthię ad duces Auſtriæ. Vltimo enim duce Henrico ſine uirili ſemine mortuo, redijt ducatus ad imperium, fuitq; feudum eius à Ludouico Cæſare hæreditario iure Alberto duci Auſtriæ collatum, ſecundo ſcilicet huius nominis. Filiam uero ducis relictam, habuit Ioannes filius regis Bohemię uxorẽ, cui deſignatus fuit comitatus Tyrolenſis pro ducatu Carinthiæ. Mortuoq; iſto Ioanne ſine liberis & uxore eius à marchione Brandenburgenſi ducta, peruenit comitatus ad Brandenburgenſes. Sed cum marchio ille nullam ab uxore ſuſtolleret prolem, dono dedit comitatũ Tyroleñ. ducibus Auſtriæ.


De comitatu Tyrolenſi.



COomitatum Tyrolenſem & Enipontẽ uulgo Inſprugk huc poſuimus propter dominiũ quod ibi habent principes Auſtriæ, quum hæc regio longe abſit à Carinthia. Rudolfus filius Alberti ducis Auſtrię anno domini 1360. adiunxit hũc comitatũ Auſtriæ. Nam habuit ille comitis Tyrolenſis relictã in matrimonio uxorem: quæ tametſi cum priori marito haberet filiam, quam Ludouicus Ludouici ducis Bauariæ & Imperatoris filius uxorem duxerat, genuiſſetq; Meinhardũ filium hęredẽ comitatus, mortuo tamen filio ſine hęrede, legauit comitatum domui Auſtriæ & non patruis ſuis principibus Bauariæ quo- odie-

Tyrolis diues in mineris.

bat, ſicq; manſit comitatus apud principes Auſtriæ quouſque tandem cõmutatus fuit pro Carinthia, ut præcedenti ſignauimus capite. Is comitatus habet tanta in ſingulos annos emolumenta, eſtq; tam diues in argentifodinis, quę apud oppidum Schwatz inuentæ ſunt, ut ſuis diuitijs ſuperet potentes ducatus, compararíq; poſſet regno. Sunt autem metalla huius loci nobiliora metallis aliorũ quorundã locorum, preſertim æs quod eſt ſupra modũ ductile. Eſt metallum metallo nobilius, quod pluribus rebus excellit, uel maiores affert uſus ad ſecandũ, uel ſed rarius eſt. Excellit metallum multis de cauſis metallum. Aut enim ignis id non conſumit, nõ ſolum cum in incendijs arſerit, ſed etiam cum in catino alternatim cum rebus quę ipſum purgant poſitũ coquitur, aut quia ei nihil deperit, niſi cum diutius arſerit in eodem catino, quia acria id nõ corrodunt nec alio uicio infeſtatur, aut quia eo manus non ſordeſcunt, aut quia dilatat laxius cæ cætera, aut quia fundi poteſt, aut quia gratũ eſt colore, aut denicq; quia propter duriciam magnos uſus affert. Itacq; ob has cauſas ferè omnes, aurum reliqua excellit metalla.



Quod metallum excellit.

Aurum.

Nam durat in catino & in incendijs, nec ipſum acria corrodũt, nec ullum aliud concipit uicium, nec eo ſordeſcunt manus, dilatatur laxiſſime & fundi poteſt ſuluo etiam colore præſtat cæteris metallis, ſola duricia ſuperatur ab argento, ære & ferro. Cum igitur aurum in metallorum genere perfectum naturæ opus exiſtat, & chymiſtæ, ut eius ſpeciem imitatione exprimere poſſint reliqua metalla diutius coquunt ac colorant, & artifices quidam es, ut auri nonnihil fiat ſimile. cadmia tingunt, in Orichalcumq; permutant. Secundas tenet argentum: nam & in incendijs perdurat, ac uero etiam in catino, niſi cum ſępius & diutius arſerit. Acria id corrodunt & in cęruleũ uertunt. Nullum præterea aliud inſigne uicijũ concipit. Laxius quàm cætera metalla, auro excepto, dilatat, fundi etiam poteſt, & color illius albus

Argentum.

albus placet. Durius eſt auro, ſed minus durum quàm uel ęs uel ferrum. Cum igitur ſoli auro cedat, & chymiſtę etiam ut eius formam poſſint effingere uiliora metalla coquunt & colorant, & alij quidam æs, ut ſpeciem prę ſe argenti ferre poſſit, magnitide tingunt.

At tertias fert æs: laxius enim dilatari poteſt quàm uel ferrum uel aliquod plumbi genus: fundi præterea poteſt, ſed ignis ipſum cõſumit ſiue diutius arſerit in catino, ſiue alternatim cum rebus, quę aurum & argentum purgant, poſitum fuerit in catillis: quin ei obuenit æruginis uicium. Quartas deferunt ferro. Quamuis enim rubigine perit, & non facile fundit, tamen ſatis laxè dilatatur, & duricia ſuperat omnia metalla. At plumbi genera retro ponuntur, quòd ſcilicet ignis ipſa in catino aut in aliam formam mutet aut prorſus cõſumat, & quòd ea in ceruſſam uertant acria, & quòd in aqua locata nigrore inficiant ea parte qua diutius terram uel lapides attigerint, ſed candidũ reliquis duobus præponitur, quod inter ipſum & argentum maxima ſit ſimilitudo in colore. Quod cum ſciant chymiſtę, ex nigro candidum conficere conantur. Nigrum autem idcirco antecellit cinereo, quòd ex hoc ſolo difficilius opera confici poſſint. Poſtremas tribuunt argento uiuo: nam quia liquidũ eſt, chymiſtis imperfectũ metallũ eſſe uidetur. Porro ſi in his metallis utilitatis fructum conſideremus, unum ferrum longè præſtat cęteris omnibus. Siquidẽ propter duriciã maximos affert uſus ad ſecandũ & ad conficienda opera quę diutiſſime durãt. Ad hanc uero ferri duriciam proximè accedit æs, quocirca ueteres illi opifices ex eo inſtrumenta ſecandi fecerunt atq; arma fabricati ſunt. Eadem quidem ex argento fecerunt, quòd duricia non multum cedere cęri, & ad ornatum magis eſſet decorum. At qui quondam aurea caſſide, thorace, lorica ſe texerunt & gladijs aureis uſi ſunt, hi armis magis fuluo illo metallo fulgentibus quàm duricia robuſtis pugnarũt. Quia uero aurum molle eſt, Debęt ut minus utile, triplum ęre ſimplo, & duplum argento ſimplo uicinis uendiderũt. Cum enim abundarent auro, inſtrumẽta & multa alia opera ex eo cõficere potuiſſent, at uſus docuit eos, aurum minus eſſe accõmodatum ad ſecandum & ad alia, quàm uel æs uel argentũ: atq; ob hanc ſane cauſam etiam homines qui inſulas à Luſitanis repertas ac quaſdam Africæ & Indię regiones incolunt, aurum magni non ęſtimant, quanquã etiam propter alteram cauſam, quòd eis ſit multum & copioſum, ac tertio quòd eiuſmodi nationes rerum metallicarũ ſint rudes. Plumbi autem genera propter eandem mollitudinẽ & quidem maiorem, paucis in rebus nobis uſui eſſe poſſunt. Etenim ex eis pręter pocula & uaſcula non multa fiunt opera. Poſtremo argentum uiuum quia liquidum eſt, etiam in minus multis nobis eſt uſui: argento quidem & æri ſublitum aureas bracteas retinet. Nec uero ſi unum aliquod metallũ alteri pręſtat & magis expetitur ad uſus neceſſarios, ſequitur illico id ipſum maioris eſſe precij, ſed rariſſimum quodq; ferè maximi precij eſt: quamobrem argentum & plumbum candidũ (quod ſtannũ uocãt) quia rara ſunt, maiori precio mercamur quàm uel ferrum uel ęs, quantumlibet hęc multis rebus excellant & maiores uſus nobis afferant. Rerum enim copiam uilitas, inopiã caritas cõſequitur. Magna uero copia metalli tunc exiſtit, cum multum in aliquo loco effoditur aut inuenitur, uel terra mariq; conquiſitũ in unam aliquam urbem inuehitur, quę copia facit ut aliquod metallum uiliori pręcio uendatur. At inopia metalli contra exiſtit cum paucum effoditur aut in aliquam regionem uel oppidũ nõ multum infertur. Ex his itaq; ſatis intelligi poteſt, tres potiſſimũ eſſe cauſas, cur metallum aliud alio ſit carius.

Aurum quidem apud omnes ferè nationes prætioſiſſimum habetur, quia natura pręſtat cęteris & eſt rarius. Et quanquam nõ ſit utile ad ſecandũ, tamen rebus omnibus magnum affert ornatum. Argentũ autem pręcio ſemper ceſſit ſoli auro: nam & naturæ pręſtantia reliquis excellit metallis & rarum eſt, &, ut ad ſecandum minus accõmodatum quàm ęs aut ferrum, res ornat ſplendide. Græci olim unam auri partem decem argenti partibus ęſtimauerunt. Hipparchus tamen apud Platonem dicit unam auri portionem eſſe pręcium duodecim argenti portionũ. Et Darius in tributorũ exactionibus unum auri talentum taxauit tredecim argenti talentis. Quod an de auro & argento puris uel miſtis capiendum ſit, alijs excutiendũ relinquo. Hoc tamen ex his colligimus, priſcis temporibus idem auri & argenti pręcium non fuiſſe, ut nec noſtris eſt. Etenim patrũ memoria, una auri puri pars in pręcipuis Germanię emporijs primo empta fuit tredecim argenti partibus & paulo plus quàm duadus unius decimætertię partis tertijs: deinde ferè duodecim argenti partibus, nunc uero undecim & paulo plus quàm una undecimę tertia. Nam iacet prætium auri. Argento autem proximũ locum noſtris temporibus argentũ uiuum & plum

Aes.

Plumbum.

Quod metallum utilius.

Aurum uillus ære & argẽto

Rarius metallum nobilius.

Præcium metallorum.

bum candidum obtinent, non quòd aut natura reliquis antecellant, aut magno usui nobis sint, sed quòd rarissima. Argentum etiam uiuum idcirco quòd Africæ ac quibusdam Asiæ regionibus magnopere expetatur. Partes uero 143. plerunq; emuntur una argenti parte. Attamen unum aliquod ex his duobus interdum maioris uenit interdum minoris. At æs etsi natura non cedit argento uiuo & plumbo candido, & maiores quàm ea usus afferat, tamen quia multum & copiosum effoditur minori præcio emitur. Nam in nobilibus emporijs nostris æris 220. partes una argenti parte hodie emuntur. Eius uero præcij, cuius æris est plumbum cinereum (uulgo bismut) quod etiam rarum inuentu. Id ueteres scriptores ignorarunt. Quoniam aũt plumbum nigrum æri bonitatem præstantiamq; concedit, & minus quàm idem æs nobis usui est, & copiosum eruitur, multo minoris uenit. Nam in his locis in quibus primo ex galena excoquitur, eius 880. partes una argenti parte uenduntur, in emporijs uero ferè sexcentæ una argenti emuntur. At ferrum ut maximos usus ad secandum afferat & ex eo arma aliaq; opera permulta confici possint, tamen quia copiosissimum in pluribus locis conflat, minimi præcij est, etenim 1282. partes ferri una argenti parte emitur, quanquam Suedicum & optimum, quodq; est carius.

Quo pacto ex auro & argento moneta cuditur.




MOnetarius metallum purum siue aurum siue argentum siue æs in catinos infjcit, & quidem ad aurum adijcit argenti tantum, ad argentum æris tantum, quantum ex decreto regis aut principis aut ciuitatis licet adijcere: coctoq; metallo usque dum liquescit, tum in ferreum instrumentum, cui sunt aliquot canales infundit liquidum ut fiant bacilli, quos ex instrumento exemptos ducit in bracteas latas aut strictas, crassas aut tenues, prout ratio monetæ cudendæ postulat. Eas bracteas deinde in plures particulas secat, & aureas omnes, item argenteas maiores appendit, ut nummos aureos & argenteos iusti ponderis possit cudere, sed argentei minores ut æque graues sint, nec facile fieri potest, nec magni refert, eorũ modo numerus sit integer, alium alio grauiorem esse, cum eis paululum ad legitimũ pondus deesse uel superesse possit, mox bracteas laxius dilatat, & forcipe prehensas ac malleo percussas & toties calefactas quoties opus fuerit, facit plerunq; rotundas, & eas ut albescãt addito sale atq; fece uini sicca coquit. Postremo in ferreum instrumentum, in quo hominũ & aliarũ rerum imagines incisæ sunt, impositas & percussas imprimit in eis species easdem, tum inuersas & in alterum ferreum instrumentum, in quo notæ literarũ aliarumue rerum insculptæ sunt, impositas & percussas iterũ signat. Habeo autẽ hęc omnia ex Georgio Agricola, harũ rerũ diligentiss. scriptore.

Carnia

Carnia, uulgo Krain.

CArni inter quos lapides enumerantur, Sclaui sunt, diuiduntuŕq; in duplicem Carniolam, siccam scilicet, quæ aquarũ indigua est, & alteram irriguã, in qua Sauus fluuius ortum habet, & in qua est Labacum insigne oppidum, quod Sclaui & Itali Lubianam uocant. Sunt Carni confines Histrijs, utunturq; Sclauonica lingua. Qui siccam inhabitant Carniam, comprehenduntur inter Labacum & Tergestum, uocanturq; partim Histrij & partim Karstij &c.

De Istria peninsula.



Ludouicus Vergerius Sebastiano Munstero S. D.

DEmea Istria in qua sum natus, paucis accipe Munstere. Ea excurrit ut peninsula: latitudo eius XL. mil. pas. hoc uere Plinius, at circuitus lõgior q̃ ille scripserit. Nam si ab intimo eo sinu ubi Tergestum situm est incipias, uelisq; iuxta littora usq; ad oppidũ S. Viti, quod est in Fanatico sinu & Flumen appellant, nauigare, hi erunt plusq; CC.M. pas. Tota hæc regio minime plana est, at non habet arduos montes, neque infœcundos, sed quos uerius dixeris colles, qui sunt uitibus, oleis & alijs fructiferis arboribus cõsiti, atq; etiam frumento, pascuis & pecoribus abundant. Vnum tamen *Magnitudo Istriæ.*

habet montem altiſſimum, in ea ferè parte quæ ad Fanaticum uergit ſinum, quem montem maiorem uulgo appellant. Is nauigantibus primus omnium apparere ſolet, in cuius ſummitate fons exoritur uberrimus, qui omnes campos, qui ſunt ad eius radicem poſiti, irrigat, atq; in eo aliquot rariſſimæ herbæ naſcuntur, quas ſæpe medici ut legant magno labore montem conſcendunt, imò ex alijs prouincijs huc ſæpe ueniunt ad herbas uiſendas & colligendas. Sunt qui ſentiunt de his intellexiſſe Hermolaum Barbarum, quando de Veſtinis montibus, aut (ut alij legunt) Iuſtinis diſſerit. Fluuij Iſtriæ ſunt tres, Formio ſcilicet, Nauportus & Arſia. Primus fuit aliquando Italiæ terminus, & eſt ualde exiguus, oritur em à mari non plus quàm VIII. M. P. Riſanum accolæ uocant. Influit ſtatim in mare propeurbem Iuſtinopolitanam. Alter ille eſt quem nonnulli fœdo errore lapſi affirmarunt fluere ex Danubio, quum tamen ortum habeat uix XX. M. P. longè à mari. Hunc modo Quietum appellamus. Poſtremus fluit in ſinum Fanaticum, atque ipſe ex lacu quodam exiguo exiens, qui eſt ad radicem montis maioris. Qui fluuius modo Italiæ terminus eſt. Itaq; pars Iſtriæ atq; ea maior intra Italiam includitur, minor quædam in Liburnia eſt.

Fluuij Iſtriæ.

Ciuitates Iſtriæ.

VRbes & oppida Iſtriæ quæ mari adiacent, ſunt, Mugla, Iuſtinopolis, Inſula, Piranum, Humagum, Emonia, Parentiũ, Orſara, Rubinum, Pola, ſanctus Vitus Hæc uero ſunt mediterranea: Pinguentum, Montona, Portulæ, Griſignanum, Bullæ, ſanctus Laurentius, duo caſtra, ſanctus Vincentius, Vallis, Adignanum, Pomeranum, Albona, Flanona, Petina, Galignanũ, Coslacum, Piſinum. Celeberrima inter omnes eſt Iuſtinopolis, quam uulgo Caput Hiſtriæ appellant, Plinius Egidã. Ea eſt in ſcopulo ſita, longè à continenti, cui longo ponte iungitur, à meridie uero peninſulæ abeſt C. M. P. ab aduerſo latere CC. millibus. Paret ditioni Venetorũ cum multis alijs. Nam pars oppidorum quæ ſunt in Iſtria archiducibus Auſtriæ ſubeſt. Abundat ea ciuitas uino, oleo & ſale, quanquam nec frumentum deeſt, ſed eo non ita abundat. Vinum habet admodum generoſum. Nam prope adeſt caſtellum & mons ille quem ueteres Pucinum appellarũt, noſtri modo Proſeco, ubi uinum illud naſcitur celebratiſſimũ, cui Liuia Auguſti acceptos referebat annos LXX. Eo nunc Ferdinandus rex Romanorum cotidie utitur, poteſtq; cum quibuſuis uinis ſuauitate & robore conferri. Aër non modo amœnus ſed & ſaluberrimus quanquam non omnes Iſtriæ urbes hoc cõmodum & fœlicitatem habeant. Nam ab Humago Polam uſque minus ſalubrem accolę ſentiũt. Habet eadem Iuſtinopolis ciuitas & ſemper habuit ingenia quędam præclara & ad literarum ſtudia & res magnas bene agendas in primis apta. Hic natus Petrus Paulus Vergerius ille, qui ante CXXX. annos tantã laudem in omni diſciplinarum genere aſſecutus eſt, quantam ea ætate pauci. Extant eius libri quos omnes docti laudant. Hic noſtra ætate nati ſunt tres fratres ex eadem Vergeriorum familia, Aurelius, P. Paulus, Iohannes Baptiſta, tota Italia ob doctrinam & pietatem celebres. Primus fuit eques Rhodius, in magnis Reipub. Chriſtianæ negotijs diu cum ſumma laude uerſatus. Reliqui duo fuerunt epiſcopi, alter Iuſtinopolis, alter Polæ, piĳ ambo, unus eorum etiam exul quemadmodum noſti Munſtere propter euangeliũ. Sunt præterea in ea urbe aliquot celebres iurecõſulti, inprimis Ottonellus Vida, aliquot medici & alĳ multi uiri docti & boni. Quod autem nonnulli ſpargunt inuidos illic eſſe ciues, qui ſuo epiſcopo perſecutionem propter quam patriam & epiſcopatũ deſeruerit, adornarint, id uerum non eſt. Nihil huiuſmodi patruus meus conqueritur, omnes laudat, omnes amat. Pauci fuere, ĳſq; alienigenæ, & alĳ quidam obſcuri & ſordidi uiri, qui fabulam hanc excitarunt, quibus Deus parcat pro ſua miſericordia. De Sclauonia quæ iungitur Iſtriæ noſtræ infra uolente Deo aliquid trademus. Vale optime Munſtere. Baſileæ VI. Idus Decembris, anno M. D. XLVIIII.

Iuſtinopolis.

Vinum Pucinũ uulgo Reinſal.


Vergeriorũ familia.

Genealogia


Liber III.

Genealogia marchionum & ducum Auſtriæ.

Intra octingentos aut nongentos annos Auſtrię dominiũ ſępe iactatũ & translatum eſt de una ad aliam familiam. Præſides eius primum fuerunt marchiones, appellataq; fuit regio illa Marcha orientalis, à tempore ſcilicet Theodonis ducis Bauariæ uſq; ad Imperatorem Ottonem primum, ſpacio annorum 330. Nomina marchionum fuerunt, Walarius, Grypho, Albertus, Occarius, Geroldus, Theodoricus, Gotfridus, Gerholtus, Balderi-cus, Sigenhardus, Lupaldus, Arnulfus, Gebelhardus, Rudigerus, Engelricus, Conradus. Poſt hos rerum potiti ſunt in Auſtria comites Bambergenſes, quos alij uocant duces Sueuię. Nam anno Chriſti 980. factus eſt comes Albertus marchio Auſtriæ, & poſt eum filius eius Lupoldus, qui obiit in Ingelheim dum Henricus tertius ibi nuptias celebraret, delatumq; fuit corpus eius in Auſtriam & in Melacenſi loco ſepultum, ubi marchionum fuit ſepultura. Poſt iſtum regioni præfuit filius eius Henricus, & nepos Albertus qui obiit anno milleſimo quinquageſimo ſexto. Nauclerus paulo aliter ſentit nẽpe in hunc modũ: Obiit Rudigerus marchio Auſtrię ſine legitimo hærede, unde rex Henricus auceps inueſtiuit Lupoldum ducem Sueuiæ. Hic Lupoldus caſtellum Melck bello quæſiuit, & in eodem collegium duodecim canonicorum fundauit, ubi & ſepultus eſt unà cum uxore ſua ſorore regis Henrici de Brunſuic. De hoc Lupoldo ſupra in deſcriptione urbis Viennenſis copioſiorem fecimus mentionem. Succeſſit ei marchio ſecundus, Henricus filius &c. *Nomina marchionum.*



Sequuntur poſt marchiones duces. Nam Lupoldus ſanctus genuit Henricum primum ducem.



Erneſtus ſeu Arneſtus Alberti frater, aut ſecundũ alios filius, occiſus fuit anno Chriſti 1014. in pugna quadam Saxoniæ. Lupoldus 4. pro canonicis in Melck introduxit monachos circa annum Chriſti 1075. Lupoldus 7. quem ſanctũ colunt, duxit uxorem Agnetem filiam Henrici quarti, relictam Friderici ducis Sueuię, quę antè genuerat Fridericum & Conradum duces Sueuiæ. Henricus 8. ſuccedens patri fuit uulneratus in bello Bohemico, mortuusq; anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Huic contulit Conradus rex Rom. (qui frater eius fuit ex parte matris) ducatum Bauariæ, uacantem ex priuatione Henrici ſuperbi, quem & tredecim annis poſſedit. Cumq; inde multa oriren-

tur bella, mortuo Conrado Imperatore, Fridericus Imperator ſucceſſor dictum Henricum Auſtriæ marchionem, & Henricum filium Henrici ſuperbi amicabiliter compoſuit, ita ut quicquid marchiones antea cis Aenum fluuium à ducatu Bauariæ recognoſcebant, de cætero nullo iuris beneficio ducatui ſubiectum eſſet, fecit ex ipſa marchia ducatum, & eodem Henricum inueſtiuit, ducemq; creauit, ducatum autem Bauariæ nõnihil mutilatum Henrico filio Henrici ſuperbi reſtituit. Lupoldus nonus & frater eius patri ſuccedentes ceperunt Richardum regem Angliæ ex Aſiatico bello reuertentem, qui Auſtriacos iniurijs affecerat, extorſeruntq; ab eo pro ſui liberatione tantam uim pecuniæ, ut inde emerint ducatum Stiriæ, & compararint Neoburgum & comitatus Lintz atque Wels ab epiſcopis Patauienſi & Herbipolenſi, cingerentq; Viennam nouo muro, & ex fundamentis conſtruerent Nouam ciuitatem. Iſte Lupoldus militauit contra infideles Prutenos, & reuerſus abolitis alaudarum inſignibus, aliud induxit ſignum, nempe album tramitem in rubeo ſpacio. Cadens autem de equo fregit crus, & ingreſſus religionem reliquit ducatum filijs Lupoldo & Friderico, mortuus anno 1194. Friderico Lupoldi 10. frater aſſumpta cruce ſub Henrico 6. intrauit terram ſanctã ubi & mortuus eſt anno 1198. dum Damiata obſidione cingereť. Lupoldus uero frater eius mortuus eſt anno 1232. relictis tribus filijs & multis filiabus. Filij poſtpatrem omnes mortui ſunt, nullo relicto hęrede. Gertrudis nupſit Hermãno marchioni Badenſi, quę & tandem unica fuit hęres Auſtrię. Agnes uero nupſit duci Carinthię, genuitq; ex eo Mainardũ comitem Tyrolenſem, cuius filiam poſtea duxit uxorem Albertus comes Habſpurgenſis, factus per eam dux Auſtriæ & Stirię. Sed redeo ad Fridericũ ult. ducem Auſtrię in hac familia. Hic propter multa obſequia imperio exhibita fuit anno Chriſti 1225. à Friderico ſecundo imperatore in regem Auſtriæ creatus cum omnibus priuilegijs & ceremonijs ad hoc requiſitis, ſic tamẽ quòd ex collato honore nihil honoris & iuris Romano diademati ſubtraheretur. Et quum uſque ad annum Chriſti 1236. regnaſſet rurſum fuit regno exutus & corona regia priuatus. Nam fuit patronus omnium raptorum, & ſæpe ad imperij principes citatus nunquam comparuit. Vnde motus Fridericus Imperator, manu forti profectus in Auſtriam, omnes oppreſſos & iniuria affectos liberauit. Obtentaq; regione, incorporauit Viennam imperio, liberamq; fecit eam ſicut alias imperiales ciuitates. Hic dux Henricus fecerat Viennæ curiam quandam, & uiolenter oppreſſit formoſiores ciuitatis fœminas. Irritati autem ciues excluſerunt illum ciuitate & regione. At ille contractis copijs oppugnauit & plurimum afflixit Viennam. Deinde profectus Romam & reconciliatus Imperatori, reuerſuſq; in Germaniam quieſcere non potuit, quouſque rex Vngariæ, rex Bohemiæ & dux Bauariæ illi bellum indixerunt. Triumphans uero de Bohemis, Vngari irruerunt in terrã, interceptumq; ducem, qui properabat alias colligere copias, deiectum equo interfecerunt anno 1246.

Primus dux Auſtriæ.

Rex Auſtriæ.

Multi principes contendunt pro ducatu Auſtriæ, uirili ſemine deſtituto.

OCciſo Friderico ultimo duce Auſtriæ, ducatuq; uirili deſtituto ſemine, multi principes conabantur ſibi ſubijcere Auſtriã. Siquidem Vladislaus marchio Morauję ſe intromiſit de ducatu, eo quòd uxorem haberet de domo Auſtriæ, ſed eo breui defuncto, immiſcuit ſe Hermannus marchio Badenſis, qui habuit de eadem domo Agnetem filiam Henrici quondam ducis. Supererat adhuc ſoror Friderici ultimi ducis Auſtriæ, relicta Henrici ducis Sueuiæ, quam duxit Ottocarus filius regis Bohemię, quam tamẽ poſtea repudiauit, uel ut alij dicunt, ueneno è medio ſuſtulit & filiam regis Vngariæ ſuperinduxit, retinens & poſſidens Auſtriã 26. annis, quouſq; Rudolfus comes Habſpurgenſis factus eſt Rom. rex. Non tamen totam poſſedit Auſtriam, quum Hermannus marchio Badenſis partem quoq; quandã haberet. Sed illo mortuo anno 1250. & filio eius in loco eius ſuccedente, atq; connitente ut per cõtractas copias totam ſibi ſubijceret Auſtriã, fuit per Gallos in regno Neapolitano interfectus, uiuente adhuc matre eius Gertrude. Cæterũ Ottocarus rex Bohemiæ tali aſtu ſe inſinuauit in ducatũ Auſtriæ. Mortuo ultimo duce

Bohemus aſtu obtinet Auſtriam.

duce Friderico, duæ sorores eius uiduæ sedem suam trãstulerunt in Austriam, administrationem illius usurpantes. Feuda enim Austriæ utrunq; sexum contingunt. At incolæ regionis contempto mulierum gubernaculo, laborarunt magna ex parte pro iuniore marchione Misnię, ut illorum fieret dux. Missi itaque legati qui marchionem adducerent, detenti sunt Pragæ à Primislao rege Bohemiæ, nec ut ulterius proficiscerentur dimissi, quin adiuncto illis filio Ottocaro, remisit eos rex in Austriam, rogans ut Ottocarum sibi deligerent in dominum. Quod ubi Austriacis innotuit, sacerdotes persuaserunt unam ex sororibus, Margaretam nomine, relictam ducis Henrici filij Friderici secundi, ut in sua senectute nuberet Ottocaro adolescenti. Quo facto, illa marito suam in regione portionem in hæreditatem designauit. Sed breui postea Ottocarus uxorem uetulam fastidiens, abiectã clam fecit ueneno interfici. Cœpit quoque quosdam in regione insontes multari, & permisit Bohemis quosdam supplicijs afficere, atque Austriam ipsam exhaurire rapinis. Quod Austrij & Stirij indigne ferentes, querelas mouerunt apud Cæsarem, Rudolfum scilicet Habspurgensem. Mortuo autem interim patre Ottocari Primislao rege Bohemiæ, fratreq; eius Wentzeslao successore patris similiter mortuo, factus est ipse rex Bohemiæ, simulq; interim tenebat ducatus Austriæ atque Stiriæ. Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto rege Rudolfo curiam Nurnbergę indicente, factus est maximus principum conuentus, qui se regis imperio subiecerunt. Aberat rex Bohemiæ, qui postea ad Augustam solenniter est citatus. Cumq; perseueraret in sua rebellione, rex Rudolfus destinauit ad eum illustrem Henricum burggrauium Nurnbergensem, monuitq; ut ablatos ducatus Austriæ & Stiriæ regno restitueret, à quo in feudum non recognouisset. Reperijt & Carniolam, aliaq; ad imperium pertinentia. Veniens autem burggrauius ad regem Ottocarum cum mandatis, nil præter contemptum impetrauit. Affirmabat enim rex, nullam se Rudolfo obedientiam facturum, nec aliquid ab eo recogniturum. Rudolfus ergo rex cum ingenti exercitu ad Austriam properauit. Et licet Australes Ottocaro iurassent, à quibus etiam plures receperat obsides, tamen Rudolfus ueniens honorifice est susceptus dimisso Ottocaro. Interim rex Ottocarus collecto magno exercitu in Austriam uenit, & Rudolfus Viennam obsedit per quinque hebdomadas, ubi rex Vngariæ in subsidium regis Rudolfi uenit. Tandem per arbitros inter eos sine Marte concordatũ fuit, quòd rex Rom. regem Ottocarum Bohemia & Morauia tantummodo infeudaret, & quòd rex Bohemiæ residuas septem terras resignaret, quod ita factum est. Nam rex Ottocarus publice flexis genibus terras suas suscipiens iurauit more solito. Tunc Vienna ad resignationem regis Ottocari regi Rom. est rursum aperta. Rex etiam Rudolfus regem Vngariæ reconciliauit regi Bohemiæ, restituitq; rex Bohemiæ regi Vngariç omnes ciuitates quas ei abstulerat, item & obsides omnes. Promisit etiam regi Vngariæ omnes thesauros reddere, quos amita eius regina asportauerat, uidelicet duas coronas aureas, sceptra regalia, amphoram auream nobilissimis gemmis ornatam & alia complura, quæ à tempore regis Attilæ & alijs successoribus fuerant conseruata. Deinde anno domini 1277. rex Ottocarus ductus est pœnitẽtia, sicut & regina Bohemiæ grauiter tulit ac frequenter eum increpauit, quòd terras prędictas resignasset, quòd obsides ministerialiũ Australium & ciuium, diademata quoq; & alia promissa sicut per arbitros diffinitũ erat, restituere deliberasset, quódq; ceruicem submisisset comiti Habspurgensi, qui aliquando minister fuerat patris eius Primislai. Erat etiam in concordia actum, quòd rex Rom. filio regis Bohemiæ filiam uxorem daret, uiginti millibus marcarũ dotis nomine assignatis. Videns autem Cęsar Ottocarum pactis nõ satisfacere, partem Austriæ quam ei sub obligatione pro dote assignauerat, reassumpsit: propter quod rex Bohemiæ copijs contractis omnes munitiones nouis quibusdam instrumentis expugnauit, sicq; grauissimum ortum est bellum. Et uidens idem rex Bohemiæ, sibi non succedere, restituit obsides. Deinde anno 1278. cum grandi exercitu exiuit Pragam uersus Austriã. At Rudolfus rex circa festũ Bartholomęi ei occurrens in campo, qui dicit Niderspurg, acriter pugnauit, cõmissaq; pugna, exercitus Bohemię superat, terga uertũt Bohemi, pars trucidatur, pars in flumine submersa est. Rex Bohemiæ ab equo deijcitur & transfixus gladio moritur. Feruntur in eo conflictu occubuisse à parte regis Ottocari 14. millia. Reliquit autem Ottocarus filium, qui regio more educatus & marchioni Brandenburgẽsi cõmendatus, Wenceslaus nomine, patri in regno successit, eiq; desponsata est Lutha filia regis Rudolfi. Eodem tempore Rudolfus Rom. rex filium Albertũ administratorem

Ottocari seuitia.

Ottocarus rebellis.

Ottocarus Austria excluditur.

Ottocarus in pugna perit.

Albertus comes Hapſpurgenſis fit dux Auſtriæ.

miniſtratorem ſeu præſidem fecit in ducatu Auſtriæ uſq; ad conuentũ principum in Augusta factum, tunc de conſenſu principum ex comite fecit ducem, inueſtiuitq; eum ducatibus Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ, uaſallumq; imperij fecit. Et ab illo Alberto deſcenderunt omnes duces Auſtriæ, qui uſq; ad tempora noſtra in ea linea ſunt propagati.

Sequitur genealogia Rudolfi Habſpurgenſis & totius poſteritatis eius.

Rudolfus comes Habſpurgeñ. natus ex patre Alberto comite Habſpurgenſi & Landgrauio Alſatiæ atq; uexillifero ciuitatis Argentinenſis, matre autem comitiſſa Kyburgenſi nomine Hedwige, filia comitis Hartmanni, genuit Albertum &c.

Fridericus in diſcordia electus in Rom. regem, ſed bello uictus ceſſit, obijt anno 1330.
Otto audax. Fridericus obijt 1344.
2 Lupoldus obijt anno 1346.

Albertus Rom. rex 3 — Eufemia Guta reg Mechtildis mater Ludouici Cæſaris — Agnes — Catarina — Anna — Clemẽtia

4 Catarina · Guta · Anna · Albertus 6 1358 — Lupoldus 7 — Rudolf⁹ 8 — Albertus 10 — Agnes regina Vngar. — Henricus obijt 1342.

9 Fridericus. Wilhelmus — Albertus — Catarina — Margareta
Erneſtus
Lupoldus — Albert⁹ uxor eius Holãdica
Sigiſmundus dñs in Tyrol — Fridericus Imp. — Albertus rex — Chriſtophorus — Maximilianus — Kunigundis — Ladisla⁹ rex Vngariæ mortu⁹ ante nuptias

Rudolf⁹ ab Habſpurg, uxor eius Anna comitiſſa ab Hohenberg

5 Rudolfus electus rex Bohemiæ

Hartmannus. Hic anno Chriſti 1380. ſubmerſus eſt prope Rheinow in Rheno, cui deſponſata fuit filia regis Angliæ. Glacies in feſto ſancti Thomæ fregit nauem, perieruntq; cum eo 14. æregij uiri. Sepultus autem fuit Hartmãnus Baſileæ iuxta matrem ſuam.

Rudolfus dux Sueuię & rex Bohemiæ — Ioannes interfector patrui ſui Alberti regis Rom: iuxta Kũnigsfelden.

Explicatio prioris genealogiæ.

2 Albertus rex habuit uxorem Eliſabetam filiam Meinhardi comitis Tyrolenſis & Gortzenſis atq; duciſſam Carinthiæ, quæ ratione matris ſoror fuit Conradini ducis Sueuię, primaq; Hallæ in Auſtria ſalis inuenit coctura, & cœpit extruere monaſteriũ Künigsfelden in Ergouia, ubi maritus eius Albertus fuit occiſus. Quum huius Alberti temporibus rex Bohemiæ occideret, profectus ille cum magno exercitu in Bohemiã, fecit filiũ ſuũ Rudolfum regem Bohemiæ, ſed cui uenenum fuit propinatũ. Habuit quoq; hic Albertus fratrem nomine Rudolfum, qui regis Bohemiæ Wenceslai ſororẽ nomine Agnetem duxit uxorẽ, ex qua ſuſtulit filium nomine Ioannẽ. Hunc Ioannẽ accepit Albertus ad ſe Viennã, filium autem ſuum fecit regem in Bohemia, quod tamen cauſa fuit ſui exitij, ſicut ſupra in Heluetia & in catalogo Imperatorũ oſtendimus. 3 Eufemia. Habuit rex Rudolfus ſeptem filias: Eufemia facta eſt monialis, Guta nupſit regi Bohemię, Mechtildem duxit uxorem Ludouicus princeps Palatinus, genuitq; Rudolfum & Ludouicũ Imperatorẽ. Agnes iuncta fuit matrimonaliter Alberto duci Saxoniæ. Catarina uero nupſit Hermanno marchioni Brandenburgenſi. Anna facta fuit duciſſa Bauariæ, & Clementia regina Siciliæ. 4 Catarina. Habuit Albertus rex multos filios & filias. Catarinã duxit uxorem dux Calabrię, & Gutam comes Otingenſis, Annam Marchio Brandenburgeñ. Agnetẽ rex Vngariæ & Eliſabetã dux Bauariæ. 5 Rudolfus factus fuit à patre ſuo Alberto rex Bohem. ſed quũ poſſeſſionẽ adipiſci neqret, cõtentus fuit adminiſtratione ducat⁹ Auſtrię. Ducta tamẽ uxore Eliſabeta regis Wentzeslai altera relicta, coronari meruit, ſed ultra annũ nõ imperauit, mortuus

mortuus anno 1307. nõ ſine ſuſpitione accepti ueneni. Otto frater eius inauguratus eſt dux Carinthiæ, genuitq; filiũ nomine Fridericũ, cui nupſit filia regis Angliæ, ſed præuẽtus mor te illam non duxit. Henricus frater eorũ ſacris fuit initiatus, ſed poteſtate à Romana ſede impetrata uxorem ſibi iunxit Eliſabetã filiam Ruperti comitis Wirtenbergẽſ. (ego credi derim Palatini) mortuus ſine prole anno 1344. quidam ſcribunt 1342. 6 Albertus iſte iu nior inter fratres fuit canonicus Patauiẽſis & ſubdiaconus. Sed fratribus deinde omnibus ſine hæredemortuis impetrata diſpenſatione, duxit uxorem Iohannã filiam ultimi comitis Pfirtenſis, per quam comitatus Sunggoiæ uenit ad domum Auſtriæ. Mortuus eſt autem ul timus comes à Pfirt, Vdalricus nomine, anno 1324. nullo uirili relicto ſemine. 7 Lupol dus iſte adiecit ditioni Auſtriæ Veldkirchiũ & comitatũ Hohenbergenſem in Sueuia atq; Tergeſtum Hiſtriæ, occubuitq; prope Sempacũ anno Chriſti 1387. circa diem S. Margare tæ, quum Heluetios bello adoriretur. Habet comitatus Hohenbergẽ. ut alibi quoq; dixi mus, Horb & Rotenburgũ iuxta Neccarũ fluuium. Rudolfus comes Hohenbergẽſ. uen didit comitatum illum domui Auſtriæ anno Chriſti 1271. 8 Rudolfus. Hic adeptus comi tatum Tyrolenſem, ditioni Auſtrię incorporauit, fuitq; Mediolani ueneno infectus, mor tuus anno 1365. & ſepultus Viennæ in eccleſia S. Stephani, ad quem locũ ſepultura ducum Auſtriæ à Melacenſi monaſterio per ipſum fuit translata. Vxor eius fuit filia Caroli Impe ratoris regis Bohemiæ. Alij uero ſcribunt uxorẽ eius fuiſſe Margaretã filiam ducis Carin thiæ & Bohemię regis, unicam Tyrolenſis comitatus hæredem: & filiam Caroli quarti de ſponſatam fuiſſe Alberto fratri eius, qua mortua, duxit Beatricem Burggrauij Nurnberr geñ. filiam. Hic Rudolfus inſtituit academiã Viennenſem, quam ante eum pater eius Al bertus inchoauerat, & frater eius Albertus quod inſtitutũ erat cõfirmauit. 9 Fridericus iſte, cognominatus Vacuus pera, fuit in concilio Conſtantienſi proſcriptus, eò quòd pa pam occulte ſubduxiſſet ex Concilio. Vnde & tunc multas amiſit terras in Heluetia & iu xta lacum Conſtantienſem, ſicut ſupra iuxta Conſtantiã ſignauimus. Quid filius eius Si giſmundus egerit cum Carolo duce Burgundię, habes hiſtoriam illam quoq; ſupra in fine Heluetiæ ſignatam. Huius Friderici frater Wilhelmus habuit ſibi deſponſatã filiam regis Poloniæ, aut ſaltem illa ſibi aſſenſum præbuerat ad matrimoniũ. ſed Polonis illam traden tibus uxorem duci Lithuanię, qui & rex ſimul factus fuit Poloniæ, cogebatur Wilhelmus excedere Polonia, mortuus tandem ſine hęrede. Frater eius Lupoldus nitebat ulciſci mor tem patris ſui Lupoldi iuxta Sempacũ interfecti, ſed infeliciter pugnauit apud Glaronen ſes. Erneſtus alius frater duxit uxorem filiam ducis Maſouienſis, quod multis diſplicuit eo quòd frater eius Wilhelmus cum iniuria ex polonia fuerat pulſus & priuatus ſpõſa ſua unica filia regis Poloniæ, quæ tradita fuit infideli duci Lithuaniæ, quam hiſtoriã ad longũ in Polonia recenſebo. Duxit autem Wilhelmus uxorem, fœminã ex Apulia. 10 Alber tus iſte cooperatus eſt, ut iam diximus, ad erectionẽ ſcholę Viennẽſis, mortuus anno 1395. accepto ueneno à medico quodam. Habuit in ſua adminiſtratione Auſtriam, dimiſſis reli quis terris fratri ſuo Lupoldo. Suſtulit ex uxore ſua filia Burggrauij Nurnbergẽſ. Alber tum, qui mathematicã callebat, tandemq; ueneno ſublatus fuit. Cumq; ſuo tẽpore patruus eius Lupoldus ab Heluetijs in pugna interficeretur, peruenerunt ad eum omnes iſtæ regio nes, Carinthia, Stiria, Carnia, Tyrolis, Briſgoia, Hohenberg, Veldkirchiũ &c. Geſſit bel lum cõtra Iodocũ marchionẽ Morauię, atq; interim ſorbitiũcula quadã infectus, per dyſen teriã efflauit animã. Reliquit aũt filium Albertũ nomine, qui poſtea anno 1438. electus fuit ad Rom. imperium duxitq; uxorem filiam Sigiſmundi Imperatoris factus per eam rex Vn gariæ & Bohemiæ, ſed non diu uixit. Mortuo autem eo, proceres regionis commendaue runt ſe & totum dominium duci Friderico (qui poſt Albertum ad imperiũ fuit electus) hac conditione, ut ſi relicta Alberti, quæ uterum geſtabat, filium pareret. illius tutorem ageret, ſin filiam eniteretur, ipſe dominium ſibi uendicaret. Habuit autem Fridericus propin quũ nomine Sigiſmundum, & fratem Albertum qui & ipſi libenter dominiũ ſibi uſurpaſſent. Enixa proinde regina filium, dux Fridericus egit infantis tutorem. Cæterum ſtipendia rij qui ſub Alberto militauerant, & debitum ſtipendium non acceperant, cœperunt in re gione latrocinari, prædari & cremare, quouſque Fridericus ſe ab illis redemit triginta mil libus florenorum. Ioannes quoque Huniades irruens cum 12. millibus equorum in Au ſtriam, plurimũ illam incõmodauit. Exigebat coronam Vngariæ, quæ depoſita erat ad Fri dericum Imperatorem, at Fridericus renuebat illam reddere, quapropter magnũ diſſidium ortum

Comitatus Pfirtenſis peruenit ad Auſtriam.

Comitatus Hohenbergenſis.

Comitatus Tyrolenſis.

Dux Wilhelmus rex Poloniæ.

Albertus Roman. rex.

Ioannes Huniades.


ortum fuit inter Vngariã & Auſtriam, multíq; proceres Germaniæ conabantẽ diſſentientes animos cõcordare. Conſpirabant quoq; contra Fridericũ Cęſarem Albertus & Sigiſmundus conſanguinei eius, natáq; fuit Viennæ tanta diſcordia, ut multi metuerẽt, partes mutuo ſeſe confecturas bello, ſi non extranei principes & domini diſcordantes animos cõciliaſſent. Nobiles & religioſi fauebant Imperatori, & plebęi erant à parte ducis Alberti fratris eius. Ciues Viennenſes expetebant dominũ ſuum Ladiſlaũ, cuius tutor erat Fridericus Imperator, ſed cum Imperator nollet illis acquieſcere, indignati ciues obſederunt Imperatorem & uxorẽ eius Leonorã atq; filium Maximilianũ in caſtro Viẽnenſi. Sed liberatus Fridericus auxilio regis Bohemiæ, profectus Romã ſuſcepit coronã imperij, tandemq; domũ reuerſus, rurſum in Noua ciuitate ab Auſtriacis obſidione cinctus fuit, coactuſq; illis dare dominũ eorũ Ladiſlaũ. Ladiſlao itaq; filio regis Alberti in adminiſtratione poſito, omnes ſubiecti eius cœperũt inſidiari ei. Nam cum anno Chriſti 1451. Budæ curiam ſuam haberet, conſpirabant in eum Mathias & frater eius Ladiſlaus, filij Ioannis Huniadis atq; duo epiſcopi Strigonenſis & Varadinus, conabanturq; regem interficere, ſed cõiuratione detecta atq; obliuioni tradita, duo memorati fratres non quieſcentes, interfecerunt Vlricũ comitẽ Cilię regis cõſanguineũ. Quapropter cõmotus Ladiſlaus rex, fecit decollari Ladiſlaũ Huniadẽ, & Mathiã fratrẽ eius uinculis innodatũ miſit in Bohemiã. Sed Ladiſlao rege paulo pòſt mortuo, Mathias è uinculis liberatus rex factus eſt Vngarię. Quam hiſtoriã copioſius inuenies infra in Bohemia deſcriptã. Sed reuertamur ad genealogiã. Dux Erneſtus pater Friderici Imperatoris in partẽ hęreditatis accepit Stiriam & Carniã ſuſtuliq; ex Cymburga ducis Lithuanienſis filia, qui rex Poloniæ quoq; fuit, Fridericũ & Albertũ, qui Friburgi in Briſgoia ſtudium inſtituit uniuerſale, atq; duas filias, quarum unam duxit uxorem Fridericus dux Saxoniæ, alteram Carolus marchio Badenſis, unde natus fuit Chriſtophorus marchio. Dux Albertus multa geſſit bella contra fratrem ſuum Fridericũ, inæqualem terrarum diuiſionẽ cauſatus. Sed mortuus eſt tandẽ ſine hęrede. Mortuus eſt & Sigiſmundus dominus Tyrolenſis, & omnes regiones ſub unius principis redactæ ſunt imperium, ſcilicet. Auſtria, Carinthia, Stiria, Carnia, Cilia, Goritia, Iſtria, Tyrolis, Marca Burgouienſis, Hohenberg, Veldkirch, Sunggoia, Briſgoia atq; Alſatia, & inſtituta ſunt duo Perlamenta, unum Viennæ & alterum in Aeniponte. Perlamento Auſtriaco ſubijciuntur Auſtria, Carinthia, Stiria, Carnia, Cilia, Goricia & Iſtria. Aenipõtano uero iudicio parent ditiones Sueuicę, Veldkirchium, Sunggoia, Alſatia, Briſgoia & Tyrolis. Fridericus Imperator, pater Maximiliani primum cœpit uſurpare titulum archiducatus Auſtriæ. Filia eius Kunigundis nupſit Alberto duci Bauariæ, fuitq; mater modernorũ ducum Bauariæ.

Viennenſes ſeditioſi.

Seditio in aula Ladiſlai.

Perlamenta Auſtriæ.

Continuatio genealogiæ ad tempora noſtra.



Iſabella filia Philippi locata eſt Chriſtierno regi Daniæ. Leonora uero nupta eſt Franciſco regi Galliæ, & Catarina regi Portugallię. Maria autem Ludouico regi Vngariæ. Mortuus eſt rex Philippus anno 1506. in ſeptembri in ciuitate Burgenſi, relictis multis filijs, ut genealogia oſtendit.

Halliæ

HASSIAE DESCRIPTIO,

quæ noſtro æuo Landgrauiatus uocatur Haſſoniæ.




TErra quæ à Mœno uerſus ſeptentrionem extenditur, à prædeceſſoribus noſtris adſcribitur Teutoniæ inferiori, complectiturq́; in primis Haſſoniã, Thuringiã & Miſiam. Haſſonia ab occaſu contingit Rhenũ, & ab orru Thuringiam atq; Saxoniam, uerſus aquilonẽ uero cõfinis eſt terræ Brunſuicenſiũ, & pro parte Weſtphaliæ. Vnde uero Haſſia uel Haſſonia ſic denominetur certa ratio non habetur. Sunt qui fingunt montẽ Haſſonem, à quo nomen acceperit. Alijs uero placet, Haſſos ſeu Heſſos ex Chattis, qui in hac regione habitaſſe cõmemorãtur, t in ſ mutato, prognatos, unde adhuc eſt loci nomen Catzen Elnbogen, gentis illius cõteſtans uetuſtatẽ. Producit regio ipſa colonis ſuis uictum neceſſarium, nihil ſuperfluum, nutrit pecora, feraxq; eſt frumẽti, ſed non uini, niſi ubi contingit Rhenũ & iuxta ripam Lanæ ſeu ut alij uocant Loni fluuij. Inter multa oppida quæ Haſſia habet duo ſunt præcipua, Caſſellæ & Martpurgũ. Martpurgi picturam genuinam, miſit ad meam ſollicitationem eximius uir Iohannes Dryander, mathematibus & Phyſicus, quod quidam putant ſic dictum à deo Marte, alij autem uolunt illud ſic nominatum à Marcomiro Francorum principe.

Explicatio quorundam priuatorum locorum oppidi Martpurgenſis.

A Sedes principis. B Parochialis eccleſia. C Caputiatorum olim eccleſia, nunc ſchola medicorum. D Porta ducens Francofordiam. E Olim Franciſcanum cœnobium, nunc collegium ſtudioſorum. F G H Porta, Molendinum, tractus uiridarij. I Medium ciuitatis. K Olim monaſterium Dominicanũ, hodie ſchola. L Ł Domus Teutonica & templum S. Eliſabeth. M Duo riui Lonæ. N Horti & prata. O Pons lapideus. Oo Altera oppidi pars, Wendenhauſen dicta. Pp Porta & pons in extremitate oppidi.

Martpurgum.



HAud procul à Martpurgo eſt oppidum Franckenberg, quod quidam ſcribunt conditum à Carolo magno, denominatumq; ſic ab eius familia.

De dominio Haſſiæ.



FVit olim Haſſia tantum comitatus ſubiectus dominio Thuringiæ, id quod probat liber Torneamentorũ, in quo ſcribitur, quòd anno Chriſti 1042. Ludouicus comes Haſſiæ fuerit Hallis in ludo militari ibi celebrato, ſed factus deinde landgrauiatus, aſcendit filia ſupra matrem. Acceſſit tandem & comitatus Katzen Elnbogen, idq; per filiam ultimi comitis, quã duxit Henricus landgrauius, de quo infrà ſuo loco quoq; dicturus ſum. Sciendum præterea Bardonem epiſcopum Moguntinũ iuſſu Conradi Imperatoris ſecundi aliqua bona in Thuringia dediſſe cuidam inſigni uiro, Ludouico barbato nomine, fecitq; eum dominum in terra illa. Is genuit Ludouicũ ſaltatorẽ, qui & ipſe genuit filium nomine Ludouicũ, cui Ludouicus Cæſar dedit filiam ſuam uxorem, creauitq; eum comitem prouincialẽ Thuringiæ, qui primus in Thuringia fuit Landgrauius. Longe poſt ſuccreuit Landgrauiatus Haſſiæ ex Landgrauiatu Thuringię, ſicut & in hunc uſque diem ſimilia habent inſignia, niſi quòd rubei tramites ſunt tranſpoſiti. Anno Chriſti 1241. defecit ſemen uirile Langrauiorũ Thuringiæ, peruenitq; ditio illa ad marchiones Miſnenſes annuente Friderico ſecundo. Siquidem Albertus

Landgrauiatus Thuringiæ.

dem Albertus marchio habuit Imperatoris filiã uxorẽ, & mater eius erat ex familia Landgrauiorũ Thuringiæ, atq; ob id plus iuris habuit in regione illa quàm exraneus quisquam. Sed his relictis redeo ad Hassiam, & ad alias regiones seu ditiones intra limites eius comprehensas. Vnde notabis, intra Mœnum & Westphaliam non tantum Hassiam contineri, sed & Rhingauiam, Westerwaldiam, Wederauiam, comitatum Nassauiensem, comitatum Künigsteinensem, comitatum Hanawensem, comitatum Eisenburgensem, multaq; alia dominia. Rhingauia est regio Rhenana, habens à tergo, hoc est, ad septentrionem montes, qui austrum respiciunt, torrenturq; sole meridiano & proferunt uina nobilissima, quæ ad Angliam usque per Rhenum & mare deferuntur. Effundunt denique aquas calidissimas in loco Wissbaden, distante à Moguntia uno miliario, quæ thermæ à remotis frequentantur locis. Hinc montes Hassiam à meridie partim claudentes, ad occasum extenduntur, spacio quatuor aut quinque miliarium, fiuntq; sensim fertiliores, maxime autẽ in Rudesheim è regione Bingij, ubi nobilissimũ crescit uinum. Physici qui harum Wissbadensium thermarum indagauerunt uires, scribunt aquas earum continere sulphur, alumen, & parum nitri, atque ob id aqua illa prodest rigidis neruis & uenis, calefacit membra frigore eneruata. Tollit quoq; omnem immunditiam, quæ cuti ex ulceribus & scabie adhæret. Cæterum Rhingauiæ dominium spectat ad episcopũ Moguntinensem, nec habet nisi unam ciuitatem, Eltfeldiam appellatam, & multas egregias atque magnas uillas, quę etiam oppidis conferri possunt. Vbi desinit Rhingauia, in confinio eius situm est oppidum Cub, quod agnoscit principem Palatinum dominum, sicut supra quoque memoraui, atq; inde sequitur comitatus KatzenElnbogensis, ad Rhenum usque protensus, in cuius ripa habetur elegans castrum Brubach appellatũ, atque alia loca, infra & supra Maguntiam sita.

Rhingauia

Wißbaden.



KatzenElnbogen.

Genealogia Landgrauiorum Hassiæ.

Vt iam diximus, Landgrauiatus Hassiæ subortus est ex Landgrauiatu Thuringiæ, creuitq; membrũ supra caput, sed quos habuerit præsides à quadringentis aut quingentis annis, non constat. Ego hic deducam genealogiam à Ludouico diuæ Elisabeth marito usque ad tempora nostra, etiam si quædam non omnino certa esse uideantur.

1	2	3	
Ludouicus Langrauius Thuringñ. uxor eius diua Elisabeth.	Sophia filia quam duxit Henricus dux Bauariæ	Henricus cognominatus puer Hassiæ	Ludouicus episcopus Monasterienſis 4. Otto Landgrauius Septem filiæ.

Ludouicus hic primo signatus loco, Landgrauius Thuringeñ. habuit uxorẽ Elisabetã filiã regis Vngariæ, reliquitq; filiũ & filiam. Filij nomen erat Hermannus, mortuusq; est in adolescentia, ducta tamen uxore Beatrice ducis Brabantiæ filia, quæ postea nupsit Wilhelmo comiti Flandriæ. Mortuo autem Hermanno, fororius eius Henricus dux Brabantiæ factus dominus Hassiæ, dedit filio suo Henrico puero Hassiam, & alteri filio Brabantiã. Henricus genuit Ludouicum, Ottonem & septem filias. Ludouicus episcopus constructit aulam Martpurgensem & sacellum in burgo. Septem filiæ nupserunt comitibus à Seine, Hennenberg, Nurnberg, Ochsenstein, Waldeckñ. &c. Ab Ottone deducitur series genealogiæ in hunc modum.

Constructitur aula Martpurgensis.

- Otto episcopus Meidenburgensis
- Hermannus, mortuus statim
- 4 Otto Landgrauius
  - 5 Henricus
    - Elisabet
    - Adelheidis
    - Otto
  - Ludouicus
  - 6 Hermannus
  - Margareta
  - Agnes
  - 7 Ludouicus
    - 8 Ludouicus Hermãnus episcop.
      - Elisabeth Henricus
      - 9 Wilhelmus senior
        - 11 Wihelmus medius
        - Elisabeth
        - 10 Wilhelmus iunior
        - Elisabeth
        - Ludouicus
      - 12 Philippus

4 Otto genuit multos liberos. Filius Otto episc. Meidenburgensis ædificauit castrũ appellauitq; à se Ottenstein. Duo fratres Henricus & Ludouicus certis conditionibus atq; sortis proiectione in hunc modũ diuiserunt terrã. Conuenit inter eos ut unus tantum duceret uxorem, alius aũt cœlebs maneret, possideretq; Grebenstein, Imenhaus & Nordecken iuxta Leinum fluuium. Conuenit præterea inter eos, ut uterq; apud unam & eandem sponsam ageret procum, & quem illa ex eis deligeret maritũ, is dominus esset terræ. Venerunt ergo ambo ad filiam marchionis Misnensis, indicaueruntq; illi animum suum, rogantes ut qui magis placeret, hunc susciperet osculo amoris. At illa consentiens in Henricũ, fecit illum dominũ terræ. Ludouicus tamen pactis nõ stans, duxit uxorẽ comitissam à Spanheim, sustulitq; ex ea Hermannũ Landgrauiũ. Et quoniã renunciauerat iuri suo quod in principatu habuerat, misit filium suum ad Academias, ut literarum gnarus ecclesiasticis addiceretur officijs, sicut etiam postea ab Ottone Meidenburgensi episc. patruo suo Canonicatũ obtinuit & aliquandiu possedit. Henricus Landgrauius ducta uxore ex familia comitũ Cleuensium, sustulit ex ea filium Ottonem & duas filias Adelheidim scilicet, quam duxit uxorem rex Poloniæ, & Elisabetam, quam accepit uxorem Albertus dux Brunsuicensis Ottone mortuo ante patrem sine liberis, conabatur Henricus administrationem regionis tradere genero suo Alberto Brunsuicensi, sed irritatus ab eodem genero, iurauit per sanctam Elisabetam, se mutare propositum, quod & fecit. Nam misit pro Hermanno canonico nepote suo, instituitq; eum principem in Landgrauiatu. Ille ergo accepta uxore genuit duas filias & unum filium, qui etiam patri successit in principatu. Fundauit autem Henricus duas collegiatas ecclesias, unam Cassilijs & aliam Rodenburgi. Successit Ludouico filius eius Ludouicus, ætate inter reliquos fratres senior, habuitq; uxorẽ Mechtildem Wittenbergensem, quæ ei genuit duos filios, Wilhelmum seniorẽ & Wilhelmum mediũ, atque filiam unam. Frater eius habitauit iuxta Lynum fluuium, habuitq; uxorem Annam de KatzenElnbogen & Dietz. Hermannus uero fuit episcopus Colonienſis. Wilhelmus senior curiam suam habuit Cassilijs & frater eius Spangenbergæ, & Wilhelmus iunior adeptus est anno Christi 1489. administrationẽ Martpurgensis regionis, comitatus KatzenElnbogensis, Dietzensis, Ziegenheimensis & Niddensis, cooperante Hermanno episcopo Colonienſi tutore eius, habuitq; uxorem Elisabetam principis Palatini filiam, quam duxit anno Christi 1498. sed mortuus est absq; prole anno 1500. successitq; illi in administratione principatus Wilhelmus medius, atque ille duxit uxorem filiam Magni ducis Meckelburgensis, ex qua sustulit anno Christi 1504. Philippum Landgrauium, qui hodie Hassiæ dominatur. Pater eius Wihelmus mortuus est anno Christi 1509. post longam & miserabilem sacri ignis tam in corpore quàm in membris ardorem nec non pustularum morbum incurabilem. Computruerunt enim propter nimietatem morbi circa faciem & in arterijs carnes usque adeo, ut nedum suis sed etiam sibijpsi factus importabilis, tandem longo cruciatu tabe consumptus est.

Sorte ducitur uxor.

Philippus Landgrauius.

- Philippus Landgrauius, uxor eius Christiana filia Georgij ducis Saxoniæ & marchionis.
  - Agnes uxor Mauricij ducis Saxoniæ
  - Anna uxor ducis Wolfgangi de Zweibrugk
  - Wilhelmus
  - Philippus Ludouicus
  - Ludouicus.

Chorographia Buchoniæ, per Georgium Wicelium conscripta.

Georgius Wicelius suo D. Sebastiano Munstero salutem optat.

LIteras tuas Theobalbus noster è Wirciburgo unà cum tabulis aliquot curauit ad me perferendas. Mirum uero, ut institutum istud tuum mihi arrideat. Aiebam, Munsteri est, ingentia & quę nemo hactenus attentauit, peculiari quodam naturæ instinctu moliri. Quid ille in prouehendo Hebraismo pariter ac Chaldaismo non præstitit? Quam scholam ille non beauit? Quos doctos non docuit? Quanti precij sit editio ueteris Testamenti? Nec quiescit uir max. satagens nimirum, ut nobis eos quoque libros in Hebræo conquirat atq; exhibeat, qui extra canonem, inter agiographa tamen habiti sunt. Cæterum, ut ad institutũ Cosmographiæ tuæ opt. Sebastiane reuertar, adlaboraui ne non res hic quoq; succederet. R. antistes Fuldensis protinus iussit ut Chorographiam adornarem, recusantemq; in assensum protraxit. Videor autem mihi diffusissima quęq; in arctum redegisse. Delineatam quoque ciuitatem Fuldensem unà mitto, manus est Brosameri præstantissimi pictoris apud Erfurdiã. Tu nunc Sebastiane, macte uirtute ac studio tali quod aggressus es, perfice. Vale in Christo Iesu. Fuldæ 18. Martij Anno 1549.

Buchoniæ & Fuldæ metropolis eius descriptio.


FVlda metropolis est eius in Germania regionis, quam olim Bucconiam, alij Buchonię syluam seu solitudinẽ appellabant, à Fago nimirum, unde hodie Fagoniã hanc & Fagunetum dicimus. Equidem id nominis à Fago obuenisse regiunculæ, uel huius oppidum Fagus, quod uulgo Fag seu Fach uocant, atteſtatur: cui ciuitati Taurus mons præaltus affinis est. Cæterum regionis huius situs existit inter Thuringiã, Franciam, Wederaugiã & Hessiam, cumq; singulis harum quatuor regionum (ipso uelut in centro locata) fines iungit. Oppidis, castris, uillis, fluuijs, stagnis, nemoribus, agris, hortis, pratis, fontium bonitate, totius denique fundi fertilitate (ut harum quidem asperiorum regionum natura fert) haud quaquam aspernanda Germanię pars, etsi non uitifera. Ripas habet Fuldam, (quæ præterlabens ciuitati nomen dedit,) Hunam, Guerram, Vlsteram: Viculos ciuitati proximos plerosq; Cellas cognominant, in argumentum ueteris & feliciter exaugescentis Benedictini Sodalitij. Omnis uero regio syluis cingitur, quercu fagoq; ditissimis. Vt autem media isthæc est ratione situs, ita lingua media communiter utitur, quam ui delicet agnoscas nec superioris esse Germaniæ, nec inferioris. Institutа Christianæ religionis ferè sunt. Ingenium olim mitius, seculis quippe minus corruptis. Morũ simplicitas probitasq;, qua hanc gentem finitimos quondã antecelluisse accepimus, ob temporũ rerumq; uariam mutationem, exilior. Victum sibi urbs potissimum lana linoq; parat. Quas suas merces euehit, partim Wirceburgum Francię, partim Cassellum Hessię. Præcipuum uero tam ciuitatis quàm regionis decus atque ornamentum est peruetusta illa & plane augusta Basilica sancti saluatoris, quam longe lateq; celeberrimam memoria diui Bonifacij reddidit, & cuius auspicio diuino Fuldana ciuitas primum & condita & aucta, uasta antè solitudo. Basilica enim hæc antiquissimi monasterij, prior oppido constructa fuit, anno nimirum nostræ salutis 755. Imperatore Pipino Caroli magni patre. Quo fermè tempore Wenfridus, pòst Agathopœus siue Bonifacius dictus, è Britannia in Germaniam uenit apostolus Christi. Iam uirum fuisse doctum & eundem scriptorem Bonifacium, uel Iohan. Tritemius refert. Huius certe uitam à diuo Willibaldo episcopo Eystett. primo, posteritati commendatam esse, testimonia minime dubia supersunt. Verum hæc extra propositum. De iactis Basilicæ ac cœnobij contigui fundamentis per ipsum sanctum Bonifacium CHRISTI martyrem, regnante ac fauente Carolo magno magnus est consensus annalium. Iisdem primis annis, Ruggero teste, oratorium cœpit extrui in monte, qui olim uulgo Biscofes bergh (ita enim liber habet) appellatus, nunc mons beatæ uirginis Mariæ insigne monasterium, sed tumultuantibus rusticis exustum. Illi uiculus adiacet Hora dictus. Nam martyrem illic certis horis orauisse ferunt. Quercetum montis huius in uinetum hodie uertitur. Quin in illo ipso monte episcopi, prima Fuldensium parochia fuisse

Amnes Fagenis.


Basilica Saluatoris.

Bonifacius Germanorum apostolus.

ſcribitur. Circa hæc tempora Bonifacij præluſtriſſimi Germanię doctoris exædificatũ eſt Michaëlicon, cuius ſtructurę uiſendę uetuſtas typo Ieroſolymitani templi reſpondet. Ei-
Eigil abbas. gil enim eius cœnobij & auctor extitit & ornator, idq; maiore ſtudio q̃ dici queat. Nec alibi quàm in hoc cœmiterio, hac uita defunctus ille quieſcere uoluit. Quod ſanè cœmiterio olim peregrinorum ſepultura uocata fuit. Eiuſdem penè antiquitatis eſt monaſterium S. Petri apoſtoli, ſepulchro diuæ Liobæ uenerandũ, nec non S. Iohannis, quod Raban. Maurus Bonif. magni auditor extruxit. Porro S. Andreę, quod hodie Noui montis, à Richardo collocatũ, inferioris ætatis eſt. Atq; hos quidem colles complectitur Fuldanæ ciuitatis ambitus, idq; in propinquo, Petrum ad orientem ſolem habens, Ioannẽ ad meridionalem ferè, Andream ad occidentem, & Mariam ad ſeptentrionalem. Continet hęc item ditio alia cœnobia, uidelicet Curiam Solæ, Eccleſiam ſyluæ, Villam ueterẽ, Hoſtiam, Ruram, Cellam, Tullam, quin duo etiam presbyterorũ collegiola, alterum in oppido, cui ab Hunorũ campo nomen inditum eſt, alterum, cui à Rabani uico, ut interim Salmonſteri & Burſellæ ruinas taceam. Sed ad baſilicam S. Saluatoris redeo. Vocarunt hanc primis temporibus maiorem eccleſiam, ſicuti coniunctum monaſteriũ, Summũ. Vtrunq; ædificium operoſis fratrum manibus effectum, maximè Sturmi & Gangolpho præſidentibus. Etenim ſub hoc poſteriore Ratgarius (paulo pòſt in abbatem ſubrogatus) magiſter cœmentariorum fuiſſe legitur. Operas etiam ſuas fratres (quorum illo ſeculo quadringẽti ſimul uixere) in ſculpendo
Bibliotheca uetuſtiſſima. & pingendo coniunxerunt. Eius artis monumenta quædam reliqua uideas licet. Cum primis uero clarum atq; illuſtre eſt templum hoc Dominicũ bibliotheca, qua nec uetuſtiorẽ aliam, nec locupletiorẽ habet Germania. Manuſcripti codices uniuerſi ſunt, & uniuerſimẽ branacei. Digeſti in claſſes 48. aſſeruantur ex omni authorum genere. Tantos perſcribendi labores, annos plus minùſue DCC. exantlarũt ſtudioſi cœnobitæ. Alię bibliothecę libros tantum qualeſcunq; continent: hæc conſeruat nobis librorũ matrices ac archetypos, ad quos ab officinis eruditi ſolebant confugere. Iam à Scholæ quoq; gloria celebrandus locus. Huc enim quondam cõmeatum eſt ad diſcendas literas, id quod uel ex hiſtoria antiſtitis Eigili liquebat, qui puer etiamnum, autore Candido, ad ſcholam monaſterij fuit aliunde adductus.



Ad hæc literarum ſtudia coniunxerunt iugem diuini cultus obſeruationẽ, de qua libellum Imperatori Carolo magno exhibuerunt, eum uidelicet colendi Dei morem catholicum, ut propugnet Imperator, obſecrantes, quemadmodum in uita Ratgerij legitur, cuius cenotaphium in monte B. Virginis hodie uiſitur. Equidem doctorum hominum fœtura præclariſſimũ, ſi quod aliud, monaſterium Fuldenſe, ſuperioribus ſeculis extitit. Dedit eccleſiæ Rabanum Maur. Albini Anglici diſcipulum: de-
Rabanus. dit Strabum ſcriptorem, nempe Lodouici primi tempore. Dedit Ottofridum Rabani auditorem: dedit Marianũ ſub Henrico Imper. quarto, dedit Adrianum Chronographum Rodolphum Flauiacenſem, & Raculphum & Theodoricũ & Willeramũ poſtea Merſsburgenſem. Poterat hoc collegiũ de VL. Hut. quoq; gloriari, ſi perſtitiſſet. Ioan. Tritemius Spanh. nullo non loco ſcriptorũ ſuorũ Bonifaciana noſtra prædicat. Ex abbatib. huius collegij accepit epiſcopos Moguntia, Friſingia, Halberſtadium Hildeſhemia &cæt. Sacræ ædis ornamenta peculiaria ſunt cum ipſius Bonifacij corpus, tum aliorum complurium, ob ſingularia chariſmata ſpiritus ſancti honorandæ memorię. Extat in crypta ſarcophagus megalo-



martyris huius, artificio miro fabrefactus, obq; antiquitatẽ quàm maximè uiſendus. Formam huius eſſe lego, cuiuſmodi apoſt. Petri tumba Romæ ſit. Nec dubiũ eſt, quin tale Lullus martyris huius uelut Achates procurarit, quandoquidẽ uir tantus Bonifacium illum ſuum pro Chriſto trucidatum, Fuldæ tumulauit. Inter collectas reliquias arcem tres libri

tenent

tenent, quos martyr ceu enchiridia ſecum ſemper circumferre ſolitus, nempe Teſtamentum nouum totum, quatuor euangelia ſeorſim, quem codicem ipſum ſuis digitis exaraſſe legimus, literis incognitis noſtro ſeculo, ab Imperatore ipſo Arnulpho reſtitutum fuiſſe Hugonis abbatis IX. precibus. Teutio libro collectanea quædam continentur de ſana doctrina fideq; S. Triados, præſertim ex Cereali Aphrica, contra hereſes. Is liber hoſtili ferro leſus, quum inſtar clypei fuiſſet cædentibus Friſijs obiectus. Vnde adhuc icon martyris librum enſe transfoſſum præfert. *Liber clypeus*

De baſilicæ ſtructura magnifica, quia laboro breuis eſſe nihil hic comminiſcar. Nobiliſſima fabrica ſuam alibi laudem meretur. Hæc bis terq; conflagrauit, ſed ſubinde redintegrata. Inter decora eius, artificioſiſſima Cymbali machina, atque hæc penſilis uolubilisq; eſt, uulgus auream rotam appellat: item effigies Caroli Magni Auguſti ad uiuum in columna quadam inciſa. Conciliat præterea huic ædi perpetuum nomen & decus, annua iſta peregrinatio tot ex omni Germania populorum. Lego feſtum (quo ad memoriam S. Bonifacij martyris permulta ſæpe millia Chriſtianorum religioſe confluxerunt) miſſam ſancti Bonifacij ueteribus fuiſſe appellatum. Quo die publica pœnitentia cuiuis patebat, huiuſque ueteris ſpecimen edebatur. Cauſam accurrentium & uelut inundantium Germaniæ populorum hanc fuiſſe exiſtimo, ut uidelicet noſtri homines quidam priſcæ pietatis ardore hic coram illius oſſa cernerent & Deo ſupplicarent gratiasq; agerent apud memoriam illius, quem uidelicet agnoſcebant primum in his regionibus fidei Chriſtianæ ieciſſe ſemina. Ex hac enim ſolitudine prodierat in communem patriam uerbum domini. Qua de re alias. Libet hic tantum paucula Reginonis Chronographi uerba ſubnectere. Bonifacius, inquit, in Germania uerbum ſalutis prædicauit, & gentem illam in tenebris euangelica luce illuſtrauit. Hæc Regino. Succeſſu tandem temporum per donationem atque immunitates religioſorum regum, hæc eccleſiaſtica ditio euecta eò fuit, ut huius antiſtes in numero procerum Romani imperij ponendus eſſe iudicaretur. Quin etiam hæc eccleſia Imperatorum olim fauore ſingulari decorata eſt inſigni libertate, adeo ut eam omnium principum, ipſorum archiepiſcoporum quoq; poteſtate exemptam & Romanæ tantum ſedi ſubiectam eſſe uoluerint. Ad quam egregiam ſanè immunitatem dignatio primatus acceſſit, & item Archicancellariatus ſeu Archicapellanatus (nam è geſtis ſuperiorum ætatum, eandem hanc dignitatem fuiſſe apparet) ſi quis fortè tituli ſplendorem æſtimet, quem tamen quo quiſque melior antiſtes eſt, eo minus attollit, ambituq; cæteris præfert. Hinc tot ac tantarum feudarum, ut uocant, liberaliſſimæ donationes illi cõtigerunt. Quod principatus huius ornamentũ cum primis eſt ſpectabile. Profecto (ut multa in pauca conferam) certare hæc Abbatia cum epiſcopatu aliquo poſſit, maxime ubi bona regionis pars, quæ oppignerata eſt repignerabitur. Adiecit Carolus Magnus Fuldenſi eccleſiæ clauſtrum Holtzkirch, quod Frahandus princeps reſtaurauit in comitatu Wertheimenſi. Acceſſit inſuper Hamelburgum oppidum Franciæ, uini perquàm ferax, patrius idem Ioannis Frobenij nidus, ſicut & Adamus Petri hinc originem duxit, natus in oppido Langendorff, quibus uiris ſtudioſorum cœtus non uulgarem debet gratiam, ob plurimos & optimos libros, quos ſua induſtria per typos in uniuerſum mundum ſparſerunt. Nec prætermitti debet, quòd hæc ditio perpeſſa fuit uarias atque has acerbiſſimas infeſtationes, nimirum ſub Conrado Buchnaugio, Bartolo Leopoldo, Henrico Hohenburgo, & ætate noſtra præſidente utroque Hennenbergio, Philippo denique noſtro. Nam Hartomanni cuiuſdam nullam mentionem facere decretum eſt. Ad ultimum obſcuram ignobilemq; Buchoniam eſſe non ſinunt creberrimæ tranſitiones iter facientium inter Rhenum & Salam. Hoc tempore præſidet huic Fagoniæ Reuerendiſs. D. Philippus Schenck à Sueinſsburg, gubernator integerrimus pariter ac prudentiſſimus. Nec ille minore doctrina quàm pietate clarus. Atq; hæc quidem in præſentia. *Reginonis testimonium.* *Abbatiæ Fuldēſis dignitas.*

Catalogus

Catalogus abbatum Fuldenſium.

1 S.Sturmis
2 Gangolfus
3 Ratgarius
4 Eigil
5 Raban⁹ Mau
6 Hatto (rus
7 Diedo
8 Sieghardus
9 Huggi
10 Heicho
11 Hildebrād.
12 Hadamarus
13 Hatto
14 Wernherus
15 Brandochus
16 Boppo
17 Erkenboldus
18 Richardus
Sieguardus
20 Rohingus
Bardo
Egbertus
Siegfridus
Widderadus
25 Ruthardus
Gotefridus
Wolphelinus
Erlophus
Vdalrichus
30 Henricus
Bertanus
Conradus
33 Alcolfus
Henricus
Marquardus
Hermannus
37 Burghardus
Ruggerus
Conradus
40 Henricus
Hartmannus
Cuno
Conradus
44 Henricus
Bertoldus
Bertoldus
Veringerus
48 Berthous
Marquardus
50 Henricus
Eberhardus
Henricus
Henricus
Conradus
Fridericus
Iohannes
Hermannus
Reinhardus
Iohannes
Hartmannus
Iohannes
Philippus

De Thuringorum regione.




POpuli qui Thuringorum terram inhabitarunt, dicti fuerunt, ut multi ſentiunt, Sorabi, creuitq; potentia eorum in tantum, ut proprium cõſtituerint regnum, excurreretq; imperium uſque ad Mœnum fluuium in Franconiam. Sed quum inter eos & confines eorum Sueuos perpetuũ eſſet diſſidiũ, uocatos Francones ex inferiori Germania collocarunt in pago Herbipolenſi, qui mediarent inter ipſos & Sueuos. Quam hiſtoriam ſupra prolixius recen ſuimus. Francoribus itaque obtinentibus pagum Herbipolenſem, cœpit Thuringorum potentia paulatim decreſcere, factumq; eſt, ut anno Chriſti 524. abolere tur regnũ eorum à regibus Francorum, qui non modo Franciam ſiue Galliam in ſua habuerunt poteſtate, uerum & Thuringiam atque Franconiam. Metropolis Thuringorum eſt Erfordia, de qua paulo poſt dicemus. Tempore Imperatoris Lotharij ſecundi fuit Thuringia ſublimata in Landgrauiatum, habueruntq; Landgrauij illi curiam ſuam in Iſenaco, ubi etiam diua Eliſabet & maritus eius Ludouicus reſederunt. Quomodo uero iſte Landgrauiatus tranſlatus ferit in Haſſoniam, iam ſupra diximus.

Ciuitas


CIVITAS ERDFOR

dienſis, itemque ciuitas Fuldenſis ſuis iconibus hic exprimuntur. Poſteriorem exhibuit candido animo Reuerendiſſimus dominus atq; illuſtris Romani imperij princeps, dominus Philippus Schenck à Sueinſsburg, abbas ac gubernator integerrimus Fuldenſis ditionis quam Buchoniam uocant. Erdfordiẽſem uero picturam ad opus noſtrum ornandum ſuppeditauit ſuis ſumptibus eximius uir magiſter Henricus Boppen, Erdfordienſis Mathematicus, amicus noſter ſyncerus.


Erdfordia magnifica atque celeberrima Thuringorum




Fuldensis ciuitatis & celeberrimæ abbatiæ eius imag




Thur[illegible]bs, utcunque hic in præcipuis eius ædificiis expreſſa.




[illegible]batiq[illegible]odiernum ſitum & figuram articulatim exprimens.


Schultes berg
Der Stifft
S. Michels Kirch
Newẽberg clo ſter
Pauls thor

Erdfordia magnifica atque celeberrima Thuringorum urbs, utcunque hic in præcipuis eius ædificiis expressa.



Fuldensis ciuitatis & celeberrimæ abbatiæ eius imago, hodiernum situm & figuram articulatim exprimens.



Erdfordia.

ERfordia magna ac memorabilis urbs, prouinciæ caput, à priſcis Erphesfurt appellata, habet montem excelſum, qui nunc ſancti Petri uocatur, ubi olim fuit arx cõſtructa, quæ poſtea rurſum eſt deſolata, regnanteq; apud Francos Dagoberto monaſterium celebre ord. ſancti Benedicti diuo Petro dicatum, fuit conſtructum. Deinde Bonifacius archiepiſcopus Maguntinus ſub Pipino Francorum rege, eccleſiam gloriosæ uirginis ædificauit, ac ibi epiſcopatum ordinauit, qui tamen paulo poſt Maguntinæ eccleſiæ ceſſit. Huius urbis ager optimus eſt & herbæ fullonum, quæ Sandix ac Saponaia dicitur, pro tingendis ueſtibus & pannis feraciſſimus. Per cuius arua Gera fluuius & alij amnes currunt, regionem ubertim irrigantes, unde & pecorum paſcuis abundat. Circa annum Chriſti 1066. fuit urbs muro circumdata ac turribus munita, ciuium edibus, monaſteriorum & eccleſiarum ædificijs mirifice creuit, factaq; eſt totius regionis ſedes, quia eſt in medio eius & abundat frumento, uino & alijs neceſſarijs. Cumq; hæc regio & urbs à ſoluendis decimis libera fuerit, paſſa eſt à finitimis principibus ob eam cauſam multas calamitates, præcipue temporibus Henrici quarti Imperatoris. Anno domini 1392. gymnaſium celebre initium ſumpſit. Perpeſſa tandẽ fuit hæc urbs uaſtationes ac direptiones per incendia uaria. Neq; eſt aliqua urbs inſignis in Germania, quæ per fatalem ac aduenticium ignem toties ſit exuſta. Vltimo incendio, anno ſcilicet 1472. in die Geruaſij grauiſſimum ſenſit damnũ, præſertim in baſilicis uirginis Mariæ & Seueri, ut pene tertia urbis pars incendio perierit. Terribile fuit incendium illud immiſſo igne per conducticios, quorum erat primarius religioſus quidam de ordine prædicatorum. Concrematæ duæ eccleſiæ collegiatæ, cum ponte mercaturarum & inſigni urbis parte. Anno 1509. grauiſſima ſeditio inter ſenatum & ciues oppidi Erdfordenſis exorta fuit propter inſolitas quotannis impoſitas à ſenatu plebeis contributiones. Nam communitas in unum cõueniens, ſcire uolebat quantis debitis urbs foret obligata, quantumue ære alieno grauata. Senatus uero tumultum & populi furorem conſiderans, blandis illum & mollibus tranquillare uerbis curauit, dicens, tempore oportuno de omnibus & ſingulis tam receptis quam expenſis rationem ſe redditurum. Quibus uerbis ſatiati ciues quieuerunt ad tempus. Aduenientẽ autẽ conſtituta die, rurſum conueniunt & hortantur ſenatum ut rationem reddat. Tunc unus cæteris inſolentior, duris uerbis inuadit eos qui à ciuibus fuerunt miſſi ad ſenatum, quod non parum ciues irritauit. Cumq; res in ambiguo diutius uerſaretur, uidentes ciues ſe nihil proficere apud ſenatum, deponunt ſenatum, nouum inſtituunt, cautiones, claues, priuilegia, theſauros & allodia ſecum detinent, atq; urbi cautius prouidere contendunt. Ratio neq; facta de receptis & expenſis, inueniunt ſummam capitalem debitorum, ſexcenta millia florenorum, de quibus quotannis cenſum dare obligabantur triginta millia nummum aureorum. Quod cum reſciſſent ciues, mittunt ad archiepiſcopum Maguntinũ, auxiliũ pariter & conſilium ab eo implorantes. Epiſcopus ad conſtitutũ diẽ mittit ciuibus pedites in auxiliũ, ſed commonefacti qui fuerant de ſenatu deiecti, mittunt ad Fridericũ Saxonię ducẽ, ſe ſuaq; illi dedentes. Mittit dux manum fortẽ & cõprehendit omnes miſſos ab epiſcopo, remittitq; ad epiſcopũ. Quod uidẽtes ciues in maiorẽ uerſi ſeditionẽ, cõtra ſenatũ antiquũ inſurgũt & incarcerare cõtendunt. At illi dilabentes fugiũt ad loca tutiora. Deinde epũs Herbipolen & Cæſar Maximilianus conati ſunt partes per concordiã componere.

Gymnaſium Erdfordienſe.

Vrbis incendium.

Seditio Erdfordiæ.


Debita ciuitatis.

De Miſiæ ſeu Miſniæ marchia.



Studium Lipſenſe.

CAput Miſnenſium ciuitas Miſna eſt, unde nomen regioni datum eſt, & hanc Albis fluuius alluit. Hic ualida arx eſt & in ea cathedralis eccleſia, quã Henricus primus inſtituiſſe fertur. Hic marchionatus terminatur ad regionẽ Thuringorum, habetq; multa inſignia oppida, uidelicet, Schreckenberg, Zeitz, Friberg, Dreiſen, Torgam, Lipſiam, quæ noſtro tempore diues eſt & mercatorũ emporium, atq; uniuerſali ſtudio inſignita. Translatum enim fuit anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo octauo ſtudium Pragenſe ex Bohemia in hanc Lipſiam. Tempore Ottonis magni hæc regio una cum Thuringorum & ſuperioris Saxoniæ terris, appellata fuit Marcha Saxoniæ, antequam



antequam ſcilicet ducatus ſuperioris Saxoniæ erigeretur. Deinde temporum ſucceſſu fue runt terræ & regiones in plura dominia diſcriminatæ, ac poſtea rurſum ſub unam denomi nationem atq; dominationem redactæ, quemadmodum contigit anno 1241. quando prin ceps Langrauiatus Thuringenſis ſine ſobole mortuus, per mulierem ditionem ſuam trāſ miſit ad dominos Miſnenſes, qui ab eo tempore utrunq; adepti titulū, & marchiones Miſ niæ & Landgrauij Thuringiæ dicti ſunt. Anno quoq; Chriſti 1423. deficiente uirili ſuc- *Ducatus*
ceſſione principis electoris Saxoniæ, Sigiſmundus Imperator tradidit ducatum Saxoniæ *Saxoniæ.*
principibus Miſniæ, quem & in hunc uſq; poſſident diem, & ab illo tempore triplicem ſi bi uſurpauerunt titulum.

Lipſia.

CIuitas Lipſenſis in Oſitia uulgo Oſtland, aut ut alij uolunt in Miſnia poſita (eſt e nim hoc poſterius uocabulum laxius priori, & utraq; terra uni paret domino) nō eſt urbs admodum ampla, ſed tamen talis, quę ſua anguſtia etiam amplas Germa n æ maximè principum exuperat ciuitates. Abundant ibi mercatores, qui uaria & continua exercent commertia, idq; ter per annum in ipſa ciuitate, ſicut quidam de nun dinis eius loci in hunc modum ſcripſit: Mercibus augetur ter Lipſia magna quotānis. Eſt ornata magnificis edibus, quæ in uniuerſum lapideæ ſunt, intus tabulatæ & foris miro arti ficio atq; maieſtate depictæ, atq; ob æqualitatem ſtructurarum & pulchrum ordinem mirā inter ſe habentes concordiæ rationem. Habet Senatum qui non ex opificum indocta tur ba ſed ex doctis collectus eſt uiris, è quorum autoritate & iudicio, Miſnenſium, Duringo rum & inferioris Saxoniæ ius pendet. Nam mittunt hi ad eos, dubias quaſq; extricandas cauſas. Habet deinde & is locus florentiſſimum ſtudiū atq; multos egregie doctos uiros, ad quos paſſim ceu ad commune aſylum cōfluunt ſtudioſi quiq;, maximè autem quod ibi uilius & alibi uiuitur propter circumiacentis agri mirā fertilitatem, de qua Gigas quidam ſic cecinit:

G.atus & immenſo lucro concredita terræ, Semina ager reddit, &c.

Paſſum eſt hoc oppidum anno Chriſti 1547. grauem iacturam, quando ſexta die Ianuarij cœptum fuit oppugnari per Iohannem ducem Saxoniæ, principem electorem. Tũc enim exuſta fuerunt ſuburbia, bombardarum ictibus deiecta mœnia, turres concuſſę, domorum tecta diſſoluta, caſtrum ciuitatis multum deformatum, obſidio in magno frigore cõtinua ad uiginti dies, & tunc hoſtis re infecta coactus fuit diſcedere.

Miſni ſiue Miſeni olim Hermunduri.

HErmunduri ſunt qui olim cum Chattis teſte Cor. Tacito in magno prælio certarunt, dum flumen gignendo ſale fœcundum & conterminum utraq; gens ui ad ſe traheret. Nam uel hodie ad flumen Salam ſalis hi fontes in nobili urbe, quæ Hala inde dicta, conſpici poſſunt. Diuidit autem Sala fluuius Toringos ab Hermunduris, utrorumq; regio omni ex parte denſis ſyluis & crebris montibus munita eſt, præterq; ubi altera alteri & utraq; Saxoniæ iungitur. Toringi habitant in optimis illis & uberrimis campis, qui cingũtur & concludunt ſylua Semana & Meliboco mõte ac Sala fluuio. Porro Hermandurorum montes adeo metallorum, præcipuè uero argenti, fertiles ſunt, ut nulli regioni de eius copia concedant: colles ad Albim ſiti uinum gignunt, planicies abundat frumentis. Thuringia tamen tritici ubertate non modo hanc ſed omnes alias magnæ Germaniæ terras facile ſuperat, ut ſumen Germaniæ rectiſſimè dici poſſit. Nec uero uinũ ipſi deeſt, quin magnos fructus capit ex iſatide herba, quam uulgus guadum uocat. Hæc G. Agricola.

Genealogia principum Miſniæ.

1	2	3	4	5
Ludouicus barbatus primus Miſniæ dominus	Ludouicus ſaltator	Ludouicus primus Landgrauius	Ludouicus Conradi Imperatoris gener	Ludouicus ſine prole mortuꝰ anno 1182. in terra ſancta.

Ludouicus tertius fuit gener Lotharij Imperatoris, atq; ob id à ſocero factus fuit Landgrauius Thuringiæ.

5
Fratres { Ludouicus ſine prole
Hermannus { Iutha quam duxit uxorem Henricus marchio Miſnenſis.
Lãdgrauius. { Ludouicus cuius uxor diua Eliſabet { Hermannus mortuus ſine prole anno 1241.
Henricus electus Rom. rex { Sophia uxor ducis Brabantini.

Sophia diuæ Eliſabet filia conabatur filium ſuũ Ludouicum ducẽ Brabantinum facere Landgrauium Thuringiæ, ſed Miſnenſes obſtantes, conſtituerunt Henrici marchionis ſui filium, Albertum nomine, Landgrauium, cuius mater Iutha fuit Landgrauia Thuringiæ. Henricus uero diuæ Eliſabet ex filia nepos factus fuit Landgrauius Haſſoniæ cuius genealogiam ſuprà in Haſſiæ deſcriptione ſum proſecutus.

Genealogia modernorum marchionum Miſniæ.

1 2 3
Henricus marchio { Albertus Landgrauius Thuringiæ { Fridericus marchio, Dietherus Landgrauius
Dietherus marchio Miſnenſis.
Fridericus Landgrauius & marchio { Fridericus marchio & Landgrauius
Wilhelmus marchio Brandenburgenſis

Fridericus tertius in iſta genealogia ſuccedens patri Friderico in Lãdgrauiatu & marchionatu, factus eſt quoq; anno Chriſti 1423. dux & elector in Saxonia, ob id ſcilicet quod Sigiſmũdo Imp. in bello Bohemico inſigne tuliſſet auxilium. Fratri uero eius Wilhelmo marchioni,

marchioni, traditus fuit marchionatus Brandenburgensis à Iodoco marchione Moraviæ pro magna summa pecuniæ. Sequitur continuatio genealogiæ à Friderico secundo.

2
Fridericus marchio Misnensis & Landgravius Thuringiæ
- Balthasar Landgravius Thuringiæ
- Wilhelmus marchio & elector Brandēburgensis
- 3 Fridericus marchio Misnensis dux Saxoniæ & elector
  - Ernestus elector Saxoniæ
    - Fridericus elector obiit anno Christi 1440. absq; liberis
    - 4 Fridericus elector
      - Iohannes post fratrē elector
        - Iohannes Fridericus elector
        - Maria uxor Philippi Pomerani
        - Iohannes Ernestus
      - Georgius marchio. Christina uxor Lādgravij
    - Albertus marchio & Lādgravius
      - Fridericus
        - Mauricius
        - Clara Louwēbergñ
      - Hēricus
        - Augustus
        - Lucretia uxor Erici Brunsuic.

Circa annum domini 1468. Ernestus Friderici 4. pater electoratū gessit. Hic dum esset puer una cum fratre Alberto furtiue sublatus fuit in hunc modum. Erat homo audax Cōradus de Kauff, nobili apud eos loco natus, bellicæ rei peritus: is cū se patria pulsum & paterna hæreditate priuatū à Friderico duce existimaret per iniuriam, scelus pulcherrimū excogitauit. Arx est in in Misna alto monte & in abruptis undiq; rupibus sita, Altiburgū nomine, ad cuius radices est oppidum egregium, munitum & populo plenum. Ea in arce duo adolescentes filij Friderici ducis, Ernestus & Albertus educabantur. Conradus huc intempesta nocte magnis itineribus cum paucis contendit, & admotis scalis, prodente pedagogo, arcem ingressus, dormientes adolescentulos in cubili comprehendit, minatusq; est mortem si mutirent, funibus colligatos extraxit, haud dubius quin perductos in Bohemiam magno præcio uenderet, suasq; contumelias eo pacto magnifice retunderet. Iā syluam Herciniam, quæ Bohemiam à Saxonia diuidit, ingressus erat, iā periculum omne trāsmissum putabat, cum iunior captiuorum labore ac fame deficiens & quietem simul & cibū poposcit: cuius precibus cōmotus prædo ad carbonarium quendam diuertit, afferriq; panem & ceruisiam iussit. Interea apud Altenburgum cognita tantæ rei noui tate clamor exoritur, attoniti oppidani raptim arma capessunt & prædam uendicaturi præcipiti cursu prædonis uestigia insectantur: syluam ingressis fortuna blanditur, quæ inter multos tramites eū tenere suasit, qui recta duxit ad carbonarium. Ibi Conradus dum puero cibum ministrat, ex improuiso capit, & oblatus principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit.

Stratagema.

Altiburgum.



De montibus Bohemiæ excurrentibus ad Misniæ regionem, feracibus metallorum.

MOntes qui cingūt Bohemiam Ptolemæus uidetur appellare Sudiros. Hi aūt omnium metallorum, maximè argenti sunt feraces. In istorum penè pede monti um est Fribergum, qua scilicet parte ad Misniam spectant: Annebergum itē & Gaitum,

Friberg

Anneberg.

Schneberg. Gairum, quæ inter Fribergum & uallem Ioachimicam sunt interiecta. Schnebergum uero est ad Muldam fluuium, ubi montes in occidentem uergunt. In omnes autẽ metallicos, qui ista loca incolunt, dominatur antiqua & nobilis ducum Saxoniæ familia. Cæterum uallis Ioachimica intra ipsos montes est, & in eisdem uersus Moraviam, Igla & Cottebergũ. Versus Schlesiam uero Richenstein, Aldeberg, Cupferberg & Goldeberg. In oppido Schonbach sito ad Egram in montibus Bohemicis, magna admodum argenti uiui reperi
Argentũ uiuũ. tur copia. Cornelius Tacitus de Germaniæ metallis scribens sic ait: Argentum & aurum, propitij an irati dij negauerint dubito. Ex quibus uerbis perspicue potest intelligi, nullas metallorum fodinas olim in Germania extitisse. Tamen idem Cornelius adiecit: Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ uenam argentũ, aurumue gignere. Quis enim scrutatus est? At hodie plurimi scrutantur, & reuera inueniunt Germaniam præ cæteris regionibus metallis abũdare. Circa annũ Christi 1180. fodina Fribergensis in Misnia cœpit. Schnebergeñ uero cœpit circa annum Christi 1470. Et Annebergum anno domini 1510. aut circiter.

De ualle Ioachimica.

VAllis Ioachimica circa annum domini 1520. cœpit & tot impleta est ædificijs in locis imis & in locis quæ pendent ex utraq; montium parte, ut alterum alteri incumbere uideatur, & magnæ urbis præ se ferat figuram. Montes in quibus densissima fuit sylua, excisis arboribus perfossi sunt innumeris puteis, actiq; sunt in eosdem cuniculi penè infiniti. Quin & ualles quæ latibula fuerunt ferarum, iam à tot millibus hominum inhabitantur. Solebant quibusdam temporibus anni esse nebulæ tan-
Cuniculi tollũt nebulas. tæ & tam crassæ, ut uallem totam obtegerent, & aspectum solis ingredientibus adimerent: at nunc præcisis syluis atq; tot cuniculis per quos riuuli aquarum effluunt, in montes actis, cessant nebulæ, utpote montibus aridioribus factis & aura liberiori reddita atq; sic uallis illa caligine ultrà nec circumfunditur nec occultatur. Sunt omnia illic loca tam sterilia, ut uix pruna sylueſtria ibi crescant: at interim inueniuntur ibi tot & tantę massæ argentex, ut si cui fortuna bene uelit, ipsi uina uel è Creta usq; allata defutura non sint.


Qua occasione in montibus Misniæ metalla inuenta sunt.



CAsu factũ est, ut in montibus Misniæ Fribergi foderet argenti metallum ad Salam fluuium, ubi est Hala, quæ quõdam pagus fuit, hodie autẽ urbs est ampla, locus certe iã inde à Romanorũ temporibus illustris & clarus salis fontibus, de quibus Hermunduri cũ Chattis certarũt. Hinc igitur quidam quadrigis salem recta per Misniam uehebant in Bohemiam, eius condimenti hodie non minus quam olim inopem, in orbita uident galenam torrentibus detectam quam
Galena. quia similis esset Goslarianæ, in currum coniectam apportant in Goslariam. Nam ijdem uectores solebãt ex ea urbe plumbum nigrum euehere, ex qua galena cum multo plus argenti quàm ex Goslariana excoqueretur, aliquot Metallici se contulerunt ad eum locum Misniæ, in quo nunc Fribergum oppidum nobile & opibus affluẽs, est situm, quos ex me-
Aberthami specus. tallis diuites factos esse constanti fama atq; multorum sermone celebratur. Aberthami specus & argentifodina partim fortuna partim arte ante paucos annos hoc modo est deprehẽsus. Habitauit fossor egẽtissimus sed rei metallicæ gnarus in media sylua in domicilio

lio ſolitario, ibiq; domini armenta curauit. Is cum per ocium foderet ſcrobiculum, qui lactis eſſet receptaculum, aperuit uenam, quam mox in alueo lauit, uditeq; ſubſidere argenti puriſſimi ramẽta. Igitur maxima lætitia affectus, rem indicat domino & adit ad magiſtrũ metallicorum ac petit ut ei detur ius capitis fodinarum, quod donum diuinum ſuæ gẽtis uocabulo appellabat. Itaq; dum pergit fodere uenam, plura reperit argenti ramenta, quæ metallicis magnam ſpem de uenæ fœcunditate iniecerunt. Ea tametſi illos fruſtrata non ſit, tamen annuum tempus conficitur, antequam ullos ex hac fodina capiunt fructus. Quare multi perturbati in impenſis faciendis, conſtantes non fuerunt ſed uendiderunt partes fodinæ. Quo circa cum iam argentum erueretur copioſum, magna dominorum fodinę erat facta mutatio: quin uenæ primus inuentor nullius partis poſſeſſionem tenebat, & ferè omnem quam redegit ex partibus uenditis dilapidauit pecuniam. Tum uero ea fodina tãtam argenti puri effudit copiam, quantam nulla earum quæ noſtra patrumq; memoria fuerunt una excepta Georgio, quæ eſt Schnebergi. Aberthamo finitima eſt uallis Ioachimica uetuſtior paulo. Bachus Miſnenſis, qui habitabat Gairi cum Oeſero Bohemo coit ſocietatem agendi cuniculi in ualle pagoq; deſerto à cultura hominum. Sed cum metalli foſſiones iſtis nullum utilitatis fructum præberent, cuniculus ruinis eſt relictus. Aliquot annis pòſt Alexander comes Leiſnicius & alij quidam barones in calidis Caroli 4. propter bonam ſpem quæ de illo erat metallo, in commune conferunt pecuniam, eaq; reficiunt cuniculum qui uicium fecerat. Nondum omnem in foſſiones impenderant, cum multum eruere pecuniæ, quod alios ad fodiendum excitauit, magnaq; multitudo hominum congregata eſt ex uicinis Miſniæ metallis. *Calidæ Caroli quarti.*

SAXONIA VETVS ET noua, primum autem de origine gentis Saxoniæ.



TErra Saxoniæ à Saxonibus populis nomen accepit, eſtq; una omnibus ſentẽtia, aliunde profectam gentem, nauibus à mari aduentaſſe. Sed unde & quo tempore, non inter ſcribentes conuenit. Alij à Britannia aduectam putant, alij à Danis aut Normannis & regionibus aquilonis, alij à Macedonibus orram ferunt de militia Alexandri magni. Ptolemæus teſtatur in Aſia Boreali, in uaſtiſſima ſcilicet Scythia citra tamen Imaum montem, habitare Saſones. Sed illi an aliquando populariter emigrantes quærendis nouis ſedibus uenerint in Germaniam, incertũ eſt. Saxo Grammaticus uir Sialandicus, ſupra mille annos ante Chriſtum nomen Saxonum introducit. Sunt alij qui aliam habent coniecturam. Ab aquilone Saxonum prouinciæ olim annumeratũ fuiſſe, quicquid ab Eydora fluuio (qui limes eſt Daniæ & Teutoniæ) in auſtrũ uergit, Holſatiã, Thietmarſiam, Stormariam complectens. Ad orientem habet terminum ueterem urbẽ, quæ ho-

Stargard. Altenburg. die rusticum est oppidulum, Stargard (quod sonat Aldenborg, id est, uetus burgũ) ex quo orientẽ uersus per littora maris Germanici usq; in Prussiam Wandalica gens omnia tenebat, nunc uero Saxones impleuere, extructis claris urbibus per littus maris. Ad occidentẽ Saxonia per diœcesim Bremensem, per Westphaliam usq; ad Rhenum ferè pertingit, & à meridie ad Hassiam & confinia Thuringiæ. Meditullium eius totum ex Wandalico solo redactum est in linguam & mores Saxonũ, terra uidelicet Brunsuicensis, Luneburgẽsis, Magdeburgensis & Halberstadensis. Pertinet etiã ad eandẽ nationẽ omnis marchia Brandenburgensis, uersa in linguam Saxonum & mores. Fuit aũt Saxonum gens ab initio inquieta nimis, finitimorum sedibus infesta, domi tamen pacata & ciuium utilitatibus placida benignitate consulens. Habitus ac corporum magnitudo, comarum color, quanquam in tanto numero hominũ, idem penè omnibus. Sed de his infrà suo dicemus loco. Habuerunt principes Saxonum ante Christum natum perpetua certamina cum Danis, atq; inillis conflictationibus Saxones aliquando seruire coacti sunt, ac deinde excusso tributariæ subiectionis iugo rursum libertatẽ uendicarunt, sublatisq; è medio aliquot regibus & cõtinuatis bellis, statuerunt totis uiribus de summa rerum decertare. Vrebat Saxones eptæ iam dudum Iutiæ memoria, quapropter intentarunt Danis tributa, sed uicti à Danis, coguntur illis aliquandiu subesse. Durauit multis annis ista Danorum & Saxonũ conflictatio, etiamsi Saxones nec armis hosti pares essent nec fortuna: non tamen quieuerunt, omnes intentauere uias recuperandę libertati, quam & tandẽ armis suis pulchrè obtinuerũt.

Saxones cum Danis perpetuo pugnant.

Saxones propter fidem bello afflicti sunt à regibus Francorum.

FRancis orientalibus & Thuringis ad fidem Christi per diuum Bonifacium conuersis, Saxones adhuc diu in errore permanserunt, eamq; perfidiam diabolico instinctu tam constanter seruarunt, ut nullo pacto per Christianos principes hinc auelli possent. Putantur autem per Romanos, maxime per Drusum aut per Germanicũ, qui sub Augusto hanc prouinciam sibi subiugauerunt, deorum uarias culturas suscepisse. Mersburgi enim phanũ & idolum quod Irmensul appellauere coluerũt. Eresberg dictus est mons in quo phanum illud stabat. Quidam interpretãtur Mercurij statuam: is enim Hermes dictus est. Sed obtinuit Martis honor, ut nunc Mersborg uocitetur. Nonnulli Irmensul interpretantur statuam publicam. Conijci permittitur dictam Idermansul, quasi commune profugium & asylum omniũ & Martem communẽ, qui in prælio diu uagatur incertus, diu dubius quo ponat uictoriã. Erat armata toto corpore effigies, cuius in dextera signum militare, nostri uexillum uocant, præferens rosam, cuius breue momentũ & facilis ortus & interitus, ita euentus præliorũ. In sinistra libram expandit, dubiã pugnantiũ sortẽ facile huc aut illuc inclinantẽ. Pectus inerme ursum præferebat, interritum bellatorũ animum insinuans. In clypeo leo, qui bestijs imperitat, inuictum ad fortia facta impetũ monstrat, floribus consito campo in quo stabat, quod nihil iucundius solet uideri fortibus, & in acie uirtutẽ ostẽdere. Erat proinde & Magdeburgi huiusmodi simulachrum. Stabat in curru nuda fœmina, myrtea caput cincta corona, ardentem faculam in pectore, in dextera mundi figurã, in sinistra uero mala aurea tria præferebat, post eam tres puellæ, Charites Græci, Latini gratias dixere, nexis manibus nudæ singula poma gestabant, auersis inuicem uultibus dona porrigentes, iugales quadrigæ erant gemini cygni, totidemq; columnæ. Venerem hac imagine figurabat gentilitas, quæ in omni mundo dominatur. Gratias illa comites habet, quæ alternis obsequijs iunguntur, hoc uult nexus ille manuum. Vultus auertunt, quia beneficia non improperant. Habuerũt Saxones & alia multa idola in regione, quæ hic sciens prætereo. Dagobertus itaq; rex Metẽsium siue Austrasiæ, uiuente Clotario patre, uicinam Thuringorum prouinciam tenens, acri prælio tãdem uicit Saxones, omnemq; prouinciam igni ferroq; uastauit, nec abijt prius quam prodeuntes obuiam proceres de pace agerent, quando bello tantæ moli impares uiderentur



Mermetis phanum.

Phanum in Magdeburgo.

Charites.

Dagobertus Saxones oppugnat.

ciderentur. Sũma fuit, ut Saxonia annuo Francis penſo tributo, dominos ac maiores ſuos agnoſceret. Tributum conſtituitur quingentorum boum, annua ſolutio. Permanẽtibus autem Saxonibus in perfidia, conuerſus in eos Martellus bellum inſtituit atq; inchoauit, quod demum nepos eius ex filio Carolus magnus peregit, tantę molis erat Saxonicã gentem patrijs ritibus auertere. Magno tamen tũ bello preſſi Saxones & exhauſti, Carolo quidem Martello manus dederunt, componentes cum illo per qualeſcunq; cõditiones, ſed leges Chriſtianas accipere nec dum conſenſerunt. Mortuo Martello, Saxones nomini Chriſtiano infeſtiſſimi erant, unde motus Carolomannus filius Martelli, in eos duxit exercitũ, & eos quidem tum perdomuit, ut legibus ſeculi parerent ad æquabilitatem, ſed Chriſti religionem neq; uerbis ſuadere neq; armis inducere poterat. Eo aũt Romę monacho facto, Pipinus frater eius tentauit quoq; Saxoniam ad Chriſti fidem cogere, quare coacto magno exercitu, bellum intulit grauiſſimũ. Sed ea fuit gentis moles, ut nõ ſtatim ad mutandam religionem poſſet armis cogi. Gerebatur per continuos triginta annos bellum, priuſquam Saxones tandem ſub Carolo magno ex corde ſuſciperent fidem. Dictu difficile eſt quoties ſuperati regi manus dederũt, imperata facturos polliciti, obſides qui imperabant dederunt, legatos qui mittebantur ſuſceperunt. Aliquoties ita edomiti, ut etiã cultũ dæmonum dimittere & Chriſti fidem ſuſcipere pollicerentur, ſed ſicut aliquando proni ad ea pollicẽda uidebantur, ita mutato poſtmodum decreto ad abijcienda uidebantur præcipites. Anno Chriſti 772. Carolus magnus celebratis Wormaciæ comitijs, conſtituit Saxones aut religioni ſubijcere aut omnino de terra delere. Tandẽq; traijcit ingentes copias per Rhenũ & Lupiam (nunc Lippiam uocant) amnes, & totam quæ nunc Weſtphalia eſt peruagatus non longe ab Oſnaburg rebelles ſubegit, fugauitq; contumaces, ut Viſurgo (nunc Weſera) tranſmiſſo, ſedes ſibi facerent inter Vandalos, antiquis pulſis habitatoribus. Qui in patrijs ſedibus remanſerunt appellati ſunt ab illo tempore Weſtphali, & qui ultra Viſurgum fugerunt dicti ſunt Oſtphali. Edomitis poſtea Longobardis, totis ſe uiribus animi & rerũ conuertit ad Saxonicum bellum peragendum, quo neq; prolixius neq; atrocius ullum unquam geſſit, quia Saxones, natura feroces & idolorum cultui dediti, ab eo quod ſemel apprehenderant, nulla poterant ui dimoueri. Regis tamen Caroli magnanimitas perfidiã illorum ſemper ulciſcebatur, donec omnibus qui reſiſtere uolebant profligatis decem hominum millia ex his qui utraſq; Albis ripas incoluere, cum uxoribus & paruulis ſublatos tranſtulit & per Galliam atq; Germaniam multimoda diuiſione diſtribuit, eaq; conditione bellum per tot annos tractum, eſſe conſtat finitum, ut abiecto dæmonũ cultu, Chriſtianæ religionis ſacramenta ſuſciperent. Progreſſus uero Carolus cũ exercitu uenit ad montem Martis, ibiq; phanum & idolum gentis quod Irmenſul appellauere, ſubuertit, ſicut & paulo poſt phanum in Magdeburg in nihilum redegit. Conſtituit etiam iudicium quoddam occultum in Weſtphalia, ut ſi quis deprehenderetur defeciſſe à fide, ille ſine alio præuio iudicio ad proximã ſuſpenderetur arborẽ, de quo infra fuſius. Præfuit tunc Saxonibus Wedekindus dux, qui in bellicis tumultibus cõfugit ad regem Daniæ, imploraturus eius præſidium, & moliturus contra Carolũ rebellionem. Sed tãdem circa annum Chriſti 785. poſt multa bella & cædes ad fidem Chriſti conuerſus baptiſatus fuit cum alijs Saxonũ magnatibus, et tum demum ſubacta Saxonia, in prouinciam eſt redacta, quæ diuerſis temporibus in octo epiſcopatus diuiſa, Magũtino & Coloniẽſi archiepiſcopis eſt ſubiecta. Sunt autem hæc nomina locorum epiſcopalium, Oſnaburgum, Mymingrod, poſtea Monaſterienſis eccleſia, Salingſted poſtea Oſterwic, ſed qui epiſcopatus poſtea fuit translatus Halberſtadium. Werden, Mynden, Paderburna & Hildeſheim ultra Weſeram. Magdeburgenſis uero epiſcopatus fuit poſtea ab Ottone magno inſtitutus.

Martellus contra Saxones.

Carolomãnus cõtra Saxones

Carolus Magnus domat Saxones.

Weſtphali unde.



Epiſcopatus Saxoniæ.

De moribus & ritibus Saxonum, atque de fertilitate terræ eorum.


SAxonia olim quatuor in genere habuit differentias, nobilium, liberorum, libertorum atq; ſeruorum. Et id legibus cautum erat, ne ulla pars ſuæ ſortis oblita, terminos in co

pulandis coniugijs transgrederetur. Sed nobilis nobilẽ, & liber liberam duceret uxorem: libertus coniungeretur libertæ & seruus ancillæ. Quicunq; uero contrà faceret, cum uitæ suæ id damno lueret. Legibus ad malefactorum uindictam optimis utebatur. Multa quoq; utilia & secũdum naturæ legem honesta in morum probitate habere studuit, quæ ei ad ueram beatitudinem consequendam adminiculo (ut ita dicam) fuissent, si aliquam creatoris sui notiçiam habuisset. Frondosis arboribus uenerationem exhibuit & trunco ligneo nõ paruæ magnitudinis sub diuo erecto, quem patria lingua Irmensul dixit. Coluit etiã Mercurium, cui certis diebus humanis hostijs litabat. Deos suos neq; templis includere neque humanæ speciei assimilare pro diuinitatis magnitudine & dignitate licitum arbitrata est.

Auspicia obseruantur.

His lucos & nemora consecrauit, auspicia & sortes obseruabat, auiũ uoces & uolatus interrogauit, equorum quoq; præsagia experiebatur, hinnitus ac fremitus eorum obseruãs, nec ulli auspicio maior fides adhibebatur. Est ager Saxonicus rerum omnium præterq; uini ferax, argenti atq; æris fossiones multas habet. Ad Goslariam & plerisq; alijs locis sa-

Fertilitas Saxoniæ.



lem ex fontium quorundam aquis albissimum coquunt & uectigal ingens percipiunt. Hordeum & triticũ serũt, ex quibus non solum candidissimum panẽ efficiũt, sed etiam ob uini caritatem potum ceruisiam, quæ adeo sitiẽter & immode ste ab ipsis bibit, ut ubi in sympossijs conuiuijsq; pocillatores nec phialis nec catharis sat infundere possint, repletũ mulctrale apponant & scutella iniecta hortẽtur quenq; pro libito potare. Dictu incredibile est, quantum huius liquoris in se immodestissima gens capiat, quãtum mutuo ad bibendum cogant & horten-

Saxonum inebriatio.

tur: non sus non taurus tantum ingurgitaret. Non ad ebrietatem atq; uomitũ potasse sufficit, sed rursus ad sobrietatem, dies noctibus, noctes diebus continuantes. Qui cunctos potando superat, is nõ solum laudẽ & gloriam deportat, uerumetiam pro quo contenderunt, ex bene olentibus herbis aut rosis sertum aut quid aliud in premium. Serpit ab illis heu perditus mos ferè in totam Germaniã, ut eo modo etiam iam fortissima uina bibantur cum ineffabili malo. Hospiti uel alteri eũ locũ in quo bibitur subeunti, potũ quotquot habẽt assurgunt & porrecto poculo adconbibendum officiosissimè hortant. Inimicus arbitrat, qui sæpius inuitatus nõ prætenta causa compotare recusat. Cęde nonnunquam & multo sanguine hoc dedecus expiatur. Cibatu Saxones duro & inconcinno utuntur: lardum, aridæ hilæ, cepæ crudæ, butyrum salsum & nondum adhuc liquatum, peculiaris genti cibus. Dominicis diebus in plerisque locis coquunt, quo per hebdomadam uescantur. Infantes non ut apud nos pulte, quæ farina & lacte conciննatur, nutriuntur, uerum solidiori cibo, qui bene masticatus à nutricibus ad deglutiendum tenello ori immittitur. Vnde Saxones tali cibo in tenera ætate assueti & tolerantiores redduntur & ualidiores.

Cibus Saxonũ.


De metallis Saxoniæ.

Lapides fissiles.

HAbet hodie Saxonia uaria & multa metalla, præsertim in monte Meliboco, qui à Chattis extenditur ad Saxones. Nam apud Eislebam, Mansfeldum & Hostedam est lapis fissilis, quem Germani schiffer uocãt, qui niger, bituminosus, ærosus primum ex puteis extractus in aream effunditur, atq; ita ex ista coaceruatione oritur tumulus: deinde inferior tumuli pars circumdatur sarmentis, in quæ similiter iniçium tur id genus lapides. Tum sarmentis admoto igni accensis, ignem etiam concipiunt lapides super ea coniecti. Hi proximis quibusq; impartiunt ignem, atq; omnino omnes qui iã ardent, eis proxime adiunctis. Et cum ardent, talem odorem emittunt, qualem carbones bituminosi cum flagrant, emittere solent. Præterea si quando in ardẽtes mediocris pluuia decidit, magis ardent & citius mollescunt, quod declarat eos esse lapides bituminosos.

Atq;

Atq; id genus lapidum cruſtæ, interdum ſcintillis pyritæ aurei coloris adhærentibus & diſcurrentibus, exprimunt uarias animantium ſpecies, ut in genere piſcium paſſeres marinos, lucios, percas: in auium, gallos gallinaceos nonnunquam ſalamandras, imò pontificis Romani barbati & triplicẽ coronam in capite habẽtis effigies reperta eſt, quã multi uiderunt. Sunt qui aiũt uicinum eſſe lacum, et qualia ille nutrit animãtia, talia pingit natura in ſtillili illo lapide. Lapis mihi miſſus, talem habet piſcis figuram, ære ueluti manu pictoris expreſſam. Collegerunt autem Mansfeldenſes comites maximum fructum ex uenis ſuæ terræ, unde æs & argentum conflant. Apud Goslariam Otto 1. Imp. argenti dicitur inuenisse mineras, quarum magni fuerunt redditus, ex quibus Imp. duo conſtruxit ſacerdotum collegia & regium palatium nobilis operis. Abutentibus autem ciuibus ſuppeditatis diuitijs, offenſus deus permiſit puteum unum corruere, quo caſu mille homines & ſupra oppreſſi fuerunt. Et poſt illud tempus neq; argentum neq; aurum fuit amplius inuentum in eo loco, ſed plumbum nigrum. Fit aũt primò atramentum ſutorium, quod uulgo uitriũ uocant, deinde ex eo excoquitur aliquid plumbi & argenti. Perhibent aũt metallum Goslariæ ſic natum. Quidam nobilis homo equũ cui nomen erat Ramelus in monte ad ramũ arboris alligauit. Is ungulis, quibus ferreæ ſoleæ inductæ, terrã quatit, uerrit, atq; ita reconditam plumbi nigri uenam integumentis nudauit, non aliter ac Pegaſus alatus, ut poetæ fingunt, aperuit fontem, dum ungula ferit ſaxum. Vt autem fons iſte ex eo nominatũ Hippocrene, ita montem Saxones Ramelum uocarunt, qui hodie maxime floret, atq; admirabilem plumbi copiã ſuppeditat. Goslariæ tantum inuenitur galenæ & pyritarum, ex quibus plumbum nigrum excoquit, ut mons quidã ferè nihil niſi galena & pyritæ eſſe uideatur. Principes quoq; uici Brunonis cumularunt bona magna ex Cellerfeldẽſibus alijſq; fodinis. Nec Brandenburgẽſ, qui imperant Francis, caruerunt fortunis metallicis. Nã Goldcranach auri metallũ ſeptimo quoq; die dedit ipſis mille & quingentos aureos Rhenanos.



Natura ſigmarat lapides.

Mineræ Goſlariæ.

Atramentum ſutorium.


Galena.

De diuiſione modernæ Saxoniæ.

ETſi am ſi Saxonia olim comprehenderit Weſtphaliam & Oſtphaliam atq; Brunſuicẽſem ditionem, hoc eſt, totam regionis illius tractum uſq; ad Albim fluuium, eſt tamen hodie longe alia ratio diuiſionis, ubi non ſecundum flumina ſed ſecundum dominia principum, terrarum fiunt partitiones. Sicq; noſtro tempore duplex eſt Saxonia, ſuperior & inferior. Superior habet electuram, cuius præcipua oppida ſunt Wittenbergum & Torga. Inferior uero eſt prope Luneburgũ & Lebenburgum iuxta Albim complectiturq; Holſatiam, quæ olim fuit Wagria, Stormariam & Diethmarſiam. Holſatia olim fuit comitatus, hodie uero eſt ducatus, et habitatio primogeniti Danorum regis, ſicut Delphinatus in Gallia principatus eſt quem ſucceſſor regis Franciæ poſſidet. Hamburgum eſt in Stormaria aut Nordalbingia & Brema in Diethmarſia.

Saxonia ſuperior et inferior

De ducibus Saxoniæ & eorum genealogia.



TEmpore illo quo Carolus magnus oppugnabat Saxoniam, fuit Saxoniæ dux Witikindus, quem Krantzius uocat Wedekindum, & quidam alij uocant eum regẽ Saxonũ, præſertim autem Angriæ, quæ eſt in Weſtphalia. Et hi ferunt, ante regis Caroli aduentum, Saxoniæ prouinciã adminiſtrari ſolitam per duodecim proceres alternis uicibus: quẽ uero grãde bellũ in adminiſtratione apprehenderet, eũ regem habuere ad finẽ uſq; belli. Inde factum eſt, ut ue-

Witikindus.

niente Carolo in prouincia, Wedekindus dux Angliæ (Angriam uocat) in administratione erat, & ideo pro rege illis fuit durante bello, fuitq; tunc summa Saxonum potestas in Anglaria. Wedekindus itaque anno Christi 785. uisitatus à domino, Christi baptismum sponte deposcens, manib. Caroli regis leuatus est honoris gratia ex sacro fonte. Inde Saxonia iam pacata quieuit, & semel susceptam fidem nunquam reiecit. Habuerant Saxonum principes pro insigni armorũ in militaribus signis pullum equinum, atrum ante baptismũ, pòst uero candidum. Post multos uero annos, quũ ducatus Saxoniæ perueniret subinde ad alios & alios dominos, arma sæpius fuerunt mutata, uel leonibus ex Anglia allatis per Henricũ ducem cognomento Leonẽ, uel stratoris in clypeo lignis, quæ rutæ serũ ex obliquo condecorat, per Bernhardũ, prius comitẽ de Anehold, inde uero surrogatum Henrico Leoni in ducatum Saxoniæ, cum ille per Fridericum primum solenni imperij conuentu per sententiam deponeretur.



Genealogia Wedekindi ducis Saxoniæ.

1 Wedekindus — 2 Wigbertus — 3 Bruno, Walbertus — 4 Ludolfus — 5 (dus Otto — 6 Hẽricus rex. Otto magn⁹, Baba comitissa Francia, Adelheidis abbatissa — 7 Bruno à quo Brunonis uicus, Tãquar

Rabodus dux Frisonum.



Brunsuicum unde.

Wigbertus 2. dux Angriæ accepit uxorem filiam Rabodi ducis illius Phrisonum, qui baptisandus rogauit, quo nam concessissent patres eius, & ubi audiuit omnes à Christo alienos in perditionem abijsse, pedẽ è baptisterio retraxisse, secq; eò profecturum contestans, quo maiorum suorum cœtus demigrasset. Fuerat iste Wigbert⁹ Christo ualde deuotus ab adolescentia usq; ad supremam ætatem, sepultus in Wildeshusen oppido Bremensis diœcesis, ubi & postea Walbertus in Christi religione obdormiẽs, sepultus fuit. Bruno à quo Brunsuicũ nomen accepit, uir insignis, glorioso fine pro fide Christi occubuit. Nã cũ Normanni hostes Christianæ religionis magno agmine Saxoniam inuaderent, Bruno uocatis omnibus quos ad pietatẽ tantæ expeditionis paratos inuenerat, obiecit se Normannis & Danis. Factumq; est ut pertinaci diu pugna extracta, totum agmen Christiani nominis pro Christo occumberet, dux scilicet ipse cum episcopis & omnibus Christianis militibus. Interfectis aũt Brunone & Tanquardo fratribus, Otto post eorũ interitum iam iustum arripuit principatũ. Et quantũ iam deceſſit Francis tantum accessit Saxonibus, in quos summa rerum cœperat inclinare. Arnolfus Imp. dedit huic Ottoni filiam suam Lutgardam uxorem, ex qua sustulit Henricũ, qui primus ex Saxonibus imperauit. Hẽricus ergo iste per maternũ sanguinẽ descendit ex Carolo magno. Mortuo aũt Ludouico Imp, uoluit omnis Francorũ Saxonumq; nobilitas Ottoni sceptrũ & diadema regni tradere, sed ille causatus seniũ recusauit, & peruenit corona ad Conradũ Conradi, qui frater erat Ludouici, filiũ, ducem orientaliũ Francorũ, in quo Cõrado finem accepit linea Carolorũ masculina. Hẽricus dux Saxoniæ primus ex ea familia ad Rom. regni culmen ascendit, quod ea domus per aliquot continuata secula perseueranter seruauit. Dictus fuit auceps quod in adolescentia cũ pater rebus præesset plurimũ indulgeret aucupijs & uenationibus, quæ principũ fuerunt & sunt in hodiernũ usq; diẽ recreationes, & quidam usq; ad insaniam illis animum laxant, nedũ in adolescentia, ut Henricus iste fecit, sed & in suprema senectute delectantur huiusmodi cruento ferarũ spectaculo. Electus autem fuit Henricus ad imperium anno Christi 937.

Henricus auceps.

Genealogia

Genealogia ducum Saxoniæ continuata per utrunq; sexum ab Ottone 5. duce Saxoniæ.

- Bruno episcopus Coloniēsis
  - Hēricus Hertzel
  - Bertha ducissa Lotharingiæ
- Mechtildis abbatissa in Quendelinborg
- Hēricus dux Saxoniæ & Bauariæ, cuius uxor Iuditha duc. Arnoldi filia
  - Bruno dux Saxoniæ
  - Bruno
  - Ludolfus dux Sax.
- Hēricus auceps rex Rom. cuius uxor Mechtildis
  - Otto dux Saxoniæ
  - Bruno
  - Richarda uxor marchionis Austriæ
  - Lurgarda uxor Ludouici regis Rom.
- Gerbirga uxor Giselberti ducis Lotharingiæ ac deinde regina Franciæ.
- Otto magnus
  - Otto secundus Imperator
    - Otto 3. Imperator
    - Wilhelmus episcopus Maguntinus
    - Otto comes Franconiæ †
  - Lutgarda Conradi ducis Sueuiæ, Franciæ & Lotharingiæ uxor.
  - Ludolfus dux Alemanniæ seu Sueuiæ, uxor eius Ita filia Hermanni ducis Alemanniæ
    - Otto dux Sueuiæ & Saxoniæ *
- Baba uxor Henrici comitis unde Babenberga nomen accepit
  - Albertus comes Babenbergensis decollatus
  - Reinoldus percussus à Conrado duce Franconiæ


- Cuno comes
  - Sifridus
  - Eberhardus
  - Hermannus, ab alijs Henricus
- Conradus dux Franconiæ & Imperator 2.
  - Gebhardus epūs Ratispō.
- Henricus tertius
  - Beatrix uxor Bonifacij marchionis Mantuani
  - Henricus quartus Imperator
    - Mathildis, quæ patrimonium Petri Romanis pōtificibus designauit.

* Bruno. Hic factus est Rom. pontifex, dictus Gregorius quintus

- Hēricus 4. Imp.
  - Conradus præfectus Italiæ
  - Henricus 5. Imperator obijt sine hærede
  - Sophia regina Vngariæ
  - Agnes uxor Friderici de Staufen
    - Conradus Imperator, cui Hēricus quintus dedit ducatum Wirtzpurgensem
      - Henricus
        - sine liberis ante patrē mortui
      - Fridericꝰ
    - Fridericus dux sueuię
      - Conradus Palatinus comes ex alia matre
      - Friderico Barbarossa
        - Hēricus 6. Imperat.
        - Fridericus
        - Otto comes Burg.
        - Conradus dux Sueuiæ
        - Philippus rex
      - Agnes Palatina.
        - Manfredus nothus
        - Conradus rex. Conradinus
        - Henricus dux Sueuiæ
          - Fridericus
          - Henricus
            - ueneno extincti
        - Elhisa
        - Kunegundis
        - Beatrix habens maritum Imperatorem Ottonem 4.

Habuit

Habuit Otto magnus duas uxores, Editham & Adelheidã. Editha fuit filia regis Angliæ, ex qua ſuſtulit Lutolfum & Wilhelmum epiſcopum. Adelheidis uero filia Rudolfi regis Burgundionum & Berthæ, quam prius habuerat Lotharius rex Italiæ, genuit ei tres filios, Henricum Brunonem & Ottonem ſecundum, atq; Adelheidem, quam duxit uxorem Hugo comes Pariſianus. Sub iſto Ottone primo magna mutatio facta eſt in dominio Saxoniæ. Paruit tunc Miſna & magna Thuringiæ pars Saxonibus, quæ ab illa die diuulſa putat, quũ Otto iſte 1. permitteret Saxoniã Hermãno Biling gubernandã. Otto uero pro ſe & poſteris ſuis reſeruauit Thuringiam, Miſnam & ſuperiorem Saxoniã, & in inferiori Saxonia iuxta Albim inſtituit ducatum, cui præfecit Hermannum uirum non de magna familia natum, creans illum ducem, qui antea præfectus fuerat.



Alia genealogia ducum inferioris Saxoniæ.

Anno 1106, Magnus dux inferioris Germaniæ exceſſit rebus, ſine maſcula prole, pro quo ſurrexit Luderus dono Henrici Cæſaris, alij uocant eum Lotharium, cuius maiores à proauo comites erant de Queruord, electus q; in Romanorum regem, dedit unicam filiã ſuam Gertrudem cum ducatu Henrico Welfo duci Bauariæ uxorem. Succeſſit autem ei in utroq; ducatu Henricus Leo, quibus tamen poſtea ob inſolẽtiam ſuam priuatus fuit. Habuerunt quoq; dicti quinq; duces ab Hermanno uſq; ad Magnum Holſatiæ ditionẽ in ſua poteſtate, ſed mortuo Magno Luderus permiſit ditionem nobili uiro Adolpho de Schowenborg, ex quo in tempora noſtra durauit ſucceſſio. Priuatus autem Henricus Leo ducatu Saxoniæ, Bernhardo comiti de Anhold, qui per auiam deſcenderat ex ſtirpe Magni nouiſſimi ducis, Saxoniæ ducatus ſolẽni donatur apparatu. Sed redeamus ad ſuperiorem Saxoniæ ducatum & proſequamur illorum principum ſucceſſionem. Poſt Ottonem tertiũ factus eſt dux & marchio in ſuperiori Saxonia Bruno, qui erat frater patruelis diui Hẽrici. Nam patres eorum Henricus Hetzel & Bruno erant fratres. Continebat autem tunc Saxonia ſuperior Marcam Miſnæ & Thuringiæ & ditionem quam hodie habet princeps elector.

Bernhardus ab Anhold.

Bruno marchio ſuperioris Saxoniæ — Ludolfus. — Egbertus. — Egbertus, mortuus ſine uirili ſemine.

Poſt mortuum Egbertum ultimum, Henricus dux Bauariæ pater Henrici Leonis, qui habuit uxorẽ fœminam de Saxonia ſuperiori, obtinuit per eam Saxoniam illam ſuperiorẽ. Succeſſit ei filius eius Henricus Leo princeps potentiſſimus, qui tali uſus eſt titulo: Hẽricus gratia dei dux totius Saxoniæ & Bauariæ, Palatinus Rheni, comes Brunſuici, Luneburgi, Northen, &c. Sed deſtitutus & exutus omni ditione, triẽnio exilium in Anglia eſt paſſus, & tandem ad ditionem Brunſuicenſem admiſſus. Quum autem filius eius Hẽricus uerſaretur in aula Imp. impetrauit filiam comitis Palatini Rheni uxorem, atq; per eã conſentiente Imp. Henrico ſexto Palatinatum. Expulſo autem Hẽrico Leone, Fridericus primus Imperator dedit marchionatum Saxoniæ ſuperioris cũ titulo ducatus Saxoniæ Bernhardo ab Anhold, & reuocato deinde Leone ex Anglia, dedit illi Brunſuicum, quod erat peculium eius, à matre Lotharij Imperatoris filia, proueniens. Erat tũc annus Chriſti 1189. Cæterum Albertus Bernhardi filius titulum tenebat Saxoniæ, retẽtis armis quæ comites de Anhold maiores ſui prætulerant, ſtratoria ſcilicet ligna fuluo nigroq; uariata colore per clypei tranſuerſum, ſuperiecto, quod feciſſe fertur Frid. primus, ruteo crinali.

Titulus Henrici Leonis.

Bernhar-

Bernhardus dux & comes de Anhold. Albertus elector. Albertus grandæuus, elector. Otto in Louwenborg. Albertus sine prole mortuus. Rudolphus. Iohannes. Iohannes 2.

Duces Saxoniæ inferioris.

Albertus secundus huius nominis dux Saxoniæ superioris & inferioris, princeps elector, superuixit posteritatem suam usq; in quartam aut quintam generationem.

3 Iohannes. dux inferioris Saxoniæ. Ericus. Albertus. Ericus. Ericus tertius.

2 Iohannes. Albertus dux superioris Saxoniæ. Rudolfus elector. Wentzeslaus.

Ericus. Iste succedere debuerat Alberto electori. Albertus. Bernhardus. Magnus episcopus. Iohannes. Ericus. Bernhardus. Magnus. Rudolfus. Ericus. Albertus ultimus elector. sine prole mortui anno 1472.

Franciscus. Dorothea regina Daniæ. Catarina regina Sueciæ. Clara uxor Francisci ducis Lunæburgensis. Elisabet comitissa in Oldenburg.

Post Iohannem 2. dominium Saxoniæ fuit diuisum. Nã administratio Saxoniæ inferioris mansit apud Iohannem 3. & eius posteritatem, electuræ autem dignitas permansit in linea Rudolfi, cuius successio fuit in principatu superioris Saxoniæ in terra Wittenbergensi. Sed ea deficiente, iusto ordine rediisset ad proximos agnatos inferioris Saxoniæ duces, nisi Misnenses marchiones ad se illam traxissent. Fuit autem Fridericus marchio Misnensis primus dux & elector in suo genere. Duces Saxoniæ inferioris scribunt se duces Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ, habentq; domicilium in Lawenborg in ripa Albis fluminis haud procul à Luneburgo.

Fridericus elector. Ernestus elector. Fridericus elector. Iohannes post fratrẽ elector. Iohannes Fridericus elector & captus à Carolo Cæsare. Iohannes Ernestus. Iohannes Fridericus. Iohannes Wilhelmus.

Albertus marchio & Landgrauius. Georgius marchio. Fridericus. Henricus. Christiana uxor Philippi Landgrauij. Mauricius elector factus anno 1548. post Iohannem Fridericum. Augustus.

Imperator Sigismundus instituit Fridericum marchionẽ Misnensem anno Christi 1423 ducem Saxoniæ & principem electorem.

De dominio & ducatu Brunsuicensi.

BRuno Ludolfi ducis Saxoniæ filius & patruus Henrici aucupis regis Rom. insigne nomen reliquit uico, quem ille primus inchoauerat, qui ex illo dictus est Brunonis uicus, aut potius sinus, qui lingua Saxonum uocatur Wyck. Hodie tamen communiter appellatur Brũsuicum, insigne oppidum in media Saxonia ad riuũ Onacri qui influit Visurgum: cuius oppidi parua primum initia multas per tempora habuere accessiones, ut per uices amplificatum, nunc in eas excreuerit uires atq; opes, ut facile principibus suis titulum indiderit, qui exinde uocantur duces Brunsuicenses. sed hoc lõge postea. Sinum excurrentis fluminis, stagni aut maris Saxones sua lingua Wyck appellant, inde Bruno excursum fluminis alterum, alterum Tanquardus non longo interuallo ædificijs honestarunt. Inde Brunswyck & Tanquardeswyck diu uariata appellatione cernebãtur. Obtinuit tamen Bruno, ut solus oppido nomen reliquerit.

Brunonis uicus.

Tanquardeswyck

Genealogia

De Germania

Genealogia ulterior.

Wedekindus Wigbertus { Bruno, Walbertus }

Ludolfus { Bruno à quo Brunſuicum, Tanquardus, Otto { Henricus auceps, Baba comitiſſa } }

Sequitur genealogia Henrici Leonis.

Circa annum Chriſti 1230. Imp. dominium Brunſuicenſe prouexit in ducatum, & Ottonem dominum Brunſuici & Luneburgi ducē creauit, qui ſcilicet ſucceſſit Hērico Leoni, qui generale Saxoniæ habuit dominiū. Dux uero Saxoniæ poſt dictum Henricū Leonem, magnum tenet titulum & tenuem ditionem. Ediuerſo duces Brunſuici partialē Saxoniæ ſumpſere titulum, ſed longe maiorem ditionem.

Henricus Welfus — Henricus Leo — Otto quartus Imperator electus anno 1198. — wilhelmus dominus Brūſuici et Luneburgi, Henricus Palatinus

Otto dux primus Brunſuicenſis & Luneburgenſis — Albertus Brunſuicenſis magnus — Albertus pinguis dux Brunſuic. & Gottingē; wilhelmus puer mortuus; Henricus mirabilis dux in Tranſſyluanis, Embica & Grubenhagen.

Otto epūs Hildeſ.

Gonradus epiſcopus Verdenſis

Iohannes dux Luneburgenſis

Eliſabet uxor regis wilhelmi

Otto obijt 1330 — Iohannes epiſcopus Mindenſis; Ludouicus epūs Magdeburgenſis; wilhelmus ſine prole maſcula morituus, redijitq; ducatus ad Magnum Alberti pinguis filium, cuius filius Ludouicus filiam habuit huius wilhelmi




Titulus unus Brunſuic. & Luneburg.

Fridericus ſecundus Ottonem Leonis nepotem fecit ducem Brunſuicenſem & Lunęburgenſem, attributis ei armis, quæ auus eius Henricus extulerat Anglia, duobus fuluis leonibus pro ditione Brunſuicenſi & aliam laſurij coloris leonem, adiectis in clypeo maculis de terra Luneburgenſi, quæ erant olim arma Hermanno ducí & poſteris eius cum titulo ducatus Saxoniæ. Albertus autē Bernhardi filius, de quo ante iſtud caput, titulum tenebat Saxoniæ retētis armis quæ comites de Anhold, maiores ſui, prętuliſſent, ſtratoria ligna fuo nigroq; uariata per clypei tranſuerſum, ſuperiecto, quod fertur feciſſe Frid. 1. ruteo crinali. Ottonis filij Iohannes et Albertus, primi partiti ſunt anno Chriſti 1267. ditionem. Titulum communem tenuerunt cum poſteritate, ſicut hodie tenent, ut quamuis ſit diſcreta ditio, unus tamen amborum eſt titulus. Vterq; enim ſe Brunſuici & Luneburgi ducem ſcribit. Albertus Iohanni fratri permiſit Luneburgū, ſibiq; meliores partes ſeruauit, Brunſuicenſem & Gottingenſem dominatum, qui & ipſe poſtea diuiſus eſt multipliciter. Iohannis poſteritas ſeruauit dominium Luneburgēſe uſq; ad wilhelmum, tunc dominium illud rediit ad duces Brunſuicenſes.

Sequitur genealogia ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium ab una familia deſcendentium.

Albertus



Moriens Wilhelmus ultimus dux Luneburgẽsis abnepos ex fratre Alberti ducis magni, designauit successorem Magnum ducem Brunsuicensem, unde querimonia orta est ducum Transsyluanorum, quod uel in partem uocari debuerint eius ditionis, quum fuerint in gradu pares, ambo scilicet in tertio. Ludouico duce Luneburgensi mortuo, uxor eius filia Wilhelmi Luneburgẽsis ducis ultimi, nupsit Ottoni comiti de Schowẽborg, & ducatus Luneburgensis uenit ad Magnum Ludouici fratrem. At cum ille nimium insolesceret nec curaret patris correptionem, eiectus est, & Albertus dux Saxoniæ superioris, Wilhelmi nouissimi ducis Luneburgensis ex filia nepos acceptat̃, anno scilicet 1371. & arx Luneburgensis, unde dux ciuitati multa incommoda inferebat, ad solum usq; destruit̃. Habes hunc Albertum suprà in genealogia Saxoniæ. Magnus uero dux à Luneburgensi ducatu eiectus, fuit paulo post in bello quod gessit contra comitem à Schowenborg gladio confossus, atq; relictam eius duxit uxorem Albertus dux Luneburgensis. Anno 1545. Henricus dux Brunsuicensis captus fuit à Philippo Landgrauio aliisq; principibus coadiutoribus, unà cum filio eius Carolo Victore, cuius ditionẽ antea dicti principes ei ademerant, sed biennio pòst rursum fuit ex captiuitate liberatus per Carolum Imperatorem & Landgrauius uinculis mancipatus.

De

De ciuitate Brunſuicenſi.



BRunſuicum hodie totius Saxoniæ metropolis & ciuitas permaxima, populoſa, munita mœnibus ac foſſatis, turribus & propugnaculis, decorata magnificis domibus, præpolitis plateis, amplis & ornatiſſimis templis, Saxoniæ ferè centrum per quadrum tantum ferè habet longitudinis quantum latitudinis, cõplectiturq; in ſuo ambitu duo millia paſſuum. Eſt aliquanto maior Nurnberga & Erdfordia minor. Ad orientem habet diœceſim Magdeburgẽſem, ad meridiem Hartonicum ſeu Hercinium nemus: occiduam partem comprehendit Hildesheimenſis epiſcopatus, & ſeptentrionem inhabitant Luneburgenſes. Hanc urbem perlabitur Onacra amnis, cui origo Hartonica ſylua, duaſque in partes ciuitatem ſcindit, omnem immundiciam ſecũ trahens, uariis undiq; pontibus coopertus. Tota urbs in plano ſedet, mœnibus ac foſſato duplici profundiſſ. & aliquot in locis triplici ac quolibet aquis ſtagnante munita. Vallum etiam inter foſſata craſſiſſimum ductum per circuitum, uariis arborum conſitum generibus. Non habet ciuitas aquam potabilem, ſed communiter bibunt ceruiſiam. Vini autem uſus charior eſt & rarior. Quinq; hic fora, quinq; prætoria & totidem magiſtratus. Circa annum Chriſti 1374. ſæuiente in urbe Brunſuico incondito uulgo in primores, pernicioſus exoritur tumultus. Nã uulgus indignatione undecunq; concepta, magiſtratum urbis inuadit. Vrbe quoſdam eiiciunt, alios in tumultu opprimunt, nonnullos ſpecie iuſticiæ publico gladio cædũt, inter quos unum ex proconſulibus uirum & ætate & mole corporis grauem, quum uires inflectendis genibus non haberet, in ſede ſua recumbentem obtruncant. Hanc patribus obiiciunt cauſam, quod populum & uniuerſam plebem exactionibus grauent & maiori quam ulli principes impoſito onere dominentur, idq; literis ad uicinas & longinquas urbes perſcripſere, nouum magiſtratum ex mœchanicis uiris erexere, clamoribus non conſilio rem omnem egere. Cæteræ bene moratæ utbes, rem miſerandam & ipſo exemplo pernicioſam putauere non impunitam relinquendam.

Onacra fluuius

Seditio in urbe

D. Sebaſtiano Munſtero, patruo ſuo unice

uenerando, Ioſephus Munſterus utriuſq; iuris doctor, S.D.

MItto Luneburgi deſcriptionem ſuccinctiorẽ, obſeruandiſſ. domine patrue, cuiſim quidem & tumultuarie ex uariis annalibus excerptam. Integrũ tibi relinquo inde deligendi quicquid uiſum fuerit labori tuo accommodum. Geſta recẽtiora nulla inſerui, utpote odioſa, alioquin uolumen maius Iliade creſceret. Mitto quoq; Luneburgenſis noſtræ urbis picturam, inſtar Hamburgi impreſſam effigiem delineatam. Aliam ciuitatis huius effigiem aſſequi nequiui. Nam pictores exintuitu ſecundum longitudinem potius quàm aliam naturalem formam oppida depingere hic aſſueuerunt.

Luneburgum

LVNEBVRGVM.






SVnt qui Luneburgum putant ante multa tẽpora conſtructũ à Rom. ibiq; erectũ idolũ Lunæ, quod in eo loco ſtetiſſe dicit uſq; ad tempora Caroli magni. At Albertus Krantzius in ſua ſcribit Saxonia, ſub Henrico 4. arcẽ Luneburgenſem ſed non oppidũ extitiſſe. Otto primus erexit locũ iſtum in comitatũ adiunctis ei prædijs de terra Meckelburgeñ. Deinde circa annũ Chriſti 1235 Fridericus 2. ex comitatu fecit ducatum. Hanc ditionẽ una cũ dominio Brunſuicenſi poſſederunt tres Ottones Imp. atq; poſteri eorũ uſq; ad Henricum Leonem, qui exutus Bauaria, Saxonia & omni ditione ſua, Brũſuicũ & Luneburgũ retinuit. Salinæ uberrimæ atq; ditiſſimæ apud Luneburgũ habentur, ex quibus multi monaſterio rum abbates & multi eccleſiarũ prælati uitã ducere conſueuerunt. Fuit enim quæſtus ſalis uberrimus. Has ſalinas, Luneburgeñ uiolenter uſurpauerunt. Ob quam rẽ & à Nicolao pont. max. & à Friderico Imp. auguſto damnati fuerunt. Cõſulatus qui eius rei autor habebat, autoritate apoſtolica deiectus eſt, ſed fauore Bernhardi ducis Brunſuiceñ paulo poſtea in priſtinũ ſtatũ redijt: & qui nouiter conſulatũ adierant in carcerem conijciunt: ciuitati rebelli & eccleſiaſticorum bonorũ rapaci ſacris interdictũ eſt. Nõ tamen deſunt qui rẽ diuinam apud eos faciant. Tãtus eſt æuo noſtro & in populo & in clero autoritatis eccleſiaſticæ contemptus. Hæc Aeneas Syluius, qui tum quũ hæc ſcriberet, pontificatui inhiabat. Sed redeamus ad ciuitatẽ. Ea eſt munitiſſima, cincta foſſis & uallis. Habet figurã ferè quadratam, patens in longũ paſſibus circiter 1450. & in latũ nongentis. Fuerunt per circuitũ urbis maximæ ſolitudines, ſed quæ noſtro æuo pro bona parte colun tur & habitant. Sunt tres parochiales eccleſiæ in urbe, inter quas S. Iohannes primatũ habet. Sunt etiam tria in ea monaſteria, inter quæ cœnobium S. Michaelis uetuſtius eſt & locupletius. Occupant ciues & mercatores potiſſimũ negociatione ſalis, quod ibi in magna copia coquit atq; terra & aqua Hamburgũ, Lubecum & ad alia loca per circuitũ diſtrahendum defertur. Cæterũ dux Iohannes abnepos Henrici Leonis, primus operam impendit ſalinæ Luneburgenſi, quæ uſq; ad eius tempora tenuis fluxit, at ille nouam aperuit longe ea quæ pridem fluxerat uberiorem. Erat autem tunc annus poſt Chriſtum natum 1269, & proſperatum eſt opus in manibus eius uehementer. Prima origo huius ſalſuginis fuit



haud procul à mõte Calcario oliminuẽta, puteo incluſa, uiris fortibus qui aquam die noctuq; exhaurirẽt deputata atque ex æquo diuitibus & pauperib. diſtributa. Nec hic in hunc uſq; diem ulla uetuſtatis facta eſt immutatio. Durat adhuc antiqua columna, quæ ſuſtinet trabẽ, cui adhæret magna urna, aquam è profundis educens. Canales ſeu fiſtulæ per quas ſalis aqua deriuat pulchro ordine diſtribuũtur (ſunt aũt numero quinquaginta) ad ſingulorum caſas, habetq; unaquæq; caſa quatuor ſartagines ex plumbo factas, quadrilateras, latas duabus ulnis & tranſuerſa manu profundas: quæ uſu detritæ renouantur abſq; ulla liquefactione. Duabus autem horis ſal concoctum & ex ſartagine ſublatum diſtrahitur in uarias illius terræ partes.

Ciuitas Lunæburgenſis, quam uerius [p]ore Sal

A Maius propugnaculum: Die gros paſtei
B S. Antonius
C Saltzmeſſer thurn
D Inſtitorum turris: der kremer thurn
E Laterificina, Ziegel ſcheur
F Bordwicker thor
G S. Nicolaus
H Vallis ſanctorum: der Heiligen tal
I S. Iohannes, ſummum templum die haupt kirch
K Goldſchmid thurn
L Prætorium
M Domus principis



Genealogia ducum Luneburgenſium.

Fuit dominium Luneburgenſe ſemper poſt Henricum Leonem ſub principibus Brunſuicenſibus, ſicut & ſupra in ducatu Brunſuicenſi oſtēdimus, ſed ob filiorum & nepotum multiplicationem, idem dominium diuiſum fuit in multas particulares ditiones, ſicut oſtendit Brunſuicenſis genealogia.


Henricus princeps Palatinus
Henricus Leo dux Brūſuic. & Luneburgē.
Otto Imperator
Wilhelmus comes Luneburgeñ
Otto dux Brūſuicēſis & Luneburgenſis
Conradus epiſcopus Verdenſis
Iohannes Luneburg obijt 1277.
Otto epiſcopus Hildeſemenſis
Albertus Brunſuic. dux magnus
Quinq; filiæ
Otto Lune
Iohā. epiſcopus Mindenſis
Ludouicus epūs Magdeburg
Wilhelmus dux Luneburgēſis habuit unicam filiam

Albertus & Iohannes ducis Ottonis filij, paternum diuiſerunt dominium, titulum tamen communem retinentes, quod & uſq; hodie conſeruatur. Albertus, ſenior dictus, accepit omnem ditionem Brunſuicenſem, & Iohannes ſolo diſtrictu Luneburgenſi contentus fuit Brunſuicenſis autem ditio poſteris temporibus aliquoties ſciſſa eſt, in eam terram quæ eſt citra & ultra montana. Ducatus uero Luneburgenſis à Wilhelmo nepote ducis Iohannis, qui filium non habuit, rediit ad Brunſuicenſes, nempe ad Alberti magni nepotem, cuius filius Ludouicus uxorem habuit filiam dicti Wilhelmi.

Albertus

mpore Salinæburgenſem appellare poſſes.

S. Gertrudis
Beata uirgo, Franciſcani
Vnſer frawe
Carcer captiuorum: der gefangenen thurn
Maior S. ſpiritus, noſodochium der krancken haus
Salina, ubi ſal coquitur
S S. Lampertus
T Cœnobium S. Michaelis
V Turris captiuorum, uulgo ſpringinſs gut, ſortita hoc nomen à domino qui eam ædificari fecit, quẽ & in eadẽ primũ periſſe ferunt
X S. Ciriacus extra mœnia
Y Mons Calcarius



Henricus mirabilis dux Tranſſyluaniæ, cuius ſucceſſionem habes ſuprà.


Albertus magnus
Albertus pinguis
Magnus dux Brunſuicẽſis & Luneburgenſis
Ludouicus dux Luneburgenſis non diu ſuperſtes, gener Wilhelmi ducis Luneburgenſis
Magnus eiectus à Luneburgo ob inſolentiã & poſtea interfectus
Fridericus ſine prole
Bernhardus dux Luneburgenſis *
Henricus Brunſuicenſis

Magno ſecundo eiecto ex ducatu Luneburgenſi, translatũ eſt dominiũ ad Albertũ & poſtea ad Wentzeslaũ duces Saxoniæ ſuperioris, quod male habuit duces Brunſuicenſes, quum ſibi Luneburgum ob ſanguinis propinquitatẽ deberetur. Quo circa cõmuni principum placito ita ordinatum eſt, ut Fridericus & Bernhardus Magni ducis filij duas Wentzeslai filias acciperent coniuges quo ſic pax terris redderetur, quod & factum eſt ut paulo poſt differemus in hiſtoria. Cõtinuatur ergo genealogia per Bernhardũ in hũc modũ.

* Bernhardus Luneburgñ.
Otto ſine liberis
Fridericus
Otto obijt 1471
Bernhardus, ſine liberis
Wilhelmus
Henricus obijt 1532
Otto
Erneſtus
Franciſcus

Ciuitas Lunæburgenſis, quam uerius hoc tempore Salinæburgenſem appellare poſſes.

A Maius propugnaculum: Die gros paſtei
B S. Antonius
C Saltzmeſſer thurn
D Inſtitorum turris: der kremer thurn
E Laterificina, Ziegel ſcheur
F Bordwicker thor
G S. Nicolaus
H Vallis ſanctorum: der Heiligen tal
I S. Iohannes, ſummum templum die haupt kirch
K Goldſchmid thurn
L Prætorium
M Domus principis
N S. Gertrudis
O Beata uirgo, Franciſcani Vnſer frawen
P Carcer captiuorum: der gefangenen thurn
Q Maior S. ſpiritus, noſodochium der krancken haus
R Salina, ubi ſal coquitur
S S. Lampertus
T Cœnobium S. Michaelis
V Turris captiuorum, uulgo ſpring inſs gut, ſortita hoc nomen à domino qui eam ædificari fecit, quẽ & in eadẽ primũ periſſe ferunt
X S. Ciriacus extra mœnia
Y Mons Calcarius



Genealogia ducum Luneburgenſium.

Fuit dominium Luneburgenſe ſemper poſt Henricum Leonem ſub principibus Brunſuicenſibus, ſicut & ſupra in ducatu Brunſuicenſi oſtẽdimus, ſed ob filiorum & nepotum multiplicationem, idem dominium diuiſum fuit in multas particulares ditiones, ſicut oſtendit Brunſuicenſis genealogia.

Henricus Leo dux Brũſuic. & Luneburgẽ.
- Henricus princeps Palatinus
- Otto Imperator
- Wilhelmus comes Luneburgeñ

Otto dux Brũſuicẽſis & Luneburgenſis
- Conradus epiſcopus Verdenſis
- Iohannes Luneburg obiit 1277.
- Otto epiſcopus Hildeſemenſis
- Albertus Brunſuic. dux magnus
- Quinq; filiæ

Otto Lune
- Johã. epiſcopus Mindenſis
- Ludouicus epũs Magdeburg
- Wilhelmus dux Luneburgẽſis habuit unicam filiam

Albertus & Iohannes ducis Ottonis filij, paternum diuiſerunt dominium, titulum tamen communem retinentes, quod & uſq; hodie conſeruatur. Albertus, ſenior dictus, accepit omnem ditionem Brunſuicenſem, & Iohannes ſolo diſtrictu Luneburgenſi contentus fuit Brunſuicenſis autem ditio poſteris temporibus aliquoties ſciſſa eſt, in eam terram quæ eſt citra & ultra montana. Ducatus uero Luneburgenſis à Wilhelmo nepote ducis Iohannis, qui filium non habuit, rediit ad Brunſuicenſes, nempe ad Alberti magni nepotem, cuius filius Ludouicus uxorem habuit filiam dicti Wilhelmi.

Albertus

Albertus magnus
- Henricus mirabilis dux Tranſſyluaniæ, cuius ſucceſſionem habes ſuprà.

Albertus pinguis
- Magnus dux Brunſuicẽſis & Luneburgenſis
  - Ludouicus dux Luneburgenſis non diu ſuperſtes, gener Wilhelmi ducis Luneburgenſis
  - Magnus electus à Luneburgo ob inſolentiã & poſtea interfectus
    - Fridericus ſine prole
    - Bernhardus dux Luneburgenſis
    - Henricus Brunſuicenſis

Magno ſecundo electo ex ducatu Luneburgenſi, translatũ eſt dominiũ ad Albertũ & poſtea ad Wentzeslaũ duces Saxoniæ ſuperioris, quod male habuit duces Brunſuicenſes, quum ſibi Luneburgum ob ſanguinis propinquitatẽ deberetur. Quo circa cõmuni principum placito ita ordinatum eſt, ut Fridericus & Bernhardus Magni ducis filij duas Wentzeslai filias acciperent coniuges quo ſic pax terris redderetur, quod & factum eſt ut paulo poſt differemus in hiſtoria. Cõtinuatur ergo genealogia per Bernhardũ in hũc modũ.

* Bernhardus Luneburgñ.
- Otto ſine liberis
- Fridericus
  - Otto obiit 1471
    - Wilhelmus
      - Otto
      - Ernestus
      - Franciſcus
    - Henricus obiit 1532
  - Bernhardus, ſine liberis

Hiſtoria ciuitatis & ducum Lunæburgenſium.

PRodunt Saxonum hiſtoriæ, Hermānum Biling cuiuſdam agricolæ filium, natum prope Soltow in Luneburgeñ ſolitudine, ualde magnū effectū apud Ottonē Imp. ob fidele miniſterium quod eidem Cæſari in Italia agenti, interim in Saxoniæ partibus exhibuit: putantq; hunc Hermannū conſtruxiſſe arcem in monte Calcario & fundaſſe prope eundē montē monaſteriū S. Benedicti, cuius filius Benno abſoluit quæ pater morte præuentus non perfecerat. Habebat tunc arx illa inexpugnabilis. Erat illis tēporibus iuxta montē oppidum nomine Modeſtorff ſitū, quod alluebat amnis Elmenow, qui & hodie per Luneburgum fluit, molas agit atq; multas urbi affert commoditates, tandemq; in Albim exoneratur. Erat quoq; ad iactum unius lapidis à dicto monte ſita Bardowick ciuitas antiqua potens & ob mercatorum in ea negotiationes ualde celebris, ſed quā Henricus Leo de exilio ex Anglia reuerſus & à ciuibus urbis non receptus, quū ipſe ſecūdum maternam lineā ab Hermanno Biling deſcendiſſet, & dominium regionis ad eū ſpectaret, ſubuertit, anno ſcilicet 1188. in die Simonis & Iudæ, ex cuius ruinis adiacentia loca, potiſſimum autem Luneburgum plurimum fuerūt inſtaurata. Fundauerat etiam Carolus magnus in Bardouico epiſcopatum, ſed qui poſtea translatus fuit ad Verdenſem ciuitatem. Hodie Bardouicus eſt uicus ruſticorum, hoc nomine celebris quod abundat olerum hortaliciis. Abeſt autem parū à Luneburgo, uocata olim Barderopolis, ſicut & hodie uulgo appellatā Barderwick, pagus refertus hortis caulibus conſitis. Deuaſtato itaq; Bardouico, Luneburgum cœpit ſupra modum creſcere in ædificijs, diuitijs & mercimonijs, ſicut & poſt aliquot annos Modeſtorff ſub Ottone primo duce Brunſuicenſi creuit in ciuitatem, quin & tota regio illa ſub hoc principe ſublimata eſt ad principatū, retinuitq; nomen à burgo in monte extructo. Anno Chriſti 1369. poſt mortē ducis Wilhelmi multa nata ſunt diſſidia & grauiſſimorum bellorum ſeminaria, unde urbs Luneburgenſis nō parum fuit incommodata, maxime cū Magnus dux Brunſuicenſis quædam permitteret, quę ſenatus Luneburgēſis recuſabat: quare dux iratus, exuit ciues priuilegijs ſuis, acceptiq; ciuitatis claues, & multas ex arce intulit iniurias. Anno Chriſti 1370, duces Saxoniæ Albertus & Wenceslaus iuſtis moti ex cauſis, conabantur ſibi ſubiugare ducatum Lunæburgenſem, inueneruntq; in hac re ſenatum Luneburgenſem ſibi cōſentientem. Is enim pertæſus Magni tyrannidem, renunciauit illius imperiū atq; miro aſtu occupauit arcem. Nam aſcēderunt montē, ſimulantes ſe uiſitaturos ueſpertinū eccleſiæ officium, & clanculū ſub ueſtibus geſtantes arma, occuparunt arcē, totamq; deſtruxerunt præter unā turrim, qua perpetuo pro ſpecula ſunt uſi. Translatū etiā tunc fuit cœnobiū ſancti Michaelis in ciuitatē ipſam, & aduenientibus Saxoniæ ducibus, homagiū illis fuit factū. Orto autē bello inter partes, inducijsq; factis, Magnus dux Brunſuicenſis interim ſubordinauit octingentos armatos uiros, qui noctu inter ſalinam & montem Calcarium urbem obtinerent & occuparēt: Sed deprehenſa eſt fraus eius, fueruntq; omnes armati illi partim cæſi & partim capti. Anno Chriſti 1378. excitato rurſus bello inter principes Saxoniæ & Magnum ducē Luneburgenſem, occiſoq; Magno diſſidiū ſic fuit compoſitum, ut Albertus dux Saxoniæ duceret uxorem Magni ducis relictam, & duo filij eiuſdem ducis Magni, nēpe Fridericus & Bernhardus acciperent coniuges, duas filias Wenceslai ducis Saxoniæ, manerentq; domini in ducatu Luneburgeñ, quib. & tota regio fidelitatē promiſit. Anno Chriſti 1388. inciderūt quædā controuerſiæ inter duces Saxoniæ & Brunſuiceñ, quæ facile ad magnū creuiſſent bellū, niſi interceſſione quorundā prælatorū & aliorū bonorū uirorū ſublatæ fuiſſent atq; perpetua pax firmata. Tunc etiā Bernhardus & Henricus fratres duces Luneburgeñ confirmarunt ciuitatibus Luneburgo, Hannouer, Vltzen & toti regioni antiqua ipſarum priuilegia & iura, eaq; cumulatiora reddiderunt. Suborta ſunt deinde multa diſſidia inter duces & ciuitatem ipſam Luneburgenſem, ſed quæ per comitia, tranſactiones & confœderationes rurſum ſunt pacata. Anno Chriſti 1400. depoſito ab imperio Wenceslao atq; electo Ruperto principe Palatino, fuit Fridericus dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis dū reuerteretur domum occiſus in terra epiſcopatus Maguntinenſis, & frater eius Bernhardus captus, unde graue triennale ortum fuit bellum, in quo ſenatus & ciuitas Luneburgenſis in grauiſſima incidit debita. Fuerat autem Fridericus electus in Rom. regē ante Rupertum, ut ſupra in catalogo Imp. ſcripſimus.


LVBECVM

Suo patruo D. Sebastiano Munstero

Iosephus Munsterus S.

COllegi, ut uides, humanissime patrue, compendium breuiss. seu descriptionem Lubecæ, quam ex Hermanni Bonni libello decerpsi, aliquibus additis, multisq; reiectis. Ipse autẽ omnia ex alijs eius urbis Chronographis, multaq; ex Alberto Krantzio desumpsit. Certe nihil tam magnificũ de ea urbe Saxoniæ prodi potest, quin non ei conueniat. Mitto quoque breuem Megapolensis ditionis & originis historicam descriptionem. Scripsi etiam cuidam amico meo Brunopoli & alij Parthenopoli existenti, ut uel in suæ patriæ honorem ipsi suis sumptibus, uel apud Senatum aliquid præstent. Si quid impetraro extemplo mittam, etiamsi festinandum in tanto opere consultum haud uideatur. Interim tamen me non fugit, nunquam tam exacte prodituru, quin semper aliquid addi possit. Quod ad Hamburgensium res gestas attinet, ex Alberto Krantzio necesse est ut ordine deligantur & concinnentur.

Lubecum, una ex præclarioribus mari[tibus]



LVbecum urbs Wagriæ temporibus nostris splendidissima, & insigne emporiũ, magnificis ornata ædificijs, potens in mari & terris, præcipua inter ueteres Wandalicas & maritimas ciuitates, sita hodie inter ripã Trauenæ & lacũ Wokenitze, ab utroq; latere irrigua ciuitas. Olim aũt sita fuit in Swartow, in optimo maris portu & à piscatoribus inhabitata, quam Gotscalcus Christianus princeps Obotritorũ, circa annum Christi 1040 inchoasse dicitur, & extructo in ea burgo appellasse nomine filij Butã, & Henricus Buti frater uocauit eam Coloniam magnam. Passa tamẽ multas afflictiones à Rugianis principibus, superuenit Adolfus eius nominis secũdus, comes à Schowẽborg quem Lotharius Imp. comitem quoq; creauit Holsatiæ anno 1140. & transtulit eam à mari ad locum superiorem. Dum autem ponit fundamenta, inuenit uetera quædã fundamẽta, ubi scilicet (ut putat) Cimbri olim urbem construere satagerunt propter loci opportunitatẽ, sicut & postea Crito Obotritorũ princeps, acerrimus Christiani nominis persequutor, posthabito ueteri Lubeco Swartow, paulo superius ad ripã eiusdẽ fluminis Trauenæ, noua cœpit moliri fundamenta. Sed neq; Cimber neq; Wandalus sua molitione profecerunt, dilabentibus breui & euanescẽtibus initijs cœptæ urbis per grassantia bella aut alias auersiones. Seruatum fuit hoc decus dicto Adolfo, qui cernens q̃ optime Cimbrorũ olim dux & deinde Crito Wandalus inter lacum Wagenitz uulgo dictũ & flumẽ in colle urbis mœnia inchoassent, sed tempestatibus bellorũ impliciti ab opere destitissent, tertius ipse ciuitatis fundamenta cœpit iacere, Lubecũq; de Swartow cũ nomine transtulit in superiora. Locũ illum antè dixere Bucu, quem Adolfus ruderibus eiectis in formam oppidi uallo cinxit. Nam maiores eius partes iã flumine & lacu præmuniebant. Et quũ paulo pòst à Nicoloto Wandalorũ principe spoliaretur & deinde anno 1158. graui incendio absumeretur & ab Adolfo rursum instauraretẽ incrementaq; susciperet, Henricus Leo uidens eã urbẽ maxima importare Bardewico detrimenta, quũ mercatores Lubecũ peterent maritimã urbẽ, priore relicto emporio, interpellabat comitem his uerbis. Duo sunt quæ magno rerũ mearum detrimento tibi uidentur accedere. Bene feceris si ad æquitatẽ respiciens, moderari rẽ pro dignitate patiaris. Lubecũ dico nouam urbem & salinã tuã in Todeslo, quæ mihi non medio-


Prima origo Lubeci.

Cimbrorum conatus

Lubecum translatum.

Bardouicus emporium.

clarioris iuitatibus, ad uiuum hic depicta.




mediocrem afferunt rerum mearum iacturam, quum in tuã urbem mercatores ferè omnes cõmigrent, & ſalina mei iuris ſub Luneburgi arce nuper reperta, tuo ſale nimium uileſcit inuecto: æquum fuerit mediam nobis urbis tuæ ditionem permittere, & itidem ſalinę dimidium, ut in reliquum tempus nulla ſit nobis poſterisq; noſtris controuerſiæ materia. Cum comes non annueret, ſed oraret ut fortunæ ſuæ, quam illi miſerator deus permitteret non inuideret, dux mercatoribus ſuis, aditum Lubeci intercluſit interdixitq;. Inſuper uenas ſalinę Todeslo ita immiſſis aliunde aquis interturbauit, ut exilis inde fructus eſſet. Sicq; Leo tandem Lubecum ſui fecit iuris. Nam uidẽs comes quod necq; ipſe prouentum ſui loci poſſet magnũ expectare, & quod ducis in ſe indignatio grauiores minitaretur exitus, permiſit duci nouum Lubecum. Obtinuerunt quoque Lubicenſes per Leonem apud regem Daniæ Waldemarum liberum & ſecurum acceſſum in regnum Daniæ pro exercendis cõmerciis. *Salina in Todeslo.*

Anno Chriſti 1163. conſentiente Henrico Leone, epiſcopatus Aldenburgenſis translatus eſt Lubecum, & Gerardus epiſcopus conſtruxit in harena eccleſiam diui Iohannis, in qua & duodecim ordinauit ſacerdotes. *Epiſcopatus Lubecenſis.*

Anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo Henricus Leo Imperatoris ferens perſecutionem fugit Lubecum ac deinde in Angliam. Fridericus uero Imperator ſuccenſus Lubecenſibus, obſedit eorum urbem, coegitq; eos ad deditionem. Illi tamen prius principis ſui conſilium requirentes, iuſſi ſunt ſeſe accommodare tempori & neceſſitati. Ab eo igitur tempore, Lubecum ſub iectum fuit imperio & nouis fultum priuilegijs. Mortuo autem Friderico Cæſare anno milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, Lubecum ſe rurſum dedidit duci Leoni. Quinque annis poſt mortem ducis Henrici, Waldemarus dux Schleſwicenſis frater Canuti regis, bello coegit Lubecum & Hamburgum ſub regnum Daniæ. Et quum poſteris annis Dani ciuibus Lubeci intollerabilia imponerent onera, impetrauerunt Lubecenſes à Friderico ſecundo, anno Chriſti milleſimo ducenteſimo uigeſimo ſexto mandatum ad uicinos principes & terrarum dominos, quorum auxilio eruerentur à Danorum dura ſeruitute, id quod & factum eſt, liberatiq; ſunt ciues ab omni Danorũ moleſtia & reſtituti ad prio res ſuas libertates & iura. Mutauit itaque urbs iſta in ſexaginta annis ſæpe dominos. Nam *Lubecum urbs imperialis.*

Lubecum, una ex præclarioribus maritimis ciuitatibus, ad uiuum hic depicta.



LVbecum urbs Wagriæ temporibus noſtris ſplendidiſſima, & inſigne emporiū, magnificis ornata ædificijs, potens in mari & terris, præcipua inter ueteres Wandalicas & maritimas ciuitates, ſita hodie inter ripā Trauenæ & lacū Wokeniſſę, ab utroq; latere irrigua ciuitas. Olim aūt ſita fuit in Swartow, in optimo maris portu & à piſcatoribus inhabitata: a, quam Gotſcalcus Chriſtianus princeps Obotritorū, circa annum Chriſti 1040 inchoaſſe dicitur, & extructo in ea burgo appellaſſe nomine filij Butā, & Henricus Buti frater uocauit eam Coloniam magnam. Paſſa tamē multas afflictiones à Rugianis principibus, ſuperuenit Adolfus eius nominis ſecūdus, comes à Schowēborg quem Lotharius Imp. comitem quoq; creauit Holſatiæ anno 1140. & tranſtulit eam à mari ad locum ſuperiorem. Dum autem ponit fundamenta, inuenit uetera quædā fundamēta, ubi ſcilicet (ut putat) Cimbri olim urbem conſtruere ſatagerunt propter loci opportunita tē, ſicut & poſtea Crito Obotritorū princeps, acerrimus Chriſtiani nominis perſequutor, poſthabito ueteri Lubeco Swartow, paulo ſuperius ad ripā eiuſdē fluminis Trauenæ, noua cœpit moliri fundamenta. Sed neq; Cimber neq; Wandalus ſua molitione profecerunt, dilabentibus breui & euaneſcētibus initijs cœptæ urbis per graſſantia bella aut alias auerſiones. Seruatum fuit hoc decus dicto Adolfo, qui cernens q̄ optime Cimbrorū olim dux & deinde Crito Wandalus inter lacum Wagenitz uulgo dictū & flumē in colle urbis mœnia inchoaſſent, ſed tempeſtatibus bellorū implicitis ab opere deſtitiſſent, tertius ipſe ciuitatis fundamenta cœpit iacere, Lubecūq; de Swartow cū nomine tranſtulit in ſuperiora. Locū illum antè dixere Bucu, quem Adolfus ruderibus eiectis in formam oppidi uallo cinxit. Nam maiores eius partes iā flumine & lacu præmuniebant. Et quū paulo pòſt à Nicoloto Wandalorū principe ſpoliaretur & deinde anno 1158. graui incendio abſumeretur & ab Adolfo rurſum inſtauraretē incrementaq; ſuſciperet, Henricus Leo uidens eā urbē maxima importare Bardewico detrimenta, quū mercatores Lubecū peterent maritimā urbē, priore relicto emporio, interpellabat comitem his uerbis. Duo ſunt quæ magno rerū mearum detrimento tibi uidentur accedere. Bene feceris ſi ad æquitatē reſpiciens, moderari rē pro dignitate patiaris. Lubecū dico nouam urbem & ſalinā tuā in Todeslo, quæ mihi non mediocrem afferunt rerum mearum iacturam, quum in tuā urbem mercatores ferè omnes cōmigrent, & ſalina mei iuris ſub Luneburgi arce nuper reperta, tuo ſale nimium uileſcit inuecto; æquum fuerit mediam nobis urbis tuæ ditionem permittere, & itidem ſalinę dimidium, ut in reliquum tempus nulla ſit nobis poſterisq; noſtris controuerſiæ materia. Cum comes non annueret, ſed oraret ut fortunæ ſuæ, quam illi miſerator deus permitteret non inuideret, dux mercatoribus ſuis, aditum Lubeci intercluſit interdixitq;. Inſuper uenas ſalinę Todeslo ita immiſſis aliunde aquis interturbauit, ut exilis inde fructus eſſet. Sicq; Leo tandem Lubecum ſui fecit iuris. Nam uidēs comes quod neq; ipſe prouentum ſui loci poterat magnū expectare, & quod ducis in ſe indignatio grauiores minitaretur exitus, permiſit duci nouum Lubecum. Obtinuerunt quoque Lubicenſes per Leonem apud regem Daniæ Waldemarum liberum & ſecurum acceſſum in regnum Daniæ pro exercendis cōmercijs. Anno Chriſti 1163. conſentiente Henrico Leone, epiſcopatus Aldenburgenſis translatus eſt Lubecum, & Gerardus epiſcopus conſtruxit in harena eccleſiam diui Iohannis, in qua & duodecim ordinauit ſacerdotes. Anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo Henricus Leo Imperatoris ferens perſecutionem fugit Lubecum ac deinde in Angliam. Fridericus uero Imperator ſuccenſus Lubecenſibus, obſedit eorum urbem, coegitq; eos ad deditionem. Illi tamen prius principis ſui conſilium requirentes, iuſſi ſunt ſeſe accommodare tempori & neceſſitati. Ab eo igitur tempore, Lubecum ſubiectum fuit imperio & nouis fultum priuilegijs. Mortuo autem Friderico Cæſare anno milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, Lubecum ſe rurſum dedidit duci Leoni. Quinque annis poſt mortem ducis Henrici, Waldemarus dux Schleſwicenſis frater Canuti regis, bello coegit Lubecum & Hamburgum ſub regnum Daniæ. Et quum poſteris annis Dani ciuibus Lubeci intollerabilia imponerent onera, impetrauerunt Lubecenſes à Friderico ſecundo, anno Chriſti milleſimo ducenteſimo uigeſimo ſexto mandatum ad uicinos principes & terrarum dominos, quorum auxilio eruerentur à Danorum dura ſeruitute, id quod & factum eſt, liberatiq; ſunt ciues ab omni Danorū moleſtia & reſtituti ad prios res ſuas libertates & iura. Mutauit itaque urbs iſta in ſexaginta annis ſæpe dominos. Nam

Prima origo Lubeci.

Cimbrorum conatus

Lubecum translatum.

Bardouicus emporium.

Salina in Todeslo.

Epiſcopatus Lubecenſis.

Lubecum urbs imperialis.

ad annum 1140. inchoata à comite ab illo poſt incendium tranſiuit ad Hēricum Leonem, qui illam magnopere auxit. Deinde Imp. deditam accepit, reſtituta per illum in parte comiti: & poſt Leonis reditum in ipſius redijt poteſtatem: inde quoq; comiti reſtituta, breui pòſt conceſſit in ius regis Daniæ. Nouiſſime redijt ad Rom. imperium in qua ditione permanſit in hodiernum. Anno 1238. ciuitas fuit graui incendio læſa, quare tunc cautū fuit ut domus non ſtramine ſed coctilibus tegulis deinceps cōtegerentur. Anno 1408. grauis tumultus Lubeci exortus fuit contra ſenatum. Autores fuerunt quidam uulgares, homines ambitioſi, qui aſpirabant ad magiſtratum. Fuit ſeditio tam ſæua, ut plurimi conſulares excederent urbe, nouiq; in eorum furrogarentur locum, inter quos autores ſeditionis primum tenuerunt locum. Peſſimum iſtud exemplum uicinæ urbes ſecutæ, cōſulares ſuos aut propulerunt aut imminuta eorum poteſtate alios allegerunt, præſertim Hamburgenſes, Wiſmariēſes & Roſtockenſes. Sed quum Lubeci noua gubernatio rempublicā plurimum incommodaret, electus ſenatus ſummo deſiderio ciuium per Sigiſmundi Cæſaris legatos honorifice fuit anno 1415. reductus & ad priſtinum gradū reſtitutus, creuitq; urbs ſub prudenti magiſtratu in pace & diuitijs. Anno 1500. Iohannes rex Daniæ oppugnauit Suecos, qui reginam captiuam tenebant. Cumq; Lubecenſes ceu hoſtes eius inſimularentur, eo quod fouerent & firmarēt eos, cum quibus regi erat negociū, atq; ob id rex eos perſequereť, Raimūdus Cardinalis, Fridericus dux Holſatiæ frater regis & Magnus dux Meckelburgenſis, diſſidium illud compoſuerunt. Anno 1506. Lubecenſes pro conſeruatione ſuorum priuilegiorum & iurium geſſerunt multa bella cum principibus Meckelburgenſibus & confœderatis eorum, præſertim cum Henrico duce Brunſuicenſi & marchionibus Brandenburgenſibus, ſed tandem anno Chriſti 1508. per arbitros compoſitio facta eſt, ut ſaluis iuribus & priuilegijs Lubecenſium, partes quæq; ſuas ferrent expenſas.

Habes hanc hiſtoriā infra in deſcriptione Daniæ.

Bellum inter Danos & Lubecenſes.

Eodem anno 1508. rex Iohannes præter pacem anno Chriſti 1506. in Newkopping firmatam, intercepit multas Lubecenſium naues: quæ res occaſionem dedit cædi horrendæ. Inde enim natum eſt diutinum illud bellum inter regem & Lubecenſes, quando ſcilicet anno Chriſti 1509. Lubecenſes Suecos ſibi ſubiugarunt, & in reditu ex Suecia per tempeſtatem maris, iacturam immenſam pertulerunt. Dani uero interim quo Lubecenſes in Suecia graſſati ſunt, incendio perdiderunt circiter 20. uillas, Lubecenſibus parētes. Vnde moti Lubecenſes, ſequenti anno unà cum confœderatis ſuis, nempe Roſtockenſibus, Wiſmarienſibus, Sundtenſibus, &c. miſerunt regi literas feciales, in aquis & terris illi bellum indicentes, in Suecia populum ne ei obſequerentur auertentes, ciuitates oppugnantes, inſulas occupantes, uillas diripientes & concremantes, Sueciæ proceres in terras ſuas captiuos abducentes, ac deinde in uigilia diui Laurentij uictoria potiti in pugna nauali quam prope Barnholm commiſerunt cum regis populo atque illico iuxta Beylam ducentas quinquaginta hoſtiles naues quæ ex Holandia uenerant aggreſſi, partim in fugam uerterunt,

Dani uincuntur.

partim combuſſerunt & quaſdam diripuerunt. Et conantibus Danis huiuſmodi prædam uiginti duabus nauibus rurſum eripere, Lubecenſes undecim nauibus conatū illorum irritum fecerunt, fugereq; coegerunt. Infeliciſſimum bellum illud, nō parum incommodauit regem. Anno Chriſti milleſimo quingēteſimo undecimo facta eſt pax firma inter partes aduerſas, & Lubecenſes porenter antiqua ſua iura & priuilegia defenderunt. Mortuo Iohanne rege, & filio eius Chriſtierno ſibi ſuccedente, contempſit filius paternā monitionem, laceſſens & irritans nedum propinquas maritimas ciuitates, quæ iam regno erāt confœderatæ, ſed & regni ſui populos cōtra ſe prouocauit, obſequutus ſtultis conſilijs cuiuſdam Holādicæ mulierculæ nomine Sieburgis, quæ illum dementauerat. Anno Chriſti 1516. quū pax ubiq; eſſet firmata, rex multa plauſtra onerata pannis, armaturis ferreis & ſale ante Tramundum corripiens fecit deduci Coppenhagiam, nec quicquam reſtituit Lubecenſibus etiam quum ſe reddere obſtrinxiſſet. Deinde ſequenti anno conatus eſt cōmercia Lubecēſia transferre Coppenhagiā, quo ſic urbem illā & alias maritimas ciuitates penitus perderet. Eodē anno incœpit ult. bellū contra Sueciā, unde Lubecū & aliæ maritimę urbes non leue incurrerūt damnū, quod potiſſimū intulit Seuerinus ſummus belli ex parte regis dux. Iſtis itaq; grauaminib. & alijs præſumptionib. abrogationib. q; iuriū quę habue-

Chriſtierni regis inanis conatus.

rant merca-

rant mercatores in regno Daniæ, ad quorum conſeruationem ſeſe obligauerat rex, moti ſunt Lubecenſes & aliæ ciuitates maritimæ inire confœderationẽ contra Chriſtiernũ, atq; conſcribere nauale exercitũ, quem anno uiceſimo primo mittentes in Sueciã, quæ ob regis tyrannidem defecerat, facile illam in ſuam traxerũt partem, atq; mox ſequẽti Auguſto obtinuerunt caſtrũ Barnholm. Cumq; rex Chriſtiernus paulo pòſt cum cõiuge ſua ex Dania in Germaniã inferiorẽ diuertiſſet, Dani illico regnum obtulerunt Friderico duci Holſatiæ. Cui aſſenſum præbens, anno 1524. Coppenhagiã obſidione cinxit. Lubecẽſes quoque interim non quieſcentes, expulerunt auxilio confœderatorũ ſuorum memoratũ Seuerinum ex Gotlandia, occuparuntq; totam regionẽ illam & ciuitatem Wieſsburen. Quin & Stockholmia dedidit ſe legatis Lubecenſium, & Guſtauo Erici filio, qui & mox potentiſſimus rex Sueciæ in patria ſua factus eſt. Anno Chriſti 1530. uulgares ciues Lubecenſes obtinuerunt apud ſenatũ liberam Euangelij prædicationẽ & puriorem ſacramentorũ adminiſtrationẽ. Mortuo rege pacifico Friderico, anno Chriſti 1533. nolentibusq; Holandis relinquere incõſuetas nauigationes per fundum Lubecenſiũ atq; aliarum ciuitatũ, quæ non parum hinc incõmodabant, parauerunt Lubecenſes nõnullas naues cõtra Holandos, quas & Holandis profligatis proſperè ad ſua reduxerunt. Deinde ſurrexerũt multa bella & populorum cõmotiones propter Chriſtiernũ regem captum à duce Holſatię, quem Chriſtophorus comes de Altenborg unà cum Lubecenſiũ occulto ſubſidio conabat liberare. Et is priuſq; Holſati armarent coẽgit Coppenhagiã ad deditionẽ. Holſati uero ad bellum parati, congreſſiq; cum hoſte ſuperiores fuerunt, & multa intulerunt Lubecenſibus incõmoda, donec tandem per legatos ciuitatũ Wandalicarũ & Henricũ ducem Magnopolenſem partes aduerſæ fuerunt cõcordatæ. Comes quoq; ab Aldenborg & exercitus eius fuerunt in pugna ſuperati à Chriſtiano duce Holſatiæ, iam pridem in regem electo, & Coppenhagia quæ adhuc nomine comitis præſidio erat munita, magna fame compulſa ad deditionem. Poſt has cõmotiones & ſeditiones Lubecum uenit ad pacem & tranquillitatem.

Chriſtiernus exulat.

Chriſtiernus captus tenetur

Magdeburgum.



MAgdeburgum olim Parthenopolis à Venere Parthenia quæ ibi colebatur ſic dicta, metropolis ac primaria eſt Saxoniæ urbs, ſita ad Albim fluuiũ. Veneris ſimulachrũ in curru ſtantis cum tribus gratijs colebat, unde nomen natum eſt loco, ut Parthenopolis, id eſt, puellarũ urbs diceret, quod & Magdeborg uox Germanica ſonat. Fuitq; olim Imperatorũ ac pontif. ſedes, munita mœnibus, propugnaculis, turribus excelſis & profundis foſſis. Carol. magnus epiſcopatũ non procul hinc ordinauit poſtq; Saxones domuit & à falſa religione auertit. Expugnata autem Saxonia, erexit idem Carolus 10. epiſcopatus in ea prouincia. Primus erat in Oſnaburg, qui locus eſt ſuper Haſam fluuium. Secũda epiſcopalis ſedes eſt in Halberſtat, quæ antea fuerat in Oſterwick. Tertia in Mynden ſita ſuper Weſera fluuio. Quarta in Bremen, etiam ſuper Weſeram ſita. Quinta in Padelborn & ſexta in Verden ſuper Alera fluuio. Septima eſt Monaſteriẽſis & octaua Hildeſheimẽſis. Nona Hamburgẽſis & decima in Magdeborg. Et hic Magdeburgẽ. epiſcopatus fuit primũ à Carolo magno inſtitutus in dominio comitum de Schwaleworch, qui nunc de Lippia appellantur, deinde translatus ad Valersleue, ac tandem per Ottonem primũ Imperatorem anno ſalutis 930. ad Parthenopolim translatus, ad inſtantiã reginę Edittę uxoris, eiq; ſubditi epiſcopatus Morſenburgẽ. in Thuringia, Neumburgẽ uel Citzenſis aut Mammillẽſis in Miſnia, Brandenburgenſis in ueteri Marchia, Hauelburgenſis in Saxonia. Suberat ei olim & Miſnenſis epiſcopatus, ſed eſt exemptus. Eſt in hac urbe imago pulchra Rolandi, qui Caroli ex ſorore nepos fuit, præſtans fortitudine uir, cuius fortia facta per uniuerſum orbem celebrant. Interijt autem, ut quidam ſcribunt, apud Vaſcones, poſt ingentem hoſtium cędem, cum exercitum Hiſpania ſubacta reduceret. Madgeburgenſis itaque ciui-

Decem epiſcopatus in Saxonia.

Epiſcopatus Magdeborgenſis.

tas metropolitico ornata honore, caruit diu territorio, de quo regi Ottoni cum Bernhardo Halberstadensi episcopo grandis fuit cõtrouersia, quòd ille ecclesię suę iura minui non pateretur. Illo autem pontifice sublato è medio, Otto transtulit episcopalem sedem de Valersleue, quam pater eius ibi collocauerat, collocauitq; in Magdeborg, & addito honore ex sententia Romani pontificis fecit archiepiscopalem, ut esset omnibus Wandalicis ecclesijs metropolis & caput, subiecitq; illi ecclesias Mersburgẽsem, Misnensem, Citzensem, Hauelbergensem, & Brandenburgensem, quæ hodie quoque illi parent. Quemodo uero & unde consecuta sit hæc ecclesia ut primas dicatur Germaniæ archiepiscopus eius, nõ inuenio, sciens tamen nonnullos archiepiscopos illi non cedere in honore. Nam Saltzburgensis cum eo cõtendit de paritate, nec archiepiscopi electores illi cedunt locũ. Hæc Krantius in Metropoli.

Magdeburgensis archiepiscopatus.

Fuit primum in Magdeborg munitissimum arcis receptaculum, circumpositis casalibus piscatorum in morem uici aut oppidi non clausi. Arci præerat nobilitas Burggrauiorũ, qui origine Saxones an Wandali fuerint, incompertum est. Fuit tunc in Halberstat episcopus Bernhardus burggrauius Magdeburgensis, cui cum Ottone non leuis controuersia fuit. Nam cum rex Otto precante uxore Editta Anglię regis filia, quæ Albi flumine delectabatur, ut in Magdeburg urbem exædificaret, nundinis donaret adinuitandos mercatores, cum inquam rex uxori acquiesceret, iussisset aratrum circumduci, ualla & muros designari, concurrentibusq; plurimis ad nouam immunitatem, opus breui tempore prospere succederet, cogitauit quoq; de religione, cõstituens secum ibi designare metropolim, multiplicatis iam Wandalis, qui ad fidem Christi erant conuersi. Deerat autem territorium, quod è uicino totum Halberstadensis episcopatus impleuit. Egit rex primum placide cum Bernhardo episcopo ut cederet partem ditionis nouo episcopatui.

Burggrauius Magdeburgensis.



Ille renititur, ecclesiam suam multiplicare non attenuare sibi esse præceptum impositum. Quid multa? ubi nõ suasionibus, nõ precibus profecit, ui pro more regum agere contendit. Iussit captum episcopum incarcerari. Ille patiẽter omnia suffert. priusquam iura suæ ecclesiæ attenuari patiatur. Rex moram interponit, ut mãsuescat ex temptore, sed in eo nihil mutat. Aderãt sacra Iouis dominicę cœnæ, quasi chrisma cõsecraturus, iussit in carcerem dari pontificalia ornamenta, quibus indutus regem iubet acciri. Credens iam emollitum & malis perdomitum, uenit. Vbi astitit, episcopus anathematizat regem. Rex cachinno excipiens digreditur, sed intra se reuersus, misit qui episcopum laxarent impetrata uenia. Morte uero episcopi interueniente, omnia ex sentẽtia regis processerunt. Anno salutis 1270. episcopus Magdeburgensis Conradus comes de Sternenberg, uir religione feruens, Iudæis multũ fuit infestus. Accidit autem ut Iudæus quidam die sabbati caderet in latrinam, unde se non posset eximere. Implorat ergo miserabiliter opem sociorum. Accurrunt illi & querula uoce testantur esse sabbatum, non licere illis opere manuum exerceri, seruaret patientiam in diem posterum, quamprimum liceret operari educendum. Innotuit res pontifici, quòd pertinaces Iudęi in sabbato suo obseruando fratrem latrina non educerent, mandauit sub pœna capitis, ut qui sabbatum suum pertinaciter obseruarent, sabbatũ quoque Christianorum diem proximum eadem celebritate obseruarent. Quid facerent? Imminebat pœna capitis, parendũ fuit. Sedebat interim Iudæus in pedore & periculo duobus diebus ac noctibus. Circa annum Christi 1380. factus fuit archiepiscopus Magdeburgensis Ludouicus marchio Misnensis, uir parum religiosus, id quod insignis eius ostendit clades. Nam in oppidum Caluen multam ecclesiæ conuocauit militiam. Aderant euocati uiri cum uxoribus & filiabus diem festum cum suo acturi pontifice. Prætorium quod erat in oppido spaciosum, illis usibus instructũ, desumpsere ad uanitates ducendas q; choreas, ut est hoc hominum genus motu leue, cantu solutum, & luxui paratum. Ducebant in gyro



Episcopus excõmunicat regem.

Iudæus cadit in cloacam.

uertiginosam

uertiginoſam & ridiculam circuitionẽ. Saliebant ad manus dominarũ alacriter, ut immenſo pondere uicta domus, ſubſidere minaretur, crepitum grandem præmittens. Archiepiſcopus apprehenſa ad manum quæ proxima ſtabat domina, gradus inter primos abiturus petiuit. Vbi iam deſcendere cœpit, lapideus ille antè ſolutus gradus concidit, & archiepiſcopum cum conſorte & nonnullis alijs ruinæ inuoluens miſerabiliter extinxit.

Burggrauiatus Magdaburgenſis.



PRopter antiquiſſimæ memoriæ burgum ſeu caſtrum Parthenopolitanũ, quod longè ut iam diximus præceſſit urbem, Imperatores qui uenerunt poſt Ottonem magnum erexerunt ibi Burggrauiatum, numeratuſq; eſt ille inter quatuor imperij burggrauiatus, cui & certa nobilium præfuit familia. Quando uero ea defecit, nõ comperi. Anno Chriſti 1198. fuit in Magdeborg burggrauius Gebhardus nomine.

Goslaria.



GOslariam Saxoniæ urbem Henricus primus pater magni Ottonis, urbium amator in formã ciuitatis erexit. Anno 1051. Imperator Henricus tertius ingentibus regni floreſcens opibus, urbem iſtam mirificè ornauit, quæ de paruo molendino, ut aiunt, uel tugurio uenatorio duo priores Henrici, & iſte nunc tertius in tam magnam ſicut hodie cerni poteſt urbem bono prouexerunt auſpicio, in qua regale palatium hic Imperator magnificè extruxit, & duas omnipotenti Deo congregrationes inſtituit. De mineris argenti apud Goslariã olim inuentis, iam ſuperius non nihil ſcripſimus.

Aldenburgum, ſeu Oldenburgum.

DVplex eſt Aldenburgũ, unũ in Holſatia, olim epiſcopatu inſigne, alterũ in finib. Friſiæ, non procul à Brema urbe ſitum (ſicut & caſtrum Delmenhorſt) ſedes nobiliũ comitũ de Oldenborg, à quibus hodierni duces Holſatiæ & reges Daniæ originẽ ducunt, ſicut patebit in ſequẽti genealogia. Otto primus in Aldenburg ciuitate primaria Wagrorũ (pars ea prima fuit Wandalicæ gentis ad Oceanũ) iuſſit cõſecrari eccleſiã epiſcopalẽ, deditq; limitem ditionis à Sleſuici terminis per omnem regionẽ Obotritorum quæ nunc Magnopolis eſt uſq; ad Panim fluuium & oppidum Demyn. Poſuit autem primum epiſcopũ Marconem. Eſt Panis fluuius in Pomeramia in cuius ripa ſita eſt Demyn urbs, earum partium olim nominatiſſima. In hoc Aldenburgo habitauerunt ab olim ſuę gentis reguli tantæ fiduciæ, ut regi Danorũ inferre bella & inde expectare non dubitarent. Sed quid non edax conſumit uetuſtas? Olim ad mare poſita ciuitas portum habebat tutiſſimũ, nunc in mediterranea uidetur abijſſe, quòd à mari æſtus exaggerans arenas excluſit urbem à portu, ut importuoſa eſſet, indeq; & per Sclauorũ bella defluxit ſplendor eius, ut iam diu ruſticum nec clauſum habeatur oppidulum. Sunt ergo oppidis ut hominibus ſua fata, ſunt ſtata tempora, quibus euolutis paulatim decidunt. Præfuit ei Gotſcalcus primum tyrannus contra Chriſtianos, ſed conuerſus ad Chriſtum, infinitam gentiliũ multitudinem ad baptiſmi gratiam pertraxit. Omnes Wandalorũ populi qui ad Aldenburgenſem pertinebant curam, toto tempore Gotſcalci Chriſti fidem deuota mente ſunt amplexati. Sanè memorabilis ille princeps tanto diuinæ religionis amplificandæ ſtudio exarſit, ut ſermonẽ exhortationis frequenter ad populũ in eccleſia ipſe faceret. Nec in hac prouincia unq; ſurrexit princeps potẽtior & tam fœcundus Chriſtianæ religionis exequutor. Cęterum primo epiſcopo Marconi ſucceſſit Egwardus, cui Wago, illi Ezico ſubrogatur, inde Volcardus, deinde Rembertus ſufficiuntur ex ordine. Benno illum & deinde illum

Aldeburgum Holſatiæ.

Meinerus quem insecutus est Abelmus, illum Eyzo, cuius tempore episcopatus in tres est diuisus pro sui distrīctus magnitudine, ut esset Raceburgensis, Meckelburgēsis, qui nunc est ducalis titulus, olim fuit ecclesiæ, quæ exinde transiuit in Suerinensem. Erat autē Meckelburg grandis ulla, duo penè millia passuum teutonica cōplexa in longitudine tribus arcibus insignis, in utroq; termino & in medio principū habitationi firmatis. Sub Hērico tertio atq; archiepisc. Hamburgēsi Alberto, duce autem gentis illius Godscalco, qui præerat Magnopolensibus, initiū quoddam & fundamentū iactum est ecclesię Suerinensis & Raceburgensis, sumpta parte ex ditione latissima Aldenburgensi, quæ nunc est Lubecensis ecclesiæ, ut minimas partes ipsa seruauerit, maioribus ad filias deriuatis. Habuit Aldenburg, quod Sclaui Stargard uocant, duodecim episcopos, uacantecq; sede episcopali per annos 84. translatus est episcopatus ad Lubecum. Cæterum Aldenburg in finibus Frisiæ situm, amplissimus est comitatus, habēs plurima oppida & castra, inter quæ præcipua sunt Apen, Obelgund, Westerburg &c,

Linea comitum Schowenburgensium,

Aldenburgen. & Holsatiæ.

Initium huius nobilitatis est ex industrio & forti uiro militari Adolfo de Salingsleue, qui meruit comitis honorem sub Conrado secundo.

- Adolfus primus Holsatiæ comes
  - Hartungus perijt in bello Bohemico
  - Adolfus cęsus à Wandalis, Lubeci fundator
- Bruno episcopus Olmucensis
- Conradus successor in Schowenborg
- Adolfus qui & comes Stadēsis captus à rege Daniæ
- Adolfus comes Holsatiæ magnus et uictorio sus pugnator, factus ultimo Franciscanus
  - Ioannes possidens Wagriam Aldenborg & Lubecā
  - Ioannes largus
  - Adolfꝰ
  - Gerardus tenēs Holsatiā cum Stormaria
  - Henricus comes Holsatiæ
  - a Gerardus comes in Schowenborg

Quòd Iohannes abnepos Adolfi primi Holsatiæ comitis hic scribitur tenuisse Wagriā, Aldenborg & Lubecam, id accipiendum erit de Aldenburgo Holsatiæ & non Frisiæ, quia infra ostenditur quòd per muliebrem sexum comitatus Holsatiæ peruenerit ad comites Aldenburgenses.

- a Gerardꝰ comes in Schowenborg
  - Otto
  - Gerardus
  - Adolfus
  - Ioannes
    - Adolfꝰ com. in Schowenborg
    - Ericus episcop.
    - Gerardꝰ com. Holsatiæ
  - Henricus
  - Henricus
- Adolfꝰ com. in Schowenborg
- Otto iunior frater Gerardꝰ (ter episc. Mindensis
- Simon perijt in hastiludio
- Bernhardꝰ præpos. Hamburg.
- Gerardus magnus comes
  - Wilhelmus sine prole
  - Adolfꝰ.
  - Quinq; filiæ
  - Otto cui debatur ducatꝰ Schlesswick
  - Nicolaus sine prole
  - Henricus ferreus
    - Adolfus
    - Ericus
    - Ernestus episcopꝰ
    - Otto
    - Henricus episc.
    - Bernhardus
    - Antonius
    - Ioānes Iodocus
    - Albertus sine prole
    - Hēricus episcopus Osnaburgensis
    - Gerardus dux primꝰ in hac familia in Schlesswico.

Gerardus


Gerardus dux primus mortuo fratre Alberto factus est dux Sleſwicen. & princeps comitatus Holſatiæ, ſed Thietmarſi conglobati, præter æquum ab illo grauati, interfecerunt illum unà cum multis nobilibus anno 1405. Fuit hæc ſecunda inſignis clades Holſatorũ, quam in Thietmarſia perpeſſi ſunt. Nam prima fuit anno 1320. ſub Gerardo com. auo huius ducis.

* Gerardus dux primus Sleſwicẽ. in hac familia

- Henricus obijt ſine prole
- Adolfus dux obijt ſine hærede anno 1459.
- Gerardus dux, ſine prole
- Duæ filiæ, quarum una nupſit Theodorico comiti de Aldenburg
- Chriſtiernus de Aldẽborg Danorũ rex
- Mauricius comes
- Gerardus dominus in Delmenhorſt
- Ioannes Danorum rex
- Fridericus comes Holſatię, dux Sleſwici & rex Daniæ
- Chriſtiernus rex captus
- Chriſtianus dux Holſatiæ & rex Daniæ
- Ioannes rex electus ſed non acceptatus

Anno Chriſti 1459. mortuo Adolfo duce Sleſwicenſi ſine legitimo ſucceſſore, peruenit res in contentionẽ de iure ſuccedendi inter regem Daniæ Chriſtiernũ, germana ſorore Adolfi natum, & Otonem comitem de Schowenborg, qui longiori quidem gradu diſtabat, ſed tamen ex maſculino latere in feudo credebatur prę ferendus. Proceres ergo Holſatorum ſui fecere arbitrij quem uellent dominum, elegeruntq; regem Daniæ ut fieret comes & dux Holſatiæ, data ingenti ingenti pecunia Ottoni qui iuri ſuo renunciaret, præſertim aſſentiente feudi domino, epiſcopo Lubecenſi, qui comitatũ illum imperiali dono ſolet concedere ut uerus & directus feudi dominus. Peruenit ergo comitatus ad regem. Ducatus autem tunc coronæ erat iunctus, quod diu à regibus per multos labores fuit quæſitũ. Sed filij regis eundem ducatum patre moriente denuo à corona ſeparatũ inter ſe ut Holſatiam diuiſerunt.

Hamburgum.



ALBertus Krãtzius Saxoniæ diligẽs ſcriptor, putat Hãburgum nomẽ accepiſſe ab Hama inſigni pugile Saxonum. Cum em̃ Saxones crebris colluctationib. congreſſi Danis uaria pugnarent fortuna, cõtentio tandem ad duellum peruenit. Fidebant Dani Starcatero monſtruoſæ magnitudinis & roboris homini, & Saxones pugilem præferebant Hamam æquè inter ſuos illuſtrem, cui ut duellum non recuſaret, tantum ſe auri congeſturos pollicentur, ut molem corporis eius ſuperaret. Venitur itaque in campum qui pugnæ deſignatus erat. Hama fiducia uirium aggreſſus hoſtem pugno peritum ita impulit, ut terræ adegerit nutabundum. Ita enim impellentis Hamæ pugno deiectus eſt Starcaterus, ut genibus nixus humum mento contingeret. Sed ubi deiectus uires collegit, ſeſe erigens ad gladium decurrit, nõ iam luctamine ſed

Starcaterus & Hama pugiles.

ferro rem peracturus. Nam toto adnisus corpore gladiũ distrinxit in aduersum, nec illum fefellit impetus. Mediũ enim Hamæ caput diffidit. Is insignis exitus tribuisse putatur loco nomẽ, in quo peracta fuit pugna, ut ab eo uicto Hama diceret, unde postea de propinquo erecta urbs Hamburgum nuncuparetur. Primum metropolitam Carolus magnus constituit Heridagum, qui rebus sacris præesset. Deinde Ludouicus Imperator assumptũ Ansgarium de Corbeiensi monasterio fecit archiepiscopum Hamburgensem, subijciens ei omnia Aquilonis regna, & quicquid est ultra Albim in Boream situm populorũ, Wandalos, Danos & Sueones. Vnde Ansgarius ueniens in Daniam, regem Ericum reddidit Christianum, ubi in portu maritimo ad lacum Sliam in Sleswig siue Sliaswig ecclesiam erexit, mortuus anno 865. Vbi uero recruduit sæuiens gentilitas, Otto primus reuexit labefactatã religionem, sed neque sic diu ualebat in prouincia publice suscepta religio, donec Zweno rex à memorato Ottone de sacro fonte leuatus, multis perdomitus calamitatibus resipuit, & sua sponte resumpsit abiectam Christi fidem. Terminatur autem Hamburgensis episcopatus ab occidua parte mari Britannico, à meridie Albi flumine, ab oriente Panirino & ab aquilone mari Danico & Eydora flumine. Transalbiani qui & Nordalbingi, tribus olim partibus constitere, Thietmarsis, Holsatis & Stormaris, quorum metropolis est Hamburgum. Tempore Henrici tertij metropolita Hamburgeñ. ecclesiam illam suam exornare studuit, ciuitatem muro circundari disposuit tribus portis ac duodecim turribus, ita ut primam episcopus, alteram aduocatus, tertiam præpositus, quartam decanus, quintam scholarum magister, sextam fratres & Canonici tenerent, alias sex ciues adhibitis sortirentur custodijs. Nam in eo loco post cladem Wandalicam clausstrum nobile de ruinis ueteris urbis erigentes, ecclesiam cum diuersorio ex lignis ędificabant. Alebrandus propter loci periculum & crebras incursiones maiori munimento opus esse ratus, lapide quadro eccleſiã exædificauit. Aliam deinde domum fecit lapideam, turribus & propugnaculis satis cõmunitam, cuius nuper à fodientibus in eo loco ampla & magnifica reperta sunt fundamenta ab austro ecclesiæ, stuporemq; ingessere cernentibus mirãtibusq; quid hoc fuisset ab olim, cum iam in media ciuitate ruderes inde eruerentur, tum uero quum collocarẽtur, terminus ibi erat urbis, ad ripam Albis fluminis positus, ut arcis custodes extrema urgente necessitate abitum inuenirent cum tutari non possent. Ea uero quę ex hoc loco repertorum nuper fundamentorum nunc extructa cernimus, post ea tempora sunt urbi adiecta, cum palude ossa limosæq; terræ puluere iniecto & arena cum purgamentis locorum in eam solidatem redigerentur, ut domus superimponerentur: poterat & uis fluminis alluuione augere terram. Ita prorsus ciuitate renouata, basilica ex una australi parte habuit domum episcopi, ex altera prætorium ducis. Lapideę enim domus, cuius meminimus, æmulatione dux prouocatus, & ipse domum in eadem urbe suis instruxit munitam. Ita prorsus ciuitate renouata, basilica ex una australi parte habuit domum episcopi, ex altera prętorium ducis. Successor episcopi Bizelini Albertus natus ex comitibus Bauariæ, murum ciuitatis à suis prædecessoribus orsum iussit demoliri, lapidesq; poni in templum. Tunc etiam turris speciosa septem cameris ornata, fuit funditus diruta & basilica ad instar Colonienſis incœpta, sed emergentibus multis anguſtijs, opus imperfectum permansit. Anno 1060. Albertus archiepiscopus Hamburgensis consulatum curiæ per imperium est adeptus, æmulisq; remotis primatum arcemq; capitolij possedit, non tamen sine inuidia, quę comes esse solet glorię. Sed conspirantibus postea episcopis expulsus est & persecutionem passus à duce Magno, eoq; uentum ut Wandali per Magnopolim interficerent omnes Christianos: qua uictoria potiti, totam Hamburgensem parochiam ferro & igni demoliti sunt. Hamburgũ cum arce sua funditus excinditur, sicut Schleswic. Tunc omnes Wandali facta conspiratione ad paganismum sunt relapsi, occisis eis qui in fide perstiterunt. Hæc contigerunt anno 1066. Fuit autem hæc tertia Wandalorum negatio, quos primo Carolus conuertit, deinde Otto prmus & tertio princeps Gotscalcus, qui & pro Christo fuit occisus. Quum itaque Hamburgensis episcopus tãquam metropolitanus sub se haberet Bremensem ecclesiam, simulq; utriq; præsideret, factum est temporũ successu ut archiepiscopatus honor transferretur Bremam, unde nata est crebra inter ecclesias Hamburgensem & Bremensem super iuribus & honore concertatio, quæ durauit per annos multos.

Primus episcopus.

Hamburgum metropolis.


Fundamenta antiqua.

Inuidia comes gloriæ.

Archiepiscopatus transfertur Bremam.


Halbet-

Halberſtadium.



PErlabitur hanc ciuitatem Oltemia fluuius. In medio uero tumulus aſſurgit, in cuius cacumine planicies eſt, duorum fermè ſtadiorũ continens longitudinẽ, in cuius extremis angulis duo templa ſita ſunt, quorũ alterũ pontificale eſt. In medio late patet forum, magnificis canonicorũ ædibus undiq; cinctum: & hęc pars urbs uocatur. Quod ſub tumulo iacet, ſuburbiũ appellãt. In mõte nulla laicorũ habitatio. Carolus magnus huius eccleſiæ fundator habet. Eſt circa hanc ciuitatẽ ager optimus, ferax tritici. Matureſcẽtibus frugibus, culmorũ altitudinẽ equo inſidẽtem hominẽ ferunt excedere. Magdeburgũ fuit olim huius epiſcopatus parochia, ſed per Ottonem primũ ibi archiepiſcopatus eſt erectus. & Halberſtadienſis diœceſis minorata, ut iam ſupra oſtendimus in deſcriptione ciuitatis Magdeburgenſis. Fuit iſte epiſcopatus primum à Carolo in loco Salingſtede fundatus, qui hodie Oſterwick appellatur, & deinde in Halberſtadiũ translatus.

Mindenſis ciuitas.



CVm Widekind⁹ primarius Saxonię dux ad fidẽ Chriſti peruenilſet, permiſit Carolo Imperatori ad fluuiũ Weſeram arcem ſuam, ut in ea firmaret epiſcopo locum, capax enim amborũ fuit, ita ut epiſcopo diceret, Mea atq; tua erit cõmuni iure arx iſta, ut inde Saxonum lingua Myndyn diceretur. Sed temporũ ſucceſſu ex y factum eſt e, uocaturq; ciuitas ipſa hodie Minden. Fundata eſt autẽ eccleſia intra muri ſepta, quod hodie quoq; conſpici poteſt. Nam ueteris ueſtigia muri etiam nunc extant. Huius ciuitatis magnitudo, ſplendor & ciuiũ ſtudiũ, item terræ ingenium & agri fertilitas, non ſunt mihi perſpecta, ideo de his quæ ignoram⁹ plura ſcribere uanum iudicauimus,

De Wandalorum in Saxonia ſæuitia.

WAndali gens quondã in aquilonaris maris littore potẽs, nunc à Saxonũ populo in mediterranea retro pulſa & ad magnã tenuitatẽ perducta, tum ſuis urbibus & opibus florens, diu Chriſtianũ nomẽ exhorruit, ſingulari ſuperſtitione idolis ſuis dedita, donec à Danorum rege à mari, & ab oriente à principibus ſuę gentis Pomeranis, & à meridie Chriſtianis principibus per arma cogeretur ſubire Chriſtianiſmũ. Laborabat in ea Otto magnus, & ad bonũ modum prouexit gladio ſuo religionẽ, ſed in morte nepotis ſui rebus perturbatis rediit prouincia ad uomitum gentilitatis. Iterũ arma intentant à mari atq; terra diu fruſtra, ſed Waldemarus rex Daniæ eius nominis primus & Henricus cognomento Leo dux Saxoniæ multis malis afflixere gentem, donec in iuga iterum concederet Chriſtianitatis. Wandali atrociter ſubuerterunt Hamburgũ, eccleſiã ſunt demoliti & fideles diſſipauerũt. Prima deuaſtatio facta eſt uiuente adhuc Carolo magno à Wilſis Vandalorum gente, altera in diebus Anſgarij à Normandis. tertia à Danis Saxoniã deuaſtantibus. Deinde quum Vngari implicitã tenerent omnẽ bello Saxoniã, anno poſt Chriſtum 913. Vandali cernentes reliquã Germaniã Vngaris implicari, ipſi Tranſalbianã Saxonum prouinciam inuadunt, Hamburgũ non ſatis ualidum aduerſus incurſiones oppidum, igne ferroq; ſubuertunt. Quinto uaſtatur Hamburgũ anno Chriſti Milleſimo in Ottonis tertij morte, quum iugum Saxonicæ exactionis Vandali excuterent, & ſe uendicarent in libertatem, magis perfidi tributorũ quæ ſine fine exigebantur quàm religionis. In Aldenburg ciuitate magna Vandalorũ, quàm illi ſua lingua Stargard dixere, ſita ad mare Balthicũ iti-

Wandali ad fidem coguntur

Aldenburg.

nere diei unius ab Hamburgo, 60. presbiteri cæteris more pecudũ obtruncatis ad ludibriũ sunt seruati, taliq; martyrio cõsummati, ut cute capitis in modum crucis incisa ferro singulis cerebrum aperiretur. Nouissima omniũ grauissima Vãdalorũ in Hamburgũ irruptio facta est sub imperio Henrici quarti anno Christi 1066. & arx Hamburgi, quam noui Saxoniæ duces firmarant, funditus est excisa. Sepe fuit tentatum cum Wandalis ut ad Christi religionem traherent, sed tributorũ grauissima exactio, quam Saxones solebant imponere uictis Wandalis, adeo terruit gentem, ut Christianissimi inde conciperent odium, & Saxonibus subesse morte grauius ducerent. Saxones enim tributa magis quàm Christi honorẽ et populi salutem queritabant. Vnde solebant dicere Wandali: Principes Christiani tanta sæueritate grassant in nos, ut propter uectigalia & seruitutẽ durissimã melius sit mori quàm uiuere. Toties emungimur & premimur usque ad exinanitionẽ. Quomodo ergo uacabimus huic nouæ religioni, quibus quotidiana innouantur onera?

Wittenbergũ oppidum Saxoniæ superioris.

ESt oppidum istud temporibus nostris domiciliũ ducum Saxoniæ superioris, apud quos electuræ dignitas est, à Witikindo 1. Saxonũ Christiano principe, ut quidã putant, Wittenberg dictum. Dux Fridericus elector, Ernesti electoris filius instituit ibi ante quadraginta annos studium generale, quod paulo post oppidum ipsum toti mundo notũ & celebre reddidit. Cœperũt enim proceres illius academiæ acuere ingenia sua in sacris literis, reiectisq; humanis traditionibus, syncerã & ueram tractare theologiã, unde non parua seditio in orbe Christiano nata. partibus sua instituta pertinacius defendẽtibus. Licentia & abusus pontificũ occasionẽ dederũt tantæ turbationi & discordiæ. Martinus Lutherus theologiæ doctor, primus fuit autor huius reformatæ religionis, quem plurimi quoque subsecuti sunt, docti & indocti, principes & reges, pontifices, sacerdotes & monachi. Reliqui uero, & qui plures numero sunt, mordicus retinent paterna instituta. Scripti sunt utrinq; infiniti penè libri, pro & contra.

Quomodo & quando Torneamentum, id est,

ludus militaris seu hastiludium, in Saxonia exordium acceperit.



CIrca annum Christi 934. Henrico duce Saxoniæ electo in Rom. regem, excursiones fecerunt in Saxoniã infideles, nempe Wandali, Sclaui, Russi, Gothi & Obotriti, grauissimeq; afflixerunt Christifideles. Vnde motus rex Henricus, adhortatus est omnes Christianos principes & proceres quosque, ut sumptis armis suppetias sibi ferrent contra tantam infidelium colluuiem. Principes imperij audientes infidelium

delium contra fideles tyrannidē, certatim conuolant cum ſuis nobilibus in Saxoniam, humiliaturi hoſtium ferociam. Numerantur autem quatuor principes, qui ex Germania cum copijs ſuis conſcripti uenerunt in Saxoniam, nempe princeps Palatinus Rheni, dux Sueuiæ, dux Franconiæ & dux Bauarię. Conradū Palatinū Rheni ſummū exercitus ducem comitati ſunt Eberhardus dux Alſatiæ, dux Lotharingiæ & Limburgi, comites à Liningen, Sponheim, Zweibrugken, Sein, Veldentz Katzen Elnbogē, Solms, Hanaw, Sarwerden, Kirburg &c. Sub ſigno uero Hermanni ducis Sueuiæ profecti ſunt dux Brabātię, dux Burgundiæ, dux Croatię, item comites Holandię, Mimpelgart, Helffenſtein, Iuliaci, Veringē, Iuſtingen, Pfirt, Vrach, Veldkirch, Acheln, Herrenberg, Gruningē &c. Ducem aūt Bauariæ ſubſecuti ſunt ſubditi eius atq; uicini, nempe dux Bohemiæ, marchio Auſtriæ, marchio Morauiæ, marchio Iſtriæ: item comites à Schyern, à Voitland, Zollern, Thubingen &c. Cum Conrado uero duce Franconię profecti ſunt comites à Wertheim, Rheinec, Hohen Ioh, Pfawēburg, Schuſſelberg, Nurnberg, Caſtel, Friburg. Naſſaw &c. Porro ſub uexillo regis Rom. fuerūt duces Schleſiæ, Weſtphaliæ, Angrię, princeps Pomeraniæ, palatinus Saxoniæ, burggrauius Meidenburgeñ. Palatinus Thuringiæ, comes Thorgoiæ comes Rotelenſis, item comites ab Eberſtein, Yſenburg, Habſpurg, Rhinfelden, Furſtenberg &c. Conuenientibus itaq; omnib. his copijs in unū, & infidelium inſolentia per tantū exercitū domita, uoluit rex Henricus imperij nobilitatē apud ſe collectā ludo aliquo lucūdo & honeſto poſt bellicos exantlatos labores recreare, cōpaſſus illis, q; multi eorū inter ciues habitantes ciuilia tractarent negocia, nec poſſent ſe exercere heroicis factis, ingenuis hominibus accōmodis, atq; ideo certos illis præſcripſit articulos iuxta quos uiuerent. Et ſi illos præuaricarent, punirent in publico torneamento. Articuli aūt nobiliū ſunt 12. quos paulo poſt ſignabo. Multi dubitant de hac contra Obotritos omniū principū imperij profectione, quū nemo inter latinos ſcriptores illius ullam faciat mentionē, p̄ſertim Alb. Krantzius Saxonicarū & Wandalicarū rerum diligentiſſ. ſcriptor. Scripſit quidem in Wandalia ſua, Henricū ducem Saxoniæ ad imperiū allectū, Vngarorū inſolentiſſimū auſum magna parte repreſſiſſe. Nam gentē maximo prælio uicit, docuitq; intra ſuam cōſiſtere prouinciā. Bohemos quoq; & Wandalos atq; Sorabos, ab alijs regibus edomitos & cæteros Wandalorum populos uno grandi prælio ita perfregit, ut cæteri qui perpauci remanſerāt, & regi tributum & Deo Chriſtianitatē ultro promitterent. Cæterū quod ad hanc Wandalorū compeſcendam inſolentiā tota Germanię nobilitas fuerit conuocata, nullus hiſtoricus ſcribit, niſi Germanicus liber ante paucos annos euulgatus. Certum tamen eſtq; torneamēta, quæ paulo p̀oſt ſignabo, fuerint poſtea à nobilibus celebrata in his locis, quæ ſingulis ludis infra adſcribam, fueruntq; ſanctè obſeruati articuli, quos nunc cōmemorabo. Primus articulus fuit à rege Henrico in hunc modum promulgatus. Quicunq; ex nobilibus aliquid egerit aut dixerit contra ſanctam fidem noſtram, arceatur à torneamento. Et ſi prætextu nobilitatis maiorū ſuorū præſumpſerit ingredi torneamēti ludum, percuſſus confundatur. Alterum edictum promulgauit Conradus princeps Palatinus per hæc uerba. Quicunq; nobilibus ortus parentibus egerit contra ſacrum Rom. imperiū aut cæſareā maieſtatē, puniatur & uerberet publice in torneamēto. Tertij articuli autor fuit dux Frāconię, in hunc modum edifferens: Quicunq; nobilibus ortus parentibus dominū ſuum prodit aut fugiendo illum deſerit, aut alia uia, neceſſitate non urgente, fugam in exercitu mouet, aut cōciues ſuos innoxios occidit, in torneamento puniatur. Quartum articulum ſtatuit dux Sueuiæ per hæc uerba: Quicunq; nobilibus ortus parentib. uiolauerit aut infamauerit uerbis aut factis mulieres aut uirgines puniatur publice in torneamento. Quintum propoſuit dux Bauariæ per hæc uerba: Quicunq; nobilibus ortus parentib. deprehenſus fuerit corrupiſſe ſigillū, aut uiolaſſe iuramentū, aut qui declaratus fuerit infamis aut pro tali habitus, is ceu indignus torneamentū non ingrediat. Sin ingreſſus fuerit impunis non egrediat. Poſt memoratos duces, quatuor alij proceres torneamento præfecti, ſtatuerūt hos ſequentes quatuor articulos: quorū primus & ſextus ordine hic eſt: Quicunq; nobilibus ortus parentib. conſortem lecti ſecreto aut aperte interfecerit, aut conſilio ſiue facto cooperatus fuerit ad interfectionē dñi ſui, erga talē ius torneamēti exerceat. Septimus: Quicunq; nobilib. ortus parentibus, eccleſias, ſacella, uiduas aut pupillos ſpoliauerit, aut quod eorū eſt apud ſe potenter retinet, quū illi magis iuuādi & tutandi ſint puniat. Octauus: Quicunq; nobilib. ortus parentib. alterius ſit hoſtis, & cauſam ſuā legitimo ordine aut iure belli nō agit aut

Ob Wandalos ortum tornamentum.

Dux Sueuiæ.

Dux Bauariæ.

Dubitant Latini de torneamenti inſtitutione.

Articuli torneamenti.

Secundus articulus.

Tertius articulus.

Quartus articulus

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Octauus.

exequitur, ſed aduerſariũ rapinis aut incendio lædit, potiſſimũ aũt qui frumentũ & uinum perdit, unde reſpublica incõmodat, aut qui pro publico raptore declaratus fuerit, is in tor-
Nonus. neamento cædatur. Nonus: Quicunq; nobilis in imperio innouationes aliquas facere aut alia grauamina imponere præſumpſerit, præter ea quæ ab antiquis temporibus in uſu habent, ſiue id fiat in principatibus, ſiue dominijs, ciuitatibus aut alijs iuriſdictionib. in aquis aut terris, ſine ſcitu & aſſenſu Rom. imperatoris, ita quòd mercatores publicis itineribus
Decimus. uti nequirent, unde regiones non parum incõmodari poſſent, in cõmeatu & corporis neceſſitatibus, is in torneamento publico puniat. Decimus: Quicunq; nobilis adulterium perpetraſſe, aut mulieres atq; uirgines ſtupraſſe conuincit, puniatur in torneamẽto. Duos
Vndec. alios articulos ſtatuit, magiſter Philippus, ſecretarius regis, & eſt undecimus in ordine talis: Quicunq; nobilibus ortus parentibus, non ducit uitam nobili homine dignam, uiuendo ſcilicet ex cenſibus & redditibus feudorũ hæreditariorũ aut feudorũ ob miniſteriũ conceſſorum, aut uictitando ex militari ſtipendio, aut donatiuo ſibi ob ſuas conſultationes à principe deſignato, aut ex propriis allodijs uiuendo, ſed immiſcet ſe cõmercijs negociatorum aut campſorum, aut emit quę rurſum carius uendat, aut utitur alijs malis artibus, quibus nocet proximis aut ſubditis ſuis, contemptibilemq; reddit nobilitatẽ ſuam, is ſine uer-
Duodec. beribus ingredi nequit chorum torneamenti. Duodecimus: Qui torneamentis intereſſe uoluerit, & ex nobilibus parentibus ortus non eſt, neq; ex quatuor auis ſuam probare poteſt nobilitatem, hic nullo pacto poteſt ingredi torneamenti militarẽ ludũ. Quando itaq; nobilis aliquis in uno horum articulorũ reus deprehendebatur, & alius, propinquus ſcilicet aut amicus, loco illius uerbera ſubire uolebat, tenebatur ille hoc indicare heroldo, quo humanius tractaretur. Quod ſi reus in propria perſona ludũ ingredi deliberaſſet, permittebatur quidẽ id ei, ſed interim pœna quam ſubiret præſcribebatur. Et ſi uocatus nõ compareret, tertio citabatur. Quum uero nobilis aliquis ciuem duxiſſet uxorem aut ruſticam mulierem, huic interdictus erat ludus iſte uſque in tertiam generationem.

Vbi & quando & à quibus principibus & nobilibus celebrata fuerint torneamenta.

PRimus ludus militaris fuit celebratus anno Chriſti 938. in Magdeburgo, nec tunc quiſquã publica caſtigatione fuit condẽnatus, ſed omnis pœna fuit ſuſpenſa in futuram præuaricationẽ articulorũ. Motus autem fuit rex Henricus ad ſtatuendũ huiuſmodi leges, quo nobiles ipſos in officio contineret, & laudis præconio ad uirtutis ſemitam qua gradui ſuo reſponderent, inclinaret, & ut diſcrimen apertum inter uere nobiles & eos qui nominetenus tantum nobiles ſunt, haberetur.

Secundus ludus militaris fuit celebratus à Conrado duce Franconiæ, anno Chriſti 942. in Rotenburgo metropoli ſua, ſita iuxta Tuberum fluuium.

Tertium celebrauit Ludolfus dux Sueuiæ, anno 948. in ciuitate Conſtãtienſi iuxta lacum (Podamicum.

Quartum celebrauit marchio Miſnenſis in Merſpurgo prima principatus ſui ciuitate ſita iuxta Salam fluuium, anno Chriſti 969.

Quintum celebrauit Ludolfus marchio Saxoniæ & dominus in Brunſwig, in ciuitate ſua Brunſuicenſi, anno Chriſti 996. Et fuit in iſto ludo Henricus marchio Brandenburgenſis iam nouiter conuerſus ad fidem Chriſti.

Sextum celebrauit Imperator Conradus ſecundus dux Saxoniæ in ciuitate Treuirenſi, an

Septimum celebrauit Henricus quartus in Halla Saxonię anno 1042. (no 1019.

Octauum celebrauit Hermannus dux Sueuiæ in ciuitate Auguſtana, anno Chriſti 1080.

Nonum, Ludolfus dux Saxoniæ in oppido Gottingenſi ſub Henrico quinto, anno 1119.

Decimum celebrauit Guelfus dux Bauariæ in Thuricenſi ciuitate ſub Friderico primo, anno Chriſti 1165.

Vndecimum celebrauit comes Holandiæ in ciuitate Colonienſi ſub Friderico primo, anno ſalutis 1179. Et in illo comparuerunt Conradus Palatinus Rheni & elector, frater Imperatoris, Landgrauius Thuringiæ & comes Wirtenbergenſis.

Duodecimum celebrauit Henricus ſextus Imp. in ciuitate Nurnbergenſi anno 1198.

Decimustertius fuit celebratus Wormatiæ ſub Friderico ſecundo cæſare, anno 1209.

Decimusquartus fuit celebratus Herbipoli in Franconia, anno 1235.

Decimumquintum celebrauit nobilitas Bauariæ in ciuitate Ratiſponenſi, anno 1284.

Deci-

Decimumſextum celebrauerunt Francones in Schwinfurt, anno 1296.
Decimumſeptimum celebrauit nobilitas Sueuiæ in ciuitate Rauenſpurgenſi anno 1311.
Decimusoctauus fuit celebratus per nobiles Rheni in pago Ingelheimenſi in patria mea, anno Chriſti 1337.
Decimusnonus fuit celebratus Bambergę in Franconia. anno 1362.
Viceſimus fuit celebratus in Eſslingen oppido Sueuię, anno 1374.
Viceſimusprimus fuit celebratus in Schafhuſen oppido Sueuiæ, anno 1392.
Viceſimusſecuudus in Ratiſpona urbe Bauarię. anno 1396.
Viceſimustertius in Darmſtat oppidulo inter Heidelbergam & Franckfordiam ſito, anno Chriſti 1403.
Viceſimus quartus in Heilprunna oppido Sueuiæ, anno 1408
Viceſimusquintus in Ratiſpona urbe Bauariæ, anno 1412.
Viceſimusſextus in Stutgardia oppido ditionis Wirtenbergenſis, anno 1436
Viceſimusſeptimus in Landshuta oppido Bauariæ, anno 1439.
Viceſimusoctauus in Herbipoli ciuitate Franconiæ ſub Friderico tertio, anno 1479.
Viceſimusnonus Maguntiæ, anno 1480.
Triceſimus Heidelbergi ſub Philippo principe Palatino, anno 1481.
Triceſimusprimus Stuckgardię anno 1484.
Triceſimusſecundus Ingolſtadij in Bauaria eodem anno 1484.
Triceſimustertius in Onſpach prope Nurnbergam oppido marchionis Brandenburgenſis, anno 1485.
Triceſimusquartus Bambergę in Franconia anno 1486.
Triceſimusquintus Ratiſponę in Bauaria, anno 1487.
Triceſimusſextus Wormatię eodem anno 1487. Et hic fuit ultimus ludus militaris nobilium, poſt quem uidemus uulgus nobilium pro magna parte degenerauſſe in manifeſta uicia, id quod proh dolor nemo non nouit. Cohercuit eos nonnihil ignominia illa, qua in ludis torneamentorum publice confundebantur, iam uero illo retinaculo quoq; ſubmoto, impunes multi ruunt in uicia & exequuntur cupiditates carnis.

Bellum maximum & horrendum olim

ſub Henrico quarto in Saxonia geſtum.



ANno Chriſti 1073. conſpirarũt principes Saxoniæ, Thuringię & Miſnæ cõtra Imperatorem Henricũ quartum, collectiſq; magnis copijs, ad ſexaginta millia uirorum, conati ſunt à ſe reijcere iugũ ſeruitutis grauiſſimę, quo ab Imperatore in Germania pręmebantur. In primis autem rogabant Imperatorem per legatos, ut dirueret arces paſſim in montibus & collibus erectas, reſtitueretq; principib. Saxoniæ ea quæ illis ſine prędia inquiſitione abſtulerat. Deinde, ut nonnunq; ſe in alias quoq; reciperet & inuiſeret imperij terras, & non perpetuo Saxoniam grauaret & ſua inertia incõmodaret. Tertio, ut abiectos & inutiles homines, quibus ſua communicauit conſilia, arceret à curia ſua, & imperij negocia exequenda committeret principibus regni, quorum intereſſet. Quarto, ut cœtum dominarum, gynęcium & concubinas à ſe ablegaret, & reginam legitimam uxorem adamaret, agnoſceretq; uxorẽ. Quinto, ut uicia in iuuentute cõtracta, quib. polluerat regiam dignitatem, iam in adulta ętate, quam morũ grauitas decebat, relinqueret, inciperetq; tandem ſapere. Vltimo rogabant eum, ut propenſiorem & equiorem ſe illis redderet, qui iudicium & iuſticiam ab eo exigerent, & in his omnibus obtulerunt propenſum animum, obſtrinxeruntq;

Querelæ contra Imperatorem.

obſtrinxerunq; ſe ad ſeruiendũ ei quantũ ipſis in libero regno natis licebat. Quòd ſi pergeret mouere in eos arma & cogere ad ſeruitutẽ, ſciret ipſos ſine armis non eſſe. Agnoſcerent quidem ſe ſacramento obſtrictos & obligatos illius militiæ, q̃diu ille præeſſet imperio in ædificationẽ & non in deſtructionẽ eccleſię, ſequereturq; ueſtigia prędeceſſorũ ſuorum, & conſeruaret imperialia iura. Henricus Imp. accepto hoc nuncio infremuit, reſpondítq; legatis contemptim, & eos ſic ablegauit ut neſcirent quo ille eſſet animo erga principes. Audientes aũt principes Cæſaris ferociam, indignati ſunt & ipſi, correptisq; armis recta profecti ſunt Goslariã, ubi Cæſar manere conſueuit. Elapſus uero Imp. abſtulit ſecum iuſignia imperij & bonam partem theſaurorũ. Videnſq; quod futurũ erat, poſt multa quæ utrinq; gerebant, collegit principes imperij, coactisq; in unum magnis copijs militũ, uolebat ulciſci iniuriã ſibi à ſuis illatam, atq; ſubito imparato hoſte, exercitũ Saxonũ inuaſit, & multa millia interfecit & reliquos in fugam uertit, plurimosq; in fuga ipſa ad tria miliaria per circuitũ trucidauit. Euaſerunt tamen ex illa pugna ferè omnes principes & nobiles Saxoniæ, eò quòd haberent ueloces & celeres equos. Pedites uero qui effugere nequiuerunt, haud ſecus quàm pecora ubiq; mactabant. Propoſuerant Cæſareani delere uniuerſam Saxoniã, ſed multi comites, nobiles & gregarij milites à parte eorum occũbentes, minuerant robur eorum, ſanguinolentamq; retulerũt uictoriã. Quæ poſtea geſta ſunt, ſuccincto ſermone explicui ſuprà in catalogo Imperatorum.

In Goslaria curia imperatoris.

Weſtphalia.



Carolus Weſtphalos oppugnat.

VEra & uetus Saxonia eſt Weſtphalia, cuius limites fuerũt Rhenus ab occidẽte, Viſurgus qui nũc Weſera eſt ab oriente, Phriſia à ſeptentrione & à meridie Haſſię montes, quos Obnobios Ptolemęus appellare uidetur, ex quibus Amaſis fluuius oritur, qui Padebornam & monaſteriũ mediam ferè prouinciã interſecat, & per Phriſiam defluens fertur in mare. Sala quoq; Druſi (qui Auguſti priuignus fuit) clade celebris, hinc emergit. Hos populos Carolus magnus uictos primũ ad Chriſtianã fidem compulit. Cęterũ cum ſępius rebellarent, repetitoq; idolorũ cultu Chriſti religionẽ ſpernerent, nec iuſiurandũ quouis modo aduerterent, ut metu pœnæ gentis temeritatem Carolus cõpeſceret, occultos iudices inſtituit, quibus poteſtatẽ dedit, ut quàm primũ deieraſſe aliquẽ cõperiſſent, aut fregiſſe fidẽ, aut aliquod aliud ſcelus perpetraſſe, mox illum ubi cõprehendi poſſet, pro arbitrio necarẽt, nulla citatione aut expurgatione preuia: uiros graues ac iuſtos elegit, qui plectere innocentes haud ab re poſſent. Terruit ea res Weſtphalos ac demũ in fide cõtinuit, quũ ſæpe in nemorib. & proceres & mediocres uiri laqueo ſuſpenſi inuenirent, nulla accuſatione prius audita. Quærentib. tamẽ cauſam, conſtabat fidem fregiſſe aut magnũ aliq̃d ſceluscõmiſiſſe. Id iudicium ad noſtram uſq; ætatem perdurat, uocaturq; uetitũ ſeu occultũ. Qui ei præſunt Scabini appellant, quibus tãta præſumptio eſt, ut etiã per totam Germaniã iuriſdictionẽ ſuam extendi uelint. Secretos ritus habent & arcana quædã inſtituta, quibus malefactores iudicant: ea nõdum quiſpiã repertus eſt, qui uel precio uel metu reuelauerit. Ipſorum quoq; Scabinorũ maior pars occulta eſt, qui per prouincias diſcurrẽtes, criminoſos notãt inferentes iudicio accuſant probantq;, ut eis mos eſt. Dãnati libro inſcribunt et iuniori bus Scabinis cõmittit executio. Rei ignari ſuæ damnationis ubicunq; reperiunt, ſupplicio afficiuntur. Degenerauit autẽ hodie hoc iudiciũ, nam & uiles interdũ perſonæ admittunt, & ciuilia negocia tractare audent, quib. erat ſolum de crimnalib. pmiſſa poteſtas. Regio eſt admodũ frigida, uini & frumenti inops. Pane ueſcunt nigro, ceruiſia potus eſt. Vinum quod Rheno aduehitur, magno emitur precio: eo tantum opulenti, & raro tamen, utuntur.



Occultum iudicium.

Weſtphaliæ feracitas.

Bellicoſi

Bellicosi indigenæ atq; ingenioſi. Preſuli Coſonienſi parent. Non inuenitur in annalibus, quis poſt Carolum magnũ rerum ſtatus per Weſtphaliã, quis rerum ſummæ præfuerit, an tota pontificibus paruerit à memoria dicti Caroli, qui iugi & tributi impatientẽ populum eccleſijs ſubdidit, decimas & iuſta omnia eccleſijs perſoluenda. Equidem in orientali Saxonia erant tẽporales domini, qui rerum tenebant gubernacula: primo quidẽ reges de ſtirpe Caroli magni, ſub quib. tamen duces Saxoniæ de genere Wedekindi paulatim magis atq; magis increuerunt uſque ad Henricũ primum regem Romanorũ, à quo tres per ordinem Ottones, deinde etiã marchiones Saxoniæ nati ex Henrico duce Bauariæ fratre primi Ottonis. Weſtphalia uero quę eſt occidua Saxonia, quos habuerit principes ſeculares illa tẽ peſtate rem cũ epiſcopis adminiſtrantes, omnino non legimus. Sequenti tamen ætate Henricus dux Leo, & ante eum auus illius Luderus dux Saxoniæ inde Imperator, Weſtphaliã tenuiſſe leguntur. Nam ab eodem Henrico cum deſtitueretur per ſententiam Imperatoris Friderici primi, ducatus Weſtphaliæ titulum ſibi archiepiſcopus Colonienſis uendicabat, tenentq; eundem duces Saxoniæ inferioris de genere comitum de Anholt. Tenet & memoratus epiſcopus bonam partem eius regionis, maxime Angriam. Habet hæc regio quatuor epiſcopatus, Monaſterienſem, Oſnaburgenſem, Padelburnenſem & Myndenſem, quos Carolus magnus fundauit. Eſt regio multum nemoroſa atque ob id pecoribus nutriendis apta, abundat amœnis fontibus & amnibus. Circa Suſatum & Dertmondũ eſt mediocriter fœcunda. Abundat in quibuſdam locis mineris & lapidibus idoneis pro ſculptura imaginum & ædificio palatiorum, parantur etiam ibi lapides molares & cautes quibus acuuntur cultri & alia inſtrumenta fabrilia.

Moderatores Weſtphaliæ.

Quatuor epiſcopatus.

Oſnaburgum.



CArolus magnus in loco Oſnaburgenſi habitatoribus ſatis frequenti, cum uicinam Widekindi arcem iam captam impoſito præſidio firmaſſet, primã exædificauit in prouincia epiſcopalem eccleſiã, eiq; uirum ſanctum præfecit Wihonẽ primũ eius loci pontificem, hominẽ gente & origine Phriſium. Dedit quoq; Carolus priuilegiũ nouæ eccleſiæ ut utriuſq; ibi linguæ ſcholæ haberentur, præſentq; doctores uiri inſignes. Extat tenor priuilegij in hunc modum. In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis, Carolus Imp. Auguſtus Roman. gubernans imperiũ, dominus & rex Francorũ & Longobardorũ, nec non dominator & Saxonum: Notũ ſit omnibus quòd nos ob mercedis augmentũ Wihoni epiſc. Oſnaburgenſi, ſuæ eccleſiæ, quã nos primã in omni Saxonia conſtruximus, quoddam nemus cum omni integritate in porcis ſylueſtribus, ceruis, auibus, & piſcibus, omniq; uenatione in ſylua Oſningi in perpetuũ proprietatis uſum donauimus. Statuimus quoq; in eodem loco græcas & latinas ſcholas quas ibi in perpetuũ manere ordinauimus, nec unquam clericos utriuſq; linguæ gnaros deeſſe confidimus &c.

Prima epiſcopalis ſedes.

Schola latinã & Græca.

Suſatum.

CVm Suſatenſes ſub epiſc. Colonienſi fuiſſent per annos 280. cõqueſti ſunt q; ab archiepiſcopo in antiquis libertatibus artarentur, quare ad Adolfum Cliuenſem ducem defecerũt, cui ſaluis immunitatib. ab antiquis ſacramentũ fidelitatis preſtiterunt, multis interim nuncijs ac literis hinc atq; inde miſſis ad ducẽ, ut abſtineret aliena ditione. Sed quũ toto triẽnio nihil efficereẽ, ad arma peruentũ eſt, utrinq; cõparata. Dux Cliuenſis cum ualido preſidio urbem tuendam ingreditur, paſſus in ea obſideri. Archiepiſ. uero ad obſidendũ ſe parat. Venerat illi auxilio Wilhelmus Landgra. Thuringiæ, dux

Suſatum obſidione cingitur

dux Saxoniæ, inter agmina ſua ducens 2500. ex Bohemis, qui ſine exemplo crudeliter deſeuirent. Oppugnauit itaque epiſcopus Suſatum toto menſe, apparatiſq; magna multitudine ſcalis, ſtatuit uarijs ſimul locis inuadere murum. Oppidani uero miſerunt lapides & trabes aduerſus hoſtem, ſed omnium erat ualidiſſimum defenſionis genus: ſartagines in muris diſponebant per interualla ſubiecto igne, pultes in aquis bulienti feruore miſcebant, & hunc liquorem feruescentem fudere in armatos ſcalis incumbentes. Tali tamẽ modo defenſi muri, periere ex ſcandentibus plurimi. Archiepiſcopus eo accepto incõmodo, oppugnationẽ deſeruit, & ex hoc tẽpore Suſatũ in iure ducis Cleuẽſis permanebat. Contigerunt hæc anno Chriſti 1441. Habuit Colonienſis in ſuo exercitu octoginta millia militũ. ex quibus interierunt 1528. & multi fuerunt capti & rurſum redempti per ſummam 40. millium aureorum. Oppugnabant prmum hoſtes oppidum Lippe per 14. dies, & quum illud expugnare nequirent, aggreſſi ſunt, ſed in uanum, Suſatum, ubi totam ferè ditionem ſuam epiſcopus dilapidauit.

Monaſterium.

Mymingrode ciuitas Monaſterienſis.

CArolus magnus tertiam epiſcopalem eccleſiam erexit in mediterraneis Saxoniæ, nũc Weſtphaliæ in Mymingrode, loco qui poſtea ab inſigni ibi fundato monaſterio, Monaſteriũ fuit denominatũ, ordinauitq; ibi epiſco. Ludgerũ natione Phriſium, fratrem Hildegrini epiſcopi Halberſtadenſis. Cuius ſucceſſor Hermannus dedicauit & conſecrauit monaſteriũ & eccleſiam trans aquas in titulum & honorẽ beatæ Mariæ uirginis, quod breui monaſteriũ ita excreuit, adeoq; factum eſt celebre, ut nomen dederit & ciuitati & epiſcopo, ita ut paulatim abolito ueteri Mimigardeuordenſi uocabulo, incœperit dici ciuitas & eccleſia Monaſterienſis, quod nomen prævaluit in hodiernũ uſq; diem. Anno Chriſti 1533. & milleſimo quingenteſimo triceſimo quarto in hoc epiſcopatu magna per catabaptiſtas orta eſt ſeditio. Nam ubi fama percrebuiſſet ibi dominiũ habere catabaptiſtas, ingens eò malorum hominum colluuies affluxit, ac mox ipſorum proceſſit coniuratio, ut etiam nullius potuerit comprimi autoritate. Epiſcopus ergo urbem ualido circumſedit exercitu, opibus archiepiſcopi Colonienſis & ducis Cliuenſis adiutus.


Catabaptiſtarum ſeditio.




Anabaptiſtæ mœnibus incluſi, audacibus eruptionibus laceſcebant hoſtem, ut nunc his nunc illis Mars proſper adfuit, nihilq; penè aliud per menſes ſex actum. Vltima Auguſti urbs ingentibus animis oppugnata, ſed urbanis fortiſſime reſiſtẽtibus, magna cũ clade oppugnatores in caſtra ſunt repulſi. Hinc ciues inflati, Ioannẽ à Leydis oppido Holãdiæ infimo quidẽ loco natum, uerum forma, ingenio, facundia, audacia, fraude, facinoribusq; præſtantem, ſibi regem, cui rerum omnium poteſtatẽ facerent, cuiq; quicquid opum, fortunarum aut annonæ ſupererat, permitterent, conſtituere. Hic fretus ſeditioſorum quorumq; expectatione pollicebatur ſibi, obſidione ſoluta, exercitu ſuo totum per orbem graſſari, ut quondam Gothi, Cimbri, & Longobardi, è Germaniæ angulo prorumpentes fecerunt.

Anabaptiſtæ faciunt regem

runt. Valuis ædium ſic germanica lingua inſcribebat: Gottes macht iſt mein krafft, id eſt, Dei potentia meum robur eſt. Hic cuſtodes corporis gramineo & cœleſti coloribus ueſtiebat, terrenam ſcilicet & cœleſtem ſibi promittens poteſtatē. Inſigne ferebat, orbem gladijs duobus transfixū. Prophetas qui dolos arte necterent, quiq; concirent ſeditiones, ad uicinas ciuitates emittebat. Vxores duxit quindecim, quotq; uoluiſſent pmiſit uiris habere uxores, cætera omnia eſſe cōmunia. Menſe obſidionis decimo, impetrauit epiſcopus auxiliares copias, ut urbem inſuperabilem, fame ad deditionē cogeret. Orta interea in urbe ſeditione, obtrūcauit rex 47. ciues, qui conatibus eius repugnabāt. Menſe quartodecimo omnibus propè conſumptis, ceſſatum communiter conuiuari, uulgus herbis & radicibus uictitare, canes, feles, mures, glires, in delitijs haberi, cum nihil ſuperfuiſſet reliqui, quo miſeram traherēt animā, corium & pelles cocta contuſaq; panis haberi loco. Atq; inter hæc rex mirabili impoſtura dementauit pereuntes, ut nō antè ſe perire crederēt quàm perijſſent, adeo uana ſpe omnes alebat uiros, quouſq; tandem fraude detecta, ſero ſe deluſos complorarent. Inter hæc oblatus quidā epiſcopo, pollicetur data ſibi cohorte ſcandere mœnia, portas male cuſtoditas perfringere, quantumq; uelles introducere exercitū. Tum epiſcopus tentauit ſi deditionē facerent. Quam ubi per contemptum negarunt, omnibus ad oppugnationem inſtructis, noctu urbem undiq; adoritur, incruduitq; atrox bellum. Tandem proclamato ſilentio putabātur ciues deditionem facere, at præter opinionē rex pulchro uſus ſtratagemate, ingenti cum fiducia ita inquit. Si uos qui meam hoſtiliter inuaſiſtis urbem, depoſitis armis uolueritis pacem petere & ueniam, donabo uobis hanc iniuriam & uitæ ueſtræ parcam. Recentem militem hac tam magnanimi uoce & fiducia potuiſſet terrere, ſed ueteranus indignatione fremens, contos iterum repetit & gladios, intromiſſoq; toto exercitu qui foris ſtabat, diſcurſum eſt tota urbe & graſſatum cædibus. At urbanorum circiter ſeptingenti Martis aleam fortiter experturi, conglobati reſtitere in foro, quouſque nunciatum eſt, regem diuerſa urbis parte captum. Tum formidine uires ſuperante, ſparſim dilabentes ſe abdidere, uixq; ducenti locum tenuere. Hos totus aggreſſus exercitus oppreſſit, captaq; urbe nihil uictore exercitu inſolentius crudeliusq;. Venabantur abſconditos, totosq; decem dies cædibus uacabant. Ludus erat iugulaſſe hominē. Mulieribus parſum niſi quæ ſeditionis autores fuiſſent. Eſculentorum apud regem & regales tantum inueniebatur, quantum ipſi & ſuis in tres menſes ſuffeciſſet. Autores calamitatis & horrendorum ſcelerum rex & ſocij eius primarij cathenis uincti circumducuntur per loca uicina: tandem anno 1536. in februario reducti in urbem Monaſterienſem, forcipibus candentibus lacerati, tribus ferreis corbibus incluſi è turri diuo Lamberto ſacra, in memoriam æternam penſiles propendent. Sicq; hoc regnum miſerum ſortitum eſt finem.



Polygamia.



Fames Horrēda.

Stratagema regis.


Captum urbs.

Brema.

BRema archiepiſcopalis ciuitas ad Weſerum ſeu Viſurgim fluuium poſita, Phriſiæ orientali confinis, iam à multis annis concertationem habuit cum Hamburgo de primatu, ut ſupra ſignauimus, habetq; ſub ſe epiſcopatus Lubecenſem, olim Aldenburgenſem, Suerinenſem in Meckelburgia, Lebuſſinenſem, Schleſuicenſem, Racemburgenſem, Hamburgenſem, ubi olim archiepiſcopatus fuit omnium aquilonarium prouinciarum. Aliud nihil iam habere potui de hac urbe Bremenſi.

Sequitur deſcriptio Friſiæ occidentalis.

Iacobus



IACOBVS DAVENTRIENSIS

PHriſia quę olim propriū erat regnum, per littus Germanici Oceani ab Rheni oſtijs in ipſam uſq; Cimbricam cherſoneſum, quam Iutiam ſeu citeriorē Daniam uocant, uarijs appellationibus ſeſe extendit. Verum quæ in hac deſcriptione accurate exprimitur, ea proprium id ſibi nomen antiquiſſimo iure uendicauit, cæteriſq; ſemper præſtantior eſt habita. Ad quarum tamen differentiam Occidentalis à nonnullis uocatur, pateſq; ab Iſalę ſeu extremo Rheni oſtio ad Amaſū uſq; fluuium, Oſtergoiā, Weſtergoiā, Septem ſyluas, Groningā inclytam urbem cum circumcacenti territorio cōplectens, pecore paſcuiſq; exuberans, & pagis ac ædificijs plus quàm ulla alia regio exculta. Cui Tranſiſalana cum Drenta Tuentaq; iungitur, quæ omnes Cæſaris Caroli V. hęreditario adiecto imperio, feliciter floreſcunt ſub eius dominio.

Phriſia.


Phriſia.

QVanquam Phriſij uetuſtiſſimi ſint populi atq; per tot annos nomẽ ſuum intuaria tum retinuerint, inueniuntur tamen ijdem à quibuſdam appellari Cauchi & poſtea Grunes à quodã Francici generis duce, à quo & metropolis Phriſiorũ Gruninga nomẽ accepit. De hoc populo Aeneas ſyluius in hunc modũ ſcribit: Gens Phriſiorum ferox, armis exercitata, robuſti & proceri corporis, ſecuri & intrepidi animi, liberam ſe eſſe gloriatur, quamuis Philippus Burgundiæ princeps eius ſe terrę dominum uocet. Reuera Phriſia libera eſt, ſuis utens moribus, exteris nec parere ſuſtinet nec dominari cupit, haud inuitus Phriſo pro libertate mortẽ oppetit. Dignitas in hac gente militaris, inuiſa. Sublimem uirum qui ſe cæteris effert non ferunt, magiſtratus annuos eligunt, qui rem pub. æquo iure diſponant. Fœminarũ impudicitiam ſeuerius puniunt. Sacerdotes ne alia cubilia polluant, ſine coniuge non facile admittunt. Vix enim continere hominem poſſe & ſuper naturam arbitrantur. In pecoribus omnis eorum ſubſtantia eſt, ager planus ac paluſtris, multo gramine fœcũdus. Ligno caret, bituminoſo ceſpite & ſicco ſtercore boum ignes fouent. Hæc Syluius. Eſt regio iſta tam paluſtris, ut hoſtis nihil in ea efficere poſſit, niſi certam eligat oppugnandi rationẽ. Autumni aquoſa tempora immeabilem faciunt terram. Imperator Henricus tertius quum ſemel uenilſet Bremã & regali exciperetur apparatu, conceſſit illi eccleſiæ comitatum Phriſiæ. At Phriſij à memoria diui Caroli magni liberos ſeſe aſſerentes, ſemper malè paruerũt epiſc. Bremenſi. Oſtphriſia ab antiquis temporibus agnouit, etiãſi ægrè, Holandiæ comites, dominos ſuos. Henricus Leo pulſus Bauaria Phriſiam agmine inuadit, ſed parum profecit in locis paluſtribus, in quib. nihil erat loci copijs equeſtribus, quæ res facit homines, regionum talium indigenas, inſolentiores. Occubuit apud eos pro fide Chriſti D. Bonifacius epiſc. Moguntinenſis & Germaniæ apoſtolus. Contigit quoque ante Bonifacium, ut Carolus Martellus dux Brabantiæ collecto magno exercitu Phriſiam ingrederetur & ducem eius Rapotum cogeret ad ſuſceptionem Baptiſmi. Miſſus eſt autem Wolfrantus epiſcopus Senonenſis uir pius & religioſus, qui ducem ſuo ſuaſu & adhortatione moueret, ut Chriſtianam aſſumeret fidem. Factumq; eſt, cum baptiſimi lauacro tingeretur, altero tantum pede immerſo, quærebat, plures ne maiores ſui in inferno aut in paradiſo cohabitarent: Reſponſum accepit, plures eſſe in inferno. Tum educto pede è baptiſmate, ſatius eſt, inquit, plures ſequar quàm paucos. Ibo quo maiores mei me uocant, & relicta Chriſti fide ad priſtinã ſe conuertit ſuperſtitionẽ. Sed nõ diu lætatus hoc contemptu, nam tertia die ſubita morte correptus interijt miſerè. Wolfrantus tamen per prouinciam diſcurrens & ſemen uerbi Dei ſpargens, ſine ullo obſtaculo gentem illam conuertit ad Chriſtum. Anno Chriſti 1230. orta eſt tempeſtas maxima uentorum, procella fulgurũ, coruſcatio & fragor tonitrui, quæ paſſim multas ædes uel incendit uel ſubruit. Inſuper tanta maris inundatio eſt ſuborta, quanta nõ eſt audita à diebus antiquis, quæ inuoluit omnem terram maritimam Phriſiæ & Hadeleriæ, & omnẽ terram limoſam atque paluſtrẽ Albis & Viſurgi. Subuerſa tunc perierunt hominum multa millia & iumenta ſine numero. Quanti diuites, quanti potẽtes ueſpere ſedebant & delicijs affluebant, omni timore malorum ſublato? Sed ueniens repentina calamitas, inuoluit eos in medijs fluctibus. Erat autem 16. dies Februarij, quando hęc tempeſtas omnes aggeres manufactos diſrupit & maris intemperiẽ in mediam terram effudit.

Phriſij uolunt eſſe liberi.

Phriſij ſubiecti Bremenſi eccleſiæ.

Rapotus princeps irridet baptiſmum.



Inundatio maris.

Brandenburgenſis marchionatus.



REgio tranſalbiana olim fuit inhabitata à Wandalis, inter quos numerantur Brandenburgẽſes, Meckelburgenſes, Pomerani, Pruteni, Bohemi & Poloni, qui omnes difficulter ad Chriſti fidem ſuſcipiendam moueri poterant, imò acerrimi illius fuerunt perſecutores. Pugnauit contra eos Carolus magnus & poſt eum omnes Cæſares, quouſq; tandem fuerunt expugnati & Chriſto lucrefacti: quod potiſſimum factũ ſcribit Krantzius ab Henrico Aucupe, qui domita Vngarorum inſolentia, urbem Wandalorum primariam Brandenburgum per brumam expugnauit, caſtris in glacie firmatis. Nec enim poterat alio tempore propter paluſtria loca & crebras undas expugnari. Expugnatę urbi prę-ſidem impoſuit cum colonia Saxonum. Arcem quoq; Miſnæ firmauit aduerſus inſultus gentis, & præfecit uiros induſtrios, qui ad imperata ſegnes compellerent & in fide cõtinerent: quod initium fuit Marchionum, nunc principum electorum. Inoleuerat tum primum marchionum nomen antè inauditum, & in ſolo Wandalico Brandenburgi mirum in modum profecit, ut inter maximos Germanię principatus numeratus, dignitatem iam diu tenuerit electuræ ad imperium. Otto quoq; magnus cœptum patris exequens opus, imperij limitem transferens ad Danos in Sleſwig, quam fecit Saxonum coloniam, & uſq; ad Wandalos in Brandenburg, ambobus in locis conſtituens marchionem, qui rebus in limitibus imperij præeſſet, ſonat enim marca Germanicè ditionis limitem & extremitatem, ſed apud Danos res euanuit, mutata marca in ducatum eaq; regno Daniæ incorporata, apud Wandalos autem marca permanſit uſq; in hodiernum diem. Vſa fuit hæc regio ante fidei ſuſceptionem lingua Wandalica ſiue Sclauonica ſed poſt expugnationẽ & fidei ſuſceptionem introducta fuit lingua Saxonum, qua & hodie omnes incolæ utuntur.

Expugnatur Brandeburgũ.

Duo marchiones.

De ciuitatibus marchionatus Brandenburgenſis.

BRandenburgum ciuitas unde tota regio denominationẽ habet, fuit conſtructa & denominata, ut quidam ſcribunt, à Brandone principe Francorũ, qui circa annum Chriſti 140. hanc regionẽ ſibi ſubegit. Franckfordia uero iuxta Oderam fluuium ſita, anno Chriſti 146. dicitur extructa & denominationẽ accepiſſe à Francis populis, qui tunc iuxta Rheni oſtia conſediſſe memorant. In hac Franckfordia Ioachimus marchio Brandenburgenſis ac princeps elector anno Chriſti 1506. gymnaſium uniuerſale fundauit. Eſt quoq; in ea emporiũ, aliud ſcilicet à Frãckfordia iuxta Mœnũ ſita. Sed de hac paulo pòſt latius diſſeremus. Scindit hodie Brandenburgenſis regio in duas marcas, ueterem & nouam. Veterẽ perlabitur Albis fluuius, & nouã interſecat Odera ſeu Viadrus fluuius, Albi haud multo inferior. Spreda quoq; fluuius eandem prouinciam irrigat, in cuius ripa Berlinum iacet, ſedes principũ Brandenburgenſiũ. Eſt & alius amnis Hortellum nominatus, qui Brandenburgũ in duas partes diuidit, ueterem ac nouam efficiens. Ibi epiſcopalis ſedes eſt & marchionũ tribunal. Ad eiuſdem fluminis ripam Auelburgum quoq; ſitum eſt, pontificalis ciuitas. quem epiſcopatũ Otto primus Wandalorũ malleus erexit, Magdeburgenſiq; metropoli ſubiecit.

Brandenburgum ciuitas.

Franckfordia.

Deſcriptio ciuitatis Francfordienſis ſitæ ad Odeam fluuium.

ESt huius urbis iucundiſſimus ſitus, ab ortu interlabit Viadrus fluuius, hodie Odera dictus, piſciũ copia abundans: ab occaſu uero, meridie & borea ſunt uineta innumera, collectaq; uina per Viadrum in Pomeraniã, Daniam, Boruſſiam, & uicinas partes diſtrahuntur. Diceres hic Bachum, Cererem, Naiades & Dryadas habitare. Deſunt tantum metalla & aromata, alioqui multarum rerum eſt cornucopiæ. Habet ſatis fœni & lignorum. Tradunt annales eorum, ciuitatem primum fundatam & extructam anno Chriſti 1253. per Gedinum à Hertzberg, commiſſione Ioannis primi, marchionis Brandenburgenſis, atq; ordinatã pro mercibus deponendis, quæ terra & fluuio illuc deferunt.


Fertilitas agri Franckfordiani.

Anno

CIVITAS FRANCK

fordienſis ſita ad Oderam fluuium, celebris gymnaſio optimorum ſtudiorum & emporio mercatorum, cuius picturam & ſuccinctam deſcriptionē miſit huc Baſileam prudentiſſ. eius Senatus, informatus per doctos & toto orbe celebres uiros, illius Academiæ profeſſores.


Francfordiæ ad Oderam imago, quam misi[t] eidem ciuit



Quarundam insignium ædium & basarum h[y]

D Iuristarum collegium. E Ecclesia sancti Nicolai. G Artistarū collegium: I[s] Ec[c]lesia S. Georgij. K Via uersus Stettinum. M Cœnobium Cauthusianum. N Via uersus Behe[m] nominibus

iusdem ciuitatis prudentiss. senatus.



icarum huius oppidi expositio

uersus Bohemiam. O Ecclesia sanctæ Gertrudis. Reliqua insigniora loca, suis nominibus in tabula exprimuntur.

Franckfordiæ ad Oderam imago, quam misit eiusdem ciuitatis prudentiss. senatus.



Quarundam insignium ædium & basilicarum huius oppidi expositio

D Iuristarum collegium. E Ecclesia sancti Nicolai. G Artistarū collegium: [illegible] uersus Bohemiam. O Ecclesia sanctæ Gertrudis. Reliqua insigniora loca, suis nominibus in tabula exprimuntur.

Anno Christi 1344. Rudolfus dux Saxoniæ, episcopus Madgdeburgen. Barnaim dux Stettinen. & dux ab Anhalt rebellantes Ludouico Ludouici Imperatoris Bauari filio, cui pacem tradiderat marchionatū, obsederunt Franckfordiā. At ciues oppidi, præstito homagio Ludouico, facile deturbarūt à mœnibus suis hostes. Anno Christi 1432. Hussitæ oppugnantes Franckfordiam, non sine suo damno compulsi fuerunt soluere obsidionem. Anno 1437. Ioannes dux à Sagen concremauit pontem & strues lignorum ante Franckfordiam inuentas, abduxitq; cuncta pecora. At ciues armati & principum suorum auxilio freti, hostem persecuti, è regione Grossen strauerūt eum. Gymnasiū fuit in hac ciuitate instituitum, ut diximus, anno 1506. à Ioachimo marchione primo, & multis atq; magnis exornatum stipendijs, habuitq; in hunc usque diem multos insignes & egregios uiros. præsertim Iodocum Willichium medicinæ doctorē, sub quo schola nō parum doctis uiris creuit. Iura uero bona fide Hieronymus Schürpff Sangallus LL. doctor profitetur. Floruerunt antea in ea ciuitate nō contemnendi poëtæ Sbrulius, Trebelius, Vigilantius, & hodie Sabinus, aliiq; complures. Sunt quoq; omnium artium egregij professores, & in tribus linguis. Mathesis ex Ptolemæo & sua lingua docetur. Eodem modo Hippocrates penè ad finem usq; prælectus, translatus & quibusdam cōmentarijs est illustratus. Plericq; ciues de sua negocia tione, præsertim piscium, uini & annonæ, quorum maxima ibi est copia, solliciti sunt. Ciuitatis situm, structuram & ędium magnificentiam exhibet pictura ad uiuum expressa, è tam longinqua regione ad meam sollicitationem huc Basileam missa.

Hussitæ Franckfordiam oppugnat.

De successione marchionum Brandenburgensium.

BRandenburgensis principatus magis quàm ullus in Imperio principatus mutauit dominos suos. Nam deficiente anno Christi 1319. genere marchionum, Ludouicus Imp. Bauarus, tradidit principatū filio suo Ludouico. Deinde anno 1173. Bauari uēdiderunt eundem marchionatū, Carolo Imperatori, qui rex quoq; fuit Bohemiæ, pro ducentis millibus aureorū. Numerauit autem Carolus centum millia aureorū in prompta pecunia, & pro reliqua summa pecuniæ dedit de regno Bohemię ista opoida, Lauffen, Herlsprugk, Richenfeld, Sultzpach, Rosenberg & Hirsaw, adiecta tamen hac conditione, ut quum extans pecunia tum ma redderetur, oppida ista sine contradictione ad coronam Bohemiæ reuerterentur. Sed nunquam fuit numerata pecunia, atq; ob id oppida illa manserunt in domo Bauariæ usque in hunc diem. Alij aliter hic loquuntur, nempe quòd nulla prompta pecunia à Carolo fuerit numerata, sed memorata oppida fuerint impignorata ducibus Bauariæ pro centum millibus aureorū. Fuit autem Ioannes filius Caroli Imperatoris inuestitus de marchionatu Brandenburgensi. Ab isto Ioanne peruenit marchionatus ad marchiones Moraui̯ę, Iodocum & Procopiū. Iodocus bello fraterno fatigatus, quum ęris indigus uideretur, Wilhelmo Misnensi marchioni eundē hypothecauit, accipiēs ab illo quadraginta millia sexagenas Bohemicorū: unde oppida & urbes atq; arcium prę fecti homagium præstiterunt Wilhelmo. Tandem in concilio Constantiensi anno 1417. Sigismundus rex Friderico Burggrauio Nurnbergensi marchionatum Brandenburgensem pro se ac successoribus suis dono dedit, quem & de eodē inuestiuit hoc ordine. Mane habitis per ciuitatem tubarum præludijs, conuenerunt omnes principes ad habitationem Burggrauij, conduxeruntq; Fridericum burggrauium ad forum usque. Erant in foro tabulata, in quæ cōscendit Cęsar coronā in capite gestans, & assistentibus electoribus imperij ascendit burggrauius ducens secū duos milites, uexilla marchiæ ac burggrauiatus tenentes in manibus: & prouolutus burggrauius genibus Imperatoris, petebat se marchionem creari atque de marchia inuestiri. Mox lectæ sunt literæ iuxta quarum tenorem iuraret, præstitoq; sic iuramento, creatus est in Marchionem Brandenburgensem.

Burggrauij fiunt marggrauij.

Genealogia marchionum Brandenburgensium.

TEmpore Friderici primi factus est marchio Brandenburgensis Albertus comes à Balensted & Anhold: Cui successerunt Otto, Adelbertus, filij eius & nepotes usque Waldemarum marchionem, sub quibus marchionatus magna suscepit incrementa. Deficiente uero linea Waldemari, Ludouicus Imperator contulit anno Christi

no Christi 1300. marchionatum filio suo Ludouico. Cui successit frater eius Ludouicus Romulus & post Romulum dux Otto uendidit marchionatum Carolo quarto Imperatori. Is postea resignauit regionem marchionibus Morauiæ, Iodoco & Procopio. Qui rursum impignorauerunt eam Wilhelmo marchioni Misnensi. Postea Sigismundus Imperator tradidit marchionatũ burggrauio Nurnbergensi, nempe Friderico descendenti ex comitibus de Zollern, qui impetrauerunt burggrauiatum Nurnbergensem, ut supra quoq; sub titulo Nurnbergensis ciuitatis indicauimus. Ab hoc itaq; Friderico deducitur genealogia marchionum Brandenburgensium ad tempora nostra in hunc modum.

Burggrauij Nurnbergenses fiunt marchiones.

Fridericus burggrauius & deinde marchio Brandenburgen.
- Iohannes a
- Albertus qui duas habuit uxores
- Fridericus
- Fridericus burggrauius
- Albertus
- Ioannes marchio & elector.
- Elisabeth marchionissa Badensis
- Casimirus. b
- Albertus
- Wilhelmus archiepiscopus Rigensis
- Georgius nupsit in Vngaria
- Iohannes nupsit in Hispania
- Fridericus Canonicus
- Albertus dux Prussiæ
- Albertus episcopus Moguntinus d
- Ioachimus elector
- Ioachimus elector

a Albertus iste habuit duas uxores, ex una nempe Anna principissa Saxoniæ, sustulit Fridericum, qui possedit regionẽ circum Nurnbergam. Ex altera uero, Margareta scilicet Badensi, sustulit filium Iohannẽ, qui ei in electuræ dignitate successit. b Fridericus iste habuit uxorem Sophiam filiam regis Poloniæ quæ ei multos genuit liberos, nempe Casimirum, qui uxorem duxit Susannã filiam Alberti ducis Bauariæ anno 1518. quam post mortem Casimiri duxit Ottohenricus princeps Palatinus. Georgius uero frater Casimiri agens in Vngaria apud regem Vladislaũ, duxit ibi uxorem comitis Modrusiensis relictã. Qua mortua, Georgius consentiente rege successit illi in ditione. Iohannes comitatus est regem Carolum in Hispaniam, ubi Ferdinandi regis Aragonum relictam obtinuit uxorem Fridericus factus est canonicus. Wilhelmus fuit in Prussia apud fratrem, magistrum ordinis Teutonici. Filiam Elisabeth duxit uxorem Ernestus marchio Badensis, Sophiam uero accepit Fridericus dux Legnitzi, & Annam Bugslaus dux Pomeraniæ.

Ducatus Magnopolensis uulgo Meckelburg.



DVcatus Meckelburgensis fuit olim una ditio cum comitatu Swerinensi, Rostockensi & Stargardensi: estq; hodie regio abundans frumento, ligno, piscatione, uenatione, & iumẽtis. Est bene culta ciuitatibus, oppidis, arcibus & uillis, habetq; hoc tempore moderatores principes Henricum & Albertum fratres. Primi habitatores huius regionis apud autores appellãtur Heruli, Obotritę & generali uocabulo Wandali. Sunt qui putant eos ex Scandia olim una cum Gothis, Longobardis & Rugis ob inundationes in hanc uenisse terram. Habuerunt temporum successu uarios & multos Deos, nempe Teutanem, quem quidam Mercuriũ fuisse putant, obtulerunt; ei humanas carnes. Coluerunt etiam Radagastum, Siuam, quam Venerem arbitrantur fuisse, Parenitonẽ, Suantonitonẽ, Rugieuitonem. Fuit populus liber & strenuus, Romanis nunquã subiectus, bellis assuetus, & qui inter Gothos præcipua pars fuit, qui Romam, Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Europam & Asiam suis bellis uexarunt. Et quamuis Carolus magnus plurimis annis impugnauerit Saxones, no luit tamen irritare Herulos.

Heruli Obotritæ.

Antyrius

Antyrius Herulorum rex.

ANtyrius iuxta Mæotides paludes in Scythia ab Amazonica muliere educatus, & apud Alexandrum magnum in grauibus bellis exercitatus, ueniſſe dicitur ex Scythia cum agmine bellicoſorũ hominum, qui & illum regem fecerant, ut rediret in auitas terras unde maiores ſui aliquando in Scythiam cõceſſerant. Veniſſe autem referuntur claſſe, affixiſſéq; præcipuæ naui caput bouinum, unde & in hunc uſque diem ducatus Magnopolenſis pro inſignibus habet caput bouinũ, cornibus aliquando albis, poſtea uero à Carolo quarto aureis decoratum, impoſita deſuper corona aurea in memoriam antiquæ regiæ ſtirpis. Aciem uero nauis ornauit gryphone aureo in cæruleo ſpacio, quo Wandalici principes in hunc uſq; diem pro ſigno utuntur. Is itaque Antyrius cum ſuis ueniens ad Viadrum fluuium, quem hodie Oderam uocant, potenter regionem illam ſibi & ſuis ſubiecit, ciuitates & arces extruxit & poſteris Wandaliæ principibus reliquit. Sic quidam de Wandalis & eorum origine ſcribunt. Krantzius uero ex profeſſo de Wandalis ſcribens, aliunde deducit originem eorum.

Magnopolis uulgo Meckelburgum.



Epiſcopatus in Magnopoli

Wineta urbs.

SVunt qui Magnopolim uocem ex latino & græco compoſitã græce ſcribunt Megapolim, id eſt, magnã urbem ex qua ſcilicet principes illius regionis nomẽ & titulum etiam poſt dirutam urbem illam retinuerunt. Inhabitaſſe dicuntur urbem illam magnam Antyrius & longe pòſt Billungus potentiſſimus Herulorum rex, ubi & uirginum cœnobium inſtitutum fuit, & poſtea ab Henrico Leone, Saxoniæ duce, illud in epiſcopatum mutatum, & ubi tres epiſcopi ab infidelibus occiſi ſepulti iacent. Idem Billungus dicitur quoq; conſtruxiſſe in oſtio Oderæ fluuij nobiliſſimam ciuitatem Winetam, quæ præſtabat celeberrimã ſtationẽ barbaris & Græcis in circuitu, de cuius præconio urbis magna & uix credibilia recitant. Nam fuit maxima omnium quas Europa claudit ciuitatũ, quam incolebant Græci permixti gentibus. Aduenæ quoq; Saxones parem cohabitandi licentiam acceperunt, ſi tantum Chriſtianitatis titulum ibi cõmorantes non publicarent. Hanc ciuitatem diſſidentibus inter ſe ciuibus, quidam Danorum rex claſſe ſtipatus, funditus euertiſſe memoratur. Rheta alia ciuitas metropolitana, alij uocant eam Rhetram, putantq; olim fuiſſe ſitam in eo loco ubi nunc eſt Brandenburgũ, ubi aliquando fuit templum Radagaſti, habuitq; ſeptem robuſtas portas, munita ſeptem paludibus & riuis. Krantzius putat eam olim locatam in ea terra, quæ nunc Stargardia dicitur ad lacum magnum, quum nomen Stargard Wandalicum ſonet magnam & antiquã ciuitatem, cui propriũ fuerit nomen Rethræ. Anno Chriſti 340. aut circa illa tempora fuit in Wandalia Viſimarus princeps, homo bellicoſus, quem Gebericus Gothorũ rex expulit & Conſtantius Cæſar parte Vngarici regni donauit. Abiſto ciuitas Wiſmarienſis nomen & originem accepiſſe creditur. Huius filius Miſislaus genuit Radagaſtum, qui ſub Arcadio Imperatore cum Alarico rege Gothorum in Auſtria, Croatia, Dalmatia & Italia grauiſſima geſſit bella, atque tandem anno 412. Romam expugnauit, ſed paulo pòſt inſidijs interceptus & à Romanis trucidatus. Quanta bella filij & poſteri eius geſſerint, nempe Corſico, Fridebaldus, Gundericus, Genſericus, qui Carthaginem in Africa expugnauit, omnes ferè cõmemorant hiſtorici. Aritbertus ex iam dicto regio ſemine prognatus & in aula Caroli magni aliquandiu uerſatus, impetrauit Imperatricis ſororem uxorem, ex qua ſuſtulit Billungum, hominẽ clementem & potentem, cui paruerunt Sarmatæ & Wandali à Viſtula fluuio uſque ad Weſeram, & ab Odera uſque ad Holſatiam. Hic regiam ſuam habuit in Meckelburgo. Duo uero filij eius Mizil aus & Miſteuus patris pietate

Rheta ciuitas.

Wiſmaria.

Aritbertus tempore Caroli magni.


tris pietate degenerantes, cœperunt Christianos persequi. Misteuus tamen pœnitẽtia ductus & Christianis adhærens, persecutionem à suis passus, sponte in exilium concessit, & Bardeuici pœnitẽtiam agens, reliquit tres filios, quos sustulerat ex Margareta filia Henrici Rom. regis, aut ut alij sentiunt, ex ducissa Thuringiæ & Saxoniæ. Nomina filiorũ sunt Vdo, & Anadrach & Gneus. De Vdone legimus, quod ob infidelitatem & tyrannidem suam à Saxone quodã anno Christi 1095. fuerit trucidatus. At filius eius Gotscalcus, quẽ tamen Saxo Grammaticus Apribignei filium asserit, fuit uir catholicus & pius, Winetæ in regem coronatus, & tãdem unà cum alijs Christifidelibus iuxta Albim propter fidem catholicam interfectus. Suo enim tempore Wandali temporum oportunitate freti, hũc religiosum principem sui generis, dum conuersioni & saluti gentis cum episcopo Iohanne instaret, insita conspiratione in ciuitate Leontio crudeliter trucidarunt. Passus est autem septimo Idus Iunij cum presbytero Ippone, qui super altare ferẽ immolatus cum alijs multis tam clericis quam laicis, qui diuersis pro Christo supplicijs sunt interempti. Iohannes episcopus senex cum cæteris Christianis in Magnopoli captus, seruabatur ad triumphũ. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cæsus, deinde per singulas Wandalorum ciuitates tractus ad ludibrium, cum à Christi confessione flecti nõ posset, truncatis manibus & pedibus corpus eius in plateam est proiectum, caput uero defectum, barbari conto infigẽtes in titulum uictoriæ deo suo Radagasto immolauerunt. Crudelem ergo Wandali persecutionem exercentes in Christianos, occiderunt episcopos Bremensem, Hamburgensem & Megapolensem. Vnde motus Ordulphus dux Saxoniæ, duodecim annis armis nõ potuit compescere eorum insaniam. Filia regis Danorum relicta Godscalci, apud Magnopolim ludibrio habita est. Nam rebus omnibus expoliata, uestibus etiã detractis nuda est dimissa cum aliquantis Christianis mulieribus. Hanc enim Gotscalcus regi Canuto militans in Dania meruit uxorem, ex qua filium Henricum suscepit. Ex priore uero matrimonio natus est filius Bute. Exarsit post Gotscalci necem grauissimum bellum, cum filij immeritam patris mortem iustis doloribus uindicare contenderent. At Wandali excurrentes, demoliti sunt arcem Hamburgensem, & euerterunt urbem Sleswicensem. Timentes enim hi qui Gotscalcum interfecerant, concitauerunt tumultum in populo, exclusisq; filijs Gotscalci erexerunt Critonis principatum. Henricus profugit ad Danos unde maternam duxerat stirpem, & Bute ad Saxones, quærẽs auxiliũ ab eorum principibus. At Wandali tanta animi obstinatione libertatem defendere annisi sunt, ut mori mallent quam recipere Christianismum aut tributa pendere Saxonibus. Hæc enim cohærere arbitrabantur, ut alterum sine altero non esset. Ibi fuit causa & radix odiorum. Tantum enim ingrauata sunt tributa, ut exinde pertinax Christianismi odium nasceretur. Dux Bute à quo Lubecum primum Buta fuit appellatum, plurimum muniuit oppidum ipsum, pulsusq; est unà cum fratre Henrico tota ditione sua à Critone Rugiensi, tandemq; ab eodem ante Plonã Holsatiæ arcem interfectus, relinquens filium Idam. Crito interim assidue luctabatur aduersus Saxones & multis laboribus se defendit, ne rediret ad iuga Christianismi & tributorum. Henricus uero Gotscalci filius uidens se armis nõ posse oppugnare hostem, dolo & insidijs aggressus est ipsum. Quod idem Crito facere tẽtabat, qui ob senium iam arma gestare nequiuit. At Sclauina uxor Critonis affectior Henrico quàm marito, præmonuit Henricum & indicauit collocatas sibi insidias, factumq; est, ut Henricus per Danum quendam securi auelleret Critoni caput in conuiuio, & acciperet Sclauinam uxorem eius, obtineret paternum principatum & omnem Wandalorum regionem quantumlibet rebellem. Gessit grauissima bella contra Rugianos, quos & in monte quodam strauit. Seruat hucusq; mons nomine suo uictoriæ memoriam, Raueberg scilicet dictus. Nam Rugiani etiam tum dicti sunt Raui, & ab illa die Rugiani facti sunt Henrico tributarij, sicut & Wagrij, Polabi, Obotriti, Kissini, Circipani, Pomerani, &c. Vt autem hæc tibi clariora fiant, libuit subiungere successionem principum Magnopolensium à tempore Caroli magni usq; ad Henricum Leonem ducem Brunsuicensem.

Gotscalcus.

Gotscalcus pro Christo moritur.

Gotscalci uxor

Lubecum dictum Buta.




Canutus dux Sleſwicenſis fit rex Obotritorum.

Henricus filius Gotſcalci princeps Obotritorum ſeneſcens, & filiorũ ſuorũ inertiam proſpiciens, Canuto conſobrino ſuo ditionem ſuam omnem cõmendauit. Nã mater Hẽrici fuit ſoror Erici patris Canuti. Acceſſit Canutus Imp. Lotharíũ, & impetrauit ab eo coronã regiam ſuper Obotritos. Alij ſcribunt quod Imp. muneribus corruptus, illũ ui & renitentibus ueris hæredibus Obotritis præfecerit. Filij adulti conabant armis paternã ditionem recuperare, præſertim Zwenteplogus, ſed omnes uel mortui uel interfecti fuerũt antequam id efficerent, ſicq; pleno iure principatus in Canutũ demigrabat regem. Morte uero abſumptis Henrici filijs, Pribislaus & Nicolotus fratres fratrueles Henrici adhelabant ad principatum. Canutus uero ducẽs exercitum in eos, capit ambos & ducit Sleſwicum.


Canutus rex occiſus.

Paulo poſt occiſus eſt Canutus rex, & ſucceſſerũt ei in adminiſtratione regionis Magnopolenſis anno 1140, duo fratres Nicolotus & Pribislaus, ſuperſtitionem gentilem per omnia renouantes, & magno in Chriſtianos odio ſæuientes. Sed dux Hẽricus Leo fræna quæ abiecerant paulatim repoſuit. Pribislao Lubeci mortuo, Nicolotus crudelitate magna uſus eſt contra Chriſtianos, donec ab Henrico Leone commeritam luit pœnam, multis perforatus ictibus. Ab eius filio Pribislao nunc proſequemur generationis lineam.



Definit

Desinit tota ista successio Pribislai in duos Iohannes, nempe Iohannē regē electū Sueciæ & Iohannē dominū Herulorū, per quos in ulteriores personas nūc sequit deductio.



Hic Wilhelmus ultimus accepta post fratrum mortem uxore, mortuus est sine hærede, peruenitq; ditio patrum eius ad Henricum & Iohannem seniorem, principes Magnopolenses & Stargardenses. A Pribislaus iste & frater eius Werslaus, quem alij uocāt Vratislaum, rebellionem mouentes contra ducem Henricum Leonem, qui bonam partē terræ Obotritorum habuit subiectam, expugnati sunt in arce Werlo, captoq; Werslao & Brunsuicum ducto, Pribislaus effugit in Pomeraniam. Excitatusq; per fratrem in uinculis detentum, copijs clam coactis duxit in Magnopolim, & urbem ob sui magnitudinem expugnat, & quicquid Teutonici nominis in ea erat obtruncat sine discrimine sexus & ætatis. Hi enim erant à parte Henrici Leonis. Sic faciebat in Ilow & alijs locis in quibus erant præsidia ducis Leonis. Audiens dux Leo res suas labefactari in Wandalia, conflato grandi exercitu, peruenit in Malachow, ubi in conspectu hostium mandauit Werslaum Pribislai fratrem suspendio necari, quod germanum (ut compertum habuit) stimulasset ad rebellionem. Pribislaus uero omnis rebellionis autor, cum uideret res suas in nihilum redigi & peteret Leonis gratiam, Henricus Leo communicato principum suorum consilio admisit in gratiam, & reddidit ei omnem hæreditatem patris sui. Et fecit Pribislaus tā duci quàm amicis eius securitatem fidelitatis, anno scilicet 1170. motusq; zelo religionis, ædificauit monasterium insigne in Dobran, predijsq; ditauit. Conciliatus est autem usq; adeo duci Henrico, ut inter alios proceres comitem illum suum faceret in terram sanctam. Reuersusq; cum salute, & Luneburgi uice quadam cum hasta militarem exercens ludum & cum equo cadens, paulo post anno scilicet Christi 1179. mortuus est & in monasterio Dobran sepultus, ubi & uxor eius filia regis Norwegiæ sepulta iacebat. Fuit autem ultimus qui usurpauerat titulū & dignitatem regiam in sua familia. Epitaphium tale est ei inscriptum: Pribislaus dei gratia Herulorum, Vagriorum, Circipœnorum, Polamborū, Obotritarum, Kissinorum, Vandalumq; rex. B Henricus. De hoc Henrico quidam aliter sentiunt. Crantzius sic scribit: Burewinus Pribislai filius, sustulit ex uxore Mathilde filia ducis Poloniæ, Henricum & Nicolaum, qui uiuo patre diuiserunt ditionem. Henrico prouenit orientalis Kissinorum ditio, Magnopolis autem Nicolao. Is Nicolaus sine prole decessit, obrutus domo corruente in Gadebusth. Henricus ex Sophia filia regis Sueciæ sustulit Iohannem, Nicolaum, Burewinum & Pribislaum, fundauitq; ecclesiam Gustrowen

Werslaus princeps suspenditur.

Epitaphium.

ſem. Filij eius diuiſerunt in hunc modum totam ditionem. Iohannes ſenior accepit Magnopolim, Burewinus Roſtockium, Nicolaus Guſtrow, Pribislaus Sterneberg, alij Richēberg. C Iohannes Pariſius multis operam dedit literis, ubi etiam geminas ſoroꝛes deſpondit magnis principibus, unam filio regis Cypri, et alteram principi Maſſilię. Et reuerſus in patriam quum præ ſe ferret grauitatem, uocatus fuit ridicule à quibuſdam patrio uocabulo Kneſe lanike. D Nicolaus ſeu Nicolotus quem puerum cognominauere, quia puer diu agebat ſub tutoribus: Acceſſit & altera cauſa quod puerſliter interſ cōiugia uariabat, ex trib. ſpōſis filia comitis de Ludow (alij Ruppin) filia Alberti marchionis & filia ducis Stetinenſis: ſolam tertiam accepit coniugem, quæ illi ac terræ ſuæ fuit multorum cauſa laborum. Sed & ibi puerſliter rem gerebat, quia cum ſe ſubiecſſet Erico Danorum regi ad protectionem, poſtea receſſit ab eo cum ſuis Roſtockenſibus.

E Henricus iſte ad expeditionem terræ ſanctæ ſe accinxit. Captus autem à militibus Soldani, per totos 26. annos in ſeruitute permanſit. Anaſtaſia autem uxor eius cū ignoraret quid marito accidiſſet cæteris redeuntibus, in magno erat mœrore. Fuerat Henricus in exercitu Ludouici regis Gallorum, cupiensq; redire Ieroſolymam, captus fuit à Cilicibus & miſſus Damaſcum, atq; hinc Cairum ad Soldanum, ubi uſq; ad tertium Soldanum in uinculis detentus fuit. Interpellatus autem eſt ab illo Soldano tum primum in eam dignitatem prouecto in hunc modum. Velles ne in honorem Chriſti tui liber eſſe? Reſpōdit ille. In manu tua domine eſt facere de ſeruo quod uoles, uerūtamē redire ad meos quis dabit? Vxor mea, liberi mei, iā me dudum inter mortuos deputauere. Nō eſt ita, inquit ille, comperi ex peregrinis tuæ gentis omnes incolumes tuo tabeſcere deſiderio. Et ut intelligas me tuorum natalium & rerū eſſe cōſcium: Meminiſti quum ſub parēte tuo in Liuonia militares, magiſtrum quendam machinarū, magnā parēti tuo in hoſtes operam nauaſſe, & magnam ſæpe in hoſtes ſtragē feciſſe. Ego ſum ille qui poſtea inter Tartaros magnam aſſequutus prouectionem, nunc ut uides maiorem in hac gente teneo, liberum te eſſe conſtituo dans etiam uiaticum ob uetus commilitium. Ille gratias agens proficiſcitur, & ab urbe Ptolemaida nauigans, iterum in mari capitur & uelut fugitiuus reducitur. Soldanus reductum iterum dimittit in Cyprum, quo in loco amicam fertur reperiſſe nuptam regi, cuius iam ſupra in C meminimus, quæ refocillatum mittit ad ſororem in Maſſilia, ibiq; per dies moratus mittitur in patriam. Reperit autem Henricum filium in oppugnatione cuiuſdam arcis: at ille ad primam uocem non credidit redire patrem, bis antè deluſus cum matre ab adulterinis, qui ſe diuerſis temporibus fingerent Henricum, ambo digno exitu perempti, alter aquis, alius igne conſumpti. Redeunte autē uero principe anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo, noua ibi gaudia, inaudita tripudia filiorum de patre & iam nepotum de auo, totius populi de principe. Pendebat à collo coniunx chariſſima, non paſſa diuelli, affuere nurus gratulabundæ, nam qui perīſſe putabat inuētus eſt, & qui ab omnibus iā inter mortuos deputatus eſt, cū uiuētib. uiuere cernit. Superuiuēs uero modico tēpore, mortuus eſt & ſepultus in Dobrā monaſterio.



Soldanus fuit inter Chriſtianos.



F Hēricus Henrici Ieroſolymitani filius uir ſtrennuus & bellicoſus, recuperauit per uxorē ſuam filiam marchionis Brādenburgēn dominium Stargardiæ. Ipſe perſecutus eſt Albertum ducem Auſtriæ & Adolfum comitem, Saxonū hoſtem uſq; in Bohemiam: & cum ſui commilitones hoſtium conſpectū fugerent, ille ceu leo intrepidus ſtabat, unde &

Leonis

Leonis adeptus est nomen. Ipse quoq; Wismariam & Rostockium eripuit è manibus Erici regis Danorum, & pugnauit feliciter contra principes Pomeraniæ, cõtra episcopũ Magdenburgensem, contra Ottonem ducem Brunsuicensem & Visilaum Rugianum atq; ducem Swerinensem, quorum dominium Henricus Leo dux Saxoniæ erexit in comitatum pro Guncelino duce exercitus sui. Tribuit multa monasterio Dobran, ubi & tandem sepultus fuit anno 1329. Habuit successiue tres uxores, primam nomine Beatricem filiam Alberti marchionis Brandenburgensis, ex qua unicam sustulit filiam, secundam Annã germanam Rudolfi ducis superioris Saxoniæ, ex qua sustulit Henricum, Albertum & Iohannem, tertiam relictam Wislai principis Rugianorũ. G Iohannes Leonis filius, primus est dux electus Stargardiæ, & unà cum fratre Alberto in numerum principũ Romani imperij à Carolo quarto allectus, tandemq; Strelitij in principatu Stargardiensi sepultus. Filius eius Iohannes genuit filiũ nomine Iohannem, cui Iodocus marchio Morauiensis cõmisit administrationem merchionatus Brandenburgensis. Captus autem fuit à comitib. Ruppinensibus, unde familia Quintzowensis descendit, sicut & filius eius Tangermũdę nouem annis detentus fuit. Rudolfus fuit epũs Scarẽsis & Swerinensis. Vlricus huius ducis Iohãnis filius genuit Henricũ, Henricus Vlricũ, qui Vlricus profectus est cum Magno propinquo suo in terrã sanctã, & reuersus ueneno fuit infectus & mortuus sine hærede anno 1471. sicq; tota ditio peruenit ad Henricũ ducẽ Meckelburgeñ. H Albertus Iohãnis frater, uir prudens & grauis, in legatione regis Sueciæ & Norwegiæ sororij sui missus ad Ludouicũ Imperatorem, captus fuit & spoliatus prope Erdfordiam in Thuringia à comite quodam. Sed Cancellario eius id Imperatori querula uoce indicante, procuratione Imperatoris liber dimissus, legationem suam pro uoluntate legantis apud Imperatorem exequutus est. Idem cepit anno Christi 1371. duces Pomeraniæ Bugslaum & Vratislaũ, & deuicit Magnum ducem Brunsuicensem, deuastauit Ratzenburgum, diripuit Wittenburgum Gothorum, compescuit ducem Brandenburgensem, & multa sibi uendicauit de ducatu Swerinensi, cuius etiam titulum sibi usurpauit, quem & in hunc usq; diem retinẽt duces Meckelburgenses. I Albertus Alberti Magnopolensis ducis filius & nepos ex sorore Magni regis Sueciæ, eligitur in regem Sueciæ, etiamsi rex Magnus habuerit filiũ Aquinum nomine, qui duxit uxorem Margaretam filiam Waldemari regis Danorum, sustulitq; ex ea filium Ololaum nomine (alij scribunt Alanum). Mortuo autem Aquino, relicta eius Margareta regnandi auida, potenter Albertum ex Suecia exclusit. Cum enim Albertus feliciter regnaret in Suecia & implicaretur bello cum Margareta Daniæ & Norwegię regina, orta simultate erexit munitionem loco oportuno, unde posset Danorũ in sua tran situm arcere. Regina autẽ nulli cedens uiro, prudentia & animi magnitudine multos exu

Dux Romani imperij.

Dux spoliatur



perans, non passa ullum ab rege præiudicium, aduersus nouam regis arcẽ in suo solo erexit aliam unde cõmeatus possent intercipi, in nouam regis arcẽ conuehendi. His de rebus primum præfectorum iurgia, deinde etiam excursiones fiunt inuicẽ, quæ adeo creuerunt in immẽsum, ut ipsi inter se principes, hinc rex, inde regina, totis regnorum uiribus cõcurrerent. Eduxere acies, capitur rex cum filio anno 1388. & in arctissima custodia recluditur, septem annis in carcere manens, nec poterant ullæ cõ

Reginæ uirilis animus.

ditiones reperiri,quæ,niſi dimiſſo regno,fœmineum animum poſſent permollire. Laxatus tandem,dimiſſionem regni pactus, cuius maiorem iam partem regina occupauit,ut una fœmina tribus imperitaret regnis. Rediit in Magnopolim ſuã cum filio Erico ad ſpẽ regni enutrito. Scribunt etiam quidam,pro liberatione eius numerandam fuiſſe magnam ſummam pecuniæ,ad quam ſupplendam,mulieres Herulæ de ſuis iocalibus & ornamentis non parum conſtulerunt,per id ſingulare ius hæreditatis capiendæ obtinentes. Nã pietate earum cõmonitus rex,legem de ſucceſſione fœminarum,quę iniqua pridem illis erat maribus exæquauit. Obiit tandem Albertus iſte ſine hærede ſepultusq; eſt Wittenburgi, oppido Gothorum,quod eſt pars comitatus Suerinenſis, anno 1394. K Nicolotus filius Burwini,uerus hæres dominij Herulorum & Wandalorum,fuit princeps eloquẽs,prudens & pius in religione,qui ædificium eccleſiæ Guſtrawenſis à patre inchoatum conſummauit. Ipſe quoq; ditionem Herulenſem gubernauit Chriſtiana modeſtia & munificẽter fouit monaſterium Doberan,mortuus anno 1277. L Henricus Nicoloti filius, genuit duos degeneres filios,quippe qui patri inſidias tetẽderunt ob id, quod tertiam duceret uxorem. Henricus enim iunior filius conſentiente fratre,occidit patrem anno 1291. Quapropter iuſta indignatione commotus Nicolotus patruelis eorũ,priuauit eos paterna hæreditate,pepulitq; in exilium,ubi non diu iuxta comminationem diuinam uixerunt. Nam Nicolotus ægritudine animi & Henricus alias miſere perierunt. M Quomodo Iohãnes iſte & filij eius omnes,ſine hærede deceſſerint,genealogiæ ſeries ſatis id indicat. N Magnus dux Magnopolẽſis, inſigni princeps ingenio & animo, mortuis maioribus natu fratribus,rem omnẽ in ditione gubernabat,auctior titulis quàm omnes patres eius, quod Wandaliam & Stargardiam principatus non paruos paternæ ditioni coniunxiſſet. Viſitauit iſte adhuc iuuenis unà cum Vlrico propinquo ſuo terram ſanctam,uiſitauit bis Romã fuitq; ualde acceptus Imperatori Friderico & regi Maximiliano. Domi uero per totam ditionem ſuam coluit pacem & quietem,niſi quod cum Roſtockẽſibus bellũ inijt,ſed quod facile cõpoſitionem admiſit. Mortuus eſt tandem anno ſalutis 1503. relictis duobus filijs modernis principibus Henrico & Alberto. Anno Chriſti 1419. principes Magnopolẽſes et ciues Roſtockenſes miſſa legatione in urbem,impetrauerunt priuilegium generalis ſtudij in ciuitate Roſtockenſi,loco in eam rem non incongruo,quod aeris ſalubritas & uictualium omnis generis leui precio ibi magna eſt copia. Introducuntur magiſtri & doctores,potiſſimum ex Erdfordia,quæ et ipſa recens ſchola fuit,nec dum habens annos triginta ab inſtitutione ſua.

Filius occidit patrem.

Gymnaſium Roſtockenſe.

REGIO POMERANIAE.

SVO D. SEBASTIANO MVNSTERO PETRVS ARTOPOEVS POMERANVS.

Quàm cupiebam & bene ſperabam unà cum legatione illuſtriſſimorum principum noſtrorum ad comitia Auguſtana proficiſci,ut te,Reuerendiſſ. D. Sebaſtiane & Hẽricum Petri amicos clariſſimos inuiſerem,recentemq; noſtram amicitiam facerem arctiorem, tãtoq; commodius in Pomeraniæ noſtræ deſcriptione,quæ uidentur in ea obſcura, indicarem. Sed poſtquam me non poſſe impetrare uidebam,neceſſitas coegit per literas rẽ qualicunq; ratione efficere. Audio alias terras deſcriptiones ſuas iam dudum ad tuam Coſmographiam augendam & exornandam miſiſſe:id dolet quàmplurimum,me eſſe in tam pio negotio poſtremum,non tam mea quidem quàm turbulentiſſimorum temporum culpa. Reliqua tenes ex alijs literis. Bene uale: Stettini 21 Auguſti,anno 1547.

DIximus iam in deſcriptione regionis Magnopolẽſis,quod tota ora maritima ab Holſatia uſq; ad Liuoniam,una fuit Wandalica ſeu Sclauonica natio, etiamſi in Magnopoli,Brandenburgo,Rugia,Pomerania,Pruſſia,Liuonia, &c. alios & alios habuerit dominos,qui in uniuerſum cõſpirauerunt in ſubuerſionem fidei Chriſtianæ. Et quamuis ſæpe perſuaſi & inducti fuerint,aliquando etiam coacti, ad ſuſcipiendum fidem catholicam,tamen faciebant hoc ſimulato corde & ad horam,illico reuerſi ad uomitum. Henricus primus ſtuduit gentes conterminas allicere ad fidem, ac deinde Otto primus filius eius tãta uirtute illas conſtrinxit, ut tributum pendere & Chriſtianiſmum

mum ſubire pro uita & patria ſimul offerrent uictori, baptiſatusq; eſt magnus gentilium populus, præſertim in marca Brandenburgenſi & regione Meckelburgenſi. Repleta eſt quoq; omnis terra eccleſijs, ſacerdotibus & monachis, nec fuit aliquid quod nouellæ eccleſiæ aduerſaretur omni tempore triũ Ottonũ, qui omnes pari affectione in eius gentis conuerſionem ferebant. Populi uero qui ad mare habitabant ferociores ſemper erant, nõ paſſi ad ſe penetrare, qui fidẽ Chriſti diſſeminaret. Iulinenſes enim in Pomerania lege lata uetuerunt, ne aduenarũ quiſq; nouę religionis mentionẽ ullã faceret: quo factũ eſt, ut illi omnium nouiſſimi ad Chriſti fidem peruenirẽt, quanq; & mediterranei ſemel acceptã religionem non ſatis conſtãter ſeruarent. Introrſus aũt ad orientẽ Ottone 3. regnante Bolislaus Polonorũ dux, qui imperio ſe cõiunxerat, recognoſcens in eo ſuperioritatẽ, omnẽ Wãdaliam uſq; ad Oderã ſuis ſubijciens tributis, ad iuga Chriſti cogebat. Cœperat ergo ab illa parte Oriẽtis euangeliũ rutilare. Apud Winulos primus rex Bilug (ab alijs Bilung dictus) Chriſtianus innotuit, mortuus anno 980. relinquens filios, qui Chriſtum quidẽ palã confitebant, ſed clã perſequebant, ſuperſeminante pulchris diuinæ religionis incremẽtis inimico homine zizania. Dominabatur memoratus illuſtris princeps Bilug tẽporibus Ottonis primi latiſſime in maritima Wãdalia à Wisla ſeu Viſtula fluuio uſq; ad uicina Cimbrorũ ſeu Iutiæ, floruerũtq; tũc in eius ditione Wineta caput religionis in gẽte, Rethra, Iulinũ, Stargard, Wolgaſtũ, Demyn, Cuſtin, Melchow, Kuſſin. Morienteuero Bilug, ditio eius diſtributa eſt in filios. Cũq; illorũ tẽpore Bernhardus dux eſſet Saxoniæ, excitaretq; multam nobilitatẽ contra Henricũ Imp. & opprimeret crudeliter per auaricią gentẽ Winulorum, coegit eos ferè ad paganiſmũ. Idẽ agebat tũc Theodoricus marchio Brandenburgenſ. Rudes enim in Chriſti fide gentiliũ populos, quos optimi quondã principes cũ ſumma lenitate foouerant, tẽperantes rigorẽ his, quorũ inſiſtebant ſaluti, iſti tanta crudelitate inſecuti ſunt, ut excuſſo tandẽ ſeruitutis iugo, libertatẽ ſuã armis defendere cogerent, religionẽ abijcerent & omnẽ tyrannidẽ in Chriſtianos homines exercerẽt, eccleſias cõburerent, presbyteros trucidarent et omnibus ludibrijs exponerent. Sicq; omnes Wandali qui intra Albim & Oderã habitabãt per annos 70. Chriſtianitatẽ colentes, hoc modo ſe abſciderũt à corpore Chriſti & eccleſiæ, cui ante fuerãt cõiuncti. Nec id dux Saxoniæ magnopere curabat, tributis & cenſib. cõtentus: & ſi obniteretur, nõ ſuppetebãt uires aduerſus tantã nationem. Henricus Leo dux Saxoniæ in poſteris annis aliquid effecit. Principes Wandalorũ tẽpore tumultuationis fuerũt Miſtiwoi & filij eius Anatrog, Gneus & Vdo peſſimus homo, qui cõfoſſus ob ſuã crudelitatẽ reliquit filiũ Godſcalcũ qui patris crudelitatẽ & tyrannidẽ ſuperauit, ſed tandẽ tactus dolore cordis, à nepharijs cœptis cohibuit manus. Genealogiam eius habes ſupra in deſcriptione Magnopoleñ regionis. Gotſcalcus itaq; cõpunctus & aliquandiu apud regẽ Daniæ uerſatus, tandẽ reuerſus in patriã quantũ prius in euertẽda, tãtum tũc in reducẽda Chriſti religione impiger laborauit, nec quieuit donec omnẽ qui per illũ defeciſſe uidebat populũ cũ mul is alijs ad diuinę religionis iura reduceret. Sane tanto diuinæ religionis amplificandæ ſtudio exarſit, ut exhortationis uerba frequenter ad populum in eccleſia ipſe faceret. Ipſe ferè tertiã partẽ reduxit eorum, qui ſub auo eius Miſtiwoi relapſi erant in paganiſmũ. Sed quia perſecutionẽ patiunt qui in Chriſto piè uiuere uolũt, religioſus princeps dũ cõuerſioni & ſaluti gentis inſtat, inita cõſpiratione propter fidem deo & principibus ſeruatã, trucidat à congentilib. ſuis, quos ad ſalutẽ inuitauerat, relicto filio Henrico, qui patris inmeritã necẽ iuſtis doloribus uindicare conatus eſt. Interfecto aũt Gotſcalco, omnes Wandali facta generali conſpiratione ad paganiſmũ denuo ſunt relapſi, occiſis omnib. qui perſtitiſſent in fide. Accidit perturbatio iſta generalis anno Chriſti 1066. anno regni Henrici 4. octauo. Porro Wãdali interfecto Gotſcalco, timẽtes ſibi ne filij eius ſæuirent in eos, elegerũt ſuper ſe principem Critonẽ, qui capitale odiũ in nomen Chriſtianũ præ ſe ferebat, obtinuitq; dominiũ in uniuerſa terra Obotritorũ. Luctabat ille aſſidue aduerſus ducẽ Saxoniæ Magnũ, & multis laboribus ſe defendit, ne rediret ad iuga Chriſtianiſmi & tributorũ, facileq; fuiſſet religionẽ reparare, ſi in animũ inducere potuiſſent principes temperare impoſitis oneribus. Sed dum illi inhiant tributis, Wandali uno pariter odio, & religionem & ſeruitutem refugiebant. Adiuuit illorum hominum pertinaciam temporis malicia, quod Romanos Imperatores Henricus quartus & filius eius Hriẽcus quintus infenſi Saxonibus illos perſequerent, & implicati eccleſiaſticis turbatio

Iulinenſium pertinacia.

Bilug Wandaliæ princeps.

Wandaliæ urbes.

Chriſtianorũ auaricia.

Gotſcalcus.


Gotſcalcus pro religione occiditur.

Tributum magis quam religio quæritur.

Tabula Pomeraniæ ſecundum omnes principat insignic

Wandorum | Caſſubiorum | Stetini | Pomeraniæ | Vſe





nibus ſummorum pōtificum laborarent anathemate. Poloni tamen principes Bolislaus & qui ſequebantur eũ, fategerunt cõterminos Wandalos in ditione Pomeraniæ ad [illegible]ga Chriſti cogere. Vnde factum eſt, ut ad orientem prius quam in occiduo Wandali ad Chriſtũ peruenirent. Critone eñi in principatu conſeneſcente, Gotſcalci filius Hēricus inualuit, adiutusq; Sclauina uxore Critonis inſidijs circũuenit Critonẽ & potione temulentũ occidi

s & insigniores ciuitates, oppida & arces eius.


m Gutzkouij Wolgasti Rugiæ Barthiæ



occidi curauit, duxitq; eius uxorem, & obtinuit paternũ principatũ. Quo audientes uniuersi Wandalorũ populi q; fuerexisset inter eos princeps, qui diceret fu beundas Christi leges, patrẽ habens q in eã causam perijsset, indignati cõuenerunt ut pugnarẽt aduersus eũ, at Henricus subsidio Magni ducis Saxoniæ superior factus, coegit eos sub triburũ. De religione uero nullũ fecit uerbum, sciens obstinatos eorũ animos & inextricabile odium in

Tabula Pomeraniæ ſecundum omnes principatus & inſigniores ciuitates, oppida & arces eius.

Wandorum Caſſubiorum Stetini Pomeraniæ Vſedom Gutzkouij Wolgaſti Rugiæ Barthiæ



nibus ſummorum põtificum laborarent anathemate. Poloni tamen principes Bolislaus & qui ſequebantur eũ, fategerunt cõterminos Wandalos in ditione Pomeraniæ adiu ga Chriſti cogere. Vnde factum eſt, ut ad orientem prius quam in occiduo Wandali ad Chri/ſtũ peruenirent. Critone eñi in principatu conſeneſcente, Gotſcalci filius Hẽricus inua/ſit, adiutusq; Sclauina uxore Critonis inſidijs circũuenit Critonẽ & potione temulentũ occidi curauit, duxitq; eius uxorem, & obtinuit p̃ aternũ principatũ. Quo ꝫ audientes uni uerſi Wandalorũ populi q; ſui rexiſſet inter eos princeps, qui diceret ſi beundas Chriſti le ges, patrẽ habens q; in eã cauſam periſſet, indignati cõuenerunt ut pugnarẽt aduerſus eũ, at Henricus ſubſidio Magni ducis Saxoniæ ſuperior factus, coegit eos ſub tributũ. De re ligione uero nullũ fecit uerbum, ſciens obſtinatos eorũ animos & inextricabile odium in

religionẽ. Vicit deinde Rugianos & in pugna grauiſſima illos tributarios fecit, ſubijciẽs hoc modo ſibi Wagrios, Polabos, Obotritos, Kiſſinos, Circipanos, Pomeranos & cunctos Wandalos uſq; in Poloniam. Imperans autem Henricus ſuper omnes hos, uocatusq; rex in omni Wandalorum prouincia, noluit ille per modeſtiã ſibi regium arrogare honorem. Mortuus eſt aũt Henricus ſubacta Rugia anno Chriſti 1122. Kanuto rege Daniæ adminiſtrationẽ Wandaliæ ſubeunte pro filijs eiuſdẽ Henrici. Per eadẽ ferè tempora cũ Henricus dictus omnem prouinciã citra Panum flu. teneret, Wartislaus princeps erat in orientali Wandalia, qui inſtante ſancto uiro Ottone Bambergeñ epiſcopo, ſponte ſibi prædicatis officiũ in Wandalos aſciſcente, fidẽ Chriſti cũ proceribus & urbibus accepit, perurgẽte hinc à mari Nicolao Danorũ rege, inde à terra Bolislao Poloniæ duce, perduraũitq; ſuſceptum ſemel euangeliũ Chriſti in ea prouincia, quũ in Henrici ditione diu pòſt uarijs caſibus fluctuaret uſq; ad tempora Henrici Leonis Saxoniæ ducis. Ab hoc ergo loco ducemus initium cõmemorandi principatus in Pomerania, quã nobis Chriſtianiſmus aperuit. Fuerunt ueteres eius limites, Viſtula, Warta, Prerous flumina & mare Balthicũ. Flumina inſigniora ab occaſu in orientem ſunt, Reconicius, Prerous, Trebelus, Panus, Verius, Randous, Odera ſeu Viadrus, Planus, Inaus, Mallius, Molcius, Rega, Porſantus, Raddius, Raddoſcus, Noſtius, Grabous, Vipera, Stolpius, Lupanus & Lebius. Veteres quoq; Viſtula, Braus, Bdaus, Pilous, Kuddous & Warta.

De fertilitate terræ Pomeranorum.

RIpa maris Pomerani natura eſt uallo ſolidiſſimo munita, ut nulla eius inundatio terræ nocere queat ut in Phriſia & Holandia, ubi perpetuis aggeribus impetus eius eſt cohercendus. Terminum ergo habet hæc terra à deo poſitum, quem mare prætergredi non ualet. Vocatur autem hoc mare Balthicum, quod in modum balthei longo tractu per Scythias regiones tendatur uſq; in Græciam, ut Helmoldus Wãdalicarum rerum ſcriptor ſentit. Sed hoc eſſe nequit, cum mare illud non in Græciam porrigatur. Nam ex Ruſſia per longas ambages in Sueciam itinere pedeſtri peruenirí poteſt, & ex Liuonia in Lithuaniam & rurſus in Poloniam ubi nullum mare eſt. Vbi eſt ergo baltheus in Græciam? Balticum itaq; mare dicitur à Baltia peninſula, quæ tria cõtinet aquilonis regna, Daniam, Sueciam & Norwegiam. Teſtis eſt Plinius, qui ſuos introducit autores. De fertilitate Pomeraniæ ſcribit doctiſſ. Petrus Artopœus natus Pomeranus in hũc modum. Pomerania ad mare Balticum ſita, à primis cultoribus patria lingua, hoc eſt, Wãdalica, Pamorzi appellata, ab indigenis inhabitata & proprijs dominis gubernata, alienis autem nunquam ſubiecta, eſt ubiq; fertilis, aquis irrigua, ſtagnis abũdans, nauibus peruia, diues agris, paſcuis, pomis, lignis, riuis, montibus, uenatione, pecore, piſcibus, frumento, butyro, melle, cera & alijs his ſimilibus rebus. Eſt quoq; optime culta ciuitatibus, oppidis, arcibus & uicis, nec ullus in ea eſt locus uacuus & incultus, niſi quem aut lacus aut mõtes occupant. Cibum miniſtrat multis alijs terris per circuitum ſitis. Vſa eſt ante ſuſceptum Chriſtianiſmum lingua Wãdalica, moribuſq; ſuis uixit, quoad uſq; incorporata fuit Rom. Imperio: tũc unà cum religione ſimul didicit ab Imperatorib. Saxonũ, Saxonicã linguam, quam & in hunc uſq; retinet diem. Colligunt incolæ in mari ſuccinum, ſed non tantum quantũ Pruteni in ſuis littoribus legunt. De quo infra in Pruſſia non nihil dicemus.

Fertilitas Pomeraniæ.

Succinum in Pomerania.

De inſignibus Pomeraniæ ciuitatibus.

INſigniores ciuitates, quas habet Pomerania, iacẽt in littore maris, præter paucas quaſdam mediterraneas, ut ſunt Stetinũ, Newgardia, Stargardia, &c. In littore maris iacẽt, Colberg, Caminum, Coslinum, Gripſwaldum, Sundtum, &c.

Stetinum.

FVit olim Stetinum uicus piſcarius oblongus cis Viadrũ flu. qui hodie eſt Odera. Poſt ſuſceptum uero Chriſtianiſmum & deſtructam Winetam, trãslato illuc emporio, cœpit amplificari & extẽdi, eſtq; iam metropolis totius Pomeraniæ, & habet amœniſſimum ſitũ, qui ab imo decurrentis Oderę in aduerſum cliuũ erigit, uallis ac mœnibus roboratur.

Gripſwaldum

Gripſwaldum.

GRipſwaldum oppidum ducatus Wolgaſtenſis, quem alij dixere Bardenſem, ciuilibus malis diu laborans, nonnihil eſt extenuatum, ubi circa annum Chriſti 1456. floruit uir quidam integer, literis inſtructus, eius oppidi proconſul, ueteri familia ortus, legum doctor, qui cum multa ei oppido commoda cõparaſſet, priuilegia/tum ibi publicumq; gymnaſium inſtitui procurauit. *Gymnaſium*

Iulinum nunc Wollinum.



IVlinum oppidũ olim nulli clariſſimarum urbium ſecundum, multas etiam præclaras opibus & ſtructuris exuperans, nobile Wãdalorum emporiũ, tantis opibus mercatorũ negocijs frequens, ut uix aliud par illi tũ Europa uideret, Conſtantinopoli excepta, quæ tum florebat. Ibi Ruſſi, Dani, Sorabi, Saxones & Wãdali ſuos uicos & plateas incolebant. Incolæ eius quũ in flore eſſent lege lata uetuerũt, ne aduenarum quiſquã nouæ religionis mẽtionem ullam faceret, quo factũ eſt, ut omnium illi nouiſſimi ad Chriſti fidem peruenirent. A regibus Danorum olim urbs iſta multa paſſa eſt, potiſſimum autem regi Zwenoni ad tempora Ottonum regnanti, ſæpe ſe oppoſuit, bello ſuſtinens totius regni molem, ter etiam regem prælio cepit. Waldemarus quoq; rex Danię circa annum Chriſti 1170. claſſe per Zuenum fluuium ingreſſus terram, Iulinum oppidum non ſatis à priſtinis cladibus reſpirans captum direptumq; incẽdit: ex quo die nunquam rediit ad priſtinum florem, quod iam à Saxonibus nouæ ciuitates in eo littore firmarentur, præſertim Lubecum. Vrbs itaq; iſta olim tam præclara & potens, nũc ad fatum ſuum peruenit. Ea eſt rerum uiciſſitudo. Vocatur hodie Wollinum. Circa annũ domini 1151. principes Pomeraniæ erexerunt ibi epiſcopatum, ſed qui poſtea circa annũ Chriſti 1181. fuit trãslatus Caminũ. Situs huius Iulinẽſis urbis fuit haud procul à lacu magno Pomeraniæ, quem tres amues Panus, Zwinus & Diuinow collecti ante exitum in mare, conficiunt, etiamſi per Diuinow putent intelligendum exitum Oderæ ex lacu, ſicut & Suenus alius eſt exitus, per quem uia patet ad mediterranea Pomeraniæ loca. *Emporium celebre.* *Epiſcopatus Iulinenſis.*

Stralſund.

STralſund oppidum ſplendidum in littore maris ſitum, iam Pomeraniæ duci parens, olim ſuum habens principem, quem ducẽ dixere Bardenſem, populoſa eſt urbs & multis mercatoribus frequens.

Wineta.

FVit Wineta quõdam urbs illuſtris & omnibus Europeis urbibus incõparabilis, putaturq; fuiſſe aut Archon aut Iulinum, quas Danorum reges, quum olim potentiores eſſent quàm hodie, exinanierunt. Certum etiam eſt quod Wandaliæ urbes aliã apud Danos, aliam apud Wandalos habuerunt nuncupationem. Quam enim Wandali dixere Stargard, Saxones Aldenborg, Dani Branneſiam uocauerunt. Ita fieri potuit, ut quam Danicus ſcriptor appellauit uel Archon in Rugia uel Iulinũ in continente, Wandali dixerint ſua lingua Winetam. Hæc Krantzius. Habes in tabula mihi ex Pomerania miſſa proprium Winetæ locum inter Suenum fluuium & Rugiam inſulam. *Stargard Aldenborg.*

Rugia

De Germania
Rugia insula.



RVgia insula septem milliaria habet in longitudine & totidem in latitudine, estq; terra fertilissima & promptum horreum Sundensibus, ut Sicilia Romanis. Nullos glires nutrit nec patitur. Lupos quoq; nullos habet. Ante Christianismum hic erat captura halecum, quam deus transtulit. Habitatores eius sine fine intentabant piraticas infestationes, qua propter sæpe fuit oppugnata à regibus Daniæ. Fuit nouissima inter Wandalos prouincia quæ ad fidem Christi, semper cõtumax, post omnes peruenit. Vrbs eius prima Arcona, cuius hodie nulla sunt

Arcona urbs prima.

uestigia. Erat urbs ipsa in arduo sita promontorio, ab oriente & meridie cincta mari, tanto præcipitio mœnibus in alta surgentibus, ut arcus iactus ab imo uix æquauerit: ab occidua parte ingens atq; altum uallum communiuit urbem. Intus in urbe grata planicies phanum habebat religione uana simulachri celebratissimũ. Ingens simulachrum humani corporis formam granditate supergressum, dextra tenebat cornu meri plenum, & sinistra arcum. Semel quotannis post lectas fruges mactatis ante ostium templi uictimis solenne gẽtis epulum erat. Edem sacerdos uersabat, spiritu oris compresso, quem quoties renouare


Ceremoniæ in xtã idolum obseruatæ.

opus erat ad ostiũ decurrit, ne humano halitu numinis præsentia offenderetur. Primo mane excubante ad fores populo, sacerdos ingressus cornu quod priore anno impleuerat cõtemplatur, & siquidem ea plenitudinis mensura responderit, uberem pronũciat futuram messem: si qua parte minutam, diligentius iubet asseruari fruges caristia imminente. Tum uetus merum delibans ad pedes simulachri profundit, repletumq; haurit atq; in eandẽ formam mero plenum dextræ numinis restituit. Placentum quoq; ea magnitudine adhibito

Belbuck Zern: buck.

mulso effingunt in formam rotundam, ut post eam homo latere possit. Zwantewitum est simulachri nomen. Vulgo autem duos deos coluerunt, nẽpe Belbuck & Zernebuck, quasi album & nigrum deum, bonum & malum genium, deum & satanam, quasi boni & mali authores, iuxta Manichęorum errorem. Anno 1168. Waldemarus rex Daniæ ualidam expeditionem mouit in Rugianos & obsedit Arconam gentis caput, defatigatq; obsessos & ad deditionem cogit: phanum militares ingenti strepitu deiciunt in terram atq; cõcremant, populum docent & ad baptismum suscipiendum parant.

Genealogia principum Rugiæ, qui possederunt cum Rugia Barthiam. Comprehenditur autem Barthia fluuijs Pani seu Pano & Ribbenitzia.



Iaromarus primus, rex Danorum factus, Sundum, Eldenamq; fundauit; Rugiam uero diœcesi Roschildensi subiecit anno 1200. Cæterum mortuis Iaromaro quarto & fratribus eius sine hęrede, principatus Rugiæ hæreditario iure deuolutus est ad Pomeranos duces, ad Wartislaũ 4. ipsorum nepotem ex sorore.

Sequitur

Sequitur Genealogia principum Pomeraniæ ex certis literis & monumentis conscripta. Extenditur autem hodie ditio Pomeraniæ à Vistula fluuio usq; ad Panum fluuium.

Barnimus fuit anno 935. in primis tornea mentis Henrici primi

Wartislaus primus 938.

Suantiborus 1107.

a Ratiborus 1151 — Wartislaus secundus 1186. / Suantipolcus

Suãtipolcus obijt in carcere 1120.

Wartislaus prim⁹ Christianus

Bugislaus 1150.

Bugislaus primus — Wartislaus secundus / Bugislaus secũdus / Casimirus secundus

Casimirus 1. obijt in terra sancta — Suantiborus 1244.

b Barnimus primus 1274.

a Ratiborus & frater eius Wartislaus 1. fundauerunt sedem episcopalem in Iulino ciuitate. Wartislaus uero secundus transtulit eandem sedem in Caminũ. Hic Wartislaus fuit primus Christianus in Pomerania princeps, quem Otto episcopus Bambergensis Christo regenerauit. Duos filios eius Bugislaum & Casimirum Fridericus primus duces creauit anno 1181. traditis aquilis. Sequitur successio principum post Barnimum primum.

c Otto prim⁹

g Barnim⁹ magnus — Bugislaus 7. / Suãtiborus 2. 1403. / Casimirus cõfossus

Casimirus quintus, uxor Luneburgeñ — Ioachim⁹ prim⁹ obijt peste 1451. — Otto 3 & ultim⁹ obijt 1464

Otto secundus, uxor Megapolensis

b Barnimus primus

Bugislaus 4 Barnimus secundus 1295.

d Wartislaus 4.

Wartislaus 5. ualde senex 1390.

Bugislaus sextus 1393.

Barnimus 4. Camini sepultus 1365.

Wartislaus 6. uxor eius Anna Magn.

Barnimus 6. uxor eius Vero nica Nurnbergñ.

Wartislaus 8. cuius uxor Agnes Saxo.

Barnim⁹ 8 sine hærede 1451.

Suãtebor⁹ sine hærede

Barnimus quintus f

Casimirus quartus

e Bugislaus quintus

Bugislaus 8. administrator propter bella

Bugislaus 9. uxor eius Maria Mosouiensis

Wartislaus septimus uxor eius Anna Megapolensis

h Ericus primus, cuius hæres factus Ericus secundus

Sophia, cuius maritus Iohan. Palatinus


b Barnimus primus ex monasterio fecit collegiatam ecclesiam diuæ Virgini sacram Stetini, anno 1261. Bella gessit cũ Iohanne & Ottone marchionibus. Cõfecta pace Vkermarchiã pro dote dedit Iohanni marchioni cũ filia. c Otto 1. cum duobus fratribus eius fundauit Iulini anno 1288. monasteriũ uirginũ. Cessit Ottoni in diuisione ducatus Stetinensis, acta anno 1275. Bugislaus 4. frater eius uindicauit Stargardiam à marchionibus, & muro cinxit. Cæterum Ottonis primi posteritas tenuit ducatum Stetinensem usque ad annũ Christi 1464. desitq; linea eius in principe qui etiã Otto uocabatur, qui peste peremptus sine prole decessit, creditũq; est feudũ ad Imp. Fridericũ 3. rediisse. Quo prætextu marchio Brandenburgeñ Fridericus, princeps elector ab Imp. de illo ducatu inuestitus, in ditionem suam capere contendit. Restitere illi duces Pomeraniæ & Wolgastensis fratres, legitimã à sanguine successionẽ præferẽtes. Res ad arma peruenit. Obsessæ arces & oppugnatæ;

paucæ quædam uenere in poteſtatem marchionis. Vrbem Stetinenſem prouinciæ caput oppugnare inſtitit, ſed nihil effecit, quũ oppugnati propenſiores eſſent in ſuæ gentis principes quam ſubeſſe exteris. Cum itaq; marchio ſibi terram ſubijcere nequiret, uolebat Pomeraniæ principes cogere ut feudum ab ipſo ſuſciperent, at illis renuẽtibus, res in diſcordia manſit. Nominauit Imp. Wartislaum 10. qui Ottoni ultimo ſucceſſit, ducem tantum à Wolgaſto & Barthia. Confecta uero tandem pace, tranſactum eſt, ut marchiones propter expectationem uſurparent tantum titulos Pomeranicos. Actum anno 1470. d Wartislaus quartus habuit uxorem Eliſabet mulierem Sleſiticam, ſepultusq; eſt Camini anno 1326. Ipſe adeptus eſt principatum Rugiæ eodem anno. e Bugislai quinti filiam duxit uxorem Carolus quartus Bohemus, quæ mater fuit Sigiſmũdi regis Bohemiæ & Vngariæ atq; Rom. Imp. f Caſimirus quartus habuit uxorem Salomæam ex Maſouia. Iſte princeps ſcripſit ſe à Stetin, Dobrin, Braborch, ducem Wandalorum, Caſſubiorũ & Pomeranorum, atq; Rugiæ principem, accepta Pomerella à Caſimiro rege Poloniæ.

g Barnimus magnus filius Ottonis primi habuit uxorem Brũſuicenſem, dictusq; eſt magnus propter auctam Pomeraniam. Habuit Angermundiam, Broſſou, Stolp, Zichou & Gramptzow, idq; Carolus 4. confirmauit. Comitẽ Guſcouiæ contriuit anno 1351.

h Ericus primus uocatus in regnum Daniæ per Margaretam uiduam, annos 14. natus, profectus eſt Ieroſolymam anno 1423. Tria regna Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ occupauit, & pacifice rexit circiter 30. annos. Tandem perfidia Danorum moleſtatus, in patriam Pomeraniam rediit, appulit Rugewaldiam anno 1434. Sepultus Bocow anno 1459. Ab hoc deuolutus eſt ducatus Pomeraniæ ad Ericum 2. & Wartislaũ 10. principes à Wolgaſt & Rugia: item ad Ottonem 3. ducem Stetinenſem, ultimum illius lineæ.


Continuatio Genealogiæ principum Pomeraniæ poſt Barinmum 6.
cuius filij ſunt, Wartislaus 9. & Barnimus.



i Wartislaus 9. obijt anno 1402. habuitq; uxorẽ Sophiã Saxonicã. Princeps iſte fundauit academiã Gripſwaldenſem per Henricũ Rubenouiũ conſulẽ anno 1456. De quo et ſupra. k Ericus 2. habuit uxorẽ Sophiã filiam Bugislai Pomerani, eoq; & fratre eius Wartislao mortuis, Bugislao 10. adhuc adoleſcente & Rugenwaldiæ in ſcholauerſante, marchio poſtulauit à Stetinenſibus deditionẽ, quaſi iã nullo hærede ſuperſtite. Stetinẽſes aũt recuſabant & produxerunt Bugislaum 10. Iſte Bugislaus obtinuit ab Alexandro ſexto Rom. põtifice, ut nominatio epiſcoporũ Pomeraniæ eſſet penes principes Pomeraniæ. Habuit aũt duas uxores, Margaretã marchicã & Annam Caſimiri regis Poloniæ filiam. Hic ſolus circiter 30. annos præfuit ducatibus. m Georgius habuit duas uxores, Ameliam

Ameliam filiã Philippi Palatini Rheni quæ obiit anno 1525. & Margaretam ex Marchia. Vxor Philippi moderni principis soror est Iohannis Friderici electoris, filia Iohannis electoris principis Saxoniæ. Transactio diuisionis Pomeraniæ facta est anno 1540. Barnimo Stetinum cum inferiori Pomerania, Philippo autem Wolgastũ cũ superiori Pomerania & Rugia sorte cessit. Pedagogium Stetini idem principes fundauerunt anno 1544.

Genealogia principum Cassubiæ & Wandaliæ, qui ultra citraq; Vistulam totam Pomerellam possederunt.



a Zubislaus primus fundauit monasterium Oliuæ, habuitq; uxorem Mariam Polonicam, mortuus anno 1187. b Mesteuinus secundus donauit ducatum suum Barnimo secundo, acta Camini anno 1273. duodec. Octob. Postea discors, Primislaum ducem Poloniæ elegit, qui Barnimo defuncto Dantiscũ, Pomerellæ ducatum susceptit.

De episcopatu Pomeraniæ.

OTto natione Sueuus, natus anno 1059. patre Bartholdo comite ab Andex, anno ætatis suæ 33. fit episcopus & præficitur ecclesiæ Bambergensi. Anno sui episcopatus 13, petente Bolislao duce Polonorum sibi amico, profectus est in Pomeraniam, eamq; primus ad fidẽ Christi conuertit, et tres fratres principes Ratiborũ, Bugislaum & Suantepolcũ simul baptizauit. Wartislaũ autem in Saxonia baptisatũ reuersum in patriam post obitũ patris & relapsum ad gentilissimum restitutũ confirmauit, parochias instituit, Adelbertum episcopum ecclesijs præfecit. Deinde post 13. annos, qui fuit annus domini 1128. profectus est secundo in Pomeraniam, ut suos recidiuos Pomeranos restitueret, postea reuersus Bambergam mortuus est septuagesimo ætatis suæ anno, sepultus Bambergæ anno domini 1139. Adelbertus primus episcopus Iulinensis obiit anno 1165. Conradus secundus episcopus, qui Camini, quo episcopatus fuit translatus, obiit anno 1185. quem successiue secuti sunt Sifridus, Sigwinus, Conradus, Cõradus comes Gutzkouwensis, Wilhelmus doctor theologiæ, Hermannus comes à Gleichen, mortuus anno 1287. Petrus ord. Predicatorum, Iaromarus princeps Rugiæ, obiit 1299. Henricus, Conradus, Wilhelmus ord. prædicatorum, Fridericus princeps Saxoniæ, Iohannes dux Saxonię, obiit 1373. Philippus à Rehberg Iohannes Willichius, Hanneus, Iohãnes dux Apuliæ, Nicolaus Buck, Bugislaus dux Pomeraniæ postulatus, Magnus dux Saxoniæ inferioris, Sifridus Hemingus Stolpensis obiit 1446. Ludouicus comes ab Eberstein postulatus, Marinus Bohemus, Benedictus Bohemus, Martinus Colbergẽsis mortuus anno 1522. Erasmus ab Arenhusen, Iohannes Bugenhagius theologiæ doctor, electus ad episcopatum, recusauit. Bartholomæus Suauenius Stolpensis, qui iam præest episcopatui, estq; tricesimus in numero.

Primus episcopus Iulinensis.

Nomina quorundam præstantium & doctorum uirorum, quos habuit & passim adhuc habet Pomerania.

Hẽningus Rubenouius primus fundator & rector academiæ Gripswaldi. Iodocus à Dewitz, Erasm⁹ Holtzhoder⁹, Balthasar Sylui⁹, Iohãnes Hauemesterus, Georgi⁹ Normãn⁹ Rugianus,

Rugianus, uir insigni eruditione præditus, & qui hodie est à cõsilijs sereniſſimi regis Sue-
corum. Benedictus Kismannus, Thomas Kanzouius, Iohannes Vsedomus, Matthæus
Normannus, Iohannes Zastrouius, Othmarus Piperus, Bartholomæus Hildebrandus, Io
hannes Barneconius, Georgius Dramborgius, Martinus Carith Colbergenſis, Bernhar
dus Eggebrechus, Caſparus Gunterſpergius, Iohannes Otto Stetinenſis, Iohannes Sua
uenius, Michael Schonẽbeke, Nicolaus Bruno Rugenwaldenſis, Iohannes Bugenhagius
Iulinẽſis theologus, Iacobus Puthkamerus, Bartholomæus Suauenius epiſcopus, Petrus
Suauenius, Petrus Artopœus Coſslinenſis, theologus & trium linguarum peritiſſimus,
& qui eruditionem ſuam editis multis libris iam dudũ declarauit. Omitto breuitatis cau-
ſa multos alios doctos uiros, quorum catalogum apud me habeo.

PRVTENIA SEV PRVSſia quam alii uocant Boruſsiam.



PRuſſia latine Boruſſia, olim uocata Hulmigeria, ſicut adhuc quædam portio regio
nis iuxta Viſtulam appellatur Culmigeria, putatur primum per omnem prouinciã
inhabitata à populis, qui olim ſederant iuxta Tanaim fluuium, Europam diſter-
minãtem ab Aſia, ſed qui partæſi ſterilis illius terræ & egreſſi quæſitum fertiliorem
terram, uenerunt in Hulmigeriam, ibiq; cõſederunt, illecti bonitate illius ſoli, nomine ſuo
totam illam per circuitum cognominantes regionem. Eſt regio frumenti ferax, aquis irri
gua, & hodie colonis plena, habens multa ambitioſa oppida, ſed & multi maris ſinuoſi re
flexus reddunt eam amœnam. Eſt in ea pecorum ingens uis, multa uenatio atq; diues piſca
tio. Coloni ante fidei acceptum lumen, erant multis naturalibus bonis præditi, humaniſ-
ſimi erga neceſſitatem patientes, qui etiam obuiam ierunt his, qui in mari periclitabantur,
uel qui à piratis infeſtabantur, ut eis ſubuenirent. Aurum & argentum pro minimo duce-
bant, pellibus abundabant peregrinis, quas & pro laneis offerebant indumentis. Ha-
bet autem Pruſſia ab oriente Lithuaniam, à meridie Poloniam, ab aquilone Liuoniam &
ab occidua parte Pomeraniam. Habet hodie magnum rerum commercium cum habitan
tibus uetereꝫ Wandalici tractus regionem. Maritima eius hodie in urbibus & arcibus to
ta Teutonica eſt, niſi quod in rure interiori, pauci priſcæ linguæ homines manent. Habet

autem

autem maritimas urbes,Montem regium,opus regis Bohemiæ, ubi principis nunc ſedes eſt,Elbingen,& omnium nunc locupletiſſimam Gdanum,(Dantiſcum uulgo uocant) urbem inſignem,magnum emporium mercatorum. Intus ad mediterranea in ripa Viſtulæ fluminis inſignis eſt urbs,Turrea(uulgo Thorn)olim florens,nunc ut ferũt,magnis decrementis defluens,quod omnis negociatio ad mare poſitam Gdanum urbem cõfluxit. Fuit autem barbara hæc gens & idolorum cultrix uſq; ad Fridericum Imperatorem eius nominis ſecundum. *Mons regius.*


Quomodo ſub Friderico ſecundo Pruſsia adhuc infidelis fuerit oppugnata.



QVum ſub Friderico ſecundo aut aliquot annis ante eius imperium Chriſtiani Ptolemaidem Syriæ ciuitatem amiſiſſent,fratres Teutonici inde fugati in Germaniã redierẽ,uiri nobiles & rei militaris periti. Et ne per ocium marcerent,Imperatorem Fridericum accedẽtes, Pruſſiam Germaniæ conterminam, Chriſti cultum ſpernere dixerunt,ſæpe illius gentis homines in Saxones cæteroſq; uicinos excurrere, ingentem uim pecorum atq; hominum abigere,eſſe ſibi in animo,cõpeſcere barbaram gentem:annuat tantum Imperator, prouinciãq; fratribus perpetuo iure poſſidendam tradat,ſi eam armis acquirãt. Iam enim Maſouiæ duces,qui ſe eius terræ dominos affirmabant,ius ſuum fratribus ceſſerant. Nam illi audientes fratrum egregia facta contra infideles,miſerunt ad Hermannum de Saltza ordinis ſummum magiſtrum,rogabantq; eum pro ſubſidio. Ille precibus ducũ inclinatus,recepit ſe illico ad Imperatorem & Romanum pontificem,ut illorum antea impetraret fauorem. Grata oblatio Friderico fuit, qui collaudato propoſito, quas uoluere fratres ſub aurea bulla literas conceſſit. Illi ſumptis armis,primum acceſſerunt ducem,Mazouiæ Conradum,deſignataq; fuit eis terra Culmenſis & Luboniẽſis infra fluuios Oſſam Drwanczam & Wrokam & inſuper in proprietatem data omnis terra quam in Pruſſia armis ſuis acquirerent. Magiſter uero ordinis circuiens Germaniam,plurimas collegit copias & aggreſſus Pruteniam magnis uiribus anno Chriſti 1226. cruentam obtinuit uictoriã. Deinde ſequenti anno maiori uirtute oppugnauit hoſtes Chriſti,& quoſdam quidem lucrifecit Chriſto. Sicq; breui tempore quicquid Prutenici iuris citra Viſtulam fuit,occupauere. Exinde tranato fluuio uetuſtam & late patulam quercum in caſtelli modum erectis propugnaculis iuxta ripam munierunt,ubi collocato præſidio ulteriores Prutenos impetere cœperunt. Pugnatum eſt ſæpe pro quercu,& ingentes paganorum copiæ fugatę & deletæ ſunt. Bellum plurimis annis productum eſt. Ad extremum fortuna fratrũ imperio arridens,omnem eis Pruſſiam ſubiecit. Victæ barbaræ nationes,iugum ſubiere. Ex illo tempore lingua Teutonica introducta eſt, & cultus Chriſti gentibus imperatus. Eccleſiæ quoq; põtificales erectę trans Viſtulam. Quo in loco autem munitam quercum fuiſſe diximus, nobile oppidum exædificatum eſt,quod Marieburgum uocant & arx nobilis atq; ampliſſima. Sacræ huius militiæ origo Teutonica eſt,nec quiſquã niſi Teutonicus his initiatur,atq; idem claris ortus natalibus, & cui proponitur,ut aduerſus Chriſti crucis hoſtes paratus ſit omni tempore dimicare. Albo pallio amiciuntur,nigra cruce inſuta, omneſq; alunt barbam. Anno Chriſti 1000. Adelbertus Pragenſis epiſcopus uir in diuina religione feruentiſſimus, miſſus fuit in Pruſſiam,ut infidelibus illius regionis annunciaret Chriſtum. Veniens autem ad Oſſam fluuium,traijciensq; illum & non habens unde naulum ſolueret,remo uerberatus fuit à nauta, quod patienter tulit,paratus ad maiora ſuſtinenda. Ingreſſusq; regionem,cœpit Prutenis nomen Chriſti cum religione & promiſſione immortalis regni proponere. Damnabat deos eorum, oſtendebatq;,ſolem,lunam,ignem,aquam,ſyluã,quæ omnia adorabant,nihil numinis habere, *Hermannus de Saltza.* *Propugnaculum quercus.* *Marieburgum* *Apoſtolus Prutenorum.*

ſed creaturas eſſe. Quod cum male haberet ſacerdotes eorum, quippe qui hinc magnum quæſtum faciebant, incruduerunt & inſidias poſuerũt ſancto uiro, aggreſſumq; iuxta mare non longe ab oppido Feſshauſs, perfoderunt eum ſepties, uulnerauerunt & abſciderũt caput, ſuſpendentes truncum corpus in arbore. Hoſpes uero eius collectas corporis partes in unum congregans, fecit ſepeliri. At Bolislaus dux Poloniæ quem antea uir ſanctus erudierat & conſummatum Chriſtianum fecerat, audiens mactatum à fœuiſſimis patrem optimum, miſſis muneribus ſacrum martyris corpus à perfidiſſimis mercatum, tranſtulit in ſuam ciuitatem Gneznam, fecitq; honorifice reponi in ſepulchrum. Et cum ad eam diẽ Pruſſiam quietam à principibus Chriſtianis antiquus gentilitatis error occuparet, omnes autem in circuitu gentes Chriſto ctederent, primus eam gentem à mari inuaſit rex Daniæ Waldemarus ſecundus. Iam enim Poloni, Pomerani, Rugiani Chriſto crediderunt. Iam per Liuoniam fidei Chriſtianæ iacta erant fundamenta, atq; ob id rex memoratus Prutenos eò perpulit, ut Chriſti fidem ſuſcipere pollicerentur. Sed quod metus expreſſerat uotum, non diu permanſit. Rege enim cum exercitu in Pomeraniam abeunte, Pruſſi ad priſtinas ſordes redierũt, donec per fratres Teutonicos ad plenam religionis Chriſtianæ normam perducerentur.

Magnorum magiſtrorum ordinis fratrũ Teutonicorum catalogus, & quid quiſq; egerit uel ad ſubijciendum terram & addo mandum infideles, uel ad continendum eos in officio.




SVmpſit ordo Teutonicorũ initium Ieroſolymis anno Chriſti 1190. in hoſpitali beatæ uirginis, fuitq; primus magiſter eorum Henricus à Walpot, ſub quo multa bona & opes per Germaniam & Italiam ordini fuerunt collata, translatumq; fuit hoſpitale à Ieruſalem ad Ptolemaidem ſiue Aconem, & ſuſcepit ordo incrementa maxima, id quod infra in Syria fuſius ſum ſcripturus. Mortuus eſt Henricus à Walpot anno Chriſti 1200. Secundus magiſter fuit Otto à Kerpen, præfuitq; ordini ſex annis. Tertius fuit Hermannus Bart uir pius, mortuus anno 1210. Acone ſepultus ſicut prædeceſſores eius. Quartus Hermannus de Saltza, qui 30. annis gubernaculum tenuit ordinis & primam expeditionem mouit in Prutenos, conſtituitq; magiſtrum in Pruſſia, qui uicem eius tenuit in ea regione. Anno 1239.

Gladiferi.



Gladiferi fratres qui ſe in Liuoniam receperant ut illam ad Chriſtum conuerterent, uidentes ſe rebus ſatisfacere non poſſe, ſuccreſcerentq; hoſtes intus & foris, magno Teutonicorum ordini per Pruſſiam ſe coniunxerunt, ut illorum cœptum uiribus & defenderetur & augeretur. Eo tempore fuit prædicata per Germaniã crux cõtra Prutenos, collectaq; eſt magna militum multitudo, quorum dux fuit burggrauius Meidenburgenſis, qui iuncti fratribus Teutonicis pugnã inierunt cum infidelibus, ſtrauerũtq; circiter quinque millia gentilium, qui antea horrendas excurſiones fecerant in Chriſtianorum fines, omnia gladio & igne uaſtantes, in primis autem Colmẽſem terram & Luboniam, quæ Conradi ducis Maſouienſis ditionis erant. Tanta autẽ ſtrage facta, fratres conſtruxerunt arcem Reden inter Pomezañ & Colmenſem terram. Sicq; ſenſim inſinuauerunt ſe in terrã, & plures extruxerunt arces, præſertim Crutzburg, Wyſſenburg, Reſill, Bartenſtein, Brunsberg & Heilſsberg, munieruntq; prælidijs.

Signũ ordinis.



Quintus ordinis magiſter fuit Conradus Landgrauius, frater Ludouici mariti diuæ Eliſabetæ, qui ex paterna hæreditate amplas opes ordini donauit, fecitq; diuam Eliſabetam ſepeliri Martpurgi in ſui ordinis ſacris edib. Sub huius magiſtri gubernaculo fuit Acon in Paleſtina à Saracenis expugnata. Anno 1254. rurſus magnus collectus eſt contra Prutenos exercitus à Germaniæ principibus. Venit nãq; Octacer ſeu Odoacer rex Bohemiæ, Otto marchio Brandenburgenſis, dux Auſtriæ, marchio Morauienſis, epiſcopi


Acon expugnata.

ſcopi Colonienſis & Olmuntzenſis cum maximis copijs nobilium & militum, & hyeme irruentes in Pruſſiæ terram, coegerunt populum ad fidei ſuſceptionem & fratrum obedientiam. Quo facto, regis Octocari conſilio & auxilio extructa eſt arx in monte quodam Samoitiæ, ubi & paulo poſt egregia creuit ciuitas, hodie principis Pruſſiæ ſedes, à rege ipſo Kunigſperg, id eſt, mons regalis appellata, quod factum eſt anno 1255. Ex hac munitione, fratres circumquaq; compeſcuerunt infidelium inſaniam, coegerunt q; ad officium. *Regius mons.*

Sextus magiſter uocatus fuit Boppo ab Oſterna, ſub quo conſtructa fuit ciuitas Montis regij. Occupatis autem tunc fratribus Curonenſi bello, conſpirantes Pruteni & abiecto Chriſtianiſmo, ſæuierunt in Chriſtifideles, concremauerunt eccleſias, mactauerunt ſacerdotes & exterminauerunt quotquot potuerunt fideles. Quo rumore per Germaniam diuulgato, magnus collectus eſt & miſſus exercitus in ſubſidium fratrum, qui profectus in Natangenſem terrã, multas fecit cædes, fortunaq; uariante aliquando uicerunt & aliquando ſunt uicti. Cinxerunt etiam infideles obſidione, tria hæc caſtra, Bartẽſtein, Crutzberg & Kunigſperg, & fidelibus incluſis magnam intulerunt famẽ. Rurſum anno Chriſti 1262. uenit comes Iuliacenſis cum alijs principibus & magnis copijs, aggreſſuſq; Prutenos ſtrauit tria millia. Paulo poſt Pruteni cõglobati, conati ſunt obruere arcem Kunigſperg, ſed innoteſcente conatu eorum repulſi ſunt. Quumq; prævalerent in eos fratres, dabant obſides, & nihilominus præſtitam fidem interim uiolare non uerebãtur. Vnde ſemel factum eſt, ut poſt multos datos obſides interficerent duos nobiles ordinis fratres, ſicq; irritarent *Abijciunt Pruteni chriſtianiſmum.*



primores ordinis, ut illi erectis ante arcem duobus patibulis, triginta ſuſpenderẽt obſides, id quod hoſtem tam male habebat, ut grauiſſimum ſuſcitarent bellum, uindicaturi illatam iniuriam, interficerentq; multos Chriſtianos & quadraginta fratres, magiſtrũ & marſcalcum. Fuit per idem tempus in Pomerania dux Suandepolcus Chriſtianam fidem profeſſus, ſed qui contracta ſocietate cum Prutenis per plures annos annitebatur nõ modo fratres, ſed & Chriſtianos omnes ex Pruſſia pellere, in quo bello fratres ordinis multa ſunt paſſi. Amiſerunt enim fratres ferè omnes munitiones & occiſi ſunt multi. Patrauit hic Suãdepolcus multa mala cõtra religionem. Nam etſi baptiſatus eſſet, peiora tamen infidelibus commiſit, quouſq; fratres auxilio principum ducem & Prutenos in eam neceſſitatem adegerunt, ut pacem petere compellerentur. Suantepolcus uero perueniẽs ad portas mortis, monuit filios ſuos ne quicquam moleſtiæ inferrent fratribus ordinis, afferens ſibi nihil proſpere ceſſiſſe quamdiu bellum eis intuliſſet. Sed filij aliquandiu id minime obſeruarũt, donec tandem unus eorum, Warteslaus ſcilicet, ordinis habitum accepit, & alter Samborus ſua ordini legauit, uictumq; per uitam ſuam ab eo recepit. Contigit quoq; ſub magiſtro Poppone, ut Martinus à Golin cum alio fratre ſe reciperet in ſolitudinẽ, uiſurus quid Pruteni machinarentur. Occurrentibusq; eis tribus Prutenis percuſſerunt duos & tertium reſeruauerunt, qui eos per uiam rectam duceret. At ille tradidit eos in manum hoſtium. Quod cum illi cernerẽt, interfecerunt proditorẽ. Adequitantes uero quinq; Pruteni, ceperũt eos, & ligatos tradiderũt duobus cuſtodiẽdos. At alij tres inſequebantur equos duorũ fratrum, qui in tumultu effugerant. Moramq; eis faciẽtibus, duo alij interim uolebant duos fratres ligatos obtruncare. Cumq; euaginatũ gladiũ uibrarent ſupra Martinũ, dicebat ad eos Martinus. Stulte agitis quod ueſtẽ qua induor, nõ extrahitis anteq; ſanguine polluatur. Illi ergo ſoluentes ligamina ut ueſtẽ eius extraherent, illum brachijs liberiorẽ fecerunt. Quod Martinus ſentiens, dedit *Suandepolci impietas.*



Stratagema.

lictori suo alapam ut gladius eius in terram caderet. Quo illico apprehenso, iugulauit u/ trunq;,& soluit confratrem. Et uidentes tres alios Prutenos indignabundos accurrentes, irruerunt duo fratres uiriliter in eos atq; occiderunt,& euaserunt mortis discrimen. Sep timus summus magister fuit Hãno de Sangershusen,qui obijt anno 1275. Octauus Hart mannus ab Heldringen,mortuus 1282. Nonus Burckhardus à Schwenden,factus postea Iohannita. Decimus Conradus à Feuchtwang. Sub isto fuit Acon ciuitas Palestinæ à

Templarij re/ deunt à terra sancta.

Soldano expugnata,& multi homines interfecti. Templarij qui in ea fuerant,reuersi sunt in Galliam ubi magnas opes habebant. Iohannitæ qui & ipsi hospitale habuerant in Aco ne,sedem mutarunt in Cyprum insulam,atq; hinc Rhodum adeuntes, illam sibi subdide/ runt. Domini uero Teutonici iam per Germaniam abundabant opibus & terris, possidẽ tes bonam partem Prussiæ,Liuoniæ & Curoniæ,quorum summa domus tunc erat Mart/ purgi,quousq; transferretur ad Marieburgum oppidum Prussiæ. Vndecimus magi/ ster fuit Gotfridus comes ab Hohenloe. Sub eo passi sunt fratres in Liuonia magnã stra/

Curia magistri fratrum Teu/ tonicorum.

gem,sed instaurato exercitu strauerunt prope Rigam circiter quatuor millia hostium. Duodecimus magister fuit Sifridus à Feuchtwang. Sub eo trãslata fuit prima ordinis do mus de Martpurgo ad Marieburgum,quæ ab initio fuerat in Acone, & de Acone migra uerat Venetias & à Venetijs Martpurgum. Obijt autem hic Sifridus anno 1342. Deci/ mustertius magister appellatus fuit Carolus Beffart Treuerensis. Iste ædificauit munitio/ nem contra Lithuanos ad ripam fluminis Mimmel,uocataq; est Christmimmel. Deci/ musquartus fuit Wernherus ab Orsele,quem quidam ordinis frater gladio transfodit. Decimusquintus Ludolfus dux Brunsuicensis, qui cõstruxit oppidum Ygenburg,obijt 1332. Decimussextus Theodoricus comes ab Aldenborg. Iste construxit oppidum Bar tenstein. Decimusseptimus Ludolfus cognomento rex. Decimusoctauus Henricus à Tusemer. Decimusnonus Winrichus à Knippenrodt. Suo tempore ceperunt fratres

Rex Kinstut euadit.

regem Lithuanensium nomine Kinstut,captiuumq; tenuerunt ad dimidium annũ in Ma rieburgo: sed qui auxilio cuiusdam famuli,effracto carcere noctu euasit. Timens autem il le,sibi ubiq; insidias intentari,relictis equis pedes abijt per deuia quæq;. Interdiu latitabat in abditis locis,& noctu iter suum faciebat quousq; uenit in Massouiam. Apud fratres ue ro Teutonicos omne gaudium uersum fuit in mœrorem, amisso tanto hoste. Vicesi/ mus magister fuit Conradus Zolner à Rotenstein. Vicesimusprimus,Conradus à Walẽ rod. Vicesimussecundus,Conradus à Iungingen,mortuus anno 1407. Vicesimuster tius,Vlricus à Iungingen. Hic perijt in bello anno 1410. Bellum fuit huiusmodi. Cũ Vla dislao Casimiri patre contraxerant ambæ partes ualidissimas atq; ingentes copias. Polo/ nis Lithuani & Tartari iuncti erãt,quos duxerat Vitoldus. Teutonici fratres ex tota Ger mania uires conscíuerant. Et postquã ad 20. fermè stadia utercq; consedit exercitus, spe ple nus & impatiens moræ,Prutenorum magister,caduceatorem,qui bellum regi denuncia/ ret misit,moxq; ad signum datum 40. millia equitum in ambobus castris fuisse affirmãt. Vladislaus Tartaros & Lithuanos primum inire certamen iussit, & Polonis subsidiarias acies elegit. Contra Prutenus auxilia in postremis habuit, florentem ordinis sui militiam in exercitus fronte collocauit. Cõmisso prælio,inermes quidam Tartari et Lithuani mag na strage cæsi sunt: urgebat tamen multitudo,nec terga dare Polonus metuens audebat: atrox pugna supra cadauera occisorum edebatur. Protractum est diu certamen,peracta in gens occisio,Lithuani Tartaricq; uelut pecudes mactabantur. Ac cum nouus semper ho/ stis emergeret,defessi Teutones remissius pugnabant. Quod ubi Vladislaus animaduer tit,tum primum Polonorum aciem ualidam ac ferro rigentem immittit,fit subita irruptio instauratur;q; prælium: non tulere Teutones recentis agminis impetum, impar pugna re/ centis ac fatigati militis fuit,oritur mox fuga ex parte fratrum. Magister ordinis ubi suos cedere uidet,collecta militũ manu hosti sese obiectauit,occiditur, fit fœdior fuga,nec pri us Teutonicus fugere quam Polonus persequi desistit. Perierunt ex parte fratrum multa hominum millia,nec Polonis incruenta uictoria fuit. Gestum est hoc bellum propter re/ gionum limites anno 1410. Prussia fortunam regis secuta, omnis, excepto Burgo Mariæ ad uictorem defecit. Sed interueniente Sigismundo Cæsare,pax inter fratres & Poloniam constituta est,percussumq; fœdus,pecunia Polono data,Prussia reddita fratribus,nec de/ inde usq; ad Friderici tẽpora in possessione agri sui turbata est religio. Vicesimusquar/ tus magister fuit Henricus comes à Plaen. Hic rursum à capitulo depositus, septem annis

Gdani

Gdani in uinculis detentus est. Vicesimusquintus, Michael Kuchenmeister, id est, archi magirus à Sternberg. Vicesimussextus, Paulus à Russdorff. Vicesimusseptimus, Conradus ab Ellerichshausen. Hic post multa bella, quæ inter regem Poloniæ & ordinẽ Teutonicum interceserant, fecit perpetuam cum rege pacem. Gdanenses quoq; clã querebant libertatem suam, ne ordo aliquod in eos haberet dominium, regem Poloniæ pro defensore inuocantes. Obijt autem iste Conradus anno 1450. Vicesimusoctauus fuit Ludouicus ab Ellerichshausen. Sub isto magistro grauis seditio orta est in Prussia inter primas ciuitates & fratres ordinis. Incolæ quærebant libertatem, querebanturq; se multis premi grauaminibus. Vnde clam agebant negocium suum apud regem Poloniæ Casimirum. Magister ordinis olfaciens quod futurum erat, cœpit expostulare cum rege, quod pacẽ, ad perpetua tempora firmatam, non seruaret. Fridericus quoq; Imp. iussit Prutenos ad obedientiam fratrum redire, qui eam prouinciam è manibus infidelium suis armis uendicassent, multoq; sanguine coemissent. Populariibus uero pertinatius in sententia sua perseuerantibus, uentum est ad arma. Ciuitates adhærentes regi occupauerunt multas magistri arces, ceperunt quosdam commendatores & milites, quosdam etiam interfecerunt. Quinquaginta quinq; oppida in eam rebellionem conspirauerant: sed cum non satis rem suam sine externa ope tutam putarent, Casimirum regem sibi dominum asciuere. Venit ergo rex Poloniæ cum magno exercitu in Prussiam & dedentes sese ciuitates in potestatẽ accepit, postea profectus contra Marieburgum, obsedit arcem & oppidũ. Interim uero magister cõducto milite Germano, subito imparatum regem in castris suis obruit atq; interfecit circiter tria millia Polonorum, cepit 136. nobiles, diripuit tentoria, commeatum, equos & arma, uixq; rex altero euasit equo. Hæc inciderunt in annum Christi 1454. Magister uictoria potitus, misit exercitum suum per regionem & recuperauit ademptas arces & ciuitates numero octoginta, interfectis multis hostibus. Recuperauit quoq; Kunigspergum, unam ex quatuor præcipuis ciuitatibus, quæ scilicet sunt, Thorn, Elburg, Kunigsperg & Gdanum, id est, Dantzg. Et quum bellum longius protraheretur quã magister ferre posset, essetq; integri anni stipendium ducibus belli soluendum, cõspirauerunt duces ipsi, qui in præsidio Marieburgi erant contra magistrum, tradiderũtq; regi pro magna summa pecuniæ arcem Marieburgi. Quo cognito, fugit magister ad Kunigspergum, nouumq; exortum est bellum, & ab utraq; parte magna desolatio terræ facta, quousq; tandem compositione facta, rex retinuit Pomerellam cum omnibus arcibus & oppidis, Marieburgo atq; Elburgo: magister uero retinuit. Samaitiam, Kunigspergum, &c. Facta est cõpositio ista anno 1466. Vicesimusnonus magister fuit Henricus Reuss, primum quidem uicetenẽs ac deinde magister Prussiæ. Tricesimus, Henricus à Richtenberg, mortuus anno 1477.

Magister superat regem.

Rex rursus uincit.

Tricesimus primus, Martinus Truchses, mortuus anno 1489. Tricesimus secundus, Iohannes à Tieffen, mortuus 1500. Tricesimustertius, Fridericus dux Saxoniæ & marchio Misnensis, obijt anno 1510. Hic cœpit in dubium reuocare, num coacta illa compositio inter regem Poloniæ & ordinem facta, esset obseruanda aut ne, præsertim quũ aliquot contineret articulos non satis æquos. Inuocauit propterea pontificem Rom. Imp. principes regni & electores, tãtumq; apud illos effecit, ut Posnæ in Polonia dies indiceretur, in quo causa ordinis contra regem sub incudem reuocaretur. Conuenientes autem legati utriusq; partis, audierunt querelas & excusationes, & præterea nihil expedierunt. Interim mortuus est princeps Fridericus anno decimo suæ administrationis. Tricesimus quartus magister fuit Albertus marchio Brandenburgẽsis, quem rex Poloniæ tam graui prælio afflixit, tantaq; Prussiam oppressit instantia, ut princeps terræ cogeretur inducias quatuor annorum pacisci cum eo, atq; inire tales conditiones, quæ planè ordinem penitus extinguerent. In conditionibus autem illis commemorantur ea quæ sequũtur. Cum omnis discordiæ seminariũ inter Polo-



Facies Alberti ducis Prussiæ.

niam & ordinem hinc pullulet, quod nullus in Prussia hactenus legitimus hęres & succes-
sor in principatu fuerit, sed subinde alios & alios habuerit administratores, ob quos regio
nes inuicem irritatæ, multum Christiani sanguinis effusum, terræ & homines grauiter læsi,
uiduæ & pupilli multi facti, sæpe papæ, Imperatores & principes interpellati ad conseruã-
dum perpetuam pacem quam rex Casmirus aliquando firmauit, &c. Item cum treugæ in-
ter partes factæ breui finiantur, & periculum sit recrudescere bellum & omnia deteriora
fieri nisi compositio aliqua legitima interueniat & prospiciatur pacto aliquo atq; salubri
medio tam regi & posteritati eius quàm totius Prussiæ reipublicæ cõmodo, maxime quũ
Albertus marchio non abnuerit aut recusarit se regis submittere consilio, &c.

Verba conuentionis seu concordiæ inter Magistrum Prussiæ & regem Poloniæ.

NOs Georgius marchio Brandenburgensis, &c. & nos Fridericus dux Slesiæ in Lignitz, &c. notum facimus omnibus qui uisuri, audituri & lecturi sunt huius concordiæ formulam, quod nos ob sequentes causas, ceu Christiani principes, moti, huius concordiæ & pactionis formulam inter sereniss. & potentissimum principem & dominum, dominum Sigismundum regem Poloniæ, magnum principẽ Lithuaniæ, Russiæ & Prussiæ, &c. & reuerendiss. atq; generosum principem, dominum Albertum marchionem Brandenburgensem, magistrum Prussiæ & militaris ordinis eius terras atq; ciuitates concepimus, cõscripsimus atq; maturius quo potuimus exeximus. Cum enim aduertissemus omnis discordiæ originem inter Prussiam & regnum Poloniæ hinc natam, quod in Prussia hucusq; nullus legitimus fuerit ipsius principatus hæres, &c. ut supra. Signantur deinde conditiones aliquot, quibus partes utrinq; stare debent, inter quas nona in hæc sonat uerba: Albertus marchio homagiũ præstare debet regiæ maiestati seu coronæ Poloniæ, ceu naturali & benefico domino, & deinceps se gerere in omnibus erga illum ceu beneficiarius & uasallus erga feudalem dominum suum. Et contrà rex debet dicto Alberto marchioni subscriptas terras, ciuitates, arces & oppida ceu duci Prussiæ & hæreditario uasallo concedere, nempe Kunigspergum, Lochstettum, Angerburgũ, Lanspergum, Liebstadium, Rosenburgum, &c. Prorogari quoq; debet & transferri huiusmodi feudum à fratre in fratrem & hæredes eorum, nisi memorati quatuor fratres Albertus, Georgius, Casimirus & Iohannes marchiones Brandenburgenses & eorum uterini hæredes, omnes sine legitimo & feudali successore decederẽt, tunc memoratæ Prussiæ terræ hereditario iure ad coronã Poloniæ recidere debent. Et si fœminini sexus personæ solũ remanerent, illæ ducali apparatu à regia maiestate prouideri debẽt. Legati quoq; missi cũ plena autoritate ab ordine & prouincia Prussiæ, debent pro se & suis successoribus assentire & promittere, quod post mortẽ dictorum quatuor principum & eorũ legitimorũ successorũ se, hæredes suos & successores obstringãt, ne ab hac conuentione ullo pacto discedãt, sed regiæ maiestati & coronæ Poloniæ eiusq; legitimis successoribus obediant, illis ceu naturalibus & feudalibus dominis obtemperent, & maiores suos agnoscãt. Rex autem neminem memoratis præficere debet terris, nisi qui Germanicam calleat linguam & in Prussia sua habeat prædia, &c. Actum 1525.

Epilogus totius historiæ.



Signum ducis Prussiæ: in quo rostrũ, corona, pedes, trifolia, croceiſunt coloris, cãpus & litera S albi, lingua rubea.

DOmini Teutonici annis quinquaginta pugnauerũt pro integra possessione Prutenicę regionis. Colmensem terram Conradus dux Massouiæ tradidit fratribus Teutonici ordinis hæreditario & perpetuo iure possidendã, consentientibus prouincialibus eius, uxore Agasia & tribus filijs, anno 1226. Pomerella & Michelaw postea sunt empta & numerata est pecunia. Postea dissentientibus sæpe rege Poloniæ atq; fratribus, quinq; factæ sunt concordiæ à Rom. Imp. & regibus. Vltimo rex Sigismundus sibi uendicauit Prussiam, quã ordo Teutonicus ab eo anno quo illam gladio acquisierat possederat, tradiditq; eã rex in feudum hæreditariũ Alberto marchioni Brandenburgensi, pro illo & filijs eius, habuerunt q; tunc fratres in possessione sua 54. arces & 86. ciuitates & oppida. Porro quũ Albertus

Albertus marchio inueſtiretur de ducatu Pruſſiæ, ſedebat rex Sigiſmũdus Cracouiæ in ſolio regali, & magiſter Pruſſiæ Albertus penula indutus equo uehebatur ad ſolium regis, aſcendensq; ſolium procidebat coram rege. Subleuatus uero deponebat ueſtimenta ordinis, ſuſcepitq; terram Pruſſiæ in feudum, & rex dedit magiſtro noua inſignia atq; titulum ducis Pruſſiæ. Locum uero in comitijs deſignauit ad latus regis. Et cum iſta fierent, Georgius marchio atq; duo fratres eius Caſmirus & Iohannes attrectarunt quoq; uexillũ, ut ſi Albertus dux ſine hærede decederet, ipſi in locum eius legitima ſucceſſione ſurrogarentur.

De Succino quod in Pruſsia legitur.

SVccinum à Romanis ſic uocatum eſt, quod ex ſucco concreſcat, tametſi nõ ex arborum ſucco, ut ipſi putarunt. Græci uocant electrum, quod tritu calefactum ad ſe trahat paleas aliaſq; res tenues & minutas. Sed Germani ueteres appellarunt gleſſum, id eſt, uitrum, quædam enim è ſuccinis uitri inſtar pellucent. Quorundam opinio eſt, ſuccinum eſſe glaciatam lyncis urinam, unde ipſi lyncurium appellant. Alij dicunt arborum eſſe ſuccum, ſed hi errant, quum in Pomerania & Pruſſia à mari nullæ ſtent arbores reſinis ſtillantes, ubi plurimum legitur ſuccinum. Videtur magis eſſe aut ſulfur aut bitumen iuxta Agricolæ ſententiam, quum pingue ſit atq; ardeat. Sed bitumen potius eſſe q; ſulfur, indicant fontes uarij coloris bitumen efficientes, cãdidum ſcilicet, luteũ, rufum, nigrum, &c. De loco ubi naſcitur ueteres multa ſcripſerunt. Græci in Italia gigni perhibent, potiſſimum in Liguria, aut iuxta Padum. Alij uoluerunt in Hiſpania inueniri, alij circa occidentis inſulas. Plinius ſcripſit id gigni in inſulis ſeptentrionalibus oceani, earumq; unam ab eo quod ſuccinum Germani uocarent gleſſum, Gleſſariam appellatam. Hodie uero uenti ipſum eijciunt, ut etiam olim in littora Germanorum, quæ quondam inhabitarunt Gotthones & Sueui, id eſt, in peninſulam paruam in qua hodie ſitum eſt Puceca oppidum & alterum Hela, & in littora Pomeraniæ, quæ loca ferè omnia ſunt circa oſtium Viſtulæ, ſed copioſum inuenitur in Sudauia, paucum in regione Liuonum. Sudinorum aũt qui in illa peninſulæ parte iuxta Bruſcam habitant, ſupra triginta ſunt uici, quorum incolæ iam inde à uetuſtiſſimis temporibus ſuccinum tanquam piſces reticulis capiũt. Igitur quũ

Gleſſaria inſula.



Fauonius aut Corus aut Traſcias mare uehemẽtius commouerit, omnis Sudinorum multitudo certatim ex his uicis noctu q; ẽ ac interdiu concurrit ad eam regionem littoris, ad quam iſtorum uentorum quiſq; ſolet fluctus impellere, & ferunt uſri reticula lino texta & affixa ad anteriores lõgarum perticarum partes, furcarũ inſtar ita diductas, ut ulnam pateant unam, mulieres uero apportant quæ ad uictum ſunt neceſſaria. Itaq; uẽtis iam ſedatis, ſed mare æſtibus adhuc feruente, nudi cum fluctu recedente incurrunt in mare, atque ex eius fundo ſuccinum, quod appellit ſecundus fluctus, hauriunt reticulis, ſimulq; euellũt herbam pulegij non multum diſſimilem, quæ in eodem creuit. Quàm primum autem hauſerint ſuccinum, unà cum ſecundo fluctu accedente ad littus redeunt, in quo uxor cuiuſque ipſum è reticulo effuſum ſeruat & ab herba & alijs ſecernit, quin & tempore anni frigido ueſtibus ad ignem calefactis, nudum algentis mariti fouet corpus, ne frigore nimium lædatur, & ut repente denuo in mare poſſit incurrere. Omne autem quod ceperit, quẽq; afferre ad præfectos oportet, à quibus tantum ſalis quantum attulit ſuccini eadem recipit menſura. Tale præmium pro tanta opera & tam moleſto labore eis ueteri conſuetudine inſtitutoq; maiorũ debetur daturq;. Nec uero cuiuis conceditur libertas adeundi Sudinos, ne fiat ſuccini furtum. Ex hac autem ſuccini captura quaſi ex piſcatu Germani capiunt magnos fructus. Singulis enim annis id aureorum Rhenenſium millibus plus minus decem uendunt mercatoribus, qui in uarias figuras formatum diuendunt. Candidis hodie maximum pre-


Sal datur pro ſuccino.

cium & quod odoris ſint pręſtantiſſimi & ꝙ uires maxime habeant efficaces in medendo, & quod rarius ſoleant inueniri. Cæterum in reliquis locis, in quorum littora etiam eiſcitur ſuccinum, raro reticulis haurítur, ſed aut à fluctibus deſertũ & relictum in ſiccis arenis col ligítur, aut cum mare tranquillum fuerit, grandius fuſcinis præhenſum extrahítur ex eius fundo, aut detractis arenis ex littore eximitur, ut quod olim cũ neglectum iaceret, hic fue-

Beſtiolæ in ſuccino. rit obrutum, quomodo in littoribus Dantiſco uicinis nuper fodi cœpit. In his quæ perſpicua ſunt, aliquando translucent beſtiolæ, ut muſcæ, culices, apes, formicæ, lacertæ, &c. quę omnia in liquidum bitumen cum effluereet ex terra inuolarunt uel irrepſerunt uel incide-runt, atq; ſic incluſa ſimul cum eo in lapidem ſunt mutata. Sunt omnia odoris iucundi, & nonnihil olent myrrham, candidum tamen eſt præſtantiſſimum, cum cuius ramentis ſolẽt conclauia ſuffiri peſtis cauſa, & odor ille ad tertium durat diem. Fiunt ex ſuccino globuli

Succini medela. quibus numerantur preces, annuli, uaſcula, effigies potiſſimum hominum. Et quod ad medicinam attinet, illiniendi uim obtinet, atq; ob id potum ſiſtit ſanguinem undecunq; profluentem, ſiſtit uentriculi uomitum, ſiſtit alui fluores, ſiſtit fluxiones quibus ulcera infeſtãtur, ſiſtit capitis deſtillationes atq; ita tonſillis & faucium uicijs reſiſtit. Candidi præterea ſuffimentum pellit comitialem morbum. Hęc de Europeo ſuccino. Nam & Aphrica atq; Aſia gignunt ſuccinum, quod Mauri appellant ambram.

De animalibus quæ in Pruſsia inueniuntur.



Vrus.


NVtrit Pruſſia urſos, apros & uros qui ſunt tauri ſylueſtres ſimiles domeſticis, niſi ꝙ breuiora habẽt cornua & prolixam ſub mento barbam. Eſt ferox animal, quod neque homini neq; alijs animalibus parcit. Cumq; illi inter arbores intẽtantur inſidiæ & iaculis uulneratur, adeo inſanit atq; furit, ut cõſpecto ſanguine ſuo omnibus modis contendat acceptum uulnus uindicare in iaculatore. Quod ſi efficere nequeat, impingendo in arbores ſeipſum interficit. Eſt tam magnum animal, ut duo uiri inter corona eius conſidere queant. Habet quoq; hæc regio multos ſylueſtres equos, qui domeſticis ſimiles ſunt, ſed habent dorſum molle in quo nihil ferre poſſunt quin nec cicurari ualent. Eduntur tamẽ pro carne ferina. Habet deinde biſontes, quos quidam uocant damas, ſuntq; pro parte ceruis & pro parte iumentis ſimiles, niſi quod oblongas habent aures, & mares latiſſima in fronte geſtant cornua, qua-



Dama.

lia paſſim ex Anglia ad noſtram Germaniam ſuperiorem deferuntur. Nutrit præterea Pruſſia animalia, quæ putantur eſſe alces, Germanice autem uocantur Elend, habentq; magnitudinem aſini aut mediocris equi. Vngulæ eius dicuntur prodeſſe his qui caduco laborant morbo, & pellis eſt tã dura, ut nec confodi neq; diſſecari poſſit. Caro eius dicitur eſſe ex nobiliori uenatione. Color autem ſubrufus eſt, nonnihil nigricans, habetq; albicantia crura. Figuram huius animalis ad uiuum deformatã & qualiter lineis exprimi poteſt, feci hic depingi. Iohannes leporicida de hoc animali ſic mihi diligentius percontanti ſcripſit. Alces maiores ſunt ceruis, griſei coloris, habentq; oblongũ & durum pilum, ſunt deformis ſtaturæ, quippe quæ latitudine

tranſuer-



tranſuerſæ manus in poſteriori parte corporis humiliores ſunt quàm in anteriori: habent longa & infirma crura, ſunt obeſo corpore & debilis naturæ, poteſtq́ puer illas uirga quo uult impellere. Aures earum ſunt oblongæ ceu aſinorum, nec poſſunt quicquam ferre in dorſo. Mares habent cornua longitudine trium expanſarum palmarum, cum multis & robuſtis ramis unde fiũt manubria cultellorum & aliorum inſtrumentorum. Habent etiam fiſſas ungulas. Fœmellæ autem carent cornibus. Alij uero hæc de biſontibus accipienda contendunt, quorum mentio infra in Suecia fiet, quum alces robuſta habeant crura & cornua lata, excauata atq́ in mucrones exeuntia, ex quibus manubria commode fieri nequeunt. Secutus itaq́ ſum hic picturam alcis huc ex Prutenia allatam. Cæterum habet hæc quoq́ regio ſicut & Liuonia & aliæ ſeptentrionales regiones, uarij generis ſciuros, quorum quidam hyeme glacialem habẽt colorem, & æſtate ſubrufum: quidam qui uulgo leſſle uocantur, ſuntq́ parua animantia: hyeme albeſcunt & æſtate griſeſcunt, inſidianturq́ muribus & gliribus, & ſunt minores hermelinis. Abundat præterea regio iſta apibus, quæ mellificant in cauis arboribus, unde copia mellis & ceræ colligitur. Exugunt ſuccum ex uirentibus ramis atq́ ſylueſtribus floribus, & miram copiam mellis coagulant. Et ut ſe mel dicam, Pruſſia talis & tam fœcunda felixq́ eſt regio, ut ſi Ioui è cœlo eſſet cadendum, uix in meliorem cadere poſſet quàm in eam terram.

De gladiferis fratribus.

ERant ſub initio naſcentis ordinis fratrum Teutonicorum in Liuonia fratres religioſi, dicti uulgo enſiferi, qui ſtrenue rem adminiſtrabant bello. Hi præter crucem habebant in ueſtibus gladios affixos, militabant́que pro defenſione fidei contra paganos, potiſſimum contra hoſtiles incurſiones Lithuanorum. Cumque audirent fratres Teutonicos in Pruſſia uicinis gentibus cum plurima laude & proſperitate colluctari, habitis hinc inde tractatibus & ſaniori conſilio acquieſcentes per Rom. pont.



uoluntariæ passi sunt se Teutonicorum religioni uniri. Sicq; uenerunt fratres Teutonici ex Prussia in Liuoniam, et prolata ditione, etiã illam suscepere prouinciam defendendã.

Gdanum uulgo Dantz,

Prussiæ insigne emporium.

GDanum, quod uocant Dantiscum, uocabulo abutentes, est urbs Prussiæ insignis, & nostro tempore magnũ mercatorum emporium, quod tamen ante paucos annos oppidum erat abiectum. Nam unica concilij domus tum ex lapidibus laterícia stabat ad forum, & reliquæ cannis palustribus & limo horruerunt, rusticam testantes antiquitatem. Ab illis exordijs intra unum seculum in id roboris urbs coaluit, ut eiectis dominis suis fratribus Teutonicis, regem Poloniæ, cui etiã nunc parent, inuocauerint, id quod acerrimũ bellũ excitauit inter ordinẽ Teutonicum & reliquas urbes, huius urbis exemplũ sequi cupientes. Imminebat Gdanensibus cõmendator de Elbingẽ, uir bello industrius, qui multis stratagematibus hostes fefellit & superauit. Hic obærauit hominem qui ingressus Gdanum diceret: Si finem bello quæritis, ecce commendator de Elbingen parua manu uicino loco conspectus est. Ciues sparsim egressi in hostem, excipiuntur prælio, cæduntur & capiuntur magno numero.

Liuonia.

REgio ista à Prussis, Lituanis & Russis circumsessa, urgetur ad mare. In ea non lata prouincia coangustatæ sunt multarum gentium linguæ: quæ linguarum perse uerans uarietas monstrat omnem illam gẽtem inciuilem fuisse & barbarã. Alioqui si ulla ustæ communio aut rerum pace belloq; gestarum extitisset societas, una in omnibus lingua & sermocinatio ualuisset, aut saltem non tanta uarietate loquerentur: nunc Liuones, Estones, Letti, Curoni nihil habent in lingua commune. Illæ enim quatuor Liuoniam tenẽt linguæ per rura. Nã arces & oppida tota sunt Saxonica. Diu Liuonia in perfidia permansit. Siquidem sub Friderico Imp. primo primum credidit, per occasionem mercatorum qui adierant, sacerdotes; inuexerant. Tanta tum fuisse simplicitate ferunt gentem, ut expresso melle cæram uelut purgamẽta exportarint edibus. Fecit precium illi nostratum diligentia, quod illi primum à nostris mirantes acceperunt, nunc uero comperta rei æstimatione, carius uendunt. Meinardus uir religiosus terram cum mercatoribus de Lubeco nauigans adijt, paulo ante completum 1200. à Christo annum, casam extruxit, in qua mansit cum famulo, linguam gentis magno labore perdidicit, & paulatim instruxit diuina religione, quos potuit. Rebus miserante deo prosperatis basilicam erexit. Consecratus inde à Bremensi archiepiscopo in Liuonien sem episcopum, rem auxit ecclesiasticam. Successit illi Bertoldus quidam Cistercien sium abbas, qui contra irruentes fidei hostes unà cum peregrinis militibus qui deuotionis gratia ad militiam conuenerant, pugnare constituit, seq; armauit in perfidos. Et quum ad pugnam uentum esset, equo intreni prouectus in medios barbaros confoditur. Interim adaucta multorum fidelium deuotione, multi se spontaneos in sacram militiam deuouerunt, nouoq; religionis habitu adinuento, se Gladiferos fratres appellauere. Sed cum rebus satisfacere non posse uiderent, succrescerentq; hostes foris & intus, se magno Teutonicorum ordini per Prussiã coniunxerunt. Fit Albertus tertius Liuonien sis episcopus, qui rem Christianam in ea prouincia adauxit uehementer. Ipse primus cinxit muro Rigam ciuitatem & ecclesiam ibi erexit. Waldemarus rex Daniæ eius nominis secundus, à mari Estoniam impugnauit, Reualiam extruxit & inuentum ibi populum iussit baptisari, sacerdotes induxit & ecclesiam illam archiepiscopo Daniæ Lunden si subiecit. Postea Rigen sis episcopus ordinatione Romani pontificis factus archiepiscopus, habuit ad dextram Curonen sem, à sinistris Tarbaten sem & à mari Osilien sem ecclesiam. Hi sunt episcopatus hodie in terra illa.

Varietas linguarum in Liuonia.

Meinardus primus episcopus

Ensiferi fratres.

Rigensis archiepiscopus.

De

Liber III.

De fertilitate Liuoniæ & de moribus incolarum.


EST Liuonia terra paluſtris, nemoroſa, arenoſa, plana & ſine montibus, irrigua fluuijs & perinde ſatis piſcoſa, pro maiori parte inculta, fertilis tamen, agris & paſcuis abundans. Vnde tempore cariſtiæ adiacentibus regionibus miniſtrare ſolet alimoniam ſiliginis & tritici. Abundat pecore, & uenatione. Nam habet urſos, alces, uulpes, lynces, marturos, Zabellos, Hermelinos, uarios pirolos, caſtores, &c. Lepores in Liuonia nati mutant hyeme & æſtate colorem, haud ſecus quàm apud Heluetios in alpibus. Hyeme ſunt albi & æſtate griſei coloris. Ruſſi quoque inferunt in Liuoniam pelles urſorum albas, quas ex frigidiſſimis ſeptentrionis partibus adducũt. Fratres Teutonici potiuntur rerum in Liuonia, habentq; magiſtrum, qui unà cum commendatoribus & præfectis gubernat totam regionem. Habet is magiſter curiam ſuam in oppido Wenden, quod duodecim miliaribus diſtat à Riga. Habet pacem cum Moſcho, quia Moſchus ab alia parte habet negocium cum Tartaris, ut cogatur cum Liuonibus pacificus eſſe, quod alias minime faceret. Errant igitur qui aſſerunt magiſtrum Liuoniæ perpetua militia occupari cõtra Tartaros ſemper irruentes. Summam militiam Liuones hodie exercent in compotationibus & commeſſationibus, potiſſimum autem iſta fiunt in arcibus & aulis dominorũ. Qui hic uirum præſtare poteſt, acceptus eſt illis, recipitq; tandem condignam mercedem, nempe hydropiſin, dyſenteriam quam illi Schorbauch aut ſimilem morbum uocant, cheiragram, podagram, &c. Erga huiuſmodi gulones domini & nobiles quidã liberales ſunt, & ex miſeris ruſticis omnia cum magna tyrannide emunguntur, quæ illi tam perditiſſime profundunt. Sunt ruſtici ferè omnes ſerui. Et quum aliquis eorum ob famem, flagellũ aut ob intolerabilem tyrannidem elabitur, & rurſum à nobilibus & præfectis recuperatur, trũcatur pede, ne denuo elabatur. Non eſt miſerabilior populus in orbe, quam illi ſerui ſunt. Cibantur tam agreſti cibo, ut ne porci apud nos illum dignarentur edere. Deferunt calceos ex corticibus factos, comparantes par unum tribus denarijs. Pro cantu uſurpant ululatum luporum, uocem iehu ſine intermiſſione repetentes. Interrogati autem quid per uocem iehu intelligant, reſpondent ſe neſcire, obſeruare maiorum ſuorum conſuetudinem. In ſumma, uiuunt miſeri homines ut beſtiæ, tractantur ut beſtiæ. Plures adhuc more gentilium uiuentes, cognitione ueri dei deſtituuntur. Vnus adorat ſolem, alius lunam, unus elegantem arborem, alius lapidem aut aliquid aliud ſimile. Quum mortuum aliquem terræ mandare uolunt, potantes circumdant illum, inuitantq; ad bibendum, partem eius ſuper illum fundentes. Immittentes autem eum in ſepulchrum, apponunt ei ſecurim, cibum & potum, parumq; pecuniæ pro uiatico, alloquunturq; eum talibus uerbis: Perge in alium mundum, ubi dominaberis Teutonibus, ſicut illi tibi hic fecerunt. In concilijs nuptijs plerunq; raptu ſponſus ſponſam acquirit. Ruſtici tamen qui iuxta ciuitates habitant, & uerbo dei inſtituti ſunt, abſtinẽt ab huiuſmodi ſuperſtitionibus.

Animalia in Liuonia.

Liuonia ſubeſt Teutonicis.


Miſer plebeius populus.

Idolatra.



De ciuitatibus Liuoniæ & earum conſuetudinibus.

HABET regio iſta tres inſignes ciuitates, quæ puriori religioni ſubſcripſerunt, nempe Riga, Tarbata, uulgo Derpt & Tarpt, & Reualia. Diſtat Riga à Reualia 50. à Tarbata 30. & à Vilna Lithuaniæ 40. à Kunigsbergo uero Pruſſiæ ſexaginta Germanicis milliaribus. Habet & alia minora quædam oppida, ut ſunt Wenden, Pernow, Vellin, Wolmar, Kokenhauſen, &c. Riga metropolitana ciuitas ſita in fundo arenoſo & iuxta nauigabilem fluuium, qui uocatur Duna, & uenit ex Ruſſia, duobusq; milliari-



milliaribus infra Rigam miſcetur mari, putatur tantæ eſſe magnitudinis quãtæ eſt Friburgum in Briſgoia. Deſignauimus autem hic ex traditione Iohannis Leporicidæ faciem urbis Rigenſis, qualis ſcilicet fuit ante conflagrationem horrendam quæ ei accidit anno ſuperiori, quando circa caſtrum plurimas domos incendium abſumpſit, ac ignis progreſſus cathedralem quoq; eccleſiam & omnes domos à curia epiſcopali uſq; ad turrim illam in qua puluis bombardicus conſeruatur, Schalthurn dictam, in fauillam redegit. Coneidiſſet tũc medietas ciuitatis, ſi ignis memoratam quoq; corripuiſſet turrim, quam ſummo uitæ periculo bombardarum magiſter aſſeruit. Porro fluuius Duna tãtam ferè memoratur habere iuxta Rigam latitudinem, quantam habet lacus Tigurinus. Potus Liuonũ eſt ceruiſia, medo & optimum uinum, quod à Rheno per mare aduehitur. Sunt apud illos mercatores, & qui impoſturis ſuis atq; ocio proximum incommodãt. Labori apud eos operam dare, uicio datur. Mulieres in regione natæ, magnam præ ſe ferunt pompam, alias aliunde aduentantes contemptui habentes. Nolunt mulieres ſed dominæ appellari, nec ullo occupantur labore muliebri. Loco coli efilandi & lini pectendi, qui ubiq; peculiaris mulierum eſt labor, rhedis hyeme & nauibus æſtate circumuagantur. Pulchritudinem corporis dehoneſtant larua ueſtimẽtorum. Merces quæ ex Riga in Germaniam deuehuntur, ſunt cæra, teher (ſpecies picis eſt, qua liniuntur naues,) linum, cineres, uariæ ferinæ pelles & coria, &c. Eſt magna copia optimi lini in Liuonia, ſed eſt multo carius quã in partibus noſtris, eò quod extra Liuoniã paratur, netur, texitur & rurſum in Liuoniam mittitur. Habet hodie Rigenſis ciuitas duos prælatos, archiepiſcopũ ſcilicet & ordinis magiſtrum. Archiepiſcopatum tenet Wilhelmus marchio Brandenburgenſis, frater Alberti ducis Pruſſiæ. Hic anno 1547. circa feſtum purificationis Mariæ ingreſſus nomine imperij Rigam, ciues in fidem recepit. Veniunt ad urbem Rigenſem ex multis nationibus mercatores, nempe Moſcowitæ, Turcæ, Hiſpani, Angli, Scoti, Suedi & Germani, ut ibi commercia exerceant. Tarbata ſiue Derpt eſt ciuitas mediterranea, habetq; maiora commertia cum Ruſſis. Reualia uero longe in aquilone ſuum nacta eſt iuxta mare ſitum, nec minor eſt quam Riga in commercijs. Habent ciues eius



Tarbatenſis ciuitas.


ius

ius Lubecenſe,prouocantq; in foro contentioſo ad Lubecum. Rigenſes uero habent pro prium ius ſcriptum,cui alia quoq; oppida parent. Reualiæ & Tarbatæ utuntur lingua Eſthiaca,& circa Rigam,lingua Liuonica. Ruſtici prope hanc urbem habitantes & in uerbo domini inſtituti,orant dominicam orationem in hunc modum:

Pater noſter qui tu es in cœlis ſanctificetur tuum nomen adueniat nobis tuum
Tãbes mus kas tu es eckſchkan debbeſſis, ſchwetitz tows waartz, Enack mums tows
regnum tua uoluntas fiat ſicut in cœlo ſic ſuper terram noſtrum quotidianum panem
walſtibe, tows praats bus ka ckſchkan debbes ta wurſan ſemmes, Muſſe deniſche mãyſe
da nobis hodie condona nobis noſtra debita ſicut nos condonamus noſtris debitoribus
duth mums ſchodeen, pammate mums muſſe grãke ka meſs pammat muſſe parradueken
ne inducas nos malam tentationem ſed cuſtodi nos ab omni malo.
Ne ewedde mums louna badekle pett paſſarga mums nu wuſſe loune Amen.

Hæc pro bona parte habeo à Iohanne Leporicida, homine multarum rerum & regionum expertiſſimo.

BOHEMICI REGNI
intra & extra Hercynii nemoris clauſuram deſcriptio.



BOhemiæ regio, Germaniæ limitibus incluſa, ſylua Hercinia tanquam natiuo muro undiq; cingitur, Albi fluuio media irrigatur atq; quodam alio Multauia nomine, ad cuius ripam Praga ſita eſt, ampliſſima urbs & totius regni caput. Omnia eius flumina quæ uniuerſam irrigant terram, in Albim exonerantur. Exoritur aũt Albis in montibus, qui Bohemiã Morauiãq; diſterminãt, & primo in occidentẽ, inde ſeptentrionẽ uerſus ubi prouinciã relinquit, per anguſtias montiũ & abrupta conualliũ præceps Saxoniã petit, ac inde in oceanũ ferẽ. Gelida prorſus regio, piſce atq; armẽtis abundãs, cũ uolucre ferisq;, ordei & tritici ferax, olei ſterilis. Ceruiſiã optimã facit, quæ Viennã uſq; Auſtriæ uehit. Apud Litomeritiũ colles cõſiti uitibus ac uineis, acerbũ gignũt uinũ: ditiores

Albis fluuij origo.

Sermo Bohemicus.

ditiõres ex Auſtria atq; Vngaria importato utuntur uino. Sermo genti & Dalmatis unus eſt. Mos uetus apud eos ſeruatur, ut in templo ſermone Teutonico plebes doceant, in cœmiterijs Bohemico. Solis mendicantibus libertas fuit, qua uellent populum lingua inſtruere: quæ res palam indicat, ait Aeneas Syluius, regionem ipſam olim Teutonicam fuiſſe, ſenſimq; ſubintraſſe Bohemos. Krãtzius ex Tacito probat, Boios ab origine gẽtem Gallicam, tenuiſſe regionẽ intra montes quæ nunc Bohemia eſt, inde uero pulſos à Marcomannis, hoc eſt, Wandalis, qui uſq; hodie tenent. Nam Bohemi Wandali ſunt, remanente ueteri nomine in prouincia, ut ſcilicet Boiœmi dicantur à Boijs. Apud Ptolemæum appellatur gens magna Boemi: nec enim unquam habuit Germania maiorem gentem q̃ ſit etiam hodie Wandalica, complectens Ruſſos, Polonos, Bohœmos, & Dalmatas: teſtis eſt una lingua quadam uarietate, ut fit per diuerſas regiones, alternata. Scribit quoq; Syluius de Bohemis in hunc modum: Plebs toto regno bibula & uentri dedita, ſuperſtitionũ

Zechus & Crocus.

quẽ ſequax & auida nouitatum. Ponunt autem quidam Zechum primum principem, qui ex Croatia emigrans Bohemicæ gentis fundauerit primordia. Huic Crocus ſucceſſiſſe dicitur, cuius hoc ſolum fertur inſigne, quod de nomine ſuo fundatam reliquit Cracouiam, tunc Bohemis nunc Polonis parentem. Sic enim in ea regione, quomodo & in alijs, ſæpe mutati ſunt termini & limites ditionum. Croco ſucceſſit filia Libuſſa & maritus eius Pri-

Vratislauia.


miſlaus, atq; poſt eos filius eorum Ninislaus, & Mnata nepos, qui duos habuit filios Vriſlaum ſucceſſorem & Vratislaum conditorem Vratislauiæ. Vrislaus reliquit Neclam ſucceſſorem & Necla Noſtericum. Borſinous illi filius erat, patri ſuffectus in regnum, & peruenit ad tempora Arnulfi Imperatoris, hoc eſt, ad annum à Chriſto nato nongenteſimũ. Primus hic memoratur, qui Chriſti ſacra inter Bohemos ſubierit, parens imperio Zwantocopij regis Moratiorum, qui tum Bohemis, Polonis, Sleſitis unus imminebat.

De ciuitatibus Bohemiæ.

PRaga caput regni Bohemiæ, ciuitas eſt maxima, ſedes pontificum & regum. Eſt autem in tres diuiſa partes, quæ ſingulæ ſua habent nomina, ſcilicet Praga minor, uetus ac noua. Minor ſiniſtrum latus Multauiæ fluminis occupat, coniungiturq; colli, in quo ſita eſt regia & ſancti Viti auguſtum templum. Vetus Praga in plano iacet, uniuerſa magnificis adornata operibus. Habet enim prætorium, forum, curiam &

Pons Pragenſis.

collegium Caroli Imperatoris. Iungitur autem minori Pragæ lapideo ponte quatuor & uiginti arcuum. Nouam ciuitatem à ueteri diſtinguit foſſa profunda, utraq; muro munita. Hæc quoq; ciuitas ampla eſt & protenditur uſq; ad colles. Carolus quartus, Imperator & rex Bohemiæ ſegregauit eccleſiam Pragenſem à diœceſi Maguntina, & conſentiente Clemente ſexto Romano pontifice, erexit eam in archiepiſcopatum. Reliquarum ciuitatum Bohemiæ quædam immediate ſunt ſub rege, numerantur q; circiter triginta, aliæ ſunt ſub dominio nobilium & procerum prouincialium. Habet etiam regio plurimas arces, inter quas præcipuæ ſunt Karlſtein, ubi regni corona cõ ſeruatur, Roſenberg, Swanberg, Borenſtein, Wartenberg,



&c. unde quidam barones ſuas habent cognominationes. Nominant quoq; Bohemi quaſdam ciuitates alijs uocabulis quàm Germani, aut ob adiectas uel ſubtractas uel etiam mutatas literas aliter pronunciant.

Ciuitates

Ciuitates regni Bohemici, regi immediatè ſubiectæ, expreſſæ duplici lingua, Bohemica ſcilicet & Germanica.

	Praha		Prag
	Pizen		Pillen
	Budieiowitze		Budwis
	Kolin		Köln
	Cheb		Eger
	Strzibro		Miſs
	Hora		Kuttenberg. Hic fodiunt argentum
	Tabor		Taber
	Zatetz		Satz
In lingua Bohemica	Litomierzitze	In lingua Germanica	Leitmiritz. Fertuinum
	Launi		Laun. abundat tritico & fructibus
	Rakowinck		Rakonick. Habet optimam ceruiſiam
	Klatowy		Glataw. Præſtat optimis caſeis
	Beraun		Bern. Hic fodiunt ferrũ, parantq; op-
	Moſt		Bruck (tima bombardas manuarias,
	Hradetz		Gretz (quas ſclopas uocant.
	Auſcij		Auſt. Hic Albis è montibus erumpit
	Myto		Maut
	Dwuor		Hof
	Iaromiertz		Iaromir

Ciuitates proceribus regni ſubditæ duplicibusq; nominibus hic expreſſæ.

	Dub		Aich
	Biela		Wilwaſſer
	Lantz'hut		Lantzhut. Hic fodiuntur gemmæ
	Gilowy		Gilaw. Hic reperitur aurum.
	Krupka		Graupen. Hic fodiunt ſtannum
	Krumaw		Krumaw. Habet argentifodinam
Bohemicè	Pardubitz	Teutonicè	Parantur hic optimæ laminæ.
	Chomitaw		Creſcunt hic optimæ nuces.
	Loket		Elbogen. Sunt hic thermæ.
	Teplitz		Habet & hic locus thermas.
	Hantzburg		Haſenburg. Eſt arx:
	Zbraſlaw		Aula regia.
	Labe		Elbs, id eſt, Albis fluuius
	Wltawa		Molta, fluuius.

Fuit Zbraſlaw aliquando magnificum monaſterium, non procul à Praga iuxta Moltam ſitum, ubi duces & reges ſuam habuerunt ſepulturam. De inſignioribus mineris montium Bohemicorum ſupra in Miſnia non nihil diximus.

De

De Egrana ciuitate & adiacente regione,

potiſſimum autem de pinifero & aurifero monte & Voitlandia.

GASPAR BRVSCHIVS POETA LAVREATVS ORNATISS. CLARIſſimoq; uiro D. Sebaſt. Munſtero, Hebraiſmi in inclyta Baſilienſi Academia profeſſori, Matheſeoſq; ſtudioſiſſimo, domino ac amico ſuo ſingulari, S. D.

CVm audieras ſuperiore anno, uir clariſſime, uocatum me eſſe cum aliis quibuſdã Germanis ad excolendam ac humanioribus literis illuſtrandam, barbaram ac uere Scythicam hactenus Roxolanorum, Moſcobitarumq; patriam ac gentem, miſſa ad me humaniſſima epiſtola cogitabas, ut ſi deo ac fortuna ducibus feliciter in Rhutenorum regnum uenirem, tui illic memor, certi ac explorati quiddam de eius ampliſſimi ſiue ducatus ſiue regni partium ſitu ac urbibus, incolarumq; cum uita tum moribus ad te (qui in totius habitabilis orbis illuſtratione ſumma contentione uerſareris) perſcriberem, quod ut ego me fideliter facturum tunc recepi, & pari etiam fide idem præſtitiſſem equidem, & huic animi tui uoto libentiſſime ac ſummo ſtudio reſpondiſſem, niſi regium hoc negocium à quibuſdam impeditum & grauibus de cauſis interceptũ eſſet. Ardeo enim & ipſe ea ſiti qua tu, multarum uidelicet illuſtrium rerum uidendarum ac æterno calamo poſteritatis notitiæ commendandarum. At ne nulla omnino parte tuæ petitioni acquieuiſſe aut datæ fidei parum memor fuiſſe uidear, quod in Moſcouia deſcribenda, in tui gratiam facere neſcio quis genius prohibuit, id in aliqua ſaltem Germaniæ noſtræ (cuius tu me uniuerſæ percurſorem & inſpectorem ſcis eſſe ſtudioſiſſimum) portiuncula uolui adimplere & alibi neglectum in utiliore fortaſſis parte reſarcire. De natali itaq; meo ac maiorum meorum ſolo & circumiacẽte patria, de urbe uidelicet Egrana uicinaq; Voitlandia, in ſuſcepti à te operis gratiam, ex meis uariè adhuc diſperſis ac admodum indigeſtis chartis, quædam tumultuariè profecto ac feſtinante ſaltem calamo excepta ac congeſta ad te mitto, quæ ſi tuo opere ac illuſtri fœtura non indigna tibi uidebuntur, poteris tu iis ad ſuſceptum uolumen tuum Coſmographicum, non equidem illuſtrandum (quid eñ tu meis nugis illuſtrares?) ſed ampliandum ac dilatandum, mea pace audacter uti: imò nõ his tantum ſed & aliis omnibus monumentis, quæ ego plurimis ſane laboribus, plurimis item longis ac periculoſis peregrinationibus in hoc unum congeſſi, ne ſimili clade illa etiam aliquando perirent, quemadmodum cum in ſuperiorum tum uero etiam noſtrorum temporum tumultibus, plurima ſcimus poſteritatis notitia digniſſima miſere interciſſe. Tu qualecunq; hoc meum, in te & tuum opus nouum, ſtudium, boni conſule & ueri amici omnia officia de Bruſchio tui ſtudioſiſſimo homine audacter tibi pollicere. Bene uale uir doctiſſ. Datæ in Bonis Nariſcorum ſedilibus, Prætorianæ ſeu Aduocatorum terræ oppido, in quo nunc apud chariſſimos parentes uitam agẽs, monumenta illa plurima olim à me collecta in ordinem redigo, mẽſe Auguſto anni à nato Chriſto æterni dei filio 1549.

De Egra ciuitate in primo Bohemiæ aditu ſita, G. Bruſchij quædam σχεδιαζόμενα.

EGra inter alias Bohemię urbes neutiquam infima, non quidem intra Bohemicę ſyluæ montana (quæ totum illud regnum, murorum Babyloniorum inſtar cingunt et ob omni parte clauſum firmiſſime muniunt) ſed ad radices ſaltem eorum montium & ad initium ſyluæ, in ueteri Nariſcorum patria, maxime fertili ac longe amœniſſimo agro ſita eſt. Hæc unde originem acceperit aut à quo conſtrui ſit cœpta, de eo nemo certi quicquam affirmare poteſt. Ratio eius ignorantiæ iſta eſt, quod totam eam urbem Anno domini 1270, Maij decimo ſexto die domeſtico & inquilino incendio miſerrime in cineres collapſam ac uaſtatam eſſe, ex maiorum noſtrorum annotationibus accepimus. In ea urbis horribili deflagratione centum ac quinquaginta utriuſq; ſexus ciues cum omnibus urbis priuilegiis, literis, monumentis ac diuitiis periiſſe certum eſt. Hæc ingens calamitas ea etiam ſuſtulit & ex hominum notitia abripuit, quæ in ciuitatis Annalibus de origine

gine & initio ipſius urbis annotata & in faſtos relata fuerũt. In quorundã tamen monaſteriorũ uetuſtis & ante 400. annos ſcriptis libris ac monumẽtis inueni Egranã ciuitatẽ antiquitus ad marchiones Vohburgenſes pertinuiſſe, quos comites ac dominos in Cham, à ſuperioris Palatinatus ad Regũ amnẽ proximéq; ad ſyluam Bohemicã ſita ciuitate nominatos fuiſſe, ac ſedem auitam in Vohenburgo magnifica arce ad Danubiũ, medio ferè itinere inter Ingolſtadiũ & Kelheimiũ ſita, habuiſſe, ex hiſtoriarũ & chronicorũ penu manifeſtũ eſt quàm ut longa probatione hic opus ſiet. Ego uero Egram ab his ipſis Vohenburgenſibus principib. etiam initio conditã eſſe non dubito: unde liquet Egram ante annos etiam 600. fuiſſe ciuitatẽ non omnino extremæ ſortis. Marchionũ enim Vohburgenſiũ ſtemma & nomen annos ante 350. deſijſſe, eorumq; ditionis magnã partem ad Bauarię duces deuolutam eſſe, non Auentini tantũ diligentis illius Germanicarũ rerum inquiſitoris genealogię, ſed aliorũ etiam chronographorũ libri conteſtantur. Quòd uero Egra ex ducali oppido facta eſt ciuitas imperialis, id ita accidit. Erat Vohenburgius quidam marchio & comes in Cham Theobaldus, totam ditionẽ Egranã & omnia circũiacentia loca tenens, princeps pius & religioſus. Is ſingulari augendæ pietatis Chriſtianæ ſtudio flagrãs, motus item precibus Loicaridis pientiſſ. matris ſuæ in Caſtilienſi cœnobio ſepultæ, conſtruxit anno domini 1134. in agro Egrano non procul ab urbe ad Wonderã fluuiolum, inſignẽ Ciſtertienſis ord. abbatiam, quam appellabat Germanica uoce Waldſaſſen: appulerãt enim ibi hæremitæ quidam, qui in uicino nemore tuguriolũ & oratoriũ ſibi conſtruxerant, Deoq; in tali ſolitudine uſitato tunc temporis pietatis genere ſeruiebant. Hanc ipſam abbatiam donauit etiam liberaliſſimis prouentibus, nullis parcens ſumptibus, quo & cultum Dei augeret & Deum ſibi propiciũ redderet. Habebat ille ipſe marchio thori conſorẽ, Henrici Bauarorũ ducis filiam Mechtildim, piam ac uitæ honeſtate laudatiſſimã fœminã, ex qua ſuſtulit filiã Adelheidim, forma & morum elegantia, maxime illuſtrem, cuius uirtus cum undiquaq; celebraretur, petijt eam matrimonij legibus ſibi copulari potẽtiſſimus princeps Fridericus Imperator, quem Itali à rufa barba Barbaroſſam, alij Fridericũ primũ, & à patria origine Sueuum appellare conſueuerũt. Nuptiæ regio apparatu in ciuitate Egrana celebratæ ſunt anno domini 1179. Dos puellę erat urbs Egra cum adiacente ditione omni, recenſq; conſtructa abbatia. Sic Egra ex ducali imperialis ciuitas per hoc, etſi poſtea iterum per epiſcopũ quendam Conſtantienſem diſciſſum ac diremptũ connubiũ, facta eſſe legitur, manſitq; imperialis annis 136. ad annum uſq; Chriſti 1315. quo Ludouicus Bauarus, Ratiſponæ in S. Emerani templo ſepultus, omniũ penè ſacri imperij electorũ ac ſtatuum ſententia Rom. Imperator eſt deſignatus. Is autem pontifici & clero Romano inuiſus, mox anathematis fulmine à Ioanne 22. percuſſus excõmunicatur ac imperij gubernatione indignus proclamat, aliusq; ſuggeſtione eiuſdem pontificis contra Ludouicũ imperij gubernator conſtituitur, Fridericus uidelicet Auſtrius, quem ſibi Romana eccleſia magis propiciũ ac utiliorẽ ſubiectioremq; fore ſperabat. Ex hac diſſenſione, ingens exarſit ac maxime diuturnũ ualdeq; cruentũ bellum, neuter enim deſignatorũ Imperatorũ cedere aut oblata dignitate ſeſe abdicare uolebat. Hoc diſſidium durauit per annos 8. integros. Ludouicũ, qui tandem ſumma imperij potitus Fridericũ Auſtrium competitorẽ ſuum uicit ac per triennium in arce Trieſeneck captiuum detinuit, iuuabant imperij electores omnes, exceptis Colonienſi archiepiſcopo & Palatino Rudolfo, Ludouici Bauari germano fratre: omnes item ciuitates exceptis Vlma & Argentorato & quibuſdam in Heluetia. Friderico uero Auſtrio ſuppetias ferebant Rom. pontifex, archiepiſcopus & elector Colonienſis, elector Palatinus Rudolfus, poſtea à fratre uictore in exilium pulſus, inter ciuitates Vlma & Argentina & multæ ex Heluetia, ita ut paratior & copijs penè inſtructior eſſet Fridericus Ludouico. Pugnatũ eſt autem inter eos uaria fortuna pluribus locis, ſed omniũ acerrime & extreme anno Chriſti 1322. ad Oenum inter Oetingam & Mulndorffum Bauariæ oppida in planicie *Vff der Fehen wiſen* dicta, ubi uicit Ludouicus duce Sifrido Schweppermãno ciue Norinbergenſi, uiro præſtrenuo ac bellicoſiſſimo, qui in Caſtel ſuperioris Palatinatus cœnobio eum tali epigraphe terræ mandatus eſt:

Marchionatus Vohburgenſis.

Origo Egræ.

Waldſaſſen abbatia.

Egra fit Imperialis ciuitas.

Einem iedẽ ein ey Dem frommen Schweppermann zwei.


Id eſt, Vnum cuique ouum, duo Schweppermannio honeſto. Ex quo rythmo, quis amor, quæ pietas fuerit militum ac totius exercitus in ducem ſuum, deficiẽtibus uictualibus, pulchre colligi & deprehendi poteſt. Ad gerendũ uero tam diuturnũ bellum, cum opus eſſet

Diſſidium in imperio.

Ludouico Bauaro neruo rerum gerendarũ, pecunijs nimirum immenſis pro ſuſtentatione numeroſi exercitus, Egrana uero ciuitas ab alijs imperij urbibus procul diſſita, aliquoties de Bohemorum aliorumq́ circumiacentia loca tenentium principum iniurijs apud Imp. ac ſtatus imperij conqueſta eſſet, cogitauit Ludouicus Imperator quomodo & Egranam urbem à talibus grauaminibus liberaret, & ſibijpſi etiam in cõficiendo argento ad bellum gerendum cum primis neceſſario, opitularetur. Vrbem igitur Ioanni Bohemorũ ac Polonorum regi, à quo præcipuè uexata & onerata fuerat, acceptis ab eo 40000. argenti marcis hypothecam fecit, anno nimirum dominicę incarnationis 1315. Per hunc oppignorationis contractum deſijt Egra urbs eſſe imperialis, quæ poſtea regi Bohemorũ parere cœpit, ut hodie adhuc ſolum Bohemorũ regem dñm ſuũ agnoſcit, qui quoties in cõſeſſu ſenatus ab aliquo nominatur, toties ad nomen ipſius totus aſſurgere cum ſumma ueneratione ſolet. Fuit itaque hæc ipſa urbs hoc anno domini 1549. annis 234. Bohemorum hypotheca. Vnde aquila urbis uetus inſigne (quam antea liberam geſtabant Egrani) inferiori ſui parte in teſtimonium talis oppignorationis cancellis incluſa eſt, ut in adiecto urbis icone uidere eſt. Ptolemæus in geographico ſuo opere aſſignat Germaniæ urbem quandam Monoſgadam: eam Bilibaldus Pirckheimerus Egram eſſe aſſerit, quibus uero coniecturis inductus, neſcio, nec unquam expiſcari potui nominis huius originem. Credo autem, quemadmodum aliæ quædam Germaniæ urbes aliis olim appellationibus notæ fuerũt, ita Egranæ etiam ciuitati fuiſſe olim aliud nomen, de quo diu ſollicite mihi cogitanti per quietem aliquãdo oblatum eſt, Saurſtadiã antiquitus fortaſſis è uicinis acidis fontibus dictam fuiſſe, quæ nunc à præterfluente amne dicetur Egra, ut hodie Salisburgum uocamus à prætereũte fluuio, quam antiquitus Iuuauiam eſſe appellatam ſcimus.

Egra transfertur ab imperio

Saurſtadia.



Egræ ſitus amœnus.

Tantum de reipub. huius primordijs et mutationibus ſcitur. De ſitu uero & ædificijs urbis aliquid etiam me dicere amor dulciſſimæ patriæ cogit & impellit. Sita autem eſt urbs in amœniſſima ualle, ad collem cuius decliui maior ciuitatis pars ſuperædificata incũbit. Eſt duplici muro fortiſſimo circumquaque aliquibus etiam locis præſertim à flumine nõ ambitis triplici: ampliſſima item ac muro concluſa foſſa, turribus uero plurimis magnifice cincta & communita. Dicitur uulgo Bohemica ciuitas non aliam ob cauſam, quàm quòd hypotheca eſt regno Bohemico facta, ut ſuprà dictum. Regio ipſa finitima à primo Theodone potentiſſimo Bauarorũ duce, poſt electos ex Bauaria Romanos, Nariſcis, ut eam excolerent & incolerent, conceſſa & adſignata eſt: inde hodie adhuc Nariſcorũ terra uel ager, Germanica uero & corrupta uoce Nariſgauia uel Nordgauia dici ſolet. Ciuitas ipſa promulſide, potione ex melle cocta per totã Germaniã celebris ac famoſa eſt. Hæc potio nullibi præcioſior, nullibi ſalubrior coquit. Fluuiũ eiuſdem nominis ex mõte Pinifero ortum, habet ampliſſimũ ac nauigabilem ad meridiem ferè, uerſus quam plagam arx etiam urbis condita eſt, quę ſuas quoque ſingulares munitiones, muros, foſſas ac turres habet. Eſt in urbe magnificum templum S. Nicolai cum duabus altis ac oriẽti ſoli obuerſis turribus. Huic templo uicina ac pene contigua eſt magnifica domus Teutonicorum fratrum. Eſt in ea ipſa alia etiam Cruciferorũ ac Stelliferorum domus Xenodochio contigua. Sunt & Ciſtertienſiũ, Franciſcanorum,

Promulſis.



CIVITAS EGRANA


ab Egra fluuio iuxta quem locatur ſic dicta,

missa in ſua pictura ex regno Bohemiæ cui hodie paret, ab Egranenſi prudentiſſ. ſenatu ad me S. Munſterũ, inſtigatore doctiſſimo uiro & poëta laureato Gaſparo Bruſchio, hic tibi lector ob oculos ponitur, ut uideas quo animo memoratus ſenatus affectus ſit ad bonas literas, qui & ipſe pulchre ſuo reſpondere uoluit officio & poſteris indicare quo ad urbem ſuam celebrandam flagraret amore.


De Germania
Egrana ciuitas, olim de imperio Romano, hodie uer



rio Rom̃um, hodie uero regno Bohemiæ ſubiecta.



Egrana ciuitas, oli inde imperio Romanorum, hodie uero regno Bohemiæ subiecta.



ciſcanorum ac Prædicatorũ amœniſſima ac pulcherrima templa atq; cœnobia. Eſt & uirginum Deo dicatarũ & ſub Abbatiſſa militantium ampliſſimũ monaſteriũ ad S. Claram. Vetus item Parrochia S. Ioannis prope Prytaniũ: Phanum item Beatæ uirginis, quod Iudæorũ ſcholam ac ſynagogã fuiſſe Hebraicæ ac Chaldaicæ templi inſcriptiones adhuc hodie edocent & conteſtantur. Habet præterea hęc urbs ſpacioſiſſimũ ac ampliſſimũ forum, cui aſtat curia ſenatoria inſignis, in cuius fronte urbis & regni Bohemici inſignia depicta ſunt, Hæc curia Caroli V. Imp. Rom. auguſtiſſimi, anno domini 1547. habitatio ac ſedes erat, cum ibi collectis exercitus ſui copijs mox inde in Saxoniã omne belli põdus deportaret. Curia hæc ſex præclaras habet aulas uel hypocauſta pro diuerſis actionibus & cauſis, & ſex alia pro reipub. miniſtris condita. Sacellum uero etiam inſigne, S. Trinitati dedicatum. Sigillum quo ſenatus utitur eſt regia perſona ad umbilicũ uſq; effigiata, dextra enſem, ſiniſtra regale ſceptrũ ferens: ſub qua integra aquila liberis ac explicitis alis conſpiciẽ. Integrum & magnum ſenatũ conſtituunt ueteri Rom. more uiri centum, ex quibus nouemdecim de antiquiſſimis ſunt urbis familijs, patricio ſanguine nati. Tredecim alij uocantur iudices & ſcabini: & hi ius dicunt nõ ex ſcriptis legibus ſed ex receptis ac longo uſu comprobatis reipub. Egranæ conſuetudinibus. Reliquos ſexaginta octo ſenatores, plebeios uocant. Ex nouemdecim illis patricijs ſolent eligi quatuor conſules. Hi erant quo hæc ſcripſi tempore nobiles ac prudentiſſ. uiri, Clemens Bũchelbergerus ueteri maiorũ nobilitate & ſplendore celebris, Erhardus Wernherus, ſuperiore anno à Rom. Hungariæ ac Bohemiæ rege nobilitatus, omniũ eruditione aliqua præſtantiũ incõparabilis fautor ac Mœcenas, Michaël Fontanus & Nicolaus Keslerus ſapientia & rerum uſu maximi, quos clariſſ. uiros Deus opt. max. honeſtiſſimæ Egranæ reipub. diutiſſime ſeruet ſaluos ac incolumes. A ſenatus Egrani conſtitutionibus ac latis ſententijs nemini integrum aut liberum eſt appellare uel ad ſuperiorẽ magiſtratũ prouocare. Si quis uero in Senatum actionẽ inſtituat Egrani nullibi cõparent aut reſpondẽt, niſi coram ipſo Bohemorũ rege. Habet urbs ſuas quoq; magnificas ædes frumentarias, easq; omni frumentorũ atq; leguminũ genere refertiſſimas: armamentariũ item omni bellicorum inſtrumentorũ apparatu inſtructiſſimũ: molendinas uero intra muros duas, extra mœnia tres: duo item Xenodochia, quorũ alterum 12. fratrum domus appellari ſolet, diuæ uirginis rotundo ac ornatiſſ. ſacello contiguũ. Balnea publica quatuor, portas maiores tres, minores & oneratis plauſtris non peruias totidem, per quas Conſules in reipub. negocijs peregre profecti, nocturnis temporibus introduci in urbem ſolent: nemo enim alius noctu ibi intromittitur, imò ne conſul quidem ipſe, ſi in priuatis negocijs abfuerit. Inter portas maiores una eſt, pontis porta nũcupata, à ponte ligneo & fortiſſimo, quo utraq; Egræ fluminis ripa connectitur, ante iſtam portam eſt non procul ab urbe nobiliſſ. fons acidus uulgo der Seyerling dictus, cuius aqua ſalubris ac guſtui delectabilis, æſtiuo tempore ab utriuſq; ſexus iuuentute quotidie cateruatim prodeunte paruis urceolis in urbem portari ac ibi laboranti plebeculæ uẽdi ſolet. Eſt ante eandem portam ultra flumen ampliſſimũ & præclaris ædificijs ornatum ſuburbiũ, in quo magna coriariorũ turba habitat, quorum labores plurimũ cõmendantur & in utranq; Pannoniam aliasq; finitimas prouincias innumeris plauſtris auehunt. Habet Egra na ciuitas duo alia præterea ſuburbia maxima, quorũ unum tres habet ſpacioſas ac inſignes plateas, ac ad unamquamq; plateã munitiſſ. portas. Alterũ habet duos uicos ac totidẽ portas, utrunq; ampliſſ. etiam foſſas, quibus nocturnis temporibus ab omni uiolentia muniti ſunt & tuti, qui illa ipſa ſuburbia inhabitant. Eſt autem diues & opulenta ciuitas Egra, habens circa ſe præcipua ferlitate luxuriantẽ ditiunculã, quam Egranam ab urbis nomine uocãt. In ea habet S. P. Q. Egranus arces 12. pagos inſignes plurimos ac aliud oppidũ Radwitz, aut ut alij appellãt Rewitziũ, tribus lapidib. ab urbe ad Coſſeniũ montẽ ac fluuiolũ ſitum. Habet hęc ipſa urbs ſuam etiam propriã monetã, eam uero tam exigui momenti ut 4. Egranę monetæ obuli conſtituant unum tantũ nummũ Noribergeñ. aut Francicũ. Hęc moneta tantũ in Egrana ditione ualet. Regia arx de qua ſupra dictum ad meridionalẽ plagam ſpectat: in ea ſolet regię maieſtat. nomine reſidere Burggrauius uel præſes Egranus. In eius arcis ingreſſu aſtat altiſſ. ac furui coloris fortiſſ. turris, quæ ciuitatẽ ſpectat. In ipſa arce ſunt duo pulcherrima ſacella S. Martino & diuæ Vrſulæ dicata, quorũ alterũ alteri ſuperędificatũ marmoreis ſingulisq; ex uno ſaltẽ ſaxo factis colũnis fulcitũ eſt. Extra urbis muros ſunt recte è regione dictæ arcis fragmenta adhuc muri uidelicet firmiſſimi cum foſſis ac propugnaculis alterius cuiuſdam uetuſtæ arcis Winſelburgi dictæ. Has duas arces interfluit ampliſſimo alueo fluuius Egra.

Curia ſenatoria.

Senatus Egrenſis.

Seüerling fons acidus.


Moneta Egrana.

Breuiter

Breuiter tota urbs ornatiſſima tota pulcherrima eſt, intus pulchris ædificijs, ciuili populo, magnificis ac eximia uirtute præſtantibus uiris illuſtris, foris uero amœniſſimis ac fœcundiſſimis hortis & agris, uarijſq; pomorum generibus ac piſcoſo flumine luxurians. Proxime adiacens prouincia uarijs hodie dynaſtijs conſtans, Voytlandia eſt, quæ ab Aenea Syluio olim Aduocatorum & prætoriana terra dicta, nõ erat ducatus quidem integer, ſed quatuor tantum baronum, quos Prætores Romani imperij antiquitus ac potentiſſimi monaſterij in Quedlenburg Aduocatos fuiſſe inuenio, patria ac ditio, dominorũ uidelicet de Weyda, Gera, Gretzio ac Plauhen. Ita ut quicquid oppidorũ, caſtrorum, cœnobiorum, ac pagorum his Baronibus ſubeſſet, imperij uidelicet prætoribus, quos ea regio Germanica uoce Voyt appellare conſueuit, id Voytlandia quaſi prætorũ terra nuncupareẽ. Huius, puincię celebriora oppida hęc ferè ſunt, Curia Regnitiana, à præterfluẽtibus fluuiolis ac in Salam ibi cadentibus dicta, ciuitas ampla ac populoſa, magnifico S. Michaẽlis templo ac potentiſſ. monialium cœnobio, duobus item opulentiſſimis Xenodochijs conſpicua, Voitlandiæ olim caput ac Baronum de Weyda, hodie marchionũ Brandenburgenſium. Plauheniũ ciuitas & arx, Olſenitzium oppidũ cum adiacente arce Voytsbergenſi, quam à Druſo quodam ſiue Romano ſiue alio conditam eſſe, à qua item toti regioni nomen hoc initio cõtigiſſe & inditũ eſſe, ex duobus uerſiculis ibi ſaxo inciſis colligitur, qui tales ſunt.

Foytlandia à German. ca uoce Fout.

Curia gum hoff.



Caſtra locans Druſus hic prætoria nomina monti
Fecit, poſteritas ſeruat & ipſa ſibi.

His uerſibus abinepto quodam præfecto ſublatis, Germanicum epigramma tale ſubſtitutum ac ſaxo inciſum legitur.

Druſus der edel Römiſch vot/ Bawet diſen berg in der not.
Do er krieg in Teütſch landen pflag/ Voytsberg heißt er auff diſen tag.
Von dem das ganz vmligend land/ Ward allenthalb das Voytland genant.


Reliqua oppida ad Voytlandiam pertinentia, ſunt: Adorffum, Weidoniũ, pulchrum oppidum cum adiacentibus quibuſdam cœnobijs, Milfurto & Corona alba, Gerouiũ, Schlertzium & quicquid eſt locorũ inter Curiam & Cygneam ad Helleſtrã amnem ſitum. Huic fere toti tractui præſidet ac imperat nunc illuſtriſſimus princeps, dominus Henricus Burggrauius Miſnenſis ac dominus in Plauhen, regni Bohemici ſupremus Cancellarius, nuper à potentiſſ. fratrib. diuis, Carolo V. Imp. ac Ferdinando rege Rom. ad ducalem dignitatẽ euectus ac magna parte eiuſdẽ regionis (quã antea Saxoniæ elector poſſidebat) donatus. Habet Voytlandia in ſua uicinia celebrẽ illum ac famoſiſſ. montẽ, quem Piniferũ uocant, 4. fluuiorũ ad 4. mũdi cardines mirabili naturę maieſtate permanantiũ, Egrę uidelicet, Mœni, Nabi ac Salæ ampliſſimũ parentẽ ac magnã Germaniæ partem inundantẽ. Egra enim Egranam ditiunculã ac Bohemiã irrigans finito 24. milliariũ curſu, prope Litomeriziũ regiam in Bohemia urbem Albi infundit. Mœnus Voytlandiæ montana & totam orientalẽ Franciã perfluens ac multas præclaras utriuſq; regionis ciuitates præterfluens prope Moguntiã cum Rheno confluit. Nabus per ſuperiorẽ Palatinatũ ad Bauariã deſcendens ſuper Ratiſponam cum Danubio coit. Sala longo curſu Voytlandiã, Miſniam, Thuringiã ac Saxoniam perambulãs, ampliſſimo alueo tribus à Magdeburgo lapidibus prope oppidum Kalb & Dei gratiæ uulgo Gotsgnad cœnobiũ ampliſſ. in Albim influit. De his prouincijs & earum comitatibus ac ducatibus poſſum multa tibi clariſſime Munſtere cõmunicare, ſi chartas meas indigeſtas adhuc euoluero ac in ordinẽ redegero, quod aliquando fiet. Tu hęc pauca interim boni cõſule & in honeſtiſſ. tuo conatu ſtrenue progredere, quem tibi æternus pater domini noſtri Ieſu Chriſti fortunet, teq; nobis diutiſſime ſeruet incolumem ac ſuperſtitem, Amen. Tuus ex aſſe Bruſchius.

Dux nouus Henricus.

Mons Piniſer, uulgo Vichtelberg.

Quando

Quando Bohemia euecta in regnum.



ANno Christi 1086. apud Moguntiã in concilio principũ ab Imperatore Henrico eius nominis quarto Vratislaus rex declaratur, Morauorũ regno, quod antea extinctum fuerat, in Bohemiã translato, Polonia, Schlesia, Lusacia, Morauia, Bohemorũ regno adiectæ. Gilbertus Treuirorũ archiepiscopus cum eo Pragam missus, qui coram prouincialibus regẽ inungeret, regalibusq; adornaret insignibus. Id eodem anno factum, ac clamante populo, Vratislao regi salus, honor atque uictoria. Suatana quoque regina cum eo coronata. Post hunc Vratislaum quidam scribunt pluribus annis interregnum fuisse. Nã Conradũ fratrẽ eius ac deinde Vratislai filios non regis sed ducis tantũ nomine usos, tanq; regni decus homini non prouinciæ datum fuisset. Teduit etiam populum libertati assuetũ, adorare regẽ supra se dominũ uenerari regẽ, uitæ & mortis ferẽ tem arbitriũ, temperabant fastum dominãtis, ut ducem potius haberent quàm regẽ. Quin & principes ipsi regis nomine & dignitate temperantes, satis habuere dici duces Bohemorũ. Verũ Vladislaus quarto loco natus à nouissimo rege, cum militaret Imp. Frid. tum Mediolanũ oppugnãti, ibiq; operã nauaret præcipuã, Imp. remunerationis loco coronã impo suit, regemq; Rom. imperij socium appellauit, & ita auctum dignitate, remisit in regnum, deditq; illi quæ ferret insignia in clypeo, rubrum leonẽ caudę bifurcatæ in campo candido.

Dux præ rege amatur.

Religio Christiana apud Bohemos in sectas scinditur.

INitiũ dissensionis Bohemorũ, fuit simultas scholasticorũ. Nam cum Imp. Carolus an Christi 1370. publicũ Pragę gymnasiũ collocasset, idq; summa cura ad bonũ modum prouexisset, cum esset Imperator in tantis reipub. curis maximo affectu deditus literis, aderat aliquando disputantibus in philosophia magistris, & captus altercationis dulcedine permansit auscultans in quartã horam. Cum ab aulicis admoneretẽ, esse iam dudum cœnæ tempus, quòd fastidio præmerentẽ rixosarũ disputationũ, ille respondit: uos cœnam queritote, iste meus cibus, audire de literis, exuperat omne ciborũ desideriũ. In hoc gymnasio, cum Teutonici Bohemis prævaluisse uiderentẽ, indoluere Bohemi quòd ab aduenis superarentur. Ex quibus quidam Ioãnis Wicklef libũ cõparauit, in quo de iure diuino, ecclesiastico, & ciuili, deq; ecclesia & clero multa disserunt. Hunc Pragæ intulit & ex eo sumptis argumentis, Bohemi Teutones fatigarunt. Multæ quoq; contentiones, multa conuicia & inter iuuenes aliquãdo homicidia fiebant. Teutones hoc uidentes & locum sibi parantes, supra duo millia uno die abierunt anno Christi 1408. trium dierum itinere pergentes, Lipsensem scholam iam impetrato priuilegio erexerunt. Ioannes Hus tunc emicuit, uir obscuro loco natus, ex uilla Hus, quod anserem sonat, cognomen mutuatus. Hic cum esset peracri ingenio & lingua satis disertus, Ioannẽ Wiclefum extulit apud populũ, asserens se cum ex hac luce migraret, in eum cupere locum peruenire, quem Wiclefus teneret. Huius doctrinã Bohemi renouarunt, habetq; sequentes articulos. Redigunt Romanũ pontificem in ordinẽ, neq; eum cæteris antistitibus esse augustiorẽ ac uenerabiliorẽ, inter sacerdotes nullum discrimen ducentes. Presbyterum non dignitatem sed uitæ meritum efficere potiorem. Animas corporibus excedentes aut in æternas è uestigio pœnas demergi, aut perpetua consequi gaudia: purgatorium ignem non inueniri quo aliquando expientur. Stultum arbitrantur defunctis parentare, auaricię sacerdotalis inuentum esse. Dei optimi maximi, diuorumq; simulachra è medio tollunt. Aquarũ palmarumq; ac cęterarum rerum benedictiones irrident. Mendicantiũ religiones, malos dæmones inuenisse. Sacerdotes pauperes esse debere, sola eleemosina contentos, non opes, non pecuniã possidere.

Ioannes Wicklef.

Lipsensis schola.

Articuli Bohemorum.

Liberam

Liberam cuiquam uerbi Dei prędicationem patere. Nullum capitale peccatũ, quantumuis maioris mali uitandi gratia tolerandũ. Qui mortalis culpæ reus sit, eum iudicant neq; debere seculari neque ecclesiastica dignitate potiri, nec etiam parendũ esse ei. Confirmationem & extremam unctionem inter ecclesiæ sacramenta minime contineri. Auriculare confessionem nugacem & superuacuã esse, sufficere in cubili aut alio secreto loco sua quenq; Deo peccata confiteri. Baptisma fluuialis undę nulla interiecta sacri olei mixtura recipiendum. Cœmiteriorũ inanem usum, quæstus tantũmodo causa repertum, quacunq; tegantur tellure humana corpora nihil distare. Templum Dei latè patentis ipsum mundum esse, coartare maiestatem eius qui ecclesias, monasteria, oratoriaq; construunt. Sacerdotales uestes, altarium ornamẽta, pallas, corporalia, calices, patinas, uasa huiusmodi nil habere momenti, sacerdotem quocunq; loco, quocunq; tempore sacrum Christi corpus conficere posse, & petentibus ministrare, sufficere si uerba sacramentalia tantum dicat: item suffragia sanctorum in cœlis cum Christo regnantium frustra impetrari. In canonicis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri. Nullo die ab opere cessandũ esse existimant, quàm quæ dominica nunc appellatur. Celebritates sanctorũ reijciendas. Ieiunijs quoque ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. Sunt etiam qui dicunt Bohemorũ sacerdotes infantibus ipsis & cunctis alijs indifferenter sub utraque specie corpus Christi ministrare. Deinde superueniens Picardus quidam ex Gallia, gentem alio delirio dementasse dicitur: nam contractam uirorum ac mulierum plebem, nudam incedere iussit, cõmonefaciẽs scilicet eos primæ innocentiæ & requirens tam purum in homine animũ, qualem primi parentes in paradiso habuerũt. Hæc cum syncera mẽte sed imprudenter doceret, autor fuit omnis licẽtiæ, unde publica & mixta subsecuta est Venus. Cito tamen abolita fuit secta illa. Adscribit illis quoq; quòd subterranea habuerint loca, unde & Grubenheimeri uulgo dicti sunt, ubi sacra sua faciebãt, inter quæ quũ a sacerdote pro more illud Geneſis pronunciaret, Crescite & multiplicamini ac replete terram, lumina quæ ibi habebantur cõtinuo omnia extinguebantur, & tunc neque ætatis ulla neque sanguinis reuerentia promiscue uiri, & in quam quisq; per tenebras incidit, mulieres cognoscebant, & peracto scelere quum in locum suum quisq; se recepisset, luminaria rursus incendebantur & sacrum peragebatur. Sunt tamen qui excusant hos homines, asserentes nunquam tantam inter eos deprehensam impudentiã, saltem publicam, ut tale quid in suis conuentibus attentarint. Si priuati quidam talem impietem exercere conati sunt, sicut & nostro æuo quidam anabaptistæ simili scelere dementati sunt, id non posse hominum communitati imputari. *Adamitæ.*

Bohemi uocantur ad concilium Constantiense.

DVm hęc apud Bohemos aguntur, generale concilium apud Constantiam cogitur, in quo de rebus Bohemicis sermo habitus, patres suadente Sigismundo Imperatore, Ioannem & Hieronymum Hus ad synodum euocarunt, qui tunc cæteris eiusdem regni doctiores habebantur, erantq; populi ductores. Venerunt intrepi ambo, parati sua defendere. Ioannes ætate & autoritate maior habitus, doctrina ac facundia superior Hieronymus. Rogauerunt patres utrũque ne plus sapere quàm ecclesia uellent, sed saperẽt ad sobrietatẽ, peregrinas opiniones relinquerẽt, ingenia sua, quæ quidẽ essent nobilissima, Wickleuitarũ infamia non fœdarent &c. Cum constantes in sua perseuerarent sententia, Ioannes prior ut hęreticus ad mortem iudicatus & combustus est. Hieronymus diu postea in uinculis habitus, quum immutabilem haberet animũ, pari supplicio est affectus. Bohemi ubi audiunt exitũ suorũ magistrorũ, *Comburuntur Ioannes & Hieronymus Hus.*



furere incipiunt, concurrunt, sæuiunt, ecclesias & omnia sternunt obuia. Obsidentur ciuitates, coguntur in sectam, ni consentiant uastantur. Trucidantur mortales, sine discrimine ordinis, sexus & ætatis. Latius serpit malum, foras educunt armati exercitus. Romanorũ rex Sigismundus imploratur, tardius uenit. Interim illi sæuiunt & crescunt, robore & numero, concursuq; facto, monasteria & omnia religionum loca à fundamentis euertunt, infesti ante omnia fratribus Prædicatoribus & Minoribus, quorum opera perisse magistrũ suum Constantiæ queruntur. Magnam Christiani sanguinis uim profuderunt, monachos interfecerunt, moniales stuprauerunt, & alia horrenda mala perpetrauerunt, nedum in Bohemia sed & extra. Multa tum ac uaria prælia sunt facta in gentem furibundam. Duces Saxoniæ, marchiones de Misnia, Colonienſis, Treuirensis, Maguntinus archiepiscopi, aliquando diuisim, quandoq; iunctis agminibus in Bohemos sunt inuecti sine magno fructu. Fridericus quoque & Wilhelmus Misniæ marchiones ualidum in eos exercitum produxere & transitis montibus hostibus occurrerunt magnaq; facta cede eos in fugam uerterunt. Anno 1427. Bohemi tantum excreuerunt in armorũ peritia simul & audacia, ut in Austriã ad uicina Viennæ grassantes peruenirent, omnia igne & ferro fœdantes. Incensa oppida, euersæ urbes, deiectæ arces. Ducunt deinde in Morauiã, Sleſiamq; nulli sexui, ætati uel ordini deferunt, peruagantur Misniam & Lusatiam, magnamq; crudelitatem exercent in clericos & monachos. Idem egerunt anno Christi 1430. solita rabie & noua immanitate Sleſiam debachantes. Peruasit metus Bohemorum omnes Germaniæ prouincias, quando nihil erat inuium tantæ ferocitati. Vnde factum est, ut omnes ubiq; urbes nouis se fossatis & propugnaculis cõmunirent: Erfordia, Iena, Magdeburgũ, Brunsuicum, Luneburgum &c. Quo tempore cum ageretur 1431. annus Sigismundus Cæsar magnum agebat Nurnbergæ conuentum principum, & conuenit inter omnes, ut in proximam æstatem generalis fieret expeditio in Hussitas, in eam rem cruciata prædicabatur. Magno conatu res inchoata, non tam lætos habuit exitus quam alacria principia. Anno 1434. Bohemiæ barones & proceres magna parte catholici, collecto magno agmine, armis Hussitas cogere cœperũt, ut ad matrem ecclesiã remigrarent, profectiq; Pragam intromissi sunt in urbem ueterem, quam magna parte tenuere Teutonici fideles cum aliquanta parte Bohemorũ. Primo mane, qui fuit dies dominicæ ascensionis nouam ciuitatẽ, quæ redundabat Hussitis, inuadunt, nihil tum formidantem, oppugnaturq; ab urbe ueteri noua ciuitas, & magno impetu incurrunt catholici, sæuiunt sine discrimine in omnem ordinem, ætatem & sexum: nec illi segniter se tuentur. Ferunt eo die ad duo & uiginti millia Hussitarum concidisse: magna ibi præda, quæ per multos annos ex uicinis prouincijs & urbibus cõuecta fuit. Profecti autem catholici cum copijs suis ad oppida & arces Hussitarũ, exturbauerunt eos, sed non omnino potuerunt eos delere. Laborarunt reges, principes, pontifices & alij magnates, ut Bohemos reducerent à suis opinionibus, uocabantur etiam ad concilium Basilienſe & monebantur ut cantum & reliquas ceremonias ecclesiasticas, sacerdotum consecrationes, diuorum imagines, aquæ & salis benedictiones, altarium ornamẽta & similia rursum in suis ecclesijs instituerent, reliquisq; ecclesijs conformes se facerent: & quidem aliqui in his obtemperabant eis, alij autem ista nedum pro rebus puerilibus uerum & pro nociuis habebant, utpote quæ à Deo abducerent & à fiducia ipsa in solum redemptorem ponenda.


Bohemi bella excitant.

Cruciata contra Bohemos.

Genealogia ducum & regum Bohemiæ.

Recitauimus supra aliquot ducum nomina, qui à Zechio usque ad Christianissimi susceptionem præfuisse traduntur, nunc eos suo ordine describemus, qui post susceptam Christi fidem rerum in Bohemia sunt potiti. Variant autem quorundam nomina apud autores, ut quem Pius Zechium, Krantzius eundem Zethum uocat. Sic quem ille Primislaum appellat, eum iste Prinslaum uocat.

Borsinous



1 Borsinous decimus fuit dux ex primo Zechio, subijtq; lauacrũ regenerationis sub Arnulfo Imperatore. Sustulit ex Ludmilla uxore duos filios, Spitigneũ & Vradislaũ. Primus moriens sine filijs, fratri principatũ reliquit. 2 Vratislaus moriens reliquit duos filios Wentzlaum & Bolislaũ, dissimili uirture adulescentes. Wentzlaũ instituit in pietate Christiana mulier Ludmilla auia eius, & Bolislaum Drahomitia mater eius, mulier impia. De Wentzeslao hęc referuntur: Potus cibiq; parcissimus fuit, corporis maiestate decorus, uirginitatem ad ultimũ uitæ seruauit, diuina officia nunquã neglexit & incredibili deuotione fidem Christi ambiebat, qui propter nomẽ eius mira populi charitate atq; admiratione celebrabat. Sed quãto cæteris acceptior erat, tanto acrius in se odium fratris matrisq; concitabat, ac propterea licet dimittere seculum destinasset, hostes eius impatiẽtes moræ, piam principis intentionẽ scelere præueniunt. Fit conuiuiũ apud fratrẽ, matre iubente uocatur Wenceslaus, ingressusq; ille, fratris manu percussus interijt, translatus ad meliorẽ uitam. *Diuus Wenceslaus.*
3 Bolislaus morbo absumptus post parricidiũ interijt, atq; mater eius tanti sceleris incitatrix, fertur apud arcem Pragensem terræ hiatu absorpta. 4 Boleslaus patruo quam patri similior, deo deuotus, hominib. iustus, ut erat, apparebat, 20. ecclesias erexit. Stratiquas uero dum ad episcopatum eligitur, contempsit, quòd non is quem deposceret, locus uideretur. Inde uero cum alium locum ambiret & ab archiepisc. Maguntino consecraretur, arreptus à dęmonio infelicem exhalauit animã. Porro Milada soror sacris imbuta literis, auctoritate Rom. pontif. monasteriũ S. Georgij in arce Pragensi cõstruxit, ibiq; sacerdos consecrata est. Eadem quoq; S. Viti ędem à Wenceslao fundatam, in pontificalem eleuari obtinuit. Ditmarus natione Saxo primus fuit episcopus, cui Adelbertus Bohemus successit. *Primus episcopus Pragensis*
5 Boleslaus. Hunc alij Vdalrici & Iamiris fratrem faciunt. Rebus Bohemicis tum suberat insignis ciuitas Cracouia: at Mesco dux Poloniæ contempta Bohemi adulescentia Cracouiam intercepit, suoq; iuri subdidit. Venitur ob eam rem ad graue bellum, multa inuicem irrogantur ferro & flammis incommoda. Demum dum mutuũ colloquiũ inter principes instituitur, & Bohemus minus cauit insidias, à Polono Mescone opprimitur. Alij scribunt Boleslaum prope Cracouiam in conuiuio captum, luminibus priuatũ, & comites eius crudeliter necatos. Reliquit autem iste Boleslaus duos filios, aut secundum alios fratres, Iamirem & Vdalricũ, mortuusq; est anno 1030. Annales Poloniæ longe aliter sentiunt de Cracouię à Bohemis & Bohemiæ à Polonis subiugatione, nempe Boleslaum ducem & deinde primum regem Poloniæ, Poloniam liberasse ab omni externa iurisdictione, & insuper multas alias terras suo subiecisse imperio, sed quas ingnauus filius eius Miesco post ipsum rursum perdidit: quin & Bisetislaus dux Bohemiæ ingressus Poloniam, illam misere uastauit, donec Casimirus monachus uocatus ad regnũ Polonię, ducem Bohemiæ ad homagiũ coëgit. Postea uero desinẽte regno Polonię cœpit regnũ Bohemię, sicq; per uices hęc duo regna aliquandiu mutuo sibi fuerunt exitio. 6 Iamires. Alij appellant eum Ianurẽ fuitq; natu maior & successit patri in ditione. Vdalricus uero amplexus militiã, sequebat regem Romanorum Henricum sanctum. Et cum audiret patriam à Polonis laborare, impetrata à rege uenia, Bohemiã repetiuit, & magno labore repressis hostibus, fratrem regno non idoneum excæcauit, ipseq; præfuit magna cum laude. Expugnauit quoq; Mescho dux Pragam ciuitatem, Vissegradum autem arcem, in qua erat dux Iamiris, expugnare nequiuit. Interim Viricus congregato exercitu, subito irruit in Polonos qui Pragam occupauerant, & occidit multos. Euasit tamen Mescho cum paucis in Poloniam. *Praga à Polonis expugnatur.*
7 Bisetislaus & ab aliis Brzetislaus, quum adoleuisset, Iutham Ottonis Imperatoris secundi filiam, quæ apud

Ratiſponã in monaſterio nutriebatur, quãuis nunc̃ uidiſſet ſola fama cõmotus ui rapuit,
Raptus regiæ uirginis. ſolusc̃ cum illa ad patrem perrexit, comitibus uelocitatẽ eius inſequi nequeũtibus, ab Im-
peratore ex fuga retractis atque occiſis. Non improbauit pater Vdalricus factũ, ſed admi-
ratus audaciã, tantũ ſe filium genuiſſe gauiſus, matrimoniũ cum rapta in Morauia celebra
ri mandauit, tanto præſtantiorẽ filium æſtimans, quãto nobilius eſt Imperatoris quàm uil
lici filiam amauiſſe. Pater autẽ puellæ incõparabile nefas deteſtatus, quòd auderet uir im-
perio ſubiectus, tantam irrogare Imperatori domino ſuo iniuriã, iureiurãdo affirmat exer
citum in Bohemiã ducturũ, terrã malis affecturũ, ſibic̃ ſedem in medio regni collocaturũ.
Statimc̃ cum exercitu Bohemiã inſtar torrẽtis cuncta ſecum rapientis ingreditur. Contrà
Vdalricus filiusc̃ caſtra mouent. Iamduo exercitus ad iactum teli cõuenerant, tum Iutha
cuius ex iniuria bellum ortum, crinibus ſparſis, ſciſſa unguibus facie, uicto periculorũ ma-
gnitudine muliebri pauore, auſa telis ſeſe inferre uolantibus, inter primas acies proſiliens,
patris palloquiũ priuſquã furor ardeat amplior expoſcit. Quo impetrato, fateor inquit pa-

Oratio filiæ ad patrem.



ter, iuſtum te bellum mouiſſe, cuius
filia rapta eſt, illumc̃ pœna dignum
qui te cõtempſit, niſi compuliſſet a-
mor, cuius cęca cõſilia ſæpe ueniam
meruere. Sed age obſecro, pone ante
oculos quẽ armis inſequaris: gener
tuus mihi maritus cui tantopere ira-
ſceris, & fortaſſe nepos tuus eius fi-
lius in uentre meo cõceptus eſt. Par
ce oro filiæ, parce nepoti, patrem illi
mihi uirum dimitte. Non eſt degener
maritus, nec ſolui conſummatũ ma-
trimoniũ Rom. eccleſia ſinit: nec tibi
uictoriæ poteſtas eſt: utric̃ uires, u-
tric̃ belli artes ſuppetunt. Mars du-



bius caſum reſpicit. Ne obſecro pater, mei cauſa tantam militiam morti obijcito: parce cui
Iuramentum impium non ſeruandum. ego prior læſa, peperci. Illachrimatus pater audita filia, facturumc̃ ſe quod illa uellet niſi
obſtaret iuramentũ. Tum Iutha. Et maritus inquit meus iureiurãdo aſtrictus eſt, Teutoniæ
armis laceſcere, ſed uana religio, quæ ſceleri locum facit. Vim criminibus ſacramenta non
addunt. Inueni tamen ſi libet uiam, qua te ſimul promiſſo uirumc̃ ſoluam. Veniet cum pa
tre gener ad pedes tuos, ueniam commiſſi petet, te regem, te dominum profitebitur: neque

Boleslauia.



impedimẽto erit, quo minus ſedẽ in medio Bohemiæ colloces, ibic̃
ius dicas. Placuit Imperatori conſiliũ filiæ atc̃ in eius uerba fœdus
ictum, exercitus cõſalutati & in Boleslauia, quæ umbilicũ Bohemię
tenet, ſedes Imperatoris lapidea erecta, perpetuũ rei monumentum
principibus terræ inſigne datum imperialis aquilæ. Exinde Biſetiſ-
laus Morauiam ex paterno indulto rexit, Polonosc̃, qui magnam
eius partem occupauerant, bello deleuit. Extendemus nunc conſe-
quenter genealogiam principum Bohemiæ, initium facientes à Bi-
ſetislao.

3 Spitigneus — 9 Vratislaus rex — 7 Biſetislaus — 10 Conradus — Iaromirus epiſcop. — Otto
Brzetislaus. Ludmilla Iuditha Boleslaus Borzineslaus — 11 Vladislaus. — 12 Sobeslaus
Vradislaus. ſecundus — 13 Fridericus.
14 Primislaus — Wenceslaus 15 Ottocharus qui & Primislaus quintus.

Dum

Dum hæc aguntur anno poſt Chriſtum natum 1030. Boleslaus apud Cracouiam excæcatus interijt. Vdalricus quoq; uita functus eſt. Qua re cognita, Iamires & ipſe cæcus, ducatum Bohemię ſuopte ingenio nepoti dimiſit. Biſetislaus ergo Polonos, ulturus auum, pulſare bello non timuit, Cracouiamq; armis captam funditus euertit. Gneznã quoq; metropoliticam urbem diripuit. Quod cum Imp. Henricus accepiſſet, indignatus, Biſetislaũ aut reſarcire Polonis damna aut bellum expectare iuſſit. Ille nihil ſe Imperatori niſi tributum debere reſpondit à maioribus inſtitutũ. Pendebat aũt dux Bohemię Imperatori quotannis 120. boues, & argeenti puri 150. marcas, id ſe neq; neglexiſſe hactenus neq; neglecturum. Imperator his auditis ex Ratiſpona in Bohemiam copias traducit, Bernhardo Saxonum duce ex altera parte cum exercitu properare iuſſo. Ingreſſus ſyluã præciſis arboribus iter intercœptum reperiens, milites ſecuribus uiam aperire iubet. Magnus hic labor equiti, erant enim uaſtæ magnitudinis arbores, multaq; robora incidenda, priuſquam iter pateret. Ob quam rem quum ad interiora peruenijſſent, feſſi ac ſitibũdi proiectis armis flumina petunt. Tunc Biſetislaus ex inſidijs prodiens, palantes atque inermes aggreſſus, ſtragem haud paruam fecit. Imperator repentino commotus malo, multis ſuorum deſideratis, fuga ſalutem petit. Bernhardus uero, quem Syluius Othardũ uocat, fines Bohemiæ ingreſſus, ſeptẽtrionalem prouincię partem longe lateq; populatus, his cognitis cum præda domum reuertitur. Sequenti anno Imperator & Bernhardus maioribus collectis copijs redeuntes, tranſmiſſa ſylua, ferro ac flamma cuncta uaſtarunt, Biſetislaũ armis diffidentẽ intra Pragę mœnia obſederunt. Is animo fractus ueniam petijt, & dictæ ſunt pacis leges quas uoluit Imperator, & trium annorum tributũ penſum. Mortuus eſt autem Biſetislaus anno 1052. in aprili. 8 Spitigneus poſt patrem imperio potitus, omnes Teutonici generis Bohemia excedere iubet, nec matri Luthę poteſtatẽ manendi facit. Exinde Morauiã infeſtis petens armis, fratres bello aggreditur. Vratislaus audito germani aduentu, fugit ad regem Andream in Vngariam. Conradus & Otto fratri ſe dedunt. Vxor Vratislai capta, aliquandiu in uinculis habita, tandemq; dimiſſa dum uirũ in Vngaria petit, uicina partui in itinere decedit. Mœſtus ea re Vratislaus, ab Andrea rege cõſolationem accepit, qui filiam ſuam Adelheidim nuptam ei tradit. Quod uidens Spitigneus, fratrem reuocauit & cuncta quæ armis abſtulerat reſtituit. Iutha uero à filio deiecta, quũ ſecundo nupſiſſet, breui mortua eſt. Mortuus eſt & Spitigneus, & ſucceſſit ei Vratislaus. Qui Morauia inter fratres diuiſa, Iaromirũ, quem pater eccleſiæ dedicauit, inuitum ordinari iuſſit. At is ad Poloniæ duces fugiens militarem diſciplinam ſectatus eſt. Sed reuocatus, Pragenſis epiſcopus factus eſt ac mutato nomine Gerhardus appellatus. 9 Vratislaus anno 1086. ab ortu Chriſti Maguntiæ in concilio principum ab Henrico quarto rex declaratur, Morauorũ regno & iam extincto, in Bohemiam translato, Polonia, Sleſia, Luſatia, Morauia Bohemorum regno adiectis. Chronica tamen Poloniæ paulo aliter ſentit, ut ſuo loco dicemus, & iam quoque memoratimus. 10 Vita functus Vratislaus, non filium ſicut optauerat, ſed Conradum fratrem habuit ſucceſſorem Qui ſeptimo menſe potitus Imperio, morbo correptus, nepotibus ex fratre locum fecit. 11 Vladislaus iſte à Friderico primo ſibi & poſteris regiam dignitatem obtinuit, quam Conradus pater & fratres eius non habuerunt, ſed ducis tantum nomine uſi fuerunt. Hic pontem ſuper Multauiam, quo uetus Praga minori iungeretur ædificauit, in 24. arcus protenſum. 12 Sobeslaus quinque annis ducatu non regno functus, à prouincialibus exactus in exilio interijt. Krantzius ſcribit Sobeslaum iſtum ex primoribus procerum fuiſſe & ditionem ſibi non debitam occupaſſe, filium regis ſui paterna ditione excluſiſſe: quapropter actus in exilium legitimo hæredi fecit regni locum. Fridericus is erat, cuius nomen genti alienum, declarat honori Imperatoris datum, ut ex eo uocabulum ſortiretur. Sed neque diu ille præfuit, abſtinuitq; regio nomine, quòd perinde chariorem ſe proceribus ſperabat. Succeſſit Friderico Conradus uir nobiliſſimus, ſed qui Imperatorem in Italiam ſequutus in agmine moriens defecit. Bitislaus qui & Henricus dictus, exinde accepit Bohemiæ gubernacula, regio & ipſe tẽperans nomine. Et quũ eſſet Pragenſis epiſc. 16. annis pontificatũ ſimul & principatũ Bohemię tenuit. Cui morienti frater Wentzeslaus ſucceſſit, qui & ipſe cum patribus ſuis regio nomine tẽperauit, ſiue quòd magis ui quàm iure imperauerunt, ſiue quòd Rom. regis indultum ſumendæ coronæ, more maiorum obtinere non ualuerunt. Wenceslaũ Primislaus Vladislai ſecundi filius, ditione eiecit & à Philippo Rom. rege Friderici filio, coronã regni eſt adeptus. 14 Primislaus,

Cracouiã euertitur.

Strages in Bohemiæ ſylua.

Morauiæ regnum transfertur in Bohemiam.

Pons Pragenſis.

Rex & epiſcopus.

partum ſeu recuperatum regnum Wenceslao filio reliquit, & Ottocaro Morauiam dedit. Fuit autem Wenceslaus monoculus, qui ſine liberis decedens, regnum Ottocaro reliquit, quem Odoacrem Itali uocant. Hic Margaretam Friderici ducis Auſtriæ ſororem & iam anum duxit uxorem repudiata ſorore marchionis Miſnenſis, nec tam coniugis ætatē quàm dotem animo uoluens, ſterile inīt coniugiū. Inhærebat enim illi Auſtria ueluti hæredi. Vlricus quoque Carinthiæ dux deſtitutus uirili prole, accepta pecunia ab Odoacre, deſignauit illi regiones Carinthiam, Carniolam, marchiam Sclauonicā & multas alias regiones, unde Bohemus iſte non parum intumuit. Fecit tamen illi marchio Miſnenſis magnum negocium ob repudiatam ſororem, unde magni motus in Bohemia & extra excitati ſunt: at Odoacer in gente ſua regnum tenuit, omniū regū potentiſſimus. Fundauit in littore maris Balthici anno 1254. præclaram urbem, cui nomen indidit, ut mons regalis diceretur, ſedes nunc magni magiſtri ordinis Teutonicorū. Quantū autem huius regis aucta fuit potentia, tantum etiam inſolentia creuit: Viuenteq; uxore eius nouiſſima, quæ ſibi tantum imperium adiecerat, alteram ſuperinduxit, nempe Cunigundā, regis Maſſouiæ filiam. 15. Ottocarus. Multa ſcribuntur de Ottocaro ſiue Odoacre iſto, quæ tamen partim in patre & partim in filio eiuſdem nominis facta uidentur. Rudolfus comes de Habſpurg tunc præerat imperio: qui cum pridem regis Odoacri curiæ magiſter fuiſſet, minoris à rege pendebatur. Miſit ergo Cæſar Rudolfus legationē regi, Auſtriā, Carinthiā cum cæteris prouincijs repoſcēs, quando nec Auſtria muliebre feudum eſſet, nec Vlricus prouincias ſuas iniuſſu Imperatoris uendere poterat. Recuſat rex, & armis tueri parat, quod legitimo accepiſſet titulo. Erant qui ſe interponerent uiri ſenſati bello, quod exoriri timebatur. Effecerant inter utroſq; reges ſerio tractantes, ut Bohemus modeſtior factus, Auſtriam redderet Imperatori, atq; exinde datis acceptiſq; filiabus, affinitas utrinq; iungeretur, & prouinciæ de quibus lis eſſet, dotales fierent. Adeptus Auſtriam Rudolfus, Ottocarum in uerba ſua iurare more maiorum ſuorū expoſcit. Id ſuperbo regi grauius uiſum, tanq; ex domino ſeruus fieret. Diſcordia hinc noua oritur, indicitur utrinq; bellum. Quumq; in certamen inſtructa acie utriq; deſcendiſſent, uixq; mille paſſuum interiectū eſſet ſpacium, Ottocarus Rudolfi copias uereri cœpit, atq; illico de cōcordia cogitauit: mittit legatos per quos iuraturū ſerite pollicetur, ſi modo honoris ſui cauſa intra auguſtale tabernaculū clam id fiat. Accepit

Odoacer rex potentiſſimus.

Auſtria feudū uirile: alij tamē aliter ſcribunt



Lepidum commentum.

conditionē Imperator, illiusq; lepido cōmento pudorem eluſit. In medio ſpacio auguſtale intenditur Imperatoris iuſſu, ſuggeſtus hercle ſublimis intus, cum ſella paratur. Mox ipſe diademate imperatorijsq; inſignibus ſane conſpicuus, conſidentibus imperij electoribus, cæterisq; in ſubſellijs rite proceribus, Ottocarum acciri iubet. Is cum paucis optimatibus tentorium ingreſſus. præreuerenter ſuggeſtum conſcendit, ac ſupplex ad eius genua conſtitutus, dux ex more ſolenne ſacramentū præſtat, ecce tentoriū ex induſtria compoſitum, in quatuor

in quatuor partes ex impuiſo ſolutũ decidit. Callida ruina Ottocarũ ad Cęſaris genua ſup plicem utrięq; exercitui ſpectatũ exhibuit. Hinc Alemãni glorioſum & è ſolio præſidentẽ Imp hilares, hinc triſtes Bohemi ſupplicantẽ regem ſpectabant. Subticuit Ottocarus in præſentia, & indignatione cõpletus domum rediit. Hoc ubi uxori nunciatũ eſt, tot uirum illa cõuicięs affecit, donec aduerſus Imp. abolendæ huiuſce turpitudinis gratia bellum inſtaurauit. Rudolfus uiolato fœdere, pòſt ubi ſe ad bellũ prouocari conſpicat, exercitũ reparat, & haud procul à ripa Danubij utrięq; conuenere, datoęq; ſigno manus conſerũt, dimicatur atroci diu utrinq; pugna: cecidere ex utraq; parte plurimi. Tandẽ inclinata acie, Bohemorũ ſtrages longe maior fuiſſe dicitur. Interijt quoque inter plurimos Ottocarus ipſe, anno ſalutis 1278. Habes quoq; ſupra in deſcriptione Auſtriæ hanc hiſtoriã paulo fuſius deſcriptã. 16 Wenceslaus iſte cum pater interiret natus fuit annos ſeptem, atq; ob id regnum tutorio nomine ab Ottone marchione Brandenb 5. annis fuit gubernatũ. Wenceſlaus adultus factus, duxit uxorẽ Iutham filiam Cæſaris Rudolfi antea ſibi deſponſatã. Soror autem eius Agnes nupſit Rudolfo Rudolfi regis filio, qui tamen non diu uixit, relicto filio Ioanne, qui poſtea patruũ ſuum Albertũ regem Rom. interfecit. Wenceslai uero regis Bohemorũ tanta fuit uirtus, ut Imperatore Rudolfo moriente, illi à principibus Romanum deferretur imperiũ. Sed qua uirtute promeruit, eadem modeſtia recuſauit, aſſerens ſatis ſuperęq; ſibi laboris eſſe, paternã ditionẽ æquis legibus gubernare, externis ſe libenter abſtinere. cedereq; dignioribus, uir tanto imperio magis donandus, quo magis à ſe abegit. Præfuit autẽ regno ſex annis, præmatura morte ſublatus. Bohemi mortẽ eius magno mœrore ſunt proſequuti. Fuerat enim manſuetus & clementiſſ. princeps, ſanctitatisq; admirãdæ. 17 Wenceslaus iſte ſucceſſit patri, moribus tamẽ eidem longe diſpar. Nam quum ebrietati & luxuriæ indulgeret, aliorũ bona diriperet, aliorũq; uxoribus illuderet, apud Olmunciũ Morauiæ ciuitatẽ in domo Decani pontificalis tribus uulneribus cõfoſſus, duo de uiginti annos natus interijt. Deprehendit homo Thuringus cruento gladio, & priuſq; de coniuratis & de crimine confeſſionẽ faceret, ab imprudenti populo laceratur. 18 Henricus princeps Carinthiæ, qui Wenceslai ſororem Annam uxorem habuit, creatur rex poſt Wenceslaũ. Albertus uero Cęſar pulſo Henrico Rudolfum filium ſuum conſtituit regem, tradiditq; ei in matrimoniũ Eliſabetã Wenceslai ſenioris relictam. Qui quum magna Bohemorum ſpe regnare cœpiſſet, ſubitaneo morbo correptus, primo regni ſui anno aſque liberis deceſſit, rediitq; Henricus memoratus ad ſceptra.

Moroſa uxor.

Wenceslai uirtus.

Rex cõfoditur

15 Ottocarus
- Agnes, cuius maritus Rudolfus
- 16 Wenceslaus ſenior, uir ſanctus
  - 17 Wenceslaus iunior.
  - 18 Anna, cuius maritus Henricus princeps Carinthiæ
- 19 Eliſabet cuius maritus Ioannes de Lutzelburg.

Ioannes occiſor patrui

19 Hanc Eliſabetam quĩdam aiunt fuiſſe alteram ſorõrem iunioris Wenceslai, alij aſſerunt filiam eius fuiſſe. Quum igitur Henricus regnũ Bohemiæ iterum adeptus eſſet & Albertus Cæſar cum magnis copijs Bohemiã ingreſſus, regionẽ longe lateq; afflixiſſet, Henricum tamen regno deijcere non potuit, prius ipſe à nepote occiſus, quàm meditata in Bohemos exequeretur. Henricus poſtea comes Lutzelburgenſis electus in Rom. regem, dictam Eliſabetam 18. annos natam, clam iuſſam ad ſe uenire, apud Spiram Ioanni filio ſuo quatuor annis minori matrimonio coniunxit, fecitq; filium regem Bohemiæ. Renitebatur quidem Henricus Carinthiæ princeps & muniuit Pragam, ſed oppidanorũ proditione ciuitas Ioanni fuit tradita, atq; Henricus effugit. Ex eo tempore uſque ad Sigiſmundũ Imperatorem, Bohemia in poteſtate Lutzelburgenſium annis fermè 126. fuit.

M. Alb. ect. cap. 11.

19 Eliſabet regina Bohemiæ Ioan. Lutzelburgẽſis maritus eius
- Ioannes princeps Moraujæ
- 20 Carolꝰ rex & Imperator
  - 22 Sigiſmundus
  - 21 Wẽceſlaꝰ
- 23 Eliſabet cuius maritus Albert. dux Auſtriæ
  - 24 Ladislaus ſine hæred.
  - 25 Eliſabet cuius maritus Caſimirus rex Poloniæ
  - Vladiſlaus
- 26 Ludouicꝰ
- 27 Anna

19 Ioannes Lutzelbergeñ. potitus regno Bohemię, habuit multa inteſtina bella: quin et contra Auſtrales bellum geſſit & triumphauit. Caſimirũ quoq; Polonũ coẽgit, ut ſibi ſolueret uiginti millia marcarum argenti pro iure ſuo quod habuit in regno Poloniæ. Cracoviam tamẽ obſidione cinxit, ſed deficientibus cõmeatibus abire compellit. Sub ſenectutẽ eius lite implacabili inter Philippũ Gallum cõſanguineũ eius & Eduardũ Anglum excita ta, Gallus Bohemũ cum filio pro auxilio præcat, magnamq; pollicetur pecuniã, quam Iannem regem Bohemũ quidam affirmant accepiſſe & pro coronatione filij erogaſſe. Cum autem Gallus cum copijs ſuis ſubſequeret exercitũ Angli, qui in ſylua delituit, in inſidias hoſtis decidit, ſtragemq; immenſam paſſus, cum ſumma ignominia fugit, uiginti millibus ſuorum occiſis & proſtratis. Inter quos rex erat Bohemiæ Ioannes cæcutiens (nam à medicis excęcabatur, qui eum ex toxico aliàs liberare nequibãt) dux Lotharingię, comes Flandriæ, & multi alij inſignes & electi milites. Carolus regis Ioannis filius, aufugit. Anglus uero contemplatus cadauera poſt cædem, & Ioannem Bohemũ proſtratum uidens, dixit: Alius certe lectus deceret Bohemiæ regem. Tum in Lutzelburgum fecit eum deportari. Regnauerat autem in Bohemia 35. annis & tandem cruentiſſ. ſe immiſcuit bello. 20 Fuit Carolus triginta annorum & unius quum patrem amitteret, in baptiſmo Wenceslaus & in confirmatione à Carolo Francorũ rege Carolus uocatus, apud quem pueritiæ rudimenta peregit. Fuit uir magnorũ operum, qui regnum Bohemiæ tum religionis cultu, tum legum ac morum diſciplina illuſtrauit. Anno Chriſti 1361. ſchola liberaliũ artium ab eo Pragæ eſt erecta, noua ciuitas mœnibus cincta, palatium regium magnificentiſſime extructũ, monaſteria multa fundata, arces conſtructæ admirabiles, pax toti regno reddita. Iohanni fratri ſuo Morauiam poſſidendam conceſſit, Viſſegradum nouis muris ac propugnaculis communiuit, & pontem Multauiæ, quæ corruerat, reſtaurauit, eccleſiam Pragenſem in metropolim erexit, quum antea Maguntino pontifici ſubiecta eſſet. Clarus profecto Imperator niſi Bohemici regni gloriam cum iactura Romani imperij quæſiuiſſet. Illud quoque nomini ſuo non paruam inuſſit maculam, quòd Wenceslaum filium natu maiorem in imperio ſibi ſucceſſorem adhuc uiuens ordinare conatus eſt, idq; pecunia. Nam cum principes electores haud facile ad eam rem trahi poſſent, quod uirtute obtinere nõ potuit, pręcio comparauit, promiſſis cuiq; electori centum millibus aureis. Quos quum repræſentare nõ poſſet, publica illis Romanæ reipublicæ uectigalia obligauit, perpetuum imperij malum. Hæc pius papa. 21 Wenceslaus ætatis ſuæ anno ſecundo, permittente patre regni Bohemici ſceptrum aſſequutus, exin ſollicitante patre Carolo annos natus quindecim eligitur in Rom. regem, & deinde Aquiſgrani cum Ioanna prima eius coniuge coronatus. Sub eo multa fiebant in Bohemia ſcandala & enormia facinora. Miſeri ludęi populari tumultu ſpoliantur ſine cauſa, uiri quoq; inſontes ſine noxa exquiſitis & nouis cruciatibus plectebantur. Nimia itaq; Wenceslaus uſus tyrannide, tandem à baronibus regni captus, quatuor menſibus & diebus 7. cuſtodiæ eſt traditus, donec per fratrem ſuum Ioannẽ marchionem ducem Luſaciæ & Procopium Morauiæ marchionẽ eſt liberatus non ſine reipub. ingenti iactura. Cum ergo tyrannide, ſocordia, luxu omnia fœdaret, conqueſti prouinciales Sigiſmundo fratri regi Vngariæ, iterum à Sigiſmundo eſt captus, & ut ſecurius cuſtodiretur, Alberto duci Auſtriæ eſt traditus. Sed cum negligenter cuſtodiretur, fuga elapſus regnum repetijt, rurſusq; eo potitur: neq; uitam emendans aut mutans, uino, uentri, Veneri, dies noctesq; inſeruiuit. Et ueluti porcus domi clauſus ac ſaginatus, neque regni negocia ſolerter ordinauit, neque eccleſię ſchiſma extirpauit, & ideo ab imperij principibus crebro admonitus cum nil curaret, imperio eſt deturbatus. Et quum poſt Ioannem Hus alius ſurgeret Ioannes ordinis Præmõſtratenſis & cum ſua ſequela in regiam prorumperet, orans Wenceslaum ut deſignaret ſibi ampliores eccleſias, quòd iam populi maiorem obtinerent partem, cõuerſus rex ad Nicolaum quendam, qui pro multitudine loquutus fuerat, inquit: tu quo nos è regno ejceres orditus es telam, at ego laqueum inde efficiam quo te poſtea ſtrangulem. Audientes populares minas, magis ſunt accenſi, ut cogeretur rex fugere ad arcem Viſſegradenſem. Rex tamen conſulibus nouæ ciuitatis imperauit, ne ulterius permitterent illos dominicum corpus, ut ſolebant, cum pompa deferre. Quod cum conſules exequi uellent, Huſſitæ furentes prætorium petiere, conſules undecim metu periculi fuga ſaluati ſunt. Septem qui remanſerant & cum his iudex urbis atque alij nonnulli ciues raptim intercepti, ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitati, lanceis ac uerubus irati populi excepti,

Rex Bohemiæ in prælio cadit

Carolus quartus Imperator

Pragenſis eccleſia fit metropolis.

Carolus nocuit imperio

Wenceslaus tyrannus.

Wenceslaus rex porcus.

excepti, dirum ſpectaculũ præbuere. Camerarius regni, qui cum trecentis ẽquitibus ad ſe- *Huſſitarum furia.*
dandum tumultum occurrerat, ubi furentẽ plebem animaduertit, de ſua uita ſollicitus, fu-
ga ſibi conſuluit. Ea cum regi renunciarentur, cunctíq; circumſtantes attoniti facinus de-
teſtarentur, at ego inquit pincerna futura hęc præſcieram: quem rex indignatus correptũ
repente in pedes ſuos proſtrauit, & arrepto pugione conatus eſt interficere, ſed impeditus
à circumſtantibus, ægre illi uitam dimiſit. Nec mora, rex paralyſi correptus, ægrotare cœ-
pit, atque intra octodecim dies ſignatis nominibus ſectariorũ, quos neci deſtinauerat, fra-
trem aſſidue uocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, antè uita exceſſit quàm uo-
cati principes adeſſent, anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſeptimo, ſucceſſitq; ei Sigiſmun-
dus. 22 Sigiſmundus frater Wenceslai, factus eſt poſt fratrem rex Bohemiæ & po-
ſtea mortuo Ruperto rege Romanorum & principe Palatino, electus in Imperatorem, du-
ctaq; Maria filia regis Vngarię uxore, regnum adeptus eſt Vngariæ. De quo infrà multa
in deſcriptione Vngariæ. 13 Eliſabet unica filia Sigiſmundi, ducta ab Alberto duce
Auſtriæ & electo Roman. Imperatore, tranſtulit regna Bohemię & Vngarię in Auſtriam,
cuius hiſtoriam infrà in Vngariæ deſcriptione inuenies. 24 Ladislaus utriuſq; regni
hæres, quum peruenisſet ad adultam ætatem, cœptum eſt decerni de ſponſa. Nulla autem
inter multas Magdalena dignior omnium iudicio uiſa eſt, Caroli regis Gallíæ filia, cui par
ætas, genus ac forma, morumq; præſtantia ineſſe uidebatur. De nuptiarum loco tandem
conuentum eſt, ut earum celebratio fieret Pragæ in Bohemia. Parantur itaque regiæ nup- *Prematura Ladiſlai mors*
tiæ inſano ſumptu. In tanto uero apparatu rex media nocte in decembri ſæuo ac repen-
tino morbo corripitur. Afferuntur uariæ cauſæ morbi illius. Increbreſcente morbo ani-
mam efflauit, nullumq; dirę mortis indicium indidit, anno 1458. Aliqui morbo, ueneno
alij ſubreptum affirmant. Res tamen ubique ueneni ſuſpitione non caruit, cuius quidem
autorem Georgium regni gubernatorem fuiſſe rumor erat. Quin & Rochezana regiæ
mortis crimine non caruit. Metuebant enim Huſſitæ, ne in tanto principum conuentu om
nes extinguerentur. Georgius itaq; Pogiebracius regni gubernator eodem quo regis exe
quiæ peractæ ſunt die, optimates omnes conuocari iubet. Quibus coactis, gubernationẽ
ſuam ad Pentecoſten uſque à rege olim propagatam fuiſſe nunciauit: interea de creando
rege cogitari oportere, ſe interregni tempore rempub. ex inſtituto ſuo gubernaturũ & da
turum operam, ne quid illa detrimenti patiatur. Præpotenti & prętorianis cohortibus ſti-
pato, nemo in ſenatu neq; foris aduerſari auſus eſt, nec obijcere, ex morte mandantis, po-
teſtatem dudum eſſe finitã. Haud mora Pragenſes huius imperio paruere. Mathias Cor- *Mathias Cora uinus.*
uinus, qua rex diem obijt, Pragam aduectus in Georgij poteſtatem deuenit. Mox à Geor-
gio regalia ſunt indicta comitia, quo multi competitores deſcendẽre, in primis Caroli regis
Gallię oratores, Caſimirus rex Poloniæ, qui Ladislai regis ſororem olim duxerat, Guilel-
mus dux Saxonię, qui Annam alteram Ladislai ſororem uxorẽ habuit, item Fridericus Im-
perator, Sigiſmundus & Albertus duces Auſtriæ. Sed poſtquam regalia comitia aduene-
runt Georgius Pogiebracius, domi foriſq; præclarus, ætate grauis & conſilij compos, rex *Alienus fit rex Bohemiæ.*
Bohemiæ declaratur. Is populi gratiam diligenter coluit, ut ſe tali fauore munitum, proce-
res qui opibus & nobilitate præſtabant, formidarent. Cum Caſimiro Polono magna in-
genij dexteritate ſe geſſit. Mathiam Coruinum quem captiuum habebat, nec gratuito reſti
tuere uolebat, bene tractauit, carcere nunquam indecoro cohercuit. Ad tantam orbitatem
duo regna Pannoniæ & Bohemiæ redacta fuerunt, ut è nobiliſſimo genere ad mediocris
fortunæ manus ambo peruenerint. Hoc ad Pogiebraciũ, quem nulla maiorũ ſtemmata de-
corabant, illud ad Coruinũ recidit, qui ex uulgaribus ad comitatus dignitatem ſublimatus
fuit. Cumq; Vngari de noui regis electione deliberarent, miſit Eliſabet Mathiæ mater epi-
ſcopum Varadienſem in Bohemiam, rogauitq; ne unquam Praga recederet, donec filij li-
berationem tranſegiſſet. Epiſcopus uero uidens Mathiæ liberationem auro poſſe obti-
neri, ſexagies mille aureorum, (alij quadragies) redemptionis prætium promittit. Factis
autem comitijs in Vngaria, electoque à maiori parte Mathia in regem, & deſignato ei ob
adoleſcentiam eius ad quinquennium gubernatore, mittitur legatus in Bohemiã qui Ma-
thiam reducat. Præceſſerunt tamen literæ quædam legatum, quas ubi rex Georgius inter
cœnandum legiſſet, accubantem ſub ſe in imo loco Mathiam continuo ſuperius aſcẽdere
ſibiq; aſſidere iuſſit. At illo attonito & percunctãte cur ita præpoſtere fieret, reſpõdit rex:
cœnam perfice, exacta cœna fauſtum ac felix audies nuncium. Subticuit adoleſcens & ſpe

cõpletus cœnare non poterat. Poſt cœnam rex, quid mihi Mathia, inquit, exolueris, ſi ſum
Mathias rex ſalutatur. mam tibi nunciauero læticiam? At ille: nil mihi rex libertate lætius eſſe poteſt: quam ſi con



ceſſeris, perpetuã ſi potero gra/ tiam etiam quamcũq; petieris me recipio relaturũ. Tũc ait rex: Sal ue Mathia rex Vngariæ. Te Vn/ gari regẽ propter immortalia di ui patris tui beneficia regẽ decla/ rarunt. Proinde age quæſo, per/ petuũ inter nos percutiamus fœ/ dus, pcuſſumq; ſacri coniugij uin culo ac pignore ſanciamus. De/ dit itaq; illi Catharinã filiam uxo rem, quæ quarto exacto cum Ma thia anno immatura morte ſurre pta eſt. Cõparauit aũt rex Geor gius magnũ exercitum, ut pro di



gnitate regem ac generum in Vngariam reſtitueret. Egreſſi quoque Vngari ſuſcipiunt re gem ſuum in cõfinio Morauię & Vngarię, ſalutantq; eum & adorant. Plauſus tam ingens per horam editus & tantus tubarum clangor, tympanorũ tinnitus & æneorum machina/ rum crepitus paſſim effuſus eſt, ut cœlum collidere uideretur. 25 Vladiſlaus filius Caſi miri regis Poloniæ & Eliſabetæ ſororis Ladiſlai regis Vngariæ, poſt mortem Georgij Po giebracij qui ſe ui in regnũ intruſerat, fit rex utriuſq; regni, Bohemiæ & Vngariæ, genuitq; Ludouicũ & Annã. 26 Ludouicus utriuſq; regni hæres & ſucceſſor, anno Chriſti 1526. infeliciſſime contra Turcam pugnans, in paludem cum equo auerſa corporis parte incidit & periit. 27 Anna ſoror Ludouici regis nupſit Ferdinando Hiſpano, qui poſt mortem Ludouici factus eſt rex utriuſq; regni, etiamſi melior pars Vngariæ illi per Turcã ſit adem pta, id quod infrà apud Solimannum Turcarum principem non tacebimus.

MORAVIA.



HAbuit olim Morauia ſuos reges, qui imperiũ tenuerunt in omnẽ gentem Bohemorũ & Polonorũ, fuitq; regnũ latiſſimũ ac potentiſſ. Circa annũ Chriſti 900. Quanto copius ditione tenebat Morauiã, Bohemiã, Schleſiam, Poloniamq;, quarum duces illi parebãt. Ipſe aũt animis ſublatis de magnitudine ditiõis, Imp. Rom. Arnolfo tributa ſoluere, quæ aliquandiu ſoluiſſet Ludouico Germaniæ regi, pernegabat. Peti tur ergo magno bello, ſed ipſe quoque magnis reluctaẽ uiribus, tandemq; equis uiribus diſceſſum eſt. Sederãt tum Vngari gens noua, ad repagula, quæ illis Morauorũ rex obiectaſſet, nec erat ulla tranſcendendi facultas. Imp. qui in animũ induxerat, non ni ſi uictor redire à Morauis, undecunq; circũſpexit auxilia: aperuit tranſitũ Vngaris, immi/
Imperator immittit hoſtem Chriſtianis. ſitq; hoſtem Chriſtianis populis, qui infinitis poſtea malis prouincias afflixerũt. Sed tum opera illorum uſus Imperator, ſupprimit Morauorũ regem, & multis peſſundatis atq; ca/ ptis, in fugã uertit eum. Ille elapſus in profundũ ſolus ſe recepit ſaltum, & proiecto regio apparatu, ad ſolitariũ quendã ſe contulit, cuius uſus contubernio ſanctitatis, in finem uſq; uitæ heremiticã uitam impleuit, & moriturus quis eſſet aperuit & in Chriſti pace quieuit. Tunc Bohemia, Polonia & Schleſia ſuum quęq; prouincia ducem conſtituit, tributa tamẽ ſuperioritatis agnitione uel modica pendentes. Eiſdem ferè temporibus, imperãte Græcis Michaële uenit Cirullus doctor & apoſtolus omniũ Sclauorũ unà cum Metodio, & poſue
Morauis prædicatur Chriſtus. runt fundamentũ Chriſtianæ fidei in Morauia, erexeruntq; epiſcopalem eccleſiam in op/ pido Vielagradenſi. Vnde uocati à Rom. pontifice & correpti, cur ſacra celebrarẽt in lin/ gua Sclauonica, reſponderũt, quia ſcriptum eſt, Omnis ſpiritus laudet dominũ. Sunt Mo/ rauigens ferox & rapinarũ auida. factaq; eſt olim prouincia Romanorum & ordinata inter

quatuor

quatuor marchias imperij, deinde incorporata regno Bohemiæ, quæ olim Bohemiæ fuit domina. Sigismundus Imperator postea dedit eam dono Alberto genero suo. Rebellantē uero Albertus magnis affecit cladibus. Nam supra 400. uillas una excursione combussit, mortales multos neci dedit, pecus omne penè abegit, iugumq; ferre gentem coēgit. Baro nes omnes Hussitarum sectatores sunt. Sunt in ea prouincia complura oppida plena populo & opibus abundantia, inter quæ Brunna principatū obtinet. Olmucensis ciuitas unica est pontificalis sedes. Sermo genti mixtus est, Teutonicus & Bohemicus, superant tamen Bohemi, quorum regionis est imperium.

Morauia olim domina Bohemiæ.

Brunna caput Moraviæ.

SCHLESIA.



FVit hæc prouincia diu sub imperio Polonorū, tandēq; subijcitur coronæ Bohemiæ, accipiens nomen illud ab amne Schleso, uel ut alij sentiūt à Schleso rege. Odera fluuius perlabit eam. Latitudo eius patet itinere triū dierum, & longitudo eius itinere quatuor dierum, extenditurq; à regione Vngarica usq; ad Brandenburgensem marchā. Fuit episcopalis sedes primū Nyssæ, deinde translata fuit per Casimirum primum ad Vratislauiā metropolim prouinciæ. Fuerat iste Casimirus monachus ordinis Cistertiensis, sed qui rursum è cucullo euocatus est, quando totum regiū semen in Polonia usque ad eum defecit. Eam historiā inuenies in Polonia copiosè descriptā. Sermo populi Schlesiæ est germanicus: ab altera tamen parte Oderæ ubi Poloniā respicit, prævalet Polonica lingua. Habet regio duos præcipuos ducat⁹, unū in Legnitz, cui magna ps terræ & populi subsunt, alterū in Schweidnitz, qui paret regi Bohemiæ & is habet in eo præfectū seu Vicetenentē, qui in oppido Lawer manere solet, & quatuor in anno unà cum reliquis nobilibus in oppido Schweidnitz celebrat iudicia. Multitudo ducum inter quos paterna hæreditas per capita diuisa fuit, lacerauit prouinciā in multas partes, unde regio frequētes incurrit calamitates, & crebris exposita fuit latrocinijs. Terra ipsa uallatur montibus & multis interspergitur syluis, humectat plurimis riuulis quos Bohemiæ montes extrudunt & ad Oderam destinant, unde regio multum fœcundatur. Incolæ bibunt potum ex cerere factum, quem ceruisiam uocant. Infertur quoq; uinum ex Morauia & Vngaria: & iuxta Crosnam oppidum crescit uinum, sed quod pro magna parte per Oderam in Prussiam & alias maritimas terras auehitur. Aiunt etiam uictum in hac regione cōparabiliorē esse & in minori præcio inueniri, quàm in alijs circumiacentibus terris.

Vratislauia metropolis.

Vratislauia metropolis Schlesiæ.



VRatislauia uulgo Presla, caput Schlesitici populi, ciuitas amplissima est, ad ripam Oderæ sita, quondā à duce gentili Vratislao cōstructa & denominata, atque indè à Miescone circa annum Christi 970. sede episcopali decorata, quæ tamen primum fuisse memoratur in mogortio, si ue Nyssa, de quo infra copiosi⁹ in Polonia. Multiplicatis postea principū filijs, fuit ducatus quoq; in hac urbe institutus, & item forum annuarum nundinarū. Quod quum in præiudicium Poloniæ esse uideretur, rursum fuit abrogatū. Crescente itaque ciuitate ipsa in potentia & opibus, plurimum est magnificis ædibus tam priuatis quàm publicis ornata, ut etiam ciues anno Christi 1505. conati sint in ea erigere gymnasium generale omniū bonarum disciplinarum. Et super hoc Vladislai regis Vngariæ & Bohemiæ consensum, auxilium, literas erectionis, donationem iurispatronatus omnium præbendarum ecclesiæ collegiatæ sanctæ Crucis, item literarum promotorialium regis & reginæ Vngariæ & episcopi Vratislauiensis ad Iulium papam obtinuerunt, & multo

Gymnasium in Vratislauia.

& multo ære Budæ in Cancellaria regis ſoluerunt, quibus cum literis & promotionibus tria millia aureorum Romam pro expediendis bullis papæ & confirmatione deſtinarunt. Vniuerſitas autem Graccouienſis euigilans, ad ſedem apoſtolicam literas regis Alexandri regis Poloniæ caſſatorias & rationes confutatorias per doctores conceptas miſit, quibus papa acquieſcens, erectionem uniuerſitatis inhibuit. *Dirum ſpectaculum.* In hac urbe regnante apud Bohemos Wenceslao orta ſeditione, cõſules quorum prima poteſtas eſt per feneſtras ex prætorio in forum præcipitati, gladijs ac lanceis iratę plebis excepti, dirum ſpectaculum præbuere, cuius rei autores Sigiſmundus Imperator paucis poſt annis ſecuri percuſſit. Anno 1511. Vladislaus pater & Ludouicus filius reges Vngariæ & Bohemię totum tempus in homagijs à Scleſitis ſuſcipiendis abſumpſere. Vladislaus uero apud Vratislauiam agens, uictus populi ſenatuſq; exorationibus, emporium renouauit, fuitq; hæc nouitas eo anno in nundinis quadrageſimalibus apud Franckfordiã ad Mænum publicata, ut nec Poloni nec Germani Vratislauiam mercandi gratia præterirent, ſed ea urbs utriuſq; gentis mercium limites faceret. Hęc ut firmiora eſſent, Ioachimus Brandenb. marchio apud Franckfordiam oppidum ad Guttalum amnem, quem Oderam uocant, ſitum, conſimile emporiũ *Emporium nouum.* erexit, ut undiq; uĩs intercluſis Poloni ſumma mercium neceſſitate rebus aſſentire cogerentur. Vratislaus nõnihil paterni regni Polonienſis oblitus, inductus, certis literarũ munimentis in omnibus regnis ac principatibus ſuis emporium obſeruandum præcepit. Interea autem Sigiſmũdus Polonię rex per uniuerſum Sarmatiæ regnum, cõmercia cum Vratislauienſibus prohibuit in magnam Vratislauienſium iacturam, qui tamẽ in quartum annum maximis ſumptibus rem tueri conati ſunt, ſed fruſtra, ut infra in Polonia latius ſumus dicturi.

LIBER COSMOGRAPHIAE QVARTVS, PER Sebaſtianum Munſterum ex probatis

Coſmographicis & hiſtoricis ſcriptoribus, latinis & Germanis collectus & in unum congeſtus.


Deſcriptio regni Daniæ & aliorum regnorum ſeptentrionalium, Sueciæ, Nortwegiæ, Gothiæ &c. ſimul complectens ſuccinctam earum nationum hiſtoriam & res geſtas.

DANIAE regnum comprehendit latiſſimam terram & plurimas inſulas. Prior Dania, quæ olim Cimbrica cherſoneſus & tandem Iutia appellata eſt, procurrens à Saxonibus per modum peninſulæ in boream, inter duo maria, Britannicũ & Germanicũ, paruit olim Saxonibus, non autẽ reliquæ aquilonis regiones. Incolæ earum regionũ geſſerũt ante & poſt Chriſti natiuitatẽ multa & magna bella contra Germanos & alias nationes, præſertim quinquaginta annis ante Chriſtũ natum, magnus hinc populus unà cum mulieribus & pueris egreſſus uenerunt in Weſtphaliã, atq; hinc digreſſi & traiecto Rheno plurib. aucti populis, uenerũt tandẽ per alpes in Italiã, ut alias ſibi quærerent ſedes. *Bellum Cimbricum.* Quod Romani uidentes, maximis uiribus tantã colluuiẽ adorti, memorabilẽ fecerũt ſtragẽ, ſd bellũ ſupra in Italia paulo fuſius deſcripſi. Cimbri itaq; amiſſis 80. millibus uirorũ, ſeparati à Germanis & Gallis quos apud ſe habebant, ferè omnes iuxta Atheſim ſunt à Rom. deleti. Teutonicorũ uero agmen ad prouinciam Narboneñ. ſe recipiens, apud



apud Aquas ſextias percuſſi occubuerunt. Geſſerũt Dani ante Chriſti incarnationẽ pluri ma & grauiſſima bella contra Saxones, propter Cimbricæ ſeu lutiæ terrã, quam Dani à Sa xonibus ereptam ſibi uendicarunt: unde quoq; factum eſt, ut Saxones nõnunq; cogeren tur Danis pendere tributum. Aliquot annis deinde, nempe poſt Chriſtum natum, prodiit ex Daniæ inſulis alia colluies ſæuiſſimorum hominum, qui Nortmanni uocabantur, & hi Galliæ littora infeſtantes omnia igne, cædibus & rapinis complebant, ut ſupra ſuo loco di ximus.

De ſitu Daniæ.



TOta Dania penè inſularis eſt, conſtatq; multis partibus, maris faucibus intercæ pta. Prima eſt orientalis, cuius potiſſima pars eſt Scania, in qua eſt Lundenſis ar chiepiſcopatus, quæ magnitudine ſua & opibus facile ſuperat reliquas regni pro uincias. Alij uocauerũt hanc Daniæ partem, Scandinauiã pro Schondaniã, id eſt, amœnam

Scania.
Schondania.

amœnam Daniam, alij Scaniam atque alij Sconingiã. Sunt deinde qui per Scaniã seu Scandinauiam intelligendũ putant totum orbem septentrionalem, contra quos tamen Ioannes Magnus archiepiscopus Vspalensis scribit, secutus Saxonem Grammaticũ, qui per Scaniam intelligit partem Daniæ ualde piscosam, & in qua est Lundensis archiepiscopatus.

Mira ubertas schondaniæ. Multis igitur à scriptoribus nominibus compellatur, Scondia, Scondermarchia, Schondania, id est, amœna Dania. Plinius aliquo loco Scandiam & alio Scandinauiam nominauit, sed mansit illi Schondiæ nomẽ, quod pulchritudinẽ significat, quoniam cœli beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminũ piscatione, uenatione nobilium ferarum, auri, argenti, æris, & plumbi inexhaustis uenis, oppidorũ frequentia, ciuilibus institutis, nulli cedit beatæ regioni. Scondiã ueteres latini & Græci ferè incognitam habuerunt, illicq; esse terrarum zonam frigidam, perpetuis damnatam niuibus, omniscq; animantis impatientem dixerunt magno cõsensu. Pauci eius mentionem fecerunt, inter quos Plinius 4. lib. sic ait: Quarum clarissima Scandinauia est, incompertæ magnitudinis. Alij Plinio etiam antiquiores, Fortunatas terras & homines macrobios atque omniũ iustissimos mortalium sub hoc terrarũ tractu posuerũt. Occidua pars Daniæ est Iutia, quam Ptolemęus appellat Chersonesum Cimbricã, quæ quasi lingua procurrit inter duo maria longè in boream, quomodo Italia in Austrum. Habet autem Iutia pro termino australi Eydoram fluuiũ, qui decurrit ad occiduũ exitq; in mare Britannicum, Frisios (qui ab olim Danici iuris sunt) dirimens à Tietmarsis, limes proinde Daniæ atq; Holsatiæ. Procurrit autem Iutia itinere sex dierũ in aquilonẽ, urbibus aliquot insignita ad utrunq; mare, Balticũ & Britannicũ. Hæc regio uaria olim fortuna, à uetustissima memoria Saxonibus habitata est, quib. pulsis, Dani occupauere. Hodie præter ducatũ Sleswicensem in tres diuisa est episcopatus, Sleswicensem, Ripensem & Arusiensem. Hę itaq; duæ regiones Scania & Iutia, extremitates sunt regni Daniæ & præcipua membra, quibus interceptę sunt multæ insulæ: quarũ locupletissima est Sialandia, quæ nunc Selandia, in qua multę sunt ciuitates & arces atq; regia ipsa. Ibi Roschildia olim potens & munita ciuitas, ecclesijs decorata & regum monumẽtis, nunc autem ad tenuitatẽ perducta, quòd ciues

Roschildia. urbium fisi munitionibus soleant insolescere. Longitudinẽ habet hæc insula biduam itineris, atq; latitudinẽ ferè æqualem. A Selandia in Scaniam traiectus multi, breuissimus in Helsinborg. Est Scania pulcherrima prouincia, armata uiris, opulenta frugibus, diues mercibus, ecclesijs plena, & nunc alecum captura locuples & insignis, duplici magnitudine ad

Scaniæ laus. *Alecum captura.* Sialandiã. Vndiq; cingitur hæc Scania mari, præter unum terræ brachiũ quod porrigit in boream ac deinde recuruatur ad orientẽ ubi Sueciæ iungitur: sed intercedunt profundi saltus, asperrimæq; rupes, per quas à Scania in Gothiam (quæ est pars Sueciæ) iter agitur tam difficile, ut ferè leuius sit marino discrimine uitare terrestrẽ laborẽ. In sinu Codano quindecim numerãtur insulæ, quarum potissima Fionia, inde Falstera, Lalandia & cæteræ non tam insigni nomine, præter Selandiam cæterarum reginam, & quæ caput regni censetur. Fionia insula in longitudine habet milliaria duodecim, & in latitudine quatuor. Metropolis eius uocatur Ottonium, uulgo Odensehe, ciuitas episcopalis satis bene extructa, sed male munita, quippe quæ per bella sæpe fuit depopulata ac combusta. Aiunt matrem regis Christierni secundi, mirabile & artificiosissimum opus, ingeniosa sculptura in ligno formatum, super altare quoddam apud Minoritas collocasse, cuius simile in Europa non inuenitur. Ager insulæ est ualde fertilis, & qui nunquam stercoratur, ideo ante ciuitates multum fœtet ob abiectos pecorum fimos, qui ibi nulli usui sunt. A Scania in orientẽ insulæ sunt multæ, quæ sæpe mutauerunt ditionem. Ibi Gothlandia, nunc Danicæ coronę, olim Sueticæ subiecta: ibi Bornholm, cum nonnullis alijs. Posuerunt quoque ueteres insulam quandam Thylen nomine in mari septentrionali, qua uoluerunt exprimere, ut multi putant, insignem insulam Islandiæ, at errant illi, quum altitudo poli in Islandia minime quadret cum gradibus eleuationis Thylensis. Ingressus in Daniam patet per Holsatiam, quæ

Holsatia. regio mutauit nomen suum de lingua uernacula, eo quòd terra illa esset nemorosa & saltibus occupata, ad differentiam uicinarum partium, quæ palustres sunt & pascuosę. Vocant enim Germani inferiores lignum Holt. Henricus primus Romanorum rex, dictus auceps, plantauit fidem in Iutia & instituit marchionatum in ciuitate Heidebew, quæ hodie Sleswic appellatur, ubi postea ducatus fuit erectus. Deinde Otto primus interiorem Daniæ inuitauit ad Christi cognitionem.

Regni

Regni Daniæ origo.



MVltis antè ſeculis q̃ Chriſtus mundi ſalus in mundo naſceretur, Dan in ſua Dania regnũ tenuit, unde & regio ipſa nomen hoc accepit. Ab hoc inq̃ Dano, regum Danicorũ ſtemmata ceu quodã deriuato principio, ſplẽdido ſucceſſionis ordine profluxerũt. Dan genuit Humblũ & Lotherũ: Humblus primũ rerũ potitus à fratre deturbat̃, tyrannũ magis q̃ regem agẽte, atq; illi ſucceſſit filius Skioldus, qui rurſum Gramũ poſt ſe regni reliquit ſucceſſorẽ. Gramus bello Noruagico, quod in Suibdagerum geſſit, oppreſſus interijt. Suibdagerus ergo primus omniũ regũ aquilonis, trium moderator factus eſt regnorũ, & filiam regis Danorũ, à patre diu negatã, ſed iam bello quæſitam, cum regno accepit uxorem. Obtinuit illa apud regem ut fratrem ab exilio reuocaret, ſed qui paterni ſanguinis ultionem ſemper in corde atq; ore reuoluebat. Erat autem nomẽ ultoris paternæ necis Haddingus. Is apud Dunã urbem pugnans, inſigni uſus eſt ingenio ad expugnandũ eam. Nam cũ altiſſimis uallis, ſublimibuſq; muris oppugnationẽ fruſtra pertentaſſet, hirundinũ in domiciliis urbis nidificãtiũ per aucupij peritos magnã capi fecit multitudinẽ, ſubligauitq; captis fungos igne accenſos, & uolucres dum nidos repeterẽt, magnum urbi incendiũ intulerunt. Quo dum reſtinguendo ciues incumberent, captam urbis portã, & perinde uniuerſam ciuitatem, regem deinde ſuæ poteſtatis factũ, auro mulctatũ uita donauit. Inde Sueciã reuerſus, multo undecunq; milite contracto, Suibdagerũ regem apud Gotlandiã ingenti claſſe obuium, pugna adortus oppreſſit, uindicemq; paternæ necis egit. Eo autẽ mortuo, Froto filius regnum accepit paternũ, multisq; bellis feliciter ab eo geſtis tandem in apparatu militari cõtra Regnerũ regem Sueciæ inſtituto uitam finiuit. Reliquit autẽ tres filios, Haldanũ, Roen & Scatum. Maior natu Haldanus interfectis duobus fratribus, regnũ parricidio inuaſit, atq; filios Roen & Helgonẽ reliquit. A Roe Roſchildia condita memoratur. Helgo uero diuiſo cum fratre regno, maris poſſeſſionẽ ſortitus eſt. At Roe cum Hotbrado rege Sueciæ congreſſus, occubuit. Tunc Helgo fraterni regni ſucceſſor & necis ultor emerſit, homo tyrannus & Veneri expoſitus, & qui tandem ignobili morte deceſſit. Cui Rolfo filius in regno ſuccedit. Eodem tẽpore præfuit Sueciæ Atislus, qui patre uicto Danis ſubiectus erat. Sed paulo pòſt uariante fortuna, & de magnis imperijs ferociter ludente, factum eſt ut Daniæ regnum, occiſo rege, in Sueonum iura conceſſerit. Nam Hotherus Atisli frater utriuſq; regni gubernacula accepit. Poſt eum Roricus filius, Daniæ ſceptris ſuccedit, defeceruntq; ab eo Sueones ad libertatem aſpirantes. Succeſſit inde Daniæ ſceptris Wicletus, Wicleto Wermundus filius, atque Wermũdo Vfo filius eius, qui ſibi Saxoniam fecit tributariam. Fuit iſte Vfo corporis mole inſigniter magnus, ſed tam hebete ſenſu tamq; pigritante lingua, ut diu plumbeus ſtipes haberetur, ſed in eo tam inſignis facta eſt rerum atq; morũ conuerſio, quanta unquã in ullo mortaliũ potuit eſſe maxima, ut ex ignauiſſimo fortiſſimus, ex ſtolido prudentiſſimus, ex muto diſertiſſimus euaderet. Subſtituitur autem ei in regno filius Dan, poſt quem Hucletus ad ſceptra peruenit. Succeſſit ei Froto ſecundus, cui rurſum ſubrogatur Dan tertius. Poſt Danum peruenit ad regnum Fridleuus: qui Noruegiam infeſtauit. Pertinuit principatus ille ad coronam Daniæ ab initio uſque in hunc diem, ſed ea tempeſtate Noruegiæ princeps ſe à ſuo rege diuelli ſatius putauit. At rex Daniæ fretus confœderatorũ auxilio, rurſum ſibi ſubiecit Noruegiã. Hic Fridleuus quum Hiberniam inſtructa claſſe bello petiſſet, & Duſlinam urbem regionis primariam armis capere nequiret, uerſus ad Hagdingianum ingenium, captis hirundinibus quæ ſub tecta urbis nidificaueranr, ignem alis ſubligat, emiſſiſq; in tecta, incendium ſuſcitat: cui reſtinguendo dum ciues laborant, faciliorem oppugnando urbi uiam inſtrauit, urbemq; expugnauit. Succeſſit autem ei in regno Froto tertius filius eius, qui rebelles Noruegos legibus ſubdidit. Vixiſſe putatur Froto iſte tempore ipſo quo Chriſtus incarnatus uenit in mundum.

Suibdagerus potentiſs. Aquilonis rex.

Haddingi Stratagema.

Ludit fortuna in regnis.

Ex trunco ſit callidus homo.

Noruegia principatus ſub Dania.

De

De regibus Daniæ poſt Chriſtum natum.

REcenſet Saxo Grãmaticus reges qui ſubſecuti ſunt Frotonem tertium hoc ordine: Hiarnus, Fridleuus, Froto quartus, Ingellus, Olauus, Haraldus, Froto quintus, Haldanus, Haraldus. Hunc Haraldum uicit Ericus rex Sueciæ, & Daniam in poteſtatem accepit, compenſans amiſſam Sueciam. At Haldanus accepto nuncio de amiſſo regno, oppreſſoq; fratre, Daniam repetiuit, ac deinde comparata claſſe nauigat in Sueciam, capit Ericum & regnum ſibi ſubditum facit. Illis temporibus Vnguinus Gothiæ rex erat, quem Haldanus poſt ſe regni moderatorem in Dania deſignauit: Noruægiæ autem Haſmundum impuberem filium reliquit. Vnguino ſucceſſerũt Siwaldus Sigarus, Siwaldus, Haldanus, Haraldus, qui ſeptennio toto arma in Sueciam inſtruxit, in quo bello quoque tandem cecidit. Imperauit autem tunc Suecis rex Ringo. Tunc Dani Olonem Siwari Noruegiæ regis filium adeunt, præcanturq; ut auitum regnum ab infamia uindicaret. Nec difficile fuit impetrare. Fuit autem Olo iſte nepos Haraldi ex ſorore. Succeſſit ei in regno Emundus & poſt Emundum Siwardus, cuius ſororem duxit uxorem Gotarus rex Sueciæ. Sub Siwardo Wandali militari ordine in lutiam irruentes, regem fundunt, eumq; lutia exuunt, qui antea dudum Saxonibus ſeruiuit. Quin & Sueci tunc Scaniam occupauerunt, ſolaq; inſulæ in medio parebant Danorum regi, duabus regni potioribus partibus in hoſtiũ poteſtate factis. Oppreſſo autem in prælio Siwardo ſucceſſit ei frater Buthlus, atque poſt illum Iamericus Siwardi filius. Qui occiſo Gotaro Suecorũ rege, potitur ad tempus regno eius, recuperat etiam lutiam. Quo in bello oppreſſo, ſuccedit ei Broderus filius. Poſt hunc regno potiẽ Siwaldus, homo incerto ſanguine cretus, cui ſucceſſit filius eius Snio, cuius opera fuit, Scaniam iamdudum Sueciæ iunctam, ſuo regno iterum adunare, expulſis ducibus, qui pro rege Sueciæ illam tuebantur. Hic regis Gothorum filiam duxit uxorem.



Gotarus Sueciæ.

De Longobardorum apud Aquilonares terras origine & cauſa eruptionis.

Bibuli olim in ſeptentrione.

TEmpore Snionis regis, ingens annonę caritas incidit. Rex autem uidens plebem graui inedia lacerari, animaduertensq; maiorem bibulorũ quàm edacium impenſam, frugalitatem poculis conabatur inferre. Vnde conuiuiorum uſibus abrogatis, ne qua ex fruge potio pararetur, edixit, acerbitatem famis, ſuperflui hauſtus interdicto pellendam, atq; à ſiti abundantiam eſcis mutuandam exiſtimans. Sed non profuit rebus, tanta regis prouidentia. Erant in regis conſilio, quibus una ſalus ſupereſſe uiſa fuit, ſi inutilem multitudinem ſenum, puerorum & fœminarũ nece reſecarent, ſeruatis ſolis uiris militaribus & agrorum cultoribus. Hoc decretum, ſceleris atque atrocitatis plenum, fœmina duorum in concilio procerum mater auertit: mirari ſe inquiens, quòd in regio cõcilio non ſalubrius ad patriæ liberationem decretum eſſet repertum.

Inhumaniſsimũ decretum.

Euocatis filijs inſpirat, regem adeãt, ſuadeantq;, ut mutato impietatis pleno decreto, ſalubrius decernat, nempe ut inter omnes terræ familias ſors mittatur: in quam ea ceciderit, cum omni domo emigret, ſic fieri poſſe, ut parricidio abſtineatur, patria nimia multitudine ſubleuetur, & uiris fortibus quibus egrediendi ſors ceciderit, detur occaſio terram aliam expetẽdi. Placuit conſiliũ regi, iuſſitq; ſic fieri. Collecta autem magna manus, primum cõuenit in Scaniam, indeq; egreſſa, nauigio Gotlandiam applicuit, ubi Longobardorũ accepere uocabulum, quorum poſtea gentem condiderunt. Euſebius in ſupputatione temporum, annum ait extitiſſe poſt natum Chriſtum 384. De nominis huius gentis etymo, non conuenit inter ſcriptores. Nam ſunt qui à barbarum propenſa longitudine nomen arbitrantur gentem adeptam.

ptam. Sed non potuit uni nationi uocabulum tribuere, quod erat omni regioni commune. Equidem ætate illa omnes uiri promissis barbis utebãtur. Alijs uisum est, hanc illis appellationẽ à Saxonibus, eorũ agminibus immixtis prouenisse, quòd bardos appellare solitos Saxones tradat antiquitas. Krantzio uerisimile uidetur ab Italis hoc Longobardis prouenisse cognomen. Nam homines statura cæteris proceriores, Longobardos, quasi longos barbaros appellarunt. Latini bardos, homines tenui sensu, pingui Minerua, & quibus desapientia parum fuerit degustatum, appellant. Sicut autem Gothi Romanas prouincias diu afflixerunt & Nortmanni in Galliarũ littoribus sedes cum nomine firmarunt, & in Italiam egressi, regnum Neapolitanũ, imò utriusq; Siciliæ fundarunt, sic Dani, quorum pars Scanij sunt, proprium sibi decus uendicant. Nam Longobardiæ regnum in Italia fecerunt & aliquot seculis tenuerũt. Scanij ergo patria turmatim egressi, primum Rugiam ingressi sunt, pulsisq; habitatoribus Vandalis, ibi confederunt, tandemq; Agelmundũ regem constituerunt. Longe postea sub rege eorum quarto Bodehoc nomine, post natum Christum anno 476. Longobardi dimissa quam insederant supra centum annos Rugia, magno agmine peruenerunt in confinia Danubij, quæ nunc prouincia Bauariæ dicitur, ibiq; fixis sedibus aliquandiu permanserunt.

Longobardiæ uocabulum unde.

Aquilonares regna excitãt.

De regibus Daniæ, qui post exactos Longobardos imperauerunt.



DE Longobardorum in Italiam profectione, de regno eorum atque de imperij eorum per Carolum magnum extinctione iam suprà in Italia nonnihil diximus, nũc ad reges Daniæ reuertemur. Successit Snioni Bior filius, deinde hunc secutus est in regno Haraldus, atque Haraldum filius eius Gormo, & Gormonem Gotricus qui & Gotfridus, qui tempora attigit Caroli magni. Alij reges qui interim Daniæ quoq; præfuerũt, ignorantur. Non enim iam recensiti soli præfuerunt, quũ ab exitu Scaniorũ ad expugnatũ à Carolo regnum in Italia Longobardorũ, anni fluxerint circiter 400. in quibus Longobardi habitauerunt in Rugia, iuxta Danubium, in Pannonia & tandem in Italia. Cæterum Gotricus Danorum rex, qui fuit Carolo magno contẽporaneus, fuit tam armis cõspicuus quàm liberalitate præcipuus. Tanta in Saxones uictor usus fertur dominatione, ut legem uictis diceret, Frisiã domaret & pensionem imponeret, quousq; Carolus illos adoriretur. Succedit Gotrico filius Olauus, quem in regno filius eius Hemingus accepit, atq; hunc subsequitur Siwardus Gotrici ex filia nepos, filius Noruegiæ regis. Succedit patri Siwardo Regnerus. Hic ut manu promptus ita libidine mollis erat, amabatq; primarij uiri filiam: quem euocatum, magno scissionis honore susceptit. Miratus ille, quid sibi uellet indebitus honor, non ignarus tamen regiæ libidinis, conijcere cœpit, quod erat, filiæ se gratia honoratum. Igitur animo indolens paterno, filiam arctius inclusit. Vbi rex ea uia non profecit, muliebrem sumit uestem, & inter ancillas lanificio insistens, intromittitur, filiæq; se insinuãs, & noctem nactus uterum eius impleuit. Habuit autem multos liberos. Biornem fecit regem Norduegiæ, Eri cum præfecit Sueciæ, & post mortem eius Siwardus factus est rex Daniæ. Successit Siwardo Ericus, qui cum Haraldo fratre apud Moguntiam Christi sacris initiatus, ab Imperatore Ludouico in Frisia locum promeruit. Post eum Ericus Siwardi filius Regneri nepos penè solus ex regijs proceribus superstes, regnum promeruit. Hic Christianæ religionis cultum per Anscharium in lutia & omni regno disseminatũ, acri animo insectatus, usq; ad tyrannicam crudelitatẽ delæuit, multos Christo fideles per tormenta consumens. Sed hanc adolescentiæ temeritatẽ in ætate uirili egregia uirtute compensauit. Nam beati Anscharij Hamburgens. archiepiscopi monitis, sacrilegæ mentis errore deposito, quicquid per insolentiam cõmiserat, expiauit. Obdormiens autem tandem in domino, filium Canutum superstitem dereliquit. Is Canutus absque Christianæ religionis insignibus è uita transiuit,

Gotrici regis uirtus.

Regis libido in puellam.

Dani Christũ agnoscunt.

cum iam in Dania & Suecia, annitente pontifice Anſchario, Chriſti religio excreuiſſet. Imperant poſt eum Froto, Gormo & Haraldus, boni Chriſtiani, & poſt eos Gormo tertius, tyrannus in religione Chriſti.

Inſtituitur marchionatus Schleſwicenſis.



Otto oppugnat Danos.

PEr idem tempus Henricus rex rebus Germaniæ præfuit, primus inter Saxones coronam meritus, qui tutandis regni finibus uigiles oculos circumferens, cum intelligeret Danos ex conſuetudine maiorũ in Saxoniã excurrere, duxit in eos exercitum, & expugnatã urbem tunc florentẽ Scleſwicum, fecit Saxonum coloniam, conſtituto ibi marchione, qui rem adminiſtrãs, fines imperij tutaretur. Mortuo autem Henrico rege, marchionem Dani oppreſſerunt & Saxones fugarunt. Vnde natum eſt bellum Ottoni filio Henrici. Is uindicaturus iniuriam, cum magno exercitu uenit in Daniam, omnia uaſtationibus implens uſq; ad extremam Iutiæ partem. Et ſentiens obuium Haraldũ regem Gormonis filium, nõ detrectauit certamen: collatiſq; ſignis fortiter prœliatũ eſt. Poſt primã autem pugnam uiſum eſt utriq; regum, de rerum ſumma cõferre colloquium. Igitur poſt longa uerborum certamina, in eas utrinq; conditiones eſt conuentum, ut Haraldus cum Suenone filio, ſacram Chriſti ſubiret religionem, regnũq; Romano ſubderet imperio. Et priuſquam diſcederet Imperator, rex Haraldus cum Suenone filio baptiſatus eſt. Filium autem de ſacro fonte Otto ſuſcipiens, de ſuo nomine Suenottonem appellauit. Dum hæc fierent, mater regis Thira, iam bis recolens Germanorum factam terreſtri itinere in Iutiam irruptionem, præuenire ſtatuens in reliquum, magnum opus aggreditur. A Scleſwico in mare Britannicum uallum grande iecit, foſſaq; præcipiti cinxit. Cui primus Waldemarus murum ſuperaddidit, portarumq; clauſtra firmauit. Hodie quoq; in conſpectu arcis Gottorp, opus Danorum appellatur. Suenotto filius regnũ quod uiuo parente occupauit, iam uita functo, fidem Chriſti iam dudũ abiecit. Sed hanc in parentem ſuum atq; in Chriſtum iniuriã, infeliciſſimi ſucceſſus uindicauere. Nam tertio à Wandalis captus, ingenti ære fuit redemptus, ut etiam exhauſerit omnes theſauros, obſides daret & oppignoraret ſaltus & nemora, agroſq; cum cultoribus. Quin & matronæ in tantis rerum angustijs, iocalibus ſuis & ornamẽtis diuen ditis, magnum theſaurum pro regis liberatione contulerunt. Sed hoc matronarum beneficium, lege lata, de illarum quam prius non habebant, legitima ſucceſſione, egregie compenſauit rex regno redditus. Ericus quoque rex Sueciæ eductis copijs ſuis, deturbat eum Dania, cogiturq; fugere in Scotiam. Et tunc per quietem omnia circumſpiciens ſecum uolutabat quanto ex faſtigio decidiſſet, quàm crebris iactatus infortunijs, ceſſiſſet hoſtibus antè ſæpe uictis, quàm etiam contemptus haberetur inter eos, in quos & parens eius & ipſe crebra contuliſſent beneficia. Deſcendit aliquando miſerante Deo in animũ eius, hanc tantam illi ſuo demerito infelicitatẽ prouenisſe, quòd ſanctam Chriſti religionẽ abiecisſet, & parentem ad necem fuiſſet perſecutus. Totus ergo in Deum conuerſus, impietatem abnegauit, ſacrumque baptiſma quod acceperat, ſecum recolens, Chriſtianum hominem agere cœpit. Nec aberat diu conſolantis Dei miſericordia. Nam cum per id tempus curreret annus exilij ſeptimus, de repente mortuus Ericus Sueciæ rex, Daniæ uacuam illi poſſeſſionem dereliquit.

Vallum ingẽs, opus Danorũ.


Dania uniuerſa ſubmittit fidei Chriſtanæ collum.

Poppo Danorum apoſtolus

PErmanſerunt Dani diu in perfidia ſua, donec Poppo uir religioſus indigena aduenire: qui ſanctitate & doctrina perſpicuus, longa ac ſalubri oratione genti ſuaſit, ut perfidiam deſererent, ſynceram Chriſti religionem iam in omni penè mundo celebrem amplecterentur. Tunc pontifex Hãburgenſis Adalgagus epiſcopos per Daniam ordinauit, Popponem Aruſij, Haricum Schleſwici, Lefdagũ Ripę, Gerbrandum

Roſkildię

Roskildiæ epiſcopos conſecrauit. Iamq; ſacris per ſua loca conſtitutis, res omnes regni in melius profluere cœperunt. Mortuo autem Suenottone filius eius Canutus, cui ex magnitudine rerum geſtarum Magni nomen acceſſit, patri ſucceſſit in Dania. Nam ſubdidit ſibi quinq; regna, Sueciam, Norduegiam Angliam, Daniam & Normandiam. Accepit Henricus tertius filiam eius Gunildam uxorem. Habuit autem multos filios, quos regnis & prouincijs ſic præfecit, ut rerum ſumma penes illum conſiſteret. *Canutus magnus.*



Canutus magnus ob graues militiæ labores aduerſa ualetudine præſſus, conuocatos proceres non niſi bello contra Nordmannos confecto, domos reuerti iuſſit. Mortuus autem eſt ea infirmitate. Tunc corpus eius funebri lecto à militibus in acie perlatum, ad Danorum uſq; uictoriam, ueluti uiua adhortatione profecit. Cui mox ſepulturam à Rothomagenſibus expetiuerunt, promittentes ſe diſceſſuros. Rapuerunt conditionem hoſtes, cineribusq; eius in ſua urbe acquieſcendi locum dederunt. Canutus filius iam uiuo patre Daniæ regno præſidens, in eius per mortem poſſeſſione firmatus eſt. Suenone uero Canuti filio ante patrem mortuo, Nortuegi in fide regis Canuti patris permanſere. Eo autem mortuo, Olaui regis filium, nomine Magnum, regem erexerũt, Daniæ rebellantes. Tũc Canutus rex Daniæ euocato Magno, pepigit cum illo, ut uter eorum ſupereſſet, utrique regno præeſſet, pactionemq; iureiurando firmauerunt. Adeo enim Daniã Norduegiãq; unius eſſe regiminis affectabat Canutus, ut alteram alteri ſubijci, quàm utranq; ſeparatũ regnũ gerere prꝫoptarit. Canutus autẽ cum biẽnium regnaſſet, diem ſuum obijt, nullo relicto ex ſe hærede. Quo abſumpto, nemo coronæ propior Suenone fuit, ſed excluſit illum pactum iuramento firmatum. Magnus ergo Olaui filius aſſequitur regnum Daniæ. Quo in fata concedente, Sueno Canuti magni ex ſorore nepos omni poſteritate Canuti ſubtracta regnum occupauit. Sub hoc principe regnum Daniæ ad bonũ modum refloruit. Nam fuit inter ſuos illuſtris & apud exteros celebris atq; in diuina religione zeloſus & feruens. Et hanc uirtutum claritatem ſola libido infuſcabat. Multas enim habebat cõcubinas. Sed ab epiſcopis monitus, reſipuit tandemq; in pace quieſcens, Haraldum filium ſucceſſorem in regno reliquit, etiamſi Canutus frater eius de regno benè meritus eſſet. Regnando autem biennium emenſus Haraldus conceſſit in fata. Tunc Canutus fratris morientis cæterorumq; ſuperſtitum ſuffragijs in regnum accerſitur, magnaq; bella geſſit contra orientis populos Sembones, Curetes & Eſtones, ut illos ad Chriſti cognitionem cogeret, ſed nihil effecit. Tandem à ſuis in lutia in templo confoditur, quòd ſubditos ad ſolutionem decimarum & ad alia pietatis officia cõmoneret. Tunc Olauus frater eius in regnum uocatur: ſed eo paulo pòſt mortuo, frater eius Ericus è Suecia uocatus regnum ſubijt: uir animi corporisq; dotibus inſignis, tantaq; proceritate omnes excellens, ut ab humero ſurſum eminereț, ipſo membrorum robore magnitudini reſpondente. Tantis enim erat uiribus, ut funem quaque manu prehenſum, quatuor fortiſſimos iuſſerit tenere uiros, eos adductos qua uellet circumageret, nec ab illis loco poterat commoueri. Tanta denicq; humanitate

Magnus Olaui filius rex.

Ericus ex Suecia uocatur ad regnum.

prædítus erat, ut abeuntibus è contione popularibus, quemcũq, domeſticos ſuos, uxorem & liberos, ſub eius nomine conſalutationis officio proſequeretur. At tantum uirtutũ eius cumulum, una ueneris inconceſſa licentia maculabat. Tandem cõcepto religioſo uoto ſtatuit inuiſere dominicũ ſepulchrum. Mortuus autem in Cypro reliquit Haraldum filium regni procuratorem: qui tam inſolenter ſe geſſit, ut omnium ab illo auerterentur animi, concordíq; ſententia in Nicolaum Suenonis filium natu minimũ conſenſerunt. Is duxit uxorem filiam Ingonis regis Suecorũ, genuitq; unicum filium Magnum, qui manus ſuas fœdauit in ſanguine Canuti filij Erici patrui ſui. Et quia hæc occiſio putabat facta iuſſu uel conſenſu Nicolai regis, iugulatus eſt & ipſe ciuium conſpiratione. Succeſſit ei in regno Ericus Erici filius. Quo perfoſſo, adminiſtratio Erico Aquini filio, magni Erici nepoti, data eſt. Eo autem monacho facto, faſces imperij uenerunt ad Suenonem Erici magni nepotem.

Contentio magna inter dnos reges Daniæ.



Schiſma in regno.

EST apud Sialandiã (quæ inſula meditulliũ regni & regiam ipſam tenet) legitima ſedes & creandorũ regum locus, quo concurrêre, qui Suenoni ſtudebãt. Canutus uero non ſegnius inter lutios, Magni patris, Nicolai aui memoriam renouat, accuſatq; Suenonis temeritatẽ, qui incõſultis cæteræ nationis partib. regnum occuparet. Moti lutij, Canutum regem appellant, ſicq; regnũ laceratur in duas partes: lutij pugnant pro Canuto, & Sialandienſes atq; Scanij regem agnoſcunt Suenonem. Congrediunt ſæpe & paribus odijs conſerunt prælia. Waldemarus Canuti filius fouit Suenonianas partes, unde & Sueno illum ducatu Schleſwici donauit. Multis itaq; in regno ſurgentibus bellis & turbationibus, uictoria inclinauit ad Suenonem, coactusq; fuit Canutus fugere ad Frider. Barbaroſſam. Waldemarus, ut diximus, primũ diuq; ſequebat Suenonis partes, inde iunctus eſt Canuto, quũ perfidiã ſuę partis deprehendiſſet. Veniens autem Canutus ad Imperatorẽ, obtulit illi regnum Daniæ, modo feudum illius ſibi concederet. Imperator cupiens augere imperium & Daniam incorporare Rom. regno, miſit pro Suenone. Sueno non contemnens Imperatoris uocationem, uenit cum regali pompa in Miſniam, ſuſceptusq; eſt honorifice ab Imp. Facta autem querimonia à Canuto cõtra Suenonẽ regem, monuit Imperator Suenonẽ, ut ſacramentũ Romano daret imperio, agnoſceretq; Imperatorem dominũ, & tunc Canutus illi ſubiectus nunquam inhiare deberet regno, contentus Sialandiæ dominio. Diſplicuit hæc concordia Suenoni, quia habuit patrimonium ſuum in Sialandia, atque ob id pactioni quidem aſſenſum præbuit, excepto Sialandiæ articulo. Reuerſus autẽ in Daniam, reſcripſit Imperatori, proceres regni nõ approbare cõcordiam inter cõpetitores regni factam, nec ullum regẽ unq; huiuſmodi accepiſſe conditiones. Incipiensq; exinde quieti ſe dare, & ſibi adhærentes præcioſis ueſtibus more Germanorũ induere, lautioribus cibis ueſci, proceres regni contemnere, effreniores ſibi adiungere, ſubditos grauibus exactionib. exhaurire, omnibus ſe reddidit difficilem & odioſum, præſertim autem Canutũ & Waldemarũ regni æmulos fraudulentis niſibus conatus fuit obruere. Tandem tamen procerum conſilio decretum fuit, his tribus, Suenoni, Canuto, & Waldemaro, ex æquo nomen regium impartiendũ, & prouinciarum diſtributionẽ ſic faciendã, ut Waldemaro lutia, Canuto Scania & Suenoni meditullium regni Sialandia pareat cum cæteris inſulis. Aegreferens Sueno tertiam partem rerum ſe iam tenere, qui antea totum tenebat, inſidias meditatur contra Canutum & Waldemarũ. Vnde Roſchildiæ ſimul inuitati ad cœnam, Suenonis milites poſt cœnã ſurgentes ferrum

Suenonis pompa.

ſtrinu n

ſtringunt in Canutum & Waldemarũ, Canutum quidem occidentes, Waldemarũ autem effugientem ſauciantes. Tunc inſaniens Sueno Waldemarũ elapſum, edicto emiſſo iubet omnes eſſe paratos in armis, ad petendũ regni hoſtem Waldemarũ. At Waldemarus conciliatis ſibi Canuti militibus & multis ex hoſtibus ad eum deficientibus pugnã iniit cum Suenonis exercitu, uicitq́, & in fugam Suenonem uertit. Sueno uero feſſus reſedit in arborũ radice, & ab agreſtibus ſuperuenientibus ferro caput eius ferè præſcinditur. Hic exitus Suenonis: qui ſi pares regni paſſus fuiſſet, pacificus diu regnaſſet. Sed perfidia illum perdidit.

De Waldemaro magno rege Daniæ.




OPpreſſo per fraudẽ Suenonis Canuto, ipſoq́ Suenone perempto, Waldemarus ſolus totius Daniæ regnum accepit, quod diu ac feliciter adminiſtrauit. In primis autẽ Wandalorũ inſolentiã repreſſurus, ſimul etiam in eos Chriſti fidem per occaſionẽ propagaturus, primam expeditionẽ in eam gentem poſt acceptũ regnum parare inſtituit, feliciterq́ primã expeditionẽ conſummauit. Deinde rurſus anno 1161. totis uiribus adortus Rugianos, Henricũ Leonẽ ſociũ aduocat, mari terraq́ oppugnat & facile eos ad officiũ cogit, acceptiſq́ obſidibus exercitum incolumem domum reducit. Poſtea ueniens rex Metim ad Imperatorẽ, imperio Romano ſe deuinxit, nõ ut in cœtum uocatus accederet more aliorũ principũ, ſed magis ſpecie quam re imperio ſociatus haberetur. Fit deinde magnus belli apparatus contra Wandalos, qui in littore maris habebãt principatus, inſignes ciuitates & inſulas, nempe Suerinũ, Racenburgũ, Wolgaſtum, Deminam, Offnen, Arconẽ in Rugia, ubi adhuc uigebat idololatria. Erat tunc Rugia caput Wandaliæ, habens duas inſignes ciuitates Arconem & Carentũ, quæ hodie in nihilũ redactæ, aut maris exundatione ſubuerſæ, aut principũ ira deletę, in nouã propinqui littoris urbẽ, quę nunc Straleſſund dicitur, translatæ ſunt, ſicut etiam Magnopolis, urbs quondam clara & magna, in uicinã tranſijt Wiſmariã. Ex hoc tempore quo Waldemarus expugnauit Wandaliam, in multos annos durauit Rugiæ ad coronã Daniæ ſubiectio, ut ſemper regi fideles militarint & fecerint imperata. Nouiſſime autem cum omnes Wandali reliqui ſuis principibus parerent, ſubduxerunt & Rugiani colla iugo, cum mortuo eorum principe non relicto corporis ſui hęrede, dominiũ tranſiret ad principem Wolagaſti & deinde Pomerani. Nam Wolagaſtenſis principatus, idem Bardenſis dictus, nunc conceſſit in idem imperiũ ducis Pomeraniæ. De qua re & ſupra in Pomerania multa diximus. Anno Chriſti 1171. Waldemarus celebratis in Ringſtat comitijs, filioq́ eius Canuto coronato, induxit in animum, gentem Wandalorum adigere ad Chriſtiana ſacra, ſimulq́ prędandi in mari & in inſulis Daniæ finem facere, qui Wandalis quotidianus erat qnęſtus. Poſt expugnatam ergo Rugiam, ſtatuit præclarũ illa tempeſtate oppidum in Pomeranis Iulinum oppugnare, quòd crebras inde fieri in mare & in Daniam excurſiones compertum haberet. Principes interim Pomeraniæ Bugislaus & Caſimirus fratres indignati, quòd rex in eorũ ditione iſta perageret, ducem Henricũ Leonem implorauerunt, renouare cupientes apud illum priſtinas pactiones, quas plebs incauta inuitis principibus uiolaſſet. Dux amplificandæ ditioni ubiq́ intentus, non grauatè annuit poſtulatis. Sed dum Henricus ſubiectionem quærit, quam illi refugiunt, ſola fœdera deposcentes, euenit ut nihil inde nouaretur. Rex interim mouit in Wandalos, perq́ magnum lacum in Oderam nauigans, Stetino preclaro oppido copias admouit, expugnatq́: deinde Iulinum aggrediens, redegit illud quoque in nihilum. Et certe tum actum fuiſſet de Wandalis, niſi rex morbo correptus interiiſſet.

Rugiæ ciuitates.

Wolgaſtenſis principatus qui & Bardenſis.

Iulum.

Iulinum deſtruitur.



De regibus post Waldemarum magnum Daniam moderantibus.

Mortuo Waldemaro regi succedit filius Canutus, iurantq; ei lutij & Wiburgenses. Scanij factionibus studentes Haraldum quendam regij sanguinis uirum è Suecia deuocantes regem appellant, sed quem archiepiscopus Lundensis facile à possessione regni excluſit. Interea multis literis Cæsaris Canutus iubet inuisere curiam Imperialẽ, sed Canutus commonefactus ne id faceret, rescripsit se regni rebus implicatũ, abesse non posse. Cæsar Fridericus contemni se putans, rescribit: nisi ueniat Daniæ regnum alienę facturum potestatis. Cui rex Canutus nõ aliud rescripsit, quàm quòd primum in suam recipere potestatem opus sit quod alij donet. Irritatus Cæsar, non tam bello quàm odio regem insequitur. Interim Bugislaum Pomeranum commonefacit, ut bellum in Daniam suscitet. Ille regis uiribus impar, præfectum Rugiæ qui regi paruit, lacessit, atq; quingentarum nauium classem in Rugiam ducit, petiturus inde Daniam. At Dani ad bellum prouocati, facile repręsserũt Pomeranos. Waldemarus quoque episcopus Schleswicensis Nicolai abnepos cœpit inuadere regnum Daniæ, quasi sibi à Canuto patre debitum, sed captus coniectus est in carcerem. Sub isto rege Canuto circa annum Christi 1200. cœpit Lubecũ florescere & uehemẽter augescere. Et quum Canutus rex inuenis moreretur, frater eius Waldemarus ad regnũ peruenit, accepitq; regalẽ benedictionẽ ab Andrea archiepisc. Lundensi, Habuit subse Lubecum & Holsatię comitatũ atq; Hamburgũ, quod Otto quartus Rom. rex illi abstulit, & Waldemarus rursum sibi subiecit. Fuit tunc Hamburgũ paruum & non bene munitum.

Lubecum incipit florescere.

Anno Christi 1223. quum Henricus Suerini comes fide publica in Daniam euocatus ad reconciliationẽ regis aspiratet, rex autem duras conditiones opponeret, obseruabat comes tempora, quibus rex in castris manens, à suis non satis custodiebatur. Serum erat tempus, & Danis pro sua consuetudnine potis, indiligenter excubiæ seruabantur, utpote in regno longe ab hostibus, nihil hostile formidantes. Henricus autẽ ante cuncta prospiciens, cum negligentiam regiorum custodum non ignoraret, fortè in uenatione rex erat & quieti deditus profundius soporatur. Henricus iam naue procurata regis papilionẽ ingreditur, (audax facinus) & occluso spiritu oris, uinctũ extrahit regem, ac comitibus ad uim prępparatis, in nauim impositũ, secum perducit in Dannenberg, ibiq; conseruat in carcere. Obstupuere qui audierant uniuersi fiduciam uiri. Rex cum alia uia liberari non posset, argento seredemit, datis 45. millibus marcarum argenti. destitutusq; in Nordalbingia omni fortuna, solum Lubecum tenuit, sed quod paulo pòst illi quoque fuit ablatum & imperio incorporatum. Mira rerum conuersio. Ille Waldemarus dum administraret ducatum Schleswicensem & in primis regni annis uictoriosissimus fuit: in uirili autem ætate ubique uictus, omnia amittit quæ in adolescentia acquisiuit. Mortuus est anno 1242. cum per annos 40. regnũ uaria fortuna administrasset. Successit illi Ericus filius maior natu, & Abel frater dux fit Schleswici. Rex Lubecensibus infensus, patris iniuriam cõstituit uindicare, mercatores eorum capiens & extorquens quæ cupiebat. Sed ciues ad arma conuolantes deficiunt munitionem eius unde uexabat urbem. Paulo pòst à fratre Abel inuitatus & captus securi cæsus est rex iuxta ciuitatem Schleswicensem, & cadauer saxo cõiunctum, mersum est in profundum. Erat autem annus Christi 1251. cum annos non plenè nouem in regno peregisset. Qui huius necis conscij fuere, omnes malè perierunt. Abel itaq; regis frater, succedit in regnum:

Stratagema.

Lubecum imperio incorporatur.

gnum: quod male partum & fratri per uim extortum, non potuit esse diuturnum. Nam in Sialandia bello impetitur, & postea in Frisia à rustica plebe opprimitur. Succedit ei frater Christophorus, qui fecit Waldemarũ nepotem suum ex fratre Abele ducem Schleswicensem. Christophorus quietè egit in regno, usq; ad tempora morientis Waldemari nepotis sui, cuius ducatum rex sibi desumpsit, ut illum regno iterum incorporaret. Reliquit autem Waldemarus ex sorore Ioannis & Gerardi comitũ Holsaciæ filium Ericum, quem rex spoliauit ducatu. Quod uidentes comites memorati, sumpserũt arma pro nepote suo, captũq; regem perduxerunt in Hamburgũ, quousq; ille multis argenti libris sese redimeret. Concedens autẽ Christophorus in fata, reliquit filiũ suum in regno. Mortuus quoq; alius Ericus nempe Schleswici dux, reliquit duos filios, Ericum & Waldemarũ, quibus rex Ericus præesse uoluit iure sanguinis, multũ recusantibus comitibus Holsaciæ, sed prævaluit rex. Cum tamen Waldemarus, qui solus superstes mansit, adoleuisset, recognoscens feudum à rege, quod prius noluit, recuperauit omnẽ terrã quæ ducatui debebat. Ericus itaq; lõgeuæ pacis sortitus tẽpora, peruenit ad annũ Christi 1286. cõspirantesq; in eum domestici eius, interfecerũt. Tunc Ericus filius natu maior in sceptra succedit, duxitq; uxorẽ regis Suecię Birgerij nomine sororẽ. Et cum postea cerneret res omnes in Suecia turbari, sortẽ cõflauit exercitũ, ut Birgeriũ liberaret, quem fratres eiusdẽ Birgerij Waldemarus & Ericus in uincula coniecerant: sed ueniens nihil potuit efficere, quum omnia loca essent Teutonicorũ prę sidijs cõmunita. Mortuus est etiam tunc dux Lalandiæ, & cõsolidauit rex regno ducatum, cum dux nullam reliquisset prolẽ masculã. Lubecenses hunc regem decennio elegerũt defensorẽ, per singulos annos mille illi marcas dependentes. Ingraueſcens autem Ericus annis & morbo, concessit in fata anno 1321. quum in regno triginta quinq; annos peregisset. *Dux Lalandiæ*

Christophorus defuncti Erici frater peruenit in regnũ, idq; opera Ioannis comitis Holsatiæ, qui frater eius maternus fuit. Rex iste acccepta pecunia dominiũ Rostock, quod sibi feudi aut belli iure debebatur permisit dominis Magnopolensibus, apud quos permansit in posterum. Cumq; Rugianorũ princeps tempore illo obijsset sine prole masculą, & omnes Wandalicæ principes in eam terram cõijcerent oculum, Christophorus rex eam ditioni suæ uendicauit. Mortuus est autem rex anno 1333. & substitutus in eius locum filius eius Waldemarus. Cuius frater Otto renouatis in Holsatia bellis captus est à Gerhardo, sed postea rursum dimissus. Cumq; pactas conditiones non impleret, comes Gerardus cum magno exercitu ingressus est in Iutiam, ut illum cogeret ad pactorũ obseruantiã. Dum autẽ castra haberet non satis diligenti suorum custodia munita, noctu comes fuit in stratu suo occisus à Dano quodam nobili milite, qui & clam regressus elapsus est. Henricus uero filius eius duxit exercitũ in Daniã, & ubiq; sęuijt igne & ferro, nec quieuit, donec caperet patris sui iugulatorem. Quem rotis membratim discissum, uulturibus deuorandũ obiecit. Porro Waldemarus rex Christophori filius regno est pulsus & Waldemarus dux Schleswici regnum ope Holsatorũ ambiebat. Tandem uero Ludouicus marchio interpositis partibus suis, regem curauit restitui, egitq; ut dux Schleswici Waldemarus coronam poneret & acciperet omnia quæ ab olim paternæ fuerunt ditionis. Cumq; rex quietus esse nõ posset & mercatoribus antiquas libertates in suo regno non permitteret, maritimę ciuitates cõspirantes, ingrediuntur Daniam, regem regno expellunt, incendia multa excitant, oppugnãt arcem Coppenhauen atq; expugnant & magnam hinc abducunt prædam. Proceres terrę regem non habentes, regno prospicientes, inito tractatu, terram Scaniæ 16. annis consignarunt cum suis prouentibus ciuitatibus in compensationẽ acceptorum damnorum. Post hæc redijt Waldemarus in regnum & obijt anno 1375. uarie iactatus in regno. *Rostock Magnopolensium.* *Ciuitates maritimæ regem expellunt.*

Mulier præest tribus regnis & succedit ei dux Pomeraniæ.

WAldemarus rex Daniæ defunctus, reliquit Margaretam unicam filiam, quæ maritũ habuit Aquinum Norwegię regem, ex quo paruulum suscepit Olauum. Et cum Aquinus non diu supereſſet, mulier uirago duo moderabat regna. Et licet postea Albertus dux Magnopolensis uocatu populi diadema suscepisset Suecię, ac deinde filiũ Henricum cogitasset præponere Danię, uictus tamen Albertus à muliere & in triumphum ductus, regnũ amisit. Dimissus tandem, infame senium in paterna domo finiuit, ut infrà dicetur. Margareta autem regina profecta in Iutiã cum Olauo filio, proceres Danię sibi deuin-

xit, filioq; iurare coëgit. Iam eñ Scaniã receperat magnopere refloreſcentẽ. Euocatis præterea Holſatiæ comitibus, ducatũ Schleſwiceñ. promiſit, ſic tamẽ ut de manibus regis recognoſceret beneficiũ. At filius Olauus paulo pòſt anno 1387. mortuus eſt, cũ mater 12. annis

Ducatus Schleſwicenſis feudum Danie.

Daniam regnaſſet. Congregatis aũt proceribus regni in ſolenni cõuentu, aderat & Gerardus dux Schleſwici cum propinquis ſuis, & renouata eſt ratio feudi, nempe quòd ducatus perpetuo iure ad ſeniorem ex Holſatorũ huius lineæ comitibus pertineat, ita tamen ut iuxta regni iura feudum à corona recognoſcat & inde præſtet obſequia, & quòd ſucceſſione legitima feudum ad proximos pertineat. Orta deinde ſimultate inter reginam & Albertum Suecię regem per occaſionẽ nouæ arcis per regem inſtitutę, cui aliam regina oppoſuit in ſuo, unde facile omnis cõmeatus ad arcem regis inuehi impediretur. Suborto autem bello Danis relicta eſt uictoria. Captus Albertus cum filio, ſeptem annis tenetur, donec magnis conditionibus laxaretur. Summa rerum fuit, ut hoc quoq; regnum duobus accederet, & fieret Margareta triũ regnorũ potẽtiſſ. regina. Poſt iſta Ericus Pomeranorum dux à Margareta regina adoptatus filius in regẽ aſſumitur an. 1412 Fuitq; prima cura regi, recuperandi ducatus Schleſwicenſis. Nam Gerardus illo inueſtitus in Dietmarſia ceſſo occubuit, ob id feudũ extinctũ reputauit. Contrà trium paruulorũ, quos Gerardus reliqt, principes tu-



tores ſentiebant, tranſiſſe legitimũ feudum ad liberos. Res ad arma peruenit, regina ſenex ſe interpoſuit mediam, ut tractatibus res ſopiretur. Interim cum cõmunitas Lubecenſis ſenatum ciuitatis eieciſſet, & propulſi ſuam proſequerentur innocentiã apud Rom. regẽ, obtenta ſententia aduerſus cõmunitatẽ, Ericus Danorũ rex conſtitutus executor literarum. Sed cum indurati non acquieſcerent monitis, eos qui piſcandi gratia tunc uerſabantur in Scania detinebat, uelut regalibus mandatis cõtumaces, tandemq; effecit ut in ſuam ſedem pulſus ſenatus reponeretur.

Senatus Lubecenſis ejicitur

Bella inter Holſatiam & Daniam.

QVum duces Schleſwicẽſes nollent eo modo ſuſcipere ducatũ quo rex illos uolebat inueſtire, Henricus dux collecto undiq; magno auxilio, lutiam inuadit atq; Friſiam ad ſua iuga coëgit. At Dani non ferẽtes, Friſios parere Holſatis, ſollicitant eos ad renouandũ regi ſacramentũ. Conglobati Friſij repulerunt Danos, aliquot millibus ex eis proſtratis. Rex diſſimulãs aliquantulũ, dicto citius urbem Schleſwicenſem obſedit, nec diu oppugnatã obtinuit. Et quum Albertus dux ex Suetiæ regno antea pulſus, in urbe eſſet, exiuit ad regem, obtentaq; gratia & ſacramento dato quòd tria regna nunq; oppugnaret, cum ſuis dimiſſus eſt. Hamburgeñ. audientes regem Schleſwico potitũ, cõmiſeratione tangebant ſuper calamitate ſuorum principũ, mox illis ſexcentos baliſtarios auxilio miſerunt. Principes quoq; Brunſuicenſes & Luneburgenſes & multi comites Albim tranſgreſſi auxilio uenerunt. Et primũ quidem conſilia pacis pertentauerunt. Vbi illa euanuerunt, arma ſumpſerũt, uallantes arcem Kunigsburg. Dani autem fortiores ſuperuenientes, hoſtes retro egerunt. Rex inde Friſiam intrauit, & abducta infinita præda, 80. obſides ſecum duxit, ne ad Holſatos deficerent. At gregarij ſatellites pro

pro Holſatis in mari digraſſantes, interceperunt nauim, quæ portabat omnia iocalia regis & pontificũ, in auro, argẽto, ueſtibus, ſerico & pannis præcioſis. Irritati Dani firmauerũt animum, certi aut terram capere aut immori. Quid nõ improbus labor obtinet? Ingreſſi ergo Cimbriã, furiunt ſine more. Sacra, prophana in æquo ſunt: uirgines maritatę iuxtà proſtitutæ. Omnia latrocinijs exhauſta: ſitim auaritiæ & ſanguinis explere non poterãt. Expugnauerunt arcem & corroborauerũt præſidiũ. Interea Lubecenſ. epiſc. monitus à Rom. pontifice implicauit ſe negocio unà cum alijs principibus, ſed nihil effecerũt, reditũ eſt ad bellum. Obſederunt Dani arcem Tundern: Holſati autẽ uelut dormitantes diſſimularunt obſidionẽ. Interim Dani applicatis ſcalis, murũ conſcendẽtes uno impetu ab obſeſſis ſunt oppreſſi, baliſtis & bombardis abacti. Perierunt tunc ex hoſtibus 400. Hamburgenſ. inſtructa claſſe per Albim deſcendentes, latera lutiæ pulſabant. Repererũt etiã naues nuper ciuibus ademptas, quibus ignem immiſerũt, & expoſitis in terram armis, prędam quantam uoluere nauibus ſuis inuexere. Rumpoldus præterea dux Schleſiæ, miſſus ab Imp. in Daniam ceu pacis ſequeſter, priuſq; pacis formulã ad finem perduxit, epidimia tactus in fata conceſſit. Anno 1424. rex Imp. adijt in Vngaria, citariq; fecit Henricũ ducem cum fratribus, examinataq; cauſa, pronunciat pro rege: Henrico aũt, Adolfo & Gerardo fratribus ſilentiũ imponitur ſuper ducatu lutiæ. Rex accepta pro ſe ſententia abijt in terram ſanctã. Ferunt tum nobilem quendã ex oriente militaſſe Imperatori, qui pictoris induſtrij uſus artificio, regis faciem iuſſit effigiari, eamq; præmiſit amicis, indicans regem eſſe trium regnorum, qui magno ſe ære redimere poſſet. Rex omniũ ignarus, Venetijs hoſpitaliter exceptus, familiã artauit & uulgari habitu ſe cæteris cõformẽ fieri paſſus ignotus haberi uoluit. Voto perſoluto in terra ſancta, cum peregrini in nauim redirent, nobilis qui conductũ prębebat, euocato regi dixit in aurem. Credis te apud nos incognitũ? Ecce faciem tuam. Regem te ſcimus trium regnorũ. Quid faceres ſi apud te noſtrorũ quiſquã tali habitu deprehenſus innoteſceret? Stupefactus rex hæſit. Sed tamen interuentu patroni, pecuniã accepit, quantã rex corrogare potuit & dimiſit. Reuerſus aũt domum ut exequereť ſententiã, conuertit ſe in duces fratres, ut ẽ manibus eorum extorqueret ducatũ lutiæ. At Henricus dux ab iniqua ſententia ad ſummũ pontificẽ appellauit. Inde multiplici labore incurrente, eò res eſt deducta, ut ciuitates à rege decedentes ducibus inhæſerint, multũq; temporis inſumptũ fuerit, donec ad nouiſſima pacis pacta peruenireturr. Ciuitatẽ etiam Schleſwicũ (ubi denuo in ius ducũ reuoluta eſt) ita cõmunierũt foſſatis, uallis & propugnaculis, ut non facile à rege denuo capereť. Rex uero reduxit exercitũ in Flenſsborg, nec erat oportunius quicq; ad obtinendũ ducatum q; oppidũ Flenſsborg. Venerunt etiam ex ciuitatibus Wandalicis, fauẽtibus ducibus, auxilia ad oppugnationẽ oppidi. Firmata itaq; obſidione, uenit dux ad hoſtium propugnacula. Dani uero prætenderũt ſepem foſſatis robuſtã ſudibus & palis. Hinc dux ſcalam uidẽs inclinari, uoluit quid intus ageret cõtẽplari, nec dum enim loricam ſatis cõſtrinxerat. Et ſuperueniens quidã ex concilio ducum, uir militaris ait principi: quid agitis princeps inclyte? in quod periculũ contenditis? Luctum nobis & periculũ ueſtro capiti præparatis. Danus uero qui intus excubabat, audiens eſſe principẽ qui ſcalæ incũberet, lancea ſepem penetrãs, ſub loricã deſubtus uentri ſtantis infixit, letaliterq; percuſſit. Et ingemiſcẽs cum accepto uulnere, tollite, inquit circũſtantibus, me. Satis mihi ad mortem eſt. Sicq; paulo poſt efflauit ſpiritũ, uix 30. attingens annum. Tunc Adolfus proximus ætate frater factus eſt dux exercitus. Per eiuſdem anni æſtatem (erat autẽ annus 1428) urbes Wandalicæ claſſem ſuam renouarũt & mittunt contra Danos, diuq; anceps fuit prælium, donec tandẽ ciuitates Danis uictoribus ceſſerũt. Multiplicatis itaq; in hunc modum infinitis bellis, tandem à ciuitatibus conſilia ſunt agitata de ſtatuenda pace, quapropter regem in loco Nycoping, à cõmunibus amicis deſignato, conueniunt, multoſq; & uarios texunt ſermones, & ad extremũ in hoc res deſijt, ut tribus capitibus approbatis, pax eſſet: primũ: damna inuicem cõpenſarent, aut ab arbitris æquarent. Alterũ, ut quoniã urbes ab rege ſuo ſine cauſa ex fœdere conſtituto defeciſſent, eam facerent compenſationẽ regi, ad iniuriam ſubleuandã, quum in ſimili caſu ab illo depoſcerent. Tertiũ, ut fœdera prima illibata manerent in perpetuũ. Soli Roſtoccenſes pacis cupidi, approbarunt quæ rex popoſcit. Sciſſa ergo ciuitatum unione, rex gauiſus cæteris tanto impenſius imminebat. Interim duces Holſati rebus ſuis cõſulentes, in die Palmarum ſingulari aſtu oppidum Flenſsborg occupant, fugientibusq; ciuibus in montem, fame coguntur ad deditionem.

Impietas militum.

Pictura prodit regem.

Flenßborg oppidum.

Dux lancea perfoditur.

Noua turbatio oritur regi Daniæ in Suecia.

PEr ea tempora ſurgit in regno Sueciæ noua turbatio. Nam dum rex implicat̃ bello Teutonico, arcium ſuarum præfecti in Suecia inſolentius ſe geſſerunt, tributis, penſionibus & nouis ſemper exactionibus populũ emungentes, & ſub umbra regiæ exactionis ſua impleuerunt marſupia. Multos regni proceres, res miſerabilis cõmouit, atq; acerbe tulerunt Danorũ in ſe & ſuos imperia. Adunatis ergo uiribus cœperunt expugnare arces præfectorum, urbes & oppida regi parentia in ſuam traxerunt partem, inter quos præcipuus autor erat uir nobilis Engelbertus nomine. Apud quẽ rex egit multis literis, ut poſitis armis conquieſceret & præfectis obediret. At nihil profecit. Cœpto enim inſtitit, liberandæ patriæ à Danorũ dominatu. Tunc rex inſtructis duab. nauibus proficiſci in Suetiam inſtituit, paſſuſq; ſæuiſſimã tempeſtatem & amiſſis multis militibus, ægre uenit ad terram. Conuocans autem concilium in Suecia, arma contrahit in Engelbertum. Sed ubi paucos uidet iuſſa implere, maiorem ac putabat conſpirationẽ in ſe cõprehendens, clãculo mutata ueſte cum paucis elapſus in Daniam ſe recepit. Venerat interea dies conſtituta, in qua de negocijs pacis inter regem & duces atq; ciuitates ageretur, conueniuntq; tandem partes in eas pacis leges, ut rex permiſſo ducibus ducatu Schleſwicenſi, illos inueſtiat, reſtitutis quæ inde fuerant detracta, lutiæ renunciet, quod per laudũ Imperatoris reportauit, ciuitatibus liquidata damna reſarciat, ueterem mercatoribus libertatem permittat, telonea quæ ab annis centum fuerunt, permaneant &c. In has pacis conditiones utrinq; confectæ ſunt literæ. Pax undiq; proclamatur. Ex diuturno bello læti omnes reſpirant, nec erat qui non gauderet. Inciderunt iſta in annum Chriſti 1435. Creuit interea turbatio Sueciæ & proceres arguunt ſe inuicẽ proditionis, alij per tumultũ, alij quaſi legitimo iure per ſententiam capite puniunt̃. Rex cum intelligeret domeſtica ubiq; conſurgere bella, exportatis theſauris in naues, Gdanum nauigat, in tuto locatus, exitum uidere uolens domeſticorum tumultuũ. Decreuit nepotem ſuum Pomeraniæ ducem pro ſe regem ſufficere: at proceres reſpondent, nõ eſſe illi ius pro ſe alium ſurrogandi. Si omnino regnare recuſaret, eſſe incolarũ de ſufficiendo rege electionẽ. Anno itaq; 1438. rex nauigans in Pomeraniam, regni ſe ſubduxit negocijs. Alij ſcribunt Ericum iſtum per Frid. Imp. regno exutum & in locum eius ſubſtitutũ Chriſtophorũ Bauariæ ducem, Erici regis ex ſorore nepotem.

Engelbertus uindicat Sueciam à Dano.


Pax firmatur.

Criſtophorus Bauarus fit rex Daniæ.

VNanimi conſilio trium regnorũ Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ à proceribus eligit̃ poſt Ericum Chriſtophorus Bauariæ dux. Qui in regnum uocatus, ſolenni ſuorũ apparatu anno 1439. Lubecum intrauit, ubi honorifice futurus rex à regentibus eius loci excipitur. Ibi ex conſtituto proceres regni fuere, qui magno illum honore ſuſceptũ, perducunt in Daniam. Arces illi regni tradũtur, ac legitimis illis modis cuiuſcunq; ordinis homines ſacramenta compræſtant. Vnctus inde de more ſacro oleo, rex conſecratur, ac proximo deinde anno cum regni prouincias obiret peruenisſetq; in Iutiam, Adolphus dux Schleſwicenſis atq; comes Holſatiæ occurrens, feudi poſtulauit de iure innouationem. Tum rex illi iubet reſtitui quæ ex antiquis annis ad ducatum pertinerẽt. Multa enim inde Margareta regina detraxit, multa etiam Ericus per bellũ diuturnũ. Anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto Chriſtophorus rex de poſteritate cogitãs, ad nuptias animũ cõuertit. Duxit aũt uxorem Dorotheam, Ioannis Brandenb. marchionis filiam. Eas nuptias regali more in Coppenhagen arce regia peractas, honeſtabat multorũ de Germania principum præſentia. Poſt hæc inuiſit Suetiam: ordinatisq; omnibus ex ſententia



Nuptiæ regales in Coppenhagen



tentia, cum magnos inde theſauros in naues con
geri iuſſiſſet, ſiue de muneribus quæ proceres in
tuliſſent, ſiue de prouẽtibus quos per multos an
nos præfecti contuliſſent, nauigationem inſtituit
in Daniam. Sed exorta tẽpeſtate, periit omne au
rum & argentum, uix rege cum naue ſua in por
tum perueniente. Centum millia ac amplius mul
to intercidiſſe memorant. Anno nono regni ſui
rex aduerſa ualetudine laborans, uocans quos ha
bere potuit, dixit: Regno & uita pariter mihi con
cedendum eſt, uos rebus recte conſulite. Exceſſit
autem rebus humanis anno 1448.

Chriſtianus comes ab Al denburg fit rex in Dania & in Norwegia.

CHriſtianus, quem Dani more ſuo Chriſtiernũ appellant, comes Aldenburgẽſis, unanimi procerum Daniæ & Norwegiæ conſenſu rex eligitur, Suecis (ut Krantzius ſcribit) ſe à ueteri placito retrahentibus: quod ſcilicet habebat, ut niſi trium regnorum cõmuni conſilio unus aſſumeretur rex. Hæc electio maxime facta eſt, aſtipulatione Adolphi ducis Schleſwicenſis, qui erat auunculus Chriſtiani de Aldenburg, & Delmenhorſt comitis. Natus enim erat Chriſtianus eiuſdẽ Adolfi ſorore germana. Inclinauerant quidem Dani in Adolfum, ſed cum ille pertinaciter recuſaret, conſilio eius uſi ad nepotem eius, quem ille in domo ſua ex puero educabat, deflexerunt. Suecia uero prçueniens hanc electionem, peculiarẽ ſibi regem aſſumpſit, ex ſuo corpore militem, opibus præſtantem, Carolum Canuti. Chriſtiernus itaq; ſolenni ritu coronatur, & Dorotheã reginam ſibi uxorem copulat, ex qua ſuſtulit Olauum, Ioannem, Friderícũ atq; filiam Scotorum regi nuptam. Proximo deinde anno Chriſtiernus primã regnis operam impendit, ut Sueciam per partes duobus regnis iterum coniungeret. Et primũ inſulam Gotlandiæ uicit, expugnato oppido Wisbu, quondã florentiſſ. emporio mercatorũ. Interea Carolus præfuit Sueciæ. Cumq; duræ ceruicis populo durus eſſet & cœpiſſet odio haberi, collecto clam theſauro, media hyeme in ipſa carniſpriuij reſolutione omnibus ad crapulam laxatis, ingreſſus nauim Pruſſiã nauigauit. Tunc proceres regni ſolennibus miſſis ad Chriſtiernum oratoribus, eum uocarunt in regnum, uenientemq; in Stockholmiam honorifice exceperunt, regem conſtituerunt & per manus archiepiſcopi Vpſalienſis conſecrarunt. Erat autem annus 1457.

Carolus rex Suecię.

De comitatu Holſatiæ.

ANno Chriſti 1459. cum in fata cõcederet inclytus Adolfus dux Schleſwici comes Holſatiæ, non erat dubium, Schleſwicẽſem ducatũ coronæ conſolidari, à qua exiit beneficium, cum ille prolem nullam relinqueret. De comitatu autẽ Holſatiæ magna fuit quæſtio. Nam feudum uidebat imperij, quod ad maſculã lineam crederet pertinere. Supererat Otto comes de Schowenburg cum multis filijs, qui ad uirilẽ, licet multis gradibus, ſpectabat agnationẽ. Rex aũt Chriſtiernus cum fratrib. Mauricio & Gerardo de Aldenb. comitib. ſorore Adolfi erant progeniti. Poſt magnã diſceptationẽ interueniente Arnoldo Lubecenſi epiſc. qui imperiali uice eius feudi dominus cenſeret, Chriſtiernus rex comitatu donatur, quietatis ingenti ære comitibus ut iuri ſuo renunciarent. Fratribus deinde ſuis rex non minorem pecuniæ ſummam perſoluit, ut omne ius in ſuam coëmeret perſonam. Ita factum eſt, ut nobilis ille comitatus, qui infinitum ſanguinem dedit, quo à corona Daniæ ſegregaretur, nunc uoluntate procerum ſe illi coniunxerit. Erat autem annus 1460. cum hæc agerentur. Cumq; ſacramenta ſolenni ritu rex ab omnibus acciperet, uenit in Hamburgũ, & de homagio quidem nulla mora, ſed de præſtando iuramento fit dubitatio. Oſtendebant ciues ueterem obſeruantiam, eamq; chartis priuilegiorum aſtruebant. Ceſſit rex ciuium allegationibus, permittens ueterem urbis conſuetudinem.

Differunt comitatus Holſatiæ & ducatus Sleſwicenſis.

Exinde

Exinde concessit rex in Sueciam & peruidit regni illius iura. Perueniens autem ad eum rumor de thesauro quem regno excedens Carolus in Stockholm apud Prædicatores reliquerat, conuenit super ea re fratres, extorsit aliquot signati æris marcarũ millia ac uasa nõnulla argẽtea magna cum paruis. Elapso deinde modico tempore, res in Suecia ad rebellionẽ spectabant. Indoluere enim proceres, administrationẽ præfecturarũ Danis permitti. Promiscuum uulgus causabatur abesse regem, rarius sibi responderi de iusticia, arbitratu præfectorum rem omnem agi, regni thesauros foras educi, uiscera regni ad libidinem Danorum dissipari. Rex uolens præuenire rebellionem, magno apparatu uenit in Sueciam, uentumq; est ad pugnam. Inclinauit uictoria Suecis, cẽduntur multi ex regijs & capiũtur multi. Fugit rex & archiepiscopum Vpsaliensem, quem ueluti obsidem habebat, tulit in Daniam. Interim Sueci miserunt Gdanum pro Carolo rege. Sed ubi ille redijt & non inuenit illam integritatem quam promiserant, abdicauit se regno, priuatim uicturus, cõmuni eum alijs iure. Anno 1465. Gerardus de Adenburg regis frater, causatus est sibi adhuc debere aliquot millia aureorũ, quòd ius successionis suæ in fratrem refudisset, & arcibus in potestatem acceptis, legittimum se cum fratre ferebat hæredẽ. Paulo pòst omnem illam ditionem inuasit cœpitq; administrare res in Holsatia, & uertit administrationem suam in legitimum principatum.

Præfecti autores seditionis.

Holsatia iterũ occupatur.

Res gestæ per Christiernum primum.

HAbuit rex adhuc arces quasdã in Suecia, quas per suos insedit atq; defendit. Sueci oppugnãtes arces illas, & fugati ab obsidione: ausi fuerunt ingredi Daniam & regem oppugnare. Sed rex illos excipiens & in fugã uertens, trecentos ex eis cepit. Annus erat 1469. cum quidam cõmunes amici conarentur, conuentu Lubeci indicto, res componere inter regem & Sueciæ proceres, sed nihil fuit actum, nec inuenta componendæ pacis uia. Proximo deinde anno rex per angustias, niuis tẽpore, quando nemo uenturum præsumebat, ingredi Sueciam tentauit, regnum montosum & faucibus uiarum transitu difficillimũ. At Suecis utcunq; res innotuit, quare in aciem prodeuntes, regi se obiecerunt. Facile fuit multos à paucis detineri, quando nõ poterant in uia stricta nisi pauci ad pugnã prodire. Trucidatis ergo circiter quingentis, rex cogitur redire. Postea descẽdens in Holsatiam exegit fratrem suum, coẽgitq; incolas ad præstandũ sibi sacramentum. Idem egit apud Frisios. Anno 1470. excedente rebus humanis Carolo quondam rege Sueciæ, diuisi sunt proceres regni, discesserunt̃q; in uaria uota. Alij Christiernũ cupiunt uocare, & alijs alia fuit sententia. Rex autem iam tempus ratus, immittere manus regno Sueciæ, quando æmulus eius mortuus erat, conducto magno militum numero, infestum agmẽ duxit in Sueciam. Sed neq; illi segnes occurrunt. Erat̃q; is demum exitus, ut pauci ex multis stipendiarijs redirent. Anno Christi 1474. uenit Christiernus cum quibusdam principibus inferioris Saxoniæ ad Fridericum Imperatorem, indicat̃q; esse in suis ditionibus intra limites Romani imperij gentem nulli parentem & pro libertate insolescentem, nempe Dietmarsos: eos sibi ab imperiali maiestate subijci postulat: cum non expediat sine principe populum agere: comitatum quoq; Holsatiæ atq; Stormariæ iuncta ditione Dietmarsiæ in ducatum uerti deposcit. Annuit Imperator postulatis regis, & titulum comitatus extinguit, ex̃q; tribus memoratis ditionibus unum creat ducatum, regem̃q; præsentẽ illo solenniter inuestiuit. Literis̃q; desuper editis, rex illas secum defert. Reuersus aũt domum, Ioannem filium maiorẽ natu, Daniæ regẽ eligi fecit & consecrari, assumpta illi cõiuge Christina filia Ernesti ducis Saxoniæ principis e lectoris, anno Christi 1478. Sueci interim in sua sententia perseuerãtes nullum crearunt regem, neq; Christierno obedire uolebant. Anno 1480. Christiernus rex indixit conuentũ Holsatię, euocans quoq; ex Lubeco & Hãburgo publici cõcilij oratores, & insinuans imperiales literas, poscens ut ijsdẽ obsecundantes, se Holsatię atque Stormariæ in unum corpus adunarent, & se ducem suum recognoscerent. Respondent illi, Imperatorem non plenè instructum, de alieno disposuisse. Habere se terram suam temporalem, pariter & spiritualem dominum archiepscopũ Bremensem, ex eo tempore quo nouissimus Dietmarsiæ comes defecit. Rex iussit replicari, ex illo die crebram fuisse mutationẽ dominij, aliquando eos paruisse Waldemaro regi secundo, aliquando comiti Holsatiæ, nunc uero episc. Bremẽsis tantum ad speciem prætendi dominiũ, cum facto nõ parerẽt. Illi contra: habere in terra archiepis. prę fectos, quę res iustum testeẽ dñm

Christiernus Sueciam uexat

Dietmarsi liberi.

nullo

nullo ſe pacto uiuos pati, ut alienentur ab eccleſia. Interim autem quo hæc aguntur & rex in quoſdam implacabiliter ſæuiret, mortuus eſt in arce Coppenhagen anno 1481. cum annos 34. in regno exegiſſet.

Acta Iohannis regis Daniæ filii Chriſtierni.

CHriſtierno mortuo ſucceſſit Iohannes filius in regno. Hic Norwegiam cum fratre Friderico legitima ſucceſſione poſſedit, niſi quod rex ſolus tenuit imperij miniſtrationem: frater titulo hæreditarij iuris contentus manſit. Suetiæ quoq; electus rex ferebatur, inſertis conditionibus quas non probaret. Quieuitq;, donec armis regnum recuperaret. Gotlandiam primò Suetiæ parentem, quibuſcunq; modis ſibi deuinxit, cum (inuito Suetiæ gubernatore Stenone Neiter milite) is qui arci terræq; præerat multo tempore Iwarus electo regi arcem, oppidum, omnemq; terram conſignauit. Deinde anno 1498. conducta gregariorum militum manu magna, coegit uniuerſos etiam nolentes imperata facere. Cæterum ubi rex excelſerat regno, Sueci conſpirauerunt. Rex uero cum ſperaret beneuolentia potius quam ſeueritate regnicolas in fide continere, regno decedens, reginam in regia dimiſit. Quam multi prægnantem rebantur, ut in regno partu riens, indubitatum illi daret hæredem. At ea ſpes uana fuit. Recogitantes autem Sueci pudorem ſuum, quod uicti ceſſiſſent armis, dolum excogitant. Vocant regem, ut obſiciat ſe Ruſſis, quorum excurſionem nunciatam accepiſſent. Nihil opus fore armis à Dania producendis, ſolo illos indigere principe, uires armorum regno non deeſſe, copioſos eſſe in Suetia milites Ruſſis repellendis, ſi caput accederet multitudini armatæ. Rex paucis contentus in Suetiam nauigauit. Aduertit aũt populi erga ſe non ſyncerum eſſe animum, atq; ideo non credidit ſe illis, ſed quomodo potuit manibus eorum ſe ſubtraxit. Erupit deinde manifeſte rebellionis audacia, ut accuſarent regem & regios officiales, de nõ impletis promiſſis. Reginam deinde in arce Stockholm circumſiſtunt, oppugnantes arcem & ciuitatem. Expugnata urbe, arcem armis expugnare nequiuerunt, ſed fame, reginamq; captam deduxerunt in monaſterium Waſtẽ diuæ Brigittæ, ubi duobus penè annis in libera fuit cuſtodia, donec per Raimundum legatum Rom. pontificis liberata in regnum Daniæ cum honore fuit reducta. Rex interim Iohannes comparauit arma ad edomandos Suecos, habuitq; quoſdam in regno Sueciæ ſibi fideles, qui ipſum monuerunt, niſi quinquaginta millia adduceret armatorum, nihil profuturum eius aduentum. Tentauit rex & hoc ipſum, ſed inanis fuit conatus eius. Norwegia quoq; inſtinctu procerum Suetiæ rebellionem oſtendebat. Sed aderat Chriſtiernus regis filius, pro ſua ætate dux acer in armis, & naſcentẽ flammam in ſui primordio extinxit. Poſtquam ergo rex Iohannes contra Suecos multa prælia fruſtra inſtituiſſet, infecto negocio mortuus eſt tãdem, factusq; eſt filius eius Chriſtiernus poſt ipſum rex Daniæ, & Fridericus patruus Chriſtierni manſit dux Sleſwici & Holſatiæ. Cæterum rex Chriſtiernus nullum non mouit lapidem quo ſibi ſubijceret regnum Sueciæ, uſuſq; eſt extremis uiribus, aſtu & dolo, donec tandem edomuit, ſed partum regnum diu retinere non potuit, quin & propter tyrannidem ſuam tandem fuit è Dania expulſus. Quam cum rurſum recuperare contenderet captus à Chriſtiano patruo ſuo, cuſtodiæ eſt mancipatus Sunderburgi in Holſatia, mortuusq; tandem in uinculis. Excluſus uero Chriſtiernus Dania, patruus eius Fridericus dux Holſatiæ factus eſt rex Daniæ, quo mortuo anno Chriſti 1533. noua turbatio orta fuit in regno. Nã Fridericus Palatinus Rheni & dux Bauariæ, qui regis Chriſtierni filiam & neptem ex ſorore Caroli Imperatoris uxorem habuit, uoluit ſibi uendicare regnum, ſed epiſcopi & proceres regni elegerunt Iohannem filium minorem natu Friderici regis, qui adhuc puer erat. At Chriſtianus filius maior natu eiuſdem Friderici, comparato undiq; auxilio, potenti manu acquiſiuit regnũ ſibi alias debitum. Tulit illi ſuppetias non uulgares ſereniſſimus rex Sueciæ Guſtauus, ſicut & uiciſſim Chriſtianus rex Guſtauo non defuit, quum Smalandi ruſtici magnã in Suecia excitaſſent ſeditionem. Sicq; hoc noſtro tempore hæc duo regna, Dania & Suecia, magna tranquillitate & pace gubernantur ſub inclytis regibus Guſtauo & Chriſtiano, quæ antea perpetuis inuicem irritabantur bellis. Faxit dominus deus, autor & dator pacis atq; concordiæ, ut in ſeculum hæc perſeueret amicitia, diuturnaq; inuicem fruantur quiete.

Gotlandia.

Stratagema.

Waſten monaſterium.

Norwegia rebellis cohercetur.

Fridericus poſt Chriſtiernum rex.

Genealogia


Genealogia modernorum regum Daniæ.

Ioannes comes in Aldenburg & Delmenhorſt habuit filium nomine Fridericũ ſucceſſorem in his comitatibus. Fridericus uero reliquit filium Ioachimũ (ab alijs uocatur Theodoricus), qui duxit uxorẽ Margaretã ducissam Sleſwici & Holſatiæ, ſuſtulitq; ex ea Chriſtiernum, qui cognominatur diues, & hic factus eſt rex in Dania. Conſenſerunt quoq; in eum quidã Sueci & Gothi, quare huiuſmodi uſus eſt titulo: Chriſtiernus rex Daniæ, Sueciæ, Gothiæ & Nordwegiæ, dux Sleſwici, Holſatiæ, Stormariæ, & Dietmarſiæ, comes Aldenburgenſis & Delmanhorſtenſis. Vſurparũt & poſteri eius hunc titulum. Ab hoc Chriſtierno hæc facta eſt propagatio.

1 Chriſtiernus cognomento diues
- 4 Fridericus primum dux, deinde rex
  - 5 Chriſtianus rex: uxor eius Dorothea filia magni ducis Saxoniæ inferioris.
  - Ioannes rex electus ſed non aſſumptus
- 2 Ioannes rex
  - 3 Chriſtiernus rex, tandem captus uxor eius Iſabella ſoror Caroli Imperatoris
    - Dorothea uxor Friderici Palatini
    - Chriſtiana ducissa Lotharingiæ.

Maternum ſtemma habes ſuprà in Saxonia, ſub titulo Aldenburgenſis ciuitatis ſeu comitatus.

GOTHIAE SEV GOTlandiæ deſcriptio.



Humaniſſimo

Humaniſſimo ac clariſſimo uiro domino

Sebaſtiano Munſtero, ſcholæ Baſilienſis ordinario, amico & fautori ſuo optimo, Georgius Normannus S.

MAgnam mihi literæ tuæ, uir ornatiſſime, uoluptatẽ attulerunt, propterea quòd teſtari uiderentur te qualiſcunq; inter nos factæ amicitiæ omnino non oblitum eſſe, teq; etiam in opere pergere, ut quod in ſcribendis mundi hiſtorijs cœpiſti, aliquando abſolutũ nobis reddas, idq; me duplici gaudio adfeciſſe omnino exiſtimabis: cum quòd ſperem hoc pacto Gothorum nomen, ueteribus quidem celebratum, noſtris uero fatorumne, an hominum inuidia, equidem ignoro, nonnihil obliteratum, rurſum è tenebris in lucem emerſurũ eſſe, tum uero maxime, quòd quicquid hac de re Regi domino meo clementiſſimo de ſuſcepto tuo labore promiſeram, id iam propediem proditurum exiſtimem. Tu igitur uir ornatiſſ. quod in hac re cœpiſti, peragere cõtende, nec ab opere ſuſcepto laboris magnitudine, quam res tanta requirit, neq; maleuolorũ calumnia te abſterreri aut abduci ſinas, etiam atq; etiam oro. Quòd uero ad complendã Sueciæ noſtræ hiſtoriã à me requiris, operã dabo, ut quaq; prima occaſione nacta ad doctorẽ Ioſephum nepotẽ tuum paulo plenius quàm nunc poſſum, ordine perſcribã. Bene uale, Holmiæ &c.



SOnat Gotlandia germanicè bonam terram, quòd ea terra inter aquilonares regiones fertiliſſima ſit. Nam ager eſt frugibus & melle opimus: pecorum fœtu ac paſtu omnib. anteferẽ. Opportunitas fluminum & ſyluarũ ubiq; magna. Peregrinis mercibus omnis regio plena. quòd ubiq; domeſticis rebus abundet ad commutationem faciendam, pellibus ac metallis, præſertim cupro, abundans. Egerunt Gothi & Sueci à multis retro ſeculis ſub unius principis auſp cijs, unius regni finibus incluſi. Nonnunquã uero, ut fieri ſolet, inceſſere ſimultates, quòd quæq; natio principem ſuum ſectareẽ. Sed ea tamẽ diſceſſio nõ diu ualuit, quo minus ad unius regis gubernacula denuò cõceſſere. Sueciq; quidem domi & uicinis in locis nomen prævaluit, foris autem & in longinqua militia Gothorum gloria ſublimioribus lõge titulis incluſ:ruit: quòd Romanis diu ea gens colluctata, aliquoties quidẽ repreſſa quieuit. aliquãdo magnis Rom. cladibus ſe uindicauit: nonnunquã pari manu conflictans diſceſſit. Demum Rom. proculcans imperiũ, Italiam peruaſit, urbem Romam uaſtauit. In eadem Italia regnum multis annis tenuit, Gallias occupauit, in Hiſpanijs regna fundauit, & ex eo ſanguine, nobiliſſimas domos principũ erexit. Qua in re Romani ſcriptores, non tam in Barbarorũ (ut ipſi uocant) quàm in ſuorũ laude profuſi ſunt. Originẽ autem gentium attingentes, refugiunt in Scythiæ uaſtas ſolitudines, ignorantes, de magnæ Germaniæ finibus Gothorum, Cimbrorũ & Wandalorũ examina prodiiſſe. Terminatur Gothia à ſeptentrione fine auſtrali Sueciæ, ab occidente reliquis Nordwegiæ montibus, qui ſunt à Sueciæ limite ad Trolhetæ fluuij oſtia. A meridie & oriente terminatur mari. Loca eius inſigniora ſunt, Lodhuſia portus & emporium, Waldburg urbs inſignis cum arce, Halmſtat, Helſinburg, urbs arce inſignis, Landskron, Malmogia portus & emporium, Calmaria urbs magna, portus & emporiũ, habetq; arcem quæ operum magnificentia certare dicitur cum arce Mediolanenſi: Stegholm, Sudercopia emporiũ & portus Nortcopia, Lidecopia ciuitas ſuper lacu Vener: Vaſtena oppidũ, Huetlandia oppidũ. Veſtrogothia ducatus, cuius ciuitates ſunt Scaris, Varnẽ, ubi eſt ſepultura ueterũ regum. Oſtrogothia ducatus, in quo ſunt ciuitates Schemingia, Lincopia ciuitas epiſc. Halladia ducatus, in quo Lundis metropolis, ſed quę in Scandia eſt. Smalandia ducatus, Tniſchia ducatus, Verendia ducatus, Blechingia ducatus. Vi bi ciuitas Gothiæ: ubi emporiũ fuit antiquum & celeberrimũ, poſtea Danorũ & Moſchorũ piraticis excurſionib. afflictũ, deſertũ eſt. Extant hodie ruinæ, teſtãtes ueterẽ claritatẽ. Fuerunt hoc loco prima ſtatiua Gothorũ, qui Męotidem occuparunt.

Fertilitas Gothiæ.

Gothi apud ueteres notiores Suecis.

Ciuitates Gothiæ.

Halladia ducatus.

Eſt

Est hodie fertilitate agri & arce & monasterijs insignis. Est etiam ibi cœnobiũ ordinis sancti Benedicti, apud quos est bibliotheca circiter duum millium autorum & codicum ueterum. Ex hac & alijs terris ueniunt pelles nobiliũ ferarum: præstantiores sabellæ, quibus in orbe nostro præcium propè immane, & æstimatio secundũ aurum & gemmas. Et quod miremur, non alio quàm hyemis tempore uenantur, quoniã tunc pilus densior est, & cutis fidelius adhæret. De regibus qui olim Gothiæ præfuerunt, Ioannes Magnus natione Gothus, archiepisc. Vpalien sis, post Saxonẽ Grammaticũ scripsit 24. libros, sed qui nõdum typis sunt publicati. Expectamus eos à fratre eius Olao Magno, qui superioribus annis è Roma, dum archiepiscopus adhuc uiueret, me de illis & alijs quibusdam, scriptis literis certiorem fecit. Scripsit & Abertus Krantzius de rebus Gothorum & Suecorũ, quem hic sequimur, utriusq; populi res gestas uno complectens historiæ contextu. Insula Gotlandiæ è regione Gothiæ in mari sita, longitudinẽ dicitur habere 18. milliariũ Germanicorũ, magna prædita fertilitate, plurima nutriens pecora ob lætissima, quibus abundat, pascua: habet agros, nemora, feras syluestres, pisces &c. atq; ob id parens dicta Sueciæ. Ab antiquis temporibus paruit regi Gothorũ & Suecorũ, sed Dani superioribus annis, quum per petuis bellis uexarent Sueciam, hanc ad summam redactam calamitatem sibi subiecerunt.

Bibliotheca nobilis.

Ioannes Magnus archiepisc.

Gothlandiæ insula.

De regno Nordwegiæ.



Norduegia hodie sub Danis.


NOrdwegia, id est, Septentrionalis uia, fuit regnum aliquandiu admodũ florens, & tenuit imperium per Daniam & late per insulas maris, donec domesticum imperiũ per hæreditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno consensu procerum institutũ est, ut reges per electionem susciperentur, arbitrati eos hoc æquius administraturos regnum, quo minus forent cõfirmati per nouitatem. Sed euenit dum quisq; ut opibus, ambitione & fauoribus affinitatis excelluit, ita in spem maiorẽ uenit regni assequendi, ut factionibus distraherẽtur, seseq; etiam inferrent ad occasionem capiendi regni externi, qui adiuuarent & de stituerent partes cõcertantes, ut uisum sibi è re fuit. Itaq; est hoc tempore sub potestate Danorũ. Hi nõ legitimos modo redditus & tolerabilia uectigalia imperare dicuntur, sed omnia cõmoda transferunt in Daniam. Aedificia urbium tueri nequeunt suam amplitudinẽ & dignitatẽ ueterem, nec spes est status reparandi. Publici enim conuentus in rem non admittuntur, nemo ex arbitrio suo referre audet aut opere tentare, incertus de omnium cõsensu. Habet Dania in potestate nauigationes omnes Norduegianas, neque hæc exercere mare potest, neque exportare merces, hoc rege hoste. Hęc mittit in reliquam Europam piscem ex genere asellorum, frigore induratum & extentum in fustem, unde & eum Germani uocant Stockfisch. Captura eius laudatissima est Ianuario, quando supereſt frigus ut induretur: & qui clementioribus fuerint capti mensibus, marcescunt, neque sunt idonei ut exportentur.

Stockfisch.

Monstra in Nordwegia.


OCcidentale Nordwegiæ littus totum infestum est uerno tempore balenis uastæ magnitudinis, adeo quòd ad centum perueniunt cubitos. Hę tunc gregatim conueniunt ad prolificandum. Naues uel quæ in earum corpora uel in uortices aquarum, quos hæ faciunt instar charybdis agitatione sua, delatæ fuerint, periclitantẽ. Remedium est autem nauigantibus, castoreum dilutum aqua & in mare effusum. Hoc tanquam aconito petitus grex balenarum, totus repente dissipatur & in profundum fertur. Rugiunt horrendè. Spiracula duo habent in summa fronte, patentia ad cubiti proceritatẽ. Hæc tecta sunt folliculo, respirantes efflant undas in modum densi nimbi. Spina dorsi reperitur continens amplexu ulnas tres, internodia singula unã. Maiores inutiles cibo sunt. propter

Balenarum horror.



propter nõ domabilem aſperitatem. Metropolis huiusregni eſt Nidroſia, uulgo Druntheim, fuitq; nobilis in primis ciuitas ſub Horẽte Nordwegiæ imperio: nunc in uici formã redacta eſt. Extat hodie eccleſia cathedralis, argumentum ueteris felicitatis, cui magnitudine & laborati lapidis artificio par opus non eſt ſub orbe Chriſtiano. Crepido circum altare corrupta fuit incendio, ſed reparata anno 1530. in quam quidem crepidinem reparandam impenſæ imputantur ad ſeptem millia aureorum. atq; à tantilla parte æſtimatio præſtantiæ fiat tẽpli totius. Habet terra hæc peſtem peculiarem, quam Lemmer uocant. Eſt autẽ beſtiola quadrupes, magnitudine ſoricis, pelle uaria. Hæ in tempeſtatibus decidunt ex nubibus feculentis, ut putant, depaſcuntur more locuſtarum omnia uirẽtia, ſtatoq; tempore moriuntur aceruatim cum lue terræ, ex quarum corruptione aer fit peſtilens & afficit Norduegos uertigine atque icteriſi. Eſt quoq; in Nordwegia lacus Mos, in quo apparet oſtentum, ſerpens ſcilicet miræ magnitudinis, qui portendit Norduegiæ mutationem rerum. Viſus eſt recentiſſime anno ſalutis 1522. altè eminens ſuper aquas, conuolutus in ſpiram, exiſtimatus eſt, coniectura collecta procul uiſu, cubitorum quinquaginta, & fuit ſecuta electio regis Chriſtierni.

Nidroſia metropolitana, Trondenis nunc



De inſulis & ciuitatibus Nordwegiæ.



SVnt in regno Nordwegiæ multæ inſulæ, ubi mare abſorbeẽ intra cauernas accedẽte fluxu, & reflatur refluxu, quãto maximo impetu deferuntur torrentes. Nauigaẽ hoc mare donec inferius eſt faucibus ſcopulorum, & qui iniquo tempore interciderint, ferũtur præcipites in uoraginem. Naufragiorũ reliquiæ perraro redduntur, etſi quãdo

redduntur, reperiũtur robora attrita collisione scopulorum, ut lanugine quasi obducta uideantur. Sunt in Norduegia castra, oppida & ciuitates præcipuæ, Warthus, id est, specularia domus, castrum scilicet ualidissimum & præsidium impositum Laponibus: Matcur oppidum, Reon castrum, Nidrosia metropolis, de qua iam diximus, Bergis ciuitas episcopalis, Staffanger ciuitas etiam episcopalis, Kóngsperg castrum & emporium: Saltzburgum emporium, Congelle emporium, Bohus castrum munitissimum super boreale latus ostiorum Trolheræ fluuij: Wermelandia ducatus, Hammaria ciuitas episcopalis. Separatur Nortwegia à Suecia excelsis & asperrimis montibus, perpetua niue obductis, quos nemo transcendere potest, nisi quòd cum tempore inter iuga montium inuentæ sunt conclusæ quædam & angustæ ualles, per quas iter, licet difficile, patet ex Nordwegia in Sueciam. Vocantur autem montes illi alpes Dofrinæ.

Wermlandia.

De regibus Norwegiæ seu Normanniæ.

& de Normannorum excursionibus.



Nordwegi qui & Normanni

CVm apud Danos regno Grã præesset apud Normannos rex erat Suibdagerus: atq; is cum uiribus regni insolesceret, cœpit uicinis quoq; gentibus esse onerosus, tandemq; armis Daniam in sua iura traducit. Sed paulo post à Grami filio Haddingo uictus, regnum armis quæsitum amisit. Haddingus à multis bello petitus, cogitur in Norwegia ferre Gewarum unum ex primoribus, cui successit filius eius Horherus. Trãsierunt deinde anni multi, donec Collerus rex Norwegiam teneret, quãdo scilicet apud Danos Roricus præfuit regno. Postea Frogerus rerum est potitus apud Nordwegios: quo uicto à Danorum rege, Gotarus quidam regnum arripuit, quo interfecto Rollerus regno potitur. Sed Nordwegiorum proceres indomita ceruice, assueti libertate, se regis sui subducũt iugo. Successit Rollero Helgo rex, Helgoni autẽ Hasmundus, Hasmundo Regnaldus, deinde Gunnarus, Omũdus, Olo qui & Daniam tenuit, Omundus, & longe postea Goto circa annum Christi 800. Quo tempore Nortmanni seu Nordwegi cum Danis excursiones & depopulationes horrendas fecerunt in Saxonia, Frisia, Scotia, Gallia, Aquitania, &c. omnia loca igne & ferro deuastantes. In Nordwegia uero interim facta est tanta sceptri confusio, ut discissis membratim regni uiribus, partem sibi quisq; teneret, & qui in prouincijs locum non reperit, maria sibi desumpsit exercenda, ut quicquid excursionibus terrarum & piraticis depredationibus occuparent, pro suo ducerent: inter quos nominati sunt Horicus, Orduicus, Gotfridus, Rodulphus, Haddingus & Ignarus, qui diuisis turmis & nauibus, omnia maria & littora infesta habuerũt, infensi ubiq; Christianis, quod Christi religio iam primum ab Haraldo per Anscharium deinde per Ericum regem in Daniam atq; Suetiam penetrasset. Geminam ergo bellandi causam prætendebant. Quod nouas sedes in Gallijs quærerent, & quod Christi fidem infestis animis persequerentur. Fuit autem inter alios crudeles duces, Haddingus regio sanguine cretus, uir feroci animo, ad arma natus, qui fortẽ exercitum exposuit in Galliam, prædabundus incedens quocunq; se uerteret. Ecclesiarum incẽdia, matronarum stupra, puellarum raptus, uirorum neces sine numero peregit. Displicuit illi præda, quam non sanguis commendabat. Sæuissima hominum crudelitas tantum iniecit terroris regnicolis, ut diu nemo inueniretur, qui exercitũ opponeret grassabundis. Duravit ad multos annos hæc crudelium hominum debachatio. Sub Ludouico secundo Lotharij filio fuerunt ex eis in Frisia prostrati circiter decem millia. Deinde circa annũ Christi 880. Normanni ad Ligerim fluuium grassantes, nouem millia fuerunt occisa. Tandem post multa facinora commissa, Godfridus eius gentis princeps cum baptismate Frisiam omnem à rege Carolo eius nominis tertio dono accepit: at nec sic illorum hominum cessauit

Lacerat ur regnum Nordwegiæ.

Crudelitas Nortmannorũ.

uit insania, quin Ambianin, Atrebatum, Cameracum, Taruennam, Neomagum, Leodiũ, Traiectum, Tungros, Coloniam Agrippinam, Aquisgranum, &c. exurunt & fœdant. Tandem post multa incendia & deuastationes, quum uiderent Galli gentem inuictam & quam ferro & armis pellere nemo prævaleret, pactis cum ea conditionibus agere cœperunt, ut acceptis sedibus in regno, Christum incipiat uenerari. Erant qui suggererent, principem gentis, si sacrum subiret lauacrum, regis affinitate dignandum, quod regio sanguine cretus, uiribus inuictus haberetur. Respondet dux Rollo, ad sedes se uenisse quærẽdas, patria eiectum. Quę si dentur, facturum pollicetur quod cupiunt. Paratur ergo lauacrum, & imbuitur sacræ fidei rudimentis, commutato Rollonis nomine in Robertum. Datur illi Neustria, quam exinde de suo nomine Normanni dixerunt Normandiam. Successit ei in ducatu filius Wilhelmus, uir deo deuotissimus, qui interfectus fuit anno salutis 943. Deinde post aliquot secula hic ducatus degenerauit in comitatum, & subinde regibus Franciæ permissa est maior pars eius, postea uero magnum exarsit bellum aliquot seculis continuatum inter Anglorum & Francorum reges ob hanc terram.

Nordmãni ad Christum trahuntur.

De regibus Nordwegiæ post Nortmannorum in finitimas regiones euagationem.

AQuinus Nordwegiæ regis filius agens apud regem Angliæ, posteaquam accepisset paternæ necis nuncium, ueniens in Nordwegiam, regnum repetit, sed ab emulo Haraldo interfectus, hosti reliquit regnum. Hic ausus fuit rebellare regi Danię qui & ipse Haraldus uocabatur, & constituta negare tributa, idq; dum imperiũ Romanum administraret Otto primus. Successit Haraldo Olauus rex, Sed qui à Sueno rege Daniæ uictus, regnum suũ hosti reliquit. Mortuo deinde Suenone Dano, Norduegi retraxerunt obedientiam Danis, creantes regem Olauum uirum optimum & Christianissimum, sed quem postea Canutus rex Daniæ occidi procurauit, peruenitq; Norduegia ad Suenonem Canuti filium. Et cum Canutus in fata concederet, Noruegi Magnum Olaui filium, conempto Danico imperio, regno præficiunt. Hic Magnus paulo post ex pactis conditionibus utrunq; obtinet regnum, licet nõ diu superfuerit. Lapsus enim in uenatione ab equo & fracta pectoris crate, uitã finiuit. Cui successit patruus eius Haraldus, hunc autẽ subsecutus est filius eius Magnus atq; deinde Haraldi nepos Magnus post Magnum patrem. Quum Noruegia anno Christi 1054. in ecclesiasticis rebus subesset Lũdensi archiepiscopo, insignita est tunc archiepiscopatus titulo, constituiturq; Trondenis totius regni metropolitanus, qui nunc mutato urbis nomine, Nidrosiẽsis appellatur. Factus est circa illud tempus Norduegiæ rex Ingo, uir gibbosus, qui cum præmeretur ab hostibus & in liquentis elementi durata glacie uersaretur, glacies magni armati agminis pondere grauata subsedit, ibiq; rex perijt & omnis cum eo flos Norduegiæ, ad eamq; tenuitatẽ regij sanguinis proceres redacti sunt, ut antiquæ nobilitatis uix ulla uestigia remanerent. Post Ingonem Aquinus regium nomen in Norduegia sustinuit, interim quo Erlingus æmulus pro regno adipiscendo laborabat, filiusq; eius Magnus inane regis nomen gestabat. Interfecto autẽ Aquino, Erlingus cum filio Magno rebus regni præerat. Post hos regno prefuit Aquinus, quando Danię præerat Waldemarus secundus, primi filius, circa annum Christi 1240. Surrogatur deinde Aquino Olauus in regno. Huic maxima controuersia fuit cum mercatoribus, Norduegiam piscium auehendorum gratia frequentãtibus. Omnis eñ huius regni opulẽtia est in pecoribus atq; piscationibus. Nam terra nõ est frugum adeo ferax, ut cibis & potibus sufficiat, bladaq; gignat terra. Sed tostas antè fruges inuehũt mercatores potibus miscendis, aut mixtum iam potum atq; excoctum, permutant piscibus aridis, quos magna nimis copia emittit Noruegia. Successit O-

Nidrosiẽsis archiepiscopatus

Exercitus in glacie perit.



Captura piscium in Nordwegia.

lauo in regno Ericus, qui peruenit ad annum Christi 1300. Erico autem substitutus est frater eius Aquinus. Hic rex à Magno Sueciæ rege oppressus, regnũ Suecis subiectũ reliquit.

1 Magnus Sueciæ & Norwegiæ rex obijt 1326.

2 Aquinus à parte designatus rex Norwegiæ, sed non diu superfuit.

3 Magnus rex Sueciæ & Norwegiæ

4 Aquinus cuius uxor Margareta, trium regnorũ futura regina

Olauus

Cum Magnus 3. filiam Waldemari regis Daniæ filio suo uxorem iunxisset, factum est ut regno Sueciæ priuaretur, exclusus ab Alberto Alberti Magnopolẽsis ducis filio. Mortuo uero Aquino ac deinde mortuo socero eius Waldemaro rege Daniæ, Olauus filius Aquini factus est hæres duorũ regnorũ, Norduegiæ & Daniæ. Cui postea per uictoriã quam de Alberto rege Sueciæ reportauit, ipsa quoq; accessit Suecia. At hanc tantam de Olauo spem, mors immatura præscidit. Et cum iam tot regnis nullus hæres masculus superesset, omnia in personam reginæ Margaretæ concedunt, Daniæ quidem regnũ ex patre, Norueguæ ex filio & Sueciæ ex uictoria. Fuit mira huius fœminæ industria, ut circumiens prouincias & regna omnia lustrauerit, prouiderit, pacem ubiq; fouerit. Per singulas arces ueteribus missis nouos præfecit rerum suarum curatores. Timebãt eius industriam mali, reuerebantur boni. Ita factum est, ut longæua pace sub fœmina florerent regna. Mirum dictu, quod uiri reges non poterant, fœminam potuisse. Cum uero regina senio laboraret, adoptauit Ericum ducem Pomeraniæ, trium regnorum moderatorem. Post eum Christophorus Bauarus tenuit trium regnorum gubernacula annis nouẽ. Christiernus inde rex rerum potitus, comes de Oldenburg & Delmenhorst, relictam Christophori ducens coniugem, trium regnorum gubernacula dotẽ accepit. Deinde Iohãnes Christierni filius regnis præsedit, & post eum filius eius Christiernus, etiamsi Suecia proprium constituerit regnũ. Hoc uero Christi anno 1548. quando hæc scribo, regnis Daniæ & Norueguæ præsidet inclytus rex Christianus, de quo suprà in Dania.

Mulieris in regnando prudentia.




DE REGNO SVECIAE
hodie sub inclyto rege Gustauo florentissimo.

SERENISSIMO ATQVE
potentissimo principi ac domino, Domino Gustauo Suecorum, Gothorum, Wandolorum, &c. regi, Domino suo clementissimo, Sebast. Munsterus summam precatur felicitatem.


AGitur iam quartus annus Serenissime & potentissime Rex, quando tua maiestas ob dedicatam uulgarem Cosmographiæ meæ æditionem, literas gratia & regio fauore plenas una cum munere regia liberalitate digno, ex tam longinqua & retrusa Septentrionis regione ad me transmisit, animumq; tam propẽsum erga me declarauit

declarauit,ut plane ad primum literarum conſpectum obſtupuerim atq; non parum admiratus fuerim tantam regiæ maieſtatis dignationem. Subijt tunc in mentem id quod antea de tuæ maieſtatis clementia & humanitate mihi prædicauerat eximius doctiſſimusq; uir dominus Georgius Normannus,tuæ Maieſtatis ab intimis conſilijs,hac tranſiens mecq; humaniſſime inuiſens. Quare pauliſper reſpirans, cœpi eaſdem literas familiarius ample cti exoſculariq;,& ſubinde anxia mente reuoluere,quonam pacto aliquando gratum erga tuam celſitudinem oſtenderem animum. At tanta ſunt tuæ Ma. in me merita,ut etiam nullam eorum partem referenda gratia conſequi poſſim. Solatur interim me illud Plinianũ,ruſticos etiã lacte diſs ſupplicare,& gentes multas, quæ thura non habẽt,mola ſalſa litare,id quod Moſes in Leuitico uocat מִנְחָה בְּמֹלָח Nec ulli fuit uicio datũ,deos colere quoquo modo poſſet. Sic quidem gentilium habuerunt ritus. In rebus denicq; honeſtis & reipublicæ utilibus,uel ſolus conatus laudi datur. Certe ego Studioſorum more pro auro & argento rependo animum gratum ac chartas,felices ne an miſeras,aliorũ eſto iudicium. Feci quod potui nõ quod uolui. Nolim propterea mihi hic fraudi dari,quod mutila quædam ac manca foras profero,& forſitan multa indigeſta,uereor ne & quædam inter ſe pugnantia,ut hiſtorici non ubicq; ſibi conſentiunt. Temporum ruditati id expenſum feramus oportet,quæ unica cauſa fuit,cur nullos ferè rerum ueterum in pleriſcq; terris & regnis idoneos habeamus commentarios. Sudamus hic omnes,& rerum geſtarum ueritatẽ uel ex detritis & characteribus ſignatis lapidibus uel ex antiquis corroſis numiſmatibus aut etiam ex ipſis ſepulchris & ruderibus quærere cogimur,ubi diplomata & doctorum uirorum nobis deſunt certa teſtimonia & monumenta. Præſtat enim & hæc fragmenta ante quam omnino pereãt colligere, id quod unicum in uniuerſo hoc opere ſtudium meũ fuit. Cõiunxi noua ueteribus & rurſum uetera nouis,quo ſic uetuſtis darem nouitatem, nouis autoritatem,obſoletis nitorem,obſcuris lucem,faſtitidis gratiam, dubijs, quoad fieri potuit,fidẽ. Nec dubito multa eſſe,quæ & me & coadiutores meos præterierint fugerintq;. Homines enim ſumus,ad uaria diſtracti,ſucciſiuiſq; noſtra curamus temporibus. Cæterũ nemini non patebit,quid molitus fuerim in hoc opere ultra id quod antea in Germanica æditione euulgaui,ciuitatum ſcilicet deſcriptionibus ſuperaddẽdo earum picturas & icones. Siquidem pulchrum iudicaui,ciuitatum & locorũ peculiaribus deſcriptionibus,ſubiungere quoq; earundem effigies & figuras, ubi eas aſſequi licuit. Scripſi ſemel aut bis in Sueciam pro Stockholmiæ,totius regni primariæ urbis genuina effigie,ſed, quod dolens refero,nihil impetraui. Idem queror de Daniæ & Angliæ regijs. Sollicitaueram quoq; pro diligentiori Suecici regni deſcriptione,& ſpes aliqua iam affulſerat conſequendi hoc deſiderium,uerum neſcio quid obſtiterit quo minus quod uolui obtinuerim. Aut literæ meæ in tam prolixo itinere ſunt intercæptæ,aut quod miſſum eſt ſimili periculo obnoxiũ fuit. Certe Germaniæ proceres & ciuitatum anteſignani à me paſſim excitati, pulchrè ſuo reſponderunt officio,etiam ſi quibuſdam fortaſſis meũ inſtitutũ non placuerit, atq; ob id nihil miſerint,quod potuiſſet & ſua loca atq; meam exornare Coſmographiam. Quæ de florentiſſimo tuæ maieſtatis regno hic ſcribo,ex recentioribus ſcriptoribus, maxime autem ex Krantzio, Zieglero & Olao magno deſumpſi. Quædam etiam coram à fidedignis uiris accepi. Quare ſi hic in uno aut altero loco eſt peccatum,tua maieſtas id meæ non imputet temeritati aut oſcitantiæ. Nihil enim chartis illeui,niſi quod ab alijs accepi. Boni ergo hanc meam operam cõſulat tua maieſtas,quam dominus deus diu ſaluam in gloriam nominis ſui conſeruet. Baſileæ in Ianuario,anno à Chriſto nato M. D. L.



Stockholmia regia ciuitas.

SVeoniam ſiue Suetiã,& ut uulgò appellant,Sue diam,nunc ſcrutabimur,florentiſſimum & latiſſi mum aquilonis regnum, paucisq; attingemus ſi tum eius,antiquitates,res geſtas,prouentus & di uitias. Habet hæc regio ab occidua ſui parte Gothos,à Borea Wermilanos cum Scricfinnis,ab oriente Finlan diam & Ruſſiam,& ab Auſtro Balticum mare. Eſt etiã hæc regio inter aquilonares fertiliſſima, ager frugibus & melle opimus,diues argenti,æris,plumbi,ferri & pe coris,locuples immenſo prouentu piſcium ex flumini bus,lacubus,& mari,uenationibus quoq; ferarũ. In ſum ma,Suecia duplo dicitur excellere regnum Norwegiæ, in magnitudine,in populo,metallis & aliis prouẽtibus. Eſt tamen in multis locis aſpera,montoſa & paludino ſa,ut non ubiq; equitibus et curribus peruia ſit. Eſt in ea Stockholmia urbs mediocris, regia & emporium Sue corum,munita natura & arte. Ea ſita eſt in paludibus in ſtar Venetiarũ,inde ſortita nomen,quod ſita in aquis,fundamenta ſint palis ſtabilita. Ma re eam ingreditur duobus ramis tam largis aquis,ut naues onerariæ extenſis uelis & toto onere inuehantur. Hæc urbs anno poſt Chriſtum natum 1407. inſigni affecta eſt clade de cœlo. Nam fulmine tacta,penè tota conflagrauit. Perierunt in ipſo incendio ad mille ſex centum homines. Fœminæ quoq; plures & ſine numero puellæ,nauibus res ſuas inuexe runt cum paruulis. Aderant & uiri non pauci. Prius quàm uero ſoluerent, ingruebat pro miſcuum uulgus incendia declinans,& oppletæ naues tanta multitudine ſubſederũt, mer ſeruntq; omnem illam multitudinem. Eſt hæc regio peregrinis mercibus plena, quod do meſticis rebus abundet ad commutationem faciendam,pellibus precioſis ac metallis ab undans. A Nordwegis & Danis,altiſſimorum iugis montium diſcernitur. Incolæ prædi cantur hoſpitalitate eſſe inſignes,ut etiam omni probro grauius ducant, hoſpitium dene gare tranſeuntibus,ita ut ſit certamen,quis aduenam hoſpitem excipiat. Populi Sueonũ ſunt multi, uiribus & armis egregij,equis & manib. æquè fortes. ſtrennuiq; aut mari aut



terra

terra bellatores. Angermãniæ ducatus tenet ſeptentrionalia ad confinia Laponiæ: eius tractus eſt totus ſyluoſus, & ibi inter præcipuas feras uenantur uros & biſontes, quos patria lingua uocãt Elg, id eſt aſinos ſylueſtres. Aiunt aũt biſontẽ animal eſſe deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore ſeuerum, cerui figura media fronte inter aures habens cornua. Nos hic utcunq; eius expreſſimus figuram. Midelpathia ducatus auſtralior Angermannia, poſt quem Helſingia ducatus, Geſtritia ducatus, Fieringia ducatus, Vpſalia ciuitas metropolitana: Coperdalia ducatus, id eſt, Cupri uallis: itẽ Dalecarli gẽs potẽs armis. Oplandia ducatus. Totus tractus Oplandiæ habet foſſiones argẽti, cupri & chalybis. Nicopia urbs inſignis, cum munitiſſima arce. Kollmol nemus diſterminat Sueciam à Gothia, à Nicopia uerſus lacum Veter extenſum.

Biſontes.

Oplãdia diues metallis.

De regibus Sueciæ.

REcenſebimus hic quæ de populo Suetico uetuſtiſſima inuenire potuimus. Et quidem ad primam eius originẽ recurrere mihi, & fortaſſis alijs, impoſſibile eſt. Ab ea ergo memoria ſumendum eſt dicendi principiũ, quæ prima relata eſt in literas. Aetate ab hinc longiſſima & longe ante Chriſtum natum apud Sueones, ut Saxo Grammaticus habet, Sichtrugus rerum potiebatur. Eo autem in prælio occiſo, Gram uictor, rex Daniæ Sueciam ſibi ſubjicit. Sed Suibdagerus Norwegiæ rex expugnans Grammum regem, primus trium regnorum unicus fit moderator. Quod idem poſt tot ſecula cernimus uſque ad noſtram ætatem ſæpe cõtigiſſe. Inde Haſmundus Suibdageri filius in Suecia & Norwegia patri ſurrogatur. Vffo poſt patrem Haſmũdum, & Hindinus poſt Vffonem, atq; deinde Hundingus regno præficitur. Deinde Regnerus Hundingi filius, ad Suetiæ regnum peruenit. Succeſſit ei filius Hotbrodus, qui dum imperium amplificare contendit, illud cũ uita amiſit, & tunc Suecia Danicæ coronæ paruit. Atislus atq; Hotherus Hotbrodi filij ſub tributo regi penſitando, paternam ditionem Sueciæ ſuſceperunt. At Rolfo Daniæ rex oppreſſo Atislo in prælio, regnum ſine rege ſubeſſe Daniæ in reliquum noluit. Tunc Hiartuarus genere Suecus tantam emeruit apud Rolfonem laudem, ut illi Sueciam præfecturæ nomine, hoc eſt, ducali titulo permitteret, cõſtituens quæ ſolueret annua tributa. Et quo magis ſibi fidem faceret, ſororem illi ſuam cõnubio ſociauit. Stabat in hoc rerum ſtatu res Suetica aliquandiu, donec Hiartuarus tandem Rolfonem obtruncat & ipſe uiciſſim à Danis transfoditur. Tunc Hotherus Atisli Sueciæ regis germanus, uacuatam paterni regni ſedẽ, magno procerũ fauore occupauit, Danieq; regnũ facile ſui iuris effecit. Sed quàm facile obtinuit, tanta animorum leuitate poſt breui amiſit, Baldero illum Dania excludente. Cadente paulo poſt Hothero in bello, proceres Sueciæ Atislum uirum regij ſanguinis regem creant, pertæſi alieno ſubeſſe longius imperio. Hic tranſiliuntur aliquot ſecula, in quibus nihil magnum aut præclarum de Suecis recolitur, an ipſi Danorum imperio paruerint, aut Dani ipſis obtemperauerint. Alricus circa tempora Auguſti Cæſaris Suecorum regno præfediſſe memoratur. Quo occiſo Ericus ortus Nordwegia, uir ingenio, lingua, manuq; promptus, uictor Alrici, Sueciæ gubernacula ſubit. Tempus hoc erat, quo dei filius de cœlis deſcendens, mortalem noſtram induit naturam. Haldanus Erici filius patri in regno Sueciæ ſucceſſit, quo interfecto, filius eius Siwardus patrijs regnis hæres ſucceſſit. Deinde Ericus Siwardi ex filia nepos, Frotonis Daniæ regis filius, materno auo ſucceſſit in in ſceptra Sueciæ. Quo in bello perempto, Haldanus Sueciq; regno potitur, uir ſolis armis innutritus & qui coniugio aut liberis non ſtuduit. Hic tandem ſignauit quem poſt ſe Sueciæ regem uoluiſſet, nempe Vnguinum, qui moriẽs Siwaldo filio reliquit tam Daniæ quàm Sueciæ regna. Regnaldus inde Suecorum regno potitus eſt, & poſt eum Aluerus unus ex primoribus procerum Sueciæ. Inde Ingo maior natu inter tres Alueri filios ſceptris paternis iuſtis & legitima ſucceſſione potitus, fratrib. Olauo atq; Ingello ditiones ſuas ſecreuit, ipſe totius regni iura moderaturus. Quo cum fratre in Danico bello cæſo, Ingellus permittẽte uictore ſceptra paterna arripit. Ringo puer patri Ingello ſucceſſit in regno, & poſt eum Gotarus: quo in Danico bello oppreſſo, regnum Sueciæ ceſſit Iarmerico Danorum regi, idq; circa annum Chriſti 380. Quo tempore Goti longe antea ex Suecia & Gothia egreſſi magnum fecerunt Romanis in Italia, Gal-

Tria regna habent unum regem.

Suecia fit ducatus tributarius

Alricus rex Sueciæ tempore Chriſti.

Gothi egreſſi Sueciam.

lia & Hiſpania negocium: Gothi autem qui in ſua ſemper patria perſtiterunt, Sueciæ regno adunati, unis legibus & ſceptris ſemper paruerunt.

Qui reges præfuerint Sueciæ poſt Carolum magnum.



HIc ob defectum annalium ſaltum magnum faciemus, à Iarmerico ad Fro regem Sueciæ tranſeuntes, qui Sueciæ regnum tunc tenuit, quando Ludouicus Caroli magni filius Romano præſidebat imperio. Interfecto autem Fro à mulieribus Norwegiæ, Herotus ei ſurrogatur in regno Sueciæ, atq; illi Sorius ſuccedit, qui uictus à Regnero rege Daniæ, Bioerni Regneri filio reliquit regnum: qui cum aliquot annis Sueciæ rebus præfuiſſet, conceſſit in fata, ſucceſſitq; el Wichſertus alius Regneri filius, & Wichſerto ſubſtitutus eſt Ericus tertius Regneri filius, qui ab Oſteno regij ſanguinis uiro uictus & oppreſſus, illi principatum reliquit. At Erici fratres ulciſcentes fratrem, Oſtenum regno deturbauerunt, peruenitq; regni ſceptra ad Sturbiornum Biornis regis filium. Hunc regno eiecit Ericus Olaui filius Regneri nepos, ſine æmulo potitus regno Sueciæ. Potitur deinde Olauus Erici filius poſt patrem regno, primus in regibus Sueciæ, qui Chriſti religionem publice acciperet, & in fonte ſacro lotus, Iacobi nomen ſuſcepit. Fuerunt quidem priuatim plurimi, qui iam dudum in eo regno à memoria diui Anſcharij Chriſti iugum aſſumpſerant. Erat annus poſt Chriſtum natum 1000. cum in Romano imperio ageret diuus Henricus Imperator. Poſt Iacobum Emũdus frater eius ex concubina natus, ſolo nomine Chriſtianus, ad ſceptra ſuccedit, nec fatis fuit rebus bello gerẽdis fortunatus. Stinkel deinde optimus rex, Sueciæ ſceptris ſuccedit, ſuſcepitq; in diebus eius Chriſti religio in Suecia maximum incrementum. Hic rex exterminauit idolum, quod gẽs illa Vpſolæ habuit, toto regno uenerabile, ſucceſſitq; poſtea in eum locum archiepiſcopatus Vpſalienſis. Mortuus eſt autem rex iſte circa annum Chriſti 1100. Erici deinde duo de regno non ſine multo nobilium ſanguine cõtenderunt. Halſtenus ſuperioris Stinkel filius, legitimo iure poſt duos Ericos mutuo ſe prælio conflicientes, rex eſſe promeruit, ſed qui mox populari tumultu regno fuit deiectus, & Animãder ad regnum reuocatus. Is quum rigorẽ religionis non remitteret, iterum fuit regno depulſus. Aquinus tum regno ſurrogatur. Cui ſucceſſit Magnus filius Nicolai regis Daniæ, quem Gothi pertæſi crebræ in Suecia mutationis, ſibi regẽ aſciuerunt, iterum ſe à corpore regni ſeparantes, uel ſperantes reliquum ſibi Sueciæ accedere, ut ſub unius regis quem ipſi delegerant imperio, omne regnum eſſet. Sueci autem ueteri ſuo iure creãdi regem ſe depelli non ferentes, ſuo regem arbitratu creandũ eſſe putauerunt. Vnde ſuę gẽtis hominẽ ad regnum prouehentes, Gothorum regem contempſere. Gothi autem ſentẽtiæ ſuæ pertinaciter inhærentes, nouum Sueciæ regem bello aggreſſi, oppreſſerunt, & Magno à ſe regi electo, regni ſedem uacuefecerunt. Aliquandiu ergo ille Gothis & Suecis imperauit. Suerconẽ Sueci poſt Magnum erexere regem, cui filius Carolus ſuccedit, quietus in regno ſuo per omnia tempora Waldemari regis Daniæ, cuius ſororẽ habuit uxorẽ. Succeſſit Carolo Ericus, qui pacẽ habuit cũ corona Daniæ, & peruenit ad annũ Chriſti 1249. Quo fatis abſumpto, Birgeriũ magno diſſidio regẽ fecerunt. Is poſt ſe regẽ reliquit Waldemarũ. Qui dũ peregrinationẽ ſuſcepiſſet in terrã ſanctã, Magn⁹ frater eius occupauit regnũ interim, nec tota uita ſua reſtituit. Succeſſit Magno Birgerius: qui dum ſibi ſecurus regnare putareẽ, ab Erico fratre captus in diuturna uincula conijcitur, tandẽq; liberatus ex carcere, filium Magnũ regni conſortẽ facit. Reuocans aũt Birgerius ad memoriam quid à fratribus aliquãdo paſſus fuerat iubet euocari fratres nihil à fratre formidãtes, exhilaratosq; conuiuio facit eos interfici. Res proceribus execrabilis uiſa, omnes in uindictã excitauit. Nã eo fugato cũ regina, filium Magnum capite plectũt, & Magnũ Erici (quem Birgerius obtruncauit) filiũ ad regnũ ſublimant. Is uſq; adeo in regno proſperatus eſt, ut adiuuante

uirtute

Primus Chriſtianus rex Sueciæ.


Vpſola olim locus uanæ religionis.

Gothi imperãt Sueciis.

Parricidium fratrum.

uirtute & fauente fortuna, regno Sueciæ Norwegiam quoq; consociaret, factus rex duorũ regnorũ. Is concessit in fata anno 1326. relicto Magno filio, successore duorũ regnorũ.

Successio regum proxime enumeratorum.



Magnus 7. despondit filio suo Aquino germanam comitis Holsatiæ, hac conditione, quòd nisi Aquinus eam puellam acciperet, omnes proceres regni liberi essent à sacramento regis. Nauigante ergo puella in Sueciam, cõprehensa est à Waldemaro rege Daniæ, & Margaretha filia ipsius Waldemari desponsata Aquino. Quod uidentes proceres Sueciæ, negauerunt regi deinceps præstare fidem, quin missi à comite Holsatiæ ad Albertũ ducem Magnopolensem socerum eiusdem comitis, & qui Eufemiam regis sororem uxorem habuit, filium eius Albertum eligunt regem, atque destituerunt Magnum. Tunc Magnus uidens se destitutum, arma mouet unà cum Aquino in Albertum, sed nihil potuit, tandemq; extra regnum obijt. Albertus uero in regno confirmatus, regio instructus apparatu, in Magnopolim suam enauigauit, curiam in Wismaria indicturus. Interim Margareta filia Waldemari regis Daniæ & regina Norwegiæ post morruum Aquinum maritum cum paruulo filio Olauo duo regna gubernans, Alberto regi Sueciæ se obiecit, excitatoq; utrinque magno exercitu, regem Albertum cum Erico filio capit, & in captiuitate septem annis tenuit, sicq; tertium regnum duobus cõiunxit, & ex illo die penè semper permansere coniuncta, Norwegia nunquam discrepante. Suecia uero alienum iugum ferre recusans, sæpe tentauit se à Dania seiungere. Tandem Albertus fuit dimissus ex captiuitate hac conditione, ut scilicet intra triennium aut argentum persolueret sexaginta millium marcarũ, aut urbem Stockholm cum arce traderet, aut in captiuitatem rediret. Rex reginæ uictrici tradidit urbem Stockholm, quæ se adhuc Danis non dediderat. Albertus itaq; omnem spem recuperandi regni abijciens, sua contentus fuit Magnopoli. Margareta itaque trium regnorum potens regina consenescens, procerum suorum præhabito consilio, Ericum Pomeraniæ ducem adoptauit in filium. Ericus ergo rex factus trium regnorum, diu per Sueciam quieta habuit tempora, ut etiam uxor eius regina, Philippa regis Portugalliæ filia ibi frequenter maneret & tandem ibi moreretur. Cumq; rex diuturna gereret bella, & opus haberet, argento, emungeretq; Sueciam, quæ alijs opulentior uidebatur, regnicolæ tellari sunt impatientiam aperta indignatione. Sed cum hæc ab Erico summis exciperentur auribus & non penetrarent ad corda, Engelbertus nobilis quidam rebellionem mouit in regno, Danici generis præfectos amouit & Sueticos substituit: Rex primum Engelbertum fatigit terrere literis & minis, deinde adnauigauit cum magna pernicie suorum, qui in mari perierunt, sperans se placaturum tumultuantes, sed experimento discens omnes sibi aduersari, celeri se subductione in Daniam recepit. Tandẽ urbes maritimæ inter partes aduersantes talẽ fecerunt concordiam, ut Ericus regni Sueciæ gubernacula teneret, Sueticos in regno arcibus præficeret, non Danos, regium censum, cum rex præsens esset, totum acciperet, absens dimidiũ: ueterẽ oppidis & uillis libertatẽ, mercatoribus sua priuilegia seruaret. Deinde cũ Dani ad exemplũ Suecorũ regem coartare uellent, præsa illi in regno fecerũt negocia. Vnde collectis quæ uoluit secũ de regno exportare rebus, in Prussiã enauigauit, omnibusq; se regni negocijs abdicauit. Christophorꝰ inde princeps Palatinus & Bauariæ dux, Erici ex sorore nepos, cõcorditer eligit à proceribus triũ regnorũ. Sic em̃ temporũ trãquil-

Virilis animus reginæ.

Dux Pomeraniæ fit rex.

Rex regno excluditur.

litati maxime consulendum putabant. Is nihil in regno Sueciæ innouauit: sed cum Sueciã inuisisset, cõportatũ regni thesaurũ & à multis annis collectũ, pro rata sua regẽ tangentẽ in mari amisit. Mortuo Christophoro Sueci nolẽtes cũ alijs regnis cõmunẽ habere regẽ,

Carolus rex Sueciæ.

maluerũt ex corpore suo creare regẽ eũq; opulentissimũ, nẽpe Carolũ Canuti, ex infimo gradu nobilitatis electũ. At ille uix septẽ in regno expletis annis, cœpit omnib. passim ordinibus grauis haberi. Quod ubi ille intellexit, collectis rebus suis quas in priuata uita habuerat, regni autem thesauro in tuto loco deposito, nauim ingrediens Gdanum profici-

Christiernus fit rex in Sueeia.

citur. Tum nobiles regni Christiernum, quem Dani & Norwegi regem elegerant, in regnum uocant atq; coronant. Ita ius trium regnorum, rursus in unum coibat. Non longe post Sueci mouerũt rebellionem in regem Christiernum, quod pacta in susceptione eius cauta non obseruasset. Rex ergo anno regni Suetici septimo, qui fuit Christi annus 1469 mouit cum ualida manu in Sueciam, sed incolæ adunati facile illum represserunt. Habuit rex in hoc rerum statu adhuc duas arces in Suecia, unde Dani uexabant Suecos. Deinde rex rursum cum exercitu ueniens in Sueciam, inter angustias montium nihil efficere potuit. Cumq; inter hæc Carolus quõdam rex Sueciæ moreretur, gubernatorem ex optimis militem constituerunt, qui conuocandis regni cœtibus & omnia uice principis gerendi haberet potestatem: marescalcum nostri uocant, Galli conestabulum & Romani magi-

Gubernator regni Succici.

stratum equitum. Multa ueneratione Sueci uirum illum habuerunt, parati etiam coronã deferre, si ambisset. Iohannes Christierni filius patri in duobus regnis suffectus, Sueciæ quoque regnum expectauit: & quidem Sueci illum acceptassent, si cõuentas dudum subijsset conditiones. Sed ille, nisi liberam regendi potestatem haberet, contempsit. Sicq; in hoc rerum statu multi decurrerunt anni, præsertim quum gubernator regni ea esset modestia, ut populus regem non desideraret. Rex Iohannes immensum colligens exercitum misit in Sueciam, & post multas cædes sibi subijcit regnum. Cumq; rex componendis rebus inuigilaret, exoritur tumultus à populo, quod tam facile cessisset omne regnum regi. Rex uidens populi seditionem, clam excessit regno, regina relicta cum præsidio in arce. Historiam hanc supra signaui in fine Daniæ.

De gestis Christierni secundi in regno Sueciæ.

CHristiernus Iohannis regis filius, magnis animis cœpit gerere paterna bella, atq; in primis annixus fuit Sueciam armis occupare. Verum ubi uidet Suecos maioribus uiribus, concordibusq; animis propulsare hostem, ad artes conuersus, factionibus eos dissociare laborauit. Sollicitauit autem in primis Gostauum quendam

Gostauus archiepiscopus Vpsalien sis.

titulo archiepiscopum Vpsaliensem, qui anno Christi 1517. plures ad defectionem perduceris, constituit patriam prodere regi Christierno. Huius conatus præsentiens Steno gubernator regni Sueciæ per interregnum, monet archiepiscopum ut desistat incœptis. At ille in sententia perseuerans, obsidetur in arce Stecho. Danus audiens Gostaui periculum, lecto milite properat impedire obsidionem, sed à Stenone abactus, deserto episcopo rediit in Daniam. Tunc episcopus pœnitentiam simulans, spondet se admissurum quaslibet conditiones, modo oppugnatio omittatur. Fit conuentus regni, ubi decernitur quod episcopus abstineat Vpsaliensi ecclesia, priuatusq; uiuat in paterno agro. Christiernus uidẽs caput totius factionis suæ exarmatum, rem cœpit gerere apertis uiribus, conscribit mag-

Stockholmia obsidione cingitur.

num exercitum & in Sueciam transportat atq; obsidione cingit Holmiam regiam. Sed prohibitus per militem Suecum à pabulatione, cœpit exercitus eius fame tam acerbe laborare, ut ad infames cibos fuerit compulsus. Duo propè menses transierant ab aduentu in Sueciam, quod omnibus incommodis conflictabatur, nec reditus in Daniam dabatur, aduersantibus uentis. Conuersus ergo ad dolos, petit inducias bello. Steno concedit inducias, & præterea mittit in castra multa iuga boum, unde confectum fame hostem subleuaret. Danus simulans ob exhibitum beneficium præcipuum fauorem in Stenonem, mittit in urbem obsides & euocat in castra Stenonem ad colloquium. Steno ut erat syncera mentis id fecisset, nisi senatus Holmensis obstitisset. Danus uidens deprehensum

dolum

dolum,aliam confingit fraudem. Ait se ingressurum in urbẽ,modo impetret obsides salutis suæ. Hic uero Steno persuasus deligit nobilissimos ex iuuentute,in quibus fuit illustris Gostauus Erichson,hodie inclytus Sueciæ rex,atq; hi se permittentes fidei Dani,ueniunt ad naues,atq; illico comprehensi conijciuntur in uincula,& mox abducta naue, in Daniam se conuertit rex cum præda. Post hanc fugam quæuit Christiernus annos quatuor, quibus opes & militem cõfirmauit. Deinde mittit exercitum in Sueciam. Steno celeriter occurrit, fit pugna & præses ipse Steno in prima acie pugnans occumbit, non sine magno patriæ detrimento. Dissipato enim exercitu ob Suecorum factiones, Gostauus episcopus ex latebris prouolauit,insolescere incipiens. Rex contractis maioribus uiribus Holmiam rursum obsidet,conaturq; illam insidijs circumuenire. Vnde sollicitat senatum ad honestas conditiones,eoq; perducit,ut admitterent conditiones æquas, quo pax in reliquũ esset: deinde capita proponunt conuentæ pacis, Rex patrias leges sibi inuiolabiles seruet,ciuium libertatem infractam uelit,offensas remittat omnium, qui arma contrà susceperũt. Danus habet hæc capita rata, interponitur religio sacramenti, adhibentur instrumenta quibus pacta & fœdera communiuntur. His artibus persuasi ciues, hostem intra mœnia recipiunt, sequunturq; eos multi ex regno. Danus in susceptа dissimulatione durauit, donec se & militem recrearet arcemq; communiret. Tunc uocat ad consilium Danos, aperit eis uoluntatem patrandæ cædis in ciues, rationem quærit, quo pacto cædes facta putetur ignaro & inuito. Inter multa consilia placuit istud magis, ut rex publice cõuiuia instituat per omnes ordines, eos uero qui potentia & nobilitate præirent uocaret in arcem, ita specie beneuolentiæ & hospitali iure securos, citius obruere posset. Rex approbat consilium, instituit conuiuium, exhibet se hilarem: Sueci idem faciunt, ignari quod impensas forent hospiti sanguine suo soluturi. Triduo durauit conuiuium & tum immittuntur satellites, qui comprehendentes conuiuas conijciunt eos in carcerem. In diem sequentem portæ urbis communiuntur, præsidia intus per regiones disponuntur cõtra ciuilem uim, tubicines autem à prima aurora iussi edere terrificum clangorem per totam urbem, milites iussi adesse graues armis qui se efferarent in truces uultus, deinde hostili fremitu & armorum concussione timorem omnibus incuterent perdendæ urbis: uidere etiam erat tormenta ænea disposita tota uia, quæ ab arce ad forum omnia deiectura mixturaq; ruinas cum ciuibus. Aperitur deinde regia & producuntur duo episcopi, Scarensis & Strengenensis, inter medios carnifices, qui uelluntur, trahuntur & truduntur usq; ad supplicij locum, hæc erat area ante consularem domum, ubi prostrati in pauimentum trucantur capite. Post eos proceres producuntur, quicunq; pro patria asserenda se strennue gessissent: inde ab arce trahitur senatus Holmensis & totus trucidatur. Proponitur postea tabula proscriptionum: hic satellites discurrunt per urbem & proscriptos perquirunt, nec ulli in urbe clausa erat fugæ remedium. Trucidatis omnibus qui designati erant fit impetus per militem in promiscuam plebem, quæ ad crudele spectaculum confluxerat & passim cæditur. Inuaduntur quoque domus & inermia corpora ad carnificinam attrahuntur. Cum uero ad hunc tumultũ plurima pars ciuium sese in obscura loca abiecissent, & sentiret Danus plurimũ deesse crudelitati suæ, proponit edictum è domo consulari quo continebatur impunitas omnium: ibi infelices ciues quamuis toties decepti se credunt mendacibus edictis & prodeunt in publicum, in quos priore exemplo immittit satellites & fit cædes tota die, sicut & sequentibus diebus continuis reliquiæ cæduntur. Et ut sæuitia superaret omnes, corripit quendam Iohannem magnum, quem suffixit cruci, nudum membris omnibus. Is diu de cruce loquutus, suam innocentiam deo permisit: multa etiam ad ciues questus de statu rerum quo Danum iritauit, quare misit satellites qui uirilia abscinderent, quæ abscisa proiecta sunt in faciem pendentis. Latus postea est transuerberatum & cor extractum, proiectumq; in faciem pendentis. Persecutus est autem præcipuè familiam Ribingam, adeo ut cum deesset iam cædi firma ætas, ad impuberes sit conuersus, quos comprehensos & coma constricta in nodum, suspendit à catasta, & immisit spiculatores, qui ceruices puerorum præscinderent, truncis corporibus decidentibus in terram. Corpora omnium occisorum comportari in forum iussit, subiecitq; oculis & satiauit ferum animum suo immani scelere. Triduo iacuerunt trunca corpora uolutata & fœdata sanguine suo horrendum in modum. Post iussit omnia illa extincta cadauera per cloacarios eijci extra urbẽ. Cadauer Stenonis extraxit

Steno gubernator Sueciæ occumbit.

Christierni crudelitas.

Episcopi truncantur capite.

Latrocinia in Stockholmia.

Inaudita crudelitas.

extraxit ſepulchro, tantaq; rabie tyrannus correptus eſt, ut illud morſu appetiuerit canis more. Exhauſta ad hunc modum urbe uiris, ad rapinas conuerſus fuit: uiduas & orbos parentibus liberos omnibus fortunis ſpoliauit, nulli rei prophanæ & ſacræ parſum fuit. Quanto tempore tyrannus iſta perpetrauit, portas urbis tenuit clauſas, ne qua fama cædis ad prouinciam peruenîret & bellum moueretur pro ſcelere uindicando. Diſcedens inititi nere diuertit in monaſterium quoddã, nomine Nouam uallem, ubi à monachis benigne excipitur, omniaq; pro facultate miniſtrantur. Simulabat tyrannus gratam ſibi eſſe eam promptitudinem. Adijt templum in die purificationis Mariæ, ſacrum ſpectaturus, nullum ubiq; indicium oſtendens maleficij, quouſq; monachi ab altaribus digreſſi ſunt. Tunc iubet eos comprehendi, iniici uincula & in profluentem abiici. Abbas forte liberauerat manus & enatabat, ſed miniſtri ſceleris adnauigãtes, hominem uulneribus appetunt, donec uiribus defectis mergitur. Sic tyrannus cæde & præda opimus in Daniam uenit. Præſidiũ quod is urbi Holmenſi impoſuerat, excurſionibus, rapinis, cædibus & omni genere maleficiorum affligit Sueciam, quin & Goſtauus pſeudoepiſcopus militarem furorem æmulatus, poſſeſſiones eccleſiaſticas exturbabat.

Monachi tyrã nice perimũtur

Quomodo princeps Goſtauus euaſerit captiuitatem & liberauerit patriam.



Goſtaui uiriu


ILluſtris princeps Goſtauus Erichſon, id eſt, Erici filius obſes adhuc in Dania, auditis tantis malis & calamitatibus patriæ, admiſſus in Dania ad uenationem cũ reliquis nobilibus, cœpit cogitare quomodo elaberetur. Oblata ergo occaſione, ſequeſtratus à comitatu uenantiũ, ad ruſticos deflexit, plebeiaq; ueſte indutus et adiũctus mercatori cuidam, finxit ſe agaſonem ſeu armentarium, quouſque ex regno Lubecum profugit, atq; hinc tandem in Sueciam translatus, rem ſuprà ætatem, ſed magnitudini animi ſui reſpondentem auſus, uindicem ſe profiteretur patriæ pereuntis, & quarto demum anno poſt initum bellum, mutato habitu & plebei hominis ueſte ſumpta circuit Sueciam, & popularibus exponit in quantis malis uerſentur, nihilq; omnium omiſit rerum, quibus ciues ad arma capienda excitaret. Addebant orationi gratiam egregiæ corporis dotes, & index ſingularis animi uigor. Iraq; eligitur in uindicem libertatis, legitq; militem ex Dalekarlis bellicoſiſſima totius Suetiæ gente. Illi enim montes habitant, qua Suecia ad Nordwegiã collimat, ubi fodinæ ſunt argenti & æris. Sunt metallarij illi ad iniuriam propulſandam ſupra omnes iritabiles. Hoc milite uſus Goſtauus aggreditur præſidium Danorum, quod Aroſiæ ciuitati impoſitum erat atq; deturbat. Hoc nouo caſu exterritus epiſcopus Goſtauus patriæ proditor, uoluit opprimere in ter initia ſurgentem uindicem. At Goſtauus regius adoleſcens miſſo nuncio hortatur hominem ut reſipiſcat, ſatis flagicij hactenus admiſſum. Epiſcopus bene monentem adeo ſuperbe accepit, ut miſſas litteras abiecerit & pede attriuerit. Goſtauus, qui nepos eorum erat, qui Sueciæ regnum habuerant, & ſuo iure patriam à uaſtatore repetebat, irritatior contumelia epiſcopi factus, ducit Dalekarlum militem contra epiſcopum & præſidia, & ſuperat. Epiſcopus ex fuga prolapſus Holmiam uenit ad reliquias Danorum, uidenſq; Suecos in diem fieri confirmatiores, conſilium capit noui militis adducendi, hocque uoto in Daniam ad tyrannum nauigat. Sed neque ſplendide neque benigne exceptus eſt, neque poſtea in aliqua habitus autoritate apud tyrannum fuit. Cauſæ ſunt quare poſſet ſocius à tyranno in re communi deſeri: una, perfidia ipſa qua in omnes erat æqualiter Danorum rex: altera, domeſtica agitatio, qua rediens exceptus fuit. Nam paulo poſt excidit regno. Epiſcopus uero poſt excluſum regno regem, inglorius in Dania manſit. Chriſtiernus autem aliquot annis uagus & inops, omni deſtitutus adminiculo

Goſtaui epiſcopi peruerſitas

alienas

alienas fatigauit aulas. Eoq; abiecto, illustris princeps Gostauus contraxit iustas copias ex Dalekarlis, Suecis & Gothis, & reliquias Danorum quæ in Schondia resederant persequitur, Holmiam etiam obsedit, in qua nihil uirorum erat præter Danicum præsidium, quod difficilem reddebat loci muniti oppugnationem, tamen ducis & ciuium uirtute expugnatum in potestatem uenit, atq; urbs recepta fuit. Dux re bene gesta, & confecto ubiq; bello, dat militibus amplissimum donatiuum, mare rursus aperit & securitatem facit omnibus nauigandi.

Gostauus princeps illustris & asser-
tor patriæ rex eligitur.



OB insignia merita, quæ inuictus princeps Gostauus in patriã cõtulit, proceres regni qui adhuc supererãt atque omes ordines Sueciæ & Gothiæ conuenientes, cõcordibus suffragijs eum sibi regem eligunt, traduntq; regni gubernaculum. Quo facto omnes boni uiri & regno bene cupiẽtes gaudio perfundunt & pro eius maiestate ut diu incolumis maneat, uota ad deũ faciũt, ut regi domi perpetua rerũ tranquillitas, foris pax & uictoria, utroq; statu salu⁹ principatus sit, etiam rex in omni uita ita uirtutibus omnibus præstet, ut maximorũ principũ exemplo & merito felicissimus optimusq; fausta acclamatione æternum salutetur. In hunc itaq; modum inclytus rex Gostauus imperium accepit in Suecos, Gothos & Finlandẽses, gubernaculumq; regni magna tenet prouidentia & modestia, pacẽ super omnia & concordiam subditorum quærens et fouens. Et licet Smalandenses superioribus annis turbationem excitauerint in regno, tamẽ regis prudentia & dexteritate illa seditio sic fuit sopita, ut hodie regnum diu optata fruat tranquillitate & pace. Ad quam tranquillitatem fouendam nõ parum cooperantur docti & boni quiq; uiri, quos regia maiestas passim uocat ad regnum, amat & fouet, inter quos sunt eximiæ eruditionis uiri Georgius Normannus & Olaus Holmensis cõcionator, quorum prior, quem etiam à facie & colloquio noui, quippe qui me hic Basileæ anno Christi 1543. adijt, uir syncerus, pius, & doctus, regiorum filiorum, nempe Erici & Iohannis, bonæ spei adolescentum primùm pædagogum egit, ac deinde ob eius egregiam eruditionẽ summamq; prudentiam, regiorum cõsiliorum à secretis factus est, posterior uero præter sacrarum literarum synceram cognitionem, etiam in historijs expertissimus prædicatur, etiam si hucusq; uir talis ac tantus sua euulgare cunctetur, expectans, ut puto, archiepiscopi Upsalensis editionem, quam de rebus scripsit septentrionalibus, quam & nos iam aliquot expectauimus annis, sed pro nostro uoto frui non potuimus.

Georgius Normannus.

De fertilitate Sueciæ.

ENumerauimus iam suprà pro magna parte, quarum rerum Suecia sit ferax, nempe quod montes passim sunt metalli feraces, digeriturq; intra eos argentum & æs, & cõfluit in uenas, quantũ opus perficere non possit officina minacibus ignibus. Inde quoq;

ueniunt

Pelles nobiles. ueniunt pelles nobilium ferarum præstantiores maxime uero Sabellæ, quibus in orbe nostro precium prope immane, & æstimatio secundum aurum & gemmas est, inde exportãtur. Capiuntur autem hyeme, quando pilus densior est & cuti fidelius hæret. Est terra Sueciæ multum montosa atque ob id frumento ferendo non per omnia apta, pecorum uero est diues, & prouentu immenso piscium ex fluminibus, lacubus, & mari, uenationibus quoq; ferarum.

Finlandia.



FInlandia dicta est pulchra terra, quòd pulchrior & amœnior Suecia sit. Plinius uidetur eam appellasse Finnoniam à qua & sinus Finnonicus. Habuit olim titulum regni, tanta est eius amplitudo, nunc uero titulum habet dinastię. Tenuit eam superiori ętate Sclauorũ gens & lingua, fuitq; Græci ritus, quàm diu dominum habuit Moschum. Hoc uero tempore sub rege Sueciæ existit, & cõmunionem occidentalis ecclesiæ tuetur. Vina Hispanica per Balticũ mare inferuntur multa copia, & quo ea gens ad hilaritatem utitur. Habitatores eius post Suecos agnoscere cœperunt Christum sub Erico rege Suecię. Excellit hæc terra Sueciã in frumenti feracitate atq; bonitate, quia plana est pro bona parte nõ tam montosa & paludinosa ut Suecia. Loca eius insigniora sunt, Gusta castrũ, Abo ciuitas episcopalis, Rasburgũ, Viburgũ, Karelia ducatus &c. Abo nõ multum abest ab Vplandia, Viburgum uero tenet extremitatẽ Finlandiæ uersus Russos & Moscouitas, estq; totius regionis propugnaculũ seu præsidiũ contra eas gentes. Est quoq; emporium, ad quod Rutheni magna frequentia ueniũt. Polum septentrionalẽ aiunt in hoc oppido attolli supra horizontem gradibus 61. & dimidio. Longitudinẽ numerant 78. gradus. Stockholmiæ uero numerant latitudinẽ 61. graduum & longitudinẽ 64. grad. Habent Phinnones perpetuam pugnam cum Moscouitis in sinu Finnonico: æstate quidem naualẽ & hyeme glacialem. Quàm populosa olim fuerit ista & aliæ circumiacentes regiones, testantur magni & egregij quidam uiri, nempe Methodius martyr, Iordanus Gothus & Paulus diaconus, qui scribunt populos hinc instar apum emigrasse, appellantq; hanc septentrionalẽ regionẽ uaginam seu officinam gentium: potissimũ autem signanẽ hinc egressi isti populi.

Finlandia sub Suecia.

Viburgum.

Gothi	Parthi	Suiceri	Sembi
Ostrogothi	Suedi	Tahiphali	Liuoni
Vestrogothi	Longobardi	Dani	Sciri
Gepidæ	Turcilingi	Daci	Nortmanni
Samogetæ	Auares	Sclaui	Picti
Massagetæ	Heruli	Rugi	Carpi
Huni	Winuli	Alani	Caibi
Amazones	Sueui	Burgundi	Cimerij
Cimbri	Bulgari		

Quantum attinet ad linguam Finlandiæ, notabis, incolis duas in usu esse linguas. A Viburgo ubi magna ex parte Sclauonice loquuntur, usq; ad Borgã aut Sibbonẽ iuxta littus maris utuntur hodie lingua Suecica, in mediterraneis uero uersus septentrionem propriã habent linguam. In limitibus autem utranq; tenent. Vnde & in quibusdã locis contiones

fiunt

ſiunt duplici lingua. Suecica lingua eadem ferè eſt cum Gothica, Danica & Nortwegica, niſi quod ſuos habet dialectos. Communicat in multis cum Germanica lingua, unde fluxit, id quod potes deprehendere ex dominica oratione, quam hic in Suecica lingua uolui ſignare, ut à doctis uiris in Suecia natis mihi eſt exhibita.

Dominica oratio in Suecica lingua.

Fader war ſom er i himlum, heiligat warde dit namen, tilkomen tit rike, ſcke dín willige, ſom i himlum ſo opo iordene, wår taglig bródh gif os i tag uerlath os wārē ſchuld ſom wi uerlātem ware ſckuldiger, och inledh os icke i freſtilſe, utan lōſs os i froonda, amen.


At lingua Finnonica ut in mediterraneis locis inuenitur, in nullo communicat cum ſermone Suecico, ſicut nec cum Moſcouico, ſed eſt propria Lapponum, populorum interioris ſeptentrionis.

Panem	uocant Lappones & interiores Finnones	Leipā
Domum		Honeh
Ciuitatem		Caupungi
Hominem		Ichminen
Caſeum		Iuhſto
Canem		Coira
Regem		Koing, quod eſt Germanicum
Nauem		Laiwa
Deum		Iumala
Terram		Ma
Diem		Peiwā
Malum		Paha

Dominica oratio in lingua Lapponica & Phinnonica, qua & Liuones quidam utuntur.

Pater noſter qui es in cœlis ſanctum fiat tuum nomen adueniat tuum re-
Iſā meidhen ioko oledh taiu ahiſſa, pühettu olkohon ſiun nimeſi, tulkohon ſiun waltakun
gnum fiat tua uoluntas ſicut in cœlis ſic in terra noſtrum quottidianum panem
taſi, olkohon ſiun tahtoſi kuwin taiuahiſſa nyn man pālla, meidhen iokapaiwen leipā
da nobis hac die & da remiſſionem nobis peccatorum ſicut nos remittimus noſtris
anna meilen tānapaiwāne, ia anna anteixe meiden ſyndiā kuwin mōe annamma meden
contrarijs actoribus & ne inducas nos in tentationem ſed libera nos à malo.
uaſtahan rickoillen, ia ālc ſata meitā kin ſauxen, mutta pāāſtā meitā pahaſta, amen.

Notandum quod reges Sueciæ poſtquam ſuo regno, ſubiugarunt Finlādiam, multos conſtituerunt in ea præfectos, unus manet prope Viburgum in caſtro extructo in ipſo lacu: alius Borgę in littore Phinnonici ſinus, alius Chronenburgi iuxta lacum Piente, qui loco regis populo ius dicunt. Sunt quoq; & aliæ arces atq; oppida prope Viburgum, præſertim Iegaburg, Netaburg, Kexholm, ſed quæ Moſchus ſub traxit regno Suecorū. Munitiones uero citra fluuium extructæ cum adiacēti agro, ut ſunt Lappaneſi, Kiuineb, Newkirch, &c. adhuc parent regi Suecorum.



Islandia.


IVſula Islandiæ quæ per immēſum à cæteris ſecreta, lōgeſita eſt in Oceano, uixq; à nauigantib. agnoſcit. In ea æſtiuo ſolſticio, ſole ſignum cancri tranſeūte nox nulla: brumali ſolſticio perinde nullus dies. Nomen habet à glacie quæ illi ad boream perpetuo adhæret. Nam ibi iam incipit mare congelatum. Tam grandis inſula, ut populos multos contineat, ſolo pecorum paſtu & nunc captura piſcium uictitantes. Specus habitant plerunq;, aut ad montiū latera in excauatis manſiunculis. Communi recto, uictu, & ſtratu gaudent cum iumentis. In ſimplicitate ſancta uitā agunt, cū nihil amplius quærant quam quæ natura cōcedit. *Mare glaciale.*

Nam

Nam & montes habent pro oppidis & fontes pro delicijs. Beata gens cuius paupertati nemo inuidet, & inde beatior quod Christianissimum acceperit. Sed mercatores Anglici & Dani quiescere gentem & suo esse contentam non sinunt. Nam ob piscaturam euehendã, terram illam frequẽtantes, cum mercibus omnigenis uicia quoq; nostra inuexerunt. Nũc enim & fruges aquæ miscere in potum didicerunt & simplicis undæ oderunt haustũ. Nũc aurum & argentum cum nostris admirantur. Rex Daniæ qui & Norwegiæ, quotãnis præfectum immittit genti. Omnia ferè inter eos communia sunt præter uxores. Catulos suos atq; pueros æquo habent in precio, nisi quod à pauperioribus facilius impetres filiũ q̃ catulum. Episcopum suum colunt pro rege, ad cuius nutum respicit omnis populus. Quicquid ex lege, ex scripturis & ex consuetudine aliarum gentium cõstituit, quàm sancte obseruant. Iam tamen præfectum accipere cogũtur à rege. Piscium tanta est copia in hac insula, ut ad altitudinem domorum sub aperto cœlo uendendi exponantur. Nam illic uicticant plerunq; piscibus propter magnam penuriam frumẽti, quod aliunde à maritimis ciuitatibus infertur, & qui inde cum magno lucro pisces reportant. Habent Islandi pro insignijs coronatum piscem. Sunt qui hanc insulam putant esse Thylen, à ueteribus multum celebratam. Incolæ res memorabiles maiorum & sui temporis celebrant cantibus & insculpunt scopulis atq; promontorijs, ut nulla nisi cum naturæ iniuria intercidant apud posteritatem. Insula multa sui parte est montosa & inculta. Qua autem parte est plana, præstat plurimum pabulo tam læto, ut pecus depellatur à pascuis, ne ab aruina suffocet. Sunt in hac insula montes elati in cœlum, quorum uertices perpetua niue candent, radices sempiterno æstuant igne. Primus qui occidentem uersus est uocatur Hecla, alter Crucis, tertius Helga, id est, sanctus. Ab Hecla non longe absunt fodinæ sulfuris, pene unicum incolarum mercimonium & uectigal insulæ. Mercatores enim naues eo onustas euehunt. Mons ipse cum furit, ut horribilia tonitrua insonat, proijcit ingentia saxa, sulfur euomit, cineribus egestis terram tam longe circumcirca operit ut ad uicesimum lapidem coli nõ possit. Qui naturam tanti incendij contemplari cupiũt, & ob id ad montem propius accedunt, eos una aliqua uorago uiuos absorbet. Nam & multæ sunt & cineribus ita tectæ, ut ab ipsis sibi satis cauere nemo possit, atq; etiam prope exit ignis, qui consumit aquam, stuppã autem non comburit. Is locus à quibusdam putatur esse carcer sordidarum animarũ. Glacies enim discreta & in plurimas fracta particulas, octo mensibus circũfluitat insulam, et magnis molibus littori illisa, sua attritione ad petras horrendum ædit sonum, referentem miserabilem humanæ uocis gemitum & eiulatum, quod fidem facit apud insipientiores, hominum animas ibi in frigore tormentari. Vtuntur incolæ loco panis, qui apud eos non crescit, piscibus indura-tis & in farinam contritis. Adfertur tamen eis ex maritimis ciuitatibus frumentũ, sed non ad sufficientiam. Comperiuntur illic spiritus se exhibentes manifestos humanis ministerijs, præsertim autem submersorum siue alio uiolento casu enectorum spectra sese offerũt congressibus notorum hominum, tam manifestè, ut tanquam uiuentes accipiantur ab ignaris mortis illorum data dextra, nec deprehenditur error priusquam spectrum disparet. Requisita à notis & amicis ut domum redeant, dicunt magno gemitu, se petere montẽ Heclam, illicoq; euanescunt.

Islandia sub rege Daniæ.

Hecla mons.



Laponia.

Dicta est Laponia à populo quo habitatur. Vocant autẽ Germani Lappones eos qui parum idonea rei præsenti dicunt & faciunt, quos Romana lingua quis dicet ineptos, insulsos, bardos. Sunt uero Lappones staturæ mediocris & corpore usq; adeo agili, ut accincti pharetra & arcu transmittant se per circulum diametri cubitalis. Artem iaculandi docentur à pueris, nec puero datur cibus priusquam attigerit



gerit ſagitta propoſitum ſignum. Veſte utuntur ſtricta & toti aptata corpori, ne quid impedimẽti faciat operi. Hyeme utuntur ueſte pellibus integris phocarum ſiue urſorum artificioſe laboratis, eaſq; aſtringunt ſupra caput, ſoliſq; oculi patent, corpore reliquo toti cõtecti ſunt, quaſiq; in culeum inſuti. Hinc fortaſſe creditum, quod ſint corpore hirſuto inſtar brutorum. Sic uero arte & induſtria muniti Lapones, perferunt foris hyemes & aquilones & omnem iniuriam à cœlo. Domos non habent ſed tabernacula quaſi caſtrenſia, manſionesq; ſæpe transferunt. Venationibus plurimum ſtudent, quia eſt magna copia ferarum apud eos, eſtq; nefas ſi mulier exeat tabernaculum ianua, qua uir eo die eſt ad uenationem profectus. Agrum non colunt. Terra nõ fert ſerpentem, ſed culices illic ſunt grandes & infeſti. Piſces capiunt plurima copia, hocq; prouentu uiuunt Ichthiophagorum Aethiophum more, atque ut hi feruore nimio, ſic illi frigore excoquũt piſces & edomant in farinam. Tantum denicq; ſupereſt capturæ, ut eius plurimũ condant in cetarijs & exportent in uicinas terras. Nauigijs utuntur nullis clauis ſed neruis & uiminibus compaginatis. Pars artificia exercent, pingunt acu ad delicias & faciunt ueſtes intextas auro & argento. Naues & dolia atq; omne inſtrumentum domeſticum probe fabricant & exportant ad uiciniam. Commertia permutatione & pecunia agunt mutuo conſenſu tantũ, & nullo ſermone cõmunicato, atq; iſtud non propter ingenij inopiã & mores brutos, ſed quod linguã habeãt peculiarẽ, aſperã & plerunq; ignotã uicinis. Gens ualidiſſima eſt & diu libera fuit, armaq; ſuſtinuit Nordwegiæ & Sueciæ, donec cõceſſit tandẽ ſub imperium & tributum pendit, precioſas ferarũ pelles. Equos non habent, ſed eorũ loco feram domant quam ipſi Reen, noſtri autem Reinen & Rainger uocant. Hæc fera eſt iuſtæ magnitudinis, pilo propè aſini hirſuto, ungulas habet biſidas & cornua ramoſa inſtar cerui ſed tenuiora & longiora, lanugine quadam obducta, & ramis rarioribus. Equitem dorſo non fert, ſed antilena impoſita iungitur uehiculo. Aſſequitur 24. horarum ſpacio 150. millia paſſuum, id eſt, triginta milliaria Germanica, quod indicium eſt magnæ pernicitatis & magnarum uirium feræ. Hãc Hiſtoriam, inquit Zieglerus, putarim ueteres quoq; agnouiſſe, ſed obſcura et dubia quaſi fama exceptam: ſiquidẽ aiunt Scythas quoſdam equitare ceruos. Quando rangiferi in curſu ſunt, lento uel celeri, ex tibiarum & articulorum agitatione ad inſtar nucum colliſionis crepitus auditur. Lapones ſuopte & à maioribus recepto inſtituto ſunt idololatræ & religionem Chriſtianam neq; ſequuntur neq; etiam refugiunt, ſed ſubinde admittunt in gratiam regum quibus parent. Statuas etiam lapideas in montibus erectas pro dijs habent. Si Chriſtiani reges & præſules magis fidem curaſſent plantare in hoc populo quam uectigalia exigere, iam dudum ſincerius agnouiſſent Chriſtum. Fœderant coniugia eaq; auſpicantur igne & ſilice, myſterio coniugali apto. Vt enim ſilex latentem in ſe ignem habet, qui concuſſione emicat, ſic in utroq; ſexu eſt recondita uita quæ tãdem profertur mutua copula in prolem uiuentem. Dicuntur præterea incantatores eſſe pereflicaces, miraq; magica operari arte, quod alij negant. Quando interioribus Laponibus ſol occidit poſt

Laponum ueſtitus.

Ichthiophagi.

Rangiferi.

Fides Laponũ.

magica operari arte, quod alij negant. Quando interioribus Laponibus ſol occidit poſt æquinoctium autumnale, habent noctem unam continuam per tres ferè menſes, quo tempore non habent lucem meridianam niſi qualem crepuſculum apud nos habet, & quando ſol ante æquinoctiũ uernũ redit ad hemiſphæriũ, diem illũ ſolenni celebrant feſtiuitate.

Grunlandia.

INterpretatur Grunlandia uirens terra, ſic dicta ob inſignem prouẽtum pabuli. Cuius & pecoris quanta ſit copia hinc licet ſpectare, quod ſub tempore quo ad eos nauigãt componunt promercales ingentes ſtrues butyri & caſei, unde etiam coniectamus terram non eſſe aſperam montibus. Epiſcopales eccleſias duas habet ſub ordinatione Nidroſienſis archiepiſcopatus. Populus negligentia paſtorum ferè relapſus eſt ad gentilitatem, alioqui ingenio mobilis, & magicis artibus impenſe deditus. Feruntur magicis artibus & carminibus ciere tempeſtates maris & inuoluere periculis peregrinas naues, quas ſunt prædaturi. Ipſi enim ſcorteis & ſubtilibus nauigijs utuntur, tutis à quaſſatione maris & ſcopulorum: ad hunc modum laborantes alias adoriuntur.

Explicatio monſtrorum quæ in ſequenti tabula uides ſuis picturis in aquis & terris deſignata. Literæ A B C, &c. hic & in tabula ſignatæ, mutuam inter ſe habent relationem.

ACete grandia ad inſtar montium prope Islandiam aliquando conſpiciũtur, quæ naues euertunt niſi ſono turbarum abſterreantur, aut miſſis in mare rotundis & uacuis uaſis, quorum luſu delectantur, ludificentur. Fit etiam aliquando, ut nautæ dorſa cetorũ, quæ inſulas putant, anchoras figentes ſæpe periclitantur. Vocantur autem lingua eorum Trolual, id eſt, tuſchualẽ, diabolica cete. Multi in Islandia hodie coſtis & oſſibus huiuſmodi balenarum conſtruunt domos ſuas.

BHorrendum genus magnorum monſtrorum, quæ phyſeteres appellantur, quorum Solinus poſt Plinium mentionem facit. Hæc balena erecta, etiam grandem ſubmergit nauem, hauſtam aquam per foramina frontis in nimbi modum exufflans.

DMonſtra duo marina maxima, unum dentibus truculentum, alterum cornibus & uiſu flammeo horrendum, cuius oculi circumferentia continet mẽſuram 16. uel 20. pedum. Caput eſt quadrangulum cũ magna & longa barba, poſterior uero pars eſt parua.

EGulo inſatiabilis, in lingua Suecica Ierff, Germanice uero uilfraſs: quod animal inter arbores uentrem ſtringendo exonerat & purgat, & tunc rurſum currit ad cibum, & ueniens uenator percutit ipſum ſagitta propter pellem qua utũtur nobiles, quia eſt pulchra. Sed qui portant tunicas illas mutantur ferè in naturam talium animalium.

FRangiferi uulgo Reinen, gregatim domeſticantur, & curribus applicati curſu ſuperant equos uelociſſimos, præſertim in niue. Præbent etiam lac ad domeſticum uſum. Habent curſum uelociſſimum, perficiuntq; una die ferè 30. milliaria Germanica. Sunt aũt maiores ceruis, gregatimq; ut pecora incedunt. Cornua habent ampliſſima ſed tenuiora cornibus ceruorum & cum paucioribus ramis. De his & ſupra in Laponia diximus.

GLonge ultra Sueciam in interioribus ſeptentrionis in regione Biarmia appellata, ſylua eſt magna, quam extendi aſſerunt octoginta milliaribus, uocaturq; Landsruck, quæ nutrit ingentem numerum illarum ſylueſtrium ferarum, à quibus nobiles extrahuntur pelles, ut ſunt marduri, Zabelli, Hermilini, Lynces, Lutrę, uarij piroli, & caſtorum ingens ubiq; uis.

HMonſtrum eſt marinum horribile uocaturq; Ziphius, & deglubit phocam, quam interpretantur Germanice ſelehund.

IAnates naſcuntur ex fructu quarundam arborum, de quibus ſupra in Scotia nonnihil ſcripſimus.

KMonſtrum marinum, nonnihil porci referens ſimilitudinem, uiſumq; eſt anno domini 1537.


LGenus eſt balenæ, ab alijs Orka dicta, quæ apud Nordwegos uocatur Springual propter agilitatem eius, habetq; in dorſo ſublimem & latum gibbum.

Cancri

TABVLA

monſtrorum marinorum atque mirabilium ferarum, quæ in partibus ſeptentrionalibus, tam in terra quàm mari inueniuntur. Literæ monſtris additæ, extra tabulam oſtendunt, quid per ſingula monſtroſa animalia intelligatur.


Monstra marina & terrestria, quæ passi



in partibus aquilonis inueniuntur.



Monstra marina & terrestria, quæ passim in partibus aquilonis inueniuntur.



MCancri insigni magnitudine, quos gambaros uulgo humeren uocant, & sunt tanti roboris, ut hominem natantem forpice comprehensum opprimant.

NMonstrum rhinoceronti simile, deuorat gambarũ seu cancrum 12 pedum, habet narem cornutum & acutum sicut & tergum acie quadam fastigiatum.

OLynx est, quod genus animantis inuenitur in interioribus partibus Sueciæ in regione Helsingiæ. Communicat in natura nonnihil cum lupo & capiũtur sæpe in foueis luporum, deuorantq; cattos syluestres.

PIn interiori Suecia onagri siue alces uelocissime currũ seu rhedam per niues trahunt. At in Gothia id nõ permittitur, ne propter uelocem cursum eorum terra exploretur. Congregantur tempore hiemali alces gregatim super glaciem, ineuntq; certamen contra lupos, qui conantur eos in niue deuorare. Suprà depinximus figuram huius animalis, quãtum licuit habitudinem corporis eius penicillo exprimere.

QPhasiani siue galli syluestres latitant duobus aut tribus mẽsibus sine omni cibo sub niue, exploranturq; sæpe per uenatores.

ROnocrotalus auis ansere non minor, repleto aquis gutture, maximum emittit sonũ instar asini rudentis, quare & onocrotalus appellatur. Habet strumam in modum sacci sub rostro.

SClementia notatur piscium, qui uulgo Rocken uocantur & Italicè Raya. Namsubmersum hominem ne à beluis marinis deuoretur conseruant & tuentur.

TVocatur monstrum istud uacca marina, quod habeat caput cõforme uaccæ terrestri.

VMulta alia genera atq; mirabiles formæ animalium, piscium & auium inueniuntur in septentrionalibus partibus, de quibus magnus liber edi posset, si quis diligenter in illa regione aduerteret, quibus speciebus deus illam frigidam zonam ornare uoluit. Vt enim zona torrida in Africa sua peculiaria & mirabilia habet animalia, quæ ægre uiuere possunt extra calorem illius regionis, sic uicissim creator frigidæ regioni septentrionali sua propria dedit animalia, quæ solis æstum ferre nequeunt, ut sic deus ubiq; mirabilis uideretur, & homo in omnibus mundi partibus inueniret creaturas, per quarum aspectum raperetur in admirationẽ sapientiæ & potentiæ dei.

Descriptio

SERENISSIMO ATQVE inuictiſsimo principi ac Domino, Domino


FERDINANDO ROMANORVM REGI SEMPER AVGVSTO, AC GERmaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Regi, Infanti Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriæ, duci Burgundiæ, &c. Marchioni Moraviæ, &c. Comiti Tirolis, &c. Domino ſuo clementiſſimo Sebaſt. Munſterus ſummã optat felicitatem.

DEſcribere uniuerſum habitabilem orbẽ, ſecundum tot eius in quas ſeindi ditur partes, quod ſaxum iam multis uoluo annis, illuſtriſſime atq; potentiſſime rex, ingenium exigit exercitatiſſimum, multa ſuffultum lectione, & quod multa uidit, multa audiuit & expertum eſt, nec id adhuc ſatis erit, niſi & iudicium adſit perſpicax quod uerum à falſo diſcernat & certum à dubio. Hic leues & uagi circulatores non audiendi, qui ut uulgo acceptio res in maioriq; admiratione ſint, adeo nefandiſſime abſq; omni uerecundia plerunq; mentiuntur, ut non ſolum ipſis nulla fides habeatur, ſed nec cuiq; alij optimæ fidei ſcriptori credant. Nihil huc afferendum, quod non teſtimonijs autorum fidedignis probetur. Culpatur ergo merito quorundam ueterum licentia, qui quoties de origine rei cuiuſpiam parum conſtaret, ſtatim ad fabulas confugerunt. Nec hic tam elegantiæ uerborum ſtudendum, quàm rebus ipſis, quibus & ueritas pateſcit, quæ in primis hiſtoriam ſcribẽti cordi eſſe debet. Hiſtoria præterea eiuſmodi eſt, ut non ſolum prodeſſe ueiit ſed & delectare, niſi Plinium delirare credat aliquis, qui hiſtoriam rem adeo popularem iudicauit, ut quoquo modo ſcripta eſſet, non poſſet non placere & delectatione aliqua afficere, id quod nemo non apud ſe aduertit, quando in factum aliquod mirabile ſimplici conſcriptum ſermone incidit. Tunc enim animus ſic in rei admirationem rapitur, ut uerborum elegantiam non aduertat, etiamſi non negem, multos delectari tam cultu ſermonis quam rei ueritate. In qua re non neſcius ſum, me laborem uiribus meis maiorem ſuſcepiſſe. Nam exuperat profeſſionem meam & facundiam, foretq; hominis alioqui doctioris me officium, præſertim quum nihil magnum ſine magno labore permiſſum ſit mortalibus, ut dicit Ethnicus. Deinde quod proximum eſt, uix omnibus per me ſatisfiet, atque ut in apertum altiusq; res euadunt, ita multorum iudicijs expoſita omnia cernuntur, ea quæ ſibi quiſque uel ſuo iudicio tribuit uel facilia putat, æquo fert animo atq; æternis laudibus exornat. At ſi quid contra opinionem uel ueriſſimum ſcripſeris, hoc ut ſupra captum & uires cuiuſpiam, ita protinus falſum quoque habetur. Præterea ubi de bonorum uirtute atq; gloria agitur, ut gratiæ uel odij ſtimulus eſt, eleuatur, quũ uero de malorum uicijs & ſceleribus eſt ſermo, plericq; ſupra quam credibile eſt & prudentes decet, in bilem efferuntur. Addit hæc noſtra corrupta ætas (cui omne alienum ludibrio eſt & ſua cui maxima uidentur) non paruum ab incœpto terrorem. Verum dum rerũ geſtarũ omniũ gentiũ ſcriptores conſidero, nõnihil conſolationis accedit, quod paſſim doctiſſimi etiã ab his calamitatibus non fuere exempti. Nam ſunt quidam tam iniquo animo, ut putent etiam obtrectatione alienæ ſcientiæ famam ſibi poſſe aucupari. Sed his præfractis hominibus contemptis, quibus nemo ſatis facere poteſt, tibi inuictiſſime Cæſar Ferdinande atque bonis quibuſq; utris, potiſſimum in publica conſtitutis adminiſtratione, hunc noſtrum offerimus laborem legendum & excutiendum, quibus poſt ſacram ſcripturam nihil utilius, nihil glorioſius, iucundiusq; magis, quàm uerſari in hiſtorijs & Coſmographorum ſcriptis, cognoſcere qua religione, quibus moribus, qua regiminis forma, quibus legibus inſtituriſq; aliæ per orbem gentes uitam traduxerint & hodie traducant: quarum rerum hæc uel illa terra ſit ferax, quo fato alia ciuitas incrementa, alia uero decrementa acceperit, quàm inconſtans aut diuturna ſit rerum permanentia, ut cum uoluentibus ſeculis noui mores, nouæ ſemper res placeant prioribus antiquatis, ita quæ in præcio pridem fuerunt, inde uileſcant: quæ cum rerum fluxa uarietas ſit in omnibus rebus humanis, tamen maxima apparet ſeſeq; prodit

in


in regnorũ minorũq; terrarũ administrationib. Exempli loco nobis esse potest Vngariæ regnũ, tuæ maiestati iusto titulo subiectũ, quod semper peregrinorũ sedes fuit populorũ & subinde suos mutauit dominos, ut historiæ in sequentibus inductæ ostendunt. Cuius cum tu hodie legitimus sis rex, & primus moderator, uolui hic illius succinctam quoq; tui nominis gratia facere mentionem, ne illam Europæ bonam partem præterijsse aut potius neglexisse uidear. Tu itaq; serenissime Rex, hæc nostra scripta, quæ ex multis præclaris rerum scriptoribus iam multis annis non sine maximis laboribus congessi, & quãtum ingenio atq; industria potui, in ordinem redegi, non solum in Vngaria, uerum & in alijs auitis regnis & imperijs tuis, Romano scilicet, Bohemico & Austriaco, regia & serena suscipe fronte, & animi potius obsequium quàm muneris rationem tua expendat maiestas, quam Dominus Deus in æuum saluam conseruet. Basileæ mense Februario, Anno ab incarnato mundi saluatore. M. D. L.

Vngariæ & omnium partium eius uniuersalis descriptio.



Descriptio

DESCRIPTIO VNGARIÆ, quæ & Pannonia inferior.



VNgaria à meridie ſumit initiũ à Drauo flumine, à ſeptentrione Sarmatis quos Polonos & Getis quos Valachos dicimus, tempeſtate noſtra terminatur. Ab occaſu Auſtriam habet, ſuperioris quondam Pannoniæ caput, ab oriente Myſiam, quam Rhetianã (uulgo Rätzen) nunc appellant. Nulli regioni, hominũ robore, pecorum fœcunditate, ubertate ſoli, metallorũ copia cedit, triplici genere hominũ delectata, quorum pars ſacerdotum eſt, alij arma gerũt, cæteri agricolæ ſunt: uniuerſa in pagos conuentus q; diuiſa, quos comitatus appellant. Quæ ſi mitior eſſet aut latrocinijs carere poſſet, frequentiam quoq; oppidorum maiorem haberet, & cœli benignitate atque pulchritudine ſitus omnibus orbis regionibus ſuo iure poſſet anteferri. Conuentus q; plurimos habet uicos q; innumerabiles in urbiũ ſpeciem. Syrmienſis conuentus à Syrmio metropoli nominatus. Deinde Valconenſis, in quo Villacum oppidum non ignobile, epiſcopatus q; Diacenſis, qui maximam Myſiæ partem quondã obtinebat. Poſt hunc Poſegauenſis, inter Sauum Drauum q; diffuſus, cui Poſaga oppidum nomen dedit. Item Brauienſis conuentus, multis fertilibus q; exornatus uitibus, in quo Peuce ciuitas opulentiſſima ædificata, quam nunc à quinque baſilicis Quiqueeccleſienſem uocant urbem. Deinde Simigienſis conuentus eſt, Simius q; pagus cum templo non ignobili in quo Segeſta. Poſtea Tholnenſis iuxta Danubium, mox Albenſis ab Alba regali nuncupatus, quæ in media palude ſita, haud facile expugnari poteſt, ubi baſilica nobilis diui Stephani regis Vngariæ, in qua regum monumenta ſpectantur. Habet etiam Vngaria Albam Græcam ad Taurunium, & Albam, Iuliam apud Tranſſyluanos. In eodem conuentu Coletia, hodie Kalachia, metropolis eſt ciuitas. Hinc ad occaſum Veſprinienſis eſt, ab epiſcopali ciuitate nominatus. Item Zaladienſis trans lacum quem Balathonem uocant. Piliſſienſis uero conuentus, montana eſt regio & tota uitifera, & ob calidas aquas ſulphureum fert uinum, quod temulentiam facile ciet. Hinc Buda noua & uetus, utraq; Danubij lambitur undis, à Budinis Scytharum populis, qui cum Attila uenerunt, appellata. Alij uolunt à Buda fratre Attilæ. Buda uetus hodie humi iacet. Non multo ſuprà eſt Vicegradus oppidum, regum Vngariæ quondam ſedes, & nunc uicus celeberrimus ciuitatis inſtar à rege Mathia inſtauratus. In montis autẽ uertice arx munitiſſima, ubi regiam coronam aiunt aſſeruari. Secundum Zaladienſem comitatum Caſtriferrenſis eſt, ubi Sabaria uetuſta quondam ciuitas, quæ diui Martini patria fuit. Sempronienſis hunc attingit, Ciuitati uouæ Auſtriæ conterminus. Hinc uerſus Danubium laurienſis conuentus occurrit, qui ab lauro ciuitate feraciſſima nomen habet, quam Arabon fluuius abluit. Hinc Bregecium, Camarienſis & Strigonienſis conuentus.

Conuentus in Vngaria.

Alba regalis.

Sulphureum uinum.

Sabaria.

Vngaria olim Hunorum præſidium & ſedes.

FVit Vngaria olim nouem circulis quos Hagas Germanica lingua uocant, circundata, quorum ſinguli ita ſtipitibus quernis ſiue fagineis uel abiegnis extructi erant, ut de margine ad marginem 20. pedum ſpacium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum, cauitas autem uniuerſa aut duriſſimis lapidibus aut tenaciſſima creta repleretur. Porro ſuperficies uallorum eorundem integerrimis ceſpitibus tegebatur: inter quorum confinia arbuſtulæ plantatæ erant, quæ abſciſæ proiectæ q;, ut plurimũ herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad ſecundũ 20. milliaria germanica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita uſq; ad nonum, quamuis alius alio ſemper

Circulorũ inter ſe ſpacia.

contractior erat. Intra hos aggeres uici, uillæq; ita constitutæ, ut ab una ad aliam uox hominis audiretur. Aedificia ualidissimis muris præmunita, portæ non satis latæ propter hanc causam, ut per eas latrocinandi gratia quaqua uersum exire ingrediq; facile possent. Tubarū clāgore unus circulus alteri cuiusq; rei certa signa dabat. Pannones ab initio eam terrā tenuerunt, Pęones olim dicti, inde Huni habuere gens Scythica. Mox Gothi & post eos Longobardi, nouissime Vngari ex Scythica egressi regione, quæ non longe à Tanais ortu extat, & Iuhra hodie dicitur, misera adhuc regio, duci Moscouiæ tributaria. Non tamen aurum argentúmue(quibus omnino carent) sed præciosas animalium pelles pendunt homines. Non arant, non seminant, neque panes habent, ferarum carnibus & piscibus uescuntur. A quam potant, sub tugurijs ex uirgultis contextis inter densas syluas humiliter habitant. Vnde fit ut homines syluestribus feris cōmorantes, uestimentis se non laneis neque lineis induant, sed pellibus nuper aut lupo aut ceruo ursoq; detractis. Solem, lunam, astraq; alij adorant, & quicquid eis primum occurrit. Propriam linguam habent. Corallia piscantur & balenas, ex quarum cute rhedas bursasq; faciunt: axungiam pro impinguatione seruatam, exteris nationibus uendunt. Mediocris tumoris montes ad eam partem qua oceano incumbit habet, quos pisces quidam Mors uocati, dentibus se promouendo scandentes, dum superiora nacti ulterius nituntur, præcipites decidunt & moriunt, eos illi colligunt eduntq;, & dentes quos latos & albos ualde habent, reseruant & mercatoribus pro mercibus alijs permutant. Manubria cultellorum ex illis optima parantur.

Pęones. Huni.

Mors piscis.

Quomodo & quando Vngari Pannoniam inferiorem occupauerunt.

VNgarorum annales Hunos in Europam anno salutis 373. Valente imperante transiecisse referunt, ex centum & octo tribubus decies centena & octo millia hominum, quibus præfectus fuit ad dicendum ius uir sapiens Cadaris: uenientesq; ad Tibiscum amnem, quem Titiam nunc appellant, ibi castra collocarunt. In Hunorum aduentu quædam mulier apud Gothos, quæ in uiri nece deprehensa fuerat, homicidq; conuicta pariter & adulterij, usque adeo regis iram facinoris indignitate succendit, ut quatuor equorum discerptu mulctaretur: at fratres eius irritati Hermanaricū ducem Gothorū adorientes eumq; interficientes ad Hunos confugiūt: factumq; hinc est, ut Balamirus Hunorum rex Ostrogothos facile superaret. Excessu regis Hermanarici, qui rex fuit Ostrogothorum & Visogothorū, id est, orientalium & occidentaliū Gothorū, hostes Huni elati in orientales Gothos cum magnis uiribus irruunt & in potestatem recipiunt. Occidentales uero Gothi cognatorū exemplo perculsi, desertis quæ ad occasum spectabant sedibus & obstinatis ad emigrandum animis, ad Istrum cum liberis uxoribusq; contendunt: ad Valentem Imperatorem legatos mittunt, qui sedes incolendas exorent, perpetuū poliiceantur obsequium, & se non modo leges sed Christi fidem accepturos esse spondeant. Qui etiam addant, se nunquam imperata detrectaturos: petant Mysiam Thraciamq;, quas si concesserit Imperator, se pro uallo fossaq; munitissima aduersus Hunos perpetuo futuros. Lętabundus Valens eos excepit, sed res aliter atq; sperauerat accidit. Nam ab illis paulo post in prælio fauciatus, incendio crematus est. Dum hæc geruntur Huni imperiū propagare pergunt, & quicquid intra Tanaim ac Tauricam Cherōnesum est, in suam ditionem redigunt: ac deinde ad Danubium usque & ad Germaniā omnia cęde & terrore complent, sæuumq; imperium usquequaq; gerentes, nec Gothos à tergo infestare desinunt. Vtigothi uero male tractati, relicta Thracia in Pannonias erumpunt, ubi & Halaricū regem declarant. Dum itaque Huni Gothos è sedibus suis eijciunt, ipsi non contenti Scythia, tra iecto Danubio Pannoniam quoq; subactam innumera multitudine hominū inundarunt. Delectabat enim eos regio, quòd feracitate soli & cœli benignitate præstantissima esset. Porro Macrinus Romanorū præfectus, quāuis Mysijs, Pannonijs, Thracię, Illyrico & Macedoniæ præesset, Hunorū tamen erat uiribus impar, uocato auxilio ad Potentianā urbem, decem millibus passuum à Danubij ripa remotam castra ponit, initq; consilium, an transmisso exercitu in castris Hunos adoriatur, an alium locum prælio magis idoneum optet: Et dum effectum consilij differt, ecce Huni castris acies educunt, ad Danubij ripas ueniunt, nec timet eos Macrinus, ratus interfluēte Danubio nihil detrimēti illinc sibi inferri posse, quando

Mulieris supplicium.

Ostrogothi.

Imperator crematur ab Hunis.

Huni unde uenerint.

quando nec naues haberent quibus traiſcerent, nec pontem in amne facile ſtruerẽt. At Huni poſtq; hoſtibus appropinquarũt, quum ſimili modo tot Scythiæ flumina trãſmiſiſſent, annexis utrinq; utribus intempeſta nocte Danubium prope Budam ueterem clam omnes tranant, dormientes & incautos hoſtes adoriuntur, miſerrima cædes oritur, & multi ſomno grauati antequam expergiſcerentur, uita exceſſere. Mox tumultus, clamor & uociferatio ſubſecuta. Magna pars in fugam conuerſa, reliqui cęde interierunt. Macrinus & alius dux Thetricus tanta clade afflicti & intolerabili furore perciti, collectis quæ ſuperfuerunt legionibus, Hunos longa uigilia ac itineris pręliiq; labore confectos putantes, arma ſumunt & copias in Hunos, qui non procul aberant, educũt. Nondum in hoſtium cõſpectu fuere, quum utrinq; tam obſtirmatis irruitur animis, ut nullũ crudelius bellum uſquã commiſſum fuerit. Cadit utrinque innumera multitudo, in diem acerrime pugnatur. Declinante ſole Huni ſuperioribus uigiliis & laboribus exhauſti, bello inferiores eſſe cœperunt, & ne ad interitum redigerentur terga uertunt, moxq; Danubium adhibitis utribus renatant. Prælium igitur imminente nocte diremptũ. In hoc conflictu ex Hunis centum & uiginti quinque millia cæſa, à Romanis autem, præter eos qui in caſtris ſuperiore nocte ceciderũt, ſi Vngarorum creditur annalibus, ducenta ac decem millia deſiderata ſunt. Huni poſtquã hoſtes retroceſſiſſe acceperunt, locum pugnæ repetunt, ſuos Scythico more ſepeliunt, & Romanis inuitis, utranq; Pannoniã occupare contendunt, cis & ultra Danubiũ, & Rom. hunc eiiçere ſtatuunt. Thulnam ergo quo Romani ſe receperant properãt. Quod Romani duces uidentes, quamuis duplici iam habita ſtrage attenuati ac uiribus impares eſſent, animos tamen concipiunt, ut Scythicam audaciam coherceãt. Inſtituuntur ergo utrinq; acies & obſtinatiſſime concurritur. Hunis in prælio mos eſt, altiſſimis uocibus hoſtem deterrere, pulſare tympana, ſagittarũ iactu aẽrem in ſpeciem nubium obſcurare. Quare tantus ab his clamor & tam horribilis confeſtim editus & ita telis aẽr obſcuratus, ut Romanorũ animi admodum conſternerentur. A prima hora diei ad nonam uſque pugnatũ eſt. Magna utrinque cędes oritur, tandemq; Macrino interfecto, Huni haud incruẽta ſunt potiti victoria. Nam amiſerunt in hoc pręlio 40. millia. Huni itaq; qui & ſecundum quoſdam Vngari, anno ſalutis 401. tranquillas in Pannonia ſedes multo ſanguine ſibi compararunt.

Romanorum exercitus cædi tur.

Huni cædũtur.

Hunorum in prælio mores.

Attila Vngariæ rex eligitur.



ANno ab ingreſſu Hunorũ in Vngariam 28. elegerunt regem Attilam uirum fortem & prudentem, imperandiq; cupidiſſimũ. Erat ei acre & circumſpectum ingenium, corpus ualidum & breue, item ingens animi magnitudo, indefatigabilis tolerantia laborũ, exacta rei bellicæ diſciplina, aſtus & conſilij altitudo ſumma. Præterea maxima dolorum ac inſidiarũ artificia, deperdita audacia, animus crudelis & elatus, perfidia pluſq; punica, egregia forma, toruus aſpectus, caput grandiuſculũ, oculi imminuti, rara barba, ſimus naſus, cani ferè crines, color ſubniger, & magna libidinis impatiẽtia. Erat etiam in inceſſu ſuperbus, circũferebat oculos huc & illuc, ut eleti uiri poteſtas motu quoq; corporis appareret. Illud q̃ maxime uerebatur, ne potius rex imperio quàm imperiũ regi deeſſe uideret. Erant autem Hunorum arma, thorax & lorica, arcus & pharetra, nonnulli ſcuto, lancea enſeq; falcato utebantur: maxima pars corio corpora muniebant, cæteri ferro, gladio longo accincti & pugione. Hirſutis ad hæc pellibus induebant & demiſſę barbæ, intonſiq; crines uillorum inſtar, feroces toruoſq; aſpectus augebant, tantumq; terroris adijciebant, ut ſolo obtutu nedum congreſſu hoſtes abſterrerent. In uexillis coronatam ferebant aquilam. Erat Attilæ hæc inſcriptio qua in diplomatis utebat: Attila Mundizici filius & magni Nimrod nepos, Engadiæ natus, diuina benignitate rex Hunorũ, Mœdorum, Gothorũ & Dauorũ metus orbis, deiq; flagellum. Poſtquam autem regiam dignitatem ſortitus eſt, omnes gentes ſibi ſubditas ad obſequia redegit, Sicambriã iuxta Danubiũ imperij ſedem elegit, quam ſupra Budam ueterẽ fuiſſe uolunt, cuius adhuc ueſtigia multa ſuperſunt. Bledam fratrem, quem

Attilæ mores.

Hunorũ arma.

Attilæ titulus.

Frater Attilæ.

plericq; Budam appellant, in regni ſocietatem admiſit, ne quid ſeditionis oriretur, uniuerſæ Europicę Scythiæ pręfecit, ſummamq; poteſtatē tradidit. At ipſe mox cum innumera multitudine copiarū, prouincias Romani imperij adorit, in primis utramq; Myſiam, Thraciā, Macedoniā, & Illyricū grauiſſimo bello ſollicitat, atq; in primo prælio apud Martianopolim ſuperior euaſit. Deinde Budam fratrem cui ędificandam urbem in Danubij ripa delegauerat dolo captū interfecit, licet alij tradant eum poſt Catalonicā cladem interfectū, obſcilicet quòd urbem quam muro cinxerat non Attilę, ſed ſuo nomine Budam nominaſſet. Poſt hæc nihil magis quàm Romani imperij ruinam intendebat. Vnde inita conſilia proſequitur, Romanos & Viſigothos, quorū rex Theodoricus erat, ne fœdus inter ſe facerent, impedire conatur, quo citius utramq; partem labefactaret. Senſit Valentinianus Imp. Attilæ inſidias, ideo ſcripſit ad Theodoricū, haud aliter Attilæ reſiſtendū, quàm orbis pernicioſiſſimo tyranno, cui tantum ineſſet audaciæ, ut totius orbis imperiū tanquam ſibi uni debitum aſſerere niteretur. Ad quæ reſpondit Theodoricus: coĕrcendā eſſe Hunorū audaciā, necq; animos necq; uires his deficere oportere, qui iuſte pugnare coguntur. Vnde & Gothos undiq; cogit, multas legiones inſtituit, totam Galliam Narbonēſem, Tarraconēſemq; Hiſpaniam nomina dare iubet, Thoriſmundū & Theodoricū filios maiores natu ſecum militare iubet. Nec minore ſtudio in Italia Valentinianus & Aetius in Gallia utebantur. Interea Attila non ſolum per uniuerſam Scythiam delectum militū habuit, uerumetiā auxiliares quaſcunq; habere potuit copias undiq; contraxit. Vnde addiderūt ſe illi ſocios Andericus Gepidarū rex, primores Oſtrogothorū, Marcomanni, Sueui, Quadi, Eruli & Thuringi, quos quidem quingenta circiter armatorū millia fuiſſe ferunt. Cum uero exercitus eius è Pannonijs moueret, Illyricum diripit & incendit, inde Germaniā tanto furore aggreditur, ut uicos paſſim & oppida concremaret, ſacra & prophana diruĕret, nec ætati nec ſexui uſquam parceret. Magnæ Germanię tantum pepercit, quia Marcomāni, Quadi & Sueui fuerunt in militia eius. Superato Adulæ montis iugo in Heluetios graſſatur, ac demum in Galliam Belgicam effundit & turbat omnia. Conſtantiā, Baſileam, Argentinā, acri obſidione uexat, admotiſq; machinis quaſſat & breui tempore potitur, prędam ingentem abigit, & non mediocrem patrat cędem. Direptam Argentinā & dirutis mœnibus Polyodopolim edixit appellari, quòd multis uijs acceſſibilis eſſet, ſicut & in hodiernū uſq; diem uocabulum illud in Germanica lingua retinet. Nam uocatur Straſsburg. Hinc in Rhemenſes caſtra mouit, quorū metropolim diripuit, & oppidanos ferè ad unum trucidauit, nulla habita ratione ſexus aut ætatis.

Attila fratrem occidit.

Attilæ confœderati.

Attila parcit Magnæ Germaniæ.

Polyodopolis Straßburg.

Attilæ pugna in campis Catalaunicis.

DVm itaq; Attila per Galliam ueluti lupi more inter armenta graſſatur, Aetius patricius Romanas copias cum Viſigothis per Narbonenſem Galliam coniungit, in Tholoſanumq; agrum ubi Theodoricus reſidebat cum exercitu ſe rerepit, & ab uniuerſis ſocijs populi Romani auxilia contrahit, ut confidentius cum hoſte manus conſerat. Attila uero ſpe uictoriæ ductus, relicta Aurelianorū obſidione in Galliā Narbonenſem contendit, ubi campi Catalaunici ad Illyrim fluuium patentiſſimi ſunt, qui & Maurici dicunt, uidetq; Aetium & Theodoricū cum innumerabili exercitu & ualidiſſimis auxilijs aduenire. De quo non parum cōſternatus eſt, eo quòd tertiam partem ſui exercitus in Hiſpaniā miſerat contra Sultanum & Maurorū regem. Quare literis inducias expoſcit, quod tamen Aetius obſtinatius abnuit, ſciens id expectandi auxilij gratia fieri. Videns ergo Attila ſe urgeri ad pugnam, mulieres & pueros intra carros, quibus prouallo & foſſa utebatur ad proximos colles recondidit, ſeq; cum Hunis in media acie ſtatuit. Gepidarum uero regem prępfecit dextro cornu & Oſtrogothorū duces ſiniſtro. Habuit Aetius à parte ſua Romanos, Burgundiones, Meroueū Francorū regem, Theodoricū, & filium eius Thoriſmundū. Dato autē ſigno ita cōcurritur & animis uſq; adeo infeſtis, ut cornua ſæpe pariter utrinq; contigerint. Prælium pro gentium numero & immanitate maximū atrociſſimumq; conſeritur, prætercа ſic anceps & uarium, ut ne à ductoribus quidem poſſet rite referri. Mox ubi cominus pugnari cœptum eſt, tanta cædes utrinq; patratur, ut riui ſanguinis undiq; defluerent, mox continuata ſtrage, in cruoris torrentes redacti uſq; adeo rapidos, ut cadauera traherent. Romanæ legiones non minus armis quàm ordine fretæ inter inermes Barbaros tanta ferocia ſæuiebāt, ut nullo cruoris profluuio explerentur. Contra ne minore

Vbi Catalaunici campi.

Congreſſus horrendus.

ne minore quidem ſæuicia & immanitate Scythæ utebant, qui Rom. imperiũ affectabant, imò totius orbis dominiũ. Tandem Huni terga dare coacti palantes effundunt. Victores Gothi cum Romanis, obſcuræ noctis interuentu remorati, quum receptui canerẽt pedem referunt & ita prælio nocte diremptũ. Attila cum magna clade fuſus, inter carrorũ ſepta ſe recepit, ſagittarios imponit, ut fortè circũuentus ab hoſtibus, eos facile propulſare queat. Deſperata ferè ſalute, dum ueretur ne uiuus in hoſtium poteſtatẽ adducatur, aut mortuus ſepultura careat, ſtruem in rogi ſpeciem in medijs caſtris è iumentorũ clitellis cõgeri iubet, familiaribuſq; mandat, ſi quid aduerſi acciderit, eum continuo interficiant, impoſitũ clitellarũ pyræ, ſubiecto mox igni cõburant. Theodoricũ cum equitatu ſuo ardentius inſequentem, magis ſuorum preſſura quàm hoſtium ferro occubuiſſe dicũt. Scribunt etiam plerique Thoriſmundũ quamuis ſera nocte, Attilam tamen in caſtra uſq; ſecutum, ad carrorũ ſepta fortiter dimicaſſe, accepto in capite graui uulnere, equo excuſſum, à ſuiſq; relatũ. Aetius autẽ nimia noctis obſcuritate deterritus ne inter hoſtes uagaret, prælio diremit, in caſtraq; relatus ſcutatorũ circumſeptu inſomnẽ eam noctem exegit. Ea quoq; nox cum magna trepidatione ab Hunis acta. Nam admodũ formidabant ne ui caſtra ab hoſtibus caperentur, quamuis diei laboribus cunctorũ corpora confecta fuerant. Romani propter Theodorici interitũ non parum contriſtati ſunt, & filius eius Thoriſmundus ſequenti die campos perluſtrat & patrem inter confertiſſimos hoſtes iacentẽ inuentũ in caſtra refert, omnesq; ſuæ partis duces & milites obteſtatur: ut ſecum arma capiant, paternã mortem ulciſcant ac reliquias hoſtium omnino deleãt. Sunt qui aiunt Aetium cum ſuo exercitu ſi uoluiſſet Attilã ad ultimũ potuiſſe interitum redigere, ſed ueritũ, extincto Hunorũ exercitu, ne mutatis animis Viſogothi cum Romanis iterum pro imperio certare cogerent. Vnde conſulit Thoriſmundo, ut paternũ regnum ſibi debitum citius uſurpet antequã à fratre occupetur. Thoriſmundus Aetij conſiliũ approbat, paternũ corpus Toloſam ad regni ſui caput refert, cui & funus pro dignitate celebrauit. In eo prælio 150. utrinq; hominũ millia plerique cæſa ſcripſere, nõnulli 150. millia deſiderata prodidere. Attila quem maximus iam dudũ metus inceſſerat, & de conſciſcenda ſibi morte cogitarat, poſtquã hoſtes neſcire uincere intellexit, ſuum & militũ animos confirmauit, in caſtris diu noctuq; tubis ac tympanis intonabat, uaria metum arte diſſimulabat, incluſus ac uictus uictores aſſiduo territans. Metu deinde ingenti liberatus, in Tungros & Trecacẽſes caſtra mouit, uniuerſam prius regionẽ cæde, rapina, incẽdioq; fœdauit, ut cæſorũ iniurias ulciſceret, plus ſolito ſæuire uiſus eſt. Quumq; Trecacenſes peteret, Lupus urbis pontif. uir ſanctus põtificio habitu inſtructus obuius occurrit Attilæ, moxq; intrepidus, tunc inquit is es, qui urbes euertis, gentesq; proteris? Ego ſum inquit Attila Hunorũ rex & flagellũ dei. Ad hęc Lupus: Felix & fauſtũ domini & dei mei flagellũ aduenias, & patefactis mox portis cum magno plauſu regem admiſit. Cuius Attila humanitate uictus, per mediam urbem exercitũ tanta modeſtia duxit, ut ne pullum quidem gallinaceũ lęſerit, haud aliter quàm ſi diuino cuncti numine obſtricti forent.

Theodoricus rex cadit.

Toloſa regni Viſigothorum caput.

Lupus epiſcopus obuiat Attilæ.

Attila uaſtat Italiam.

ITaliam Attila ingreſſurus primo maritimã Adriatici ſinus oram prius expugnare decreuit, ne ingreſſus Italiam à tergo ab hoſte urgeretur & à fronte Romanũ haberet infeſtum. Quare coactum undiq; exercitũ per Illyricũ ad Adriaticũ mare perduxit. Subuertit autem obuias quaſq; ciuitates, Traguriũ, Scardonã & Salonam. Capit & Cortinum, Argyruntũ & Vegliam maritimas urbiculas, multaq; alia oppida in deditionẽ accepit. Tandem ad Aquileiã animis tali ſucceſſu adauctis feſtinauit. Circũmenſus autem magnitudinẽ urbis & munitionẽ admiratus, nõ modo tumultuaria oppugnatione, ſed ne diutina quidem obſidione facile capi poſſe conſpicatur. Aquileienſes uero ut expeditius & tutius cum barbaro hoſte pugnarent, liberos, fortunas, uxores & inutilem ætatem in proximas inſulas exegerant. Acerrima tandem obſidione metropolis ipſa uexatur: at ciues ſæpe interdiu quandoq; noctu ex urbe in caſtra erũpebant, cæſisq; plurimis, clandeſtina recęptui dabantur ſigna, ars arte ſæpius utrinq; eludebatur. Attila tamen nihil intermiſit eorum quæ expugnationi uidebãtur accõmoda. Nam erigebat turres ligneas, muniebat pluteis, cogebat materiam undiq; ad complendã foſſam, machinis ſæpe tentabat mœnia, nec unquam ſine magna cæde redibat. Senſim tamen arctius urbem obſidet, foſſa terra oppletur, ut nemo ex urbe prodire poſſet. Secundus agebatur annus quum Carnis, Foroiulienſibus

Aquileia obſidetur.



Augurium.

sibus cęteriśq; finitimis late suba ctis deletisq;, adhuc Aquileia obnixe restiterat. Deinde quum tertius e laberatur annus & proceres cogitarent de soluenda obsidione, Attila lustrãs urbis mœnia, prospexit ci coniας, quæ per domorum fastigia nidos disponere solent, ex urbe pullos educere, per pagorũ culmina instaurare nidos, omnes certatim fugam capere. Captato extemplo augurio, principibus ait: Cõspicite qualia dĩ auspicia dederint: urbẽ diu obsessam, tam iam interiturã ciconiæ ecce relinquunt, in quanta rerum omniũ inopia uersentur hostes ostendunt, casu ras arces periculo imminente deserũt, nobisq; imminentem uictoriam portendunt. Dato itaq; militibus signo, machinas urbi admouent, obstinatis animis pugnã ineunt, undiq; concurrũt & mœnia conscendunt. Oppidani indomita hostium audacia consternati, ne tot quidem è propugnaculis deturbare poterant, quot certatim pro se quisq; subibant. Completa corruentiũ cadaueribus fossa, & æquato iam aggere, plus hinc animo & obstinatione quàm uiribus arteq; pugnatum, contrà illinc metu & desperatione certatum. Instat ubiq; & suos hortatur, initam iam uictoriam transigãt. Ipse sumpto clypeo, adiectis



muro scalis conscendere nititur: quod ubi à cæteris spectatũ est, tantus in urbem ubique factus est impetus, ut ultra defendi nequiuerit. Rex à mœnibus prædam, cędem, incendiũ & ruinam exclamat. Illico Aquileienses ad unum cæsi omnes, uastata omnia ferro & igni.

Pudicitia mulieris. Muleres quoq; in urbe relictæ incęstatæ, inter quas una præstantis pudicitiæ matrona à fœdo hoste petita, dum in tecta fugit ut castitatẽ tueret, postq; nõ alia uia nisi morte impollutum corpus seruare cognouit, è summis ædibus in subiectũ Natisonẽ fluuiũ ultro se præcipitem dedit. Euersa Aquileia, ita omniũ Italorũ animi cõsternati sunt, ut pro mœnibus hostem instare reputarent, maxime Romani, qui non multo antè tempore direptionem urbis

Venetiarũ primordia in mari. passi fuerant. Venetici sinus accolæ ut in tanta trepidatione proprię saluti consulerent, in proximas paludum insulas emigrarũt, & præsertim Patauini in insulam quæ postea Riuo alto nomen accepit. Tuta nanq; confugia paluſtres insulæ ex congesto influentiũ amniũ limo confectę conuenis prębuere. Attila uero ad Paduam castra mouit quam & expugnauit, urbemq; ingressus cum exercitu, cuncta hostili more populatur & incẽdit. Deinde ob-

Theatrum Veronense. sedit Veronam urbem clarissimã, nobilissimo adhuc theatro illustrẽ, & ter quaterue illam perpetua pugna afflixit, fugientibusq; ciuibus facile illam expugnauit. Direpta autem ciuitate, theatro pepercit, operis nobilitate placatus. Eodẽ tempore populatus est & incendit Brixiam & Bergamũ, motisq; castris Insubres inuadit, amplissimãq; Mediolani urbem, quę tunc Gallicæ gentis caput erat, obsedit, existimans se non minus inde laudis relaturũ,

quàm

quàm si Romam occupasset, Gothorũ manibus exinanitã. Sed cum aduerteret urbem esse munitissimã frequentissimamq́, nec uiribus facile eam capiendã intelligeret aut fame conficere sine cõmuni malo, potissimũ sui exercitus, hortatur ciues ut sponte se dedant: quod si fecerint, perhumanũ eos dominium inuenturos pollicetur. Mediolanenses quid agerent haud facile decernebant, postero tamen die mittunt legatos ad Attilam, qui senatus populiq́ autoritate deditionẽ, ut clementiorẽ hostem inueniant honorificentiss. uerbis faciunt. Ingreditur itaq́ princeps singulari pompa, & cum pulchritudinẽ urbis lustrat, obstupescit atq́ ex ędificijs facultatũ magnitudinẽ conijcit, nimiaq́ auaricia æstuans secum cogitat, nõ ad exornandã sed delendã Italiam uenisse, imperiũ sibi in Pannonia statuisse hac tantũ urbe totum exercitũ ditari posse. Vnde per præfectos legionũ agit ut dispositis per urbẽ stationibus, futura nocte incendia moliant, ciues inuadãt & omnia populent. Quod ubi cœptum est, acerrime tota nocte pugnatũ est. At ubi dies illuxit, quum plebeij passim direpti cęderentur, & in multis locis incendia sæuirent, tandẽ decuriones omnes capti, partim cæsi, partim benigniorẽ hostem nacti, magna se pecunia redemerũt. Raptę etiam sunt cum matronis uirgines. Et quamuis urbs grauiter esset afflicta, non extremo tamen absumpta est incendio. Attila se per edictũ excusauit, id se inuito ac inscio factum, libidinẽ tantæ multitudinis & cupiditatẽ haudquaq́ facile contineri posse. Dum hęc Mediolani aguntur, interea Ticinum mandat obsideri, agrum diripi & finitima quæq́ uastari. Ticinenses uero indignatione simul & desperatione obdurati, postulatã ab hoste deditionẽ abnegant, & generosi quiq́ animi, si res ipsa tulerit, cum patria simul interire magna ex parte decernunt. Plebs uero cui cum exiguis fortunis exigua quoq́ ratio honestatis inest, aperta seditione aduersatur: Sicq́ tumultus ingens in urbe excitat, aliqui dedendã urbem, propugnandam contrà aliqui exclamabant. Interim Huni ingressi urbem, optimates magna ex parte cædunt, rapiũt cum uirginibus matronas ac populant omnia bona. Cæterũ Leo pont. Rom. reipub. miseratus calamitatẽ, adit intrepido animo tyrannũ, rogatq́ ut abstineat ab Italia, hortat ad pietatẽ, & minat seuerum Dei iudiciũ, exterruitq́ ita, ut non multa uerba facere potuerit. Admirant omnes Attilam uictum uerbis ex aspectu pontificis, multiq́ percontantur, cur pontifici Christiano tam facile cesserit. At ille respondit. Non põtifex ipse me deterruit, sed senes duo, qui demissa barba ac uenerando uultu, districtis ensibus adstabãt, mortem minitantes, nisi legato suo paruissem. Huni itaq́ regis edicto in Noricum & Pannoniam statiua mouerunt, & sedato furore, cædibus & incendijs abstinuere.

Mediolanum ab Attila diripitur.

Papia diripitur.

Attilæ Hunorum regis mors.

POstquam Attila cum ditato exercitu ex Italia in regnum suum se recepisset, triumphauit de bello Italico & Illyrico, exhibuit munus gladiatorũ, uaria edidit spectacula, Sicambriæ populo ter dedit epulũ, missilia sæpe sparsit, multaq́ populis conuenientibus prodegit. Et quamuis de inuadenda Asia atq́ Africa cogitaret, summa tamen libidine præditus, inter conuiuia & ingentem concubinarũ numerum mentem remisit, puellamq́ Bactrianorũ regis filiam, cuius amore succensus erat, primariæ uxoris loco habere constituit. Vnde Bacho ac Venere corpus ita ea nocte confecit, ut inter dormiendũ supino corpore, profluuio sanguinis è naribus continuo suffocatus interierit. Experrecta mulier, cõuocatis cubicularijs promulgat inopinatũ regis fatum. Fatum inq́ uiro nõ indignũ ut qui alienũ sanguinẽ tantopere anhelauit, proprio eum interire decuit. Hunc Vngari annis 44. regnasse post ingressum in Pannonias ferunt. Post mortem eius facta est magna dissensio in exercitu eius ex multis gentibus collecto, defecerũtq́ multi & in libertatẽ sese uindicarunt. Ostrogothi tamen & uariæ exercitus Attilæ reliquię Pannonias incoluerunt, diuisiq́ sunt inter se. Nam Huni habuerunt regem suum sicut & Ostrogothi suum regem. Excurrunt autem Ostrogothi usque in Thessaliam & Illyricum & omnia loca diripiunt. Rex eorum Thindimer reliquit Theodoricum regni hæredem, qui & paulo pòst Italiæ regno potitur. Cui successit nepos eius Athalaricus, cuius regni caput fuit Rauenna. Contra eum mittitur à Iustiniano Belisarius, qui occupata Sicilia Neapolim expugnat, atque deinde Romam adoritur & capit. Contendensq́ ad Rauennam expugnauit eam, & captum regem duxit Constantinopolim: & hic fuit Ostrogothorum exitus.


Attila perit profluuio sanguinis.

Ostrogothi.

Longobardi Pannoniam ſubigunt.

LOnge poſt Attilæ mortem, quum Longobardorũ rex intellexiſſet nutare regnum Gothorũ, cum innumera gentium multitudine Pannoniã ingreſſus eſt. Legimus autẽ Longobardos (qui & Winuli) ex ſeptentrione promanaſſe, ſicut & Gothos, Vandalos, Erulos, & pleraſq; barbaras nationes, occupaſſeq; Rugilandiã. Hinc egreſſi, Erulorũ regem interficiunt, atq; indies gloriã ſuam uirtute bellica amplificare ſtudent. Occupauerũt etiam cum rege ſuo Albuino Pannoniã, anno ſcilicet ſalutis 530. & annos circiter 42. incoluerunt. Et cum interim Narſes nomine Græci Imp. Italiæ prꝛeſſet, tyrannicéq; imperitaret, Romanis querelã de eo facientib. imperio abdicat. Sophia quoq; Iuſtini Imp. cõiunx fertur ei literis minata, ſcilicet ſe illum eunuchũ ad diſpenſanda in gynæcio puellis lanæ penſa redacturã. Ad quod ille reſpondit: ſe talem ei telam exorſurũ qualem nunq; ipſe retur expediturã. Vnde Neapolim ſecedens, legatos ad Longobardos mittit, quibus relicta Pannonia ad occupandã feraciſſimã Italiã hortat. His auditis Albuinus rex ſpe elatus, coactis omniũ Longobard. familijs, acceptiſq; ſecũ è Saxonibus ſocijs cum

Narſes Italiæ prꝛefectus uocat Longobardos.



liberis & uxorib. circiter 20000. ad emigrandũ ſe parat, Pannoniã Hunis, quibus fœdere obſtricti erant, relinquens, & cum quibus habitauerãt 42. annos. Ea tamẽ cõditio ſedibus cedendi Albuino cum Hunis interceſſit, ut ſi qua neceſſitudo ad reuertendũ adegerit, propria cuiq; arma recipere liceat. Ingreſſus itaq; Albuinus in Italiã, primũ occupat Venetorum regionẽ, & Foroiulianos: deinde Vicentiã, Veronã, Mantuã, Brixiam, Bergamũ &c. Et cum in Italia annos tres & menſes ſex regnaſſet, coniugis inſidijs interemptus eſt. Nam quum Veronæ in cõuiuio exhilaratus, uxorẽ ad bibendũ licentius inuitaſſet, porexiſſetq; poculũ è Cunimundi ſoceri capite fabrefactũ, ut cum patre, pfuſius biberet, Roſimũda dolore correpta, inſidias excogitare cogit. Vnde Peredeũ adit & in uiri cędem allicere nititur. Quod cum aſſequi nõ poſſet, artibus eum circũuenit. Amica quędã Peredeo erat, quam noctu adire ſolebat, regina ſe ſubornat, ſeq; in lecto amicam mentita, aduenienti Peredeo ſupponit, & deceptũ patrata uenere alloquit: Peredee inquiens, aut te Albuinũ interficere, aut ab eo interfici opus eſt, quando regalem thorũ incæſtaſti. Ni parueris, paternamq; mortem ultus fueris, te adulterij poſtulatũ dira morte ſcito moriturũ. Ille timore perculſus, pollicetur ſe regẽ interfecturũ, eumq; dato ab uxore ſigno, cooperante Elmicho obtruncat.

Rꝛginæ iniquũ ingenium.



Elmichus poſt hunc regnũ occupare conatus, quum Roſimundã ſibi deſponſaſſet, Longino prꝛfecto Rauennati, qui Narſeti ſucceſſerat, extemplo mandat, comparatã cõtinuo nauim ad ſe Veronam mittat, quam Elmichus cum Roſimunda, regiaq; gaza conſcendit. Quumq; Rauennã peruenĩſſent, Longinus Roſimundæ perſuadet, Elmichum interficiat, ſeq; uirum capiat, ut Rauennæ dominatu frui poſſit. Annuit inconſtans fœmina, Elmicho in balneis uenenũ propinat, quod ille bibens, ubi ſe letali potionatum pharmaco intellexit, reliquum quod in poculo ſuperfuerat diſtricto gladio uxorem

uxorem haurire coëgit. Quod cum illa ui adacta feciſſet, uenenum utricꝫ uitam pariter in- *Stratage.*
tercepit. Interim autem quo Longobardi dominantur in Italia, Huni qui manſerãt in Pan-
nonia, euocant è recõditis & aſperis Scythiæ ſedibus cõtribules ſuos & cognatos quoſcꝫ,
ſtatoꝫ emigrationis die illi turmatim prodeũt, liberos, uxores, pecora & uniuerſas denicꝫ
facultates abducunt, traiectoꝫ Tanai fluuio tandem ueniunt ad auita regna. Alij ſcribunt *Hunorum*
paulo aliter, nempe quòd Huni ſua ſponte egreſſi Scythiam, primum uenerint in Tranſſyl- *cunda emi-*
uaniam, quam in ſeptem diuiſerunt caſtra, quibus & ſeptem præfecerunt duces, addentes *tio.*
quoꝫ legionum centuriones & decanos. Exercitus quiſcꝫ ex 30. millibus hominũ & 857.
conſtabat. Vnde & regio illa in hodiernum uſque diem Septem caſtra nominatur. Hæren
tes autẽ Huni aliquandiu in ſeptem caſtris, ad explorandã terram Pannoniæ, mittunt quen
dam ingenio ac uiribus polleñtẽ in eam. Qui ingreſſus regionẽ, miratur ubertatem ſoli &
clementiã cœli, accedenſcꝫ Suathem Sarmatã latè regnantẽ in terra, exponit ei cauſam ſui
aduentus. Suathes audiẽs poſtulari à peregrina gente nouas ſedes, legatum hilari excipit
animo, ratus nil ſibi cõmodius accidere potuiſſe, quàm regionẽ feraciſſimã & exhauſtam
incoli à gente extera, quam ruſticam eſſe opinabatur. Legatus uoti compos, nigri ſoli gle-
bam, item herbas & aquã ex Danubio in Septem retulit caſtra, ad iudicanda regionis com
moda. Huni inſpecta terra, herbis & aqua, læti effecti, mittũt Pãnoniæ principi equum can *Stratagem.*
didum, cultum ephippio & aureo fræno, in grati ſemper obſequij ſpeciem, ſubſequentesꝫ
in magna multitudine mittũt ad Suathem & iubent, ut terram quam equo uendiderat illico
relinquat. Suathes his auditis in triſticiã conuerſus, exercitũ undicꝫ colligit ut ſe contra ho
ſtem defendat, ſed ſuccũbit, interficiunt̃cꝫ omnes Sarmatæ præter eos qui ex Hunis priori-
bus remanſerant, quos linguę cõmercium conciliauerat. Occupata itacꝫ Pannonia, Huni
ſibi ſedes ultra citracꝫ Danubiũ inuenere, potentiſſimas etiam regiones inundantes. Cum
Hunis & Auaribus qui prius uenerant, ſeſe coniungunt & unam rempub. ſtatuunt, inge- *Vngaria Mar*
niumcꝫ intendunt ad muniendã Vngariã, Martialis ludicri areã. Deinde cum finitimis mul *tialis ludi area*
tis bella gerunt, rapinis eos laceſſunt, quoſdã cædibus fatigãt, & ab aliis pacem mercant̃.
Cum itacꝫ omnes uicinas regiones expugnaſſent, & ſpoliaſſent, Carolus magnus expedi-
tionẽ in eos mouens, octo annis eos (ut quidã ſcribunt) infeſtauit, anteꝫ domarent̃. Multa
prælia in ea cõſerta, magnæ clades utrinꝫ patratæ, & planè exinanita fuit Pannonia. Nam
tota Hunorũ nobilitas concidit, omnes uires exhauſtæ, & exinanitũ ærarium, tot populo-
rum ſpoliis, tot hoſtiũ exuuiis, tot gentiũ rapinis antè refertũ. Franci qui quondã exiguis *Spolia Hun-*
facultatibus fuerant, hinc ita ditati rediere, ut Gallias opibus late cõpleuerint. Tantum au *rũ diripiunt.*
ri & argenti in eorum regia repertũ, tam præcioſa in preliis erepta ſpolia, ut ne plus quidẽ
è Macedonico bello relatũ putent. Sed tamen gens Vngarica tanta ſtrage & rapinis affe-
cta, nullo unꝫ bello deleri uel Pannonia eĩci extirpariꝫ potuit. Carolus magnus inſigni
victoria præditus, accepto nũcio audit Saxones, quibus cum tot annos bella geſſerat, à tra
ditis ueręfidei documentis deſciuiſſe & in perfidiã recidiſſe. Quare exercitũ ducit rurſum
contra eos, cæſiſcꝫ 30. millibus Saxonũ & terra ubicꝫ uaſtata, abduxit obſides principum
filios, & ut eorum uires extenuaret, multas quoꝫ ex eis in Daciam, Pannoniam & diuer-
ſas regiones deduxit colonias, quarum adhuc multæ reliquiæ Sarmatiam incolunt.

Vngari poſt Carolum magnum affligunt Romanum imperium.

POſt Carolũ magnũ Vngari ſub Arnolfo Imperatore prouincias Romani imperij
incurſionib & rapinis laceſſunt, & in primis Germanos adoriunt̃. Odiũ in Rom.
nomen, quod diu diſſimularũt, rebus potius cꝫ uerbis detegunt Nam in diripienda
uaſtandaꝫ Germania mutua immanitate certabant. Quoſcunꝫ enim inuenerunt,
paſſim cędere, pecora abigere, imbellem ætatẽ in captiuitatẽ ducere, ſæpe in conſpectu pa *Vngari Ger-*
rentũ cõtrucidare liberos, illidere parietibus infantes è gremio matrum ereptos, nullũ de- *maniã uaſtans*
nique feritatis genus prætermittere, nobiliſſima quæcꝫ ædificia amoliri, oppida, uicos ac
tẽpla incendio abſumere &c. Omnia crudelitatis genera ſcriptores pręter pollutã utriuſcꝫ
ſexus pudicitiã, quam domi militiæcꝫ ſemper coluerũt, in eos cõmentant̃. Ex Germania in
Galliam pergunt, & ubicꝫ tanta cæde bachant̃ ut hęc Attilę tempora ſuperaſſe credideris.
Arnolfus & reliqui reges his obſtare non audebant, propter innumerã eorum multitudi-

nem,ac propter Rom. reipub. dissensionē, inteſtinasq; Francorū discordias, quibus imperij Rom. uires admodum labefactæ ac eneruatæ fuerant. Ludouicus rex Germaniæ qui ſuccessit Arnolfo, ubi erumpentes in Bauariam Vngaros, omniaq; passim igni ferroq; uastantes acceperat, ad Augustam Vindelicam eis occurrit, ab hisq; simulata fuga in insidias tractus, uix cum magna clade suorum euadere quiuerat. Qua quidem uictoria elati, Bauaros mox & Sueuos, item Francones & Saxones longe lateq; populati sunt. Ludouicus rex audito hostium reditu, coactis undique copijs & auxilijs, his iterum occurrit, sperans praedam saltem & captiuos eripere. Sciebat enim Vngaros populatis tot ditissimis regionibus onustos esse auro & argento atque omnibus bonis. Conserto ergo prælio, non modo prædam & captiuos non recuperauit, sed ingenti accepta clade uix euadere potuit. Hac itaque expeditione Pannonia multis antea bellis exhausta, ita auro & argento replera est, ut nullis respublica ciuium uectigalibus indigeret, nullaque decussa pecunia praeterquàm externa uteretur. Afflicto itaque in hunc modum Romano imperio, conuertunt se ad imperium Constantinopolitanū, lacessunt Mysiam superiorem, Illyricū, Thraciam, Macedoniamq; incursionibus ac rapinis: deinde uertūt arma in Bulgaros, qui Sclauorū genere fuerant nati sicut & consimilis est utriusque lingua. Et quum traiecto Danubio Thraciam & Macedoniam armis saepe uexassent, & diu cum principibus Graecorum bella gessissent, in eorum tandem concesserunt ditionem. Hi ergo cum Vngaris dimicare ausi & ad internecionē fere redacti, stato quotānis stipendio multati sunt. Potiti Vngari hac uictoria mouent arma in Italiam & magnis furijs bachantur in Longobardia, ut etiam Itali ingenti pecunia se redemerint à barbarica seruitute. Deinde Alemannos repetunt atque solita crudelitate diripiunt, & trucidant: ac homines cum pecoribus abducunt. Cumq; diutino ocio uti non possent, quando ad flagella genitum nati fuerant, saepe excursiones fecerunt, nunc in Italiam, nunc in Alemaniam ubiq; multa perpetrantes damna, & uictoria elati per Gallias effunduntur, templa passim diruunt & incendunt, Metensem, Treuirensem, & Aquisgranensem agrum incursant, omnia sacra & prophana populantur, cædibusq; fœdant, ac deinde domum reuertuntur. Sed non diu manent domi, quin comparatis munitissimis legionibus & equitatu, more plus quàm hostili Germaniam repetunt, & Augustam Vindelicorum diripere cōtendunt, rati Ottonem Imperatorem Galliæ rebus implicitum, patrijs populis haud facile subuenturum. At Imperator audita Vngarorum eruptione, contractis undique auxilijs patriam repetit, & Vngaris qua potuit pernicitate occurrit. Habes historiam istam supra in descriptione Augustæ Vindelicorum. Vngari itaq; Ottonis primi conflictu eneruati, in quiete deinde mansere.

Vngari uexāt imperium Constantinopol.

Vngari Galliam afflugunt.

Quando & à quibus Vngaria Christianæ fidei documenta acceperit.

HAbuit Pannonia prima orthodoxæ fidei rudimenta à Carolo magno, à paucis tamen imbibita. Sed Carolo uita excedēte, quū paucis pòst annis rebellare cœpisset, prægustata religio exoleuit, & si qua eius uestigia remansere, in tanta feritate abolita sunt, ut nonnulli diuinitus inspirati, quæ de uera religione sentiebant, in publicum edere non auderent. Carni tamen & Norici atque alij Germani, uicinos sibi Vngaros, fidei coniunctione mitiores reddebant, & ad propagandam in alios fidem hortabantur, quousque Geysa princeps in populo emersit: qui acceptam Christi fidem, regno aut principatu potitus, amplificare contendit. Hic sanctos undique uiros acciri iubet, qui per Vngariæ populos effusi, ueræ fidei rudimenta traderent, falsam ac barbaricam religionem abrogarent, erudirent feros homines, eosq; patria religione eximerent & Iesu Christi nomen prouidè prædicarent. A principio maxima pars procerum, haud parum regis superstitionem mirari cœperat, & multi tyranni obnixius reluctabantur. At Bauari, Saxones & Sueui, cæterique Germani Geysam non tantum pecunijs sed auxiliaribus quoque copijs adiuuarunt, sperantes, si Vngari Christi fidem acciperent non amplius eos latrocinijs & cædibus grassaturos, diuino timore præditos, Scythicam facilius immanitatem exuturos. Geysa igitur iactis haud paucis uerae fidei fundamentis, uita excessit, diuumq; Stephanum qui hereditario iure ad potestatem regiam elatus est, filium reliquit. Hic post patrem Vngarorum rex creatur, atque ei uniuersæ reipublicæ summa traditur: cuncti

Geysa primus rex Christian.

Diuus Steph.

cuncti nobiles & plebei in manus eius coniurant anno salutis 997. nec quicquã maiori studio aggredi cupiebat, quàm uniuersos Vngaros in lucem afferere ueritatis, etiamsi multi contradicerent & magna multitudine in eum coniurarent, intestinũ etiam mouentes bellum, quos tamẽ collectis magnis copijs uicit, & glorioſe de impijs homnib. triumphauit. Hic Strigonienſem in primis eccleſiã erexit, eamq; metropolitanã ſedem eſſe iuſſit. Et ne fundamenta pacis in regno eius interciperentur, uarias leges & edicta tulit, in primis de ſicarijs, adulterijs & homicidijs: item de ui, latrocinijs & furtis capitalia ſupplicia promulgauit. Deinde diui Henrici Imperatoris ſororem, Gyſelam nomine, duxit uxorem, ex qua genuit aliquot liberos, præſertim Emericum uirum ſanctum, & qui cum ducta uxore in cœlibatu uixit & iuuenis mortuus eſt ante patrem. *Emericus ſanctus.*

Tartari Vngariam uaſtant.

VSque ad annum Chriſti 1211. fuerunt Tartari in Europa incogniti. Prodeuntes autem cum quinquies centenis millibus hominũ, in Vngariã eruperunt. Et quum populata Roxolania & Cumania Vngariam ingrederentur, per quinq; dierum iter nullum pagis & oppidis detrimentum intulere, partim ne uaſtationis rumor ocyſſime ad Vngaros peruenireț, partim ne redeuntes cõmeatuũ inopia laborarent. Princeps unus irruit in Tranſſyluaniã, alius adortus Poloniam, cęſo duce uſq; quaque graſſatus, omnia ferro igniq; uaſtat. Populata Polonia Schleſiam aggreditur diripit & incendit. Simili rabie irruit in Morauiam ac deinde deſcendit in Vngariã & magnam ſtragem in ea fecit. Rex Bela interim timidus latuit. Demũ cęſis hominibus & abducto pecore, cum ingenti præda Tartari in Bulgariam iter flexere. Paulo pòſt redeuntes, omnes occurrentes ſternunt & in fugam uertunt, Peſtum uſque perueniunt & perdunt omnia, fugientes uero demergunt in Danubium. Perierunt in pugnis paſſim commiſſis Strigoniẽſis archiepiſc. Colotienſis epiſcopus, Iaurienſis antiſtes, Tranſſyluanus epiſcopus & Nitrienſis epiſcopus atque alij magni uiri. Bela rex ubiq; fuga ſuæ ſaluti conſuluit. Varadina quoque urbs unà cum arce fuit expugnata, & ad cędem uir pariter & mulier, puer ac ſenex iuxtà rapiẽ. Poſt hæc Strigoniũ obſidetur. Et quum eſſet uetus regum aula, huc mercatores multi conuenerant, confugerant undiq; ex pagis & oppidis nobilium ac ruſticorũ ingens numerus, quare Tartaris obſtare ſperabant. Parant Tartari machinas circiter triginta & oppugnãt urbem. Obſeſſi hoc uidentes, ſuburbiũ incendunt & in lapideã omnes ſeſe recipiunt urbẽ. At hoſtes eam undiq; tanto impetu oppugnant, ut breui eam expugnauerint. Capta urbe, tanta ab hoſte patrata cædes, ut nemo ex uniuerſa ciuitate pręter quindecim euaſerit. Supra omnium opinionem, in omnem ſexum ætatemq; ſæuitum, quandoquidẽ uiuos homines palo inſutos pecorum inſtar igni aſſatos referuntur. Relicta uero arce quam expugnare nequiuerunt, ad Albam regalem properant, ubi propter regum monumenta multum auri & argenti ſperabant inuenire, ſed fefellit eos eorum opinio, quum urbs inter paludes ſita, nulla ui & arte capi potuerit. Sic Tartari relicta hac urbe & tota Vngaria, onuſtis præda carris, qua uenerant uia redeunt ad ſua loca. Bela uero rex, qui in Dalmatiam fugerat, audito Tartarorum abitu, cum multis auxilijs in Vngariam rediit, ut diſſipatas regni ſui reliquias congregaret. Reuerſus autem offendit regnum deſolatum, tribuſq; annis à peſtilentiſſima gente direptum: & collectum exercitum duxit in Auſtriam contra ducem Friderici, eoq; uicto & direpta maxima Auſtriæ parte, in Pannoniã rediit, & diu in reſarciendo regno uerſatur. Poſt Friderici interitum ſoror eius Margareta iam anus, accepta fratris hęreditate duxit maritum Ottocarum regem Bohemiæ, ut ſuo loco diximus. *Epiſcopi Vngariæ trucidantur.* *Strigonium expugnatum.*


De ciuitatibus Vngariæ.

REcenſuimus ſupra bonam partem inſignium urbium & ciuitatum, quas habet latiſſimum regnum Vngarię, ut ſunt, Strigonium, Colotia hodie Kalachia, Buda noua & Buda uetus, Iaurus, Varadinum, Nitria, Nicopolis duplex, maior & minor, ab una Iſtri ripa maior, ab altera minor ſita: hæc Traiani, Hadriani illa uictorię monumentum, ut quorundam eſt opinio.

Buda

BVDA, uulgo Ofen, prima & regia

Vngarici regni ciuitas, cuius arcis effigiem hic ſuis ædificijs expreſſimus.



BVda Vngarici regni hodie eſt caput, ſic denominata ut multi putant à Buda condi tore fratre Attilæ regis, uel ut alij ſcribunt à Budinis Scythiæ populis, de qua re ſu prà diximus. In hac urbe Sigiſmundus rex ſuperbiſſima ſtatuit ædificia, exædifica uit quoque in arce palatium, multum Romanæ referens antiquitatis: muro arcem obduxit, ambulacriſq; amœniſſimis exornauit, in media ferè arce turrim ampliſſimã funda uit ex quadrato lapide, ſed morte præuentus initum opus non abſoluit. Ex altera Danubij ripa in Peſtana ciuitate, quæ è cõſpectu eſt, molem poſuit in arcis obiectæ ſpeciem, ut hinc ſupra Danubium perpetuo ponte atcẽ utramq; coniungeret. Verum mors inuida tam ſu perbi operis initium intercepit. Quod ſi facere potuiſſet, Traiani pontẽ quem in ſuperio ris Myſiæ ripa quondam ille fecerat, procul dubio ſuperaſſet. Porro Peſtum 30. millibus paſſuum à Vatia in eadem ripa atque in Budæ nouæ cõſpectu ſitum, à Peſtanis fortaſſe mi litibus, uigente quondam imperio Romano, ædificatum eſt.

Agria, Caſſiouia.

AGria ciuitas epiſcopalis ab Agrianis Illyrici populis condita & nominata eſt, qui traiecto Danubio haud procul à Tibiſco amne conſedere. Aliqui ab interfluente fluuio, uel quòd gens agreſtis fuerit & inurbana, ſic nominatam putant. Caſſio uia uero à Caſſio Romano ciue nominata, urbs eſt clariſſima.

Piſonium, Nitria, Camaron.

PIſonium in Danubij ripa ſitum, non parum Romanæ redolens nobilitatis, à Piſo ne nominatum eſt, qui Pannonijs præfuit. Nitria uero remotius in mediterra neis, Bochi fluminis accola eſt, præcipiti curſu Danubiũ influentis. Et quum Da nubius in plures alueos diuidatur uariæq; fiant inſulæ, ex illis nobilis habetur Sa maria

maria quæ Scythia dicitur, & Camaron. Arx ibi ad caput munitiſſima & Mathiæ regis ingenti ſumptu elaborata. Horti quoque regij & uiuaria multa, amœniſſimiq; pagi. Deinde unius diei iter eſt ad Vatiam ciuitatem epiſcopalem.

Peuce, Syrmium.

PEuce ciuitas à Peucinis Sarmatarum populis condita, hodie Quinqueeccleſienſis uocatur, ubi paulo inferius Drauus Danubio admiſcetur. Syrmium uero in uia ſitum quæ in Italiam contendit, non tam uino clarum quàm quòd Probi Imperatoris fuerit natale ſolum, qui Marmaridas in Africa ſuperauit, Francos inuijs paludibus ſtrauit, Germanos à Rheni ripis longè ſubmouit. Hic ut Syrmicam regionem feraciorem redderet, paludem quandam ſiccare ſtatuit, quam ut exhauriret, innumerabilem militum numerum ad effodiendam foſſam conuocauit. Suborta autem militari ob laborem indignũ ſeditione, facinoroſe cæſus eſt. Qui mox elatis aggeribus pœnitentia ducti, ingens cum inſcriptione ſepulchrum dicarunt: Hic Probus Imperator & uere probus ſitus eſt, uictor omnium gentium barbararum, uictor etiam tyrannorum.

Probi Imperatoris conatus.

ALBA GRAECA QVAE & Belgradum & Taurunum & ſecundum alios Taurinum.



OPpidum eſt in angulo ſitum, ubi Danubio Sauus illabitur, à ſeptentrione Danubio ab occaſu uero Sauo abluitur. Arx monti præſidet, loco & arte munitiſſima. Ad radices montis ciuitas in amnis utriuſq; ripas effundit, craſſo muro, confluentibuſq; obfirmata, à continente duplici uallo, foſſa, mœnibuſq; munitur. Arx ipſa robuſtiſſima

ſa robuſtiſſima eſt, ſex munita turribus, anterior uero arx, cum expugnaretur, habuit uiginti propugnacula: atque inde deſcenſus quidam undique obfirmatus procedit ad imam aquariam turrim, ubi molendinũ & piſtrinũ habent. Anno Chriſti 1457. Mahumetes Turcarum imperator aggreſſurus oppidum, in duo caſtra exercitum diuidit: altera præter Sauum & altera præter Danubiũ rite locat. Tormenta bellica à fronte diſpoſuit, locum uallo foſſaq; circumuenit, ne eruptionibus hoſtium foret obnoxius. Reliquam multitudinem per campos effudit, quę omnia complere uidebatur. Cumq; expugnatio ciuitatis inſanam machinarum multitudinem poſtularet, ipſe machinas diffregit antequam iter iniret, ut in leuia fruſta redactæ, facilius per ardua loca ueherentur, atque deinde è conflato ære rurſum inſtaurauit, quibus mœnia diu noctuq; quatit, nihilq; oppidanis ocij indulget. Coruinus comes cum Capiſtrano Franciſcano inſtructa claſſe, terreſtribusq; copijs in arcem eductis ſecundo amne edita fluuiali pugna in urbem peruenit, & omnia in urbe labefactata inſtaurat. Cumq; Mahumetes multas diruiſſet turres, compleſſet foſſas & ſolo mœnia æquaſſet, iubet omnes arma ſumere, nec unquã ceſſare coſtituit, donec Alba potiatur. In Augusto itaq; milites eius adoriuntur urbem, ſed oppidani omnibus obſtant uiribus, dira nimis & cruenta ſupra murorum ruina pugna conſeritur, ſumma ui utrinq; pugnatur. Coruinus ubicunq; laboraretur accurrẽs, nunc uerbis nunc factis omnibus opem ſuggerit, hortaturq; ut urbem hanc Chriſtianę reipub. propugnaculum fortiter tueantur. Tandem Mahumetes præſentaneũ conſiliũ init, quàm ualidiſſ. poteſt agmine in urbem irrũpere. Quod ſi nequeat, hinc reiectũ fugam ſimulare, qua oppidanos allectos in campum educat, mox irrumpente à tergo dimiſſa equitum multudine reditum intercipiat. Obtento itaq; primo impetu oppido, congrediuntur oppidani cum hoſte atq; extra mœnia reijciunt. Mahumetes ubi ſe iterum atque iterum reiectum eſſe cernit, fugam ſimulat, ac oppidanos educit. Qui cum hoſtem inſequerentur, Capiſtranus uidens ab arce inſidias, cõfeſtim ad ſuos clamat, atque ut retrocedant monet. Coruinus deſertas à Mahumete munitiones & bellica tormenta conſpicatus, cum ſocijs ex oppido erumpens, machinas æneas adacto mox clauo partim obſtruit inutilesq; reddit, partim in hoſtes conuertit intenditq;. Cum uero Mahumetes inſtãti crepuſculo præliũ inſtauraret rediretq; ad munitiones ſuas, obuerſas in ſe machinas inuenit: à quibus cum grauiſſimè ſui læderentur, in poſteriora caſtra nõ ſine fœda fuga ſe recepit. Alij pectore ſaucium ſub papilla in caſtra pedem retuliſſe memorant. Coruinus munitionibus potitus eas incendit, atque uictor in urbem redijt. Referunt nonnulli Mahumetem à ſagitta ſaucium, ſeminecem in caſtra relatum aliquantiſper iacuiſſe. Cumq; reſpiraſſet & ſui exercitus iacturam audiſſet, adeo ingemuiſſe dicitur, ut uenenum præuitæ moleſtia propinari ſibi iuſſerit. Quod cum amici recuſarent, turpem arripit fugam. Geſta ſunt hæc in feſto beatę Mariæ Magdalenæ. Quomodo deinde anno Chriſti 1521. Alba Græca à Turca fuerit expugnata, infra dicetur apud Solymannum Turcarum regem. Georgius ſuperioris Myſiæ princeps, quem Deſpotem nominant, fuit ante centum annos dominus huius loci, ſed Sigiſmundi beneficentia uictus, hunc eundm locum in confluentia Danubij ac Sauí ſitum, ubi Taurinium olim fuerat, in perpetuæ fidelitatis pignus ueluti tuti obſidis loco, Imperatori ſponte dono dedit, quod quidem in Myſia unicum fuit propugnaculum. Contra illi multa caſtella in regno rependit, ſimiliter quędam oppida & Budæ magnificas ædes, quæ regiæ loco haberi potuerunt.

Mahumetes oppugnat Albam.

Ioannes Humades.

Aſtutia Mahumetis.

Mahumetes uulneratur.

Deſpotes olim dominus Tauruni.

Alba regalis.

GYula auunculus ſancti Stephani, iniquo ferebat animo, nepotem ſuum iniciatum Chriſtiana fide. Vnde nedũ uerbis eum corripuit, ſed & armis laceſſere nitebatur, ut eum ad patrias reuocaret ceremonias. Quare à Tranſſyluaniæ mõtibus, cui præerat, Vngariã quottidianis incurſionib. infeſtat. Rex uero tandem excitatus, cum exercitu in Tranſſyluaniã cõtendit & totam expugnat, Gyulam cum uxore & duobus liberis capit & nobilẽ regionẽ auri, uini, frumenti, pecorũ, omniũq; rerum feraciſſimã, ex eo tẽpore Vngarię regno adiecit, & habitatores eius in fidem Chriſtianã aſſeruit. In auunculi regia, ingens auri & argenti copia deprehenſa, facinoroſe cõparata, ex qua baſilicã Albæ præſtantiſſ. rex erexit, quę quũ ſępe incendio fuerit obnoxia, hinc publica nata eſt opinio

Tranſſyluania Vngariæ adiecta.

&



& explorata fides, templum idcirco diro ſæpe incendio laborasse, quòd ex pecunia iniquè parta fuerit ædificatum. Gyula cum liberis & uxore inuiti orthodoxam fidem ſubiere baptiſmate expiati, à rege uinculis liberati ſunt, & pro dignitate tractati. In hac ciuitate Alba regali, reges Vngariæ coronam accipere hucuſque ſoliti fuerunt.

Sequitur genealogia regum Vngariæ.



1 Stephanus ſanctus, uir Chriſtianiſſ. cuiꝰ iam ſuprà deſcripta eſt hiſtoria. 2 Petrus nepos ex ſorore diui Steph. regnauit poſt auunculũ ſuũ, homo inſolẽs, & qui intollerabilẽ ſe exhibuit, laſciuꝰ & quo impante nulli ingenuę matronę tuta poterat eſſe pudicitia. Vnde

Vngari

Vngari tertio iniri regni anno omnes in Petrum coniurãt, excluduntq; regno, & loco eius regẽ creant Abã diui regis sororiũ. Sed is insolentior & cõpetitore pernicioſior factus, tertio regni anno in bello interficitur, & Petrus rex repetitur: at is se potius tyrannum quàm regem exhibuit, ac deinde pars magna sacræ fidei rugum ceruicibus suis excussit, recidítq; in Scythicam prohanitatem. Sæuitum est præterea in antistites & sacerdotes, prophanata & spoliata sacra templa. Petrus uero rex captus & excæcatus, tertio restitutionis anno diem obijt & in Quinqueecclesiensi basilica, quam ipse fundauerat sepultus est. 3 Andreas consanguineus diui Stephani, fit rex anno 1047. promulgauitq; per uniuersum regnum hoc edictum: Quicunq; Vngarus aut Vngariæ incola depoſito pagano ritu ad ueram Christi fidem non redierit, ac sacram legem à diuo rege Stephano traditam non receperit, capitalis esto. Vicus, oppidum & ciuitas quæq;, demolita templa reficito &c. Cumq; Andreas senio grauaretur, declarauit filium suum Salomonem regem. At frater Andreæ

Bela rex quartus. Bela regem persequens & fraterno bello superior, post fratris interitũ ad Albam contendit & regni coronam susceptt, pacem & ocium in regno seruauit, ne qua in cõmercijs fraus ac dolus cõmitteretur. Sub eo rusticorũ agmina pristinam perfidiam & Scythicam superstitionem habere uoluerunt. At rex tertia die se responsurũ esse dixit, interimq; exercitum collegit & factioſos obruit, cædit, flagellat, uinculis & carceribus includit, atque hęc tertia fuit Vngarorũ à fide catholica defectio & reuocatio. Tertio autem regni sui anno, rex cadens sic conquassauit membra corporis sui, ut breui pòst moreretur, & Salomoni regnum relinqueret. 5 Salomon audito regis obitu, iuuante Henrico quarto cuius sororẽ uxorẽ habuit, in regnum restitutus est anno 1063. & cum Geysa atque Ladislao fœdus amicitiæ ictum est, perdurauitq; concordia illa 13. annis. Tandem uero exortæ sunt simultates inter

Geysa rex sexius. Geysam & Salomonẽ. Nec defuerunt qui utriusque animos irritabant, asserentes regnum duos non posse capere reges, neq; uaginam duos cõtinere enses. Vnde factum est, ut rex Salomon duos fratres Geysam & Ladislaum insidijs circũuenire & capere moliretur. Excitatoq; horrendo bello, illorum sanguinẽ conabat effundere, sed Deus innocentibus afrans, subuertit consilium Salomonis, ut ille turpiter uictus regno pelleretur. Proficiscentesq; fratres ad Albam, Geysa frater maior natu omniũ consensu & acclamatione rex Vngariæ declarat & coronatur, atque frater eius Ladislaus dux regni pronunciatur. At Salomon interim nõ quieſcit, ut si quo modo posset amissum regnum recuperaret. Vnde permouit Henricum quartum, ut cum maximo Germanorum exercitu ingrederetur Vngariã sed re infecta rursum excessit. Interim Geysa pœnitentia ductus, suum scelus ingenuè profeſſus, quòd Salomonis legitimè coronati regnum usurparit, quòd uerum regem exegerit, quodq; ius alienum occuparit, cupit reconciliari patrueli regi, sed dum agitur de pace,

Ladislaus sextus rex. aduersa ualetudine correptus rebus humanis excessit. Regnauit autem annos tres. Conuenientes uero Vngari noluerunt reuocare Salomonem, qui tunc in finibus erat, sed elegerunt concorditer Ladislaum, uirum iustum, pium & sanctum, atq; perpetuæ castitatis obseruãtiſſimum. Et quanquam ille dignitatem istam obnixius recusaret, adurgentiſſimis tamen precibus accipere coẽgerũt. Mortuus est suo tempore Zelomirus sororius eius, rex Dalmatiæ. Et quum soror liberorum orbitate laboraret & sibi à marito legatum esset regnum, illa autem neminẽ alium haberet, cui regnum æquius legaret, fratri Ladislao ac posteris addixit, iussitq; deinceps Dalmatiã & Croatiam Vngaricæ ditionis haberi. Et ex eo tẽpore Dalmatis & Croatis Vngari iure imperare cœperũt. Cumq; Salomon in sua immanitate perseueraret & Vngari in manus eius recidere nollent, ut atrocitas eius molliretur,

Pœnitentia Salomonis. capitũ eum atque in carcere conseruant. Deinde rursum liberatus multa machinatur, sed cum ubicq; in se sęuire fortunam sentiret, corde compunctus in solitudinem abiens & Deo seſe cõsecrans, herbis ac pomis ultro nascentibus sedauit famẽ, corpus cilicio & subiectis quandoq; ferarũ pellibus tuebat, siccis frondibus lectum sternebat, uincebat sitim aqua, somnum uigilia & labore captabat, conficiebat perpetuo ieiunio corpus ac die noctuq; in sacris hymnis uersabatur, sicq; in solitudine salubriorẽ quàm in regno inuenit quietẽ. Colomanni regis tempore semel tantum in Vngaria uisum perhibent, & euestigio delituisse, nec uſquam amplius apparuisse. Ad postremum in syluis Istriæ degentem, in Deo obdormiuisse memorant ac Polæ sepultum. Gessit autem Ladislaus uictorioſa bella cõtra Chunos, qui traiecta Trãssyluania ac superatis montibus Carpathijs in Pannoniã ter irruerũt, eorumq; ferociam attriuit. Deinde Ruthenos quoq; in deditionem accepit, quin & excurrentes

rentes Polonos repreſsit, domíq; manere coëgit. Idẽ egit cum infeſtis quibuſdã Bohemis. Cũq; ſecundo collectis copijs in Bohemiam contenderet, morbus eum inceſsit & languor ingens, in crebreſcente'que ægritudine, conuocatis optimatibus Almum mitiore ingenio ac præſtantiore indole adoleſcentẽ regno ſibi ſuccedere iubet, atque poſtero die, anno ſcilicet ſalutis 1095. regni autem ſui 19. in domino obdormiuit. 8 Almus natu minor & ſimplicitate ductus Colomanno ceſsit, ne primogenituræ fratrem iure defraudare uideretur. Sed ubi Colomãnus regiam nactus eſt dignitatem, maledicentium opera inter utrunque fratrem magna interceſsit diſcordia, tandem'que prorumpitur in bellũ. Sed cum Vngari propter fratres nollent ferre inteſtinum bellum, decernunt, ut fratres ſingulari inter ſe dimicent certamine, ſe'que duelli uictorem pro re gehabituros. Quo audito, Colomãnus qui erat luſcus, claudus & gibboſus, noluit certare, cum id æquo Marte facere nequiret. Sub hoc rege Veneti conabãtur Dalmatiam in ſeruitutem redigere, unde uẽtum eſt ad cruentiſsimam pugnam, in qua Veneti ante Iadræ mœnia, maxima ex parte cæſi capti'ue, pauca manus cum claſsibus euaſit. Deinde plurimæ ſuccreuerunt inter duos fratres diſcordiæ, quouſque tandem rex perſuaderetur, quod poſt mortem ſuam Almus ueſtigio regiam eſſet inuaſurus: quare fraternam ei mortem improbi conſulebant. Rex quo à fraterna cæde manus abſtineret, & Almum cum filio regiæ dignitatis impotem efficeret, accito carnifice, fratrem ac nepotes occæcari iuſsit. Item Bolæ nepoti quum adhuc infans eſſet, teſtes exeri mãdauit, ne qua hinc propago proueniret. At carnifex cum Dei iram & regni orbitatem reformidaret, exertos catuli teſtes pro his ad Colomannum tulit, pio'que commento regis ſæuitiam eluſit. Sed non defuit diuina ultio. Nam uix Almus cum filio oculis orbatus, & in cœnobium truſus, Colomannus repentino morbo dicitur correptus, adhibito'que cataplaſmate temporibus eius, eductum eſt cerebrum, certum lethi ſignum. Antequam tamen expiraret, Stephano filio legauit imperium. Sed niſi Stephani potentia obſtitiſſet, cæcum etiam Almum aut filium eius Belam regem optaſſent. Mortuus eſt itaque rex anno regni ſui uigeſimo quinto, ſalutis aũt milleſimo centeſimo decimoquarto. *Almus rex.*

9 Stephanus rex octo pene annis alieno ductu regnum gubernauit, deinde adultus pro libidine ſua cuncta geſturus, ferocia & crudelitate patri nõ ceſsit. Præfuit regno annis duodeuigínti: & cum nullam haberet prolem, adoptauit ſibi in filium Belam uirum cæcum Almi filium patruelem ſuum, quem & ex teſtamento regem declarauit. Vngari intellecta Belæ probitate ac ſapientia, non minus cæcum quàm oculatum amabant. *Bela rex decimus.*

Paſſus tamen eſt Bela grauem ſeditionem ab adulterino filio Colomanni, quam ſine ſanguinis effuſione compeſcere non potuit. Pacato autem regno à ſeditionibus, Bela ſe in ocium redegit, ex ocio in conuiuia nocturna & ebrietates atque tãdem in hydropiſim incidit, quo morbo correptus, nono regni ſui anno naturæ neceſsitati ceſsit, anno ſalutis milleſimo centeſimo quadrageſimo primo. 11 Geyſa adoleſcens præclaræ indolis ſucceſsit in regno patri, qui Germanorum præſertim Auſtriacorum exercitum Vngariam ingredientem ſtrauit. Ipſe fratres regia liberalitate ac indulgentia proſequutus eſt, iuſsit'que eos regio uiuere more. Tandem uero in aduerſam ualetudinem incidens, regnum diſpoſuit, atque Stephanum filium grandiorem natu regem pronũciauit, mortuus anno 1161. 12 Stephanus regno potitus, nihil ſine ſenatus autoritate & patris amicorum conſilio geſsit. Vbi autem aliquot annis regnauerat, Ladiſlaus patruus eius nactus regni coronam, uſurpat regnũ ipſum ſex menſibus. Sed obrepẽte ſubinde morte anno 1172. regnum uſurpat frater eius Stephanus etiam Belæ cæci filius. Rex uero Stephanus Geyſæ filius patruorum inſolentiam non ultra tolerandam eſſe ratus, ſuſcitato bello caſtra contra patruum mouit, eundem'q; ſuperatum regno exegit. Patrata eſt in eo prælio tanta clades nobilium, ut nihil illis temporibus miſerabilius accidere potuerit. Morttus eſt eodem anno rex Stephanus Geyſæ filius, qui fuit annus Chriſti 1173. *Nobilium clades.*

13 Eligitur poſt Stephanũ in regẽ Bela frater eius, uir maturus & integer, iuſtus & ſeuerus. Illud erat ſibi in animo ſemper infixum, maritimam & nobilorem Dalmatiæ oram, quam Veneti occuparant, occupatam'que ſæpius amiſerant, ab Vngaris omnino occupari oportere 14 Mortuo Bela ſubrogatus eſt optimatum ſuffragijs in eius locum Emericus ſenior natu. Quod ægreferens frater eius Andreas, clàm detrahit fratri, damnat eius ignauiam, & in populorum inuidiam omni arte compellit, circumuenit præpotentes & nobiles, & undique ſibi comparat fauorem, indicto'que fratri bello, regnum occupare contendit. At Emericus indutus regijs ornamentis, ingreſſus in medium ſeditioſorum hominum, eos bonis uerbis compeſcuit. Regnauit autem octo annis, mortuus anno Chriſti milleſimo ducenteſimo. 15 Ladislaus ſucceſsit patri in regno: & cum

Regina scelerata confoditur.

ultra sex menses non regnasset, immatura morte surreptus est. 16 Andreas successit ne poti suo. Cum'que in militiam Ierosolymitanam abijsset, uxor eius Gertrudis à Banchano uiro nobili, cui regia domus erat à rege abeunte commissa, letali uulnere est confossa, eo quod illa fratri suo uxorem Banchani uiolandam dederit. Aduenit enim frater reginæ, ut sororem in absentia regis consolaretur. Cum autem circa reginam iugiter uersaretur Banchani uxor, mulier spectatæ pulchritudinis ac incredibilis pudicitiæ, deperijt in eam frater reginæ, oppressit'que cooperatione eiusdem reginæ. Rex Andreas ex terra sancta rediens, uocato in iudicium Banchano regni gubernatore, intellecta'que uxoris culpa in exemplum seruandæ pudicitiæ, eam iure cæsam iudicauit, & Banchanum à sententia absoluit. Sed deinde in uniuersam Banchani domum miserabiliter sæuitum, quando reginæ liberi inultam suæ parentis mortem æquo animo pa

Elisabeth sancta.

ti nequiuerunt. Elisabeth tamen uirgo sancta Ludouico Landgrauio Thuringio cõiugata, tam præcoci fuit religione, ut quintum uix annum nata mirabilis sanctimoniæ specimen exhiberet. Pater uero Andreas mortuus est anno Christi millesimo ducentesimo trigesimo quinto, postquam regnauit triginta quatuor annis. 17 Bela primogenitus succedit patri, qui in Vngaros sæuire cœpit, magis'que à peregrinis quàm à suis amabatur. Nemo poterat eum nisi per supplicationem alloqui. Magistri precum pro libidine sua causas expediebant, & quenep ex tollebant deprimebant'ue, sicut odiũ, gratia & largitio cogebat. Huius regis tempore irruerunt

Tartari ruũt in Vngariã.

Tartari in Russiam, ac deinde in Vngariam & Poloniam, & omnia fere loca deuastauerunt, homines occiderunt, regem ipsum & omnes proceres in fugam uerterunt, multis'que interfectis episcopis & tribus insignibus ciuitatibus desolatis, tandem post triennium abierunt. Mortuus autem est rex Bela anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, postquã regnauerat triginta sex annis. 18 Stephanus succedens patri, Australes & Bohemos magna uictoria profligauit. Deinde in Bulgariam castra mouit, quæ eius imperium detrectabat, regem'que sibi stipendiarium fecit. Excessit autem tertio regni sui anno, successit'que ei filius Ladislaus, quem Vngari Chunum cognominauerunt. 19 Ladislaus patri succedens, pugnauit cum Rudolfo cæsare contra Othocarum regem Bohemiæ. Ipse quanquam legitimam haberet uxorem, illegitimo tamen amore plus æquo flagrauit. Vnde Christianæ reipublicæ principibus haud parum suspitionis iniecit, ne regis exemplo Vngari qui quandoque ab initia olim fide defecerãt, in priscam maiorum labem reciderent. Tandem tamen à Cumanis quos in delitijs habuit, miserabiliter occisus est anno 1299. postquam annis circiter quatuordecim regnasset. 20 Andreas filius Stephani fratris paterni, sed non materni sanctæ Elisabeth, succedit Ladislao. Nam rex Andreas decimussextus in numero, post interfectã uxorem rediens ex terra sancta, aliam duxit uxorem, ex qua genuit Stephanũ, & Stephanus hunc Andream ex uxore Veneta. Conspirantes autem quidam in eum, elegerunt Carolũ Martellum, Caroli regis Siciliæ filium, qui hæreditario iure ad se pertinere regnum arbitrabatur, unde & Andrea adhuc regnante ingressus est regnum, atque aliquot annos apud Vngaros fuit cum Carolo filio, antequã rerum potiri posset, quia non facile Andreæ autoritas conculcari poterat, quousque anno 1301. mortuus est, postquã undecim annis regnauerat. Tunc quidam elegerũt Venceslaum Bohemiæ regem, alij Carolũ Caroli Martelli filium, quem & pontifex Romanus habere uoluit, quod nõ parum Vngarorum animos exacerbabat, ut ille sibi creandi regis potestatẽ usurparet. Alij uero elegerunt Ottonem ducem Bauariæ, quem & coronauerunt. Sed postquam Vngariam cum pompa esset ingressus, turpiter inde eiectus, reuersus est in Bauariam. 21 Carolũ Caroli Martelli filium Vngari tandem elegerunt anno scilicet salutis 1310. quem alij Carolobertum uocãt. Is gessit secundo regni sui anno grauissimum bellum contra principem quendam Matthæũ nomine, qui regis imperia aspernabatur. Et quamuis rex uictor euaserit, plures tamen quàm hostis amisit. Non longe post susceptа expeditione in Valachos, ferè ad internetionem totus exercitus eius inter angustias montiũ redactus est, effugitep ipse cum paucis diuina magis q̃ humana ope liberatus. Deinde anno Christi 1333. cum filio Andrea, qui sextum agebat ætatis annum ex Visségrado profectus est in Italiam, primum'q; ueniunt in Sagabriam, deinde superatis lapideis montibus, descendunt Segniã, unde comparata classe, quatuor dierũ nauigatione in Apuliam trajiciunt Hac spe ductus Carolus ut filium à Roberto fratre electum in Italia relinqueret coronatum pontificis autoritate, Vngariæ aũt regnum Ludouico primogenito addiceret. Aduentanti Carolo, Robertus patruus gratulabundus occurrit, eum'q; ac puerum Andream amplexatur, & eorũ aduentu se suæ prolis iacturã resarxisse profitetur. Vnde Andream & Iohannam ne-

nam neptem pariter adoptauit, qui post eius mortem delegatum sibi regnum paribus gererent auspicijs. Fuit autem Iohanna neptis Roberti ex Carolo filio duce Florentinorum. Alij scribunt Carolum Martellum fratrem Roberti regnasse in Vngaria, filiumque Carolum ante coronationem mortuum in Vngaria, patremque eius nepotem Andream duxisse in Italiam, ac deinde reuersum in Vngariam. 22 Ludouicus adolescens acclamationibus populorum susceptus est in regem. Deinde Elisabeth mater Ludouici traiecit in Neapolim, ut filium Andream inuiseret, & uxorem eius Iohannam. Qui licet designatus esset rex, oportuit tamen coronam mercari à Rom. pontifice quadraginta quatuor millibus marcarũ argenti, quam pontificis auaritiam ægerrime tulit, ut ius hæreditariæ possessionis tanti cogeretur licitari. Cæterũ Ludouicus rex qui Margaritam Casimiri regis Polonorum filiam uxorem duxerat, multa gessit bella, eaq; feliciter, potissimum in Transsyluania, contra Tartaros, & in Polonia contra Bohemos, qui socerum eius afflixerunt, atque in Dalmatia contra Venetos. Post Dalmaticũ Neapolitanum ingruit bellum, ob interitum fratris Andreæ. Ille enim post initum regnum anno tertio, factione quorundam, qui regiam potestatem anhelabant, consentiente uxore Iohãna, serico laqueo facinorosissime necatur. Iohãna uero nupsit alteri consobrino, Ludouico scilicet filio Philippi fratris aui sui Roberti, qui Tarentinus fuit princeps, tractusq; regnandi cupiditate, in Andreæ cædem pariter coniurauit. Ludouicus itaque rex quamuis multorũ Italorum literis solicitatus esset, sua tamen sponte ulciscendi fratris gratia, ad sumendũ bellum se accinxit. Iohãna hostis aduentu perterrita, unà cum Ludouico Tarẽtino uiro suo, impositio præsidio, Neapolim deseruit, atque in Narbonensem Galliam nauigauit. Veniens uero rex Neapolim eam expugnauit, ac propugnatorem eius ducem Dyrrachinũ capitali supplicio affecit, reliquis ignouit. Deinde de parricidis quæstionẽ haberi iussit, multiq; deferuntur & trucidantur, præsertim dux Dyrrachij & eius duo fratres &c. Ludouicus autẽ rex omnib. rite dispositis, pacatoq; regno, rursum in Vngariam se recepit. Illico factiosi in regno Neapolitano surgunt & coniurant, electisq; Vngaris, Iohannam cum adultero restituere contendunt. Ventum est ad bellum, uincunt Vngari, multis utrinque interfectis. Sed Ludouicus & Iohanna misso exercitu conciliant sibi Neapolitanos, qui iam sua sponte execrabantur Vngarorum asperitatẽ. At Itali rursum uicti ab Vngaris, perfidiæ dant pœnas. Interim Iohanna & Ludouicus redeuntes, conantur pontificẽ in suas transferre partes. At rex Vngariæ Ludouicus audito reditu Ludouici Tarẽtini, uenit secundo cum maximo exercitu in Italiã, & rursum omnia oppida in deditionẽ accepit, compositis q; regni rebus, & positis ubique præsidijs rediit in Vngariam. Interim Iohana cum uiro Auenione agens, instanter supplicabat Pontifici, ut hæreditariũ sibi regnum addiceret, restitueretq; pontificia autoritate. Quod ut facilius assequeretur, pontificiæ non immemor auariciæ, Auenionẽ urbem patrimonij sui, se ultro concessuram ecclesiæ pollicetur. Et ne regnũ mercari uideretur, urbem dono datam se uẽdituram ostendit: contra pontifex minimum quid ex annuis uectigalib. precij loco Iohannæ penderet. Hunc igitur honesti prætextũ inuenere, ad tegendũ mulieris ambitum & pontificis auaritiam. Mittit itaque pontifex legatũ & literas ad regem Ludouicum, & rogat ut Iohãnæ sorori ius remittat, satis inter cognatos lusum, indulgeat aliquid sanguini, satis pœnarum exactũ, satis in Italia sæuitum, &c. Tãdem rem ita compositam fuisse ferunt, ut Ludouicus ius suum Iohannæ concederet, illa regio titulo, ipse uero principatus nomine duntaxat frueretur. Sic Iohanna uniuersum regnum recipit. Deinde Ludouicus Venetorũ audaciam ad hanc redegit calamitatem, ut qui occupandis alienis rebus intenderant, nunc pro suis, & in primit pro patria dimicare cogerẽtur. Nec Vngaria unquam Ludouico parem principẽ antea sortita fuerat. Et cum eo tẽpore Casimirus rex Poloniæ sine liberis moreretur, designauit hunc Ludouicum nepotem suum successorem regni. Habuit uxorem Elisabetã, filiam Stephani Bossonensis, ex qua genuit duas filias, Mariam uxorem Sigismũdi, & Heduuigim, quæ post mortem patris sortita est regnum Poloniæ, & optimatum consensu Iagello principi Lithuaniæ coniugata, qui nondum orthodoxa fide initiatus erat, ex compacto in regnum simul Christianam professionem admisit, atque Vladislaum appellari iussit, qui uno eodemq; tempore fortunam nomen que mutauit. Ludouicus uero rex quum ageret annum 56. cœpit laborare aduersa ualetudine, qua etiam tandẽ mortuus est, dispositio regno in manus Mariæ filiæ, cui adoptauit maritũ Sigismundũ filium Caroli imperatoris. Obijt autẽ anno salutis 1382. mortemq; eius omnes præter Venetos deplorauẽrũt. 23 Maria Ludouici filia Sigismundo adhuc puero ex compacto ita nupsit, ut ad maturas usque nuptias uirum non duceret, consummatis autẽ nuptijs, Sigismundum re-

Corona emitur à Romano pontifice.

Rex serico laqueo suspenditur.

Calamitas Neapolitani regni.

Pontifex Romanus emit sibi Auenionem.

Lithuanus gentilis fit rex Poloniæ.

dum regni consortẽ admitteret. Cæterum donec uirum duxit, ob patris merita, pro rege magis quàm regina est appellata. Et quamuis adolescentula suí muneris magnitudini adhuc sat facere non posset, materna tamen sapientia munus probe resarxit, & felicius quidem resarxisset, si suo magis q̃ alieno arbitrio, maxima quæq; gerere uoluisset. Siquidem admisit in consilium Nicolaum de Gara, quem Ludouicus olim ob rem bene gestam ad palatinatus munus euexerat, atque is quod regi in uita exoluere nõ potuit, id uxori & filiæ post mortem rependere nitebatur. At regina nimium illi credebat, & ex eius sententia cuncta gerebat. Dicebat ille reginæ: Tu regni moderatrix, proceres tuos, ut te uereãtur cura, elatos castiga, illi qui rebellis est, tolle quæ habet, ut sit impotens, obsequentib. dona, sic'q; sexum fragilem ad sua uota perduxit. Quod dum primores regni senserunt, crudelis discordia emersa est, plebs scinditur omnis, proceresq; regni extimantes se contemni, per factionem mittunt episcopũ Sagabriensem in Apuliam ad regẽ Carolum Andreæ filium, inuitãtes ad regnũ. Rex habita deliberatione obsequitur, regina Apuliæ uxore dissuadẽte. Veniens aũt à Siponto per Segniam ad Sagabriã, permagnifice est susceptus, ac mora facta alios suasione, alios muneribus in suam potestatẽ trahebat. Sigismundus rex perfidia Vngarorũ territus, celebratis antè nuptijs, aufugit ad fratrem Vuenceslaũ. Regina uero obstupefacta, mittit nunciũ ad Carolum, hospes ueniat an hostis, scisscitata. Qui blande respondet, ut regnum componat, discordãtes regni proceres uniat, & placatã plebem sorori reddat, se uenisse. Fictam igitur gratiã inire uolens regina, dissimulare pro tempore statuit omnia, quamuis mœstitia ac timore perculsa. Et mox ut Carolus procerũ intellexit animum, eorũ consilio reginæ significat, ut ab administratione regni abstineat, se regno præfuturũ. Ad hæc quid mulieres respondeant, non habent, letali uulnere sauciatæ. Consolatur tamen regina senior filiam ne desperet, iubet'q; eam dissimulare, ne prædo & sanguinẽ earum quærat effundere. Deinde Carolũ regem adit, & cum iucundo sermone salutat: Vngariã inquit superbam, & gentem effrenem fœminea neq; regere manus: tua regna cape, nos uero, ut decet, tuebere. Cui Carolus: Secura esto, nihil uobis deerit me uiuo. Euestigio tota ciuitas q; reginæ regno cesserint, est repleta, coronatur paulo post in Alba regali rex à Strigonienſi episcopo, qui uoce ter leuata de more, plebem interrogat: Si Carolus placet rex coronari: alijs fautorũ suggestu, alijs metu placere acclamantibus, illũ in regem ungit. Sed mira res, qui iam placuit, facta coronatione, & spoliatis imperio reginis displicet, primores'q; sceleris autores compuncti conscientia, rodi uidentur. Inter hæc anus maiestate perdita, rem tectis reparare insidijs (ut hoc genus ingeniosum est ad dolos) parabat. Nec palatini Garẽsis defuit suggestio. Habebat Garensis apud se iuuenẽ audacem, promptũq; ad quoduis facinus, Blasiũ Forbach nomine: hunc ut interficiat Carolũ constituunt. Anno itaq; 1385. mense Feb. anus significat Carolo regi se habere literas de magnis & occultandis rebus è Germania scriptas, rogat simul ut ad se ueniat, literarũ argumenta cognoscat, & secum consilia cõferat, nam esse de maximis rebus totius regni. Infelix Carolus Italicis comitatus aulicis, adijt reginæ hospitiũ. Eadem et palatinus Garensis hora, plurimã trahens cohortem intrauit. Regina igitur & Palatino ad regis latera sedentibus, Italici sponte consilio cedunt, per castrum'q; uagantur. Interloquendũ irruit in regem Blasius, letaliter uulnerat, & aufugit. Exportatur rex, & breui moritur. Quo facto, Palatinus arces Vngaricis reparat armis, Italici uero omnia occupata uidentes, fuga præsidium quærunt. Regina mox Sigismundo fata regis nunciat atque regnum recuperatum. Cum'que iam omnia extra periculum uiderentur, & regina cum suis regni principibus sine timore de arce in arcem, de urbe in urbem erraret, rerum disponendarum gratia, ecce summus Caroli amicus Iohannes de Hornach Croatiæ præfectus adest cum equitum manu ualida, irruit in reginam & comitatum eius, capit Blasium Forbach, atque illico decollat. Garensis autem equo desiliens, reginarum currui iunctus, & gladio se defendens, capite truncatur. Deinde deletis omnibus comitibus, reginas simul & earum puellas curribus extrahunt, & multis contumelijs afficiunt. Inter hæc regina Elisabeth genibus prouoluta, supplices manus eluat, rogans ne in natã sæuiat, ipsa inquit, sceleris sum causa, sed non deliqui absque causa. Quid plura? Regina Elisabeth mox seruatis faucibus, in aquis mersa suffocatur, regina iunior captiua uersus Croatiam ducitur, atque custoditur. Interim Sigismundus contractis maximis copijs, in Vngariam properat. De cuius aduentu Iohannes Hornach certior factus, reginam adijt, & dixit illi: si uelit sibi placare maritũ suum Sigismundũ, & non ulcisci matris suæ mortem, id'que se facturam iuramento confirmet, se eam liberã dimissurum. Promittit regina omnia, & iuramẽto superstitioſe præscripto, confirmat se facturã, quicquid petebat Hornach. Dimissa igitur regina

Nicolaus de Gara turbat Vngariam.

Carolus Neapolitanus uocatur in Vngariam.

Carolus coronatur.

Mulierũ ingenium dolosũ.

Rex interreginæ occidi-tur.

Regina Elisabeth submergitur.

uenit

uenit Budam eo tẽpore quo & Sigiſmũdus cum magno exercitu illuc uenerat, magno gaudio mutuo ſeſe excipientes. Paulo poſt Sigiſmundus properat, & toto regno perſequitur Hornachum, & tandem in fuga comprehẽſum, equi pedibus func nexum & circumlatum, deinde ignis forcipibus fatigatũ, tandem quadripartitum ad quatuor portas ciuitatis Pelenger ſuſpẽdit. Epiſcopo Zagabrienſi propter unctionẽ & epiſcopalẽ dignitatẽ pepercit, ab epiſcopatu tamen depoſuit. Sigiſmundus itaque recepta regina, congregauit cõcilium Budæ, in quo regina perfidiam procerũ regni accuſat, qui ſe regno ſpoliare conati fuerãt. Tunc Sigiſmundus cognita cauſa, ſecuri percuſsit. Aliĳ ſcribunt, q̃ nobiles illos rex grata ſibi fidelitate conciliare aut morte afficere ſatagebat. Illi uero pertinaces mori potius q̃ ſub ingrato principe uiuere præoptarunt. Fuerunt aũt dum uagarentur incertis ſedibus induſtria Georgij Vuaiuodæ intercepti & Budã ducti. Et interim quo ducebantur contulerunt inter ſe, ſi uenirent in conſpectum regis, nulla illum ſalutatione uenerari, quod et factũ eſt. Nam dum rex in medio principũ ſederet, nullus ex adductis os ad ſalutandũ illum aperuit, nec capitis aut genuum curuatione aliquem illi honorem exhibuit. Quapropter furore rex petitus, omnes illos decapitari fecit. Et dum ſpatharius quidam diſſolutus in lachrymas uiſa morte principis ſui fleret, rex illi dixiſſe fertur: Sicca lachrymas, ego dominus tuus plura poſſum tibi donare q̃ q decollatus eſt. Ad quæ puer, ego inquit tibi porco Bohemiali nunquã ſeruiturus ſum: qui tãdem iuſſu regis pariter capite truncatus eſt. Horum procerũ mors, multorum laborum & diſcriminum cauſa fuit. Ipſe enim Sigiſmũdus à ſuis poſtea captus, et carceri mancipatus, uix mortẽ euaſit. Sicut & poſt aliquot annos, quum Maria eius uxor mortua eſſet, abiecerunt Sigiſmundũ regni proceres, quorũ antè uel parentes uel propinquos occidi mandauerat. Et conſpiratione facta anno 1401 regẽ capiunt ac duobus adoleſcentibus cognomento Garijs, quorum pater ab eo neci traditus fuit, cuſtodiendum permittũt, donec omniũ conſpiratorũ iudicio in eum animaduerteretur. Quos adoleſcẽtes Sigiſmundus ſæpe ut ſe dimitterent, multis pollicitis fruſtra tentauit. Quodã uero die uocata uidua matre eorum, ſcio inquit Sigiſmundus, uiri tui mortem tibi acerbiſsimam fuiſſe, tecq̃ mihi tanquã autori eius infenſam, uerum ego per ſuperos iuro, inuitus feci, regina enim eum atque alios accuſauit. Conuenerunt regni proceres, atque in reos ſententiã mortis tulere, ignarus ego factionum ueſtrarum, nouus ad regnũ ueneram, quod regulorum maior pars decreuit, id executus ſum. Si miſſum me feceris, ex filiabus comitis Ciliæ, neceſſarij tui uxorẽ ducam, filios tuos in primis charos habebo, efficiamq̃ ut omnis poſteritas tua hoc factum ſibi fructuoſum ſentiat. Hos idem egi cum filĳs tuis, ſed nõ capit ætas quantum neceſſe eſt. Perſuaſa mulier, regem dimiſit, qui mox Barbaram Ciliæ comitis filiam in matrimonium ſuſcepit, promiſſõque ſatisfaciens Garios iuuenes ſuper omnes regulos exaltauit. Interim Ladislaus Apuliæ rex à proceribus Vngariæ uocatus ad regnum, in Sclauonia coronatus eſt in regem. Sigiſmundus autem interea liberatus, amicos ſibi fecit nouos, qui etiam alios, qui uocauerant Ladislaum, ad idem induxerunt, ut mutato propoſito Sigiſmundo adhærerent. Ladislaus uero uidens ſe deceptum, uendidit ſua quæ habuit in Sclauonia, & reuerſus eſt Neapolim.





Nobiliũ contra Sigiſmundum pertinacia.

Sigiſmundus rex incarceratur.

Sigiſmundus per mulierem relaxatur.

De Vngaria. Sigiſmundus infeliciter pugnat contra Turcas.

ANno Chriſti 1395. cum Turca Pazaita omnem Thraciam cum Macedonia, Theſſalia'que ſubegiſſet, tunc Bulgaros quoque adijt, qui ſub Sigiſmũdi regis Vngariæ ditione erant. Vnde Sigiſmundus miſit ſuos nuncios ad Pazaiten, monens ut ab inuadẽdo regno ſuo deſiſteret. Differt Turca reſponſum donec tota Bulgaria eſt potitus. Tandem caduceatorib. regis arma oſtendens reſpondit, ſe ius auxilio armorũ ſufficiens habere. Hæc regi ueſtro inquit renunciate. Irritatus his reſponſis rex, anno 1396. belli maximũ apparatum cõflauit, miſsis etiam oratorib. ad Carolũ regem Franciæ ſuppetias orauit. Rex Franciæ Sigiſmundo gerit morem, mittit'q; uiros belli nõ expertes. Sigiſmundus uero cuí Francorũ mores cogniti erant, timens ne per arrogantiã temere quicq; cõmitterent, Turcarũ in bello gerendo cõditiones modum'q; Gualtero duci explanat. Nihil, ait, feſtinandũ eſt. Vngari qui proxime Turcas incolunt, nouerunt conſuetudinẽ eorum: hos primo hoſti obijcere oportet. Frãci uero conſiliũ regis parui habentes, primas ſibi pugnando partes arrogãt, & lubrici uino ludo'q; indulgentes, bonis horrori erant. Cum aũt Turciam noſtri permulta milliaria uaſtarent, tãdem obſederunt Nicopolim ciuitatem. Cum'que ampliſsimũ ductaret exercitum Sigiſmundus, ſerunt eum dixiſſe: Non ſolũ Turca nobis nequaq; eſt formidandus, ſed ne cœli quidẽ, ſi fortè ruerent, quorũ ruinam ſtantibus haſtis ſubire poſſemus. Interim Turca contractis copijs tres fecit cuneos, cum uno ſolo ſe oſtendens. At Sigiſmundus rex cõuocatis primorib. rogabat, ut Vngaris primũ concederent pugnandi locum, q; ipſi mores Turcarum noſſent, & audaciores eſſent, dum Francos poſt ſe pugnaturos cõfiderent, neque terga daturos. Franci uero magis inſtabãt, q; à remotis ueniſſent. Inter hanc diſceptationẽ uidentes Franci Turcarum cuneum primum, mox ſine ordine in illum prorumpunt, uiriliter'que cogunt hoſtem retrocedere. Tũc ſuccedente ſecundo cuneo, deſiliunt Franci ab equis, ut mos eorũ eſt, pedites'que certaturi irruunt in turmas. Et dũ diro bello utrinque pugnaretur, & uniuerſæ regales copiæ nõdum ex ordine inſtruxiſſent acies, uidentes Vngari ſellatos Francorũ equos, curſu trãſuerſo regia caſtra repetere, putabant illos hoſtili manu extinctos, unde exterriti fugam ineunt, et fit ſtrages maxima, inter'que Francos Angli, Poloni, Sueui, Bauari mixti, multi ceciderunt. Defatigatus cæde hoſtis, ad captu ram & quæſtum ſe cõuertit, maximus'que captiuorũ fit numerus. Quin etiam Sigiſmũdus, qui cœli ruinam paulo antè contempſerat, in manum hoſtium peruenisſet, niſi parua cymba Danubium traieciſſet. Reformidato aũt Vngarorum impetu ob rem male geſtam, rex Conſtantinopolim effugit, hinc nauigauit Rhodum, & Aegæum Ioniũ'que pelagus emenſus in Dalmatiã, luſtratata'que Dalmatiæ ora, in Croatiam uenit. Interim Vngari priſtinã factionem refouentes, defuncta'que Maria, regnũ Ladislao filio Caroli offerũt, ut iam ſuprà ſcripſimus. Quæ cum Sigiſmundum in Dalmatia non laterent, diſſimulabat omnia, quouſque tandẽ quorundam procerum ope in regnum fuit reſtitutus. Sed nondũ ceſſauerunt coniuratores à cõtemptu eius, præſertim q; in prima coniuratione interfeciſſet 32. nobiles equites, & paulo antè rem peſsime geſſiſſet apud Nicopolim, iam'que inijſſet intemperantiã, præſertim fœminarum, quibus præ licentia cœlibatus ſe fecerat obnoxiũ. Poſtremo anno 1401. multi proceres regem adeuntes, patrata ab eo facinora obijciunt, expoſtulant'que ob rempub. male geſtam, & illatis cõuitijs, manus regi inijciunt atque capiunt, Ladislaũ regem declarãt &c. Hiſtoria hæc ſuprà eſt explicata. Vt aũt reuertamur ad cædem quam Turca iuxta Nicopolim Chriſtianis intulit, ſciendũ, captiuos Chriſtianos à Turca fuiſſe occiſos, paucis'que parcitũ, nempe Iohanni Niuernenſi cum aliis 22. proceribus. Redemptio eorũ fuit 200. millium aureorum nummũ. Periit etiam tunc illuſtris comes Henricus de monte Pelligardo, attauus Vdalrici moderni ducis Vuirtenbergẽſis. Referuntur occiſa de Chriſtianorum exercitu 20. millia, & de Turcis 60. millia.

Bulgaria detrahitur Vngariæ.

Galli infeliciter pugnant.

Fuga in Chriſtiano exercitu.

Sigiſmundus fuga elabitur

Numerus occiſorum apud Nicopolim.

De morte Sigiſmundi.

CVm Sigiſmundus ſenio grauaretur, Barbara imperatrix de retinendo imperio ſollicita, uocatis quibuſdã Bohemiæ baronibus, aſſerit imperatorẽ breui moriturũ, et futuras in regno turbationes, niſi rei ſuæ cõſulant. Quietis unã uiam, ſi ſe uiduam rex Poloniæ ducat uxorẽ. Placet Bohemis imperatricis conſiliũ, mulier iam anus nouũ coniugium complexa, filiam quæ in ſpem regni creuerat, & Alberto duci Auſtriæ nupſerat, ex animo di-

mo dimouet. Nõ latuit imperatorẽ furẽtis fœminæ conatus. Vnde poſtq̃ ex medicis adeſſe uitæ finẽ cognouit, egreſſus Pragẽſi ciuitate, in Moraui㦠ſe uehi iuſſit, uiſurus filiã priusq̃ uita excederet. Imperatrix uero uirũ ſecuta cuſtodiæ traditur. Impator aũt uocatis in cubiculũ Vngariæ atque Bohemiæ primorib. cõmendat illis generũ ſuũ Albertũ Auſtriæ ducẽ, & paulo poſt exceſſit humanis anno ſalutis 1437 ætatis uero ſuæ ſeptuageſimo, regnorũ aũt ac in primis Vngariæ 51 Romanorũ 27 Bohemiæ 17. & impij Romani 5. Vehũtur aũt unà imperatrix captiua & impatoris cadauer, portatur'que corpus Sigiſmundi in Vngariam & ſepelitur in eccleſia Varadienſi. Poſtea libertati reddita eſt Barbara imperatrix, mulier inexhauſtæ libidinis, quippe quæ ſepius uiros petijt q̃ peteretur, neque Chriſtianæ necp alteri cuipiam religioni aſtricta, quæ & tandẽ apd' Græciũ mortua eſt & Pragæ ſepulta. *Imperatrix cuſtodiæ traditur.*

24 Albertus dux Auſtriæ gener Sigiſmundi imperatoris, uno eodem'que tẽpore rex & imperatos Romanorũ creatus eſt & auguſtali dignitate ſinè cõtroverſia functus, uno anno par ſocero factus, parẽ quoque gloriã aſſequi ſtuduit. Fecit primo magnã ſtragẽ in Polonis, qui ſibi regnũ Bohemiæ præripere cõtendebant. Paulo poſt rex cũ regina properat Strigoniũ, arcẽ'que uxori dedit: & cũ illa theſaurũ totũ recognoſceret, coronã inter recognoſcendũ clã ſubreptã amiculæ tradidit, poſtq̃ cætera rite recenſuit obſignauit'que, Albertũ ſequuta, Budã redijt. Deinde nõ lõgo interiecto interuallo, quũ Turca irrueret in Vngariam & rex cũ exercitu illi obuiam pergeret, oborta in exercitu ſeditione, qui præ nimio æſtu uentris profluuio miſere abſumebantur, caſtra ſoluere coactus Budã reuertitur, & ob ingentem æſtum quẽ in ea expeditione ſubiuerat, in profluuiũ alui, pernicioſam'que dyſenteriã concidit. Morbi cauſam peponũ arguunt fuiſſe edacitatẽ: nã dum præcordia cũ gulæ oblectamẽto refrigerare cõtendit, ſuæ uitæ tetendit inſidias. Quamobrẽ quũ aluus ſiſti nõ poſſet, præuiſa morte ut in patria regione moreretur, Viennã uerſus iter cœpit, & ueniẽs Stugoniũ, ibi præ languore aliquã tiſper immoratus eſt. Hinc aũt diſcedẽs in graueſcente morbo condito teſtamẽto uita diſceſſit anno ſalutis 1439. Corpus eius ad Albã regalẽ relatũ eſt. Ibi tres nationes conſimili dolore ac plãctu regẽ deplorarũt, Norici, Bohemi ac Vngari, certatim omnes regis optimi laudes profuſo luctu referentes. Mortuo aũt eo regina pregnãti utero ab illo relicta, deſe de'que regno cogitans mœſtos ducebat dies, uocatis'que Vngariæ procerib. eos paucis alloquitur: Viri de rebus regni nõ minus uobis q̃ mihi incũbit. Ipſa ſum ut noſtris hæres regni, ſed meas ad dirigẽdas regni habenas manus ſufficere nõ arbitror: ſi prolẽ naſcendã expectatis, fœmellã me parere reor: quærite igitur uobis principẽ, qui ad portandas regni curas me magis idoneus ſit, me tamen regno meo expertẽ nõ faciatis. His dictis ſimul obortis lachrymis reſedit. Ad hæc uerba regni proceres cõſilio ducti de nouo rege tractauere. Erat tunc Polonorũ regis Caſimiri germanus, Lituaniæ dux Vladislaus: placuit ille pro morũ ſuorũ feſtiuitate regnicolis: quapropter uiri in regno excellentes legati mittuntur. Hi nondũ iter perfecerant cũ renunciatũ illis eſt, reginã filiũ peperiſſe, & ne exæquerentur cõmiſſa admonẽtur. Illi aũt quia Cracouiã uenerant et regi Caſimiro ac duci Vladislao cõmiſſa ad plenũ perfecerãt, mutare nihil poterãt. Poſt aduocationẽ princeps iuuenis ambitione regni captus eſt, nec differt, cõmeatu'que præparato competenti milite ſtipatus uenit in Vngariam & à multis regni proceribus in Buda ad regiam uſq̃ut Vngariæ rex introductus eſt. Regina interea & nonnulli principes ſe cohortantes Albam regalẽ petunt, ibi'que in feſto pentecoſtes Ladislaũ hæredẽ regni, qui nondũ mẽſes quatuor cõpleuerat per manũ archiepiſcopi Strigonienſos inũgi, & ſacro diademate coronari ſolẽniter procurant. Quo facto regina Vngarorũ inconſtantiã uerita, qui ad Poloniæ regẽ defecerant, ad imperatorẽ Fridericũ cum filio & corona diuertit. Alij ſcribunt, qp Vngari priuſquam regina enixa eſſet, uehementer inſtabãt, ut Vladislaum regem Poloniæ adoleſcẽtem maritũ & regẽ Vngariæ ſimul acciperet, minis'que ac terrore inuitã cõpulerant, ſi ſe ſuos'que ſaluos uelit, ut literis ac ſigillis illud ipſum promitteret. Quas tamen poſt partũ miſsis oratorib. ad Cracouiã reuocauit, adepta libertate metu'que ſoluta. *Albertus ſucceſſor Sigiſmundi.* *Albertus rex moritur.* *Reginæ prudentia.*



Surripuerat antea coronã diui Stephani, qua Vngariæ reges coronantur, dum theſaurum regni diuitem'que regum ſuppellectilẽ in arce Viſſegradenſi haud lõge à Strigonio recognoſcit, Strigonienſium epiſcopo mortuo, q̃ cuſtos theſauri erat. Hanc clam ſecum detulit. Cumque inſidias multiformes ſibi paratas aufugiſſet & filium coronaſſet, Poſoniam cũ ſalute uenit. Quod obſidione cingũt Vngari q̃ infantulo regi aduerſabãtur, Sed obſidionẽ ſoluere coacti ſunt hyemis aſperitate. *Ladislaus puer coronatur.*

Vladislaus dux Poloniæ coronatur in regem.

CONuocatis aũt regnicolis ad Budam, uenerunt quoq; illuc fautores Ladislai ac reginæ. Quidam autem castrũ regale ingredientes clausi sunt, quoad nouo regi fidelitatẽ promiserunt. Sed & Bauus qui arcem Vissegrandensem pro rege infante susceperat, non est dimissus, donec arcem Vladislao dimisit. Et quum coronã in arce non inuenirent, non parua facta est turbatio. Contendentes tamen Albam, Vladislaum coronant reliquijs sancti Stephani, coronæ loco. Scinditur plebs in partes: hi Vladislaũ sequuntur, illi reginã cum filio præferre conantur: prævaluerunt tamen qui zelabant pro Vladislao. Interim Amurates Turcarum princeps audiens discordias regni, inuasit illud. Cui occurrens Iohannes Huniades strauit illum, multos'que ex eius exercitu interfecit, semel in Seruia & deinde prope Transsyluaniam: sed dum tertio apud Varnam Christianorum & Turcarum acies rursum congrederentur, Vladislaus dum fortiter pugnat, equo deiectus obtruncatus est.

Scissio populi.

Iohannis Huniadis egregia facta.



Voiuoda.

FVit autem Iohannes Huniades Buthi Valachi filius, in paterno pago matre Græca natus, quem nostra tempestate Coruinum uocant & Hollos. Hic industria & uirtute supra omniũ opinionem eminuit, genus'q; suum illustrauit, parentibus nequaq; obscuris editus. Nomen Huniadis habuit ab agro Huniadico, quem à Sigismundo dono acceperat: quin & in edito monte castellũ erexit, arte ac natura usqueadeo munitũ, ut nullum hostilem impetum reformidaret. Hic Transsyluaniæ prouinciã cum imperio obrem optime gestam impetrauit, atque Voiuoda cognominatus est: Ipse cõducto exercitu lacessit omnes nobiles igni ferro'q;, quos pupilli Ladislai partibus nouerat infestos. Postea Vladislao Polono confœderatus, multis stragibus Turcas affecit. Nam uicies cum Turca prospere cõflixit, bis tantũ præ militis inopia cedere coactus est. Ladislao uero rege adulto, cũ idem gubernationis officiũ quod magna cũ laude gesserat, resignaret, Ladislaus eum procerũ cõsensu comitem Bistriciensem declarauit. Instante uero adhuc regis pueritia, Triũuiri creantur, qui omnia gubernent, Coruinus Vngariã, Pogebratius Bohemiã, & Vlricus Ciliæ comes Austriam sortitur. Summa tamẽ rerum apud Vlricũ moderatorẽ regis remansit. Sed rex puer persuasus à quibusdam, accito comite Ciliæ Vlrico, curiam interdicit ei, potestatem abrogat, consiliarij regij nomen antiquat. At ille inuidorũ maledicentia se regia curia explodi clamitans, in patriam abire coactus est. Genuit autem Iohannes Huniades duos filios, Ladislaum & Matthiam, qui & post Ladislaum factus fuit rex, sicut infrà ostendam.

Ladislaus adultus à cunctis Vngaris suscipitur rex.

OCciso Vladislao in bello, Ladislaus in cõuẽtu ciuitatũ & pcerũ Vngariæ rex appellatur, missa'q; legatio ad Fridericũ imperatorẽ ex regni primorib. decretũ electiõis expo suit, & Ladislaũ in Vngariam mitti coronandũ postulauit. Responsum est, recte Vngaros egisse, qui regẽ tandẽ suũ recognouerunt, electione inde haud quaq; opus fuisse ei, quem ius gentiũ dedisset regem, neq; coronandũ esse, qui semel coronatus sit. Puerum adhuc egere tutore, expectarent ætatẽ regno idoneam. Tunc inter Vngaros & imperatorẽ ob negatũ regem inimicitiæ fuere, et armis quoq; tentata est res. Iohãnes Huniades ab Vngaris gubernator electus, infestis copijs Austriã ingressus, quãuis ferro & igne agros uastauerat, regẽ tamen coronã'q; à regina asportatã obtinere nõ potuit. Postea cũ Cæsar peteret Italiã, rogauerũ eum Austrij, ut Ladislaũ in paterna hæreditate apud se dimitteret. Reiecta petitione, autoribus Vlrico Ciliæ comite & Eitzingero, sumptis armis redeuntẽ ex Italia obsederunt apud Nouã ciuitatem. Post multos tractatus imperator interuentu Caroli marchionis Badensis & archiepi-

Io. Huniades gubernator regni.

ſcopi Saltzburgenſis, Ladislaũ è manu ſua dedit Auſtrijs multa promittẽtibus, quæ mox negauere. Factus eſt Viẽnæ cõuentus Bohemorum & Vngarorũ, & puer Ladislaus in urbẽ ductus, ſummiſq; honoribus exceptus, è ueſtigio magiſtratus in ciuitate creauit, præfecturas in tota prouincia inſtituit, ſacerdotia donauit, regio more curiã erexit. Venerant illuc gubernator regni Vngariæ Ioh. Huniades, multiq; proceres, quibus rex inter primores locum eminentiorẽ dedit, ubi gubernator onus ſui officij quod iam octo annos geſſerat, ſpõte exuit, regnũ Vngariæ regi Ladislao reſtituit, quẽ rex uiciſsim comitem Biſtricenſem creauit. Quãuis autem Ladislaus rex appellaretur, alieno tamẽ arbitrio ductus, regna ſua trib. uiris cõmendauit, Iohãni Huniadi, Pogebratio & comiti Ciliæ, ut iam diximus. Congregatoq; cõuentu Eitzingerus qui comitis opera exciderat, regis gratia, ſic loquitur: Quid agimus uiri? ſemper ne mãcipia Ciliæ comiti erimus? Imperatoris iugũ excuſsimus ut comiti ſeruiremus? En hic pro arbitrio omnia incuria agit. Maior ei q̃ regi familia ſeruit. Adeunt tandẽ regem, & libere illi loquuntur, ſe ægre ferre malã administrationem, comitẽ ditare ſuos, regẽ ad inopiam redigi, Ladislaum regẽ uocari, comitẽ regnare, nec dubium quin mens eius auſit ad regnũ quoque aſpirare, amouendũ eum priuſq; meditata perficiat. Rex itaque perſuaſus bonorũ uirorum cõſilio, amouet comitem ab aula, iubetq; redire ad ſua. Comes fractus animo, queritur ſe indigne pulſum regi propinquũ, et qui regi regnum reſtituiſſet. Paulo poſt comes per amicos rurſum recõciliatur regi, uenitq; Viennam cũ magno & ſplendido equitum apparatu. Venienti rex obuiã extra urbem factus eſt, mira'que rerũ facta eſt muratio. Eitzingerus uero intrãte comite urbẽ, cum amicis egreditur, ſponteneũ eligens exilium, tam lubricus eſt apud reges primus locus. Eitzingerus itaque rurſum recõciliatur imperatori quẽ antea grauiter offenderat, ne diu poſtea adeo ſuperbierunt, qui Ladislai regis partes ſequebãtur, ut Nouæ ciuitatis ſuburbia, in qua Cæſare abſente iacebat puerpera imperatrix, intrare præſumpſerunt armati, et ciuitatẽ expugnare cõtenderint. Quod ubi nõ ſucceſsit, exuſtis quæ obtinuerant locis, abierunt. Fuit ſæpe inter eos, imperatorẽ & regem, incaſſum tractata concordia: neque enim comes Ciliæ dum uixit, ex re ſua exiſtimauit unanimes eſſe Auſtriæ principes. Interim quib. arſerãt odijs Io. Huniades et Ciliæ comes tacitis, palã factum eſt, regi'que ſuſpecta utriuſque principis potẽtia, quod ageret cõcordiæ cauſa liberum nõ fuit, adeo ſe illi publicis comitijs ſenatui que paſsim criminabãtur. Comes falſo cœpit Coruinũ traducere, aſſerẽs nõ Ladiſlaum ſed Coruinũ eſſe regem, & illius arbitrio cuncta geri. Audit rex puer pernicioſis comitis cõſilijs, & inſidias tendit in Coruinũ. Mittitur itaque comes ad Coruinũ in Vngariã ut obtruncaret eum: at is ꝓditionis admonitus, inſidias liuidi comitis euaſit. Mortuo deinde Io. Coruino, Vlricus comes odiũ ſuum in filios quoque eius profundit, indigne ſcilicet ferens, Coruinũ ignobiliori genere natum, totius regni gubernatiõe fungi, pro rege haberi: quo quidẽ munere, ſe Ladislai regis auunculũ multo digniorẽ eſſe cenſebat, neque æquo animo pati poterat ſuperſtites filios magnæ autoritatis adhuc eſſe, ab Vngaris diligi & obſeruari, retinere oppida multa aliaq; prædia. Nec latebat iuuenes infeſtus Vlrici animus. Venit rex cum procerib. ſuis ad Albam, quã præſidio firmatã tenebat Ladislaus Coruinus. Dumq; rex morã ibi trahit, comes Ciliæ nõ deſinit irritare regẽ in Ladislaum Coruinũ. Ladislaus itaq; toties à comite laceſsitus & iniurijs affectus, uocat eum in cõclaue, uenientemq; proditorẽ cõpellat, qui patri ſæpe necẽ paraſſet, infenſumq; ſibi regẽ reddiderat, nunc diẽ uenisſe, quo ſcelerum pœnas luat. Dum aũt comes arrepto ex manu armigeri gladio Ladislai caput peteret, nõnulli interiecerunt manus, & amputauerunt digitos. Exorto clamore irruperunt Vngari, defendentẽq; ſe magno animo comitẽ, multis confoſſum uulnerib. obtruncarunt. Deinde accedentes regẽ, monent ut nihil tirneat, cũcta eius imperio patere, nunc regnũ eius incipere, prius apud comitẽ fuiſſe. Rex quanq̃ uehementer cõmotus eſſet, cõpreſsit tamen dolorẽ, relictaq; Alba, Budã adijt, & Ladislaum Huniadẽ comitãtem, diſsimulata ira humaniter tractauit. Lapſus enim Ladislaus ad regis pedes, ut patratæ cædis uenia donaretur, leuatur à rege, ac omnis iniuria remittitur. At amici comitis regias aures pulſabãt, illuſtrẽ principem auunculũ regis ſine cauſa necatũ, maieſtatẽ regiã læſam, inultũ tam atrox ſcelus nõ ſineret. Rex deſignata hora qua filij Huniadis in regiã cõceſſere, portas iubet claudi, adoleſcentesq; captos in carceres rapi, Paulo'q; poſt Ladislaus Huniades 24. aut 26. annos natus, in publicũ ꝓducitur, & manib. poſt tergũ reuinctis educitur, & à lictore metu correpto tres ictus accipiẽs, ſed letali uulnere minime læſus, lapſus tñ ad tertiũ ictũ, mox magna ui erectus, deorũ hominũq; iuſtitiã appellat, ſe non ultra à lictore petendũ exclamat, quartũ lictori ictũ ex lege interdictũ eſſe. Ad hæc nõnulli ꝓceres, qui Ladislai necẽ anhelabant, lictorẽ increpitãt, enſe ceruicẽ repetere iubent, quare uix quinto ictu obtruncatur infelix. Cæterum rex de Buda in Auſtriã mi-

Huniades comes Biſtricenſis.

Comes Ciliæ fortuna iactatur.

Inſidiæ tendũtur Huniadi.

Comes Ciliæ obtruncatur.



graturus, duxit ſecum Matthiam Coruinum Ladislai fratrem captiuũ, atque inde in Bohemiam, ubi poſt regis mortem rurſum liberatur, ut ſuprà in Bohemia ad longum ſcripſimus.

Ladislaus rex ducit uxorem & moritur.

ANno domini 1458. initũ eſt matrimoniũ inter Ladislaũ regem & Magdalenam Caroli regis Franciæ filiam, & locus nuptiarum delectus Praga Bohemiæ. Cumq; inſtituerentur regiæ nuptiæ maximo ſumptu & ſplendido apparatu, inuitatiq; eſſent reges & principes, hæc omnia mors immatura ac repẽtina regis interrupit. Ladislaus enim rex in Nouẽbri ægrotare cœpit. Sunt qui ulcere peſtifero percuſſum inguine dicunt: plerique nullũ peſtilentiæ ſignum apparuiſſe aſſerunt: & quũ annorum eſſet 19. in ipſo ætatis flore intra 36. horas poſtq; ægrotare cœperat, extinctus eſt. Mortem eius alij morbo, alij ueneno imputauerunt, ſed nemo auſus fuit id publice dicere, propter Bohemorũ ferociam. Sunt qui regẽ apud Pragam nuptiarũ celebrationem ideo decreuiſſe aſſerunt, ut concurrentibus eò principibus eccleſiaſticis, potenti manu Huſsitas cõprehenderet, & finem ſectæ eorũ daret. Nam fuerat Huſsitis infenſiſsimus. Georgius Pogebratius poſt mortem regis imperiũ in Bohemia retinuit. Conueniunt quoque Vngariæ proceres apud Budam, & poſt magnam diſquiſitionẽ tandem Matthiam abſentẽ & adhuc captiuum, 18. natũ annos, eligunt regem. Ductus aũt fuit captiuus ex Vienna, uenitq; Pragã ea die qua rex Ladislaus mortuus eſt, exiſtens in poteſtate Georgij. Sed quũ Georgius audiret Matthiam apud Vngaros electũ in regem, magnis ſponſionib. dimiſit ex carcere ad regnũ. Nã noluit eum dimittere, niſi filiam ſuam duceret uxorẽ. Elegerant tamẽ Vngari primũ Fridericũ imperatorẽ, ſed eo cunctãte, ad iſtam uenerunt electionẽ. Matthias itaq; Vuaiuoda poſt mortẽ Ladislai regis occupauit regnũ Vngariæ, qd ſibi cõpetere Cæſar Fridericus affirmabat, quare fit inter eos longa concertatio. Nam et coronam regni habebat Fridericus, quã Matthiæ reſtituere recuſabat. Tandẽ per concordiã lis ſopita eſt. Quo facto, ſacro regni diademate à manib. Friderici imperatoris accepto, rex Matthias ſexto ſui regni, anno ſcilicet Chriſti 1464. coronatus eſt.

Georgius Pogebratius rex Bohemiæ.

Matthias Coruinus fit rex Vngariæ.

Matthias rex Vngariæ, extra lineam genealogiæ.



LIberatus Matthias filius Iohannis Huniadis ex carcere Bohemico, cum magna lætitia introductus eſt in Vngariã. Et quũ regni habenas accepiſſet, ad recuperandũ ſacram coronã animum adiecit. Sed quũ imperator illam reddere recuſaret, uẽtum eſt ad bellum. Nã imperator cũ magno exercitu irruit in Vngariã, cui occurrentes Matthiæ copiæ, pugnam conſerunt, cæſareanique uictoria potiuntur. Vſus deinde Matthias aſtutia, eneruauit hoc modo imperatoris uires, ut Sigiſmundũ præfectura ſuperioris Pãnoniæ ſibi conciliaret, Iohanni uero fratri prouinciã Tranſſyluaniæ cum imperio promitteret. Inſtaurat imperator rurſum exercitũ ſuum, ſed obuiãtes Vngari, exercitũ eius uincunt. Rex Matthias miſsis legatis, pacẽ orat, atq; coronã repetit. Fridericus uero requirit magnam pecuniã ob factos ſumptus, & perpeſſa dãna. Numerãtur itaq; 60. millia aureorũ, & reportatur corona in Vngariã, quæ per annos 24. apud Fridericũ fuit. Geſsit deinde iterũ bellũ contra Fridericum, multaq; oppida iuris eius in ſuam redegit poteſtatẽ, in quibus et Vienna Auſtriæ urbs fuit. Habuit uxorem ſecundam Beatricem Aragonẽ, filiam Ferdinandi regis Siciliæ. Mortuo autem Georgio Pogebratio rege Bohemiæ, imperator Fridericus in eius locũ deſignauit Vladislaũ Caſimiri regis Poloniæ filiũ, cuius mater fuit filia regis Alberti, et ſoror regis Ladislai.

Quod ægreſerens rex Matthias, conabatur Vladiſlaũ excludere Bohemia, atque ob id bellum indixit imperatori. Sed priuſquã illud exequeretur, obijt nulla ſuperſtite prole anno 37. poſtq̃ regnare cœpit. Sedebat in die Palmarũ iuxta menſam exhilaratus à magnifica legatione, quã ad illum rex Franciæ fecerat, iubens'q; ſibi afferri ficus, & audiens à miniſtris omnes iam deuoratas, adeo ira efferbuit, ut continuo apoplexia tangeretur, & iaceret quaſi inſenſibilis, nullũ amplius loqueretur uerbum, ſed rugiret tantum ut beſtia, & moreretur altera die.

Matthias Huniades moritur.

Vladislaus rex Vngariæ.

MOrtuo Matthia Vladiſlaus Caſimiri regis Poloniæ filius, quẽ Bohemi ſibi regẽ creauerant, ab Vngaris quoq; eligitur in regẽ. Et licet Maximilianus gratiã captaret reginæ Beatricis, quã Matthias uiduã reliquerat, cuius autoritas magna erat apud Vngariæ principes, tamen quia cunctabatur eam ducere uxorẽ, præuenit illum Vladiſlaus, adiunctaq; ſibi matrimonio Beatrice, ſuperior fuit. Ipſe'q; paulo poſt omnib. pactis, Vngariæ rex appellatus, inſigne capitis accepit, cum Maximiliano pactus, ut ſi decederet abſq; legitima prole, Vngariæ Bohemiæq; regna ad eũ eiusq; ſucceſſores peruenirẽt. Sed haud ita multo pòſt diuortiũ cum Beatrice fecit. Nam regno priuatã compulit aſſentiri futuris cũ altera, quam ipſe duxit, nuptijs, grãdi'que pecunia ab Alexandro papa id impetrauit. Duxit autem uxorem nouam, comitiſſam ex Gallia, quæ ei genuit Ludouicum & Annam.

Repudiata una uxore alia ducitur.

Ludouicus rex Vngariæ.

SVceſsit Ludouicus patri in regno Vngariæ, & ſub eo exorta fuit anno Chriſti 1514. magna ſeditio in regno. Nã preſsi regnicolæ dura & longa ſeruitute, cogitare cœperũt quo modo tandẽ a ſe iugum excuterent intolerabile. Acceſsit præterea nouũ exactionis genus, & magnũ irritamentum uulgariũ. Siquidem cardinalis Strigoniẽſis legatus apoſtolicus cruciatũ detulit in Vngariam cũ pleniſsimis indulgentijs, unde ſibi contra Turcas ſubſidiũ ſperabatur, ſed magis crudele uenenũ inde eſt exortũ. Nam longè lateq; deſæuit in Vngaria peſtis horrenda, uidelicet q; rapiebãtur liberi ex matrũ ſinubus, truncabãtur ut feræ & abijciebantur. Stuprabãtur paſsim uirgines & matronæ in parentũ ac maritorũ cõſpectu. Sacra prophanabantur, ſpoliabãtur templa, ciuitates, oppida, arces & uillæ deuaſtabãtur, & incendio corruebant. Deniq; nihil tam ſanctũ quod ab his cruciatis non defœdaretur. Horũ dux fuit Georgius Ceculus, qui aſciuit ſibi comitẽ Laurentium presbyterũ, omnis crudelitatis autorẽ. Georgius iſte ſæpe profligauerat Turcas, atque ob id à uulgaribus in magno habebatur honore. Sed quũ à regni procerib. non iuſto remuneraretur ſtipendio, meditabatur quomodo ſuã ulciſcerẽtur iniuriã. Interim aũt quo magnæ militum copiæ fuerunt à Cardinali Strigonienſi collectæ, &

Seditio horrẽda in Vngaria.

Milites nõ remunerati, ſæuiunt.



ubique indulgẽtiæ prædicatæ, hoc prætextu q; Cõſtantinopolis expugnaretur, ſubito inter Turcã & proceres regni fuerũt inducíæ factæ, nõ ſine ſuſpitiõe magnæ ſuſceptæ pecuniæ. Quod adeo gregariũ militem ad inſaniã commouit, qui ſua uendiderãt, ſpe potiundarum diuitiarũ, ut illico per Vngariã graſſari & furere cœperint, nullũ ordinem intactũ reliquerint. Quoſcũque nobiles apprehẽderãt, palis affixerũt, mulieres ac liberos eiecerunt, prius tamen ſtupratis bona ſurripuerũt. Erat animus illorũ uniuerſam delere nobilitatẽ. Euerſis autẽ multis caſtris, profecti ſunt Budã: atque interim quo Peſti habito cõcilio deliberarẽt, quomodo reb. ſuis cõſulerent, obruit eos Bornamiſſa dux regij exercitus, atque in fugã uertit: ſic'que tãdẽ hæc rabies extincta fuit ductu Iohãnis comitis Zepuſienſis Vaiuodæ Trãſſyluaniæ, qui ducẽ illorum nouo quodã tormẽti genere à ſuis iuſsit laniari dentib. & hinc decollari. Chronicon Polonorũ habet, Georgium colluuiei regem, militũ ſuorum dentibus antea diſcerptũ, ferreo ignito'que diademate coronatum, capite truncatum, & quatuor in partes corpus diſtractum.



Supplicium Georgij Ceculi.

Ludouicus

Ludouicus rex Vngariæ perit,

& Vienna Austriæ obsidetur.

Austria obsidetur.

ANno Christi 1526. Ludouicus Vngariæ Bohemiæ'que rex, spei optimæ adolescens, inter Drauum Istrum'que flumina cum paucis et incautius occurrens hosti, dolo magis & perfidia suorum quàm uirtute hostis circũuentus trucidatur. Quo uicto, Vngariam ipsam ueluti spe omni destitutam, hostis celeri itinere percurrens, igni depopulatur, & præda ditatus ingenti, præsidijs munit firma quæque, infirma uero demolitur. Quam historiam habes infrà in Solymanno copiosius descriptam. Post hæc maximum inter Ferdinandum ducem Austriæ, & Iohannem Czepusiensem comitem Iazigum, Trãssyluaniæ præsidem, filium Stephani ditissimi comitis, de regno Vngariæ oritur dissidium. Ferdinandus enim id ex dotalibus pactis ad se pertinere existimabat, Iohãnes uero comes electionis iure sibi deberi con-

Comes Trãssyluaniæ arrogat regnum.

tendebat. Ventum est tandem ad bellum pernicioſum & exitiale. Iohannes uiribus suis diffisus, confugit ad Turcam, apud quem patrocinij inuenit. Ferdinandus uidens incendium illud longius processurũ, inuocat imperij principes pro auxilio. Mittitur autem Fridericus princeps Palatinus contra comitem Iohannẽ. At Turca Iohanni suppetias laturus uenit cum ingenti & in-

Vienna obsidetur.

numerabili exercitu, & obsedit Viennam, omnia per circuitum cæde, igne, ferro & flamma deuastans. At obsessi præsidio muniti non uulgari, sub duce Philippo Palatino totis uiribus repugnabant hosti, expectantes externum à tota Germania & Bohemia auxilium. Ferentarij Turcæ bellico ritu urbi obequitando integrum per triduum cuncta perlustrabant: nostri uero è diuerso intra munimenta mœnium infracta delitescentes uirtute, omnia quæ ad defensionẽ erant necessaria, præparabant Et quoniam suburbana ampla & immunita erant, ne damno obsessis forent & præsidio Turcis, diruta sunt & incensa, machinæ & bellica instrumenta per turres & eminentiora quæque, unde in hostium castra facilius posset eiaculari, ordine recto dispesita, fossæ post muros ductæ, aggeres erecti, urbis custodia per stationes diuisa & ualida undique eloca ta præsidia, portæ penè omnes latere cocto obductæ. Deinde per portas ad hoc seruatas, ciues multas fecerunt eruptiones, plurimas'que peregerunt in hoste cædes. Turca uero decreuerat

Proditores mittũtur in urbem.

omnino hinc non nisi expugnata Vienna discedere. Misit tres transfugas in urbem qui undiq; ædificia incenderent, & dum intus ad arcendum cõcurreretur incendium, ipse interim foris nudata suo præsidio occuparet mœnia. Sed illi comprehensi, proditionis acceperunt præmium, & omnes doli hostiles detecti, atque fodientium opera elusa. Quicquid enim hostis moliebatur, id ab obsessis transuersis cuniculis aut meatibus actis, ui raptum aut solertia quadam & astu ablatum, & hostes etiam ipsi nonnunquam qui se tentandæ fortunæ gratia illic contiderant grauiter afflicti, inania cœpta tyranno & uanos labores referebant. Tentauit deinde tyrãnus alia uia per exercitũ quadrifariam diuisum urbem obruere, sed ubi nec sic ad uotum sibi succesit, audiẽs'q; principem Palatinum Fridericum ingenti Germanorum & Bohemorum robore sibi immine-

Discedit Turca à Vienna.

re, fugam cœpit meditari, & obsidionem ante hyemem dissoluere. Sic'que tandem incensis sub prima uigilia castris accelerat abitionẽ, sed miseros prius Christicolas, quos captiuos tenebat, contra ius gentium crudelitate summa coram mactare iubet omnes. Miserandum & triste spectaculum: iacebant mixtim sanguine & uulneribus fœdati uiri senes, iuuenes, pueri, matres: neque enim sexui uel ætati pepercerat ferina tyranni rabies. Peruenit autem quinta die in Budam Vngariæ, distãtem trigínta duob. milliaribus Germanicis à Vienna, cum magno dedecore & turpitudine, amittens plurimos in celeri illa profectione, quorum cadauera unà cum ingenti camelorum & bestiarum numero strata passim per itinera fuerunt reperta, ui frigoris & famis diuturnæ tollerantia iam dudum antea emacerata.

SERE

SERENISSIMO POTENTISsimo'que principi ac domino, Domino Sigismundo Augusto, Sarmatiæ ac Poloniæ regi, magno Lithuaniæ duci, Russiæ, Prussiæ, ac Mazouiæ Domino, Sebastianus Munsterus precatur felicitatem.


QVum ante paucos annos adornassem Cosmographiam uniuersalem in Germanica lingua, potentissime ac generosissime Rex, eandem'que euulgassem, & argumentum illius laboris passim à multis nostræ nationis hominibus probaretur, non defuerunt qui eundem censebant uertendum in linguam Latinam, aut potius in ea unde profluxerat relinquendum lingua, ex bonis uidelicet authoribus magna parte conflatus. Sic enim pluribus usui esse censebant, quam si totum in uernaculo ederetur sermone. Obtemperaui monitoribus, digessi'que omnia ex tam uarijs collecta libris in ordinem, nec his contentus, conquisiui undique apud doctos uiros necessaria præsidia, commonefeci proceres magistratuum insigniorum ciuitatum Germaniæ, molestaui mea oportunitate & importunitate principes prophanos atque ecclesiasticos, ut disquirerent diplomata sua, euoluerent uetustates, singuli'que pro sua facultate meum iuuarent conatum. Placuit pluribus meum institutum, & quibus poterant suppetijs idipsum non segniter iuuabant, operam'que suam candide impertierunt. Et quoniam locorum descriptiones, tabulæ, picturæ, figuræ atque icones, rebus & historijs, uetustis'que monumentis plurimum afferre solent lucis, nos nec hic lectori deesse uoluimus, immensis etiam sumptibus pro huiusmodi parandis adminiculis non parcentes. Nam si iuxta Plinij sententiam historia eiusmodi est, ut quoquo modo scripta sit, non solum prodesse uelit, sed & delectare, qua quæso uoluptate capietur lectoris animus, si simul uiderit ob oculos positam regionem, ciuitatem, ædificia, artificia, animalia, arbores, uetustates, facies insignium hominum, genealogias regum & principum pulchre explicatas, de quibus texitur historia? Certe nisi stipes sit, inuitabitur pictura ipsa etiam ad historiæ illius lectionem diligentiorem, id quod multis accidisse, passim uiri fidedigni mihi retulerunt. Et ut tua maiestas summarie uideat, qua ratione ego & docti uiri mecum ista exantlaueri mus, en molimur in isto instituto nostro, nedum totam uetustatis faciem, quantula saltem hodie ex monumentis inueniri potest, exprimere, ut, qui olim gentium mores, qui ritus, quæ religio, quæ disciplina militaris, quæ ciuilis & domestica, quæ initia & incrementa urbium, quæ earum facies, quæ monarchiarum & regnorum prima exordia, progressus, ascensus & descensus, qui motus gentium & regnorum &c. fuerint, uerum & pari industria hic noster labor, omnium fere recentium rerum continet explicationem, aut saltem mentionem aliquam in genere de eis facit, quantum scilicet pro compendij nostri ratione opus fuerit. Quis enim omnia uno complecteretur uolumine? Manent cœlorum atque terrarum situs, durant & flumina, lacus atque stagna, & in multis prisca nomina adhuc incorrupta perseuerant, at in moribus hominum totaque hominis uita & conatu tanta facta est, & continuo fit mutatio, ut hodie collatione ueteris ætatis nouum plane seculum in terris uideatur natum, adeo mobilis & inconstans est homo ipse in omnibus operibus suis Nulla ergo meo iudicio relatio utilior aut gratior esse potest, quàm hæc quæ ostendit quantum in humanis rebus mutare potuerit uetustas. Ex ea rerum inconstantia existimare etiam licet, quàm infirma sint hæc quæ in terris homines mirantur inter homines, ceu perpetua ac semper duratura. Et ut ad tuæ maiestatis regnum ueniam, licebit idipsum in eo uidere, quod iam dixi Quis olim putasset, Sarmatiam, cuius bona pars est Polonia, quum adhuc pro magna parte Hercynia sylua obduceretur, inculta'que tam diu iaceret, in tam amplum florentissimum'que abituram regnum, quale hodie est, & cui tua maiestas summa cum laude post pientissimum patrem, atque perpetua memoria ob rerum gestarum magnitudinem dignum præsidet, & summa æquitate, uirtute atque humanitate moderatur? An non hic uidemus impleri id quod Daniel propheta uerissime ex spiritu Dei dixit:

אֵלֶּה הוּ מְחַשְּׁבוֹת עִירַנְיָא וְזִמְנַיָּא מְהַעְרָא מִלְּבִין וּמְחַסֵּם מִלִּבִּין וְיֵחֵב חָכְמְתָא לְחַכִּמִין

Quot enim uidemus regna interijsse, & alia alibi multo auguſtiora ſurrexiſſe? Parum autem eſſet regnum aliquod dono Dei coaleſcere, creſcere, multum'que dilatari, niſi & optimi illi contingant moderatores, quales ex Iagellonum nobili familia uidemus Poloniam iam ad multos annos accepiſſe, ex quorum numero & ſucceſsione, tua quoque eſt maieſtas, in qua uidere licet, quanti ſit momenti puerum ab optimis parẽtibus recte inſtitui formari'que. Nam quum integerrimi parentes tui, Sigiſmundus ſereniſs. rex bonæ memoriæ, & Bona illuſtriſsima regina, atque laudatiſsima domina, uirtutibus, eruditione literarum, pietate & ſanctimonia uitæ, clementia atque humanitate conſpicui & inſignes eſſent, ſategerunt ut & talem poſt ſe relinquerẽt ſucceſſorem, in quo impleretur quod ſcribitur in Eccleſiaſtico, Mortuus eſt pater, & quaſi nõ mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. Sed redeo ad Poloniæ nobiliſsimũ regnum. Cupiebam illud ſicut & reliqua Chriſtiani orbis regna exornare in iſto libro picturis genuinis celeberrimarum, quas habet, ciuitatum, in primis autem Cracouiæ, Sandomiriæ, Tharnouiæ, Petricouiæ, Proshouuitzæ, Gneznæ, Poſnaniæ, Boleslauiæ, Vuarthæ, Lencitzæ, & ſimilium, de quibus ſcripſi ad illuſtres comites, caſtellanos & palatinos, imperij tui ampliſsimos principes & illuſtres uiros, Andream ſcilicet comitem à Gorka, Caſtellanum & capitaneum Poſnanienſem, Iohannem comitem à Tarnouu, caſtellanum Cracouienſem, Stanislaũ comitem à Lasko, palatinum Siradienſem, ſed quia nihil miſſum eſt, nihil ferè noui quod antea non eſt euulgatum, hic potui obtrudere ſtudioſis quibuſq; . Tua ergo maieſtas boni cõſulat, quæ hic de cultiſsimo regno tuo incultius fortaſsis atque impolitius ſcripſi, quàm tanti regni excellẽtia & operis huius dignitas poſtulauit. Excuſabit me, in primis apud tuam maieſtatem, ac deinde apud candida atque liberalia ingenia, iuuandi bonorum ſtudia paratiſsimus animus, & propenſa de omnibus bene merendi uoluntas. Bene ualeat tua regia maieſtas.

Baſileæ menſe Martio, anno domini
M. D. L.


Regni Polonici contracta deſcriptio. Sequens uero tabula multo latius patet.



De regno

De regno & tota regione Poloniæ

atque adiacentibus minoribus prouincijs.



DOcet Polonicarum rerum hiſtoria, duos uiros Lechum & Zechum à Iauan & filio eius Eliſa progenitos, ueniſſe in terras uaſtas & incultas, quæ poſtea appellatæ ſunt Bohemia & Morauia, ibi'que ſua fixiſſe tabernacula. Zechus loci amœnitate delectatus occupauit eam terrã. Lechus uero proceſsit cum ſuis uerſus orientem & ſeptentrionem, fixit'que ſedem in terra ubi hodie eſt Sleſia & Polonia. Porro Ruſs nepos, uel ut alij putãt, germanus Lechi occupauit terram, quæ de ſuo nomine appellationem Ruſsiæ accepit, ſicut à Lecho primum toti Poloniæ dictum eſt regnum Lechitarũ, quin & in hunc uſque diem Græci, Tartari, Beſſerabes & Rutheni Polonos uocant Lechitas. Prima arx & ſedes Lechi fuit Gnezna, quæ adhuc in Polonia maiori extructa manet, ſita in fundo plano, à cuius agri planicie regio ipſa Poloniæ quaſi Planiæ nomen accepit, quũ antea Sarmatia appellaretur. Alij uero dicunt Pole in Polonica lingua ſonare planum, quia tota regio ipſa uaſta & plana eſt, plurimis obducta nemoribus, & paucis intrinſecus fulta montibus. Habitans Lechus in Gnezna, gentem pace plus quàm armis ſibi conciliauit, agriculturam coluit, populis urbes & loca aſsignauit. Habent autem Lechitæ qui & Poloni linguã cõmunem Sclauis, Vuandalis, Bulgaris, Seruijs, Dalmatis, Croatijs, Boſnis, Bohemis, Ruſsis, Lithuanis, Moſcouitis & alijs populis circumcirca habitantibus, niſi quod in unoquoque populo, lingua ſuos habet dialectos. Eſt terra ipſa frigida & glacialis, atque ob id deſtituitur uino natiuo atq; oleo, qui defectus compenſatur magno prouentu frumenti, hordei & piſorum aliorum'que leguminum: abundat pecoribus, carnibus, melle, lacte, butyro, cera, auibus, piſcibus & fructibus. Habet alleca ex portu Gedanenſi, habet uros, biſontes, tauros & equos ſylueſtres, onagros quoque & omnis generis cornuta animalia. Mittit et uendit occidentalibus boues, ceram, ligna quercina & taxina, picem uarij generis, habet plumbum in ſuo genere optimum, & ſalis maximam copiam. Eſt nanque in ea ſal minerale, quod ex terra eruitur & excidi-
tur grandis molis & ponderis, habet quoque ſal per decoctionem collectum & factum, lazu-
rium ex

Lechitæ.

Polonia unde ſic dicta.

Fertilitas Poloniæ.

Sal minerale.

rium ex montibus ſupra alias regiones precioſæ bonitatis. Habet ferrum in pleriſque locis & cuprum in petijs iuxta territoria Przemisliæ & Szanock, quod negligitur. Sub excelſorum uero montium Sarmaticorum iugis, quæ Tatri ab incolis uocantur, exciditur cuprum ex lapidibus in magna quãtitate, habens plurimum argenti quod ſecernitur per ſeparationem: aurum in certis montibus & fluuijs reperitur, ſed per incuriam non colligitur. Habet ſuccinum de genere electri ex ripis maris Sarmatici. Habet ollas natura formatas, dum è terra extrahũtur et deſiccãtur, ſimiles ſunt ollis arte figuli factis, in campis ſcilicet uillæ Nochouu & in Paluky. Fodinas etiã ſulfuris in aliquibus locis habet, balnea uero naturalia nuſquam habentur in Polonia. Sunt qui ſcribunt, olim bonam partem Germaniæ limitibus Poloniæ incorporatã fuiſſe, uidelicet quicquid extra Viſtulam uſque Lubecum iuxta mare ponitur, ut eſt, Pomerania, Magnopolis, Vuandalia, Meidenburgũ, Marchionatus, Sleſia & Luſatia, quæ terræ ſenſim per bella & matrimonia dicuntur Germanicæ nationi acceſsiſſe, ſicut & quædã tandem ad Vngariam & Bohemiã conceſſerunt.

Ollæ natiuæ artes.



De Palatinis Poloniæ.



LEcho ex humanis abſumpto, filij eius & nepotes ſecundũ ſenium principabantur, quorum tamẽ geſta & egregia facinora, ſcriptorũ penuria uel temporum iniuria perierunt. Tota autem ſtirpe Lechi ſublata, proceres ac nobiles apud Gneznam de ſubſtituendo alio principe deliberantes conſenſerunt, ut reiecto uoto ſubiectionis abſque principe libertatem ſectarentur, & pro adminiſtranda unicuique iuſtitia ac obeundis reipublicæ officijs, prout illa tẽpeſtate ſat uidebatur, elegerũt duodecim Vuoyeuuodas, id eſt Palatinos. Et is modus deligendi atque hi proceres uſque in noſtram ætatem permanent, non ſine reipublicæ incommodo. Nam iſti officiales nunquam mutantur, etiamſi neglecto communi bono priuatis commodis inhient, maiores ſuos ſpernant, ſubiectos loco adminiſtrandæ iuſtitiæ opprimant. Nam Poloni non ad annum ut in alijs nationibus, ſed ad mortem officia Palatinorum, Caſtellanorum, Capitaneorum & Iudicum deſignant, quod in regni detrimentũ uergit, ut non creſcat in immenſum. Cæterum quo anno poſt diluuium princeps Lechus ingreſſus ſit Poloniam, & quot ſeculis ipſe & proles eius præſederit, item quanto tempore Palatini iura populis reddiderint, incertum eſt, nec ullis traditum literis. Non enim doctos habuerunt uiros, ſed magis colebant Cererem & Bacchum q̃ caſtam Mineruam, atque ideo geſta eorum denſa caligine preſſa, in æternam clauduntur obliuionis noctem.

Vuoyuuadæ.

De electione Gracci, à quo Graccouia eſt condita.

POſt multos annos Lechitæ peroſam habentes gubernationem Palatinorum, quod magis ſua quàm quæ regni erant curabant, requiſierunt principem unum & rectorem, eligentes uirum ſolertem & ſtrennuum Graccum nomine, ad radices montium Sarmaticorum iuxta Iſtulam commorantem. Hic cum ſuis amabilis eſſet, erexit arcem habitationis ſuæ in colle Væuel, ſupra fluuiũ Iſtulæ ſito, & ei ciuitatem adiecit, atque de ſuo nomine

mine Graccouiã appellauit, felicem agris & rebus ſecundis, niſi olophagus quædam belua (dra conem uocant) plurima impedimenta intuliſſet. Rapiebat quidem è ſpecu de ſub monte Væuel *Graccouia ci uitas.*



egreſſa iumẽta & homines incaute oberrãtes, rictib. horridis deglutiendo. Quo malo afflicti, Graccus anxius condolens tria corpora iuſsit cottidie beluæ exponi. Nam his contenta, cætera nõ requirebat. Quod cum graue eſſet, perſuaſit ſuapte natura, exponẽdis corporib. ſulfur & cauma ignitũ, cera picemq; inciuſa admiſcere & occultare. Belua enim tum naturali rabie, tum uoraci eſurie exagitata, ſine delectu oblatã prædam rapiebat atque uorabat, ſenſimque debilitata extincta eſt. Cuius rei ſimile exemplũ in Daniele propheta legimus. *Draconis uoracitas.*

Fundata itaque per Graccum Graccouiæ ciuitate & facta metropoli regni, paulatim incrementa accepit in ædificijs & habitatorib. cœpit muniri altis mœnijs, propugnaculis et turribus, atque noſtro æuo circũdata eſt uallis, aggeribus & foſſatis aqua uepribus & dumetis impletis. Fluuius Rudys circumgyrat totam ciuitatem, & agitat rotas molares, ingreditur'que urbem per fiſtulas, & ſpargitur in omnes plateas. Habet aũt urbs ipſa ſeptem portas & plurimas elegantes & ſplendidas ciuium ædes, arcem in edito loco atque celebre gymnaſiũ. Ab altera uero ripa Viſtulæ locatur oppidum aliud, à rege Caſimiro Caſimira appellatũ. Alluitur per circuitum Viſtula fluuio, qui ſub arce in duos riuos ſectus, oppidũ in modum inſulæ circũfundit. Quidam diuidunt Graccouiam in tres particulares ciuitates, quæ & ſingulæ ſua habent prætoria. Vnam uocant Cleopardiam, quæ à parte Sleſiæ ceu ſuburbiũ adhæret Graccouiæ. Alteram appellant Graccouiam, cui iuxta ripam fluminis ſupra collem ſublimem imminet arx regia. Ex Graccouia pons ligneus tranſmittit ultra fluuium in tertium Caſimiri oppidum. Cæteræ regni ciuitates nõ tam nitidæ ſunt, ex materia domus ferè omnes compoſitæ, pleræque luto collinitæ. Plaga regionis nemoroſa, gens in uniuerſum prudens, multa'que comitate in hoſpites. Bibaciſsimum genus hominum, ut totus ſe ptentrio, ſed rarus uini uſus, ignotus'q; genti omnis uinearum cultus. Factitia ex tritico aliſq; generibus ſeminum potio in uſu eſt. Solum ferax, tritici'que abundans. Eſt & paſcuis idoneũ, armenta late paſcuntur. Venatio multiplex, equus ſyluester, bos ferus, urũ Romani uocant. Plumbum duntaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & ſalem ſaxorum duricie, nullum'que toto regno uberius uectigal. De quo infrà plura. Coquunt etiam ſalem, ut ſi foſsilis deficeret, quem non ſemper habuerunt, cocto uterentur. Mellis copia tam ingens, ut non ſatis illis atque Ruthenis loci ſuperſit, quibus illa recondant. Arbores nanque omnes & ſyluæ aluearibus mellificantium nigricant.

Caſimira oppidum.

Clepardia.

Bibaciſsimi Poloni.

Mellis copia.

De Gracci poſteritate.

Graccus primus { Graccus filius ſenior. / Lechus filius iunior. / Vanda filia.

Graccus plenus dierum reliquit duos filios & unam filiam. Putant autem eum præceſsiſſe natiuitatem Chriſti annis quadringentis. Graccus ſenior ſuſcipiens regnum, interfectus eſt à fratre, qui regni cupiditate tenebatur, ob quod parricidium omnibus inuiſus & contemptus eſt, mœrore'que confectus, breui mortuus eſt. Tunc Graccouienſes Vandam ſororem eorum pro domina & regina acceperunt, quam poſtea pro aſſecuta contra Teutonos uictoria fabulãtur diſs ſeipſam immolaſſe, & de ponte in Viſlam ſaliſſe, atque ab aquis ſuffocatam, cuius corpus uno

Quãdo Graccus fuerit.

milliario à Graccouia fuit repertum. Vnde fluuius in quo fuit ſubmerſa, dictus fuit Vandalus, & gens circa fluuium habitãs, Vandalitæ. Hic fluuius, qui alio nomine Viſla & Iſtula appellatur; *Viſtula flu.* labitur de alto in baſſum cum fragore & ſonitu, & initium ſumens ex mõtibus Sarmaticis in ducatu Teſchnenſi, decurrit per mediũ Poloniæ ad mare Balticum, atq; prope Gdanũ ruit in mare ipſum. Sunt & alij inſignes & nauigabiles amnes in regione, quorũ quidam in ſeptentrionẽ, alij in auſtrũ curſum inſtituũt. Qui proxime poſt Viſtulã in mare Balticũ exoneratur, eſt Chronus, *Niemen flu.* qui hodie Niemen appellatur, oritur'q; ex palude oppidi Kopioloun. Sequitur deinde Rubon, qui originẽ ducit ex Lithuania. Odera uero, à Ptolemæo Viadrus dictus, oritur in Polonia prope oppidũ Odri. Et alius quidam famoſus amnis Varta dictus, originẽ ducit ab oppido Cromolauu. Item Tyras qui Dnieſter uocatur, erũpit ex monte Sarmatico Bieſzked in terra Premiſlienſi, ſequeſtrat'q; Daciam, quam uocant Beſſerabiam & Valachiam à terris Ruſsiæ. Aliud flumen Bug, græcè Hipanis, emergit ex palude prope Oleſco. Boryſthenes uero, quẽ uulgo Dniepер uocant, habet fontem ſuum in ſyluis & paludibus Moſcouiæ.

Qualis adminiſtratio rerum fuerit in Polonia poſt Graccici generis extinctionem.

EXtincta Gracci familia, nouarũ rerum ſtudiũ fuit, nam ad 12. uiros, futurũ certe malum denuo animũ uerterũt. Sed cum nihil æque moleſtũ ſit q̃ in imperio habere ſocium, hinc factum creditur, ut uniuſcuiuſq; libido creſceret, regnũq; tot haberet inuaſores, quot pari iure id impetere potuerunt. Hinc factiones creuiſſe, hinc diuina humanaq; uiolata eſſe creduntur: dumq; regnum ciuilibus diſsidijs laceſsitur, uterq; ſe hoſtilibus quoque manibus exponit. Irruunt externi hoſtes in regionẽ, & omnia diripiunt atq; uaſtãt, Vuoyeuuodis minime repugnãtibus. Erat ſub hoc turbine quidã Polonus, nomine Premislaus, diſciplinæ militaris expertus, uirib. ſtrennuus, ingenio aſtutus, ad quẽ populus tandẽ periculis ſuis prudens conuerſus, ad regiũ accerſunt decus, atque totius rei ſummã illi cõmittunt, huic'q; Leskonis no- *Leſko rex.* men indiderũt, ob ſummã eius aſtuciã. Eſt enim Leſcok uafer & callidus. Fuit aũt quintus regni gubernator poſt primũ Lechum, & idcirco à quibuſdã Leſchtzeck appellatur. Poſt mortẽ eius factus eſt rex adoleſcens quidã, qui & ipſe à Polonis uocatus eſt Leſco ſecundus, homo temperatus, ſobrius, iuſtus, manſuetus & fortis: ſenio aũt confectus obijt, relinquẽs poſt ſe filiũ, qui Leſco tertius eſt uocatus, regnauit'que ſumma prudentia, relinquens poſt ſe unum filiũ legitimum Pompilium nomine, ex pellicibus uero reliquit uiginti filios. Pompilio deſignauit monarchiam regni, cæteris uero diſtribuit regni prouincias, in magnam eiuſdm regni iacturam.

Leſconis tertij filij	Pompilius & Popyel legitimus	Semianus
	Boleslaus	Semouitus
	Caſimirus	Semonislaus
	Vladislaus	Bogdalus
	Vratislaus	Spitzigutus
	Oddo	Spitzmerus
	Beruinus	Sbigneus
	Przibislaus	Sobeslaus
	Premislaus	Viſſimirus
	Iaxa	Czeſſimirus
		Vislaus.

In hos inquam filios partitus eſt pater terras maritimas, nempe Rugiam, Caſſubiam, Pomeraniam, Dituuoniam quæ iam pro parte eſt Holſatia, Sgorzelicã, iam Brandenburgum, Miedzibozen, quæ nunc eſt Meidenburgum, Lymam nunc Limburgum, Bukouietz quam Teutones uocant Lubec, Lukouu nunc Meckelburgum &c. Pompilius itaque quem Teutones Oſſerich uocant, ſuſcepto regno, colles & montes iuxta quos Graccouia eſt ſita pertæſus, tranſtulit *Pompilius rex.* regni ſedem in Gneznam in planicie ſitam: quam deinde ſpernens, nouas ſedes inter lacus poſuit, ac extruxit Cruſniczã, ubi regni ſedem conſtituit. Hic in uita ſua nihil egregium edidit. Solitus erat in omni execratione dicere, Vtinã me mures uorarent, utique omine mali, nam filium eius deuorarunt mures, qui Pompilius quoque appellatus fuit. Relictus autem poſt patrem in ætate puerili, patrui eius adminiſtrauerunt regnum, quoad ille adultus factus, uxorem duxerat. Tunc illum conuiuia celebrantem, mero madentem, ſertis coronatum, unguentis delibutũ, crapula

pula & luxu resolutum, inuadunt mures de cadaueribus patruorum, quos ipse & uxor eius regina ueneno interfecerant, ingenti magnitudine egressi & in conuiuantem tyrannum, consortem eius & filios rabidis morsibus insiliunt, militum caterua nequaquam abigente, quoniam humano suffragio fatigato mures infatigati perseuerabant die noctuque. Extruuntur ardentes foci, & in medio eorum locatur Pompilius, coniunx & filij: illuc autem & mures per flammas transeuntes, parricidam rodere non cessabant. Ad aliud tandem elementum uentum est. In nauibus abducitur occisor patruorũ Pompilius cum suis in stagni altitudinem, mures tamen incessanter secuti abductos & naues rodebant, intantum ut aqua perforatis rimis ingressa submersionem minaretur, ideo nautæ timentes præ occationem ab aquis, deduxerunt nauem in littus, unde alia caterua murium occurrens iuncta prioribus acrius infestabat. His uisis defensores diuinam ultionem cognoscentes, omnes fugerunt. Pompilius autem protectoribus nudatus, recepit se in turrim altiorẽ in Crusuicza, ubi mures rapido cursu ascendentes consumpserunt & uorauerunt duos filios, uxorem & facinorosum Pompiliũ. Ecce non est potestas aut consilium contra dominum: minuta animalia & imbelles mures Pompilium miserabiliter consumpserunt, quemadmodũ pediculi uermes minutiores muribus Arnolfum imperatorem, pulpa, carnibus ac uisceribus exesis, medicis ne quicquam proficientibus ad internitionem usque perduxerunt, solis cartilaginibus & ossibus relictis.

Murium rabies.



Mures deuorant regem.


Duces & reges à principe Pyast

per successionem propagati.

POst exesum à muribus Pompilium, indicta cõuentione in regia Crusuicza, neglectis filijs patruorum Pompilij, elegerunt agricolã quendam & mellarium nomine Pyast, qui erat homo statura non alta, sed robusta, relicto'que tugurio transijt ad aulã regiam. Hic fuit prima stirps regum usque prope ætatem nostram in Polonia dominantium, terminata in Cazimiro secũdo & Lodouigo. Eiusdẽ stirpis rami sunt moderni principes Sleſiæ.

Sequitur genealogia ducum


& regum Poloniæ, initio sumpto à Pyast homine plebeio.




Vna continua est successio descendentium personarum in utraque pagina, figuris citra ultra'que ostendentibus filiorum ab uno patre descẽdentium numerũ, ut suprà in pagina dextra, Henricus à Tartaris occisus, habet in altera pagina filios ad se per figuram relatos Vladislaum episcopũ, Boleslaum caluum, Henricũ ducem &c. Numeri uero certis personis suprapositi, signant successionem & nomina regum, à Boleslao primo Christiano rege sumpto initio.

Prosecutio historiæ à Pyasto duce ad suos successores & posteros.

DVx Pyastus rursum transtulit regiam ex Crusnicza in Gneznam locum originarium. Qui mortuo, substitutus est in locũ eius Semouitus filius eius, qui regnum plurimũ dilatauit: sublatus'que



In hac ſucceſſione manſit regni adminiſtratio.



tuſq; immatura morte reliquit unicum filium minorēnem nomine Leſcko, idq; tēpore Arnulphi Ro. Imperatoris & Michaēlis Imperatoris Græcorū. Huius ducis tēpore Chriſti fides fuit p̄dicata in Morauia per Cirullū et Metudiū. Leſcko adultus factus cœpit imitari paternas uirtutes, prudentiā, liberalitatē & iuſtitiā, mortuusq; eſt tandē, filio Zemomislao relicto, qui ab auitis uirtutibus non degenerans, prudenter regno præfuit, quod & poſt ſe anno Chriſti 963 filio Myesko reliquit. Hic fuit decimus quartus gubernator Poloniæ, appellaturq; ab aliis Mietzlaus. Cumque nullam ſuſtuliſſet prolem ex ſeptem pellicibus ſuis regni hæredem, monitus eſt à uiris catholicis, qui in eius curia uerſabātur, ut relicta gentilitate Chriſtū agnoſceret datorem filiorum, & conſolatorem animorū. Suaſerunt etiam unius legitimæ cōiugis matrimoniū. Ille obſequutus optimo conſilio, miſit in Bohemiā pro filia ducis Boleslai ſibi nubenda, popoſcit eam in uxorem. Fuit autē hic Boleslaus occiſor fratris ſui Venceslai, qui pro ſancto colitur. Nō abnuit Boleslaus dare filiā, dummodo ille abrogato gentili ritu, Chriſto nomē tradat. Cui conſentiens Myeſko, anno Chriſti 965 una et eadē die Gneznæ ſacrū baptiſma ſuſcepit, & cum uirgine

Princeps Poloniæ fit Chriſtianus.

Dambrouuka matrimonium contraxit: Mandauit etiam per edictum, ut omnes in ciuitatib. & uil lis fractis idolis sacrũ baptisma susciperẽt. Ipse uero princeps mutato nomine uocatus est Mietz-

Nouem cathedrales eccles. laus, erexit'que 9. ecclesias cathedrales in suo dominio, duas metropoles Gneznæ et Graccouiæ, cæteras suffraganeas, nempe Cruczuicien. Smogortzouien. q̃ tamẽ translata fuit in Vratislauiã, Posnanien. Plocẽsem, Culmen. Camienen. & Lubucen. Genuit aũt filiũ Boleslaũ, qui anno 984. accepit Iudith filiã Geysæ regis Vngarorũ in cõingẽ, & nuptias in Gnezna celebrauit. Suo tempore, nẽpe anno Christi 990. Vulodimirus dux Russiæ ducta uxore sorore Basilij & Constantini imperatorum Constantinop. suscepit baptisma sacrũ, cõfregit idola & templa eorũ, iussit'que ut omnes Rutheni subditi sui fidem Christo acciperent, quod & Kiouiæ factum est.

Quomodo & quando Polonia ad regni dignitatem ascendit.



Imp. magnifice suscepto in Polonia.

CVm anno Christi 999. Adelbertus episcopus à Prutenis propter Christũ occisus fuisset, & corpus eius reductum per Boleslaum in Gneznã, Otto tertius Ro. imperator facto uoto, uisitauit limina diui Adalberti. Cui occurrẽs Boleslaus princeps Poloniæ cum militib. suis, cõduxit eum magna pompa ac ueneratione in Gneznã, facta'que in ecclesia oratione, duxit eum in palatium suum, & honorauit aliquot diebus mensis optime instructis, & tandem dotauit uarijs & preciosis muneribus, offerens scilicet uasa aurea, argentea, gemmas, monilia, equos, uestes, & pelles magni precij. Sic quoque largitus est cunctis optimatibus, principibus & aulicis imperatoris condigna munera. Quod imperator uidens, aduocatis consiliarijs & principib. percontatus est quo genere remunerandi tantus princeps dignus esset: num corona insigniendus, & regio nomine præmiandus? Extollentibus autem cunctis regis propositũ, consulebant coronandum. Itaque sequenti die accepto Boleslao, processit cum eo imperator in ecclesiam, conuocatis'que põtificibus, iussit eum in regem Poloniæ inungi. & deductum supra sedem maiestatis, coronauit eum, atque à sua suorũ que successorum Ro. imperatorũ obediẽtia, posteros'que eius reges Poloniæ perpetuo absoluit. Facta est autẽ coronatio Boleslai anno domini 1001. Hic rex gessit magna & uictoriosa bella contra Bohemos, Russos, Brandenburgenses, Pomeranos & Cassubios. Coẽgit Pomeraniam & Cassubiam ad obedientiam, ac deinde Prutenis bellum indixit, & ad tributa pendenda coẽgit. Mortuus est tandem anno 1024. erectis quatuor ferreis colu-

Boni patris ineres filius. mnis in quatuor limitibus regni sui, in signum adeptæ uictoriæ. Tunc electus est in regem filius eius Miescko siue Mietzlaus, sed qui ineptissimus erat ad gubernationem regni, quippe qui paternæ industriæ nihil habuit, ex muliebri pendens arbitrio, regebatur enim à consorte regina. Vacabat uentri, ocio, somno & uoluptati. Ea propter exteræ nationes per patrem subiugatæ, ab obedientia eius recesserunt. Siquidẽ Brzetislaus filius ducis Bohemiæ, expugnauit rursus Bohemiã & Moraniam. Defecerunt etiam prouinciæ cis Albim, quas Boleslaus imperio Polonorum restituerat. Ruthenos tamen defectionem meditãtes in fide continuit. Pomeranos etiam bello coẽrcuit. Mortuo Myetzlao, filius eius Casimirus adolescens uiginti annorum, probus, literis imbutus, non est electus in regem, quia Poloni timebant, ne patris inertiam sequeretur, matrẽ'que haberet corruptricem, quæ pronior erat ad distribuendũ officia Teutonis quàm Polonis. Qua-

Regina excedit regno. propter coacta est excedere regno. Receptis ergo thesauris uetustæ gazæ Polonorum, unionibus, armillis, monilibus, uasis cum geminis coronis, accepto etiam secum filio, indignata recessit in Saxoniam, ut imperatori quereretur iniuriã electionis de regno. Filius uero interim Parisius operam dans literis, consentiente matre delegit monachari, professus in Cluniaco, peruenit ad

Rex fit monachus. gradum diaconatus. Interim in Polonia omnia confundebantur & lacerabantur. Dux quoque Bohemiæ ingressus, diripuit & exusit Vratislauiam, Posnaniã, Gneznam & alios uicos. Idem egit dux Russiæ, & aliæ uicinæ nationes. Tunc Poloni resipiscentes mittunt ad quærendum & reducendum Kasimirum in regnum: & primum adeunt reginam in Brunsuuico, ubi quum didicissent filium monachum factum, non quiescunt, diuertunt ad Cluniacum, & cum lachrymis ruunt in collum Cazimiri, legationem pontificum & baronum Poloniæ exponunt, rogant'que ut abiecto religionis habitu, ad suscipiendum regnum cum eis in Poloniam redeat. Renuit ipse



nuit ipſe & abbas eius, id poſſe fieri ſine autoritate papæ. Quo audito, oratores Polonorũ rectà Romã concedunt, papã conueniunt, et miſerabilẽ regni ſtatũ exponũt, rogant ut monachũ exire iubeat, & auitũ regnum poſsideat, uxorẽq; ducere concedat pro ſuſtollenda prole. Papa habito cõſilio Cardinaliũ, concedit Cazimiro ut redeat in Poloniã, regnum ſuſcipiat & repararet. Polonis uero iniungit, ut ſucceſſorib. ſancti Petri de quolibet capite, præter nobiles, uſualẽ nummum ſingulis annis ſolueret. Reſtitutione Cazimiri impetrata, Cazimirus uenit in Germaniã ad Richſam matrem ſuam in Salfeld, ubi ſe parauit ad ſuſcipiendum regnum, ſtipatusq; caterua equitũ Alemãnorum, honorifice ingreſſus eſt Poloniam.

Monachus ruſsum fit rex.

De Cazimiro tertio rege Poloniæ & filijs eius.

INgreſſus Cazimirus Poloniam, magno feruore parat ſe ad bellũ, inuadítq; hoſtes regni. Infeliciter tamen contra Brzetislaum Bohemiæ ducẽ primo cõgreſſu pugnauit. Improuiſe enim in ſyluis Bohemorũ attritus in Alemaniã cum reliquo exercitu ſe recepit, ſed ſequenti anno Bohemiã ſubiugauit, & ducẽ eius ad homagium cõpulit. Quoſdã maleficos in regione in patibulum egit, quoſdã gladio ferijt, quoſdã manib. & pedib. mutilauit, ſingulosq; improbos deterruit. Et ueniens ad Gneznã anno Chriſti 1041. coronatus eſt, & accepit uxorẽ ſororẽ Iaroslai ducis Ruſsiæ, factusque eſt ex monacho rex & uxoratus. Coronato aũt eo, pax facta eſt per totum regnũ, ſolo Maslao tyrãno Plocenſi reſiſtente ei. Ad quem debellandũ proceſsit cum magnis copijs. Maslaus uero habuit ſuffragatores Prutenos & Iatzuuingos gẽtiles, homines feroces, qui in finib. Lithuaniæ iuxta Maſſouiã manentes, in bello nõ referebant pedẽ quin uincerent aut uincerẽtur. Maslaus itaque cõfligens cũ Caſimiro uictus eſt. Tunc regio Plocenſis à Maſlao Maſouiæ nomen eſt ſortita. Regnauit autẽ poſtea Caſimirus in pace cunctis dieb. uitæ ſuæ, mortuus annno 1058. Reliquit tres filios & unam filiam Suuatochnã, quam duxit uxorem Vratislaus dux Bohemiæ. Boleslaus uero filius ſenior coronatus in regẽ anno 1058 duxit uxorẽ principis Ruſsiæ filiã. Fuit ea tempeſtate Kiouia metropolis Ruſsiæ urbs inſignis & ampla, uicis largis porrecta, ferax frumento, carne, piſce, melle & fœminis proceræ ſtaturæ atque ſpecioſis. Fuit hic Boleslaus homo uita diſſolutus, libidini expoſitus & publica regni peſtis: quẽ dum ob adulteriũ corriperet Stanislaus epiſcopus Graccouienſ. & induratũ in facinorib. excõmunicaret, rex furioſus præſulẽ gladio in caput percuſsit & proſtrauit. Quod audiens papa, coronã regno Poloniæ abſtulit, & omnes ab obedientia regis abſoluit. Deo autẽ uindicante, rex paulo poſt in amentiam apud Vngaros, ad quos confugit, incidit & morte interijt.

Bohemia ſubiugatur Poloniæ.

Maſouia unde ſic dicta.

Kiouia metropolis.

Polonia priuatur corona.

Poloniæ regnum redigitur in ducatum.

BOleslao propter multa cõmiſſa mala expulſo è regno atque mortuo, Poloni ſuffecerũt pro eo fratrem eius ducem Vladislaum anno Chriſti 1082. Is quanq; ſibi uſurparet titulum regium, nõ tamen fuit coronatus, horrentibus epiſcopis apoſtolici mandati præuaricationem. Hic dux accepit uxorem Iuditham filiam Vratislai ducis Bohemiæ, & iniuſta decreta Boleslai reſcidit, male ablata reſtituit, & oppreſſos à potentib. defendit. Mortua autem prima uxore unde ſuſtulit Boleslaum filium, duxit alterã, Sophiam nomine, Henrici quarti ſororẽ. Hic geſsit magna bella contra Pomeranos & Prutenos rebelles, negantes tributa & necãtes aut expellentes præfectos. Intrauit quoque Bohemiã & Morauiam, & afflixit eos atque cum plurimis ſpolijs & captiuis reuertitur. Tandem ſenio confectus diuiſit in uita Poloniam duobus filijs ſuis, Boleslao legitimo filio meliorem aſsignans partẽ, & Sbigneo illegitimo dans Maſſouiam, maiorem Poloniam, Pomeraniam & Pruſsiam. Hæc prima ſectio fuit regni Poloniæ. Mortuus eſt autem anno 1102. Illo tempore quando regnum Poloniæ deſijt, regnum Bohemiæ cœpit. Nam Vratislaus dux Bohemiæ datis muneribus Henrico quarto, obtinuit Moguntiæ in comitijs coronam anno Chriſti 1087. Duobus itaque fratribus Poloniæ præſiden-

Vladislaus.

Sectio Poloniæ.



Dux Massouiæ.

tibus, Satan omnis concordiæ & unitatis diremptor, & discordiæ incẽtor & sufflator, inter eos quoque seminauit zizania discordiæ. Nã Sbigneus contra fratrẽ mouit bellum, sed quẽ Boleslaus facile uicit, & omnia eius recepit. Cũque Sbigneus ante fratrẽ supplex ꝓcumberet, obtinuit ut dux Massouiæ maneret. Deinde cũ Henricus quartus illum cogere uellet ad tributa pendẽda, ille uero, sicut et prædecessores eius fecerant, renueret, uentum est in Sleſia ad pugnam, in qua dux uictor factus, imperatorẽ in fugã uertit. Postea pace facta, Boleslaus obtinuit uxorẽ sororem imperatoris, & filiã eius Christianam nomine, obtinuit filio suo seniori Vladislao. Habuit deinde magnum certamẽ cum Pomeranis & Prutenis, occidit'que 40. millia, & multos captiuauit. Deinde cum frater semper rebellis supplex ad illum ueniret, petiturus portionẽ aliquã terræ, Boleslaus iratus fecit illum occidi. Tandẽ uero cõfectis multis bellis, & in ultimo uictus, ex mœrore in morbum incidit, & diuidens filijs principatum, designauit Vladislao seniori terras Graccouieñ. Stradieñ. Lancicieñ. Sleſiam, Pomeraniã, et principandi primum gradum. Filijs uero quos ex Adelheida sorore imperatoris leuauit, Boleslao Crispo terras Mazouieñ. Dobrzineñ, Cuiauieñ. & Culmẽsem. Mietzlao Gneznẽ. Posnanieñ. & Caliſsieñ: Henrico primo Sandomirienſem & Lublineñ: Cazimiro autẽ infantulo nihil dedit, sed hortatus est ut ei portionẽ æquam assignarẽt. Mortuus est anno 1139. Nullus regum & principum Poloniæ usque in hunc diem fuit eo bellicosior. Nam 47. uicib. publica acie signis'que collatis pugnauit, totidẽ'que uictorijs potitus triũphauit, excepta ultima pugna quam habuit in Ruſsia. Conuenientes autem regnicolæ & faciẽtes iuxta mortui ducis testamentum, elegerunt Vladislaum primæuum ducem, cui cæteri subesſent, sed ille incitatus ab uxore filia imperatoris, non fuit contentus sorte sua, semiquarta scilicet regni parte, mandauit omnibus contributionem & exactionem in regno sibi soluere, et iussit eos à fratrum obedientia secedere. His non contentus exercitum mouit contra fratres, obsidet eos simul congregatos atque fame premit, ut illi coacti eruperint, & exercitum eius dissipauerint, atque Vladislaum è Polonia exegerint, ille'que fugerit in Germaniam ad Cõradum regem Romanorum. Fratres uero ingressi Graccouiam arce potiti sunt, nec sæuierunt contra Christinam glotem suam & filios eius. Illa tamen persuasa cum filijs discesſit, & adijt quoque Conradum Romanorũ regem. Ecce superba Christina leuiros suos perosa & exitium eorum anhelans, coacta est discedere.

7 Vladislaus.

Boleslaus Crispus fit dux primus siue supremus in Polonia.

Boleslaus.

ANno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, Boleslaus Criſpus pulſo duce Vladiſlao fratrum conſenſu atque prælatorum & baronum Poloniæ ſortitus eſt monarchiam: coluit fratres ſuos, & liberalitatem in omnes exercuit. Et quum anno 1147. Conradus Romanorum rex iret per Poloniam cum magna multitudine pro ſubſidio terræ ſanctæ ferẽdo, popoſcit ut Boleslaus Criſpus unà cum fratribus duci Vladislao portionẽ eum contingentem redderet. Et Boleslaus quidem cum fratribus occurrens regi, cum magno honore conduxit eum & exercitum eius, omnes'que ſumptus & expenſas liberaliter tribuit, & Conſtantinopolim uerſus deduxit. Inſtabat Conradus ſæpius pro Vladislao, ut in Poloniam admitteretur. Reſpondit Boleslaus: ſe quidem fratris ſuſceptionem non abnuere, dũmodo regni ſciſſio & noua bella exinde non orirentur, quod tamen uehementer timeret. Eo reſponſo Conradus furore concitatus, cum Germaniæ & Bohemiæ ducibus Poloniã ingreſſus, cœpit eam deuaſtare. Boleslaus uero uidens ſe imparem, noluit pugnare, ſed obtenta ſecuritate papilionem cæſaris ingreſſus, ſe ſuos'que fratres iuſtiorem habere cauſam quàm Vladislaum expoſuit, nec unquam illi nocuiſſe teſtatur. Exorabilẽ ſe præberet imperator, è Polonia recederet, poſt receſſum ipſius, Vladislaum quandoque reaſſumendũ non cunctaretur. Et quia Boleslaus liberalis erat, muneribus traxit in partem ſuam principes Germaniæ, ut ſua perſuaſione Cõradum auerterint à ſuo propoſito, ille'que reliquerit Poloniam. Reuerſus autẽ Conradus à Ieroſolymitano paſſagio, cœpit langueſcere, tandem'que in Bamberg finiuit uitam, & dux Vladislaus ſpe ſua fruſtratus, extra regionẽ exul manſit. Aliquot poſt annis uenerunt legati Friderici Barbaroſſæ, requirentes

Conradus imperator ingreditur Poloniã

rentes duces Poloniæ,& monentes ut Vladislao exulanti apud imperatorem redderent hæreditatem, & ut quingentas marcas argenti singulis annis ad ærarium cæsaris inferrent. Respondit dux Boleslaus,ex restitutione fratris futurum ciuile bellum & exterminium patriæ:sub imperatore uero & tributis,nunquam fuisse regnũ Poloniæ. Fridericus hac responsione irritatus,cum magno exercitu ingressus est Poloniam, sed Boleslaus noluit ei congredi, sed partitis militibus ex locis iniquis hostes lacescere non cessauit, singula'que loca per quæ exercitus imperatoris erat transiturus exusit, ut tam milites quàm equi eorum tabescerent, & consumerentur inedia. Sed & fluxus uentris exercitum imperatoris inuasit,unde plurimi moriebantur.Igitur turpe ratus cæsar sic infectis rebus discedere,in hunc modum cum principibus Polonorum conuenit,ut fratrem eorum Vladislaum exulem in suos ducatus restituerent, & imperatori 300. lanceas aduersus Mediolanum mitterent.Vtraque conditio acceptata est,ad diuturniorẽ que pacem conficiendam,Fridericus imperator affinitatem cum ducibus Poloniæ dando in coniugem Mietzlao Adelheidam neptem suam, iam enim prima uxor mortua fuit. Cum autẽ Vladislaus de exilio redire cõstituisset,graui morbo correptus anno Christi 1159. animam exalauit,in Aldenburg sepultus. Post cuius mortẽ tres eius filij Boleslaus altus,Mietzlaus & Conradus loripes ad promotionem imperatoris per Boleslaum Crispum patruum Slesia dotati sunt.

Frideri. imp. inuadit Poloniam.

Mouent duces Poloniæ expeditionem contra Prutenos.

PAcata Polonia tres fratres expeditionem fecerunt in Prussiam, superato'que Ossa flumine, Poloniam & Pomeraniam à Prussia disterminante, adegerunt Prutenos ad petendam pacem, quam obtinuerunt,si modo monarchæ Polonorum quotannis darent tributa,& baptismate abluerẽtur.Vniuersa ergo Prussia anno Christi 1164.fidem Christi & baptisma suscepit,idola confregit,tributa Polonis soluere iurauit.Sed callide & dolose omnia.Nã discedentib.Polonis, Pruteni orã Chelmeñ.& Mazouieñ. inuadentes,homines & pecora abduxerũt,& uillas cõbusserunt.Boleslaus itaq; cõmotus, & uolens iniuriã dei & suã ulcisci,Prussiã cum magna ui ingressus,obuia quæq; deuastauit.Et habens 4.Prutenos in suo exercitu q profugerãt ad eum olim ex Prussia,quib.ex longa cõuersatione bene fidebat,hi antecedebant & deducebãt exercitum Polonorũ,sed corrupti fuerunt clam munerib.Prutenorum,ducentes Polonos ad loca bituminosa & angusta, insilientes'q; in eos ex insidijs Pruteni, inclusos Polonos iaculis ursserunt,ut nec progredi nec referre pedẽ possent:ubi & Boleslai frater Henricus sagittis cõfossus interijt. Pauci admodũ cũ ducib. Boleslao & Vuyetzlao de malignis locis euaserunt,& reuersi sunt in Poloniã,deplangentes mortẽ Henrici.Tunc in locum eius & ditionem substituerunt iuniorẽ natu Cazimirũ,cui pater nullã assignauerat sortem.Mortuus tandem Boleslaus Crispus,legauit testamẽtum filio suo unico Leszkoni anno 1173. Cõuenientes autem Myetzlaus, Casimirus & nepotes eorũ Boleslaus altus, Myetzlaus & Conradus Slesiæ duces, de cõsilio procerum & plãtorum elegerunt in monarchã Myetzlaũ maioris Poloniæ & Pomeraniæ ducẽ,atq; Graccouieñ.arcẽ cum tota prouincia adiecerunt.Sed is se nõ gessit ut pdecessor eius,tyrannidẽ passim exercẽs in subditos.Ex magna quoque opũ affluentia & copiosa prole in saltus deductus est.Habuit eñ 5.filios & plurimas filias,quas locauit ducib.Bohemiæ,Saxoniæ, Lotharingiæ,Pomeraniæ & Rugiæ.Et cũ intolerabilis esse eius tyrãnis, substituerunt in locum eius iuniorem fratrem Casimirum,fecerunt'que eum monarchã.Quod cum Myetzlaus ægreferret,generos suos inuocauit pro auxilio, sed illi alijs occupati negocijs, officiũ detrectarũt. Quin & Pomerania ulterior & citerior in Casimiri obediẽtiã uenerunt. Est autẽ ulterior Pomerania, cui dux Casimirus Bugslaũ nobilẽ uirum pfecit:citerior uero cuius metropolis Gedanũ nuncupatur,cui Samboriũ Masouiæ comitis filiũ pfecit.Hi temporis lapsu infideles dñis suis,prædictarum prouinciarum principatum sibi usurparũt.Exclusus Myetzlaus senex à suo principatu,contulit se in Slesiam,ubi cum uxore et trib.filijs sub magna rerum penuria uitã egit,mittens'que ad fratrẽ Casimirum,rogat ut eum in sua restituat. Motus misericordia Cazimirus,clam egit,ut ille breui totum suũ ducatum recuperaret,nec eo cõtentus,ad repetendã monarchiam aspirare cœpit. Mortuus est Casimirus anno 1194. subito, hausto poculo, incertum morbo ne an ueneno, quod mulier quædam, ut fertur, ad Venerem ipsum inflammando propinauit. Ad substituendum uero nouum principẽ,conuenerunt primores Poloniæ, & eligunt Leszkonem natu maiorem ducis Casimiri in monarcham, qui albus olim uocatus fuit à cesarie alba. Quod ægreferens

Ossa flu.

Prussia fidem suscipit dolose


Stragem Polonorũ in Prussia.

9 Myetzlaus.

10 Casimirus.

11 Leszo albus.

Myetzlaus ſenex dux, indixit bellũ Graccouienſibus, uentum'que eſt ad cædem magnam. Pe-
riit ibi Boleslaus filius Myeſckonis ſenis, et pater quoque ipſe multis ſauciatus uulneribus, uix
euaſit. Tandem uero Myetzlaus conuerſus ad Helenam matrem Leſckonis & Conradi, tantũ
calliditate ſua egit, ut iam ſenex poſſeſsionem monarchiæ & Graccouiæ tertio acceperit, nec fi-
dem aut promiſſa ſeruauit Helenæ & filijs eius. Tunc Helena proceres Graccouienſes obſe-
crando ſollicitauit, ut filios ſuos in principatum Graccouieñ. reſtituerent, promittens de cætero
nihil ſe niſi ex arbitrio eorum in rebus publicis acturam. Myetzlao autem in terras maioris Po-
loniæ abeunte, interim arx Graccouieñ. rurſum fuit occupata, & Leſcko cum matre Helena in-
troductus. Sed deinde anno 1202. Myetzlaus ſenex quarto reductus eſt in principatum Grac-
couieñ. & paulo poſt mortuus, reliquit memorato Leſckoni monarchiam. At Conradus frater
eius factus eſt dux Mazouiæ & Cuyauiæ. Leſcko uero aſſecutus monarchiam conſtituit capita-
neum Pomeraniæ Suuantopolconem, recepto ab eo iuramento, q̃ terram illam pro Leſckone
Suuantopolcus Pomeranus. & filijs eius fideliter teneret, ſingulis'que annis mille marcas argenti in fiſcum ducalem Grac-
couiam inferret. Sed procuratione ſatanæ indies magna & horrenda bella nata ſunt inter Polo-
niam & Pomeraniam atque Pruſsiam. Conradus 13. tyrannidem exercuit in Chriſtinum Plo-
13 Conradus. cenſem palatinum, conſeruatorem adoleſcentiæ eius, q̃ ipſius mores deprauatos corrigendos
ſuaſit. Primum ab eo incarceratus, deinde excæcatus, ad ultimum ſtrangulatus eſt, miles ſtrennuiſſi
mus, qui Pruthenos, Lithuanos & cæteros gentiles ſub iugum coëgit, & Polonis tributarios fe
cit. Mox audita Chriſtini morte, barbaræ nationes Prutenorum terras ducis Conradi depopu-
Teutonici fratres. lati ſunt. Qui inuocato auxilio Henrici ducis Vratislauieñ. & repreſsis Prutenis, terram Chel-
menſem & caſtrum Dobrzin Cruciferis, quos in ſui auxilium uocauerat, aſsignauit. Nec tamen
ſic potuit ſuas prouincias defendere. Cum uero Leſcko albus repeteret tributum à Suuantopol
co præfecto Pomeraniæ, ab eo interfectus eſt anno 1227. & Suuantopolcus ab ea die legitimum
ſe principem Pomeraniæ gerere cœpit. Habuit proinde Conradus dux Mazouiæ duos filios,
Cazimirum & Boleslaum, cœpit'que ſe gerere monarcham & Leſckonis puerorum tutorem.
Conrado occupato bello Prutenico, Boleslaus pudicus captiuitatem tutoris Conradi euaſit, &
14 Boleslaus. in propria caſtra Sandomiriæ uenit, & tanquam hæres ſuſceptus eſt. Sub Boleslao pudico Tar-
tari grauiſsime graſſati ſunt per Ruſsiam, Poloniam & Sleſiam. Et quum Chriſtiani magnum
exercitum collegiſſent, & uirili animo aggreſsi fuiſſent crudeles illos homines, atque eos in fu-
gam uertiſſent, ueniẽs quidam in equo, magna'que feſtinantia gy-



rans uincentem exercitum, terribili uoce clamauit: Bigaice, bigai-
ce, id eſt, fugite fugite. Territi hac uoce Poloni, fugerunt. At Hen-
ricus dux Legnitzenſis hoſti incubuit, quouſque alia turma uenit
in auxilium Tartarorum, qui ſigniferum habuerunt geſtantem in
ſuperiori parte lanceæ caput teterrimi coloris & promiſſæ barbæ.
Cum'que cœpiſſet quatere lanceam cum capite, fumus intolerabi
lis fœtoris in Polonos diffuſus, multos ad rebellãdum inualidos ef-
fecit. Vnde Poloni cum Tartaris congreſsi, in fugam ſunt acti, ma
gnam'que partem nobilium & gregariorum militum amiſerunt.
Tartari uero uictoria potiti, ſpoliauerunt mortuos ueſtibus, abſci-
derunt'que ſingulis aurem unam, ut ſcirent numerum interfecto-
rum, impleuerũt'que nouem ſaccos. Poſt hanc pugnam uaſtauerũt
regionem, incipientes à Legnitz, & tranſeuntes per Morauiam ue
nerunt in Vngariam. Habuerũt autem quinquies centena millia ui
rorum, qui obuias quaſque terras in deſolationem redegerunt.

Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimotertio Graccouien
ſes acceptarunt Boleslaum pudicum cum conſorte ſua Kinga tan-
quam hæredem & dominum in ducem, electis præſidijs Conradi ducis ex terra Graccouienſi.
Quod Conradus ægreferens, multa mala intulit terræ Graccouienſi, & ſæpe diro
Marte cum Boleslao pudico conflixit. Mortuus eſt autem Conradus
anno 1247. nepotis ſui Boleslai pudici op-
preſſor iniuſtus.

Inſigniores

Insigniores Poloniæ ciuitates post Graccouiam.

In minori Polonia: Sandomiria, Vislitza, Sondetz, Tharnouu, Proshouuitz, Petricouia, Skarmitzſs, Krosno

In maiori Polonia: Gnezna, Posnania, Vuartha, Lencitza, Sroda, Calisſ, Colo, Zuiſno, Boleſslauu, Vnieiouu, Brzeziniſ, Siradtz.

Quando & quomodo inuenta fuit fodina salis in regno Poloniæ.

DVx Boleslaus decimusquartus in numero à primo rege Boleslao, homo uirtutib. ad ornatus, præfuit Poloniæ annis 37. fuit'q; sub eius imperio Polonia uariis incõmodis & maximis bellis, externis & ciuilib. uexata, & mortuus est anno 1274. Dum iste rempub. administraret, sal in locis subterraneis repertum est, primis'q; initijs lapidum more extractum est in loco cui hodie Bochnia nomẽ est, quatuor distãs à Graccouia milliaribus. Dein alia fodina salis inuenta est, Vuielitzka nomine, 5. distãs à Graccouia miliarib. est'q; hoc tẽpore frequentior Bochnia ipsa. Sal autem semel repertum durat, & multis effossum cauernis perpetuas diuitias ostendit. Sunt autẽ lapides quando eruuntur nigri, priusq; per ignẽ depurentur, dantur'q; sic impuri pecoribus. Qui autẽ depurati sunt, tunduntur instar farinæ aut aluminis albi, est'que sal durabile, nõ diffluens sicut sal coctum. Est locus prior in plano, paucu- lis sed à longe nec sax osis septus collibus, cui oppidum superædificatum, eo tribus in locis à luce quadrãgularia foramina 130. cubitorũ ad ima in profundũ ducũt: itur dehinc 100. & ultra cubitis in plano meatu, ubi secundũ est ad ima 90. cubitorũ foramẽ, iterum'q; post planũ meatũ ad usq; tertium totidẽ cubitorũ per descẽsum foramẽ: reliquũ iter per scalas interiectis tamẽ multis p̃ pla nũ meatib. in diuersas cauernas nõ eadẽ profunditate sitas tendit: ibi sal ingentiũ saxorũ specie ex cisum execatur: dehinc in æqualia frusta, q̃ bancos appellãt operarij, funibus'q; extrahuntur. Per primũ itaq; q̃d à luce est foramẽ, in funib. penduli hoies demittũtur, reliquũ iter p̃ scalas descẽden ti emetiendũ est. Totus tamẽ descẽsus, unius horæ perficitur spacio: descẽditur atq; laboratur sæ pe cum periculo. Itur itaque perpetua spe in profundũ per fodinas, nec unq̃ thesauri reperti finis apparet. Aqua nisi quæ desuper à luce penetrat, nusquã reperitur, utcũque ab extraneis intem- peries fuerit, intra montes eadem qualitas babetur.

Bochnia.

Banci.

Ducatus Graccouiensis uario ordine inter principes Poloniæ iactatus est.

POst Boleslaum pudicum res tutandas suscepit Henricus cum barba, & post eum fer- tur Lescko niger ad rempublicam regẽdam assumptus. Hic bellum grauissimum cum Conrado Mazouiæ principe & socijs gessit. Hic tanto Teutones prosecutus est affe- ctu, ut habitu atque moribus se illis conformare non dubitarit. Excessit autem huma- nis anno salutis millesimo ducẽtesimo octuagesimo nono. Successit ei Boleslaus Ma- zouiæ dux senatus assensu, sed paulisper rerũ potitus, monarchia est pulsus. Huic successit Hen- ricus dux Sleſiæ & Poloniæ cognomento probus, cui pro monarchia uariĳ cum Vladislao mo- tus. Mortuus est autem anno millesimo ducentesimo nonagesimo, sumpto ueneno per Sleſi- tas subministrato. Designauit'que priusquam moreretur, ducatum Vratislauiensem Conrado Glogouiensi, patruo suo. Sed quum ciues Vratislauienses sibi eligerent Henricum quin- tum Legnicensem, filium Boleslai sæui, Conradus exclusus omni conamine, repetebat prin- cipatum sibi ab Henrico quarto designatum & legatum. Et quum aperto Marte nihil efficere posset,

1ſ Hẽricus cum barba.

16 Lescko niger.

17 Henricus 4.

Ducatꝰ Vratislauien.

posset, substituit quendã nebulonem, qui familiaris erat duci Henrico, Lutconem nomine, cuiu tamen patrem dux Henricus occiderat, & ob id ille clàm amarum animum erga principem feres bat. Hunc itaque Lutkonem aggressus dux Conradus, eum in necem aut captiuitatem sui prin cipis Henrici quinti pellexit. Vnde occasione nacta Lutko, dominũ suum ducem Vratisl. & Le gniceñ. in balneo ad fluenta Oderæ, prope castrum Vratislauieñ. repertum, anno 1293. captum ex balneo nudo corpore traxit, & equo imposuit. Cunctis autem familiaribus nudis fugientib. uni co, qui ducem corpore suo tutabatur, uarijs uulneribus confosso & interfecto, ducem Henricũ superiecto pallio uehementi cursu abduxit, & Conrado duci Glogouiensi obtulit. Cõradus ue-

Dux carceri angusto includitur.

ro in carcere tetro in uas ferreum angustũ inclusit, ubi nec sedendi, neque iacendi, sed ægre hæren di facultas erat. Duo foramina & hæc parua & breuia, unum ad inspirandum & cibum c: pien dum, aliud ad egerendum in uase erant: hinc per tempus semestre quo detinebatur inclusus, sca pulæ & fœmora eius sanie & uermibus scaturientia defluebant. Mortem ergo & crudeles passio nes euasurus, coactus fuit facere quicquid Cõradus uoluit. Dimissus autem nunquam ad pristi nam sanitatem usque ad mortem restaurari potuit. Anno millesimo ducẽtesimo octuagesimo nono Cazimirus Oppolieñ. dux nõ bello uictus, nec aliqua necessitate coactus, dominio Vuen ceslai ducis Bohemiæ nondum in regem euecti et coronati se subiecit, & uasallum Bohemorum se fecit. Mortuo uero Henrico duce Graccouiense, duo eius ducatus diuisi sunt inter duos du-

18 Premislaus.

ces. Nam ditio Graccouiensis obuenit Premislao, & Vladislaus Loketek adeptus est principa tum Sandomiriæ.

Ducatus Poloniæ rursum in regnum sublimatur.



19 Premislaus rex.

CVm proceres & prælati regni Poloniæ præcla ras suorum regum imagines, tum res à se pace bello'que gestas, tum denique scisionem et in plures ducatus regni distractionẽ contempla ti sunt, uisum est cunctis, unum sibi ex multis Poloniæ deligere principibus et in regem constituere, q in unum corpus distracta regni colligeret, salutẽ & pa cem subditorũ procuraret, & à singulis coleretur atq; ue neraretur. Anno itaque 1295. mense Iunio, principẽ præ clarissimum moribus & institutis heroicum Premislaũ secundũ, maioris Poloniæ & Pomeraniæ ducem (iam eñ mortuus erat dux Pomeraniæ Mscugius) in regẽ et consortẽ suam Richszã in reginã Poloniæ elegerunt, unxeruntq; & coronauerunt in Gneznensi metropoli tana ecclesia. Verum ipsius in regale solium sublimatio inuisa fuit ducib. Poloniæ, qui fremebãt, Przemislaum se anteire regali gloria. Conspirarunt etiam in eum marchiones Brandenburgen ses, & rege in carnispriuio absque custodia solatijs dedito, per noctium tenebras & syluarum ab dita uenerunt & insilierunt in regem & in milites eius, crudelissima'que morte extinxerunt &

Premislaus interfectus.

abierunt. Vix erat Premislaus annorum 38. & regnauerat mensib. 7. & dieb. 11. Tunc proceres ele gerunt Vladislaum Lockteck ducem Cuyauiæ Casimiri filium: qui credebatur unus esse, qui di stractum regnũ ad unius corporis reduceret compaginem. Auctoritate ergo electionis, omnes ducatus, castra & ciuitates in ipsius obedientiam et ditionem concesserunt, paucis exceptis. Sed cum in uicia publica prolaberetur, uirginum & ingenuarum matronarum pudicitiam uiolenter prostitueret, nec reformationem promissam exequeretur, proceres anno 1300. conuenientes, ele ctionem eius tanq; pernicioſam abrogarunt, & Vuenceslaum regem Bohemiæ in regem Polo niæ elegerũt, atq; Gneznæ inunctũ coronauerunt. Is aũt duxit uxorẽ Richsam filiam unicã Pre mislai primi electi regis, unicã regni Poloniæ hæredẽ. Cumq; in regnũ Bohemiæ redijsset, & im plicaretur bello Vngarico, ac deinde Albertus Ro. rex Bohemiã & Moraviam affligeret, Vla dislaus Lockteck clàm insinuauit se in Poloniam, & ab amicis adiutus quædam castra obtinuit. Interim rex Venceslaus in morbum incidens, mortuus est anno 1305. Tunc Lokteck paulatim ducatum Graccouiensem in obedientiam recepit. Interim Poloni bipartiti, quidam nobiles sci licet maioris Poloniæ, Posnanienses & Kalisienses exacerbati contra Vladislaum Lokteck, si bi in principem elegerunt Henricum ducem Glogauiensem, Conradi ducis filium, natum ex Salomea

Salomea ſorore germana Premislai regis Poloniæ. Reliqui uero Poloni Vladislao Lokteck regnum innouauerunt. Et hic Vladislaus ubique Henricum expugnauit. Deinde gesit plurima prælia cum Dominis Teutonicis propter Pomeraniam et ciuitatem Gdanensem, quam Domini Teutonici retinuerunt usque ad annum Christi 1466. Maiori itaque Polonia in unam monarchiam & dominium Vladislai Lokteck per mortem Hērici ducis Sleſiæ & Glogouiæ redeunte, cœpit idem Lokteck cogitare de coronatione ſua & recuperatione Pomeraniæ. Miſit ergo ad Rom. pontif. Auenionem pro ſua coronatione, & impetrauit, ut anno 1320. in eccleſia Graccouienſi coronaretur: ab eo'que tempore Graccouienſis eccleſia iure coronandi Poloniæ reges primùm dotata & priuilegiata eſt. Communi etiam edicto ſancitum eſt, ut in caſtro Graccouienſe uelut arce firmiſsima corona, alia'que deponantur & obſeruentur regalia, quæ in Gneznenſi rure hoſtilem inuaſionē ne quicquā prohibere ualente, tute ſeruari non poterant. Habuit autem rex iſte filium Cazimirum nomine, cui Lithuanorū princeps dedit filiam ſuam uxorem. Et cum Lithuania aurum & argentum non haberet, accepit dux omnium captiuorum, annis ſuperioribus abductorum, ex Polonia reſtitutionem pro dotalibus. Sponſa uero ueniens Graccouiam, baptiſata eſt, & Anna uocata, ſic'que pax compoſita inter Polonos & Lithuanos. Deinde uertit ſe contra marchionem Brandenburgen. qui iniuſte uendiderat Pomeraniam Cruciferis, occiderat Primislaum primum regem, deuaſtauerat Poloniam &c. Depopulatus eſt ergo terrā eius citra & ultra Oderam uſque ad Franckfordiam, & onuſtus præda redijt in Poloniam. In ea expeditione multa fœda peracta ſunt, 140. uillæ cum ſuis eccleſijs combuſtæ, quatuor monaſteria igne ſuppoſita, impuberes & ſenes cæſi, & pluſquā ſex millia animarum in miſerabilem captiuitatem abducta. Deinde habuit anno 1331. maximā pugnam cōtra Cruciferos, in qua uictoriam quoque obtinuit, cæſis 40. millibus hoſtiū. Durauit hæc pugna ad horam diei nonam, cum in ortu ſolis incœpiſſet. Mortuus eſt uero anno 1333. cum duodecim annis regnaſſet. Iohānes rex Bohemiæ tunc morabatur Vratislauiæ, defecerunt'que ad eum duces quidam. Quin Iohānes dux Glogouien uēdidit mediam partem ducatus regi Bohemiæ: qui rex cum exercitu in Glogouiā ueniens, alteram partē Glogouiæ in ſuam redegit ditionem. Premislaus uero nunq̄ regi Bohemiæ ſubijci uoluit, atque ideo ueneno abſque prole ſublatus eſt. Hēricus quoque frater eius ob hoc grauamē mortuus eſt. Deinde rex Bohemiæ Io. comes Lutzelburgen. traxit ad ſe ducatum Vratislauien. non ſine magno detrimento regni Poloniæ. Sed & Vladislaus dux Legnitzenſis ſubiecit anno Chriſti 1322. ditionem ſuam coronæ Bohemiæ. Poſtea anno 1327. defecerūt omnes duces Sleſiæ à rege Poloniæ, à cuius tamen ſanguine deſcenderant, & præſtiterunt homagiū regi Bohemiæ, non ob aliam cauſam, q̄ q̄ ipſis inconſultis Vladislaus Lokteck coronam accepit. Poſt Vladislaum regem electus eſt Cazimirus filius eius in Poloniæ regem, regnauit'que annis quadraginta. Hic ex omnibus regibus & principibus quos unquam Polonia habuit, regnū Poloniæ magnificauit, templorum, caſtrorum, ciuitatum & curiarum uaria ſtructura. Solum in hoc culpatur, q̄ in cōmeſſationes & uenerem intemperatus fuit.

20 *Vladislaus Lokteck*

Graccouia ſit metropolis Poloniæ.

Grauiſsimū bellum.

Tota Sleſia deficit ad Bohemos.

21 *Cazimirus rex.*

Polonia & Vngaria ſub uno rege.

POſt mortem Caſimiri, Ludouicus rex Vngariæ, nepos ex ſorore Caſimiri, eligitur in regem Poloniæ, atque coronatur in Polonia anno 1370. præfuit'que regno annis 12. Mortuus autem reliquit duas filias, nempe Mariam, quæ eo uiuēte fuit deſponſata Sigiſmundo marchioni Brandenburgenſi, & Heduuigim promiſſam primo Vuilhelmo duci Auſtriæ. Conuenientibus uero Polonis, de electione regis diſſenſerunt. Quidam abiecerūt Sigiſmundum marchionem, & uolebant habere Heduuigim: alij uero uoluerunt habere Semouitum ducem Mazouiæ: ſed negocio ſuſpenſo, interim Sigiſmundus & Semouitus graſſabātur in terra, donec tandem miſſa fuit Heduuigis filia iunior Ludouici, cum copioſa frequentia regni Polonici & Vngarici, qui procurarunt illam inungi, conſecrari & coronari, tributa ei plena facultate regnum Poloniæ adminiſtrandi, donec quiſpiam principum in regem Poloniæ coronandus ipſi adiungeretur. Vuilhelmus dux Auſtriæ interim uana ſpe ducebatur adipiſcēdæ reginæ, quum illum anteuerterit Iagello dux magnus Lithuaniæ, qui exploratum habens, uirginē Heduuigim regnum Poloniæ adminiſtrare, ad procandum eam ſuo connubio anno 1385. fratres ſuos miſit cum muneribus, etiam quum adhuc infidelis eſſet. Fuit gens Lithuanorum annis ſuperioribus adeo obſcura & contempta apud Ruthenos, ut principes Kiouienſes ab ea ſola perizomata & ſubera ob egeſtatem & ſoli ſterilitatem in ſignum ſubiectionis exegerūt, donec

22 *Ludouicus rex.*

23 *Heduuigis regina.*

Paupertas Lithuanorū.

Vithenes

Vithenes dux Lithuanorum ſumptis uirium incrementis, negaret tributum, quin & iugo prin-
cipibus Ruſsiæ iniecto, eos adegerit ad tributa ſibi pendenda. Terminatur Lithuania ad Mazo
uiam, Pruſsiam & Somogetiam, & uerſus plagam orientalem contingit Moſcouiam, à meridie
Vilna. uero iungitur Roxolanis. Metropolis Lithuaniæ uocatur Vilna, ubi polus ſeptentrionalis attol-
litur quinquagintaſeptem gradibus.

Genealogia eorum principum

Lithuaniæ, qui ante centum annos fuerunt.

- Gedimi nus
  - Olgerdus
    - Iaggello
    - Skirgello
    - Koribut
    - Vigunt
  - Montiuidus
    - Borziſch
  - Narimunt
  - Iauunutha.
    - Vitouudus
    - Patrikyg
    - Thotuil
  - Keiſtut
    - Sigiſd.
  - Coriath
  - Luburd

Iſte ducta uxore filia regis Poloniæ, factus eſt rex Poloniæ, appellatus'q; poſt ſuſceptũ baptiſma Vladislaus.

Iagello infidelis laborat pro Polonia.

Iagello dux magnus Lithuaniæ exploratũ habens uirginem Heduuigim regnum Poloniæ ad-
miniſtrare, ad procandum eam ſuo connubio anno 1385. fratres ſuos miſit cum muneribus, &
illi intromiſsi ad reginam dixerunt: Si dominũ noſtrum Iagellonem accipere dignaberis, ſpon-
det ille ſuſcipere fidem Chriſti cum omnibus Lithuanis, omnes captiuos ex Polonia ſublatos di
mittere, terras ſuas regno Poloniæ perpetuo unire. Offert ſe terras Pomeraniæ, Chulmeñ. Sleſiæ
& alias quaſcunque à regno Poloniæ alienatas recuperare. Ea legatio reginæ parum grata, pre
latis uero & baronibus accepta fuit: q; per hoc medium Poloni ſecuriores fierent ab incurſioni-
bus exterarum nationum, ac deinde magna multitudo hominum ad Chriſti cognitionem per-
ueniret. Ad arbitrium tamen reginæ Vngariæ matris Heduuigis negocium iſtud reiectum eſt.
At illa reſpondit, ſe contentam fore, ut proceres regni Poloniæ pro republica fidei Chriſtianæ &
regni Poloniæ, quæ meliora ſunt amplectãtur. Quod perſentiens dux Auſtriæ Vuilhelmus, cui
Ludouicus rex Vngariæ Heduuigim dandam in cõiugem deuouerat, omnem mouit lapidem,
ut Iagelloni præriperet prædam, ſe fruſtra omnia, etiam cum Heduuigis illum amaret.

Infidelis dux Lithuaniæ perue-

nit ad regnum Poloniæ, fitq; rex & Chriſtianus.




Vladislaus rex.

ANno domini 1386. Iagello magnus dux Lithuaniæ cum fratribus ſuis at que grandi comitatu uenit Graccouiam, adiens'que reginam, obtulit il li munera, & paulo poſt in articulis fi dei catholicæ edoctus, baptiſatus, & Vladiſlaus apellatus eſt: fratribus uero eius, qui ſecũ uenerant, Viguntho Alexander, Corigalloni Cazimirus, Suuitrigelloni Boleslaus nomina impoſita ſunt. Eadem etiam die nuptias cele-
brauerunt, terras'que Lithuaniæ, Samageriæ & Ruſsiæ regno Poloniæ perpetuo inſcripſit ac incorporauit: deinde in regem Poloniæ un ctus & coronatus eſt. Anno Chriſti 1387. rex Vladislaus gentem Lithuanicam ab idololatria reuocaturus, ſumptis ſecum regina, duce

Lithuania ad Chriſtianiſmũ conuertitur.

Mazouiæ, & multis uiris religioſis atque epiſcopis ingreſſus eſt Lithuaniã, & abduxit plebeios homines ab errore idololatriæ, extinxit ſacrũ eorum ignem, diruit idolorũ templa & altaria, exci dit ſyluas, interfecit ſerpentes quos adorauerunt, atq; ſublato toto paganiſmo, edocebat gentem articulos

articulos fidei & orationem dominicã,ac poſtea fecit eos ſacra unda baptiſari. Largiebatur quo que pius rex ſingulis qui erant ex populariũ numero poſt ſuſceptum baptiſma,ex panno de Po lonia adducto nouas ueſtes, qua prouida liberalitate effecit, ut natio illa rudis & pannoſa, lineis in eam diem contenta, fama huiuſmodi liberalitatis uulgata, pro conſequendis laneis caterua tim ad ſuſcipiendum baptiſma ex omni regione accurrebat. Fundauit deinde rex Vladiſlaus in Vilna eccleſiam cathedralẽ, principalem'que aram, in loco ubi ignis perpetuus erat, conſtituit. *In Vilna eccleſia cathedralis.* Terram aũt Lithuaniæ germano ſuo Skirgelloni tanq̃ ſupremo duci Lithuaniæ regendã cõmiſit. Anno 1392. Vitouudus in magnũ ducem totius Lithuaniæ præfectus eſt, hac ſcilicet conditione,ut terras Lithuaniæ,p rege & regno Poloniæ fideliter teneret. Anno 1399. Heduuigis regina Poloniæ mortua eſt in puerperio. Poſt mortẽ eius nulla,ple extãte,rex Vladiſlaus electionem metuens,totus ad regreſſum in Lithuaniã ſpectabat. Proceres aũt regni,regem fluctuantẽ aliam hæredẽ regni Poloniæ,Annã Vuilhelmi comitis Ciliæ filiã ſupereſſe docuerũt,quã illi Anna Cazimiri ſecũdi Poloniæ regis filia pepererat. Ad quã procandũ extemplo ad Ciliã miſit, & ad ſe adduci anno 1400 Graccouiã fecit. Et quoniã uirgo illa nullã præter Alemannicã nouerat linguã,ordinatione regis prop'e octo menſib. Polonico idiomate imbuebatur:quod poſtq̃ intel



ligere didiciſſet, regio thoro cõiuncta eſt, quãuis rex moliebatur eam reiicere, q̃ parũ præſtantis formæ ſibi appareret. Coronata tamẽ fuit. Anno 1400 Vladiſlaus rex Poloniæ ſtudiũ generale in ciuitate Graccouienſi erexit, cuius fundationẽ Heduuigis regina dum uiueret maxima inſtantia,p curabat,accerſitis'q̃ doctoribus & magiſtris ex uniuerſitate Pragenſi, aſſignauit eis cenſus in exactionib. et teloneis,deputauit quoq̃ prælaturas & præbẽdas. Quod ſtudiũ etſi per Cazimirũ ſecundũ regem Poloniæ orditum, priuilegijs'q̃ papæ, regis Cazimiri præfati & ciuitatis Graccouienſis munitũ & dotatum,collegiũ'q̃ in Cazimiria oppido, muro erectũ fuit,non tamẽ uſq̃ in illũ diem cõſummatũ fuit. Poſt ilta rex Vladiſlaus cũ fratrib. Teutonicis uſq̃ ad annũ 1410. geſsit bella,tãta'q̃ audacia utrinq̃,p alieno imperio pugnatũ,quantũ ſuũ cuiq̃ retinere negotiũ fuit. Noniſsime uero infenſis animis omni parte cõcurſum, clamores maximi editi, & aliquãdiu ancipiti Marte pugnatũ,donec tandẽ Germani cæſi,Sarmatis reliquerunt cruentã uictoriã. Ceciderunt eo prælio 50. millia hominũ. Anno 1416. Vladiſlaus tertiã accepit cõiugem, qua mortua ad 4. connubiũ trãſiuit,anno ſcilicet 1422. genuit'q̃ ex ea uxore,Sophia nomine,Vladiſlaũ et Cazimirũ paulo poſt mortuũ, deinde Cazimirũ alterũ. Mortuus eſt autẽ ſenio cõfectus anno 1434. Succeſsit filius eius Vladiſlaus, infelice omine ad Vngariæ regnum poſtulatus, quod non ſine difficultate atque negocio & inuitis Polonis adeptus & coronatus in Alba regali, ubi iam et Alberti filius Ladiſlaus coronatus fuit. Vladiſlaus uero cõgregato exercitu anno ſalutis 1443. pertranſijt Romaniam uſque Macedoniam, ſuſtinuit'que graue Turcorum certamen, ex quo tamen ſe uiriliter excuſsit, & cum magna laude primam illam in Turcas expeditionem confecit. Deinde anno 1444. Vladiſlaus cum nouo exercitu à Segedino copias mouit ad urbem Nicopolim, quæ humilis eſt ciuitas, cuius præſentia famam diminuit, licet ſit metropolis in Bulgaria,ubi rege ſtatiua tenente,palatinus Trãſalpinæ Valachiæ (qui & Dracula dicitur) ad eum uenit,monuit'que ne cum Turca congrederetur, qui in magna ueniebat multitudine. Vladiſlaus forti animo pergens,peruenit ad Varnam,ibi'que in pugna interijt anno regni ſui in Polonia decimõ,regni autem Vngariæ quarto,ætatis ſuæ anno 21. Victus in acie, nuſquam amplius in terris uiuus neque mortuus apparuit. Occiſo Vladiſlao,Cazimirus dux magnus Lithuaniæ, frater Vladiſlai anno 1445. poſtulatus eſt in regem. Et cum apud Lithuanos moram faceret, Boleſlaus Mazouiæ princeps in regem electus eſt. Hæc dum Cazimiro palàm fiunt, electioni nuper de ſe factæ conſenſit,propere'que in Poloniam uenit. Poſtea anno milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo tertio,idem Cazimirus in regni ſociam aſciuit Eliſabetã filiam Alberti, Romanorũ, Vngariæ & Bohemiæ regis, ac ducis Auſtriæ, Ladiſlai Vngariæ & Bohemiæ regis ſororem, ex qua ſuſtulit multos filios & filias, qui uſq̃ ad tempora noſtra gubernaculũ regni tenuerũt in Polonia. Huic Cazimiro cũ ordine Teutonicorũ annis fermè 14. ſæpius alternãte fortuna,uaria bella fuere,donec tãdẽ uniuerſam Pruſsiã adeptus eſt. Anno 1492. idẽ Cazimirus ſenſim ex,pfluuio uentris

Gymnaſium Graccouienſe.

Graue prælium.

25 Vladiſlaus

Nicopolis Scbilach uulgo.

26 Cazimirus rex.

uentris in Lithuania ægrotare cœpit,& cum ſui philoſophi profluuiũ reſtringere aut noluerunt aut nõ potuerũt,accepto conſilio à monacho quodã ordinis Minorũ, uſus eſt pane groſſiſſimo ac nigerrimo Lithuanico in Grodno oppido, qui uentrẽ conſtrinxit. Et exhilaratus inuexit in ſuos medicos,ꝙ religioſorũ medicina pluris ualeret quàm in arte medica doctorũ. Cœpit tamẽ ſtatim ſecundum pedes tumere,quod cũ nec fratres,nec philoſophi curarent,percontãdo medi cum ſuũ requiſiuit, an adhuc ſpes eſſet ſanitatis, & ille reſpondiſſet, minime,tanꝙ fortis achleta imperterritus ſubiunxit, ergo moriendũ eſt, & medico addente, utique, Vadas ergo inquit aſtanti pro confeſſore,ut mihi ſalutaria porrigat ſacramẽta. Perceptis ſacramentis & teſtamento facto,in priuatis & abditis locis centũ millia aureorũ oſtendit,quos inter filios diſtribuit,ſic'que in pace mortuus eſt,anno 1492. Reliquit filios ſex et filias ſeptem: ex quibus quatuor ſucceſſiue reges fuerũt in Polonia. Cazimirus uero ſecundo genitus,ptiſi prefocatus in Vilna tumulatus quieſcit. Vltimus filius Fridericus Cardinal.& deinde archiepiſcopus Gneznẽſis & epiſcopus Graccouienſis fuit. Prima filia Heduuigis Georgio duci Bauariæ deſponſata eſt, Sophia Friderico marchioni Brandenburgenſi, Anna Bugslao duci Stetinenſi, Barbara Georgio marchioni Miſnenſi, Eliſabeth duci Legnicenſi &c.

Monachorũ medicina.

Moritur Cazimirus.

De regibus Poloniæ qui noſtro ævo adminiſtrauerunt regnum.

Iohannes Albertus rex.

VLadislaus primogenitus Caſimiri uiuente patre deſignatus eſt rex Vngariæ,& Bohemiæ q uxorẽ duxit Annã filiã regis Galliarũ ſuſcepit'que ex ea Lodouicũ et Annam. Ludouicus ſucceſſit patri in utroque regno ducta uxore Maria ſorore Caroli imperatoris &c. Anno Chriſti 1492 conuenientes proceres regni Poloniæ elegerũt poſt Cazimirum defunctum,filium Iohannem Albertum,ſed qui non diu præfuit regno, nec feliciter bella geſſit:in ædificando negligens fuit, & regnicolis propter cladem à Vualachis acceptam inuiſus. Tacitus autem anno 1501 apoplexia immatura morte occubuit, poſtquã regnauerat annis aliquot. Poſt eius mortẽ electus eſt à maiori parte procerum & nobilitatis dux magnus Lithuaniæ Alexander,qui in profectione cõtra Tartaros mortuus eſt in Vuilna, cum expleſſet annos ætatis 45. Tunc ſuperſtes fuit adhuc minimus natu inter fratres Sigiſmundus nomine,qui anno 1500 ducatum Glogouienſem obtinuit per regem & fratrẽ ſuũ Vladiſlaũ Vngariæ & Bohemiæ conferentẽ & per Iohannẽ Albertum cedẽtem atque reſignantẽ. Deinde anno 1506. factus eſt rex Poloniæ, adminiſtrauit'que regnum annis 34 uſque ad æuũ hoc noſtrum & geſſit magna prælia contra uicinas nationes, potiſſimũ contra Moſcouitas,ex quibus anno Chriſti 1514 ſtrauit triginta millia, menſe ſeptembri. Iſte Sigiſmundus cũ prima uxore habuit filiã unicam quam duxit Marchio Brandenburgẽſis. Ioachimus elector. Cũ ſecunda uero uxore Bona habuit filium unicum Sigiſmundum Auguſtũ & filias 4. quarum maiorem natu Iſabellã nomine tradidit Ianuſio regi Vngariæ. Eſt arx quædam Smolẽcea nomine,ferè inexpugnabilis,quæ poſtꝙ centũ annis et ſuprà in Lithuanorũ manibus fuiſſet,an. 1513 Baſilio duci Moſcorũ,poſtꝙ per bienniũ ſæpius tentata eſt, à preſidio prodita fuit. Hæc arx nulla penè ui expugnabilis,in extremis Sarmatiæ finibus ad Boriſthenem amnem ſita Moſcorum ditionis exiſtens, à Victouudo olim expugnata fuit, & duabus fermè ætatibus in Lithuanorum manibus permanſit, tanto ingenio ac labore formata, ut nullis unquam miſſilibus læderetur, idque non murorum munimento, ſed propugnaculis ingentis magnitudinis ex quercinis lignis, terra lapidibus'ue repletis & circumactis, ſepta ac undique munita eſt. Ab una parte Boriſthenem fluuium habet, cætera inacceſſis paluſtribus'que locis ſatis tuta ſunt.



Sigiſmundus rex.

Smolenſko.

Hanc

Hanc Baſilius tanto ſuorũ cruore exemit,ut facilius nouam erigere arcem potuiſſet. Sed quam Iohannes comes à Tanouu Caſtellanus Cracouienſis,ſupremus exercituum ductor regni Poloniæ iterum expugnauit & diripuit.


Nomina epiſcopalium & aliorum prouincialium in Polonia locorum.

POlonia minor quæ ad caput Viſtulæ & circa eſt, nobilem habet Graccouiam urbem. Maior uero Polonia eſt,quæ Gneznam Poſnaniam'que inſigniora habet loca,deinde Pruſsiæ dominiũ et Pomeraniæ partẽ. Hæc omnia ultra Viſtulæ amnem in Germania ſunt,præter Pruſsiã, cuius maior pars Sarmatiæ ſolũ occupat. Apud Poloniã maiorem ducatus eſt Mazouiæ,regib. Poloniæ feudalis. Hos Lithuani attingunt,&apud Lithuanos ad ſept. Samagittæ ſunt. Lithuania à meridie Ruſsiã habet. Podolia Ruſsiæ eſt prouincia,ſi cut & Roxolanorũ regio,utuntur'que ritu Græcorũ.Metropolis eorum uocatur Camenetiũ. Metropolis uero Mazouiæ appellatur Varſouia,uulgo Vuarſcheua,ubi optimus conficitur medo,quem Troinik uocant. Archiepiſcopatus in regno duo, unus in Gnezna ciuitate Poloniæ maioris,& alter Leopoli in Ruſsia. Reliqui uero epiſcopatus ſunt in ciuitatibus Graccouienſi, Vladislauienſi in Cuiauia prouincia, Poſnaniẽſi in maiori Polonia,Plocenſi in Mazouia,Przemislienſi in Ruſsia,Chelmenſi etiã in Ruſsia,Camenicenſi in Podolia, Luceorienſi,Kyouienſi, omnes in prouincia Ruſsiæ,Vuarmienſi in Pruſsia, Culmenſi etiã in Pruſsia. Et quantũ attinet ad ſeculariũ conditiones,primarum dignitatũ nomina, palatinatus atque Caſtellanorũ ſunt præeminentiæ.Sunt aũt Palatini priores,dehinc Caſtellani, quorum in toto regno multi ſunt. Palatinus Graccouienſis primus eſt in dignitate,poſt Caſtellanum Graccouienſem.Suprema enim Sarmatiæ officia ſunt Palatinatus,quos ſequuntur reliqui Caſtellanatus. Habent deinde præfecturas,quas Capitaneatus appellant,innumeras.

Mazouia. Podolia.

Ciuitates epiſcopales.

Palatini Caſtellani.



Monſtrum hoc Cracouiæ natum menſe Februario, anno 1547. uixit tribus horis. Loquitur ſic:

Africa nuper erat monſtrorum mater & author
Quæ dicta eſt aliquid ſemper habere noui.
Iam quia mutari cœperunt omnia, & ipſa
Africa monſtrorum deſijt eſſe parens.
Ne tamen omnino generentur nulla per orbem
Dant noua Sarmaticæ iam quoque monſtra plagæ.
Inter pluraq; me populoſa Cracouia nuper
Aedidit ad ripas Viſtula clare tuas.
Et quia mors, quæ cuncta rapit, mox me quoq; iuſto
Abſtulit enſe (mei nullus ut uſus erat)
Ingenioſa tamen pictorum dextra uolebat
Sic mihi perpetuum conciliare decus.
Barſolionius at uates quoq; carmine ſcripto
Eſt uſus uultus explicuiſſe meos.
Nec prorſus labor eſt fortaſsis inutilis ille
Qui mortale genus multa monere poteſt.

G. B.

De Polonia.

Lithuania.



Diuitiæ Lithuanorum.

LIthuania Poloniæ connexa, magna ſui parte paluſtris, plurimuḿq; nemoroſa, & ob eam rem difficilis aditu ac quodāmodo inacceſſa, aquis paluſtrib. cuncta obtinentibus: hyeme cōmertia cum Lithuanis habiliora, paludibus & ſtagnis alta glacie concretis, niue'que ſuperinfuſa, fiunt omnia mercatoribus peruia, ut uelut alto mari, quando nulla ſit certa uia aut ſemita, ſydera ſignent iter. Rara in Lithuania oppida, uillarū incolatus infrequens: accolarū diuitiæ pecora, pelles'que multigenum ferarū, ut zobellinæ ſunt & harmelinæ, quibus regio inſigniter ſcatet, ceræ ac mellis abundans, uſus pecuniæ gen ti nullus, inter ſe matronæ palàm concubinos habent uirorū permiſſu, quos connubij uocant adiutores: cōtrà pellicatus uiris probro datur. Soluūtur facile matrimonia mutuo conſenſu, & iterum atque iterū nubunt, adeo gens una cæteris mortalibus diuerſo uiuit ritu, ut non abſurdū ſit illud Ariſtippi, Honeſtum nō natura ſed conſuetudine cōſtare. Vini rariſsimus uſus, panis nigricans non cribratus, armenta uictum præbent, multo lacte utentibus. Sermo genti ut Polonis, Sclauonicus. Hic enim ſermo q̄ latiſsime patet, ac plurimis quidem gentibus cōmunis eſt. Caput regionis Vilna eſt, epiſcopalis ciuitas, & eſt tantæ magnitudinis quantæ Cracouia cū omnibus ſuburbanis. Domus tamen cōtiguæ in ea non ſunt, ſed ueluti in rure horti intermediāt & pomaria Duo fortiſsima caſtra habet, unum in monte ſitum, alterū inferius in plano Tartari quidam circa Vilnam in aſsignatis pagis habitant, qui agros noſtro more colentes, laborāt & merces uehunt. Vtūtur lingua Tartarica, & profitentur Mahumeticā fidem. Lithuani primum condiderunt oppidum Vilua elevationis poli 57. graduum, ex nomine ducis illud ſic nominantes, ſicut & flumina quædam præterfluentia ab ipſo Viliam & Vilnam appellarunt. Fuit gens Lithuanorū annis ſuperioribus tam contempta apud Ruthenos, ut principes Kyouienſes uilia quæque ob egeſtatē & ſoli ſterilitatem in ſignum ſubiectionis acceperint. Sed Lithuani tandem excuſſo iugo dominationis, Ruthenos ſibi ſubiecerunt. Colebant ab origine Lithuani numina,

Honeſtū conſuetudine conſtat.

Magnitudo Vilnæ.



Idola Lithuanorum.

ignem, ſyluas, aſpides & ſerpētes, quos etiam in ſingulis domibus uelut deos penates nutriebant, ſacrificia faciebant & uenerabātur. Coluerunt ſacrum ignem, eum'que perpetuò nutriebant. Sacerdotes templi materiam ne deficeret, miniſtrabant. Hos ſuper uita ægrotantiū amici conſulebāt. Illi noctu ad ignem accedebāt, mane uero conſulentibus reſponſa dantes, umbram ægroti ſe apud ignem ſacrū uidiſſe aiebant. Alij adhuc interiores ſolem coluerunt, alij uero ſyluā, & quæ arbor procerior fuit, huic digniorem cultum impenderunt. Cum autem illis uerbū Chriſti prædicaretur, & populus uocatus fuiſſet ut arbores excinderēt, nemo erat qui ſacrum lignum ferro contingere auderet, quouſque uerbi conciona tor eos ſuo exemplo animaſſet, alij autem ciulantes Vitoldū principem adierunt, queruntur'q; ſacrum locum ſucciſum & domum Dei ademptam, in qua diuinā opem petere cōſueſſent, inde ſoles, inde pluuias abſtinuiſſe &c. Motus Vitoldus (alijs Vitonodus) ueritus'que populorū tumultum, Chriſto potius quàm ſibi deeſſe plebē uoluit, reuocatis'que literis quas præſidib. prouinciarum dederat, concionatorē ex prouincia decedere iuſsit, tam graue fuit falſam religionem pectoribus ſemel infixam radicitus exterminare. Suprà in deſcriptione Poloniæ uberiorem de hac re habes tractationem, quam obiter libuit hic repetere.

Fratres { Olgerdus. Iagello / Keiſtut. Vitoudus

Fratres Teutonici ordinis multis annis excurſiones Lithuanorum repreſſerunt uſque ad tempora Olgerdi & Keiſtuti fratrum. Fuit Keiſtutus magnus Chriſtianorū perſecutor, qui in una pugna ter à fratribus Teutonicis captus fuit, & tamen ſua callidi-

tate ſem-

tate ſemper elapſus, ſed qui tãdem à nepote ſuo Iagellone occiſus interiit. Tunc Olgeridus frater eius poſt multa bellorum pericula ſublatis ſex fratribus ſuis rempub. tutatus eſt. Hic habuit 12 filios una matre genitos, quorum maior natu erat Iagello. Erat Olgerdus ipſe princeps ethnicus ſed militari diſciplina clarus, multaq; cum cruciferis bella uario euentu geſſit. Ablumptus autem anno 1381 reliquit Iagellonem in principatu ſucceſſorem. Hic paternis ueſtigijs inhærẽs, ſuſcepta cum finitimis populis bella perſecutus, barbarico ethnicoq; animo tam Polonos quã Prutenos & Roxolanos uaria belli ſorte moleſtauit, donec tandem reginam Poloniæ uxorem accepit cum regno, fidemq; Chriſti ſuſcipere ſponte pollicitus fuit. De quo ſupra in Polonia.

Samogetia.

Samogetia ſiue ut alij uolunt Samagithia regio contermina Pruſſiæ, Liuoniæ & Lithuaniæ, ſyluis & fluminibus circumſepta, habet gentes proceræ & pulchræ ſtaturæ, agreſtes tamen & incultas moribus, parco & modeſto uictu uiuentes, ſitim aqua ſedare ſolitas, & quæ raro ceruiſia aut medone utitur. Auri, argenti, æris, ferri, uini ante noſtra tempora expertes fuere & ignaræ. Apud quos licitum erat uni uero plures habere uxores, & patre mortuo nouercam, fratreq; glotem in uxorem accipere. Nullus illic ædificiorũ nobilium ſed tantummodo tugurij uſus. Ex ligno & culmo fit ſtructura, largius ab imo ſenſim operis incremento, ædificium in arctius cogitur, in carinæ ceu galeæ maximæ ſimilitudinem elaborata. In cacumine feneſtra una, ſuperne lumen reddens, ſubter quam focus, & cibos parabiles coquens & frigus quo regio pro maiori anni parte predita eſt repellens. In ea domo ſe, uxores, pignora, ſeruos, ancillas, pecus, armentum, frumentum & omnem ſuppellectilem condunt, gens ad diuinationes & auguria procliuis. Præcipuum ei numen ignis, quem ſacroſanctum & perpetuum putabant, et qui in alto monte aſſidua lignorũ appoſitione à ſacerdote alebatur. Vladislaus Poloniæ rex, qui eam gentem ad Chriſti fidem compulit, turrim in qua conſiſtebat, incendit & ignem diſiecit & extinxit. Succidit deinde ſyluas, quas nõ ſecus quam ſanctas & deorũ ſuorum habitacula uenerabantur. In eam caliginem mẽtis prolapſi, quod & ſyluæ prefatæ & aues, feræq; in illis cõſiſtentes ſanctæ forent, & quicquid in illas ingrederetur ut ſanctũ cẽſeri deberet. Violanti quoq; nemus, feras uel alites, manus aut pedes dæmonum arte curuabantur. Maxima itaq; barbaros tenebat admiratio, quod Polonorũ milites nemus excidentes nulla læſio, qualem ipſi in ſe frequentius experti erãt, ſequeretur. Habebant preterea in ſyluis præfatis focos in familias & domos diſtinctos, in quibus omnibus charorũ & familiarium cadauera cum equis, ſellis, & ueſtimentis potioribus incẽdebant. Locabant etiam ad focos huiuſmodi ex ſubere facta ſedilia, in quibus eſcas ex farre in caſei modũ preparatas deponebãt, medonẽque focis infundebant, ea credulitate illuſi, quod mortuorũ ſuorũ animæ, quorũ illic combuſta fuerant corpora, nocte uenirent, eſcaque ſe reficerent. Tandem Vladislaus luce diuina perfuſus & Poloniæ rex factus, compulſos Samogetios ad Chriſti fidem, fecit baptiſari, fundauitq; que eccleſiam cathedralem in Myedniki, & fecit nepotem ſuum Vitauudum ducem magnum in Lithuania & Samogetia. Hic cũ eſſet bellis aſſuetus, ſubdidit ſibi ducatus Pleſcouienſem & Nouogrodien. qui & Neugardiæ ducatus, atque Smolnẽſem. Pauceque armis quæſita, aggreſſus eſt Tartaros, ex quibus copioſam multitudinem tranſtulit in Lithuaniam, locaq; que ad habitandum conceſſit. Poſtea rurſus cum magna militũ copia impugnauit Tartaros, ſed pro ſtrato exercitu eius, ipſe euadens uenit in Lithuaniam. Tunc imperator Sigiſmundus uolens ſeminare diſcordiam inter Vitoldum & Vladislaum, coronam Vitoldo promiſit & in regem Lithuanorum ſublimari perſuaſit, Verũ cum afferretur corona per loca tutiora Marchiæ & Pruſſiæ, nobiles Poloniæ ſeſe oppoſuerunt, miſſiſq; que exploratoribus, legatos imperatoris terruerũt, ut pedes retro tulerint. Vitoldus aũt de hoc factus certior, præ triſticia ab anthrace inter ſcapulas orto, uitã cum principatu finiuit, anno 1430. Poſt mortem Vitoldi, Vladislaus rex Suitrigellum ſiue Skirgellum fratrem ſuum dedit Lithuaniæ ducem, qui immemor beneficij contra regem bellum mouit: tunc rex principatũ dedit Sigiſmundo de Starodup, Skirgellum uero fecit occidi. Succeſſit Sigiſmundo Cazimirus regis Vladislai natus, prefuit'que ducatui fere 50 annis: ſub cuius extremis annis, dux Moſchorum auulſit ducatum Nugardienſem. Deinde Cazimiro ſucceſſit Alexander filius eius. Quo defuncto, Sigiſmundus ſubſtituitur in locum eius: ſub cuius dominio Moſchouiæ dux Pleſcoiiam & ducatum Smolnenſem expugnauit & poſſedit.

Aedificia Samogetarum.

Syluæ ſacræ.

Tartari uincuntur.

De Polonia.

De quibuſdam Lithuaniæ ciuitatibus.



DIximus iam, Vilnã eſſe metropolim Lithuaniæ: diſtatque 60. milliaribus à mari Prutenico, à Riga 40. aut ſecundum alios 70. A Kyania uſque ad confluentiã Boryſthenis maioris & minoris, q hodie uulgo Neper & Boch appellantur, ſunt decẽ dietæ, & ibi eſt unus Lithuaniæ terminus. Ex aduerſo uero computando, à Parzou ſeu Parkouia ad Vilnam ducẽdo lineam, numerantur 80. milliaria, ſed à Cracouia per eandem uiam uſque in Vilnam ſunt 120. milliaria. A Vilna in Smolensko 100. milliaria. A Smolensko in Moſcuuam ciuitatem 100. milliaria Germanica. Vilna, ut iam diximus, eſt tanta quanta Cracouia cum Kazimira, Clepardia & omnibus ſuburbijs.

Nugardia. Nonigrod uero, quam Latini Nugardiã uocant, fuit ſub ducatu Lithuaniæ per ducem Vitoldum armis acquiſita, & eſt in amplitudine paulo maior quàm Roma, in ambitu continet ſex milliaria Germanica & dimidiũ, Nouigrod autem continet ſeptem milliaria integra. Ad hanc ciuitatem Teutonici mercatores magno labore perueniunt, magnas ibi opes, multum argenti, pelles'que precioſas uendentes atque ementes: ponderato argento non ſignato utuntur. Diſtat autem Nugardia à mari Baltico ferè tribus milliaribus. Iuan, id eſt, Iohannes, princeps Moſchorum anno domini 1479. exhauſit theſauros Nouogradienſium, & trecentos currus impleſſe dicitur de auro, argẽto & unionibus precioſis. Matthias à Michouu ſcribit tot eſſe eccleſias in hac urbe, quot ſunt dies in anno. Dicit etiam ibi eleuari polum borealem (ſed quod fieri nequit) 66. gradibus, Iouius ponit 64. quare fit, ut in æſtate circa ſolſtitium æſtiuale poſt occaſum ſolis appareat lux cœli uſque in ortum ſolis, ut artifices, ſartores, ſutores, & cæteri mechanici artificia ſua

Pſkouu urbs exercere poſſint. Pskou urbs nobilis, murata & magna, minor tamen quàm Nouigrod, adiacet Moſcouiæ & Lithuaniæ, eam'que Latini uocant Pleſcouiam: cuius habitatores lingua & ritu ſunt Rutheni: barbam non radunt, & crines capitis non tondent. Tota terra Pleſcouiæ

Polotzkouu. 60 tenet in longitudine milliaria, & 40. in latitudine. Hinc uerſus orientẽ eſt Polotzko caſtrum & ciuitas magna, pertinet'que ad ducatum Smolenſem. Et poſt eam eſt ad oriẽtem Smolenſco caſtrum & ciuitas ex roboribus ſtructa, et foſsis profundis munita. Ipſa autem terra ſeu ducatus Smolensko continet in longum 60. aut 70. milliaria. Porro Lithuanis eſt ſermo quadripartitus, primus eſt Iaczuuingorum, uulgo Iauuinger. Alter Lithuanorum & Samagittarũ: tertius Prutenorum, & quartus Liuoniorum habitãtium iuxta fluuium Dzuuinam, quem alij uocant Dunam. Et quanquam horum eadem ſit lingua, unus tamen non ad plenum intelligit alterum, niſi qui uerſatus eſt in omnibus illis terris. In memoratis quoque regionibus profitentur ritum Latinorũ: in alijs autem circũiacentibus terris, ut in Nouigrodo, in Pleſcouia, in Poloczko, in Smolensko, atque in Ruthenorum partibus, ritum obſeruant Græcorum. Sunt præterea circa Vil-

Tartari prope Vilnam. nam Tartari, & habent' proprias uillas, colunt agros & uehunt merces, atque ad mandatum magni ducis Lithuaniæ omnes ad bellum aſſurgunt, loquuntur Tartarice, & profitẽtur ſectam Saracenorum. Sunt quoque Iudæi in Lithuania, preſertim in ciuitate Troki, & hi laborant atque mercantur: telonea & officia publica tenent, & non uiuunt de uſuris. In Lithuania oritur

Boryſthenes fluuius. Boryſthenes fluuius, quihodie Neper appellatur, in terra plana & lutoſa, ex ſtagnis & denſis ſyluis, & fluit ſub Smolensko atque ſub Kiouia, tandem'que cadit in mare Ponti. Item Villa alius fluuius, triginta milliaribus ad orientem Vilnæ ortum capit, & ſub caſtro Vilnenſi miſcetur cum fluuio Vilna, fluit'que ad amnem Niemen, qui ualde flexuoſe decurrit, naues defert & merces, atque poſt caſtrum Couno in mare Prutenicum cadit. Item Dzuina magnus fluuius fontes habet in Moſchouia, fluens'que per Lithuaniam, iuxta Rigam ciuitatem Liuoniæ cadit in mare.

mare. Lithuani medone ſpiſſo, item tenui & uario modo cocto utuntur, quo etiam inebrian-
tur: uulgus autem ut ſemper bibit aquam. Armenta habent omnis generis & feras ſyluarum: ſal- *Medopotus Lithuanorũ.*
tus, deſerta & ſyluæ ſunt magnæ, atque in eis magnæ & multæ ferę, uri & boues ſyluestres, quos



lingua ſua uocant thuri & zumbrones, onagri & equi ſyluestres, cerui, damæ, dorcæ, capreæ, apri, urſi, mardures &c. Habent Lithua-
ni ſicut & ferè omnes ſeptentrionales populi peſſimã in conniuan-
do conſuetudinem, preſertim potentes: nam ſedent à meridie in
medium noctis & opplent ſe continuo cibo & potu, atque à menſa
quoties natura propellit aſſurgunt & egerunt, illicó que iterum uo
rant uſque ad uomitum et amiſſionem rationis. Potiſſimum autem *Commeſſatio Lithuanorũ.*
hic tãtus abuſus inuenitur in Lithuania & Moſcouia, ſed multo ma
gis in Tartaria. Eſt etiam in Lithuania & Moſcouia atque in Tarta
ria conſuetudo uenditionis hominum. Serui natura uenduntur à
dominis ſuis tanquam pecora pueri que eorum & uxores, quin &
pauperes homines libero uentre nati, uictu carentes, uendunt filios
& filias interdum & ſemetipſos, ut apud patronos ſiliquis & groſſis cibis ſaturentur.

Ruſſia.



RVſſia quæ etiam Ruthenia & Podolia, Alba ſuperior & inferior, pars Polonici regni, quæ & Roxolania, habet ad orien tem Moſchum, & eſt terra fertiliſſima, *Fertilitas Ruſſiæ.*
cereris & mellis feraciſſima. Nam agro rude culto & parum inuerſo atque exarato, frumẽ toq́ ue ſuperſeminato, tribus annis ſponte frumen tum germinat, ita tamen quod colligendo tempo-
re meſſis ſegetem, aliquidpiam granorum permit-
tatur in terram decidere ad ſurgendum ex eis fru-
mentũ in anno ſequenti, ſine cultura & ſine agri a-
ratura. Gramẽ quoque & paſcua tam cito ac uber rime fundit & prodit, ut pertica in tribus diebus ſu percreſcendo contegat, & aratrum in locis grami noſis derelictum, in paulo pluribus diebus, graminibus ſepiat & cooperiat. Quare ibi apũ tan-
ta copia, ut mella nedum in aluearijs aut arboribus, uerum in rupium & terræ cauernis reponãt. Contingitq́ ſæpenumero, ut examina apum ſuperuenientia & priores apes exterminantia, ruricolæ aduolantia agmina apum trucident aut in aquis mergant, ut quæ præfuerũt, hereditari è mellificent & maneant. Optimus ibi medo, & hi grandes cerarum orbes, qui ad nos uſque ad-
uehuntur ibi fiunt. Non impiſcantur piſcinæ & ſtagna Ruſſorum, ſed, ut aiunt, piſces ex cœli influẽtia ſuccreſcunt. Sal quodam in lacu katzibeio uocato, ſiccis tem poribus colligitur, pro quo genti cũ Tartaris crebra bella. Eſt ibi cre-
tæ copia. Verſus Tanaim uero et Mæotim ubi alba eſt Ruſſia ſub Mo ſcouitarum principis dominio, terra calamo aromatico & reupontico abundat, pluribus q́ herbis & radicibus aliſs alibi non uiſis. In medio *Leopolis metropolis Ruſſiæ.*
Ruſſiæ eſt Leopolenſis terra & urbs uulgo Lemburg in ea bene mu-
nita, habens duo caſtra ſuperum & inferum, eſtque metrópolis Ruſ ſiæ. In ſeptentrionem ſunt tractus Chelmenſis & Belzenſis. Leopolis nomen eſt ſortita à Leone imperatore, in memoriam adeptæ uictoriæ contra habitatores illius terræ. Conueniunt ibi mercatores multi ex Turcia & Chriſtianis, negociandi gratia. Diſtat autem hæc urbs à Graccouia 50 milliaribus. Ruſſia nullum producit uinũ, ſed infertur ex Vngaria, Moldauia & Valachia. Etiam cerviſiam ad nutum habet. Abundat equis, bobus & ouium gregibus, abundat pellibus mardoriũ & uul-
pium. Sunt multi Iudæi in Ruſſia, ſed non permittuntur exercere uſuras. Dant potius operam colendis agris, uacant mercimonijs & multi præficiuntur exactionibus publicis & teloncis. In ciuitate Camyenenſi & ſimiliter in Leopoli ſunt multi Armeni, mercatores peritiſſimi, pene-


trantes ad Caffam, Conſtãtinoplim, Alexandriam Aegypti, Alkairam & partes Indiæ & merces afferẽtes. Habẽt Rutheni proprias literas, Græcis proximas. Hebræi uero ſuis utuntur characteribus, atque perſcrutantur artes liberales, aſtronomiam & medicinam. Armeni ſuo ritu gaudent & literis. Inter ſanctos colunt præ cæteris Thaddæũ apoſtolum, aſſerentes quod eos conuerterit ad Chriſtum. De inde & diuum Bartholomeum uenerantur, per quem multos articulos, ut aſſerunt, de fide acceperũt. Habẽt Leopolenſis ciuitas archiepiſcopalem ſedem, cui parẽt Ruſsi & Lithuani. Fuit & Kiouiæ aliquando archiepiſcopatus habens ſub ſe eccleſias Græcas, quæ ſunt ſub Moldauia & Vualachia uſque ad Danubium.

Thaddæus epoſtolus.



Moſcouia.

ESt Moſcouia regio latiſsima, in qua urbs regia uocatur Moſcha & Moſckuua, ad Moſchũ amnem ſita, habetque 14. M. paſſ. in circuitu. Nul-



lus hic ſignati argenti uſus. Lapis eſt in medio foro quadrata forma, quem ſi quis aſcenderit nec inde ui deturbari poſsit, principatũ urbis obtinet. Ingens de aſcenſu loci & deiectu dimicatio inter indigenas, ſæpiusque ob eam rẽ pugnatum inter ciues. Inuiſum genti regium nomen, id circo ducis appellatorũ libentius uſurpant, ut magis popularem. Qui ibi rerum potitur dux dicitur, qui in totam gentem imperium obtinet. Huic pileus paulo elatior quã cæteris proceribus, cætero nihil ab alijs differens. Patrij moris eſt, mulieres gẽmas & uniones ex auribus ſuſpendere, decorum & maribus ſed adhuc pueris. Quæ iterum nupſerit, ſatis caſtam ducunt, auerſantur ut impudicam tertio nubentem, par in maribus offenſa. Gẽs in Venerem prona ac bibaciſsima: hoc laudis loco ponunt, alterum licere arbitrantur, modo id fieri contingat citra omnem connubij offenſam. De ſumma fidei cũ Græcis ſentiũt, par in cultu ceremonia et in cœlites ueneratio. Agrorũ cultum oppido exercent, equis arant, ager feraciſsimus præterquã uini. Ceruiſiam potũ ex milio, hordeo atque humulo decoctum potant, & idem fere totus ſeptentrio. Varia alit ea regio animalium genera, & in his pleraque pellium æſtimatione nobilia, piſciũ quoque ingens copia. Eſt autem Moſcouia terra quadringentorũ milliariorum patens, argento diues, tam ualido ubique præſidio concluſa, ut nedum aduenæ uerum indigenæ etiam abſque literis ducis exire atque intrare non poſſint. Plana omnino regio eſt, non montoſa, nemoroſa tamen, & ut plurimum paludinoſa, multis inſignibus fluuijs, Occa, Volha, Dzuuina, Boryſthene'que & Dneper irrigua, piſcibus ob id uarijs & feris abundat, quemadmodũ Lithuania, à qua non multum diſcrepat, niſi quod frigidior eſt, quia ſeptentrionalior. Vnde pecora parua habet, & cõmuniter mutila. Moſcua metropolis regionis, duplo maior q̃ Praga Bohemiæ, lignea (ut aliæ ciuitates) ædificia habet, multas plateas, ſed diſperſas, latiſsimi enim cãpi interiacẽt, & Moſca amnis ipſam interſecat. Arx in medio urbis in plano ſita, ſeptẽdecim turribus & tribus propugnaculis adeo pulchris & ualidis, ut ſimilia uix reperiantur. Sedecim in ea arce eccleſiæ, & tres ampliſsimæ curiæ, in quibus nobiles aulici morantur. Palatium in quo dux eſt, Italico more eſt conſtructũ, pulcherrimum ſed non amplum. Multos ducatus habet, ex quibus ingruente bello plus quàm ducenta millia hominum duobus aut tribus diebus contrahuntur. Aqua genti potus & medo, ceruiſia, liquor'que fermentatus, quem quaſſetz uocant. Arant ligneo aratro, frondibus arborum aut ſpinis apricantur: ſegetes propter longum frigus raro matureſcunt, ideo'que in ſtubis & æſtuarijs deſiccant triturant'que. Vino & oleo carent. Ne inebrientur princeps terræ (ut quidam ſcribunt) prohibuit capitis pœna omnem potum inebriantem, niſi q̃ bis aut ter in anno id conceditur. Monetam nunc habent argenteam, maiorem & minorem, non rotũdam, ſed quadrangularem, oblongam. Sclauonica lingua loquuntur, licet externis linguis ſic ſit cõfuſa, ut mutuo Sclauus & Moſcouita ſe non intelligant. Extenditur Moſcouia uſque Iurham & Corelam, quæ ſunt in Scythia, habet'que multos ducatus intra terminos ſuos, nempe ducatum Tuerczka, ducatum Chelinſci, ducatum Zubſczouski, ducatum Klinski, ducatum Kubenſem &c. qui ſingulí multa millia armatorum poſſunt producere ad bellum. Tanais nominatiſsimus fluuius à Moſcouitis Don appellatus, fontes ſuos & originem habet in Moſcouia in ducatu Rezenſi. Conſurgit de terra plana, ſterili, limoſa, paludinoſa & nemoroſa. Et ubi proceſſerit ad oriẽtem uſque ad metas Scythiæ & Tartariæ, recuruatur ad meridiem, & perueniens ad paludes Mæotidas, ingreditur illas. Volha uero, olim Rha, quem Tartari Edel appellant, tendit in ſeptentrionem aliquot milliaribus, cui cõiungitur fluuius Occa ſeu Ocha, ex Moſcouia profluens, ac deinde in meridiẽ gyrans, auctus multis amnibus, influit in mare Euxinũ. Hercynia ſylua quotã Moſcouiæ

Inuiſum nomen regis apud Moſcouitas.

Moſcouia ſeptẽtrionalior Lithuania.

Moſcua ciuitas.

Lingua Moſcouitarum.

Ducatus multi.

Tanais flu.

Hercynia ſylua.



partem occupat,ſed paſsim poſitis ædificijs incolitur,iam'que longo labore hominũ rarior facta eſt. Ea parte qua uergit ad Pruſsiam,uri ingentes & ferociſsimi taurorũ ſpecie reperiuntur,quos biſontes (autore Paulo Iouio) uocant:item habet alces ceruina effigie & cum carnea proboſci de altis'que cruribus & nullo ſuffraginum flexu,Iozzi à Moſchouitis,à Germanis uero helenes appellati. Pictura tamen mihi oblata aliud oſtendit. Inueniuntur præterea ibi urſi inuſitatæ magnitudinis & prægrandes lupi atro colore formidabiles. Iter quod eſt à Vilna Lithuaniæ per Smolenchũ ad Moſcham,hyeme per niues longo concretas gelu,lubricam'que ſed multo attritu ſolidatam glaciem expeditis in curribus,incredibili celeritate conficitur. Aeſtate uero niſi difficili laborioſo que itinere cãpeſtria ſuperari nequeunt. Nam ubi niues perpetuis ſolibus diſſolui eleuãri'que cœperint,in paludes cœnoſas'que uoragines abeunt, uiris pariter & equis inextricabiles, niſi ligneis pontibus infinito prope labore conſternantur. Terra Moſchouiæ, ut iam quoque diximus,in uniuerſum neque uitem,neque oleam,neque paulo ſuauioris pomi frugiferam arborem præter ceraſa producit, quum teneriora quæque gelidiſsimis Boreæ flatibus exurantur. Campi tamen tritici,ſiliginis,milij,panicí que & omnis generis leguminum ſegetes ferunt. Sed certiſsima meſsis in cera & melle conſiſtit. Regio enim tota fœcundiſsimis apibus plena eſt, quæ non in manufactis agreſtium aluearibus,ſed in ipſis arborum cauis probatiſsima mella conficiunt. Hinc per ſyluas & opaciſsimos ſaltus, frequentia apum examina ramis arborum pendentia uidere eſt, quæ nullo æris crepitu colligere ſit neceſſe. Reperiuntur ſæpe ſauorum ingẽtes malleæ arboribus cõditæ, uetera'que mella deſerta ab apibus, quum ſingulas arbores in uaſtis nemoribus rari agreſtes minime perſcrutentur,ita ut in admirandæ craſsitudinis arborum ſtipitibus, permagnos mellis lacus aliquando reperiãt. Demetrius legatus Romam ante aliquot annos miſſus,retulit,proximis annis uicinię ſuæ agricolam, quærẽdi mellis cauſa in prægrandem cauam arborẽ ſupernè deſilijſſe, eum'que profundo mellis gurgite pectoretenus fuiſſe hauſtũ, ac biduo uitam ſolo melle ſuſtinuiſſe,quum uox opem imploran tis in ea ſyluarum ſolitudine,ad uiatorum aures penetrare nequiuiſſet: ad extremum uero deſperata ſalute,mirabili caſu,ingentis urſæ beneficio inde extractum euaſiſſe,quũ forte eius beluæ ad edenda mella,more humano ſe demittentis auerſos renes manibus comprehendiſſet,& eam ſubito timore exterritam ad exiliendum tum contrectatione ipſa,tum multo clamore concitaſſet.

Paludinoſa regio.



Copia mellis.

Abundant hæ regiones urſis, qui & ubique mella & apes quærunt, non tantum ut hinc uentrem ſaginent,uerum ut & uiſui conſulant. Oculi enim eorum hebetantur crebrò, qua maxime cauſa fauos expetunt,ut cõuulneratum ab apibus os,leuent ſanguine grauedinem illam. Inualidiſsimũ eſt illis caput,quod leoni fortiſsimum, ideo urgente ui, præcipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus capite operto iaciũtur, ac ſæpe in harena colaphis inflictis exanimantur. Ingrediuntur bipedes. Arborem auerſi diripiunt. Tauros ex ore cornibus'que eorũ pedibus omnibus ſuſpenſi pondere fatigant. Parit urſa ſecundum Plinium poſt triceſimum diem,ac plurimum quinos. Eſt autẽ fœtus enixus cãdida quædam informis'que caro, paulo muribus maior,ſine oculis,ſine pilo,ungues tantũ prominent. At mater tam informes fœtus lambendo paulatim figurat. Ingrediens aũt ad antrum quod ſibi delegit,reſupinata ſerpendo accedit,ne inſidijs pateat locus ueſtigiorũ,ibí'q; fœta dies 14. ut ſcribit Ariſtotel. immobilis manet. Sine cibo uero dies 40. tantũ dextri pedis linctu ſeſe ſuſtentat. Demũ in eſcam incidens exatura tur,ſaturitatic'q; uomitione occurrit formicis cõmanducatis. Fœtus uero 14. dieb. tã graui premitur ſopore,ut nec punctionib. aut uulnerib. excitari poſsint,pingueſcunt'q; interim ſupra modũ. Poſt 14. uero dies euigilant à ſomno,& incipiunt lingere priores uolas,at q; inde uiuunt aliquandiu. Nec cõſtat de aliquo quo alantur cibo uſq; ad uerẽ, tunc incipientes excurrere,decerpũt teneras arborũ propagines & herbulas labris ſuis reſpondentes. Scribit præterea memoratus De

Natura urſi.



Fœtus urſini.

metrius

metrius, apud Moſcouitas nullã eſſe auri, argenti'ue uel ignobilioris metalli, ferro excepto, uenã, nec ullũ tota regione uel gemmarũ uel pretioſi lapilli ueſtigiũ. Ea omnia ab externis petũt populis: naturæ tamen iniuria, quæ tot bona prorſus inuiderit, uno pellium nobiliſs. mercimonio relar citur. Ante 500. annos Moſchouitæ gẽtiliũ deos coluere, atq; tũc primũ Chriſtianis ſacris ſunt initiati, quũ Græci antiſtites à Latinorũ eccleſia diſſentire cœperunt, Græcorũ ritum aſſumentes. Sacramentũ ex fermentato pane conficiunt, & arbitrãtur nullis ſacerdotũ ſuffragijs, nulla'q; propinquorum aut amicorũ pietate iuuari mortuorũ manes, fabuloſum'q; eſſe purgatorij locũ putant. Chriſti uitæ miraculorũ'q; omnium hiſtoria, itẽ'q; Pauli epiſt. dum ſacra fiunt, è ſuggeſtu recitantur. Ingentes ſapidiſſimos'q; piſces & ante alios ſturiones Volga præbet. Vino aduectitio uti ſolent, ſed in feſtis cõuiuijs tantũ. Refert Anthonius Vuied Lithuanus in hunc modũ de Moſchouia. Signauimus quãta potuimus diligentia loca ciuitatũ, caſtrorum, mariũ, paludum & fontium, quãtum'q; à ſe inuicẽ diſtent, fluminũ curſus, flexus & origines, quæ magna ex parte oriuntur è terræ ſuperficie plana, aut extruduntur ex magnis lacub. Ad hæc aũt exploranda, non mediocrem nobis præſtitit operã dominus Io. Iatzki, unus olim ex principib. Moſcouiæ, qui nunc poſt magni ducis Baſilij è uiuis deceſſum ob ſeditionẽ leuem magnatũ quorũdam ac relictũ teneræ ætatis Baſilij filium, ad inuictiſsimũ Poloniæ regem Sigiſmundũ confugit. Quũ uero ante aliquot annos apud hunc multis precib. egerit D. Sigiſmundus ab Herberſtein, orator id temporis imperatoris Maximiliani ad magnũ illum ducẽ Moſcouiæ Baſiliũ, ut Moſcouiã ipſi deſcribendam curaret, nunq; ceſſauit deinceps omnia perquirere, quæ ad regionis cognitionẽ uiderentur ſpectare. Scribit etiã, terram huius regionis uerſus aquilonẽ immẽſo laborare frigore, ut nec frumentũ ibi creſcere poſsit, ſed abundat feris, quæ nobilib. ut iam diximus, ueſtiuntur pellibus. Quãdo dux bellis implicatur, reponit theſaurũ ſuum in caſtrũ Belij Ieſera, aquis circũmunitum. Vbi in tabula ſcriptũ uides Iuhri, patria dicitur eſſe Vngarorũ, id quod utriuſq; regionis eandẽ teſtari aiunt linguã. Supra Moſchouitas ſunt multi populi quos Scythas uocant, ſed parent principi Moſchouitarũ, quos ſcilicet dux Iuuan ſubiugauit, ut ſunt Perm, Baskird, Czriremiſſa, Iuhra, Corela & Permska: & fuit regio idola colens, ſed quã dux ad baptiſmũ coẽgit, deſignauit'q; Stephanũ epiſc. quẽ barbari poſt diſceſſum ducis uiuũ excoriauerunt & necauerunt, reuerſus'q; dux afflixit eos, & aliũ denuo præſulẽ conſtituit. Aliæ uero regiones in infidelitate perſiſtunt. Colunt ſolem, lunã, ſtellas, beſtias ſyluarũ, & q̃d'eis occurrit, habent'q; propria idiomata. Nõ arant ibi, nõ ſeminant, nõ habẽt panes nec pecunias: feris ſyluarum quæ apud eos abundãt ueſcuntur, & nõ niſi aquã bibunt, morãtur in denſis ſyluis, in tugurijs ex uirgultis factis. Sunt uelut beſtiæ ratione nõ utẽtes. Veſtimẽta de lana nõ habẽt, pellib. tegũtur, conſuẽtes uarias pelles ſimul, ex lupo, ceruo, urſo, fabellis &c. Proximiores oceano ſeptentrionis, ut Iuhri & Coreli, piſcãtur et capiunt balenas ſeu uitulos & canes marinos. & ex cute eorũ parant redas, burſas & ſimilia, axungiã aĩt ꝓ impinguatione ſeruãt & uendũt. Notandũ quoq; hic q̃ priſci Coſmographi finxerũt in his ſeptẽtrionalib. locis magnos montes, quos Ripheos & Hyperboreos uocauerũt, qui tamẽ in rerum natura nõ inueniũtur. Eſt quoq; fabuloſum, Tanaim & Volham fluuios oriri ex montib. altis, quũ cõſtet hos & alios multos fluuios ex planicie terræ originẽ ducere. Proxima Moſchouiæ regio eſt Colmogora, frugibus abundãs, quam interluit Diuidna maximus ſeptẽtrionis flu. qui ſtatis à Niloticis ſimilib. incremẽtis, nec incertis anni temporib. circũiectos inundat campos, pinguiq; alluuie algori cœli reſiſtit. Frumentũ terræ traditum, nullo aratri beneficio prouenit, admirabili'q; celeritate naturæ feſtinãtis, ac nouam ſuperbi amnis iniuriã timentis, oritur ſimul & adoleſcit, atq; in ariſtas educitur. In Diuidnam influit Iuga amnis, in ipſo'q; confluentiũ angulo celebre eſt emporiũ nomine Vſtinga, diſtat'q; ſeſquicentũ milliaribus à Moſcha regia urbe. Illuc tranſmittuntur ab ulterioribus populis precioſæ pelles Mardurorũ, ſabellinorum, luporum &c. quæ uario mercimonij genere permutantur. De Tartaris ſuo loco in Aſia dicemus. Tantum de regionibus ſeptentrionalibus in Europa ſitis. Reſtant adhuc quædam aliæ regiones in Europa uerſus meridiem ſitæ deſcribendæ, quas nunc luſtrabimus atq; explicabimus, ex ſeptentrione in meridiem commigrantes, ſtilum'q; illuc uertentes.

Pelles nobiles diuitiæ.

Sturiones.

Vngari.



Riphei mõtes.

Diuidna flu.

Vſtinga emporium.

De Illyride & adiacentibus terris, quæ hodie generali uocabulo Sclauonia appellantur.



Illyrici populi.

FVerunt olim inter mare Adriaticũ & regnum Vngariæ duæ insignes regiones, quæ Illyricum & Dalmatia appellabãtur, inter quas prior nostro æuo in multas scissa est partes, nempe in Carinthiam, Coruatiam, Croatiam & Marcam Sclauonicam. Sunt qui etiam illis Bosnã annumerant. Posuerunt quoque ueteres inter Illyrios, Dalmatos & Croatios Liburniam: sed hodie confusi sunt prouinciarũ fines, nec expedire noua facile est, dum quis uetustissima absoluere potest. Iuxta Plinij tamen scripta, inter Croatinos & Dalmatas Liburni sedes habuerunt, aut certe Croatini Liburnorum loco successerunt. Scribunt etiam quidam, Illyridem olim fuisse extẽsam uersus septentrionẽ usque in Austriam, Stiriam, Seruiam, Rasciam & Dalmatiam, fuerit'que generale uocabulum omnium harum terrarũ. Strabo scribit, Illyricum habere optimos & firmos maris portus, solum fertile, decoratũ oliuis & uitibus, exceptis asperis & saxosis locis. Fuerunt incolæ eius aliquandiu sæuis moribus, piraticam in mari exercentes. Et Florus de Illyrijs scribit, cp primo bello Punico, regnãte Teuca muliere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt, legatos Romanorũ securi percusserunt, præfectos nauiũ igni cremauerunt, id' que quo indignius fieret, mulier Illyrijs imperabat. Sed postea à Rom. uicta, omni Illyrico excedere coacta est, et regio tributaria facta. Procopius Græcus autor scribit, Sclauenos Scythicã gentem tempore Iustiniani irruisse in Illyricũ, multas'que strages edidisse, prædas abegisse, & incõmoda multa uicinis intulisse, tãdem'que inter Illyricos consedisse, atque hinc Illyricos Sclauos dictos. Subijcitur ea regio hodie partim Vngarico regno, partim Venetis. Inhabitant plerunc; lignea ædificia culmo contecta, præter paucas littorales urbes, in quibus humanius degunt: tellurem optimam colunt, ubi, teste Aristotele, bis grauidæ pecudes, & quater in anno tondentur. Duobus principalib. abluitur tota regio fluminibus, Sauo & Drauo, qui in Danubium corruunt, ultra montes uero plurimi minores amnes erumpunt in sinum Adriaticum, ut sunt Edanius, Ticius, Naron, Rhizon & Drinus. Ciuitates insigniores, Flamona, Senia nunc Segnia, Enona nunc Hona, Iadera pro qua bellum diuturnũ inter Venetos et Pannonios, Scardona incolumi adhuc nomine, Spalatum obi olim Diocletiani palatium, Epidaurum à Gothis dirutum, è cuius ruinis Ragusia iuxta ædificata, Scodra nunc Scutarensis ciuitas. Item Carnia lata regio, gens Dalmatica & ducibus Austriæ subiecta, in qua Labacũ oppidum ex nomine uicini fluuij, Dalmatæ Lublanam uocant. Adrius mons mediam regionẽ deducit, ut Appenninus Italiam, extrudit'que multos amnes in mare Adriaticũ, quos iam enumerauimus. Fuit olim Dalmatia potentissima regio, ut etiam incolæ fisi suis arcibus & munitionibus ausi fuerint rebellare Romanis, sed Augustus domuit eos, atque magna ex parte incendio uastauit fortalicia & ciuitates eorum. Haud procul à limitibus huius regionis sita est ad mare ciuitas Apolloniæ, iuxta quam est petra quæ flammam ignis euomit, & infra eam ebulliunt aquæ calidæ & bitumen, præsertim quando petra ardet. Nec longe ab hinc fodiuntur metalla, & implentur fodinæ rursum, ut post aliquot tempora iterũ liceat hinc colligere æs. Est cõsuetudo mirabilis & barbara in prouincia Carinthiæ in oppido Klagen, furib. durissima, ut non solũ in furto deprehensus, uerum & qui in furti suspitionem uenerit, ueſtigio suspendatur, & post triduum de suspitione iudicent. Si sontem inueniunt, pendere sinũt, donec per partes ad terrã defluat cadauer. Insons repertus, sepelitur, exequiæ'que ex publico persoluuntur. Haud procul ab oppido Labacẽsi iuxta locũ Zircknitz aiunt esse lacum, qui hyberno tempore inundat aquis & multis magnis'que piscibus, ut etiam lucij ibi inueniantur tricubitales & quadricubitales, tempore uero æstiuo deficiunt aquæ, & pisces disparent, seminatur fundus, maturescit seges, collecta'q; messe, redit sub hyemẽ fluxus aquæ, & impletur lacus aquis & piscibus, id quod habeo ab Augustanis mercatoribus. Idem confirmauit eximius uir dominus Vergerius episcopus Iustinopolitanus.

Sclaui unde dicti.

Ciuitates Sclauoniæ.

Dalmatia.

Consuetudo in Klagen.



Ludouicus

Ludouicus Vergerius D. Sebastiano Munstero S. D.


PEtiti à me Munstere, cũ de mea Istria pauca quædã ad te scripserim, ut de tota ora Illyrica aliquid adderẽ. Itaque paucis accipe. Ab Istria usque ad Butuã, quod est oppidũ in finibus Epiri sunt 400. M. p. Totũ hunc tractũ ueteres appellarunt Illyricũ, nostri Sclauoniam uocãt, diuiditur uero in Liburniã & Dalmatiã. Ab Arsia enim usque ad Scardonã flu. Liburnia est. Inde usque ad Epirũ Dalmatia. Vrbes, oppida, insulæ, fluuij, totius huius oræ Illyricæ, hi sunt: cis Fanaticũ sinum quem uulgari uocabulo Carnariũ appellamus, nempe quia solet sæuissimis tempestatib. agitari, & multas uorare naues, multos'que homines, sunt duæ insulæ, Chersum atque Auserũ, quas ueteres Absyrtiũ uocarunt. Deinde alia quã Veggiũ, Plinius nunc Vegliã, mox alia quã Arbã tum ueteres, tum nostri etiã uocant, & alia cui nomen pagus, ubi salinæ multæ, succedũt'que aliæ itẽ insulæ, sed nõ ita insignes, donec Traguriũ uenias marmore nobile, mox Lesinã, quam ueteres Pharon, deinde Lissam, deinde Corcyrã, & ad aliã item insulã, quæ illi proxima est, nomine Melitã, quam Meledã modo uocant, eam scilicet in quã impegit nauis quæ Paulũ uehebat, eam quæ apostolũ illum multa humanitate excepit. In continente uero & iuxta littora hæ sunt urbes, Senia, sic à ueterib. & à nostris dicta, uulgo Segna, unde erat traiectus in Italiã his, qui ex Pãnonia uentitabant, cũ adhuc regnũ illud opibus & libertate floreret, & nondũ in Turcarum tyrannidẽ deuenisset, mox Enona, quã modo Honam appellant, ubi fluuius est Pausinus. Statim occurrit Iadera urbs clara, & quæ olim admodum bellicosa & potẽs fuit. Itaque sæpe à Venetæ reipub. imperio defciuit, sed semper uicta & in seruitutẽ subacta. Visitur Venetijs in eo loco ubi senatus solet cogi, imago uetusti cuiusdã eius ciuitatis principis, cui inscriptũ est, Iadram castigo rebellẽ. Hodie à nostris Zara nominatur. Deinde Scardona flu. & ciuitas quæ Turcis paret, paulo post Sicũ quem Sibenicũ hodie uocamus. Mox Spalatrum Diocletiani imperatoris patria: huic proxima, sed longe à portu circiter 15. M. pass. Salona Rom. colonia celeberrima, a qua nõ multũ abest Clissa arx munitiss. quã paucos ante annos eiectis Pãnonijs Turcæ occuparũt, & nõ longe hinc Stridon oppidũ, diui Hieron. patria, ut nõnulli affirmãt. Nam nostri Istrij suũ uendicãt, habẽt'que uillã uetustiss. cui nomen Stridon, atque ex ea natũ putant Hieron. in qua sententia fuit Erasmus. Tum Narona flu. modo Narenta. Deinde Bracchia: nõ ualde lõge Epidaurũ, quem Ragusiũ nostra ætate uocãt, urbem clarã, quæ Turcarũ quidẽ tributaria est, uerũ alium dñm nõ agnoscit, cũ habeat sibi remp. quã merito possis sapientem & iustam appellare. Ab Epidauro 40. M pass. castrũ nouum, quod ante paucos annos ui occupauit Barbarossa Turcicæ classis præfectus, Hispanis q ibi in præsidio erãt misere tractatis. Mox Risanũ ab antiquis Rhiziniũ. In intimo uero sinu Ascriuiũ, modo Catharũ ciuitas celebris obsidione Turcarũ. Nam ante 6. annos sustinuit impetũ 200 triremiũ, quibus præerat famosus ille archipyrata Barbarossa, qui tanta potẽtia frãgere animos Cæsarum potuisset, sed Io. Matthæi Bembi animũ non fregit. Nã is magno animo & magna uirtute uir paucis sanè militib. fortissime restitit, & classem illã ab obsidione depulit. Non lõge à Catharo Olchiniũ est, olim Colchinium, quia fuerat à Colchis cõditũ, nunc Dulchiniũ appellatum. Tota hæc ora maritima, excepta una Scardona & Ragusio, cum omnib. insulis quas suprà enumerauí, Venetæ reip. imperio paret. Abundat aũt omniũ ferè rerum copia, gentẽq; habet robustã & bellicosam, qua ad instruendã classem Veneti inprimis uti solent, ac uix scio an alia sit ad eam rem cõmodior atque opportunior. Hæc habui in prõptu, quæ de Illyrico indicarẽ, Munstere optime, plura uero de tã magna prouincia & gente scribere, hominis esset ocio (quo ego careo) abundantis. Tu ergo hæc pauca boni consule. Vale, Basileæ 16. Calend. Ian. an. 1549.

Fanaticus sinus.

Iadera ciuitas clara & bellicosa.

Diui Hieron. patria.

Catharum insignis ciuitas.



Bosnæ regnum.

PVtant Bosnonenses uenisse à Bessis Bulgariæ populis. Qui cum uiuerẽt in discordia cum Bulgaris, excluſi inferiori Mœsia, sedem posuerũt in Mœsia superiori, iuxta Sauum fluuiũ, factum'que temporum decursu, ut in uocabulo gentis e mutaretur in o; & ex Bessis fieret Bosis atq; inde Bosna, quales mutationes in multis alijs proprijs nominibus sæpe factas inuenimus, ut olim Melita, & hodie Malta, Longones & Lingones, Scandia & Schondia &c. Quando ista prouincia in regnũ fuerit sublimata

non

nõ inueni. Scribit quidem Bonfinius, Ludouicũ regem Vngariæ circa annũ Christi 1345. quum reliquias Tartarorum ex regno suo pellere conaretur, uocasse Stephanum principem Bosnæ, cuius filiam uxorem duxit, in auxilium: quia erat potens, habuit'que amplissimam terram, quæ ad Macedoniam usque extendebatur. In alio quoque loco inueni, Bosnam tributariam factam regno Vngariæ. Anno Christi 1415. princeps Bosnæ defecit à Sigismundo rege Pannoniæ, iniit'que fœdus cum Turca. Quod uidẽs Sigismũdus, cupiens'que reducere Bosnam, misit magnum exercitum contra occupatores eius, Turcas, sed Mahumetes fortior Sigismundo, fugato hoste retinuit Bosnam, præfecit'que prouinciæ Ikachum principem. Is abutens officio, gessit se pro rege, inuadens'que uicinas regiones, multa illis intulit dãna. Vngari uero collecta forti manu profecti in Bosnam, occiderunt Bosnæ Turcicum regem, atque omnes Turcas, qui in eam prouinciam se receperant, in fugam uerterunt, subiugarunt sibi regionem, & cõstituerunt in ea regem, primum scilicet (ut uidetur) ex Christianis. Nam posteaq; Turcæ ex prouincia occupata regnũ fecerãt, Christiani recuperatam prouinciã nolentes minoris habere, regem quoq; fecerunt in ea. Siquidẽ Matthias rex Vngariæ, anno domini 1463. paulo ante coronationẽ suam profectus in regnũ Bosnæ, profligatis hostibus omnia recuperauit, quæ antea inuaserat Turca. Erat ante illa tẽpora Georgius Despotus princeps Rasciæ, homo parũ Christianus, qui Turcæ filiam suam locauit uxorem, & is tres habuit liberos, Stephanũ, Georgium & Lazarum. Lazarus qui patri in principatu successit, unam tantum genuit filiam, quam Stephanus Bosnensium rex uxorem duxit. Is defuncto Lazaro socero suo, nõ solum uxore sed & principatu Rasciæ potitus, dominabatur Turcico ingenio, præditus summa impietate & prophana religione. Contigit aũt ut anno salutis 1463. quum in superiori Mœsia late imperaret, blanditijs Mahumetis imperatoris è castello clã euocaretur, & accitus in colloquiũ repente caperetur, iussu'que barbari cute exuerentur, & regnum quod à patre surripuerat, cum uita simul amitteret. Huius igitur temeritate scelere que Rascia & Bosna cum magna Seruiæ parte in Turcæ ditionem peruenit. Matthias autem rex Vngariæ quum Sauo tantum à Turca disterminaretur, exploratis Iaitzensium animis, qui Turcæ iugum ægre ferebant, trajcit Sauum, Iaitzam'que contendit, quatuor dierum itinere à Sauo remotam, obtenta'que urbe, arcem die noctu'que oppugnat, nõ modo loci natura, sed arte & præsidio Turcarum munitissimam donec eam expugnauit. Mahumetes audita Iaitzæ capriuitate, quæ illius regni caput erat, usqueadeo indoluit, ut parum abfuerit quin corde dissumperetur. Exercitum circiter triginta millia hominum mira celeritate comparauit, urbeculam aere, æneis que machinis die noctu'q; quassat, mœnia deijcit, omni'que ex parte urbem adoritur, sed missis à Matthia rege Vngaris, cum confusione repellitur. Postea tamẽ Turca ciuitatem rursum sibi subiugat, sicut & in hodiernũ usque diem subiectam tenet. Est urbs Iaitza in edito monte sita, quam duo amnes circumfluunt, præruptis'que rupibus & uadis obfirmãt. Ad radices montis & ad ambitũ urbis amnes illi cõfluunt, admixti'que unà in Sauum feruntur. A tergo profusa est planicies. Bosnensis regni hæc ante tẽpora nostra caput erat, inexpugnabili arce, ac hostibus inaccessibilis. Habet regio et alias quasdam insignes ciuitates, præsertim Schuuonicã & Vuarbosanyen, quam aiunt hodie esse metropolim, sed nullo cingitur muro. Milliatzka fluuius dirimit eam in duas partes.

Turca occupat Bosnam.

Stephanus Bosnensiũ rex.

Iaitza metropolitana ciuitas.



Iaitzæ situs.

Dacia, Rascia, Seruia &c.

REgio ista olim Dacia appellata, hodie in multis dispescitur minores regiones, nempe in Transsyluaniam, Rasciam, Seruiam, Bulgariam & Vualachiam. Transsyluania hodie uulgo appellatur Septem castra, & à quibusdam Zipserland, in quorũ terris olim habitasse cõmemorantur Getæ & Triballi. Est etiam in Dacia Marmatia, quã nunc Marma-

Mannariſſam appellãt,in Carpathijs montibus collocata,unde Tibiſcus oritur:ubi ſal marmoris inſtar effoditur,& tanta quidem copia, quanta uniuerſæ Scythiæ ſatis eſſe poſsit. Nec procul hinc aqua inuenitur,in qua demerſum ferrum uertitur in cuprum. Tibiſcus fluuius mediam Dacíæ regionẽ abluit in Danubiũ profluens, appellatur'q; hodie Tiſſa,è monte Carpato profluẽs. unde etiam Viſtula emergit,ſed hic in mare Germanicũ ille in pontũ exit. Sunt qui Dacíã denominatã uolunt à Danis, q olim è terra ſua egreſsi hic ſedes fixiſſe dicũtur. Quin & Saxones olim à Carolo magno huc miſsi,adhuc in media externa natione patrium retinent ſermonem, ut paulo poſt dicemus. *Sal lapideũ.*

Bulgaria.



BVlgari gens ferox, putantur è Scythia olim egreſsi,intulerunt que plurima damna regno Conſtantinopolitano, & uexarũt Chriſtianos uarijs modis, quouſque tempore nepotũ Caroli magni factæ ſunt inducíæ & conditiones pacis,& captiua quædã quæ in regia Chriſtianorum ſeruierat ueluti ſerua, ſoror regis Bulgarorũ reddita eſt. Didicit autẽ hæc ſoror regis cum eſſet in captiuitate literas, ſuſcepit'que ritum Chriſtianorũ & baptiſma, & tandẽ fratri reſtituta,inſtituit ipſum præceptis Chriſtianis,monuit ut idola abijceret,& uero deo obſequia præſtaret. Et licet rex ſorori annueret,auſus tamen nõ erat repẽte à patria diſcedere religione. Verum acceſsit occaſio aſſumendi Chriſtianam religionem. Nam peſtis undique regionẽ inuaſit,ac tam crudeliter undiq; graſſabatur, ut Libitina non ſufficeret. Anxius rex ſororem rogauit, ut huic malo remedium cogitaret. At illa ſolum Chriſtum ſaluatorem inuocandũ cenſuit. Acquieſcit rex, baptiſatur'que cum omni populo,accerſito quodam ſacrorum pontifice, à quo myſteria fidei acceperunt,& mox potentia Dei innotuit,ſedata'q; eſt peſtis. Fama eſt primum regem Chriſtianũ in Bulgaris Trebellium uocatum. Is monaſticã ſecutus uitam,ex duobus filijs regnum maiori natu reliquit. Rediit nouus rex non multo poſt ad malorum dæmonum cultum,pietatem patris & inſtitutũ aſpernatus. Nec id filij ſcelus tulit Trebellius,ſed perſona quam gerebat ad tempus depoſita,regiam induit,recepto'que regni gubernaculo,filium impietatis increpitum luminibus priuat, regnũ dat minori natu,quod pie ex ſuo'que inſtituto adminiſtraret,ipſe'que id documentum dediſſe contentus,continuo ſe in ordinem redegit. Regino ſcribit hæc facta circa annum Chriſti 868. Quomodo hæc regio ſubdita fuerit regno Vngariæ,& tandem tyrannidi Turcæ ſubiecta,diximus,& dicemus alibi. *Mulier fidẽ inter incredulos plantat.* *Primus rex fit monachus.*


Valachia.



EA pars Thraciæ quæ Getica olim dicebatur,ubi Darius Hidaſpis filius pene periit,hodie Valachia appellatur à Flaccis Quiritum gente. Romani enim ſuperatis Getis atque deletis, Flacci cuiuſdam ductu eò Coloniam miſerunt,unde primum Flaccia, deinde corrupta uoce Valachia dicta. Aſtipulatur huic opinioni Romanus ſermo,qui adhuc in ea gente durat,adeo tamẽ ex omni parte corruptus,ut uix Romano homini intelligatur. Daci poſtea eam terram occupauerunt, à quibus aliquandiu etiam Dacia dicta fuit, nunc Teutones,Ceculi & Valachi tenent. Teutones fortes uiri è Saxonia illuc à Carolo magno tranſmiſsi,à ſeptem urbibus quas habitant Siebenburgenſes patrio ſermone uocãtur,licet alij Scythis id aſcribant, ut ſuprà memorauimus. Agriculturæ rei'que pecuariæ Valachi ut plurimum ſtudent,quod originem gentis arguit. Eſt Valachia lata regio à Tranſſyluanis incipiens,uſque in Euxinum protenſa pelagus,plana ferm è tota & aquarum indigua,cuius meridiem Iſter fluuius excipit. Hãc terram incoluere quondam ut diximus Getæ, poſtremo uero Romanis armis eſt ſubacta, & colonia Romanorum corrupto, ut fit,uocabulo, Valachia dicta. Pars eius Turcarum imperio,pars Vngaris paret.

Tranſſyluania.

De Vngaria.
Transſyluania Vngarici
regni Prouincia.



Moldauia. HAec regio undique magnis alpibus ceu ciuitas propugnaculis munita circummuratur, quare fit ut bello ferè inſuperabilis ſit. Parit quoque ſtrennuos ac fortiſſimos milites. Extra alpes habitant Vualachi, orientem, meridiem & ſeptentrionem uerſus. Ea pars Vualachiæ quæ eſt à ſeptentrione, uocatur Moldauia, ſuntq; habitatores eius homines ſæui & feroces, atque durum flagellum Tranſſyluanorum. Habet homines bellicoſos, & qui ſemper ad bella gerenda ſunt parati. Metropolis regionis uocatur Soſſauia, uulgo Sotzſchen. Aiunt terram eſſe inexpugnabilem. Matthias rex Vngariæ conatus eſt illos ſuo imperio ſubiugare, at circumuentus dolis illorum, grauem accepit cladem, uix'que ipſe effugit,
Ceculia. ueniens in Ceculiam, uulgo Zeckenland. Eſt autem Ceculia peculiaris quædã regio in Tranſſyluania, cuius incolæ aliam quàm Tranſſyluani habent linguam. Tranſſyluani enim pro maiori parte loquuntur Germanice, at Ceculi loquuntur Vngaricè, habent'que tres precipuas ciuitates quas Sedes uocant, ſcilicet Kyſdi, Orbai & Schepſi, in quibus ius dicunt, conueniunt'que ibi quoties aliquid arduum tractare uolunt, quod'que totam concernit regionem. Appoſuimus hic tabulam paruam Tranſſyluaniæ cum adiacentibus regionibus, ut uideas ſitum terrarum in quas diſtracta eſt Dacia, nempe Valachiam, Bulgariam, Tranſſyluaniam, Seruiam, Raſciam, Moldauiam, & cætera.

Ciuitates

Ciuitates Transſyluaniæ.

INter multas ciuitates quas habet Tranſſyluania, inſigniores habentur Hermẽſtat, Cronenſtat, Schleſpurg, Meduuiſch, Biſtricium uulgo Nœſen, Clauſenburg, Millenbach, Vueiſſenburg &c Metropolis uero eſt Cibiniũ, uulgo Hermenſtat, quæ ferè tantæ eſt magnitudinis quantæ Vienna Auſtriæ, optime munita. Non patet acceſſus ad eam ad mille paſſus propter frequentes piſcinas & paludes eam cingentes. Vueiuoda noſtris temporibus obſidione cinxit eam 7. annis, ſed inanis fuit conatus eius. Nõ procul hinc uerſus meridiem eſt Rubea turris, arx fortiſsima, ſita in alpibus iuxta decurrẽtem amnem, ubi anguſtus inter mõtes introitus patet in regionem, eſt'que ceu propugnaculũ totius terræ, ut ab illa parte nemo ingredi queat, ſi arcis præfectus repagula obijciat. Eſt & alia fortis arx infra oppidũ Millẽbach iuxta Bros oppiddum, ubi quoque iuxta fluuium inter conualles & niuoſas alpes iter eſt quod ducit in Tranſſyluaniam. Cæterũ Coronã uulgo Cronẽſtat, Vngari à prætercurrẽte riuo uocant Preſſouiã, eſt'q; altera regionis poſt Cibiniũ ciuitas. Creſcit in agro eius plurimũ frumenti, abundat pecorib. creſcit et uinũ ibi, ſed auſterũ. Patet hinc iter anguſtũ per alpes ad Tergouiſtũ, idem'q; iter per arcẽ Turtzfeſt cuſtoditur, ne hoſti facilis introitus pateat. Negociãtur Græci uſque ad hanc ciuitatẽ, adferentes aromata, goſsipiũ, linum, tapetia & ſimilia, quæ ultra uſque ad Budã uehuntur. Tergouiſtus uulgo Teruis metropolis Valachorũ, & ſedes peculiaris principũ inacceſsibilis, non muro, nõ mœnib. cincta, ſed foſſa, uallo & aggerib. tantũ cum ſudib. præacutis exterius poſitis, ſita inter paludes obductas lutoſis ſyluis & lacunis aquarũ, ita q; hyeme tota penè circũfinitima regio immeabilis ſit. Hæc eſt, puincia Daciæ, cuius ſuprà quoq; meminimus, dicta apud ueteres Rom. colonia Vnde eius aborigines hac etiã noſtra tempeſtate paſsim latino utuntur colloquio. Eſt ea gens barbara, crudelis, diuinationibus & augurijs dedita, rapinis ſemper & prædæ inhiãs. Diſtat aũt hic locus duorũ dierum itinere à Corona, habet'q; hodie Turca ibi præfectũ, & habitant inter Valachos Græci, Teutones, Turcæ & Chriſtiani. Inter Tergouiſtũ & Coronam eſt oppidũ Langenauu, quod Chriſtiani inhabitant, eſt'q; ibi depoſitio merciũ, quæ à Tergouiſto in Tranſſyluaniã trãſportãtur. Eſt etiam in hac regione Huniad oppidũ, loci natura munitiſs. unde Io. pater Matthiæ regis oriũdus fuit.



Cibinium metropolis.

Corona quæ Preſſouia.

Tergouiſtus.

De fertilitate Tranſſyluaniæ.

HAbet Trãſſyluania numeroſum populũ, qui p magna parte utitur germanica lingua, potiſsimũ Saxonica, id qd in Altãdia peculiariter deprehẽdi poteſt. Poſſunt p ducere ad bellũ ferè 100. millia armatorũ, quia Ceculi loco tributi, à quo liberi ſũt, niſi quãdo rex moritur, oẽs ad militiã proficiſcuntur. Quãdo rex moritur, qlibet paterfamilias dat bouem unum. Iuxta oppidum Meduuiſch creſcit uinum in magna copia, atque ob id appellatur ager ille Vinifera regio. In Moldauia quoque creſcit uinum rubeum & denſum, ſed quod plurimum lædit capita, nec poteſt ultra annum ſeruari. In oppido Saltzpurg foditur ſalè terra, ſicut & in Ceculia apud uicum Aderhell albiſsimum foditur ſal, quod uehitur in Burgelandiam uſque ad Coronam. Apud Clauſenburgũ haud procul à Torrenburgo foditur etiam ſal. Habitatores Clauſenburgi utuntur partim Germanica et partim Vngarica lingua. Nulla ciuitas in ea regione uetuſtior eſt Alba Iulia, quam uulgo Vueiſſenburg uocant, eſt'que ibi ſedes epiſcopalis. Iuxta oppidum Schlotten, foditur aurum, ſicut & in Altenburg, & inueniuntur nonnunquam particulæ magnitudine auellanæ nucis. In ſumma, Tranſſyluania pecoris, uini, frumenti, item auri & argenti feraciſsima, ubi amnes nonnulli aurea ramenta ferunt, auri'q; fragmenta quandoque ſeſquilibralia trahunt, quum montibus ſit undiq; circumſepta in coronæ ſpeciem.

Vinum in Tranſſyluania.

Aurũ creſcit in Tranſſyluania.

ſpeciem. In ſyluis iubati boues & uri ac ſylueſtres etiam equi, utriſque eorum mira pernicitas: at equis iuba ſunt ad terram uſque demiſſa. Apud uicum Eiſenberg eſt mineraferri. Præcipui regionis fluuiij, Aluta uulgo der Alt, & Moroſſus, uterque nauigabilis.

De adminiſtratione Tranſſyluaniæ.

REges Vngariæ multo tempore gubernauerunt hanc regionem per ſubordinatum illuc prouincicalem præfectũ, quem lingua ſua uocauerunt Vueiuodam Is autem eligi conſueuit à tribus linguis, nempe Ceculis, Vualachis & Teutonibus, erat'que locum tenens regis, quin & quidam eorum ad regiam uenerunt dignitatẽ, id quod patet in Matthia Huniade ſeu Coruino. Diuus Stephanus rex Vngariæ ſubiugauit imperio ſuo montoſam Tranſſyluaniæ terram, atque armis populum eius ad fidem compulit. Ingreſſus autem cum exercitu in prouinciam illam, inuenit in curia ducis Gyulæ, qui de ſuo genere erat, ſed deſciuerat à fide, magnum theſaurũ auri & argenti, quem dux rapinis & depredationibus coaceruauerat, & ex illo cõſtruxit ſumptuoſiſsimam baſilicam Albæ regalis. Habuit rex & alios in latiſsimo regno ſuo Vuaiuodas ſeu palatinos, præſertim in Boſna & in montoſa Valachia. Vnde rex Matthias Draculam in Tranſſyluaniæ montibus Vaiuodam cepit, captiuum'que Budam duxit, & decennali carcere mulctauit. Inauditæ crudelitatis & iuſtitiæ Draculam fuiſſe memorant. Aiunt hunc Turcarum legatis in præuenerationepilea Phrygia ex patriæ inſtituto deponere recuſantibus, confirmandi moris gratia, tres capiti clauos affixiſſe, ne amplius amoueri poſsẽt. Innumeros palis Turcas perfixiſſe, & inter eos cum amicis laute diſcubuiſſe. Mendicos inſuper omnes deperditæ ignauiæ, miſerabilis'que ualetudinis & fortunæ ſenes et decrepitos ad nihilum'que utiles, lautiſsimo conuiuio excepiſſe, deinde cibo uino'que cõpletos iniecto igni abſumpſiſſe. Item Turcis ſæpe captiuis cute pedes exuiſſe, contuſo'que ſale perfricuiſſe, mox lugẽtes ſalſis plantis capras adhibuiſſe, quæ linguæ aſperitate cruciatum augerent. Mercatorem Horentinum de aſſeruandis pecuniis ſollicite percunctantem, in media deponere uia iuſsiſſe, & nil de numerata nocte pecunia mentientem incolumem dimiſiſſe. In barbara regione tãta ſeueritate uſum, ut in media quiſque ſylua cum rebus tutiſsimus eſſe poſſet. Hunc deinde Matthias in priſtinam dignitatem ſanè reſtituit, ſed in Turcico deinde bello cæſus, caput ad Mahumetem dono miſſum.

Alba regalis unde conſtructa.



Dracucula crudelis princeps.


Deſcriptio

Rerum Vngaricarum finis.

DESCRIPTIO GRAE-

ciæ, quæ olim una fuit ex præcipuis & insignio

ribus Europæ nationibus, hodie uero sub barbaro populo tota ferè inculta iacet, à Turca inhabitata.



GRæcia Europę regio, quę & Hellas, à quodam Gręco, qui late in ea olim rerũ potentus, est appellatus. Siquidẽ hæc regio, ut Plinius scribit, sępe mutauit nomen suum, subinde à regibus præsidentibus nomen nouum accipiens, sed nullum firmius illi mansit quàm Græcia. Hæc itaq; ab isthmi angustijs incipit, & à septentrione in meridiem uecta, qua sol oritur Aegeis, qua occidit Ionijs, fluctibus obiacet. Thermopylæ media dirimunt ut Apenninus Italiam. Extremos montes ad occasum Oetam uocant, quorum quod altissimũ est, Gallidromũ appellant, per cuius uallem in Malliacũ sinum iter est, non latius sexaginta passibus. Hæc una uia militaris est, per quam si nemo prohibeat traduci potest exercitus: cętera loca adeo ardua & perplexa, ut ne expeditissimis quidem sint peruia, ideo pylæ quasi portæ dictæ, & à calidis aquis inibi nascentibus Thermopylæ. Iacent ad mare uersa, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia, Eubœa penè terræ annexa. Attica & Pelopõnesus longius prædictis in mare excurrunt, diuersa montium specie, & qua ad septentrionẽ obuersa iacet, includitur Epirus, Magnesia, Thessalia, Pthiote & sinus Malliacus. *Thermopylæ.*

Peloponnesus nobilior pars Græciæ.

PEloponnesus Atticæ per isthmũ iungitur, totius Græciæ arx quondam dicta. Nam præter inhabitantium in ea gentium nobilitatem atq; potẽtiam, ipse locorum situs principatum designat atq; imperiũ. Multi sinus insunt & promontoria multa. Formam eius platani folio similimam dixere, longitudine & latitudine ferè paremam. Isthmi angustias, quinq; aut sex millia passuum latitudinis cõtinere dicunt. Has angustias perfodere nauigabili alueo Demetrius rex, Dictator cæsar, Gaius princeps, Domitius Nero, infausto, ut omnium exitu patuit, incœpto tentauerunt. Græci principes, postquã Turcarum potentia in Europã penetrauit, ex mari ad mare producto per angustias muro, Peloponnesum à reliqua Græcia disiunxerunt. Murum hexamiliũ appellauerunt ex loci distantia. Hanc prouinciam hodie Moream Latini uocant, cõtineturq; in ea Messania, Laconia, Argos & Archadia. Amurates expugnata Thessalonica, subacta Bœotia & Attica, ad hexamiliũ usq; profectus, perterritis Græcis diruit murum, tributumq; annuum dedentibus se Peloponnensibus imperauit. Postea uero Chuistiani negantes tributum & hexamilium instaurãtes, à Turca pecunia mulctati, hexamiliũ denuo est destructũ, & Peloponnesus Turcarum subiecta imperio.

Isthmi angustiæ.

Morea.

Totius Græciæ Europeæ in suas regiones & priuatas terras distinctio.

- Græciæ uerè partes
  - Macedonia, cuius sex sunt regiones
    - Emathia
    - Pieria
    - Pelasgia
    - Estiotis
    - Thessalia
    - Phtiotis
  - Epirus cuius regiones sunt
    - Chaonia
    - Thesprotia
    - Amphilochi
    - Ambracia
    - Acarnaris
  - Achaia, cuius regiones
    - Doris
    - Hellas
    - Opuntij
    - Aetolia
    - Locri
    - Phocis
    - Bœotia
    - Attica
    - Megaris
  - Peloponnesus, cuius regiones sunt
    - Corinthia
    - Argia
    - Laconia
    - Messenia
    - Elis
    - Achaia
    - Sicion
    - Arcadia

Habent singulæ hæ regiones suas urbes maritimas & interiores mediterraneas, montes, portus, sinus, flumina, promontoria &c. quæ omnia diligenter à Ptolemæo describunt. Nos uero hic quasdam regiones, montes, flumina & particularia loca obiter & indiscriminatim attingemus.

Laconia seu Laconica, Lacedæmonia quæ & Sparta.

LAconia in Peloponneso, quæ & Oebalia & Lacedæmonia à Lacedæmone, à quo etiã clara & potens ciuitas in eadem regione ædificata est atq; denominata. Hæc quoque Sparta



Sparta dicta eſt à Sparto Phoronæi filio. Lycurgus inſignis Phi loſophus ciuitatis ſtatum optimis inſtitutis & legibus excoluit, quum antea ex omnibus ferè Græcis ſoli Lacedæmonij peſſime morati eſſent. Lycurgus ergo audacter rem aggreſſus, omnia iu ra inſtituta & priſcos uiuendi ritus abrogauit, atq; ciuiliora quæ dam multoq; laudabiliora inſtituit. Primum uiginti octo ſenio res ſunt electi, qui duobus regibus aſſiderent, prouiderentq;, ne nimium democratia inualeſceret, & rurſus, ne qui regnum tene rent, tyrannicũ quippiam molirentur. Suſtulit quoq; omnem auri & argenti uſum è medio, ferreumq; nummum induxit, ac tum de mum omnis furandi occaſio eſt ſublata. Ignitum ferrum ex quo nummũ percuſſit, aceto extinxit, ut ad rem nullam amplius ob mollicie utile redderetur. Omnes ad hoc artes ut inutiles urbe eie cit, quanq; artifices ipſi ſublato auri uſu ſponte inde tranſmigrarunt, quum ferrei nũmi a pud alios in uſu non eſſent. Mox uero ut omnem ex ciuitate tolleret luxum, publica cõui uia inſtituit, ut diuites promiſcuè & inopes uni adhiberent conuiuio, unisq; uescerentur epu lis. Exarſerãt ex ea re potentiorũ iræ, impetuq; in eum facto, alter eſt illi oculus baculo ex cuſſus, quare cautum, ne Spartiatæ cum baculo amplius ad conuiuiũ intrarent. Confere bant ad hoc conuiuiũ quotannis ſinguli farinæ medimnũ unũ, uini coros octo, caſei quin que minas, ficuum quinq; ſemis minas. Frequentabant id pueri uelut temperantiæ omniſq; ciuilis diſciplinæ gymnaſiũ, aſſueſcere ibi urbanis ſermonibus, iocariq; comiter diſcebãt, ac ſine ſcurrilitate cauillari. Virgines curſu, palæſtra, diſco, iaculo exercebantur, ut ocio & muliebri bus delitijs ſublatis, robuſtiores ad tolerandos partus fierent. Pueri à ſeptimo anno in æqualium cœtu exerceri, literasq; pro neceſſitate addiſcebant, ad cutem tondebantur, nudis calcibus ambulabãt, duodecimo anno tunicã unam patrio inſtituto ſor tiebantur, neq; balneas, neq; fomenta ſciebãt. Thoris ex arundi ne conſtructis quietem capiebant. Maiorũ ingrediebantur con uiuia, & inde aliquid furabantur, & qui deprehenſi erant in fur to, flagris admouebantur, non quia nefas eſſet furari, ſed quòd parum prudenter & ingenioſe eſſet id ab eo factum. Primus ad hæc Lycurgus omni ſuperſtitione ſublata permiſit cadauera in urbe ſepeliri, tum etiam circa templa ſortiri monumẽta. Nec ui ri nec fœminæ nomẽ licebat cuiq; ſepulchro inſcribere, niſi eo rum qui fortiter in bello perijſſent. Lugendi tempus undecim erat diebus finitum. Nec ci uibus peregrinari permiſſum, ne alienos mores urbi importarent. Quin & peregre eò de lati, niſi qui reipublicæ utiles eſſent, urbe excludebantur, ne quid Laconicæ diſciplinæ pe regrinæ gentes imbiberent. Iuuenibus Lycurgus non amplius una ueſte toto anno uti per miſit, ne aliquem cultius quàm alterum neque ſplendidius epulari. Emi ſingula non pecu nia, ſed mercium compenſatione iuſſit. Pueros puberes non in forum ſed in agrum deduci iuſſit, ut primos annos nõ in luxuria ſed in omni labore & opere agerent. Nihil eos ſomni cauſa ſubſternere, & uitam ſine pulmẽto degere, nec prius in urbẽ redire quàm uiri facti eſ ſent ſtatuit. Virgines ſine dote nubere iuſſit, ut uxores non pecuniæ cauſa eligerentur, ſe ueriusq; matrimonia ſua uiri coërcerent, cum nullis frenis dotis tenerentur. Maximum ho norem non diuitum & potentum, ſed ſenum eſſe uoluit. Regibus poteſtatem bellorũ, ma giſtratibus iudicia & annuas ſucceſſiones, ſenatui cuſtodiam legum, populoq; ſublegen di ſenatum, uel creandi quos uellet magiſtratus poteſtatem conceſſit. Hæ quoniam leges aut noua inſtituta ſolutis antea moribus dura eſſe uidebãtur, eorum autorem Apollinem Delphicum finxit, & inde ſe eas detuliſſe. Deinde ut æternitatem ſuis legibus daret, iureiu rando ciuitatem obligauit, nihil eorum quæ ſanxiſſet mutaturum, priuſquã reuerteretur, ſe ad oraculum Delphicum profecturũ, conſulturum quid mutandum addendúmue legibus ſuis illi uideatur. Proficiſcitur autem Cretam, ibiq; perpetuũ exilium egit, præcepit etiam moriens oſſa ſua in mare abijci, ne Lacedæmonem delata Spartani ſe de non mutandis legi bus à iuramento abſolutos putarent.

Lycurgus.


Leges Lycurgi.

Oculus Lycurgo excuſſus.

Pueroru educatio.

Matrimonia.

Ceremoniæ defunctorum Lacedæmoniæ regum.



DEfunctis regibus Spartiatarũ, equites per uniuersam Laconicam obitum regis enunciabant, fœminæ per urbem circumeuntes ollas pulsitabant. Cumq; hoc fieret, necesse erat ex singulis domibus duos ingenuos, marem & fœminã luctu fœdari, magnis impositis pœnis si id non fecissent. & immenso utentes eiulatu, ultimum quenq; regũ dicentes semper fuisse optimum. Qui uero regũ in bello periisset, eius simulachrũ quum expræfiissent, in thoro bene strato efferebant, & eius tumulatione decem dies insumebant, nullusq; magistratuum consessus sed continuus erat luctus, quin & in hoc cum Persis cõuenientes, qui defuncto rege, alter qui succedebat, liberabat ære alieno quicunq; Spartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat. Apud Persas qui rex creabatur, omnibus ciuitatibus tributum quod debebant, remittebat. Notandũ etiam quòd Laconiæ adhæret promontoriũ, Malea nomine, quod quinquaginta millibus passuum in mare protendit, ubi periculosa est nauigatio, propter aduersos uentorũ flatus. Vnde fit sæpe, ut nautæ ter quaterq; conentur montem transire, & toties in diuersam regiant plagam. Est mare illud quod Maleam allatrat tam sæuum & importuosum, adeoq; uentis concitat, ut non nisi longissimo flexu à nautis superet. Neque satis est semel euasisse, sed propè liberatos atq; securos insequitur. Apprehensos aliquoties in uix euitatũ retrahit periculũ. His periculis & his locorum asperitatibus mederi olim uoluerunt nonnulli curiosi principes, Demetrius rex, Iulius cæsar, Caligula, Nero & alij quidam, qui Isthmum perfodere tentauerunt, ut eo dissecto, breuior minusq; periculosa foret nauigatio, sed ut euentus docuit uanus fuit eorum conatus.

Malea promõtorium.

Achaia, Corinthus.

ACHaia ampla est regio Græciæ, undiq; circumsepta mari, præterq; à septẽtione, dicta sic ab Achæo Iouis filio. Est etiã alia Achaia extra Peloponnesum, in qua sunt Thebæ, Bœotia, Megaris. Achaia intra Peloponnesum peninsula est, undique mari cincta, præter exiguam partem à septentrione, isthmo scilicet, ubi sita fuit Corinthus urbs olim ditissima, caput Achaiæ, quæ primũ à Sisypho latrone Aeoli filio fertur anno ætatis Moysi octogesimo condita & Corcyra aut secundum alios Certhira nominata, deinde aucta Ephyra dicta. Euersa uutem & rursum instaurata à Corintho Orestis seu Iouis filio, Corinthus est appellata. Vltimo à Romanis accensa, nunquam coaluit, ut dicit Florus. Habuit quoq; arcem, quæ dicta fuit Acrocorinthus, & in ea sita fuit in mõte excelso præruptoq;, ciuitati imminenti, & qui uno communiq; cum urbe muro continebatur. Hæc itaq; urbs quum olim opibus abundaret, Romani ueriti, ne aliquando de imperio cogitaret, misso exercitu, eam uastauerunt. Claruit ære laudatissimo, ex quo uasa fiebant admodum prętiosa. De qua Strabo lib. 8. Corinthus inquit urbs locupletissima, isthmo immi nens, emporium est cõmodissimum, locus negociatoribus frequentatus, & duorum domi nus existens portuum, quorum alter Asiæ, alter autem propinquus est Italiæ, utroq; ex loco faciles inuicem mercium cõmutationes faciens &c. Siquidem posita erat urbs ipsa in angustijs atq; in faucibus Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa pene coniungeret, quum pertenui, ut Cicero ait, discrimine separarentur. Fuit olim in hac urbe nobilissimũ templum Veneri consecratum, in quo iuxta gentilium errorem ultra mille nobilia scorta deæ huic erant dicata, parata se prostrare uenientibus hospitibus. Ambitus ciuitatis dicitur continuisse quadraginta stadia. Habuit agrum sterilem, atq; ob id habitatores excolebant ingenia sua, inueniebanturq; ibi artifices ingeniosissimi, quales in nullo alio loco reperiebantur. Reddidit urbem infamem incredibilis luxus, cui maximam occasionem præbuit meretricum multitudo.

Corinthus ciuitas.

Romani destruunt Corinthum.


Arcadia

Arcadia.

EST Arcadia pars Achaiæ mediterranea in medio Peloponneſi ſita, regio montoſa, cuius incolę plericꝫ ſunt paſtores. Fuit Iupiter cuius proprium nomen Lyſania fuit apud Arcadiam in magno prędio habitus, ob uirtutes eius prędlariſſ. Iouis nomen adeptus. Nam cũ eſſet nobilis genere fugeretꝫ Athenas & uideret Atticos rudes & beſtiali ritu uiuẽtes, ante omnia poſitis eis legibus illos publico inſtituto uiuere docuit. *Iupiter inſtituit Athenienſes.* Inſtitutis autẽ eis in bonis moribus, monuit eos colere deos, inſtituens aras, templa, ſacerdotes & multa alia eis utilia. Quæ cum Attici ſyluęſtres mirarentur atꝫ cõmendarent eum, exiſtimãtes deum, Iouem uocauere, regemꝫ ſuum fecere. Habuit Iupiter iſte templũ ſuum in Olympia Arcadię ciuitate, quod fuit uetuſtate & cultu nobile, atꝫ ante templũ lucus ſyluęſtribus conſitus oleaſtris, ex quibus uictores cõnexis ramis coronabant. In hoc templo ſumma ueneratione colebat Iupiter, qui ab eo Olympius & certamina quinquẽnalia ibi in honorẽ Iouis celebrata, Olympia fuerũt appellata. Cõfluebat ad iſtud tẽplũ quinto quoꝫ anno ex tota Græcia ingens hominũ multitudo, cum ob Iouem, quo nihil putabant in cœlo terraꝫ ſanctius, tum certamen ipſum, quo inter quatuor Greciæ agones nullus erat celebratior. Ab his annis Olympiades cœptæ ſunt numerari. Certaminũ coronæ erant oleaſter, laurus, apium, pinus. Agebant autẽ certamina plena luna, eratꝫ initium 11. dies menſis, & finis decimus ſextus. Eſt Olympias ſpacium quinqꝫ annorũ, quod à Romanis luſtrũ dicitur. Hinc Græci tempora per Olympiades ſupputare cœperunt, ita numerãtes: Olympiadis primæ aut ſecundæ aut centeſimæ anno primo uel ſecundo &c. Vnde ſecundũ Euſebium Chriſtus natus fuit anno tertio Olympiadis 194. Ex quo patet, quòd initium primæ Olympiadis cœpit ante Chriſtũ natum anno 776. quod inde conſtat ſi multiplices 194. per 4. & ſuperaddas tres annos de ſequenti Olympiade. Euſebius tamen colligit annos 775. ſcribens Olympiadẽ primam cœpiſſe anno mundi 4424. Chriſtũ autem natum anno mundi 5199. *Anni Olympiadum.* Claruit & Prometheus in Arcadia, uir acutiſſimi ingenij & ſpectatæ peritiæ, qui homines incõpoſitos ac rudes ad politiores mores traxit. Simulachra hominũ primus de terra formauit, & arte quadam ueluti ſpiritũ habentia moueri fecit. Inde cum in altiſſimo Caucaſo monte reſideret & aſtrologiã didiciſſet, eam primus Aſſyrios docuit. Quin & ignem primus è ſilice eduxit, ut Plinius teſtatur. Floruit quoꝫ in Arcadia Atlas uir multæ contemplationis, qui aſtrorũ curſum inuenit, & primus de aſtronomia inter Græcos diſſeruit, propter quod finxerunt eum cœlum portare. Tertia Peloponneſi regio uocatur Meſſenia, regio admodum fertilis & irrigua multis amnibus, quam Spartani propter frequentem defectionẽ in ſeruitutem redegerunt, eoſꝫ durius quàm reliquos ſeruos tractarunt, nè denuo res nouas molirentur. *Prometheus.*

Modona, Argos, Epidaurus.

MOdona, & olim Methone ciuitas eſt littoralis Peloponneſi: quam cum obſideret Philippus rex Macedonũ, oculum amiſit ictu ſagittæ. Anno domini 1471. Mahumetes Imperator magna ui adortus Pelopõneſum expugnauit eam atꝫ Chriſtianos hinc captiuos abduxit. Veneti tamen retinuerũt tunc munitiſſimã urbem Modonem unà cum Corona & Sonico, quas ciuitates hodie Turca ſubactas tenet. Applicuerunt peregrini Ieroſolymitani ad Modonam quum iter facerẽt ad terrã ſanctam, at hodie diuertunt Santum & Hyacinthum. Veneti hodie adhuc habent in Morea ſub ſuo dominio Mauaſiam arcem & Napolim ciuitatem, reliqua omnia poſſidet Turca. Modonam perdiderunt anno Chriſti 1500. Nam Turca obſidione arctiſſima eam cingens, habensꝫ ſecum quingenta ænea tormenta, inter quę 22. reliquis uiolentiora erant, ſingulis diebus inſultum faciebat in mœnia. At incluſi Deo ſe cõmittentes, pro uirili ſua reſiſtebãt hoſti, malentes mori quàm deditionem facere tyranno. Præualente uero hoſte & deficientibus obſeſſis, conuenerunt Chriſtiani ad certas quaſdam ædes ad hoc paratas, uiri & mulieres atque pueri, & igne ſuccendentes eas obtulerunt ſe domino holocauſtum, malentes mori quàm tyranno in manus uenire. Quædam etiam mulieres unà cum pueris præcipites ſe dabant in mare, ut hoc pacto effugerẽt captiuitatem hoſtilem. Veneti paulo ante in 15. diebus obſtruxerant Iſthmum, ducto muro à mari ad mare, addita duplici foſſa. Erant ci- *Chriſtiani offerunt ſe Deo.*



citer 30 millia hominũ qui operi inſtabant, habentes ueteris ruinæ lapides pro auxilio, ſed omnia fruſtra. Eiſdem temporibus uetus ciuitas Naupactus, quam hodie Lepanthũ uocãt, fuit per Turcam Venetis erepta, ciuitas maritima, haud procul à Corintho ſita. Argos regio & ciuitas, ſita in parte Peloponneſi quæ reſpicit orientem, unde Argi & Argiui populi, apud quos fuit cõſuetudo, ut ſi qui quem in ocio uiderent, ab eo rationem quærerent unde uiueret. Id ſi hodie apud Chriſtianos obſeruaretur, facile deprehenderentur occulti fures & prædones, quin & rariores haberemus circulatores & ualidos mendicos, qui omnes aliorũ labore & ſudore ſaginantur. Henricus tertius Imperator huiuſmodi impoſtoribus pulchrè illuſit, cum nuptias in Ingelheimenſi celebraret caſtello. Epidaurus ciuitas ſita in receſſu Saronici ſinus, natura munita, montibus circundata, nobilis templo Aeſculapij. Ibi conſuetudo fuit, ut noctu ęgroti in eo dormirent, atq; hoc modo in ſomnis à numine curari dicebantur. Troezena nobile oppidum, mari ſuperſtans Cherſoneſi ſpecie ſtadijs 15. dicta quandoq; Aphrodiſia & Sarona & Poſſidonia & Apollonia. Vnde Athenæus coſmographus: Vinum Troezenũ ſi mulier prægnans deguſtauerit, abortum faciet. Saronicus ſinus in hac parte eſt cognominatus à Sarono flumine Troezenes.

Epidaurus.

Græcia exterior.

PEr Græciam exteriorem intellige eas Græciæ terras, quę extra Pelopõneſum ſunt, quæ ſunt, Attica, Theſſalia, Achaia, Bœotia, Phocis, Aetolia, Locris, Epirus &c. Theſſalia campus eſt maximus ac curuus, undiq; montibus cinctus, ab oriẽte Oſſam & Pelion habens montes, ab occaſu Pindum, ab aquilone Olympum & à meridie Othryn. Ex Pindo Peneus amnis exit, undis lucidis amœnus, uiridanti riparũ germine, canoro auium concentu. Achaia quæ & Hellas & à noſtris Græcia à Græco rege appellata, à cuius filia uocata eſt Attis, incipit ab Iſthmo Corinthio & ad littora Aegæi maris porrecta uſque in Macedoniã & Theſſaliam, quam cum omni Bœotia intra ſuum nomen includit, extenditur. Et quanquã Attica ſaxoſa & ſterilis fuerit, pleriq; tamen mirificis laudibus eam extulerunt, deorumq; domicilium eſſe dixerunt. In Bœotia ſunt ciuitates inſigniores Megara, ex qua fuit Euclides Geometrarũ princeps, & Thebe Bachi & Herculis patria, ab Alexandro magno poſtea euerſa. In Phocide parua regione mons eſt Helicon, in quo conſtructũ fuit ditiſſimum templum Apollinis: ſub eo autem fuit Delphi oppidum. Alij uero aiunt in Parnaſſo monte extructum memoratum templum, de quo paulo poſt plura. In Attica regione fuit Athenienſis ciuitas, liberalium literarum & philoſophorum mater, qua nihil habuit tota Græcia clarius atq; nobilius. Nam fuit etiam ipſo ſitu ſpectabilis, fuit uelut cõmune quoddam totius Græciæ ὁμπλήιον & refugium, in quod uicinæ urbes

Hellas. *Græcia.* *Athenæ.*



urbes bellicis terroribꝫ aut alijs malis afflictę confugiebant. Fuit & tutiſſimũ adnauigantium receptaculum. Fuit totius mundi gymnaſiũ & unuerſale ſtudium, nec quiſq; olim doctus habebatur, qui non apud Athenas literis operã impendiſſet. Strabo ſcribit Athenas petram fuiſſe in planicie ſitam, incꝫ orbem circumhabitatã, in qua Minerue templum fuit, eratq; in eo templo ſimulachrũ quod è cœlo cecidiſſe credebãt incolę, ubi & perpetuus ignis cum uirginum cœtu fouebatur. Fuit hæc urbs quoq; dicta Cecropia & Mopſopia. Cecropia quidẽ à Cecrope rege, & Mopſopia à Mopſo, ſicut & à Iano Iaphet filio (ut quidã ſcribunt) Ionia, & poſtremo à Minerua Athenæ. Græci enim Mineruam uocant Athenam. *Minerua.* Minerua uirgo dicitur inueniſſe lanificiũ, texturam & alia multa artificioſa, & propterea celebris dea habita fuit. Et quia omnia eius inuenta ex ui ingenij atque ſapientię procedere uidebant, locus fabulæ datus eſt, ut ex cerebro Iouis genita dicatur. Inſtaurante Cecrope Athenarũ urbem, ſubito aqua in quodam loco prorupiſſe dicitur, & alio loco reperta olea arbor. Super quibus prodigijs ſciſcitatus Apollo Delphicus, quid intelligendũ quidue faciendũ foret, reſpondiſſe fertur, quòd olea Mineruã, aqua uero Neptunũ ſignificaret, ambo conſobrini, ambo dij, eſſetq; in ciuium arbitrio, ut ex alterius duorum deorũ nomine ciuitas uocaretur. Congregatis omnibus utriuſq; ſexus hominibus, uiri adhæſerunt Neptuno, mulieres uero Mineruæ, quæ & obtinuerunt, ut ex Mineruę nomine appellaret. Poëtę uero dicunt, Neptunum & Mineruã Athenas condidiſſe. Et cum de nominis impoſitione inter eos fieret altercatio, dijs reliquis præſentibus, ſit inter eos conuentio, ut qui percuſſa terra laudabiliorẽ produceret effectũ, urbi nomen imponeret. Neptunus autẽ tridente ſuo percuſſa terra, equum produxit, belli omen. At Minerua haſta proiecta oliuã produxit, pacis arborem. Quæ quoniam utilior eorum iudicio uiſa fuit, ex ſuo nomine Athenas dixit. Fuerunt itaq; Athenienſes non aduenæ, neque paſſim collecta populi colluuies urbi dedit originem, ſed in eodem nati ſolo quod incolunt, & quæ illis ſedes, eadem origo eſt. Primi lanificij & olei uſum docuere, arare quoq; & ſerere frumenta glande ueſcentibus monſtrauerunt. Literę certè ac facundia & hic ciuilis ordo diſciplinæ ueluti templum Athenas habent. Tulit quoq; Cecrops tres leges in mulieres ad Neptuni placationẽ, quem illæ poſtpoſuerant ſuo ſuffragio Mineruę. Videlicet ne ulla unquam mulier ſenatum ingrederetur, ut nulla earum proles maternũ nomen accipiat, & ne quis eas Athenienſes ſed Atticas dicat. Referuntur Athenienſes in Pelopõneſo 12. poſſediſſe urbes, totidemq; in littore minoris Aſiæ condidiſſe, inter quas omnium pulcherrima fuit Epheſus, quam totius Aſianę Ioniæ regiam cõſtituit Androchus. *Pigmenta poetarum de Athenis.* Draco primũ Athenienſibus leges conſcripſit, deinde *Draco legifer*



Solon Salaminius multis prioribus ob pœnarũ magnitudinem abrogatis, omnibus enim ferè legibus quas Draco tulerat, pœna erat morte diffinita, ut etiã qui ocij & deſidiæ eſſent conuicti capite plecterentur: aut qui olera fructúſue in alieno prædio legiſſet, eodem puniretur ſupplicio quo & parricidę. Vnde Demades dicere ſolebat, Draconẽ non atramento ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Solon itaque uetuit lege, ne parricidij affectatæq; tyrannidis damnati magiſtratũ caperẽt. Nec hos ſolum ab honorum petitione excluſit, ſed eum quoq; qui orta in ciuitate ſeditione, neutrã partiũ ſecutus eſſet: mali ciuis eſſe ratus cum proprias rationes in tũto collocarit, nulla communi cura ſollicitudine ue teneri. Habuit nec minus admirationis illud, ut fœminę quæ uiros parum ad rem ueneream idoneos ſortitę eſſent, unum quem uellent ex mariti propinquis impune admitterent. Ploratus & lamentationes in alieno funere ſuſtulit. Nec ſubſidia alimentáue ulla filius patri deberet, à quo nõ eſſet arte aliqua ad uſum uitę inſtitutus. Qui illegitimo eſſent thoro procreati, neu parẽtes alerent. Qui enim meretricio non abſtinet congreſſu, is perbelle demonſtrat, ſe non liberorum procreationi ſed uoluptati ſtudere, ſeq; ipſum mercede priuat. Mœchum in adul- *Solonis leges.* *Lex coniugum*



terio deprehenſum, impune necari uoluit. Qui uim ingenuę uirgini intuliſſet, decẽ dragmis mulctari. Qui lupũ uictum attuliſſet, quinq; dragmas ex publico acciperet. Qui lupam, dragmã unam, hoc pecoris illud bouis precium. Vetus fuit Athenienſiũ mos, hanc beluam inſectari, quippe quæ æque ſit pecuariæ rei & agrorũ culturæ inſeſta. Eorũ liberos qui in prælijs occubuiſſent publice nutriendos, erudiendosq; præcepit, quo ſane animati ſinguli fortiter ac ſtrenue in bello dimicarent. Voluit etiam ut is qui oculos in bello amiſiſſet publice aleretẽ. Præclarè & illud ſtatuit, curatorẽ cũ pupillorũ matre non habitare. Cauit præterea ne is fieret curator, ad quem poſt pupillorũ obitum ſubſtãtia ſpectaret Et qui alteri unum oculum erueret, ei ambos erui debere. Et quæ non poſuiſti ne tollas, ſi quis ſecus facit capitale eſto. Principẽ, ſi ebrius deprehenſus eſſet, morte mulctandũ. Athenienſes ut dies ſecundũ Lunę curſum agerẽt monuit. Ex omni genere frugũ mel & ceram extra Atticos fines aſportari permiſit. Nullum ciuitate donari niſi opificem, qui cum tota domo ſe Athenas cõtuliſſet, aut perpetuo exilio natali ſolo pulſus eſſet, cenſebat. Cęterũ præclara Athenarũ urbs quę olim muris naturalib. ædificijs, armis, opibus, uiris, prudentia atq; omni ſapientia florentiſſima fuit, noſtro tempore parui oppidi ſpeciẽ, uocaturq; Sethina. In eo tamen ſaxo, quo ueteſtũ Mineruæ templum fuit, arx eſt per omnem Græciam nominata, tum operis magnitudine, tum difficultate oppugnationis.

Delphicum oraculum.



IN Phocide duæ olim fuerunt celebres ciuitates, ſcilicet Elatea & Delphica urbs ſita iuxta montẽ Parnaſſum in fundo ſaxoſo, quam & nos aſperrimus aliaq; adiacẽtia ſaxa tuentia quocunq; hoſtili incurſu. Templum autem Apollinis Delphici olim poſitum fuit in monte Parnaſſo in rupe undiq; impendente, ubi & ciuitatẽ frequentia hominũ fecit. Qui ad affirmationem maieſtatis undiq; cõcurrentes, in eo ſaxo conſedere. Atq; ita templũ ciuitatẽq; non muri, ſed præcipitia, nec manufacta ſed naturalia præſidia defendebãt, prorſus ut incertũ ſit, utrum munimentũ loci, an maieſtas dei plus hic admirationis habuerit. Alij tamen ſcribunt cõſtructum ibi nobiliſſimũ & celebre Apollinis templũ & adytum, quinque tantum conſtans lapidibus, opus Agamedis & Trophonij. Media ſaxi rupes in formã theatri receſſit. Quamobrem & hominũ clamor, & ſi quando accidit tubarum ſonus, perſonantibus & reſonantibus inter ſe rupibus, multiplex audiri, ampliorq; quàm edebatur reſonare ſolebat. Quæ res maiorẽ maieſtatis terrorem ignaris rei & admiratione ſtupentibus pierunq; afferebat. In hoc rupis anfractu, media ferè montis altitudine planicies exigua eſt, atq; in ea profundum terræ foramen & officina Satanæ. Ex eo enim frigidus ſpiritus in quodam uelut uento in ſublime expulſus, mentes uatum in uecordiam uertebat, impletoſq; non Deo ſed ſataña, reſponſa dare cogebat. Incubabant autem foramini uirgines, ſacerdotes & Pythij uates, alienatiq; à ſenſu, de interrogatis reſpõſa dabant. Multa igitur ibi & opulenta regum populorumq; uiſebant munera, ne dum ex Græcia uerũ & ex toto ferè terrarũ orbe oblata, quæ ſui magnificẽtia reddentiũ uota, gratam uoluntatem & da monum reſponſa manifeſtabant. Hunc immenſum auri & argenti theſaurum nemo mortalium audebat inuadere, adeo mãmonæ princeps illi cuſtodiendo incubuit & homines in ſuperſtitione continuit. Cum Xerxes rex Perſarum direpturus Græciam, magnam uim hominum in eam tranſtuliſſet, contendiſſetq; Apollinis templum ſpoliare,

Agamedis opus.

Officina ſatanæ.

liare, in maximum uenit periculum. Nam deuoluebantur è monte in eius exercitum duo saxa cadebantq; ignita spicula cum horrendis tonitruis è cœlo, & qui conscenderãt mon tem ceu insani præcipitabanť de monte, interieruntq; tunc machinatione dęmonis, ut Trogus scribit, quatuor millia hominum. Idem euenit Gallis sub duce Brenno, quum niterenť conscendere hunc montem & dispoliare Delphicũ templum. Nam per excitatũ terræmotum cadebat in exercitum portio montis, quę multos interemit, deinde insecuta est horrenda tempestas, tonitrua, fulmina & grando, unde bona pars exercitus sternebatur, ut cogerentur abstinere à sacrilegio. Brennus quoq; dux grauiter læsus & dolorem uulneris ferre non potens, ex impatientia sibiipsi pugione mortem cõsciuit. Delphici uero liberati ex illa necessitate, laudauerunt Apollinẽ deum suum. Sic ergo diabolus apud infideles potest aëris tempestates quo uult uertere, quo illos in errore & falsa religione cõtineat. Cæterum Apollo Delphicus fuisse dicitur medicinę repertor & uirium herbarum primus cognitor, fuit autor carminis, præses uaticiniį; item habuit peritiã sagittandi & chordæ uocalis. Nam cytharam reperit. Vnde post mortẽ deus habitus est, & à poëtis Phitonis & sapiẽtiæ deus appellatus.

Galli obruuntur lapidibus.

Apollo Delphicus.

MACEDONIA.

QVæ nunc Albania dicitur, olim Macedoniæ portio fuit, ad occidentem uersa, in qua Dyrrachiũ & Apolloniã fuisse constat, non incelebres prisco seculo ciuitates. Putant autem hoc genus hominum ex Albania quõdam uenisse, quæ uicina Colchidi in Asiatica Scythia memoratur, ut sępe barbararũ inundatio nationum Græciæ atq; Italiæ prouincias occupauit. Habuit Georgius Scanderbechus hæreditatem suam in hac prouincia, qui ætatem penè omnem præter paucos annos puericiæ quibus sub Turca militauit, in armis pro Christi nomine pugnando consumpsit, solusq; quodammodo regionem illam sub euangelio Christi continuit. Velona in Albania non magna ciuitas est in portu maris sita, qua breuissimus est in Italiã traiectus. Dicta fuit Macedonia olim Emathia, à quodã rege Ematho, habuitq; initio angustos terminos, sed uirtute suorum regum & gentis industria subactis finitimis ita ampliata est, ut centũ quinquaginta populos tenuerit. Protenditur autem inter duo maria, Aegęum & Adriaticum & latus eius meridionale protegunt terga Thessaliæ atq; Magnesię. Epirus quoq; Macedoniam attingit & Illyrica terra, altera Meridiem, altera septentrionẽ excipiens. In Adriatico littore Dyrrachium uetus ciuitas iacet, Epidaurus antea dicta. Nec procul infra terrã Apollonia fuit, optimis instituta legibus, & Augusti cæsaris, qui Græcas ibi didicit literas, studio memorabilis. In altero littore Thessalonica est, potẽs quõdam ciuitas, quã cum epistolæ Pauli apostoli, tum magni Theodosij præceps atq; implacabilis ira famosam reddidere. Indignatus eñ ob cędes in ea iudices, aliquãdo clemẽtissimus Imperator, uniuersum urbis populum trucidari mandauit: undecim millia hominũ cędes traduntur. Non tulit Ambrosius Mediolanensiũ põtifex tam immane facinus incorreptum, Imperatorẽ ab ingressu ecclesiæ prohibitum subire pœnitentiã compulit. Nec maximus princeps pastoris subire iudicium recusauit. Fuit autem hæc ciuitas olim situ eximia, aggeribus, fossis, mœnibusq; egregie munita. In muris frequentissimæ turres, æquis inter se spacijs disiunctæ, ędificiorũ mira elegantia. In singulis urbis regionibus templa, uetustate, donarijs, religione item & sanctitate augustissima. Cumq; optimis legibus esset instructa Thessalonica & rerum omnium beatissima copia floreret, in Andronici manus hæreditaria sorte peruenit. Is odio fratris sui Ioannis, ad quem totius regni administratio delata fuerat, Thessalonicam Venetis tradidit. Venetis Amurates Turca eripuit, qui & reliquam Macedoniam usq; ad montes Peoniæ & quam modo Albaniam uocant, imperio suo subiecit. Mira rerum mutatio & fluxa humani imperij gloria. Hæc est Macedonia, quæ duobus inclyta regibus, Philippo & Alexandro, Græcia Thraciaq; subacta, imperium protendit per Asiam usq; in Indiam, & hodie Turcarum genti subiecta tributum pendere & iugum ferre miserrimũ cogitur. Sed ut redeam ad Thessalonicam, illa nostro æuo amplissima quoq; est ciuitas, maior etiam Adrianopoli, sed minor Constantinopoli: in qua triplex hominũ uiuit secta, Iudęorũ scilicet Christianorũ & Turcarũ, maior tamẽ est numerus Iudęorũ, qui ibi exercent mercimonia, & ut audio tanta est eorũ multitudo ut ibi habeant 80. synagogas. Ipsi deferũt circũ pileos ligamina seu sindones aurei coloris, Christiani uero cærulei & Turcæ albi coloris sindones, atq; in hunc modum internoscuntur ab inuicem.

Albania.

Scanderbech.

Emathia.

Dyrrachium.

Thessalonica.

Bellum Macedonicum ſub Philippo rege.

PRincipio regni Macedonici, bella ueluti conſpiratione quadã ad opprimendã Macedoniã multarũ gentium, uno tempore confluebãt. Et quum Philippus omnibus par eſſe nõ poſſet, alia interpoſita pactione cõponit, alia redemit. Primum illi cum Athenienſibus certamen fuit, quos per inſidias uicit. Poſt hos bellum in Illyrios transfert & urbem Lariſſæam capit. Hinc Theſſalos improuiſo expugnat, geſtiens robur Theſſalorum equitum exercitui ſuo adiungere, unumq; corpus equitum & pedeſtrium facere. Quibus rebus feliciter actis, Olympiada regis Moloſſorũ filiam ducit uxorẽ, ac deinde Methonam urbem (hodie Modonã) expugnans, iactu ſagittę dextrũ oculum amittit, & nihilominus pacem deprecãtibus dedit, mitisq; etiam aduerſus uictos fuit. Philippus itaq; ueluti è ſpecula quadã libertati omniũ inſidiatus, dum cõtentiones ciuitatũ alit, auxiliũ inferioribus ferẽdo, uictos pariter & uictores ſubire ſeruitutẽ coẽgit. Huius mali cauſa & origo Thebani fuerunt, qui cum rerum potirentur, uictos armis Lacedęmonios & Phocenſes apud cõmune Gręcię conciliũ accuſauerunt. Lacedęmoniis crimini datũ quòd arcem Thebanam inducias tempore occupaſſent, Phocenſibus quòd Bœotiam depopulati eſſent. Phocenſes præterea cum agris, liberis & coniugibus priuarent, deſperatis rebus templũ Apollinis ſpoliarunt auro & pecunia, conductoq; milite, bellũ Thebanis intulerũt. Cum uero Athenienſ. & Lacedęmonij Phocenſib. auxilia mitterent, Thebani & Theſſali Philippum regem eligunt ducem. Igitur Philippus quaſi ſacrilegij non Thebanorũ ultor, iubet omnes milites ſumere coronas laureas, atq; ita ueluti Deo duce in pręliũ pergit, Phocenſes in fugam uertit, pœnasq; uiolatæ religionis ſanguine & cædibus infert. Incredibile quantũ ea res Philippo apud omnes nationes gloriã pepererit, habeturq; dijs proximus, q; per ipſum deorũ maieſtas fuerit uindicata. Sed nec Philippus melioris fidei aduerſus ſocios fuit: nam eas ciuitates quarũ dux fuerat hoſtiliter diripuit, nec deorũ tẽplis pepercit. Inde in Cappadociã traijcit, ubi bello pari perfidia geſto, uniuerſam prouinciã regno Macedoniæ adiungit. Contigit etiam q; duo reges Thraciæ fratres eum diſceptationũ ſuarũ iudicẽ elegerũt, ſed Philippus ad iudiciũ ueluti ad bellum inopinantibus fratribus inſtructo exercitu uenit, regno utrunq; nõ iudicis more, ſed fraude latronis ſpoliauit. Quo facto, Gręcos orbis terrarũ uindices, diſcordia extrema laborantes, fraude circũuentos ſibi ſubijcit, atq; ita ex multis gentibus & nationibus unum regnum populumq; conſtituit. Sed nec à proximis manus abſtinuit. Siquidem Ariſban regem Epiri affinem regno pepulit: deinde regem Scytharũ in prælio uicit. Tandem cum Philippus nuptias celebraret Cleopatræ filię regis Epiri, & ad ludorum ſpectaculum medius inter Alexandrũ filium & generũ procederet, Pauſanias nobilis Macedo, adoleſcens, regem in anguſtijs & in ipſo tranſitu obtruncat. Creditum eſt ab Olympiade regina & matre Alexandri immiſſum fuiſſe Pauſaniã, quia illa doluit ſuum repudium & ſibi prælatam Cleopatrã. Alij de morte eius aliter loquuntur, nempe quòd in abſentia Alexandri Pauſanias cõiuratione facta Philippũ inuaſerit, multisq; confoderit uulneribus. Alexander aũt uictor, rediens ex Armenia & inueniens patrẽ uulneratum & adhuc ſpirantẽ, iuſſit Pauſaniã adduci, tradiditq; gladium in manum patris, quo eum feriret. Quo facto, Philippus iam moriturus ait: Nihil eſt quod me cõtriſtet: ultus ẽm autorem iniuriæ libens morior. Fuerat aũt Philippus rex armorũ q; conuiuiorũ ſtudioſior, inter quotidianas rapinas ſemper inops erat: eratq; in eo miſericordia & inuidia pariter. Erat blandus & inſidioſus, amicitias utilitate non fide colebat, eloquentia inſignis.

Philippi clemẽtia.

Philippi uerſutia.

Philippus rex obtruncatur.

Alexander Macedo obtinet monarchiam.

PHilippo rege mortuo, ſuccedit in regno filius eis Alexander, cognomento magnus, cœpitq; potenter expugnare Aſiam, idq; tanta uelocitate, ut tranſuolando potius q; gerendo peregerit id quod fecit. Quòd ſi moratus fuiſſet, fortunã fortaſſe mutaſſet. De egregijs factis eius, infra in Aſia multa ſum ſcripturus. Vt autẽ hic obiter cõmemorẽ quid egerit, meminit ueruſtas, illũ traiecto Boſphoro primũ occupaſſe Sardin ciuitatẽ, deinde Miletũ, minorẽ Aſiam, Armeniã, Iberiã, Albaniã, Syriã & Aegyptũ. Tranſcẽdit quoq; inſignes mõtes, Taurũ & Caucaſum, deuictis q; Medis & Perſis, uenit tandẽ in Indiã, extremã orientis

orientis regionem: nec ullum non diſquiſitum præteriit locum. Vbicunq; audierat fuiſſe Liberum & Herculem, illuc quoq; ſe recepit. Duxit etiam ſecum præclari ingenij uiros, magnos philoſophos, præſertim Calliſthenem, &, ut quidam ſentiunt, Ariſtotelem præceptorẽ ſuum. Nocuit tamen Calliſthenẽ immodica libertas grauitasq; inuiſa regi, quum haudquaq; male aſſentantiũ accommodatus eſſet ingenio. Nam cum Alexander ex Perſico bello elatus, ſuperbiæ regiæ more adorari uellet, recuſauit id Calliſthenes, palam dictitans, eum nõ adorandum eſſe, quæ res illi & multis exitio fuit. Siquidem Alexander criminatus eſt Calliſthenem conſcium eſſe cõurationis, atq; ideo eum truncatis membris, abſciſſis auribus ac naſo labrisq; deformatum, cum cane in cauea clauſum circumferri iuſſit, diuq; tortum tandem necauit. Cum ergo Perſæ & Medi monarchiam habuiſſent ducentis & uiginti annis, & Alexander ſuperaſſet Darium Perſarum regem, translata eſt monarchia ad Græcos. Sed non diu permanſit in ea regione. Siquidem extincto per uenenum Alexandro poſtq; duodecim annis rerum potitus fuerat, imperium eius ſciſſum eſt in multa particularia regna. Ptolemæus regnauit in Aegypto, Antipater in Græcia, Seleucus in Syria & Babylonia, Caſſander in Lycia & Pamphylia &c. Interim tamen Romanum regnum ſupra modum creuit in potentia & faſtu. Eſt in Macedonia ciuitas inſignis, quæ hodie Scopia appellatur, diſtans à Theſſalonica itinere triũ dierum, ubi tres cõmorantur ſectæ hominum, Turcæ, Iudæi & Chriſtiani: maior tamen eſt numerus Turcarũ. Hinc non procul diſtat Olympus mons, qui tantopere celebratur à poëtis, quòd uertex eius attollatur ultra nubes, & accolæ ſummitatẽ eius uocẽt cœlum. Conſtruxerunt olim gentiles in ſummo faſtigio eius altare, conſecrarunt q; Ioui. Scribit Solinus ſummitatẽ eius eſſe extra tempeſtatẽ aëris, nam non eſt ibi pluuia neq; uentus, id q̃d probatum eſſe aiunt per ſcripturam in ſabulo factam & poſt annum illæſam repertam. Sunt etiam qui aiunt hunc mõtem eleuari in altum decem ſtadijs. Cæterum in Cypro ſignatur quoque Olympus unus, & alius apud Myſos, ad cuius radices aſſerunt Pruſſam ciuitatem cõditam, & tertius ad mare rubrum, haud longe ab Heliopoli oppido. Item mons Athos inter Macedoniam & Thraciã ſitus, mirę altitudinis, ut uſq; ad inſulã Lemnon ſpacio trecentorum ſtadiorum umbram porrigere dicatur, & quicquid in uertice eius arenæ inſcribitur nulla iniuria aëris (quæ ibi non eſt) obliteratur. Herodotus ſcribit Xerxem hunc montem iuſſiſſe intercidi ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis, ut duæ triremes illac ſimul tranſire poſſent, quod non neceſſitatis gratia feciſſe fertur, ſed ut potentiæ ſuę monimentum poſteritati relinqueret. Aiunt etiam mare iuxta hunc montem tam ſæuum eſſe, ut quadam uice de exercitu Darij regis Perſarum ibi ſubmergerentur trecentæ naues, perirentq; uiginti millia uirorum. Fractis enim & merſis nauibus, quoſdam uiros mare illiſit ad ſcopulos, quoſdam uiuos ad littus eiecit atq; ibi ſubmerſit, & qui uiui ad montem peruenerunt, lacerabantur à beſtijs quas mons ille nutrit.



Calliſthenis libertas.

Scopia ciuitas.



Olympus mons.

Athos mons.

De ueneno & Magnete Macedonico.

IN Macedonia inuenitur uenenũ ex fonte Duciſtyge profluens, cuius tanta eſt uis, ut non ære, non ferro, non teſta contineatur, nec aliter ferri niſi ungula equi poteſt. Tali purant

Alexandrum

Alexandrum magnum ueneno olim extinctũ. Habet quoq; Macedonia, præsertim regio
Heracleus lapis. Magnesiæ, Magnetẽ, qui alio nomine Heracleus lapis & Sideritis appellatur. Denominatus
autẽ fuit Magnes ab inuentore, in Ida repertus. Hic itaq; lapis præ se fert ferri impoliti spe-
ciem, & in ferrarijs metallis plerunque inuenitur, gignitq; eum Hispaniæ regio Cantabria,
Vbi Magnes inuenitur. insula septẽtrionis iuxta Lappones, quæ & ex eo nomẽ inuenit. Habet quoq; eum Germa
nia in multis locis, non longe scilicet à Goslaria in Hercynia sylua, ubi è singulari puteo
effoditur: Item in Misnæ montis uena ferraria non longe à Schwartzenberg: item non lon
ge à Pele uico, qua itur in uallem diui Ioachimi. In Bohemia similiter in metallis ferrarijs ad
Leissam pagum. Gignit & Bœotia atq; Troas circa Asiam minorem Magnetem, India quo
que iuxta flumen Indum. Differunt autem in colore, qui aut niger est, aut in nigro cæruleus
aut in nigro rufus. Differunt & spissitudine atq; raritate: nam alij toti densi sunt, alij aliqua
parte rari & uelut exesi, pumicijq; similes. Differunt uiribus: quidam enim ualide ad se tra-
hunt ferrum, quos mares nominãt, aliqui parum ualide, quos fœminas. Meliores non inue
niuntur quàm in Aethiopia, qui etiam in pondere argento coæquant. Qui iuxta Troadem
fodiuntur, nigri sunt & non boni. Et qui in Macedonia, sunt etiam nigri sed meliores Tro
Qui melior Magnes. ianis. Optimus Magnes nõ modo ad se trahit & tenet ferrum, sed uim suam in id ita trans-
fundit, ut possit aliud ferrum quod appositum fuerit apprehendere & tenere. Vnde cum
Magnes uim suam communicat ferro. ad se traxerit circulum ferreum, cum eo sic communicat uim suam, ut alium circulum iuxta
positum tenere possit, atq; is rursum alium, quo sane modo uidemus quandam quasi cate-
nam ex eis fieri. Astringitur tamen primus circulus arctius & postremus remissus. Ma-
gnes non allicit ad se ferrum si fuerit rubiginosum aut impurũ, aut oblitũ alij ceparúmue
succo, nec uero minus adamas eius uiribus resistit. Si enim iuxta ferrum ponitur, nõ potest
id Magnes ad se allicere: aut si iam traxit, quàm primũ Adamas fuerit appositus, ipsum di-
mittit. Quin etiam Magnes si diu ferro aut eius uena careat, aliquam uirium iacturam facit:
quod ne fiat, squama ferri aut limatura eius est obruendus.

Thessalia.

INter Macedoniã, Epirum & Atticam comprehenditur Thessaliæ regio, quam dicunt
esse campum maximũ ac curuum undiq; montibus cinctum. Nam habet ab oriente Os-
sam & Pelion, ab occasu Pindum, à quo Peneus amnis egreditur, ab aquilone Olym-
pum & à meridie Othryn. Sortita est hoc nomen à Deucalionis filio, antea Myrmido-
nia dicta. Fuit enim locus sterilis, ac saxis excisis cauernosus, quapropter coloni sub terra
habitarũt more formicarum, spacium frugibus & agricolationi relinquere uolentes, par-
Aemonia. centes etiam coctilibus lateribus, ne tellurem absumerent. Hæc regio olim sub Attica
Pelasgia. fuit comprehensa, atq; prius Aemonia ab Aemone rege, & Pelasgia atque Hellas diceba-
Hellas. tur. Strabo scribit dictam fuisse priscis seculis Pyrrheam à Pyrrha Deucalionis uxore. Ibi
Deucalionis tempore ingens imbrium illuuies maiorem partem populorũ Thessaliæ ab-
Deucalionis diluuium. sumpsit, paucis, qui ad montium culmina sese receperant, conseruatis. Inter quos Deuca-
lion Parnasum petierat, ratibusq; ad se confugientes per summa Parnasi iuga benigne fo-
uebat: propter quod dictus est genus humanũ reparasse. In Thessalia sunt 24. montes, o-
lim quidem continui, sed per terræmotum disrupti, qui fabulose per Herculem secti ferun-
tur. Addita est postea fabulæ fabula, finxerunt q; poẽtę gigantes cõgessisse undiq; in hunc
locum montes & saxa, quibus uoluerunt Iouem exturbare è cœlo. Fit etiam nõnunquã in
hac regione, ut magni imbres & resolutæ niues, ossa maxima & quæ non multum minora
Gigantum habitatio. sunt quàm hodie proceritas sit humanorũ corporũ, effodiunt, unde facile colligitur, quon
dam gigantum ibi fuisse uel habitationem uel sepulturam.


Epirus.

EPirus quæ olim à Molossis populis Molossa dicta fuit, regio est Græciæ, in qua olim
Epirus olim hodie Albania. Pyrrhus regnauit, ab ortu Achaiam habens, ab occidẽte mare Adriaticũ & à septen-
trione Macedoniã. Hodie aũt cum maxima Macedoniæ parte Albania dicit. Quõdam urbi
bus populisq; fuit frequentiss. sed à Rom. subacta, cum sæpius deficeret, penè in solitudinẽ
est redacta. Oram huius terræ maritimam felicem & uberem tradidere, multæq; olim urbes

&

& oppida in ea fuerunt, ſed propter populorũ rebelliones, quibus cum Romanis conten-
derunt, prouincia eſt uaſtata, ut iam quoq; diximus. Apud Epirum Actiaca pugna late me- *Actiaca pugna*
morabilis cõmiſſa eſt, in qua cæſar Auguſtus Antoniũ nauali prælio uicit & ſimul Aegy- *apud Acticum*
pti reginam Cleopatram. Nam & ipſa huic certamini præſens fuiſſe dicitur. Ob quam rem *promõtorium.*
victor Auguſtus in Ambrachio ſinu urbem condidit, eiq; nocabulum indidit Nicopolim,
id eſt, victoriæ ciuitatem. In ea regione fuit Apollonia nobiliſſima ciuitas, ad quam miſſus
Octauianus, poſtea Auguſtus adoleſcens ut literis uacaret & in militia ſimul inſtrueretur,
quoniam turmæ equitum ex Macedonia aduentantes hic exercitabantur. Peruenit domi-
nium huius prouinciæ tandem ad Imperatores Conſtantinopolitanos, & deinde eorũ con
ceſſione ad Deſpotos, familiam quandam magnam Epiri, ſed quam Turca Amurates ex-
pulſis Chriſtianis principibus ante quadraginta annos ſibi ſubiugauit.

Creta ſeu Candia.



CReta quæ & Candia, inſula in mediterraneo mari, centum urbium fama clara, in
longitudine habet ducenta ſeptuaginta millia paſſuum, in latitudine uero quin-
quaginta millia. Circuitus eius quingenta octoginta octo millia paſſuum comple
ctitur. Dicta eſt primum Cureta ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopam Cre *Cureta.*
ta, atque à Candia metropoli hodie appellatur Candia. Eam in poteſtatem redegit primus *Creta.*
Romanorum Metellus Creticus, & deinde ſequentibus temporibus ſub Imperatoribus *Candia.*
Conſtantinopolitanis diutius fuit: poſtea conceſſa Bonifacio Montiferratenſi, à quo de-
mum Venetis magno diuendita fuit anno 1144. In Candia metropoli prætor Venetus ius
dicit, ubi & portus eſt. Inſignes in ea urbes antiquæ ſunt Cortyna, Cydon, Gnoſus, Mi-
nois regia, ubi Minos nouem annos regnauit, & Ida mons, omnium qui in ea ſunt celeber-
rimus & qui celſiſſimo aſſurgit uertice. Tota inſula plena eſt mõtibus & uallibus, habetq; *Abundant cue*
multas ſyluas, & maxime Cupreſſi per inſulam intenſum ſpirant odorem. Scribit Plinius, *preſſi in Creta*
quondam in Creta montem quendam terræmotu conculſum detexiſſe corpus humanum,
quod 40. cubitos habuit in longitudine. Cui ſimile eſt quod ſcribit Sabellicus, ante pau-
cos annos effoſſum in Creta cranium humanũ, magnitudine dolij mediocris, quod ubi con
trectari cœpit, redactum fuit in fauillã. Scribunt præterea Strabo & Plinius, nullũ in Creta
animal noxiũ eſſe, ſerpentẽ ibi nullum, nullam noctuã, caprarũ copiam, nullum ceruũ. Op *Vinum Creti-*
timi uini feraciſſima eſt inſula, quod Creticũ uocant, & ab alio loco Maluaticũ, accepta ſci *cum.*
licet denominatione à Malua mõte, quem in Chio inſula ſitũ puto, iuxta Arniſiæ oppidũ.
Habuit præterea Creta à principio incultũ hominũ genus. Radamanthus Iouis ex Europa
filius eos ad manſuetiores uitę ritus perduxiſſe narratur. Sequutus inde Minos, qui æquita
te & iuſticia adhuc magis excoluit. Plato autor eſt, Lacedæmonios & alias uetuſtiſſimas

Græciæ

Græciæ ciuitates hinc ſibi leges & inſtituta quęſiuiſſe. Optimum gentis ſtatum euertit primo tyrannicus dominatus, mox & Cilicum latrocinia. Fundus terræ in hac inſula feraciſſimus eſſe dicitur frumenti & paſcuoſus. Profert etiam ſaccarum. Hoc malum habet, ſi mulier aliqua dentibus aut unguibus hominem læſerit, mori perhibent ſauciatũ. Prope Cortynam ciuitatẽ labyrinthus fuit, cuius dicunt adhuc extare ueſtigia. Fuit opus arte maxime ſpectabile. Aegyptius tamen labyrinthus fuit omnium maximum & portentiſſimum humani ingenij opus, unde exemplar ſumpſit eius, quem in Creta fecit Dædalus, centeſimam tantum portionem accipiens de Aegyptio labyrintho, ſed formoſior omnium fuit, perplexis parietibus. Plinius ſcribit ueſanam fuiſſe dementiam, quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo, præterea fatigaſſe regni uires, cum tamen laus maior artificis eſſet. Mons erat effoſſus ac undiq; concauus, una tantum & anguſta uia adibatur. Dux loci peritus præcedebat cum ardente funali, inextricabilem errorem per tenebras monſtrando.

Labyrinthus.

Euboea ſiue Nigropontus.

Abantis. Ocha. Heliopia.

HAec inſula eſt in Aegęo mari, Bœotię admodũ uicina, à qua euripo anguſto maris portu ſeparatur, ut etiam inſula continenti ponte iungatur. Vocata fuit ante multa tempora Abantis ac deinde à præcipuo eius monte, Ocha, & poſtea Heliopia. Scribit Strabo duos amnes eſſe in Nigroponto, Cerum & Neleum, diuerſarũ naturarum. Nam ſi animalia ex uno potent, albeſcit pilus eorũ, alterius autem aqua pota, pellem eorum nigram reddit. Habuit inſula quondã duas inſignes ciuitates, Chalcidẽ & Erethriam. Vtriuſq; mœnia Troianis temporibus antiquiora Athenienſes poſuiſſe dicuntur.



Ariſtotelis effigies.

In Chalcide Ariſtoteles philoſophorũ omniũ princeps mortuus eſt. Is Nicomachũ medicæ artis profeſſorem patrẽ habuit, prima ætate in Macedonia enutritus, ſed cum adoleuiſſet tranſtulit ſe Athenas, ubi Platonem 20. annis audiuit, & nullam reliquit ſcientiã, quam non perfecte attingeret. Vocatus autẽ à Philippo rege in Macedoniã, decem fere annis Alexandrũ inſtituit. Alexandro uero in Aſiam profecto, rediit Ariſtoteles Athenas, docuitq; cum magna gloria. Tandẽ cõmuni philoſophorũ inuidia accuſatus, quòd nõ rectè de dijs ſentiret, metuens periculum, abijt in Chalcidem, ibiq; reliquũ uitæ tranſegit. Scripſit autem tam mira de natura, ut miraculum in natura fuiſſe dicatur. Fuit paruus, gibboſus & male formatus, balbutiensq; ſed diues, ut qui ſocius & præceptor & ſecretarius Alexandri eſſet. Reliquit libros ſupra trecentos, uixitq; ſexaginta duobus annis, alij ſcribunt, ſexaginta tribus, in Chalcide mortuus.


Ariſtoteles paruus.

Cyclades inſulæ.

CYclades inſulę ſic dictæ ſunt, quòd circa Delum earum clariſſimã in cyclum ſeu orbem ſitæ ſint. Numerantur autem in Mari Aegeo quinquaginta tres. Has alij pene innumerabiles faciunt, quę omnes partim in Venetorum partim in Turcarum uenerunt poteſtatem, magnaq; ex parte nomina mutauerunt. Antiqua nomina ſunt, Samus, Samothracia, Imbrus, Pathmos, Anaphe, Tenedos, Cia, Chius, Tenus, Thaſus &c. In Pathmum fuit relegatus Ioannes Euangeliſta, fuitq; antea uocata Poſidium, hodie uero appellatur Palmoſa. In Amatho foditur metallum, in Anticera creſcit elleborus, & in Chia maſtix. Aliæ appellantur hodie his nominibus, Sdile, Tino, Andre, Zea, Fermene, Siphano, Milo, Nio, Amurgo, Pario, Nicoſia, Heraclia, Zinara, Leuita, Micalp, Nicaria, Iero, Calamo, Stampalia, Sant Erini, Namphio &c.

Maſtix.

Delos,



Delos, ut diximus, inter omnes principatum tenet atq; medium locum, ubi Apollo & Diana dicuntur nati, unde insula à gẽtibus sacra habita est, tantaq; in religione fuit, ut ne Persæ quidem, quum bellum toti Græciæ, dijs, hominibusq; indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quicquã conarentur aut uiolare aut attingere. Continet autem hæc insula in circuitu suo quinque millia passuum. Andros uero insula habet in suo circuitu 93. millia passuum. In Delo olim singulare emporium fuit seruorum emptitiorum, ut etiam aliquot millia captiuorum certis diebus illuc ducerentur ad distrahendum, præsertim postquam Romani deleuerant Carthaginem & Corinthũ & ingentes diuitias corrasissent, opusq; haberent multis seruis, quos omnes in Delo emerunt: per quod piratis in mari feneſtra aperta fuit, ut passim grassarentur, homines quosq; caperent & ad forum Delium transmitterent. In Paro insula gignitur marmor candidissimum, quod Lychnium uocant, eo quod ad lucernas effodiatur. Naxos quæ & Strongile & Dionysias, olim Bacho sacra, hodie præsulem metropolitanum habet & ducem è gente Veneta. Scyrus insula clara Homeri sepulchro. Nisyrus insula uinum fert laudatissimum. Giarus in mari Cretico, asperitate situs & cœli inclementia infamis. Sunt in ea mures, quæ letalem inferunt morsum: ita ut ferrum usque rodant, arborem si attingant aridam reddunt. Therasia hodie Sanctorinum, cui dux idem ac Naxo præsidet, è gente Veneta. Carpathus insula tetrapolis est, quarum una Nisyrus appellatur. Quidam uolunt eam dictam Porphyrin, à purpurarum frequentia. Fert etiam ferrum. Ceos, Cea & Cia, una insula, duas habet ciuitates, Cartheam & Iulidem.

Delus.

Parius lapis.

Mures mor-daces.

Thracia.

THracia quę hodie Romania, à Thrace Martis filio, siue asperitate sic dicta, Ἰραχὺ enim asperum dicitur, regio est nec cœlo nec solo, ut Pomponius scribit, nisi ubi mari uicinior est, satis fœcunda temperataq;: frigida est & eorum quæ seruntur maligne admodum patiens, raro usquam pomiferam arborem, uitem frequẽtius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. In ea quondam urbes celebriores fuere Apollophania, Enos, Nicopolis, Byzantium, quæ postea à Constantino Constantinopolis dicta est, & in maius aucta, gloriosissimi imperij sedes & orientis totius caput delecta, Perynthos, Lysimachia, Callipolis: amnes uero Hebrus, Nestos, Strymon: Montes Hemus, Rhodope & Orbelos. Homines habet feros, asperos & numerosos, adeo, ut si, aut unius imperio regerentur, aut idem sentirent, ut historiæ pater Herodotus opinatur, inexpugnabiles forent, & omnium gentium multo ualidissimi, sed quia arduum hoc illis est & nulla ratione cõtingere potest, ideo imbecilles sunt. Sunt tamẽ moribus ac opinionibus cõsimilibus imbuti, præter Getas & Trausos, & qui supra Crestonas incolunt, ex quibus Getę se nõ mori persuasum habere, sed ad Zalmoxim deum suum post fatũ migrare. Fuit hic Zalmoxis homo Pythagoræ quondam

Byzantium.

Zalmoxis.

quondam discipulus, qui in patriam reuersus quum animaduerteret Thraces male uiuere & insciтè, ipse edoctus Ionicum uiuēdi genus & mores, ipsis leges dedit, docuitq; atq; persuasit popularibus eas seruantibus post obitum ad se in eum locum ire, ubi superstites omnium bonorū compotes essent, per hoc deitatis opinionē consecutus, è Thracum se conspectu subduxit atque euanuit, maximo sui post se desiderio relicto. Thraces dum tonat fulguratq; in cœlum sagittas excutiunt, Deo minitantes, quòd nullum alium præter suum esse arbitrentur. Trausi uero circa natalicia suorum atque obitus hoc faciunt: edito puero propinqui circumsedentes eum ploratione prosequūtur, recensentes, quascunq; necesse est illi, quòd uitam ingressus sit, perpeti humanas calamitates. Hominem fato functum per lusum atq; lætitiam terræ demandant, referentes quot malis liberatus, in omni sit modo felicitate. At qui supra Crestonas incolunt, ista agunt. Singuli plures uxores habent, quorum ubi quis decessit, disceptatio magna fit inter uxores, quæ nam dilecta fuerit à marito præcipuè: & quę talis iudicata est & hunc honorē adepta, ea à uiris & mulieribus exornata, ad tumulum à suo propinquissimo mactatur, unaq; cum uiro humatur, cæteris uxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus atque lugentibus: nam id eis dedecori datur. Ociari & ex rapto uiuere pro re honesta habent, contrà agros colere, pro despicatissima. Corporum magnitudine Thraces omnes homines antecedunt, cæruleis oculis ac truci uisu, terrifico uocis sono, annosa ætate. Aedificia modice ab humo eleuata. In regis electione non nobilitas præualet sed suffragiū uniuersorū. Populus enim eligit spectatum moribus & inueterata clementia, etiam annis grauem & cui liberi non sunt. Nam qui pater fuerit, etiamsi uita spectatur, ad regendum non admittitur: & si fortè dum regnat pignus sustulerit, potestate exuitur, & sic custoditur, ne regnum fiat hæreditariū. Tum si rex etiam maximam præ se ferat æquitatem, nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet. Quod si ipse etiam in peccato aliquo arguitur, morte mulctatur, non tamen ut cuiusquā manu attrectetur, sed consensu publico rerum omniū ei potestate interdicta, ipse tandem fame pereat.

Thracum ueterum mores.

Quales habuerint reges.

De mari Thracico.

Mare Euxinū. MAre quod iuxta Thraciam Europam separat ab Asia, multa habet nomina, promontoria, sinus & insulas. Supra Constantinopolim uersus septentrionē appellatur pontus Euxinus, quasi bonum hospicium, quod tamen per contrarium dicitur: nam sunt in mari illo uastissimo loca asperrima & aliena à bono hospitio. Iuxta Constantinopolim uero contrahitur mare in magnas angustias, quæ sunt ueluti ostium Ponti, per quod Pontus ipse influit in Propontidem, ipsęq; angustię uocantur *Bosphorus.* Bosphorus, à bouis meabili transitu sic dictus, nam transitus ille latus est quingentorum passuum siue quatuor stadiorū, quæ faciunt dimidium milliare Italicum, ubi Darius pater Xerxis copias transuexit. Est & Cimmerius bosphorus, per quem palus Męotica in pontum defluit, sic dictus à Cimmeriis populis, qui partē eius frigidissimā incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerij appellantur. Cæterum longitudo harum angustiarum extenditur uersus Propontidē centum & uiginti stadijs, hoc est, quatuor mil *Propontis.* liaribus Germanicis, ibiq; mare rursum in latum diffunditur stadijs quingentis, & in longum protenditur stadijs mille & quingentis, uocaturq; eo loco Propontis. Deinde iterum in arctum coit & stringitur, ut ex Europa traiectus non sit nisi septem stadiorū, uocaturq; *Hellespontus.* ibi Euripus seu Hellespontus, separans mare Aegæum à Propontide, intermedia fauce. In eius contrarijs littoribus duo antiquissima extant oppida, Sestus in chersoneso Thraciæ, *Pōs per mare.* & Abydus in Asia, quæ potentissimus rex Xerxes olim ponte coniunxit & traduxit septies centena millia hominū, pedites & equites. Hellespontus nostro æuo appellatur Stretto de Callipoli, & duo castella è regione posita uocantur in Turcica lingua Bogazaslar, id est, castra in angustijs maris. Porro Bosphorus appellatur brachium sancti Georgij. *Taurica chersonesus.* Tauricam Chersonesum incoluerunt post Genuenses Tartari Vlani, superueniensq; Mahumetes Turcarū Imperator, ui illam occupauit. Eius ambitus complectitur septuaginta millia passuum, hoc est, 16. uel 17. milliaria Germanica, haberq; ciuitates Eupatoriā & Theodosiam, nunc Caffam, item Solat & Kirckel, & duo castra Mankup atq; Azaw. Ciuitatem Solat appellant Tartari Chrim, atque insulam seu peninsulā ipsam (habet enim isthmum) uocant

uocant Precop. Habitatores eius ſæpe excurſiones faciunt in Ruſſiam, Lithuaniã, & Poloniam, & magna inferunt damna. Samos ſeu Samothracia inſula in mari Aegæo, unde Sibylla Samia, atq; Pythagoras philoſophus, non parum nobilitatur utriuſq; natiuitate, etiamſi quidam id intelligant de Samo inſula, quæ ſita eſt in Icarico mari, non longe ab Epheſo urbe. Pythagoras itaque toto urbe terrarum clariſſimus philoſophus, Muſicæ plurimũ doctus fuit, Geometriã omnem perfecit, atque pondera & menſuras inueniens, Græcis primum contulit, in numeris exercitatiſſimus, & in ſyderali ſciẽtia abſolute doctus. Hic animas hominũ de corpore in corpus tranſire opinatus eſt. Erubuit ſe appellari ſapientẽ, ſed philoſophum dixit ſe eſſe, id eſt amatorẽ ſapientię. Eius inſtitutũ fuit, ne ſcholas eius intrans, de philoſophia ante quinquenniũ diſputaret. Sub Samothracia in Aegeo mari innatat Lemnos inſula, ab occaſu Athon montẽ ſpectans, ab Auſtro, ſed longo tractu, Cretæ oppoſita eſt. Eſt autem maior Samo, habetq; urbem maritimã Myrinam, & Epheſtiam mediterraneam. In ea colebatur Vulcanus, deus ignis Quem cum Iuno peperiſſet (ut in fabulis ferũt,) eumq; turpem cõſpexiſſet, è cœlo in eam inſulam deiecit. Vocatur aũt Lemnos hodie Steliminũ.

Samothracia.

Pythagoras.



Lemnos.

CONSTANTINOPOLIS
Thraciæ metropolis & totius orientalis imperij caput, atque hodie Turcę regia ſedes.

INclyta urbs Byzantiũ, antea Lygos dicta, à Lacedęmonijs, Pauſania duce, condita eſt in anguſtiſſimo Europæ Aſiæq; euripo, quibus ab Apollinis Pythij oraculo dictũ fuit, ut contra cæcos locarent ſedes, id eſt, contra Megarenſes, qui omiſſa locupletę ripa, Chalcedonem ſterili ſolo è regione Byzantij condiderunt. Piſces enim ex Euxino in Propontidem illati, ubi ad Chalcedonenſe littus incurrũt, territi à candicante ſaxo, quod à uado ad ſumma pollucet, aduerſum Byzantij promontorium præcipiti petunt agmine. Itaq; omnis captura Byzantij, Chalcedonenſibus penuria. Pauſanias itaq; hanc urbem reparans, ſeptem annis poſſedit, ordinauitq; caput Thraciæ & appellauit Byzantium. Poſt eum uariante fortuna fuit aliquando ſub Athenienſibus, aliquando ſub Lacedęmonijs, ſenſimq; rurſum collapſa eſt, uſq; ad tempora Conſtantini magni Imperatoris. Tunc ad compeſcendas excurſiones Parthorũ, quibus Perſæ & Parthi Romanum imperium in oriente afflixerunt, animũ adiecit Imperator, ſedem imperij è Roma in orientem transferre, atque conſtruere imperialem urbem, & eam à ſe denominare Conſtantiam aut Conſtantinam. Deliberans autem de loco ubi conderet huiuſmodi urbem, uenit illi in mentem, ad reſtaurandum atque renouandum Ilium, Troadis olim toto orbe celebratiſſimam urbem, quam Græci ante aliquot millia annorũ deſtruxerãt, ſed monitus in ſomno, ut propoſitum ſuum exequeretur in urbe Byzantina, miſit ad eum locum, qui contemplarentur ſitum eius atq; explorarent omnem maris & aëris diſpoſitionẽ: deprehendensq; locum eſſe amœnum, aërem ſalubrem & temperatũ, fundum circa ciuitatem fertilem, portum maris ſolidum, cœpit ibi extruere magnificentiſſimã urbem, quam nouis cinxit mœnibus, ſublimibusq; ac egregijs ædibus ita exornauit, ut habitaculum deorum potius quàm Imperatorum crederetur. Spoliauit Romam & alias magnificas urbes, ut iſtam ditaret, ſicut & diuus Hieronymus ſcribit, eum fere omnes denudaſſe ciuitates, ut nouam Romã adornaret. Fecit conſtrui iuxta mare magnificum & imperiale palatium, deinde ampliauit pomœria urbis, cinxit mœnibus, muniuit turribus, ornauit eccleſijs, nihilq; eorum omiſit quæ ad decorem & ſplendorem eius facere uiſa ſunt. Erexit in ea ſtatuam marmoream elegantiſſimã, quam è Roma adduxerat, quæ erat circulis ęreis cincta, & ſtabat ſuper eam imago Imperatoris pulchre ſculpta, ſed collapſa eſt poſtea ex terræmotu & confracta. Cumq; Imperator uellet hanc nouam urbem nominari nouam Romam, & regionem ipſam Romaniã, pręualuit uulgus, quod à conditore Conſtantinopolim eam uocauit. Turcæ hodie uocãt eam Stampolei &

Sedes imperij

Conſtantinopol. habitaculum deorum.

Noua Roma.

Stampolda, id eſt ampla ciuitas. Peram uero è regione Byzantij ab altera ripa ſinus maris ſitam, hodie uocant Gallatam, dicituŕq; ſinus ille triplo in ſua latitudine excedere latitudinem Rheni noſtri Baſilienſis, hoc eſt, duę illę ciuitates per iactum bombardę à ſe diſſident. Vrbs ipſa triangularis eſt, habetq; duo latera ad mare & unum ad continentem.

Conſtantinopolis expugnata & capta

á Gallis & Venetis anno 1202.

Alexij crudelitas in fratrẽ.

ANno ſalutis 1202. regnante & imperante Conſtantinopoli Iſahaco, frater eius Alexius imperio inhians, Imperatorẽ captum & incarceratũ oculis priuauit, uſurpato ſibi regno. Filius autem Iſahaci ſceleratas domeſtici hoſtis manus effugiens, uenit ad Venetum ducem, conqueſturus multa de perfidia & crudelitate patrui, qui Iſahacum patrem natu multo maiorem ſubita ui oppreſſum, priuatũ luminibus, in tetrum coniecíſſet carcerẽ. Orauit etiam, ut pro ueteri patris ſui in omne Venetum nomẽ beneuolentia, afflictis rebus ſuis opem ferret, pollicens, ſi in priſtinam fortunã reſtitueretur, magnum auri pondus & præmia multa. Mouerunt pueri lachrymę & tenera ætas ducem & reliquos proceres, qui Venetijs erant, ut Syriæ rebus ſuccurrerent, & ad prima ueris ſigna uerſus Byzantium curſum intenderent. Obiecerat Alexius catenam ad fauces ſinus, qui inter Byzantium iacet & Peram, ut claſſis traijcere nequiret, nec dabatur ſpes oppugnandę urbis, niſi prius catena diſciſſa eſſet. Superuenientes autem legati ex Creta inſula, uiolento impulſu fregerũt catenam, ingreſſíq; ſinum, cõtinuo urbem terra marí́q; oppugnauerunt, coniectuśq; ignis in urbica ædificia, cõcitauit ingens incendiũ. Venetis in muros euadentibus & in urbem irrupturis, aduerſa ui Græci reſiſtunt, ægrè urbs prima die eſt defenſa. Nocte quæ deinceps eſt ſecuta, Alexius Imperator deſperatis rebus, uxore & liberis relictis, occulte fugam occupat. Patefacta Alexij fuga Iſahacus ſolutus de cuſtodia, & Alexius puer in urbem incredibili fauore accipitur & Imperator ſalutatur. Nec minor inde extitit Alexiij cura in exoluenda fide, ut bene meritis ducibus ſatis faceret pro officio præſtito. Sed ingrata ciuitas, meliora euertit conſilia, irrũpit minaciter in domum Alexij, quaſi ille non dubitaret ſpoliare nobiliſſimam urbem ueteribus fortunis, pueriliter exponendo in auariſſimã gentem & Græci nominis inimiciſſimã pecuniã regiam. Timens autem ſibi puer ex atroci motu uulgi, mittit ad Bonifacium propinquum ſuum, rogans ut ſibi auxilio ueniret, magnum ſibi uitæ periculum inſtare dicens, daturumq; ſe operam, ut porta quæ urbem cum expeditis cohortibus inuaſurus eſſet ad tempus pateret. Fuit in his qui eius cõſilij participes erant, Myrtilus, alij Murſiphum ſcripſerunt, quem Iſahacus ex infima plebe ad dignitatem euexerat, qui Alexij conſilium aperuit paucis aduerſæ factionis: unde factũ eſt, ut tumultu excitato Myrtilo ſuadente Alexius ſeſe occultaret, Myrtilus autem per ſpeciẽ ſedandi motus ſeſe imperio ingereret ac ſatellitũ caterua ſtipatus in Alexij domũ ſeſe proriperet & puerũ latitantẽ, quem antea ueneno petitum necare nõ potuit, eliſo gutture propria necarit manu. Quo interfecto, cõſtituit Venetos & Gallos pellere armis; fitq; acris pugna: at Græci magna cæde in urbem prouictis compelluntur. Tunc fœdus inter Venetos & Gallos eſt ictum & ſcriptum in fœdere, ut quicquid urbiũ, inſularũ, locorumq; ex Conſtantinopol. imperio bello quæreret, dimidium Galli duces haberent, reliquũ Veneti. Vrbs inde 68. dies oppugnata & tandem expugnata. Alexius frater Iſahaci ubi urbem captã uidit, cum uxore ac pellicibus & magna ui auri intempeſta nocte Byzantium reliquit. Cuius fuga poſtea quam palam facta eſt, ciues ueniam ſupplices orant & patefaciunt portas Venetis atq; Gallis. Byzantio recepto, in electione Imperatoris expreſſum eſt, ut ſi Gallici nominis Imp. crearetur, Veneti darẽt antiſtitẽ. Factum autẽ eſt, ut Balduinus Flandrenſ. comes Imp. fieret, & Thomas Mauroceuus urbis antiſtes. Contigerunt iſta anno milleſimo ducenteſimo ſecundo.

Alexius noctu fugit.



Filius Iſahaci ſtrangulatur.

Vrbs ſecundo expugnatur.

Flandrus fit Imperator.


Ciuitas

CIVITAS CONSTAN

tinopolitana, olim imperii Orientis ſicut & ho


die Turcicæ monarchiæ caput, iuxta genuinam eius effigiem, lector, in hac tabula tibi exhibetur. Habes & Peram tranſmarinum oppidum in eadem tabula ſignatum, ſed quod pedeſtri itinere quoque, licet magno circuitu, à Conſtantinopoli adiri poteſt, ubi Turcarum & Iudæorum hodie eſt ſepultura.

Conſtantinopolitanæ urbis effigies, quam ietſub T




HAbet urbs iſta Conſtãtinopolitana in hunc uſq; diem multa uetuſta ædificia atq; quorundam ædificiorũ ruinas, qualia ſunt baſilica ſanctę Sophię, Palatium Conſtantini ad occaſum urbis iuxta mœnia ſitum, & aliud palatium rotundũ eiuſdem Imperatoris apud templum Sophiæ ad ſiniſtram poſitum, ſed pro magna parte dirutum, item columna ſerpentina iuxta A, quam aiunt factam ex uno ſaxo habereq; in altitudine 24. orgyas. Columna uero B uocatur hiſtoriata ab hiſtorijs ſibi inſcriptis. C Eſt

ſus, quodie ſub Turcæ inhabitatione habet.



locus patriarchatus. D Templum S.Lucæ Euangeliſtæ. E S.Petrus &c. A Conſtantinopoli ad Perã, quam hodie Gallatẽ uocant, eſt traiectus non magnus, quum bombardæ iactus oppoſitũ littus apprehendere poſſit, ſuntq; extra mœnia oppiduli ſepulturæ Iudæorum & Turcarum, id quod lapides quadrati erecti indicant. Tormenta ænea quæ uides ſignata iuxta mare in littore Perę prope literam F, ſunt ea quę Turca à Belgrado, Rhodo & Buda noſtro æuo Chriſtianis abſtulit.

Conſtantinopolitanæ urbis effigies, quam hodie ſub Turcæ inhabitatione habet.



HAbet urbs iſta Conſtãtinopolitana in hunc uſq; diem multa uetuſta ædificia atq; quorundam ædificiorũ ruinas, qualia ſunt baſilica ſanctę Sophię, Palatium Conſtantini ad occaſum urbis iuxta mœnia ſitum, & aliud palatium rotundũ eiuſdem Imperatoris apud templum Sophiæ ad ſiniſtram poſitum, ſed pro magna parte dirutum, item columna ſerpentina iuxta A, quam aiunt factam ex uno ſaxo habereq; in altitudine 24. orgyas. Columna uero B uocatur hiſtoriata ab hiſtorijs ſibi inſcriptis. C Eſt locus patriarchatus. D Templum S. Lucæ Euangeliſtæ. E S. Petrus &c. A Conſtantinopoli ad Perã, quam hodie Gallatẽ uocant, eſt traiectus non magnus, quum bombardæ iactus oppoſitũ littus apprehendere poſſit, ſuntq; extra mœnia oppiduli ſepulturæ Iudæorum & Turcarum, id quod lapides quadrati erecti indicant. Tormenta ænea quæ uides ſignata iuxta mare in littore Perę prope literam F, ſunt ea quę Turca à Belgrado, Rhodo & Buda noſtro æuo Chriſtianis abſtulit.

Anno 1203. omnia quæ ſub Iſahaci imperio fuerant, præter Adrianopolim, Gallicis, Venetiſq; armis ceſſere. Multi ex tota Græcia, latini nominis odio Adrianopolim profugerunt. Galli duces conficiendi belli ſtudio, quicquid urbium, prouinciarũ, uectigaliũ fuerãt ex fœdere ſortiti, Balduino Imperatori attribuunt. Cretã autem & multę aliæ inſulæ Veneto nomini ceſſerũt. Erant itaq; omnia imperij loca ſubacta, præter Adrianopolim, quæ diu circũſeſſa, multifariamq; fatigata, capi non potuit, Græcis eam tenentibus. Porro Genuenſes Venetis inuidentes nobiliſſimã inſulam Cretam, turbare illius ſtatum inſidijs, nouoq; nauium apparatu conati ſunt. Cum uero Balduinus Imperator Græcorũ, obſidione graui cinxiſſet Adrianopolim, obſeſſi accita in auxilium Valachorũ gente, tenere urbem contra Imp. obſtinatiſſimis perſeuerabant animis. Balduinus itaq; cõmiſſo prælio interceptus ne an occiſus parum conſtat, nunq; poſthac eſt inuentus. Sunt qui à Ioanne Valachorum rege captum ac clam decollatũ conſtanter tradant. Baptiſta tamen Egnatius fatali refert deceſſiſſe morte, imperio fratri per manus tradito. Anno 1225. exortus nebulo quidam, Flandriam omnẽ Pannoniamq; perturbauit. Venit peregrino primũ habitu ac promiſſa barba, auſusq; fuit mentiri ſe Balduinũ Imperatorem Conſtantinopol. faciens de ſe fidem apud uulgus mobile, præſertim cum ſtatura corporis & lineamenta haud admodum male referrent Balduinũ. Confluente autem ad eum tumultuaria manu, Ioannam principẽ, Balduini filiam, tantæ temeritati fortiter obſiſtentem fugauit. Quæ ad Ludouicũ regem propinquum ſuum fugiens, ipſius implorauit opem. Vocatus publica fide nebulo à rege, ibat Compendiũ, haud exiguum trahens comitatum, toga ueſtitus rubra, albamq; dextera gerens uirgam. Eo loci ab epiſcopo quodam publice interrogatus de multis, hærens, a ſtuansq; primum obmutuit, dein tridui petijt ſpacium ad reſpondendũ. Deprehenſaq; eius impoſtura, captus eſt in Burgundia, quo fugerat, & Ioannę principi traditus. Tum ſe aperire coactus, fatetur ſuam audaciam, ac Bertrandũ ſe uocari dicit. Ioanna uero traduxit eum per omnia oppida Flandriæ & Hanoniæ, cauſaq; eius Inſulæ in iudicio cognita, patibulo ſtrãgulauit. Ita dignas tanta audacia luit pœnas. Vulgus tamen Ioannam ſuſpendiſſe patrem ſuum fabulabatur, tamq; fœdum de ea in hanc noſtram ætatẽ noſtram tranſmiſit rumorem. Pronum eſt ſemper uulgus indocile ad ſtultas falſasq; concipiendas opiniones. Ioãnes epiſcopus Mutelanenſis & Albertus theologus ordinis diui Benedicti miſſi à Iohanna in Græciam ad diſquirendũ diligentius de morte Balduini, renunciauerunt captum fuiſſe ad Adrianopolim à Ioanne Valachorum rege, miſſumq; ad reginã in oppidum Cernoam, ibiq; membratim diſſectum, collectas tamen corporis partes ac tumulo cõpoſitas à fœmina quadam Burgundica amore nominis latini. Quæ poſt hunc Balduinũ geſta ſint Conſtantinopoli, diſces infrà ex catalogo Imperatorũ Conſtantinopolitanorum.

Imperator ante Adrianopolim perditur.

Impoſtor in Flandria.



Impoſtor ſuſpenditur.

Conſtantinopolis quomodo à Turca expugnata & ſubacta.

MAhumetus Turcarum Imperator iniquo ferens animo, in medio Turcarum ſita urbem tam ſplendidam, & ſuo non parere imperio, animũ adiecit ut eam ſubigeret, quo progenitores ſuos omnes ſuperaret, qui ſæpius tentantes à cœptis turpiter reſilire coacti ſunt. Caſtello igit̃ iuxta littus ad oſtiũ Boſphori mira celeritate extructo, bellũ cõtra fœdera ac iuſiurandũ mirabili coacto exercitu indixit & ſimul gerere cœpit, fruſtra Græcis opem à Chriſtianis principib. implorantibus. Terra igit̃ ac mari regiã aggreſſus urbem, cuniculis ac latẽtibus foſſis altiſſimè actis & aggere extructo tam excelſo ut muros excederet, cum turres admouiſſet ligneas, mœniaq; cõquaſſaſſet, Græcis ſtrenuè pugnãtibus, Ioannes Iuſtinianus Genuẽſis (qui ſolus urbem nuper defendiſſe ferebatur) uulneratus, quum ut medicũ adeat per portas, quæ obſeratæ erant, ne fugiendi facultas militi eſſet, introiſſet, Græci ſimul irrumpunt. Is autẽ paulo poſt inglorius Peræ occiditur. Soli duo Theophilus Palæologus Græcus & Ioannes Sclauus Dalmata fugere turpè putãtes, cum Turcarũ multos obtrũcaſſent, inter cadauera hoſtium cecidere. Conſtantinus tunc Imperator dum ad portam trepidus ſe recipit, fugientium trepidatione

Fugiunt Græci obſeſſi.

ne oppreſſus, in portæ anguſtijs conculcatus cecidit, paludamentoq; eius cadauer agnitum. Poſt diſturbatos autem bombardarũ ictibus muros, fœdeq; diſiectos, capramq; ui & expugnatam urbem, ne Perenſes uicinis opem ferrent, Conſtantini Imperatoris caput Mametis iuſſu abſciſſum ac palo affixum, per urbem & caſtra ad ludibrium circumuectũ ac geſtatum eſt. Quarto & quinquageſimo obſidionis die, urbs ui ſumma capta, ingens cędes ædita, in omnem ſexum atq; ætatem ſæuitum, pueri, uirgines, matres ad ſtuprum raptæ, ſtupra cædibus, cædes ſtupris additæ. Nihil illicitũ toto triduo fuit in urbe. Templum ingens ac ſacroſanctum Sophiæ, Iuſtiniani cæſaris opus, ſpoliatum omni ſacra ſupellectile ac donarijs ſanctorum, omnibus patuit ſpurcitijs, lupanar factum ſcortorũ & equorum ſtabulũ. Martyrum oſſa canibus ſuibusq; ſunt obiecta, ſanctorũ imagines luto defœdatę, ferroq; laceratæ. Simulachrum uero crucifixi tympanis præeuntibus per fora, per plateas, per uicos ex urbe ad caſtra rapiunt, ſputo, luto, iaculis inceſſunt: en Chriſtianorum crucifixum Deum, ſummis blaſphemijs & conuicijs per irriſionem inclamitant. Eruti deinde ciuium theſauri abſconditi, quos ſi in communem uſum uertiſſent, non triumphaſſet ſceleratus uictor de Chriſtiano ſanguine. Triduo itaque miſera ciuitas uexata, & cuncta ſunt direpta. Inde quicquid regij ſanguinis mares fœminæq; illuſtres ſuperfuere aut inter epulas fœdè iugulantur, aut uictoris libidini reſeruantur. Rirelucas qui poſt Conſtantinum Imperatorem in officio ſecundus erat, cæſo ante oculos maiori filio, altero ad illicitos uſus reſeruato, in conuiuio ante tyrannum ſecuri percuſſus eſt cum alijs filijs duobus illuſtri probitate adoleſcentibus, quum ſupplici uoce tyrannum perfidiſſimũ rogaſſet, ne caſtum atque pudicum puerum Iacobum, quem abominabilis raptor ſuæ ſpurciſſimæ libidini deſtinauerat, à paternis complexibus auelleret. Iſidorus cardinalis, qui tum Conſtantinopoli erat, in tumultu primo captus, cum ueſte mutata cognitus non eſſet, trecentis ſeſe redemit aſperis. Dum deſeuiſſet ſanguinarius carnifex, cõuiuatus & mero pręter ſolitum inebriatus contrà legem ſui Mahometi, optimates ciuium, qui in Sophiæ templum confugerant, educti in conuiuio ſunt iugulati. Eſt è regione Conſtantinopolis ciuitas Pera ſita, trans ſinum illum, qui utriq; populo portum efficit, uetus Genuenſiũ colonia, in qua olim Galatæ habitabant, unde & hodie à Turcis Galata appellatur, hi cognita Byzantinorum clade, Mahumeto deditionem fecere. Muri contra fœdera diruti, bona direpta, fœminæ ac uiri ludibrio habiti, eandem experti ſunt ſæuitiam, quam Conſtantinopolitani. Sic itaque concidit ueruſtiſſimum Græciæ imperiũ, quod 1190. amplius annis ſteterat, in quo tot principes Chriſtiani floruerunt, tanta religio uiguit, tot diuorum templa, tot ſanctorum reliquiæ conditę erant. Hæc urbs crudeliter eſt ſubuerſa anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, quarto calend. Iunias. Accerſiti ſunt Turcæ primũ in Europam à Theodoro Cantacuzeno, quem ſocer imperio fraudauerat, & dum ſimulant fallaces Turcę auxilium ſe illi laturos, Callipolim & Cherſoneſum primo, deinde totam penè Thraciam occuparunt atque Græciam. Nec unquam poſtea Chriſtiani feliciter pugnauerunt cum eis, præſertim apud Nicopolim, quando magna ſtrages Chriſtianorum facta fuit, multi duces capti & Sigiſmundus fuga euaſit annno ſcilicet 1396. Similiter anno milleſimo quadrigenteſimo triceſimo nono ſub Alberto quinto, quando penè omnes, qui non fuga euaſerunt, corruerunt. Subſequta eſt deinde anno 1444. apud Varnam alia crudeliſſima Chriſtianorum clades, quam pòſt excepit ruina Conſtantinopolitana. Quantum deinde malorum Chriſtiani perpeſſi ſint in expugnatione Belgradi, Rhodi, & Budæ, nemo non nouit, ut taceamus tot homines in perpetuam abductos ſeruitutem ex Vngaria, Bulgaria, Croatia. Carinthia, Germania & adiacentibus regionibus. Et ad hęc rãta mala ſecure dormiũt Chriſtiani principes, ludunt, commeſſantur, uenantur, poculis certant, populum pro arbitrio expilant, inter ſe cruenta & atrocia gerunt bella, mutuoq; ſe lacelſunt & aditum præbent cruentæ beluę, ut diſcerpat uineã Chriſti. Id propè Turca ſemper ſtuduit, ut quotieſcunq; Chriſtiani principes mutuis inter ſe odijs diſſiderent uel coflictarẽtur, ipſe nouos aliquos interim dolos conſueret, quibus rem ſuam redderet auctiorem, uel concertantes ipſos opprimeret inopinantes. Quare cum tyranni illius immaniſſimi imperium hucuſq; nec quicquam magis auxerit quàm Chriſtianorum bella inteſtina, principumq; noſtratium diſcordia, nihil æquè ab omnibus ſtudendum iudicarim, ac ut ſepoſitis priuatis concertationibus in gratiam redeant, bellumq; omnes commune ſuſcipiant. Non eſt abbreuiata manus domini. Si fuerimus boni filij, non deerit patris cœleſtis officium & auxilium.

Vrbs capta.

Auaricia perdidit urbem.

Pera quæ & Galata.

Infeliciter pugnant Chriſtiani.

Chriſtiani principes dormiunt.

Terrę motus

Terræmotus horrendus in Conſtantinopoli.



ANno ſalutis 1509. decimaquarta ſeptẽbris, terræmotus grauiſſimꝰ 18. diebus continuis murum Conſtantinopolitanæ urbis, qua parte mare ſpectat, cum omnibus adiacẽtibus domibus diſiecit, foſſatumq; ruderibus impleuit ac terra æquauit. Arcem in qua gazophylatium Imperatoris quinque turribus munitiſſimis cuſtoditur, & inſignis domus qua leones nutriuntur deſtruxit. Cuniculos qui per montes ac longa itinera è Danubio aquas in urbem euehunt, maximis laboribus & impenſis fabricatos ita cõcuſſit, ut in-

Mare inundat genti theſauro reparari nequiuerint. Sinus quoque maris ſiue brachium, ut uulgo loquuntur inter Conſtantinopolim & Peram uiolentia terræmotus adeo infremuit, ut in utranq; ciuitatem mare ultra muros aquam inijceret. Sed & domus tributaria iuxta muros urbis in mare tota decidit, ut nullum illic apparuerit ueſtigium. Maxima item pars turris plumbeæ in Pera corruit. In Callipoli munitiſſima arx penitus rupta eſt, nec ulla domus illic integra manſit. Feruntur Conſtantinopoli tredecim millia hominum tum obruta perijſſe.

Imperatores Conſtantinopolitani ſeu

Græci qui poſt translatum imperium rerum in oriente ſunt potiti.





1 Conſtantinus magnus, qui Byzantium collapſum inſtaurauit, atque inueteratum innouauit.

2 Conſtãtius filius Conſtantini magni.

3 Iulianus Conſtãtini magni ex fratre nepos.

4 Iouianus ab exercitu orientali electus.

5 Valẽtinianus cuius collega frater eius Valens.

6 Gratianus filius Valẽtiniani.

7 Theodoſius maior.

8 Arcadius filius Honorij.

9 Theodoſius iunior filius Arcadij. Horum nouem Imperatorũ ſuprà in cęſaribus Romanis facta eſt mentio uberior.

10 Martianus per Pulcheriam ſororem Theodoſij factus eſt Imperator. Hic imminutum Orientis imperium prudentia ac conſilio ſic repa rauit, ut breui ingens cunctis exultatio & ſpes oriretur dilatandi imperij. Senex omnino æquiſſimi ſenſus atque in plebem ſuam benignus & manſuetus. Arma nunquam niſi prouocatus mouit, quietis amator. Solebat etiam dicere: Donec in pace liceret uiuere, non decere principem ſumere arma. Anno ſexto imperij naturæ conceſſit.

11 Leo tenuit orientale imperium annis ſedecim, uir in quo multæ fulſerunt uirtutes, ſed omnium maxime erga homines calamitoſos miſeratio.

12 Zeno homo humilibus natus parẽtibus, uultu & moribus deformis, & ingenio tyrannico, auguſtalem nactus eſt dignitatem. Hic Theodericũ regem Oſtrogothorũ, quem plurimum amabat, regem fecit ſuper Italiam, cõmendans ei urbem Romam, ſenatum, populumq; Romanũ. Theodericus ergo cum exercitu Italiam petijt & occurrentem Odoacrem prælio uicit, & à Romanis ingenti lætitia eſt exceptus. Et ſi à ſanguine quorundam ſenatorum abſtinuiſſet, nemo fuiſſet illo acceptior. Tenuit autem principatum annis triginta. At Zeno in Græcia præfuit imperio annis 17. Scribunt eum in hæreſes ac impietatem atq; corruptos mores prolapſum, ut etiam omnibus odio eſſe cœperit. Nam ebrietati adeo deditum fuiſſe aiunt, ut plerunq; mente penitus alienaretur, temulentusq; nihil à mortuo differret. Cum itaq; ſe multo mero oneraſſet quadam uice, & mori bundus iaceret, Ariadne uxor alioqui ſatis illi inuiſa, ueluti mortuum iuſſit ſepulchro quo reges reponebantur inferri, addito ingenti lapide qui eum tegeret. Poſteaquã uero ille reſipuit & ebrietas eſt reſoluta, magnos edidit eiulatus & clamores fruſtra, nullo opem ferente. Sic enim Ariadne ordinauerat, ne quis ſepulchrum aperiret, aut propius accederet. Digno itaque ſupplicio mortuus eſt, qui omnibus infenſus erat.

Imperator uiuus ſepultus.

13 Anaſtaſius ex humili ſorte, ingenio Ariadnes Auguſtæ imperium adeptus eſt, quam & uxorẽ duxit. Lapſus uero in hæreſes, orthodoxis multas intulit iniurias, maculauitq; imperij decus illuuie Euthycianæ hæreſeos, quapropter & tandem diuinam ultionem cõmeruit. Nam fulmine ictus interijt.

14 Iuſtinus Thrax & ignobilis ex utroq; parente, primum cuſtos boum, deinde miles, & ex milite factus princeps ordinis in exercitu, tandemq; Imperator electus, uir orthodoxus, qui publico edicto promulgauit Calcedonenſe concilium uenerari, in quo ſexcenti & triginta patres fuerunt, recepitq; orthodoxos epiſcopos ab Anaſtaſio eiectos. Hic cum nouem annis imperaſſet, uolens ſenectuti ſuæ conſulere, ſororis ſuę filium Iuſtinianum adoptauit ac ſucceſſorem imperij reliquit.



15 Iuſtinianus nepos Iuſtini ex ſorore, uir egregio à Iuſtino adoptatus ac unicè dilectus, annum agens 44. ſuſcepit ab auunculo imperium, adiecitq; animum ut illud repararet. Hic in primis pacauit orientem, deinde eripuit Africam de manibus Wandalorũ. Huius principis imperij anno nono cœpit Gothicum bellum, durauitq; uſque ad annum decimum octauũ eius imperij Hic cum Italiam recuperaſſet, Africam & Perſiam ſubegiſſet, domi foriſq; glorioſus eſſet, confuſas leges in epitomen redegit, ſuperuacanea & inutilia reſecauit, quum prius incondita & ſparſa ciuilis illa iuris corpulentia obrueret magis ſtudia quàm iuuaret. In quinquaginta digeſtorũ libros ſingula contraxit, & quatuor inſtitutionũ libris compreſſit, ac codicem inſuper tanquam coronidem adiecit. Indoctus tamen ipſe fuit, ideo facile illi quorum opera uſus eſt ſibi imponere potuerunt, ſuggerentes tot contrarias leges, quas poſteri (licet anxie inter ſe digladientur) nunquam tamen concordare poſſunt. Hic princeps templum magnificentiſſimũ admirando ædificio extruxit, quod græca uoce αγιαν σοφιαν id eſt, ſanctam ſapientiam appellauit. Vir fuit iuſtus & integer, in perſcrutandis rebus ingenioſus atque hæreſum maximus hoſtis. Fuit ad uindictam ſumendam præceps, in pecunia effundenda immodicus & ad congerendam intemperatiſſimus, unde & modis parum honeſtis ſibi pecuniã quandoq; corradebat, nulluſq; auariciæ ſuæ erat modus. Tandem uero morbo ex ſenio affectus, Iuſtinum ex filia nepotem conſortem imperij fecit, mortuus cum regnaſſet annis 39.

Ius ciuile in epitomen redigitur.

Templum Sophiæ



16 Iuſtinus minor nepos ex filia Iuſtiniani, natura ad omnia dexter, ab initio liberalis, ſed poſtea tantę deditus auariciæ, ut ſenatores ſpoliaret & in omnes paſſim diuites rabie quadam deſæuiret. Decidit etiam in Pelagianã hæreſim, tandemq; amiſſa ratione amens factus eſt & pecori ſimilis. præſertim cum Perſæ ad deuaſtandas Romanas terras cum magnis copijs irruiſſent & cum ingenti præda inoffenſe abijſſent. Tantam enim inde concepit

triſticiam, ut in mentis exceſſum inciderit, ac phreneſi correptus 13. imperij anno diem ex-
In morte reſi- tremum clauſerit. Quum autem morbus eum grauius præmeret, Tiberiũ regẽ declarauit,
piſcimus à ui- mandatacq; dedit ut pietatem erga deum coleret, parentes populos beneficijs proſequereť,
cijs oppreſſos ab iniurijs uindicaret, militibus indulgentiã nimiã non indulgeret, diuites bonis ſuis frui permitteret, inopes q̃ad poſſet ſuſtineret, & ne nimiũ ueſte imperatoria inſoleſceret.

17 **Tiberius** aſcitus eſt à Iuſtino ad imperiũ, uir iuſtus, ſapiẽs, ſtrenuus & uti lis reipub. & qui ſua liberalitate omniũ cõmeruit fauorem. Quic quid enim longa auaricia Iuſtinus contraxerat, Tiberius egentibus largitus eſt. Hic quoque magnam aſſecutus eſt contra Perſas uictoriã: & adductos Conſtantinopol. captiuos omnes Perſas, magnificẽtiſſime ueſtiuit Imperator ac in patriã remiſit. Quos præter ſpem redijiſſe populares admirati, magnis laudibus Rom. principẽ cõmendabant. Cumq; Tiberius poſt alterum Perſicũ bellum in grauem morbum incideret, Mauriciũ generum filium adoptans, imperium quoq; adminiſtrandũ dedit. Præfuit imperio annis ſeptem, princeps iuſtus & largus & cunctis amabilis.

18 **Mauricius** Cappadox gener Tiberij, primum humilis notariue, deinde comes, & ex comite cæſar atq; Auguſtus, bonꝰ princeps multisq; uictorijs illuſtris, præſertim contra Perſas. Tandem tamen cunctis inuiſus factus militibus ob immenſam auariciã, qua nihil eſt deteſtabilius præſertim in principe, qui ſua auaricia pe-
Auaricia peſſis in principibus. ricia rapinas, cædes & homicidia diſſimulabat, præterea nulla ſtipẽdia militibus erogabat, præſertim his qui Sarmatico limiti contra Scytharũ impetum loco ſterili poſiti præerant, difficilia quæq; tolerantes. Ob id in eius caput facta eſt conſpiratio à militibus & Phocas deſignatus eſt futurus Imperator, qui Mauriciũ & totam familiã eius interfici iuſſit. Fuit tunc Mauricius annorũ 63. imperaueratq; annis 20. Habuit uxorem Conſtantiã filiam Tiberij ex qua peperit tres filios, totidemq; filias, qui omnes cum patre ſimul occiſi ſunt.

19 **Phocas** præfectus Scythiæ poſtq; Mauriciũ Imperatorẽ occidit, à ſcelerato exercitu cui præerat Imperator eſt electus, auariciæ mancipium, qui Perſico more cum ſuis aulicis ſecreta tractabat, qui magiſtratus & iudicia uendebat, cha-
Caput eccleſiarum. rioresq; habuit eos, qui inexplebili rapacitate populos uexabant. Hic ſtatuit quod Romani principes laudarunt, nempe quòd Romana urbs caput eſſet omniũ eccleſiarũ, cum prius eſſet Conſtãtinopolitana propter ſedem principis. Deſidia & ignauia huius principis Perſę Meſopotamiã & Aſſyriam occupauerunt, depopulatiq; ſunt Ieroſolymã & prophanauerunt loca ſacra. In Cappadociã & Galatiã incurſiones fecerunt & ad Chalcedonẽ uſq; omnia ſunt populati. Aegyptũ Saraceni uaſtauerunt & ubiq; magna facta eſt hominũ ſtrages. Vnde neceſſe fuit, ut aut nomen imperij deleretur, aut Phocas occumberet, quod &
Phocas inſignis beluа. factum eſt, obtruncatus ſcilicet à prætorianis militibus cum annos imperaſſet octo. Orbis ferre non potuit hanc beluam, per quem tot boni uiri fuerunt interempti, cremati, aut manci aliquo membro in exiliũ miſſi. Traditũ eſt à quibuſdam, eum non cito occiſum, ſed primo manibus & pedibus, poſtea ob inſignẽ eius libidinem, & quia multorũ uxores corruperat, genitalibus, ac nouiſſime capite amputatis, corpus truncum combuſtum. Sicq; ſceleſtiſſimus tyrannus cum omnibus fratribus ac neceſſarijs, meritum uitæ exitum habuit.



20 **Heraclius** filius Heracliani poſt interfectũ Phocam adeptus eſt imperium. Et cum pater eius dux Africę cum ingenti exercitu ex Africa in Aegyptũ & Aſiam proficiſcereť, moreretur q; in itinere, Perſæ metu eius liberati Africam inuadunt atq; ſibi ſubijciunt. Nec Coſroes rex Perſarum ad ullas conditiones pacis inclinari potuit, niſi abnegata Chriſtiana religione. Interim uero tyrannus diripit Palæſtinam & totam Iudæam, interficitq; paſſim omnes Chriſtianos, quorum numerus fertur aſcendiſſe ad numerum nonaginta millium. Imperaror cum neque copias quę hoſtibus pares eſſent, neque pecuniam haberet, aurum & argentũ ex ſacris ædibus recepit atque hoſtem in ſuis finibus aggreditur multaq; perimit millia, & crucem dominicã ablatam recuperat. Recepta
Tigris limes duorum imperiorum. eſt quoq; Africa & Aegyptus, Arabia tantũ excepta, quam Mahumetus pſeudoprophe-ta ſua labe execranda labefactauit. Eſt etiam pax firmata, ut limes Perſici & Romani imperij Tigris eſſet. Facta ſunt hæc anno ſalutis 624. Hinc mathematici prædixerant magnũ illi & eius imperio imminere periculũ à circumciſo populo, quod ille intelligens de Iudeis illos

illos inuitos Chriſtiano nomini adiunxit, non aduertens q̃ & Saraceni circumcidunt̃, qui deficientes ab Heraclio, occupauerũt Syriam, Damaſcũ & Arabiã, ubiq; Mahumeti ſpargentes legem. Heraclius uero in ſenectute cœpit fidem adhibere aruſpicijs & pręſtigijs dęmonum, credidit quoq; in Chriſto unam eſſe uoluntatẽ, quin & fratris ſui filiam duxit uxorem, lata lege q̃ idem omnibus liceret. Cum itaq; uetitis artibus, hæreſi ac inceſtis nuptijs ſeſe polluiſſet, factum eſt, ut orientis imperiũ non ſolum inclinare cœpit, ſed & ſpoliatum fuit tota Aſia, & ipſe nouo cladis genere occubuit, teſtium ſcilicet folliculo ſurſum uerſo ſimul cum uirili membro ſemper tẽto, adeo ut quoties meieret, niſi tabula umbilico admota prohibente, uultũ lotio ſparſiſſet. Succeſſit autem ei filius Conſtãtinus nouus, qui tamẽ dolis nouercæ ueneno ſublatus eſt, nondũ annũ imperãs. Heraclius uero imperauit an. 31. *Heraclius in ſenectute errat.*

21 **Conſtans** filius Conſtantini noui ſeu iunioris, Imp. à ſenatu eſt electus & creatus, ſectatusq; eſt impietatẽ auitã, interimens multos rectæ fidei homines, qui opinioni ſuæ de unica in Chriſto uolũtate aſſentiri nollent. Sub hoc ſimperatore Saraceni ampliores recipientes uires, omnia loca Aſiæ minoris percurrunt, inſulamq; Rhodum receperunt, in qua celeberrimũ Coloſſum deſtruxerunt, cuius æs à Iudæo quodam mercatore emptũ, camelis nongentis exportatũ fertur. Sed paulo poſt Saraceno rum repreſſa eſt audacia contra Romanos. Conſtans quoq; Imp. maximo militum & equitum numero Italiam eſt ingreſſus & magnam exercuit in ea ſæuiciam, eratq; ei tum animus (ut ipſe iactabat) imperij ſedem iterum transferendi ad ueterẽ Romam. Ingreſſus uero Roma quinq; dies in ea perluſtranda inſumpſit, tandemq; ad deprędandũ eam conuertit̃, & quicquid antiqui operis ex argento, ære & marmore fuit, quod oculos delectare potuit, ui auulſum ad naues deferri iuſſit. Pluſq; ornamentorum ſeptem dierum ſpacio unus urbi detraxit, quàm barbari 258. annorum interuallo. Vrbe ſic ſpoliata, tranſiuit Siciliam, ubi dum molliter & libidinoſe uerſatur, à miniſtris ſuis interficitur, cum regnaſſet annos 27. *Coloſſus Rhodi.* *Roma ſpoliatur.*

22 **Conſtantinus** Conſtantis filius, barbatus, Conſtãtinus uulgo dictus, ſucceſſit patri in imperio, geſſitq; plurima prędia cum Saracenis irruentibus in Siciliã, Græciam & Thraciam. Bulgari quoq; & tum primũ Scythiæ finibus egreſſi, Thraciam tumultuoſius adorti, omnia terroribus cõpleuerunt. Cum quibus Conſtantinus in Pannoniæ inferioris finibus infeliciter conflixit. Cum enim Barbaris indies Romanorũ ignauia fieret notior, audacius aggreſſi ſunt ditionẽ Romani imperij. Sub hoc principe Synodus habita eſt ducentorũ & amplius antiſtitũ, cõdemnatusq; error Monothelitarũ, qui aſſeruerũt in Chriſto unam eſſe uoluntatẽ. Permiſſum fuit etiam Græcis ſacerdotibus habere uxores. Dehinc Conſtantinus morbo correptus cum annis 17. imperaſſet obijt, tradito per manus imperio filio Iuſtiniano iuniori, fratribus ſuis Heraclio & Tiberio dudum occiſis, ne ad imperium quandoque aſpirarent. *Vxores ſacerdotibus permittuntur.*

23 **Iuſtinianus** minor filius Conſtantini quarti, ſedecim annos natus imperium eſt adeptus, infeliciter cum Saracenis & Arabibus pugnauit. Deinde pacẽ cum Bulgaris à patre conſtitutã nulla neceſſitate rupit, ac utramq; Myſiam fœdauit cędibus & incẽdio: ſed Bulgaris obſtruentibus ſaltus & locorum anguſtias, Imperatorẽ cogunt ad quiduis quod uoluerunt. Reuerſus autem Byzantiũ tot incõmodis affecit ciues, ut nemo non eum ſummo proſequereꝛ odio. Conſpiratione ergo contra eum facta, ex aula deturbatus eſt, cum iam annos 16. regnaſſet, amputatisq; naribus Cherſonam eſt relegatus, atq; Leontius Imperator denunciatus: ſed cum milites Africani alium delegiſſent Imperatorẽ, uenit ille cum magno exercitu Byzantium, & Leontiũ captum truncis naribus in uincula coniecit, cum iam triennio regnaſſet. Iuſtinianus uero interim auxilio fretus, rurſum aſſequit̃ imperiũ, & duos imperatores Tiberiũ & Leontiũ è uinculis eductos, per forum & theatrũ ſimul iunctos rapi abequis, atq; ad eius pedes detractos cum ceruicibus preſſis calcaſſet,



ſpectante populo interfici iuſſit. Ipſe uero nimium dolori ſuo indulgens, quoties truncas emungebat nares, cõſpecto aliquo qui in Leontij fuiſſet partibus, exacerbatus rapiebat il lum ad ſupplicium. Cumq; flagicioſior indies fieret & plurimos paſſim interficeret, ampu tatum eſt illi quoq; caput. Imperauit autem poſt exilium ſuum annis ſex.

24 **Philippicus** Bardanius dux belli, Iuſtiniani cum filio occidit acmox im perio potitur. Hic edixit, ut ſanctorũ ſtatuæ & imagines ex omnibus templis raderentur. Sed paulo pòſt regno pulſus & oculis priuatus eſt, cum reg naſſet annum unum & dimidium.

25 **Anaſtaſius** Arthenius uir affabilis, iuſtus & apertus, orthodoxę fidei pro pugnator acerrimus ſuccedit Philippico in imperio. Hic cum exercitũ miſiſſet contra Saracenos in Aegyptũ, milites in ipſo itinere alium ſibi creant Im peratorem Theodoſium nomine, qui aſſequutus imperium, Anaſtaſium ne de imperio co gitare poſſet amplius, presbyterum ordinari fecit, poſtquã tenuerat imperiũ annis tribus. Cum autem poſtea auxilio Bulgarorũ imperiũ rurſum recipere contenderet, occiſus eſt.

26 **Theodoſius** tertius uir facilis, pius ac benignus, non pœnitendũ egiſ ſet Imp. licet obſcuro loco natus, ſi diutius illi per Leonẽ & alios oriẽtis prefectos imperare licuiſſet. Hic diuorũ imagines templis reſtituit. Potitus eſt autẽ imperio uno anno, et à Leone regia ſella deiectus, quem exercitus Imp. dixit. Theo doſius uero monaſticam uitam eſt amplexus, nec ulla alia affectus eſt iniuria.

27 **Leo** patria Iſaurus obſcuri nominis, à Iuſtiniano contra Alanos, quos ueteres Albanos uocant, & Amaſgos, miſſus, aliquãdiu ibi ſtetit, & reuerſus dux creatus eſt Orientis, ſed poſtea Theodoſiũ imperio priuans, adeptus eſt ipſe imperiũ, ſub quo multis cladibus Italia & cętera imperij loca ſunt grauiter afflicta. Byzantiũ toto trien nio fuit à Sacracenis & Arabibus obſeſſa, ſed maiora incõmoda obſidentes ſunt paſſi cę obſeſſi, ob frigus, famẽ & peſtem. Byzantiũ obſeſſum graui quoq; laborauit peſtilentia, adeo ut quidam 300000. hominũ interiſſe ſcribant. Soluta aũt urbis obſidione, Leo in Sici liam atq; Italiam profectus, cœpit imagines & ſimulachra ex templis eijcere atq; combu rere anno ſcilicet 10. imperij ſui. Quæ res Gregoriũ pontif. movit, ut eum anathemate no taret, animumq; ſuum ab eo alienaret, & ſolita tributa non ei ſed Francis quibus adhæſit, tribueret. Cæterum Leo cum 24. annos imperaſſet dyſenterico fluxu animã efflauit, reli cto Conſtantino filio quem dudum regni conſortem effecerat.

Peſtis Conſtãtinopoli graſſatur.



Mancipium impietatis.

Exarchatus Rom. pontifici datus.

27 **Conſtantinus** eius nominis quintus, filius Leonis Imp. paternos imita tus eſt mores, imo ſuperauit, maleficus, & magicis deditus uani tatibus, nullo ſcelere abſtinens, non Chriſtianus, nõ Græcus, nõ Hebræus erat ſed omnis impietatis mancipium. Vnde multi per ipſum in fide perichitati ſunt, tam laici cę clerici. Habuit inſidiato rem regni Artabaſdum, qui à populo & exercitu rex declaratus, imagines ſanctorũ reſtituit atq; Conſtantinopolim contra abie ctum Imperatorẽ muniuit. Conſtãtinus uero ubi hanc rem intel lexit, ex Chalcedone traijciens, urbem obſidione cinxit, atq; ex pugnauit, captumq; Artabaſdũ oculis priuauit. Sub eo Italia af flicta eſt ab Aiſtulpho Longobardorũ rege, & peſtilentia graſſa ta eſt Byzantij more inaudito, præterea terræmotus adeo afflixit Palæſtinã & Syriam ut magna multitudo oppreſſa periret. De ſijt quoq; ſub eo Græcorũ exarchatus eſſe in Italia, & Romani pontificis eſſe cœpit. Nam Pipinus hæc loca omnia põtificis fidei promiſit, & poſtea Ca rolus magnus eius filius, qui Longobardorũ regnum euertit, eccleſiæ donauit. Cumq; ſub hoc Conſtãtino donatio iſta facta ſit, non quidem ab eo ſed à regibus Francorũ, uide quo modo inſcitia hominũ appellari cœperit Donatio Conſtãtini magni, qui ſedem imperialẽ ex Italia in Thraciã tranſtulit &c. Hic Conſtãtinus 5. tandẽ elephantico morbo correptus mortuus eſt cum annos imperaſſet 35. De Conſtãtino uero magno nõ legiť apud receptos autores o ille elephantia laborauerit. Magnũ ego errorẽ hic inuexerunt quidã ſcriptores.

28 **Leo** quartus filius prioris Conſtantini cum imperaſſet annis quinq; interiit a poſtemate carbunculi in capite nato. Hic habitus eſt pro impio, quòd ſan

ctorum

ctorum imagines reuereri prohiberet. Habuit uxorem Irenem, quæ aliquandiu imperium pro Conſtantino filio adminiſtrauit.

29 Mortuo Leone. Irene Auguſta imperiũ ſuſcepit adminiſtrandũ pro Conſtantino puero, decimũ tum ętatis annũ agẽte. Plures tamen Nicephorum fratrem Leonis imperare cupiuerunt. Quamdiu tamen Conſtãtinus matris imperio obtẽperauit, ritè omnia domi foriſq; ſe habuere. At ubi ille pubertatis annos ingreſſus eſt, matrem haud ulterius paſſus, adminiſtratione deiecit & atrociter imperiũ adminiſtrat. Cumq; multi ſuffragia ferrent Nicephoro, Conſtantinus de hoc certior factus, mox Nicephorum patruũ ſuum lingua & oculis priuatũ, in uincula cõiecit. Mater uero filij impietatẽ exoſa, ſimul dominandi libidine mota, duces donis onerat ut filium iugulent. Illi ergo inſidias parantes, capiunt eum oculoſq; ei effodiunt eodem quo ille ante quinq; annos Nicephorum excæcauerat, coniciũtq; eum in uincula. Ille uero luctu & mœrore cõfectus, paucis elapſis diebus expirauit. Et mater à filio expulſa, à ciuibus eſt in priſtinũ locũ inſtituta. annisq; tribus ſola imperio præfuit. Cæterũ ipſa literis & nũciis certior facta de ijs quę Romę acta erant de Carolo ſalutato cęſare, miſit ad Carolũ, illius amicitiã & fœdus petens, itemq; agens de finibus imperij ac ſuum illi deferẽs cõnubiũ. Alij id à Carolo petitũ malũt, qui putabat ijs nuptijs poſſe imperiũ uniri ac in priſtinũ ſtatũ reſtitui. Sed ob hanc rem inſidię ſunt cõtra reginã motæ, perinde quaſi per eas nuptias imperiũ externis prodere uellet. Vnde Nicephorus imperator eſt pronunciatus & coronatus, regina uero expulſa, quæ & in exilio reliquũ uitæ egit. Miſit proinde Nicephorus ſuos apocriſarios ad Carolũ Imp. de fœdere renouando, ut ſcilicet in has conditiones iretur, ambo Auguſti eſſent fratresq; dicerent, orientis alter, alter occcidentis. Item in Italia hinc à Neapoli, illinc à Siponto, quicquid ulterioris Italiæ in mare procurrit, cum ſuis è regione inſulis à Græco, reliquũ à Franco Imperatore iura peteret. Inter duo imperia medius finaliſq; cardo Venetiæ, utriuſque imperij maieſtatẽ pie conſeruarẽt. Neutri ſe addicerent, propriis uterent legibus, utriuſq; eſſent imperij amici. Et pace & bello neutrius cenſerent. Cęterũ Nicephorus aduerſus Perſas bellum ſuſcipiens, ualde infeliciter & cum graui ſuo damno pugnauit, coactus ſcilicet dare ad ſingulos annos 33. millia nummũ aureorũ. Quã ſummã pecuniæ uolens à rege Bulgarorum emungere, illum bello petiuit, ſed tandem ab hoſte obtruncatus eſt cum multis alijs inſignibus uiris. Fecit quoq; in uita ſua Stauratiũ filium conſortem imperij, hominem turpis formæ & ſimplicis ingenij. Vnde & paulo poſt mortem patris imperio deturbatus, tonſis capillis monaſterio eſt incluſus, poſtquam cum patre imperaſſet annis nouem.

Tyrannis imperatoris.

Conuentiones inter Imperatores orientis & occidentis.

Veneti exẽpti.

30 Michael Curopalates gener Nicephori, uir ingenij liber & amator pacis & pius in Chriſtianã religionẽ, ſed in rebus bellicis ſocors & infelix. Intulerũt infideles Bulgari Thraciæ magna damna ſub hoc Imp. Habuit ducem in oriente nomine Leonem, qui aſpirans ad imperiũ excitauit ſeditionẽ in exercitu, factusq; eſt à militibus Imp. Et ingreſſus regiã, Theophylactũ Michaëlis filium abſciſſis prius genitalibus in exiliũ ire iuſſit. Michaël quoq; pater monachus eſt factus poſtq; regnauerat an. ferè 5.

31 Leo orientalis exercitus primũ dux, ac deinde excluſo Michaële uſurpauit imperiũ, factusq; Imp. ſanctorũ imagines rurſum excl udit ceu idololatriæ fomenta: in adminiſtratione uero rerum publicarũ impiger fuit & ſtrenuus. Eius tẽpore Bulgari totam ferè deuaſtauerunt Thraciã, ſed Leo exercitũ grandem colligens uictoriã retulit de barbaris, recuperauit Thraciam & plurimos hoſtium cepit, fregitq; audaces eorum conatus, qui iam Adrianopoli potiti in Conſtantinopolim arma meditabant. Porro cum Leo imagines nollet reſtituere, in ipſo templo ab imaginũ cultoribus capite truncatus eſt, & multis confoſſus uulneribus poſtquam annos ſeptem & dimidiũ ferè imperaſſet. Vxor eius in monaſterium eſt truſa & filij exectis uiribus in exilium miſſi.

Bulgarorum audacia.

32 Michael Thraulus ex humili & ſordido genere natus & à puericia corruptis moribus inſtitutus, totus impius factus, Chriſti religionẽ quantum potuit ſubuertere ſtuduit. Contra hunc ſurgit Thomas quidã uir obſcurus, qui tamẽ Conſtantinũ ſe appellari iuſſit, collectoq; magno exercitu, uicit & fugauit Michaëlẽ, traijciensq; ex Abydo in Thraciã, omnes ferè Oriẽtis regiones ſubiecit. Vnde Michaël eò eſt deſperationis deductus, ut ex arce Conſtãtini ad Perã oppidulũ ferreã catenã produxerit. Thomas uero non quieſcens urbem bis pedeſtri naualiq; obſidione cingit. At Michaël ingenti parato exercitu, emiſit illum contra hoſtem nihil metuentẽ obruitq; eum, diſijcit & fugat

Catena ferrea per mare.

fugat multis cęsis. Cumq; Thomas tandē se Adrianopolim reciperet, Michaël urbem obsidione cingit & traditū sibi Thomā truncat manibus pedibusq;, multisq; cruciatibus tandem iugulauit. Ipse uero cum annis ferè nouem crudeliter imperasset correptus profluuio uentris, animam excacauit.

31 **Theophilus** filius Michaëlis Thraulí uir iustus erga subditos, diuorum autem imagines omnibus modis execratus est, cultoresq; earum grauiter puniuit. Erat aūt per illa tempora monachus quidam Lazarus, qui pingendo celeberrimus habebat, quem uerberibus cęsum, in carcerē detrusit, & laminis ferreis ac ignitis, palmas exussit, ob hoc solum quòd imagines sanctorū prohibitus iterū pinxisset. Gessit plurima bella cum Agarenis, nouissime uero infeliciter pugnans in tantā animi uenit angustiā, ut iam multos dies ab omni cibo abstineret, solo frigidissimę aquæ potu usus ut dysenteriam incideret tandemq; efflaret animam cum annos imperasset duodecim.

Pictor imagi-num occiditur.

34 **Michael** Theophili filius imperiū cum matre Theodora suscepit. Per hanc imperatricē imagines diuorū restitutæ sunt & omnes ab exilio reuocati, qui sub Theophilo pertinaciter imaginū culturā defendere ausi sunt. Michaël autē adolescentiā ingressus cœpit regni negocia tractare: cedensq; ei mater eius, astantibus senatoribus dixit: En profero quæ in thesauro sunt, argēti scilicet tria millia pondo, auri mille & nongenta centenaria. Michaël itaq; imperiū iam solus obtinens, has immēsas diuitias cum mimis, adulatoribus, aurigisq; statim abliguriuit. Irruentibus subinde multis bellis & Agarenorū incursionibus, nulla re Michaël à cursu equorū, in quem omne studiū collocauerat auocari poterat. Quin imo ne in suis certaminib. impediret, sustulit quæ in Tharso, in Argęo colle, in Tamo, in Mimante, in Zyzico erectæ erant, quibus accensis significabatur hostium aduentus, & tum homines intra loca munita sese recipiebant, ne incauti abducerentur, Barbarorū impetum euitantes. Michaël uero cum magis ac magis deliraret uino & ebrietati studeret, ebrius in lecto ense à coniuratoribus est confossus. Regnauit cum matre 14. annos & undecim solus.

Thesaurus regni abliguritur.

35 **Basilius** homo obscurus genere, in puericia spem dedit futuri regis. Adultus uero quum Michaëlem unà cum cōiuratoribus in cubiculo occidisset, in regiam se cōferens, ab omnibus Imperator est approbatus. Hic plurima gessit bella cum Saracenis & plerunq; uictor euasit, multos Iudæos ad fidem Christi cōuertit, sicut & Scythas in cognitionē Christi perduxit. Tandē progressus ad uenationē Imp. ceruo occurrit, qui irā erectis cornibus præ se ferebat, toruè regem inspiciens. Cui gladiū magnū attollens in collum uibrabat. Sed cerui cornibus implicitus rex, zona qua cingebatur altero eius cornu ramo adhæsit, unde in altū eiectus in cornibus ferę, rex tunc uitam finisset, nisi quidam ense stricto zonam abrupisset. Sine mora tamen ictus à ceruo intestina perfregit, quibus lęsis uitam cum morte cōmutauit cum iam regnasset annis uiginti.



Ceruus interficit Imper.

37 **Leo** 5. filius Basilij Imp. philosoph. & astronomus, fuit in repub. moderāda solicitus & in custodiēda urbe solers. Vnde singulis noctibus in triuijs ac plateis urbis agitabant custodię. Et quicunq; post crepusculū deprehendebat à custodibus cędsus uerberibus trudebat in carcerē donec illucesceret. Leo autem Imp. uigilū uolens experiri fidem, noctu solus è palatio mutato habitu sese proripuit. A primis deprehensus custodibus, quo proficisceret rogatus, lupanar se petiturū respondit: à quibus se duodecim aureis redemit cum carcerē & uerbera minarent. In secunda item custodia deprehensus, 20. se liberat aureis. In tertiam cum incidisset, pugnis flagrisq; cæsus carceri traditus, nullo se potuit redimere ære. Abeūtibus reliqs cum iam illucescere penè inciperet, custodiarū magistrū interrogat, si Leonē Imp. nosceret? At cum ille negaret, utpote quem raro uidisset, custos carceris hominis facilitatē admiratus, cur inquit indignabundus de tua salute non cogitas, mane publicā subiturus ignominiā? qui cęsaris es trās gressus mandatū. Leo uix custodem

Custodia nocturna uigilantissima.

carceris

carceris persuadet sese Imperatorẽ esse, ut sese in palatiũ comitetur anteq́ dies tota illucescret: uerebatur enim capitis periculũ. Persuasus tandem palatiũ cum illo accedit, duabus auri libris donatus, iussus est cæteris dicere, carcere effracto, illum captũ diffugisse. Mane facto Imper. custodes urbis euocat: Num quis latro aut adulter aut fur nocte præterita sui



mandati transgressor sit deprehensus interrogat. Qui precio erant corrupti, nihil se aut uidisse aut audisse asserunt. Qui uero Leonẽ cæsum custodiq́ mancipauerant, sese quempiã reperisse fatentẽ & flagris onustũ carceri tradidisse, sed effracta custodia aufugisse. Et ideo in terrã prostrati ueniam precantẽ, cum non sua culpa is carcerẽ effugerit. Leo amotis alijs suis familiaribus, dorsum ex flagris adhuc liuidũ custodib. ostẽdit, ablatis donis quæ dederat ac bonis omnibus prioribus custodibus, posteriores magnis muneribus locupletauit, alijs urbe pulsis, hos in fide retinuit longeq́ diligentiores effecit, ac urbem suam hoc astu tutissimã reddidit, custodibus semper præsentiã Imperatoris expauescentib. Hic Imp. cum festo die Pentecostes sacris interesset, quidã in caput eius baculũ impegit, quo nisi candelabrũ obstitisset, actũ erat de uita regis. Sanguinẽ emẽ eructauit & mente alienatus semimortuus iacuit. Aberat frater Alexander, qui in multorũ suspitionẽ uenit se has patrasse insidias. Mortuus est aũt cœliaca passione cum regnasset annis 25. fratri Alexandro imperium relinquens & curam filij.



Custodes uos cturni examinantur.

37 **Alexander** frater Leonis Imp. moribus autem illi dissimilis, totus delitijs fuit deditus, uenationibus, potationibus & petulantiæ indulgens, nihil regium agens, regni curam in adulatores & scelerũ suorum comites reiecit. Frequentibus ergo deditus conuiuijs & erbrietatibus, tandẽ cœpit languescere. Et quum nunquam prandium nisi post balneũ caperet, immoderatissime ienticulatus ludo pilę se uoluit exercere corpus extẽdendo, statim equũ ascẽdit ac uenã rupit, qua sanguis è naribus ac pudendis toto die effluxit, ac sic enormi fluxu extinctus est postq́ regnasset an. 1. & mẽsem.

38 **Constantinus** Leonis filius & nepos Basilij, adhuc puer sub tutoribus agens, passus est magnam confusionẽ in imperio. Quod uidens Bulgarorũ princeps, discurrit per totam Thraciã, prædam abigens & Adrianopolim obsidẽs, tandemq́ occupauit, sed ingenio atq́ opera reginæ matris Constãtini iterum in suam iurisdictionẽ est redacta. Paulo post paratæ sunt insidiæ regi Constantino, mater eius in monasterium trusa & Romanus quidam de obscuro genere natus regali diademate coronatus, qui Constantinũ regem modis omnibus deijcere curauit. Frustratus tamen spe sua à proprijs filijs captus est & in monasteriũ trusus postq́ aliquot annis regnauerat, ac deinde filij eius qui se pro regibus gerebant, comprehensi à Constantino, tonsi & clerici facti in exilium missi sunt, sicq́ Constantinus monarchiã est adeptus, qui multis annis à Romano fuit suppressus. Regnauit cum patre Leone & Alexandro patruo & cum matre annos tredecim, & cum Romano qui ui regnum arripuerat annos 26. solus quindecim.

Aemulus imperij.

39 **Romanus** iunior filius Constãtini Leonis, homo ignauus, uino, otio ac luxui deditus, impius in matrem ac sorores. quas etiam regia eiecit ac cœnobio relegauit. Quæ ob dolorẽ quòd regio uestitu essent spoliatæ, impudicitiæ sese tradiderunt & meretriciũ quęstum amplexatæ sunt. Imperator uero cum corpus illecebris carnis extenuasset, ludis, crapulę ac ueneri intentus, mortẽ obijt, anno eius imperij 13.

Imperatrix scortum publicum.

40 **Nicephorus** Phocas uir pius ac æqui obseruantiss. multa gessit bella contra Saracenos qui occupauerant quasdã terras imperij sui, puta Calabriã, Siciliam, Candiam, Ciliciam & Cyprum. Cœpit tamen omnibus inuisus esse, quòd prætextu bellorũ quæ continuo agebat, nouis tributis & exactionibus subditos & ecclesias expilauit, numismata corrupit & pondus consuetum imminuit. Vnde fa

ctum eſt,ut ciues in eius mortem inhiarent,ad quam rem regina uxor eius quoq; eſt coope rata,noctu intromittens ſicarios,qui ingreſſi cubiculum regium, Nicephorum ſopore op preſſum ac humi dormientem & calce excitatum interfecerunt. Vixerat autem annis 57. & præfuerat imperio annis ſex & dimidio.

41 Ioannes Zimiſces poſt occiſum Nicephorũ imperio eſt potitus,inſignis an rea militari laude, omnesq; Nicephoro deditos è medio ſuſtulit,& damnatos exilio à Nicephoro reduxit. Geſſit grauiſſ. bella cum Roxolanis & Bulgaris, uictorq; rediens Conſtantinopol. honorifice eſt exceptus. Poſtea cubicularius eius ad in ſidias animum adiecit,letaleq; poculum conſtruxit non admodum potens aut ſubitum,ſed quod lente uires corrumperet corporis,atq; hoc pocillatori regis quem largitionibus cor rupit regi propinandum dedit. Quo epoto rex paulatim tabeſcens morte obijt cum reg naſſet annis ſex & dimidio.

Venenũ lentũ.

42 Poſt Zimiſcen Baſilius & Conſtantinus Romani iunioris filij ornati ſunt inſi gnibus regijs. Fuit autẽ Baſilius auariciæ ſtudioſiſſimus, omnesq; arculas auro & præcioſis lapillis & margaritis adimpleuit. Paſſus eſt æmulum in regno Sclerum, qui ferè imperium ſibi ſubiugauit. Deinde Phocas tyrannidem in regno uſurpat,ſed peſſi me utriq; ſucceſſit. Habuit quoq; Baſilius bella cum principe Bulgarorũ, qui Thraciã,Ma cedoniam & Græciam flammis & ferro deuaſtauit. Sed hoſtibus tandẽ poſt multos confli ctus uictis,Bulgaria uniuerſa ſubijcit imperio Conſtantionpol. cui in hunc uſq; diem ſem per rebellis fuerat. Mortuus eſt autẽ Baſilius cum uixiſſet annos 72. regnaſſetq; annos 52.

Bulgaria ſubijcitur imperio Conſtantinop.

43 Conſtantinus Baſilij frater in imperio ſuccedit,uir penitus ignauus,uo luptatibus deditus,gulę & ueneri obnoxius,præceps in iram,ludis & theatris uſq; ad inſaniam laxatus atq; ineptiſſimus ad gerendũ imperiũ. Mor tuus eſt autem tandem ſeptuagenario maior,cum annos imperaſſet tres.

44 Romanus Argyrus gener Conſtantini Imp. ſuccedit ſocero, atq; in pri mis fuit uir bonus & liberalis, ſed poſtea in deterius mutatus carnifex pro rege eſt factus,acerbusq; exactor, multa indigna imperatore agens. Geſſit multa bella contra Saracenos,& habuit uxorem ſalaciſſimã ſed ſterilem,& ex qua nullam ſuſtulit prolem,mortuus poſtquam imperauit annos quinque & dimidium.

Carnifex pro rege.

45 Michael qui uiuẽte Romano cum regina cõmerciũ habuit, illico poſt mor tem Imperatoris à regina Imperator inſtituitur, ſic tamen quòd il la omnẽ ſibi poteſtatẽ aſciuit,Michaële ueluti miniſtro uſa. Sed non diu hęc durauit obſer uantia, quin Michaël regni adminiſtrationẽ uſurpauit, nec malum principẽ egit, niſi eum morbus quidam corripuiſſet indies ualidius. Eius temporibus Agareni ferè totam Siciliã occupauerunt. Præfuit imperio in ſeptimum annum, Chriſtianiſſime mortuus.

46 Michael Calaphates indigniſſimus & ignobiliſſimus uſurpat imperium, conſilijs doloſus,lingua inconſtans,inuidus,iracundus & ad quã libet auram mobilis. Hic à priori Imperatore in filium adoptatus,pedibus reginæ aduolu tus ſancte iurat, titulotenus ſe tantum imperaturũ, poteſtatem totam penes eam manſurã ſicut adoptiuum filium deceret, quo uti ueluti mancipio poſſet. His blandimentis fœminã ſuapte mobilem demulſit, faciẽs ſuę uoluntati ſingula obnoxia. Sed paulo poſt machinat cõtra eam,fingens ab ea ſibi paratas uitæ inſidias & uenenum poſitum, à quibus tamen e rat innocens. Exegit itaq; eam palatio inauditã, relegat in inſulam & detonſam induit mo nachico habitu. Quo facto ille gaudens & ſuperbiens,tradidit ſe uoluptatibus. Sed per fido homini mox iuſta facta eſt retributio. Nam uniuerſa plebs in ſeditionẽ uerſa,conaba tur ulciſci facinus,armatiq; contendebant ad palatiũ,ut ille cogeretur reuocare Zoën Im peratricem. At illi deficientes à regina conuertunt ad ſororem eius Theodorã,eamq; au guſtam & Imperatricem ſalutant, Michaëlem uero priuant oculis, atq; mittunt in exilium poſtquam imperauit quatuor menſibus. Præſidebant itaq; duæ ſorores, ſenatus autem & exercitus autoritas erat ampliſſima. Interim Zoë ardens libidine, Conſtantinũ Monoma chum ſibi maritum aſciſcit, curatq; ut ſceptrum Romani imperij illi traderetur, cum fœmi narum imperiũ uix tribus menſibus duraſſet. Fuit autem princeps ignauiſſimus,uoluptati bus & delitijs deditus. Suſtinuit tamen duo grauiſſima bella ciuilia & multa externa: tan dem podagricus factus & pleuretide correptus mortuus eſt cum annis ferè tredecim reg naſſet,ſicq; imperium rurſum redijt ad fœminam Theodoram, fuitq; ſub ea mira tranquil litas ac

Simulata humiliatio.

Mulieres imperant.

litas ac omniũ rerũ ubertas. Mortua uero eſt mulier annoſa cũ annis ferè duob. regnaſſet.

47 **Michael** uir ſenex quum regnaſſet anno uno ab Iſahacio Comneno imprudenter à regno eſt eiectus, nec poſt hoc diu ſuperſtes in uita mãſit.

48 **Iſahacius** Comnenus cooperante patriarcha factus eſt Imperator, cui tamen poſtea ingratus, ipſum cum ſuis miſit in exilium. Fuit uir ſtrennuus, moribus arrogantioribus, bello, paceq; infractus: in negocijs uero celer & expeditus. Periit in uenatione cum regnaſſet annis duobus.

49 **Conſtantinus** Ducas, uir in Deum pius, moribus mitis & æqui obſeruantiſſimus. Pecuniæ tamẽ immoderate fuit ſtudioſus. Mortuus eſt autem cum præfuiſſet imperio annis ſeptem.

50 **Eudoxia** uxor Conſtantini & tres liberi eius ſuccedunt in imperio. Eius temporibus barbarę gentes ubiq; imperium laceſſebant, irrumpentes in Meſopotamiam, Cappadociam & Ciliciam, quibus cum imperatrix occurrere non poſſet, Diogenem Romanum uirum fortem & ſtrennuum accepit maritum tradiditq; imperij poteſtatem. Ille uero egrediens ubique hoſtes fudit & magnam cõtra eos exercuit uirtutẽ. Tandem uero nimis arrogans factus capitur à Sultano, abducitq; ueluti mancipiũ. Miſeratus uero Sultanus conditionẽ eius, ſuſtulit eum procũbentẽ è terra, amplexusq; eſt: Et ne doleas, inquit, Imperator, hæc enim humana ſunt. Ego te non ut mancipiũ ſed Imp. tractabo. Tandẽ factis pacis cõditionibus & affinitate inter pueros cõtracta, dimiſit Diogenem quanto nemo unquam ſperauit honore. Interim uero priuigni eius imperium uſurpantes colligunt exercitum & mittunt contra Diogenem capiuntq; eum & cogunt illum deponere imperium. Deinde propinant uenenũ, ſed cum illũd nihil operaretur, decretum noui regis aduenit, immerentem oculis priuari, quod & factum eſt. Crudeliſſime itaq; oculis orbatus nullamq; ſortitus neceſſariam curam, capite intumuit, ac uulnera putruerũt uſqueadeo ut uermes hinc prodirent. Pauliſper uero ſuperſtes hominem exuit, quum annis imperaſſet tribus menſibusq; octo. Sub hoc Imperatore Nortmanni duce Roberto Guiſcardo occuparunt Apuliam atque Calabriam.

ſultani clemẽtia.

51 **Michael** filius Conſtantini Ducę Imperatoris ſuccedit Diogeni uitrico in imperio, homo ignauus ad regendum, ſtudijs tantum literarum deditus, à Turcis circumquaque & Sultano uexatur & potiſſimum orientales imperij partes ab hoſte inuadebantur, ut etiam præfecti cogerentur ſibi alium deligere Imperatorem, Nicephorum uidelicet, qui & recta armataq; manu proficiſcitur uerſus Byzantiũ, receptusq; à ciuibus & ingreſſus in regiam exuit Michaẽlem imperio & ueſtit eum habitu monachi imperio functum ſex annis.

52 **Nicephorus** Botaniates in ſocordis principis inuidiam imperiũ ſibi aſſeruit, Michaẽle reiecto. Erigens autem criſtas Conſtantinus Conſtantini Ducę filius, imperiumq; ſibi uendicare contendens, captus eſt ab Imperatore atque tonſus & in ſacerdotem inunctus. Paulo poſt Alexius ſalutatur Imperator ab exercitu, clamq; aſcendit in urbem, diripit eam & multa perpetrat mala, occupataq; regia Nicephorum cogit abire in monaſterium, ubi ille aliquandiu ſuperſtes manens, breui hominem exuit.

53 **Alexius** Comnenus filius Iſacij Imperatoris diadema impoſitum accepit, geſſitq; multa bella infeliciter: adinuenit modos inſolitos ad extorquendũ pecuniam. Fecit excudi numiſmata ærea pro argenteis. Vnde multæ & magnæ ei locatæ ſunt inſidiæ. Temporis tamen ſucceſſu multa emendauit, multasq; in diuerſas orbis partes fecit expeditiones ac ſubinde clementiorẽ erga ſubditos ſeſe exhibuit. Orphanis & ſenibus multũ afficiebat, in miſericordiã pronus, ad ſupplicia nõ præceps, moribus moderatus, & prorſus fauit illis qui uitam in uirtute exigebant, quibus & honores effuſe eſt largitus. Tandem uero longo morbo uexatus obijt cum annos ætatis uixiſſet ſeptuaginta, & imperaſſet annis 37. Corruit ſuo tempore coloſſus rotunda ac maxima ſuffultus colũna in palatio ſitus, multosq; qui tum forte aderãt cõtriuit in foro deambulantes. Erat imago magnitudine quidẽ ingenti, gratia uero & pulchritudne admirabili, quæ cadens cõfracta & in multas diruta eſt partes. Ferunt Conſtantinũ magnum hanc ſtatuam æneam Apollinis mirandæ magnitudinis ex Troade Conſtantinopolim tranſtuliſſe dum urbem dedicaret, ſuppoſito eius titulo & ablato numinis capite. Quæ poſtea ſub hoc Alexio

Coloſſus Conſtantinopol.

uiolentia uentorum cecidit, quòd tanta moles in altitudine consistere non posset diutius.

54 **Caloioannes** filius Alexij Imp. successit patri in imperio, uir opulentus & uictoriosus, Gallis & Venetis infestus fuit, qui socia arma iunxerant. Dux tamen Venetus Rhodum insulam cepit, Samum, Lesbon, Andrum & alia Graij imperij loca hostiliter oppressit. Rexit autem hic Imperator orientis imperiũ annis 25. memorabilique exitu finiuit uitã. Nam dum in uenatione arcum uehementius intendit, telo intoxicato à seipso, quod in aprum dirigebat, per manum sinistrã traiecto, cum nulla remedia opem ferre possent, moritur, natu minori Manuëli fratri sceptrum relinquens.

55 **Manuel** Alexij filius ut quidã putant, succedit Caloioanni, gessitque bella multa contra Venetos & illi uicissim contra eum. Rogerius quoque rex Siciliæ utriusque imperij inuasor. Constantinopolitani & Romani, irritatus à Manuële profectus in Græciam spoliauit Corinthũ cum multis urbibus ac castellis Græciæ. Conradus ergo Imp. Latinorũ sollicitatus à Manuële misit exercitũ in Græciã qui suppetias ferret Manuëli. At ille animo mutatus contra missum exercitũ, facinus cõmentus detestabile, gypsum contusum triticeis immiscuit cõmeatibus, quo cibo breui magna militum consumpta est multitudo. Simili fraude ferũ Ludouicũ Francorũ regem decepisse. Vnde Manuëlis nomen francis odiosissimum esse cœpit. In summa, fuit uir ille in omni uitæ suæ cursu malicious, tandemque post 38. principatus annos morbo periit.

Imperatoris Constantinopolitani impostura.

56 **Andronicus** Comnenus. Successit Manuëli in impio filius eius Alexius sed quia puer erat, Andronicus consobrinus Manuëlis administrabat imperiũ tanquã curator ac deinde cupidus regnandi uoluit particeps esse imperij cum Alexio. nec hoc contentus, cum Alexius 15. esset natus annos, clam interfecit eum. saccoque inclusum in mare abijcit, crudeliq; parricidio potitur imperio. Sed quum ob sæuitiam omnibus esset inuisus, Guilelmus Siciliæ rex Alexij mortem ulturus bellum Andronico intulit. Andronicus quia sciebat se principatũ crudeliter quæsiuisse, crudelius administrasse, omniaque diuina ac humana polluisse neminẽ sibi amicũ fore credebat. Et cũ undique præmeretur, prælio uictus ab Isahatio Angelo imperio deiectus, ignominiose occidit. Altero enim oculo effosso, alinę præposterè impositus, capite alliorũ reste præcincto loco diadematis, cauda manibus pro sceptro alligata, per urbẽ circũuectus, uulgi turbæque tumultu lacer periit. Vtpote in quem pueri, puellæ, uiriq; fœminis immixti, præter probra ac contumelias, in faciẽ lutum ac fœdissima quæque congerunt. Tandẽ laqueo suspensus uncis à mulieribus frustillatim discerptus est. Præfuit aũt rebus biẽnio aut secundũ alios quadriẽnio.

Impius imperator fit ludibrium mundo.

57 **Isahacius** Angelus uir iustus & æqui seruantissimus è Peloponneso est accersitus ad imperiũ, prudenterque se sub initia gessit. Hic magnifice excepit Fridericũ primum proficiscentem per Constantinopolim uersus Syriam. Cum uero fratrem Alexiũ natu minorẽ à Turcis captum maximo ære redemisset, dolo ab eo ingratissimo homine circũuentus est, perq; summum scelus oculis priuatus, in custodiã tandem coniectus & in ea detentus est, donec filius Alexius, qui auxilium Francorũ & Venetorum implorans petijt, patrem lachrymis obtinuit. Sed carcere post longam captiuitatẽ eductus, morbo ex aëre contracto non diu uixit.

Historia est supra fusius explicata.

58 **Alexius** Angelꝰ frater minor Isahaci Imp. uir sceleratissimus per parricidiũ adeptus est imperiũ. Eadem impietate quæsiuit perdere Alexium filium Isahaci nepotem suum, nisi fuga salutem obtinuisset. Alexius itaq; Isahatij filius delatus in Dalmatiam, inuenit nobilissimos Francorũ proceres Balduinũ comitem Flandrensem cum multis alijs principibus, qui icto cum Venetis fœdere, Asiam traijcere meditabantur. Hos precibus promissionibusq; maximis mouit, paciscendo triginta milia marcarũ auri ac commeatuũ copiam, si imperio aut solus aut cum patre, si uiueret, qui in carcere detinebatur, eorum auxilio restitueretur. Principes tam insigni casu moti, parata classe Byzantium uersus nauigant, fractaq; cathena, quæ à Constantinopoli ad Perã extensa erat, Constantinopolim expugnant, fugientẽque Alexio fratricida, Isahatius carcere liberatur & Alexius post subitam patris mortem Imperator est dictus.

59 **Alexius** iunior fugato tyranno fratricida, imperiũ est assequutus. Sed paulo post à Mursypho quodã ignobili fraude innocenter necatꝰ. Tyrannus hinc se hostibus frustra opponens, amissa tandẽ urbe Constantinop. nocte media cum uxore & pellicibus ac thesauro clam aufugit. Sed non multo post in Peloponneso captus

Rex fugit relicta ciuitate.

captus & Constãtinopolim retractus, interficitur. Vrbs Francis Venetisq; dedita, cum omni exercitus multitudine est ab illis possessa, atq; res imperij deinde ad Francos translata. E quibus Balduinus primus est Græcorum Imperator creatus.

60 **Balduinus** comes Flandreñ. eligitur Imp. Constantinopol. anno 1202. ab exercitu Flandrensi, ab exercitu machionis Montisferratensis & Allobrogũ & ab exercitu Venetorũ. Hæc autem electio facta est hac conditione ut si Imp. ex Francis crearet, Veneti darent patriarchã, ne penes unam gẽtem utraq; esset dignitas. Cessit itaq; armis Gallicis Venetisq; quicquid olim sub Isahaci imperio fuerat, excepta Adrianopoli, in quam plures Græci odio Latini nominis sese receperãt, quam solam Imperator non possedit, sed Theodorus Alexij pessimi Imperatoris gener eam dotis nomine accepit imperauitq; ibi. Cumq; Franci eã molirent expugnare, captus & mortuus est Balduinus, circumacto uno imperij anno. Erat autem quarta pars captorũ oppidorum Venetis assignata, quæ insulas cõtinebat Aegæi maris, Cretam, Euboeã, & alias minores. *Conuentiones de Imperatore eligendo.*

61 **Henricus** Flandreñ. comes fratrer Balduini Imperatoris successor in imperio declaratur. Hic repetijt obsidionẽ Adrianopolitanã, sed cum Saraceni irruerent, ipse soluta obsidione Constãtinopolim properat munitq; urbem. Paulo post intempestiua morte interceptus obijt anno imperij undecimo, relinquens Yolantam filiam Petro Antisiodorensi nuptam hæredem.

62 **Petrus** Antisiodorensis comes gener Henrici fit Imperator. Cumq; è Roma rediẽs iter faceret per Macedoniã, Theodorus Lascaris qui se pro Imperatore Adrianopolitano gerebat, in montium syluis insidias locat, captumq; Petrum abducit & in tetrum conijcit carcerem tandemq; obtruncat.

63 **Robertus** filius Petri Antisiodor. accersit ẽ ex Gallijs & ueniens Constantinopol. Imp. salutat ẽ. Hic uirginẽ insignis formę Græcam nobili ortã progenie sibi despõdit uxorẽ, haud ignarus prius eam proceri cuidam Burgundo, qui Latini exercitus ductor erat desponsatã. Prior itaq; sponsus contumelię impatiẽs, ira accensus, amicos quosq; sibi adiungẽs, noctu in regiã irrupit, puellę palatiũ effractis cubiculi foribus ingressus, dehonestat naribus puellam. Genitricẽ uero quæ noui cõnubij autor erat ac conciliatrix ui domo abstractam in mare præcipitat. Nec est ausus Imperaor ad iniuriam mutire quidẽ. Romam uero contendens pro diademate impetrando, & inde rursum rediens in Achaia morbo decessit. Balduino filio admodum puero relicto. *Audax facinus.*

64 **Balduinus** secũdus Roberti prioris filius ex alia uxore cẽq; quę naribus deformata erat, designatur Imperator, sed quia erat puer, accersitus est Ioannes Brennius rex Ieroſolymitanus, cuius filia Martha est desponsata Balduino, atq; sic socero cõmissum imperiũ, cui gener post eius mortẽ succederet, quod & factum est. Ioannes uero Lascaris Theodori filius Imp. fuit apud Adrianopolim. Interim aũt Balduinus multo bellorũ onere grauabatur, ut cogeret etiam Philippũ filium ob acceptri æris mutuũ Venetis obsidem dare. Durãte uero bello, cum Balduinus optima quæq; amississet & iam de retinenda Constantinopoli desperaret, omniũ templorũ donarijs ablatis, ingentem exercitum ad Bosphori fauces obijcit. Interim tamen cum Theodorus moreret, sperabat Balduinus se omnia amissa recuperare. Reliquerat autem Theodorus Michaẽlem Palęologum filijs tutorem, qui tamen tutoris nomine contentus non fuit, sed Balduini opes fregit & funditus euertit, urbemq; cepit. Balduinus uero nocturna trepidatione excitus cum patriarcha rapta suppellectile ad Euripũ sese proripuit, profugus naui in Eubœã est delatus. Graeci uero dum fugisse Imperatorem intelligunt, pristinum imperij statum recuperant. quem Franci annos iam circiter 60. possederant. *Græci postea illos recuperant imperium.*

65 **Michael** Palæologus sub Theodoro imperiũ per summũ nephas arripuit. Nam testamento filijs Theodori tutor datus, interficit eos, imperium ui occupans, expulsis eiectisq; Latinis, anno postq; à Venetis Francisq; imperiũ occupatum fuit 58. Mansit autem imperium in familia eius annis circiter 194. donec in manus Turcorum uenit.

66 **Andronicus** filius Michaẽlis Palæologi, patri in imperio succcedit regnatq; quindecim annos.

67 **Andronicus** iunior filius Mich. Imp. collegæ patris, quiq; ante patrẽ mortuus est, uir impius qui auum suũ Andron. regno exclusit.

68 Ioannes

68 Ioannes Caloioannes dictus, ſuccedit in imperio patri Andronico iuniori, licet Ioannes Cantacuzenus tutelari nomine regnum gubernaret aliquandiu, donec ſe illo abdicaret, ſequereturq; monaſticam uitam.

69 Manuel filius Ioannis Palæologi patri ſucceſſit in imperio, reliquitq; poſt ſe ſeptem filios mares incolumes, quorum primus Ioannes patris in imperio fuit ſucceſſor, ſecundus Andronicus Theſſalonicā potentē Macedoniæ urbem accepit in partem hæreditatis. Tertius Demetrius Peloponeſi regnum diu obtinuit. Quartus Thomas Peloponneſi deſpotus &c. Manuel itaq; Imp. moriens, Ioanni natu maximo imperium reliquit gubernandū, diſtribuens cæteris filijs regiones, inſulas ac regna alia.

70 Ioannes filius Manuelis primogenitus poſt patris mortem imperiū arripuit auidior pacis ac concordiæ q̄ belli, quietis admodū ſtudioſus. Hic uenit ad generale conciliū Florentinenſe, ubi hęreſis de proceſſione Spiritus ſ. à Latinis & Gręcis fuit damnata. Reuerſus autem Imperator in Græciam, haud diu ſuperuixit.

71 Conſtantinus ſeptimus Manuelis filius fratre Ioanne ſine liberis mortuo, ab initio rex Peloponneſi, Draconis cognomentū accepit ob ferociam qua in Turcos ferebatur. Sed ubi Amurates Turcorū tyrannus Heracleam expugnauit, murumq; qui Gręcos in Peloponneſo tutos ſeruaret deiecit, adeo animo cōſternatus eſt, ut omnis roboris ſui immemor Turcis tributum daret, cum antea Iſthmum inſtaurandū curaſſet. Verum Vngaris & Polonis ad Varnam uictis, pecunia ab Amurate mulctatus, murum diruere iuſſus eſt. Quem poſtea Veneti tumultuario opere munire adorti, nihilo meliore euentu uſi ſunt. Quomodo ſub hoc Imperatore urbs Conſtantinopolitana fuerit à Turca expugnata, ſuprà indicauimus.

SEQVITVR HISTORIA rerum Turcicarum, & quid quiſque

Imperatorū à primo Othomanno uſq; ad tempora noſtra egerit, quomodoq; imperium Conſtantinopolitanū ſubegerint.



Othomannus dominatum ſibi uendicat.

SVnt qui tradunt Turcos tenuiſſimis primordijs & obſcuris planè ex Caſpijs mōtibus natali ſolo relicto in Perſidem & minorem Aſiam primum impetum feciſſe, uagoſq; latrocinantes magis quàm belligerantes prouincias uaſtaſſe, prima ſtipendia Baſilio Macedone imperante ſub Muchumetio Saracenorum principe meruiſſe, quorum opera Babylonios Indoſq; ille uicerit. Sed peperit ijs uirtus inuidiā, uentumq; eſt ad hoc, ut Muchumetium profligatū acie obtruncarint. Deinde ſenſim ingentibus copijs ſeſe effundunt, Aſiamq; omnem ad Euxinum mare uaſtant & ſubigūt. Variatū eſt deinde in gente, exortis in ea factionibus, donec Othomannus ueterē gloriā aſſerere eſt auſus. Qui Pontum Cappadociamq; tranſgreſſus ad reliquas finitimas gentes ſenſim eſt illapſus more latronis, clandeſtinis excurſionibus uires ſibi uendicans, occupatis montibus & clauſtris opportunis, unde facile irruptiones fieri poſſent, uſqueadeo emerſit ſublatusq; eſt animo, ut palam iam & pari Marte aduerſum finitimos de agri poſſeſſione certaret. Deniq; tempore ſuccedenti non ſolum Pontum & Cappadociā, uerumetiam Galatiam, Bithyniā, Pamphyliam, Piſidiam, Lyciam quæ nunc Briquia, Ioniam quæ Quiſcum, utranq; Phrygiā, Cilices, Cares, Aſiam minorem ad oras uſq; Ionij & littora Græci maris occupauerit. Suntalij qui ſcribūt eos è Scythis traxiſſe originē, argumentū afferentes quòd primo Pontum & Cappadociam tranſgreſſi, ad reliquas inde finitimas partes ſenſim illapſi ſunt. Accedit etiam utrorumq; uitæ & morum ſimilitudo, habitus, cultus corporis, equitandi ſagittādiq; ratio, & omnino rei militaris cōmunis quędā & patria diſciplina. Hi parua manu primo latronū more clandeſtinis excurſionibus uires ſibi uendicare conati ſunt. Confluētęq; ſubinde huiuſcemodi generis hominū colluuie, breui ſe fuderunt in omnes uicinas terras præſertim cū Gręci negligentiores eſſent & Chriſtianorū crimina hæc crudelia cōmeruerint flagella.

De

DE ORIGINE OTHOmanni & familiæ eius ſucceſſione, à quo deinceps Turcarum reges omnes Othomanni ſunt dicti.



OThomannus qui primus in ea gente hoc nomen tulit, uir acer à Galathiæ loco in quo natus eſt, Othomānus dictus eſt. Anno enim circiter 1250. quatuor ex Perſidæ familię cum ſuis ducibus & exercitibus per Aſiam & Europam uagati ſunt, nempe Othomanni, Aſſembecci, Candelori, & Caramanni, ſingulíq; aliquam ſubegerunt terram, nempe Caramanni Ciliciam, Candelori regionem circa Pontum, Aſſembecci minorē Armeniā & Cappadociā, Othomanni duce Othomanno primū Aſiā minorē, & paulatim deinde cæteras omnes abſorpſit familias. Fuit autem primū Othomānus ex humili fortuna ac tenuis cenſus, obſcuri inter priuatos nominis, & agrarijs parentibus, ſed ob uirtutē rei militaris, magnum ſibi nomen inter Turcos peperit. Nam uir impiger & bellorū appetens, calliditate ſingulari, conflataq; per ſeditionē multitudine, ex collecticio ac gregario milite arma circumferre cœpit, & ſeipſum atq; ſuam familiā rerum geſtarū gloria illuſtrare. Nā ingēti primū manu graſſari cœpit, & prędabundus deinceps cunctos inuadere. Neque Chriſtianos ſolum proſternere atq; uexare elaborauit, uerumetiā homines ſuæ gentis armis petere & ſi qua darēt occaſio ſibi ſubdere. Iam em̄ Turcarum duces quos cōmemorauimus, dominandi cupiditate cōmoti, ſeſe inuicem infeſtare cœperunt, & eo uſq; ſuperandi ſtudio ac uires hoſtiliter exercendi prouecti ſunt, ut bellum domeſticū inteſtinumq; omnibus uiribus gerere uiderentur. Hanc Othomannus ille nactus occaſionē, quę moribus utiq; ſuis & libidini cōgrueret, ac idoneam uideret ſibi rei gerendę ſuppeditari materiam, adſcitis undique omnibus qui pro ingenio prædę rapinarumq; percupidi eſſent, quiue ſtudio quoſuis opprimēdi ſpoliandiq; flagrarent, autoritatem breui adeptus eſt, oppida quædam per opportunitatem aggreſſus, alia ui cepit, alia deditione ſubegit, nōnulla ut metum incuteret, diripuit atq; euertit, ut hinc futuri incrementi non admodū aſpernanda ſolerter ieciſſe uideretur fundamenta. Prę ſtitit his conatibus proſperū euentum Chriſtianorū diſcordia: qua Othomannus occaſione uſus, Bythiniam & omnes circa Pontum prouincias decem annorū ſpacio ſuæ fecit ditionis. Cum autem decem annos regnaſſet, filio ſuo Orchani, paternæ uirtutis æmulo imperium reliquit. A Caſtello Galathiæ, quod à Pruſia Tapezuntē uerſus ſex dierum itinere diſtabat, à ſe capto, ſic dictus Othomānus, licet alij id eius natale ſolum ſcribant extitiſſe. Claruit hic tyrannus anno humanæ reparationis 1300. Alberto primo imperante. Sunt qui ſcribunt eum 28. annos rerum potitum, quibus Bythiniā & oppida Euxino adiacentia non pauca ſuo imperio adiecerit, imperium Turcicum hinc auſpicatus.

Othomāni magnus animus.

Chriſtianorū diſcordia Turcarum incrementum.

Orchanes Othomannus, ſecundus Turc. rex.

ORchanes Othomāni filius, ambitione & audacia patri haud abſimilis, rei militaris diſciplinę longe peritior, copijs apparatuq; opulentior & inſtructior, bellum paternū per manus acceptū ſtrenue eſt executus. Circa Pontū enim & Bithyniā plus nimio gentis ſuæ imperiū propagare cœpit. Nā liberalitate animi, facilitate morum, dexteritateq; quadam ingenij, tum bene probēq; imperādi opinione, ingentē ſibi undiq;



Prusia adimitur Græcis.

undiq; multitudinẽ comparauit. Quorum animos semel ad se prosequendũ allectos atq; cõciliatos, populari dein ceps facilitate & comitate quada m, perpetuáq; cõsuetudi ne atq; largitionibus, mirũ in modũ in officio retinebat. Quo factum est, ut rem inchoatã à patre, suapte ipse indu stria, studio & prudentia cõmode prosequutus auxerit & lõge prouexerit ac propagauerit. Nam mira felicitate do muit Mysiam, Lycaoniã, Phrygiã, Cariam, regnumq; in Hellespontũ usq; & Euxini littora protendit. Fecit hoc Græcorũ dissidium, ut Othomãnica res cresceret & Pru siam Græcis adimeret. Dissidentibus autem eis Cantacu zeno magis quàm Palæologis fauet, primus ab eo in Eu ropam accersitus traiecit. Post 22. imperij annũ, priusq; ui uendi finẽ faceret, filium post se reliquit Amuratẽ, quum late imperiũ paternũ propagasset, sed cõtra Tartaros in feliciter pugnans, cum multis copijs suæ gentis occubuit.

Amurathes Othomannus

maior, tertius Turcarum rex.

AMurathes Orchanis filius patrem in imperio subsequutus est. Vir robore animi, laborũ tolerantia, disciplina rei militaris, industria & ambitione maioribus suis haud inferior. Quippe qui simulandi dissimulandiq; egregius esset artifex & fal lendi magister insignis. Suo tempore duo fuere imperatores Constantinopolita ni, qui pertinaciter inter se dimicabãt. Tunc alter qui se uim ci uerebatur, imprudenter Amurathẽ ad partes suas tutan das præcio, pacta scilicet Callipoli, facile illectum ex Asia accersiuit. Neq; enim magni fuit negocij ei persuadere, qui spõte ad hoc iam diu inhiaret, totoq; incumberet pectore.



Turca in Thra ciam uocatur.

Hunc itaq; & copias eius mature in Thraciam per Helles pontum traduxit, ea conditione ut confecto bello, nauigio rursus domum per Hellespontum remitteretur. Hoc pacto Turcarũ gens in Thraciam ex Asia cum armis traiecit. Ve rum quum Amurathes nõ quid promiserit sed quid sibi cõ duceret animo uolueret, consulto bellum procrastinare cœ pit, ratus hinc fore, ut Græcorũ uiribus diuturnitate belli & discordiarũ atrocitate utrinq; consumptis, ipse integer de fessos adortus, illos facile superaret atq; opprimeret, id quod tandem quoq; fecit. Nam o pibus & uiribus exhaustos gentili astu obruit, & arma in eos sine ullo discrimine per occa sionẽ uertit. Sic Europæis opibus illectus, dum ulcisci imperij hostes simulat, usus Genuen sium nauibus, Hellespontum ad Abydum superat. Occupata Callipoli, peropportune in Cherroneso cætera Græca oppida infestis armis petebat, agros uastabat, prædam agebat & cuncta passim inuadebat, anno Christi 1363. Nec iam amplius dissimulanter rem agebat sed palam sibi & posteris suis pollicebatur Græcorum imperium. Et ad id occupandũ om nes cogitationes, consilia, opes ac neruos intendebat. Hinc effectũ est, ut nullis fermè ob sistere audentibus, facile & sine magno negocio, magnã Thraciæ partem ditioni suæ sub iecerit. Mox & Mysiam adortus, armis subegit. Pari inde successu Bessos & Triballos do muit. Seruiam Bulgariamq; ingressus, quum Adrianopolim prius occupasset, occurren tes sibi cum paratissimis copijs hostes ingenti cæde profligat. Ac postremo superiorẽ My siam ingressus, cum Lazaro Seruiæ despota acie congressus, sub inguine confossus occu buit, à Lazari seruo in domini uindictam occisus cum annis imperasset 23. Nec Europæis incruenta uictoria fuit, Lazaro cum multis uiris fortibus cadente. Is itaq; defunctus duos reliquit filios ad capessendã rerum administrationẽ idoneos, Solymannũ scilicet & Baiat zetum. Solymannus in Asia late imperabat, qui Gotfrido & alijs Christianis ducibus le rosolymã petentibus sese opposuisse creditur. Hic cum Baiatzeto ex Asia in Europã transi gressus, hostiliter conflixit. Quo extincto, totius rei summa ad Baiatzetum est deuoluta.

Amurathes occiditur.

Baiatzetus


Baiatzetus Othomānus, quartus Turcarū rex.



Baiatzetus Amurathis filius & Solymanni frater post patrem & fratrem à se per insidias occisum in imperio successit. Erat aūt uir ingenio peracri, maximarū rerū percupidus, in rebus arduis capessendis audax, in administrandis solers, in laboribus perferēdis infatigabilis, in occasionibus prospiciēdis acutus & sagax, in exequendis celer ac pseuerans, animo fortis, corpore strenuus, belli appetens, quietis impatiens, gloriæ auidus, in periculis obeūdis impauidus, in hostibus fallendis uersutus & uafer, usque adeo nouelli regni fines breui temporis spacio produxit & extulit, ut circa Thraciā diu uersatus, penè uniuersam excepta Constantinopoli & Pera, bello affligeret. Deinde in reliquam Græciam manus iniecit, Thessaliam, Macedoniā, Phocidem & Atticam occupauit, suiq; iuris fecit. Mysios quoq;, qui hodie Seruij, Illyricos, id est Bosnenses, Tribal los, qui Bulgari cōmuni uocabulo dicunt, assiduis prælijs uexauit, patris mortem sic ulturus. Principē Bulgarorū interfecit, alios subegit, alijsq; tributa quotannis exhibenda induxit. Byzantiū quoq; urbem regiā adeo omni agro suburbanisq; delitijs spoliauit, tam longa obsidione uexauit, ut Imp. cogeretur egredi & ex Italia Galliaq; mendicare auxilia. Reliqui uero ciues omni præsidio destituti, fame ualida urgente, desperata salute de deditione agere cœperūt, perijssent (octo enim annos Constantinopol. obsederat, & obsessam facile expugnasset) nisi Vngarorū, Gallorumq; aduentū formidās, illis ad Nicopolim occurrisset, memorabiliq; prælio nostros superasset, cesis captisq; magna ex parte Gallorū ducibus, Ioanne scilicet Bugundiæ duce, Sigismundo autem Imp. fuga elapso, ut suprà signauimus: & reuersus tyrannus ad Constantinopol. obsidionē spei plenus, eam biennio denuo obsessam occupasset, nisi Tamerlanes Scytharū rex, instar torrentis ipso incursu cōtra ua stando, Baiatzetū omni apparatu occurrere conantē, in Asiam reuocasset. Vbi in cōfinio Galatiæ & Bithyniæ cōfinio instructa acie, collatis signis utrinq; fortiter dimicatū est. At

Græcia à Turca occupatur.

Strages apud Nicopolim.



Baiatzetus impar uiribꝰ superat̄, uiuusq; captus in cauea cathenis aureis uinctus ac circumductus, tandē dimissus, cesis prius in bello ducētis Turcarū millib. inglorius in Asia paulo post diem obijt. Incidit hęc clades Turcis in annū 1397. Fuit aūt Tamerlanes iste humili loco inter Scythas siue Tartaros natus, primo bubulcus, dehinc miles gregariꝰ, effecitq; uirtute sua paulatim, ut ordinē primo, mox exercitū ductaret. Eoq; potentię euectus cum solertia, tum corporis uiribus bellandiq; agilitate, ut magno fortunæ ludibrio, multarū sit gentiū imperio potitus, terror gentiū appellatus. In cuius exercitu, duodecies centena millia hominū fuisse tradunt̄. Primum enim in Parthis eum regnasse scribunt, mox Scythas ab eo subactos, Hiberos, Albanos, Persas, Medos, dehinc Mesopotamiā inuasit. Postea Armeniā armis subiugauit. Tra iecto demū Euphrate, cum 600. millib. peditū ac 400000. equitum Asiam minorē late domuit. Cum quibus etiam Baiatzetū prælio uicit, ac cesis 200 Turcarū millibus, uiuum in potestatē suā redegit. Dehinc more ferarū aureis uinctū catenis in cauea, omnibus suis expeditionib. prę se egit ac circūduxit, pro scabelloq; quoties equū cōscēdit eo usus, & quasi canē sub mensa comedere iussit. Admirandū rerū humanarū spectaculū & fortunę regiæ ludibriū. Tunc domitū est armis Scythicis, qcquid terrarū est à Tanai ad Nilū. Smyrnas, Antiochiā, Sebasten, Tripolim, multasq; ualidiss. urbes ui expugnauit. Vicit deinde pl̄io Tamerlanes Memphiticū regē, quem Sultanū uocāt, uictumq; ultra Pelusiū intra Nili fluenta cōpulit. Cepit Damascū & item Capham in Taurica Chersoneso. Castra in urbis modum fuerāt ordinata, definito cuiq; artificio loco, pprio, in ptes suas distributis exercitijs, ut oīa uitæ

Tamerlanes Tartarus.

Turcarū rex in cauea circumuchitur.

Tamerlanis sęuitia.

uitæ uſuiq; neceſſaria in prõptu eſſent. Rerumq; omniũ tanta ſemper copia in his inueniebatur, ut nullus eſſet latrocinijs locus, tutoq; omnia afferri poſſent. Cæterum ut maiorem hoſtibus terrorem metumq; incuteret, triplici tentorio, ſi quam urbem oppugnare adortus eſſet, in exercitu uti conſueuit. Sic ut in unoquoq; diſpar color, animi mutationẽ, prius nõ uiſo ſtratagemate, intelligeretur. Primo enim die candido utebatur tabernaculo, quo ſignificabat nulla in re, ſi modo ſe dederent, iniuriam ſe illaturum aliquam, ſed pacem ac ſalutem, quam candor arguebat, conceſſurũ. Sequenti die purpureo uſus colore in tentorio, monſtrabat cædem & ſanguinẽ procerum in primis & patrumfamilias, quod alteram diem expectaſſent. Quod ſi res ad triduum protrahebatur, atro colore in caſtris excidium urbis & omnibus miſerabilem ruinam præmonſtrabat. Tanta erat hominis ſæuitia, ut cum in obſidione cuiuſdam urbis populoſæ quum prima die deditionẽ neglexiſſet, agmen puerorũ ac puellarum oleas in manibus geſtantiũ, candida ueſte egreſſum obuiam tyranno ueniam ſupplex deprecaret, in illud immiſſo equitatu crudeliter eſt eius iuſſu conculcatũ, fœdeq; obtritum. Genuenſis quidam qui eius familiaritate annis iam pluribus longa conſuetudine utebatur, cum rogaret cur in ſupplices mitior non eſſet quum facilius quæ uellet, ſi non tanta uteretur crudelitate, impetrare poſſet, turbato truciq; oculorũ aſpectu, furorem uultu diſtorto præ ſe ferente reſpõdit: Quid tu me hominẽ eſſe putas & nõ Dei iram potius ac orbis uaſtitatem ac calamitatẽ? Proinde ocyus te hinc aufer, ni tu quoq; periclitari cupias & interrogationis tuę pœnas dare. Et profecto talis fuit qualẽ ſe prędicabat. Qui tota ferẽ Aſia domita, deletis regionibus ac tyrannis, pluribus uaſtatis prouincijs, cum uictore exercitu prædaq; onuſto ad ſuos reuerſus, urbem condidit ingentẽ, quam omnigenũ captiuorũ multitudine refersit, captarumq; urbiũ ſpolijs exornauit. Regnum moriens duobus filijs reliquit, quorum diſcordia ampliſſimi regni opes tanta arte conquiſitę, diſſipatæ ſunt, imperiumq; Parthorum rurſus extinctum eſt. Vt autem redeamus ad Baiatzetum, is ubi mortuus eſt, reliquit regnum quatuor filijs, quorũ nomina ſunt Calapinus, Moyſes, Mahometus & Muſtapha.

Tria tabernacula tres animi mutationes

Ira Dei.

Calapinus quintus Turcorum rex, & Moyles frater eius, mutuo in imperio ſuccedentes.



CAlapinus, quem alij uocant Alpinum, alij Cyriſcelebẽ, filius fuit Baiatzeti, inter quatuor fratres maximus natu, paternũ obtinuit regnum. Aduerſus quẽ, reb⁹ Turcorũ iam penè fractis, Sigiſmundus rex cum ingenti exercitu Danubium traiecit, infeliciter tamen pugnauit. Sunt qui ſcribunt id factũ ſub Baiatzeto, ut ſupra quoque memorauimus, alij referunt hanc pugnam ad Amurathem. Sub quocunq; facta eſt, pernicioſiſſima fuit Chriſtianis. Parauerat enim Sigiſmundus ingentem ex uniuerſa penè Germania exercitum. Affuit & Gallorum numeroſus exercitus & Ioannes dux Burgundiæ, qui etiam captus & Adrianopolim ductus, multo auro libertatem redemit. Cum ergo tam grandem ductaret rex Sigiſmundus exercitum & diripuiſſet expugnaſſetq; Raſciæ & Bulgariæ oppida, è manibusq; hoſtium iterum ſuſtuliſſet, caſtris erumpebãt crebro Turcæ, regiumq; exercitũ prouocabant, donec tandem Turca aciem inſtituiſſet ſub caſtro maioris Nicopolis. Tunc Franci pellecti fama uenientis hoſtis, à rege Sigiſmundo primitias belli petunt, primumq; congreſſum. Hoc item & aliæ gentes. Interim dum cõſultatur, Franci præripiunt pugnam priuſquam uniuerſæ copiæ in aciem ordinatæ collatis ſignis prodirẽt. Franci itaq; dimiſſis ſuis equis cataphractis, pedites in turmas hoſtium irruerunt. Horum equi cum caſtra regia tranſuerſo curſu peterent, cęteri hunc morem pugnandi ignorantes, ad unum omnes arbitrabantur Francos cæſos, tergaq; uertunt. Oritur ingens in caſtris tumultus, derelinquuntur ſtationes militum ac in fugam uertuntur. Magna æditur utrinq; ſtages, multi cęſi, multi capti. Feruntur tum Chriſtianorum uiginti millia, Turcarum ſexaginta millia trucidata: Et

Strages apud Nicopolim.

Et niſi rex ſubſidio nauis euaſiſſet, actum tũc fuiſſet de regno Vngariæ. Delatus igitur naui per Danubiũ uenit Conſtantinopolim, inde ad Rhodum, tum ad Dalmatiæ & Croatiæ regna, menſes penè 18. ibi cõmoratus priuſquam regnum intraret. Cæterum Calapino poſt hæc mortuo, Orchanes filius ſucceſsit, tenella ætate adoleſcẽtulus, at breui poſt à Moyſe patruo extinctus eſt, ſed qui & ipſe haud multo poſt moriens, fratri Mahometi regnum per manus tradidit.

Mahometus hoc nomine primus ſextus Turcarum rex.



MAhometus defunctis fratribus regnum incruente adeptus, ipſum tum armis & diligentia, tum dolo & aſtu terra mari'que nõ modo incolume tenuit, uerũetiam adauxit uehementer. Valachis bellicoſis nationibus bello attritis, tributa grauia impera uit. Ipſe Macedoniam bello domuit, promouit'q; Turcorum ſigna ad Ionium uſque pelagus. Et quum quandam Mœſiæ partem, quam hodie ſuperiorẽ Boſnam appellamus, ſuæ ditionis feciſſet, placuit illi nouũ in terra illa deſignare regem. Conſtituit igitur hominẽ nouum, humili loco genitum Iſahac regem Boſnenſem. Qui ſucceſſu elatus, finitimas regiones populabatur, prædas agebat, ac ſpolijs ſe ſuo'q; locupletauerat. Et quia Sigiſmundus imperator tum aberat, quidã ſtrenuus miles de Macedonia Nicolaus nomine, reguli iſtius inſolentiam non paſſus, cum prædabundus omnibus inſultaret, et ſi uiribus impar eſſet, expectata occaſione cũ regem uideret egredi, in hunc mox animũ atq; oculos intendens, præcipiti curſu equo deiecit, ac in terram proſiliens enſe iugulum confodit, exercitus regius in fugã uerſus militi huic palmam dereliquit. Pari audacia paulo poſt cum Turcis idem miles congreſſus, miro ſtratagemate eos fefellit. Media ſcilicet nocte in caſtra dormientiũ hoſtium irruens, & tumultum tympanis atque fiſtulis excitans, atque ingenti clamore omnes in fugam ſoluens. Nam clade ædita, uictoria penes Vngaros fuit. Mortuus eſt autem Mahumetus poſtquã imperauit 17. annos, anno Chriſti 1422. conſtituit'que regiam ſedem in Adrianopoli.

Regnũ Boſnenſe inſtituitur.

Amurathus hoc nomine ſecundus, uulgo Moratbeg, ſeptimus Turcarum imperator.

AMurathus iſte à multis ſcribitur fuiſſe filius Mahometi. Interim autem quo conatur ex Aſia in Thraciam traijcere, Græci Muſtaphæ patruo eius fauentes, auxiliũ ferunt. At Amurathus Genuenſiũ opera in Thraciam delatus, cum Muſtapha hoſtiliter cõflixit, uicit que, & totum imperiũ eſt aſſequutus. Infenſus aũt Græcis q; Muſtaphæ opem tuliſſent, prouincias Græciæ adortus, nobiliſsimas eius ciuitates accepit in fidem, præſertim Theſſalonicam ciuitatem illuſtrẽ antiquitate, amplitudine, pulchritudine, amœnitate, opib. oportunitate ſitus, in ora Macedoniæ ſitam, quæ tunc à Venetis tenebatur: occupauit quoque omnes citra Pelopõneſum gentes, ſuo'que ſubiecit imperio uſque ad Corinthiacũ ſinum. Quin & Epirum & Aetoliã in ditionem ſuam redegit, atque Illyricorũ oppida multa ui expugnauit, quædam in deditionẽ compulit, & quædam funditus euertit. Sigiſmundo imperatori Georgius Deſpotus Seruiæ ſeruiebat, & ut imperatoris emereretur fauorẽ, loco ſynceræ fidelitatis Nandoralbenſem arcem prope confluenta Danubij & Saui ſitam, ueteribus Taurinũ ac Belgradũ, recentioribus. Alba Bulgarica appellata, Cæſari dono dedit, receptis multis alijs in cõpenſam, ut ſcilicet impetus Turcorũ hic facile poſſet frangi, quũ agrum Vngaricũ depopulari conaretur. Conceſsit tum Amurathus in Myſiam, nec ulla re à Georgio Deſpota potuit flecti, ut ſecum fœdus iniret, priuſquã ab eo nuptias filiæ extorſit cum ingenti dote. Nam more gentis plurimas habuit uxores. Verũ non diu pax illa & affinitas obſtitit, quo minus iterũ aduerſus eum duceret grauẽ exercitũ. Georgius furentẽ generi nõ ferens potentiã, fugit cum tota familia in Vngariã, uno relicto filio Gregorio, qui cum præſidio tueretur Synderouiã Seruiæ regiam, ſed qui tandẽ magna inedia uictus coactus eſt ſeſe dedere hoſti. Sic Synderouia expugnata cũ 100. armatorũ milibus. Scopia quoq; & Muſiorũ ſeu Seruiorũ oppida poſt longã obſidionẽ capta, & Deſpoti filius ocu-

Alba Græca ſeu Bulgarica.

Synderouia regia Seruiæ.

lis ac pudendis eſt priuatus. Præerat tũc Vngariæ Albertus Ro. rex, ſed qui & ipſe in expeditione contra tyrannũ profluuio uẽtris laborãs interijt. Et cũ Vladislaus Polonus in Vngariã uocatus ueniſſet, à Deſpoto rogatus eſt, ut extorri ac patria eiecto ad priſtinã fortunam recuperandã auxilio eſſet: qd promiſit rex. Interea Turca per occaſionẽ inteſtini belli Vngariã facile ab ſe occupari ratus, oppugnare adoritur Belgradũ, & machinis militarib. turriũ inſtar è ligno extructis ac cuniculis ſubterraneis effoſsis, prorſus in ſuã ditionẽ trahere ſibi ꝓſuadet. Sed arcis præfectus Io. Aurane, Matthiæ Croaciæ Bani frater, ꝗs Sigiſmundus ob rẽ bene geſtam omnibus honorib. excoluit, ſuo ualido ꝓſidio inanes reddit oẽs eius conatus, cuniculos puluere incẽdiario, pice, oleo ac ſulphure replẽs, oẽsq; immiſſos milites cũ iumẽtis interficiẽs. Dehinc rudere & gleba muros, uí tormẽtorũ deiectos, refartiens Poſtremo cũ incautius Turcæ oppugnationẽ adorirẽtur, ab oppidanis ita ſũt miſsilib. ac faculis obruti, ut 7. millia Turcorũ in hac obſidione, quæ ſeptimũ etiã attigit menſem, ſint deſiderata. Ea clade perculſus Turca, obſidionẽ ſoluit. Cum autẽ Io. Huniades iam per arma clarus undiq; haberetur, declarauit eum Vladislaus rex ducẽ Tranſſyluaniæ, quẽ Vaiuodã uocant, cõmiſitq; illi ea potiſsimũ oppida, quæ Turcis obiecta erant, & tantũ copiarũ, quantũ res tunc ſinebãt aſsignauit, ut nõ ſolum ſua defendere, ſed ꝓ occaſionẽ etiam fines hoſtiũ tranſcendere poſſet, id quod & poſtea fecit. Nam Seruiã ingreſſus, Turcas potẽter expulit, multos captiuos abegit, arces & uicos recuperauit. Deinde coacto exercitu Turcas Tranſſyluaniã deuaſtantes adeo ſtrauit, ut etiã prædã abactam recuperaret, captiuos liberaret, fugiẽtes perſequeretur, Moldauiam ablatã recuperaret, atq; oẽs occultos tramites in montibus obſtrueret. Indignatus uero Amurathus, miſit ducem cum grandi exercitu in Tranſſyluaniam, iubens ut omnia depopuletur, obuios quoſq; interficiat, & neminẽ ulla excipiat pietate. Quã cladem ſuorum Huniades uidẽs, ſtipatus manu militari, ſtatuit aut uincere aut mori. Aggreditur ergo hoſtẽ intrepidus, æditurq; utrinq; maxima ſtrages, ſed cũ Huniades feruentius inſtaret, arripiunt hoſtes fugã, ſubiequuntur Vngari, & omnẽ campi planiciẽ cadauerib. ita implent, ut breui poſt aẽr infectus negaret hominib. illic habitationẽ. Potitus Huniades hac uictoria, ſuis cœpit eſſe admirationi & hoſti ſtupori. Quin & nomẽ eius adeo terrificũ fuit, ut plorantib. pueris matres familias taciturni tatem nõ aliter impetrarẽt, q̃ Huniadis præſentiã minitantes. Creuerat interim Vladiſlai regis indies autoritas, præſertim poſt mortẽ matris Ladiſlai, miſſusq; eſt ad eum Iulianus cardinalis, qui ſuaderet expeditionẽ contra Turcã. Monebat præterea Deſpotus exul regẽ, ſed & Huniades literis inſtabat, accedebant quoq; Chriſtianorũ principũ promiſſa, qbus omnib. excitatus rex, tertio regni ſui anno grãdem cõflauit exercitũ, uenitq; in Bulgariã. Similiter Huniades ex Seruia ingreſſus Bulgariæ regnũ, obuia quæq; aut ferro aut igne deleuit, deiectis Turcorũ præſidijs. Et cũ Deſpotus medius inter Vngaros & Turcas, nunc hos, nũc illos fefelliſſet, erat Huniadi fides Georgij ſuſpecta. Pugnauit ea die quinquies collatis ſignis Huniades cõtra Turcas, ſemper uictor. Deinde ſexta pugna maxime fuit, in qua aliquot millia Turcarũ ceciderunt, quatuor millia capta cũ nouem ſignis militarib. ac 13. ducib. haud magna Chriſtianorũ iactura. In has itaq; angustias acti Turcæ, cõſultabant pacẽ petere. Quod tamẽ diſſuadebãt Iulianus Cardinalis, dux Burgundiæ & Veneti. Diſſuaſit & Io. Palæologus imperator Græcorũ. Vladislaus tamẽ audito oratore Turci, pacẽ in 10 annos cõcludit, ſic ut omnia dñis ſuis ablata reſtituerẽtur. Ea pax moleſtiſſima fuit Iuliano, cui proſequẽda uictoria uidebatur. Et Eugenius pontifex certior factus, regis nullũ uslere fœdus, quod ſe incõſulto cum Chriſtianæ religionis hoſtib. percuſſum eſſet, reſcripſit. Scripſit quoq; Græcorũ imperator, Turcã dolo ac fraude fœdus percuſsiſſe. Motus ergo Vladislaus his hortatorib. exercitũ conſcribit & traducit in Myſiã atque Bulgariã. Monet tamẽ regem Dracula princeps Valachiæ, ut retro iter uertat, præſagiẽs quod futurũ erat. At ille monitionẽ cõtemnens, caſtrametatus eſt circa Varnã Ro. ciuitatẽ, locum natura munitũ. Amurathus cognito hoſtiũ aduẽtu, exercitũ ex Aſiaticis militib. corruptis precio ſpeculatorib. infra Callipolim, qua fauces Helleſpõti arctiſsime ſunt in Boſphoro, in Europã reportauit. Dicũtur Genuenſes pro ſingulis capitib. aureũ nummũ accepiſſe pro uectigali, numeriq; ultra 100. millia aſcendiſſe. Tot enim milites traduxit. Trepidatũ eſt in caſtris Chriſtianorũ, dum inſperatũ hoſtiũ numerum



Belgradũ oppugnatur.

Io. Huniades.

Victoria Huniadis.

Chriſtianorũ contra Turcã victoria.

Pugna apud Varnam.

merum cõtemplantur. Et dum Iulianus cũ Agrienſi epiſcopo aliíſq; Vngaris cẽſerent intra cur rus exercitũ muniendum, Huniades ac Deſpotus manus cõſerendas regi perſuaſerũt, horũq; uicit ſentẽtia. Ordinata aũt acie fit pugnæ initiũ. Acies Chriſtiana primũ Turcas in fugã uertit plurimis proſtratis. Amurathus magno metu perculſus, prælio excedere ſtatuit, ſed cũ longa duceret ſulpiria, fertur uexillũ ſancti Ladislai, ac alterũ in quo imago Chriſti erat, uidiſſe ac patria lingua exclamaſſe, Crucifixe, crucifixe, uide gentẽ tuam perfidã, q̃ à me nõ laceſsita, cõtra iuſiurandum fidẽ uiolauit. Reuocata eſt pugna ſumma cõtentione, nũc Turcis nũc Chriſtianis cadentib. Diu ancipiti marte pugnatũ, tãtum'que ſanguinis utrinque effunditur, ut in modũ lacus campi ſtagnarẽt. Agrienſis epiſcopus per paludes fugiẽs, in cœno ſubmerſus eſt. Rex uero ad Ianizaros (ita pedeſtres milites Turcæ appellãt) delatus, cũ equus eius in latere grauiter ſauciatus eſſet, telis obrutus eſt anno regni ſui 4. ſalutis uero 1444. in uigilia Martini. Caput eius poſt detrũcatum ac infixũ haſtæ, populis oſtentatũ. Huniades cũ regiũ corpus recuperare nequiret, fuga ſalutem q̃ſiuit. Cæteri q̃que qui ſupererãt, oẽs fugæ ſe cõmiſerunt. Sed partim in lacunas ac paludes dilapſi, ſubmerſi ſunt, partim in ſyluis uepribus'q;, fame, frigore, ſiti, uigilia interiere. Iulianus cardinalis equo fugiẽs, dum curſu fatigatus potu reficitur, ſpoliatus, ſeminudus'q; in deuio ſaltu animam exhalãs repertus eſt. Culpa huius tãtæ cladis imputata eſt cardinali Venetorũ, qui neq; fretum recte cuſtodiſſet, neque traiectos regi ſignificaſſet. Poloni acceptã eo prælio cladẽ Huniadis uecordiæ atque ignauiæ tradiderunt, alij uiolato iurijurãdo. Fertur conflictus ille trium dierũ & noctiũ ſpatio cõtinuatus. Cæterũ Huniades dum in Vngariã properaret per Valachiã, captus à Dracula Vaiuoda in carcerẽ eſt cõiectus, ſed rurſum cũ munerib. dimiſſus, nec diu poſt gubernator regni Vngariæ cõmuni procerũ conſenſu creatus. Porro in clade Varnenſi numerus cæſorũ eſt incertus, q̃ multi in paludib. ſubmerſi diſparuerũt. Tamẽ 30. millia Chriſtianorũ cæſa à quibuſdam referuntur, & 40. Turcarũ. Cum'q; tyrãnus rogaretur, cur poſt adeptã uictoriã nullum leticiæ ſignum exultãdo exhiberet, reſpõdit memorabili uoce, Nolle ſe ſimili euẽtu ſæpius uincere. Hinc Adrianopolim cõcedens, cœpit ociũ bello præferre, & Mahometẽ ex liberis ſuis maiorẽ præfecit imperio, atque inde in Aſiã reuerſus, religioni ſolitariæ ſeſe addicere cogitauit. Alij ſcribũt Amurathũ poſt Varnẽſem pugnã Corinthiacũ Iſthmum, q̃ uulgo hodie Hexamiliũ ex loci diſtantia dicitur, ſumma ui expugnaſſe ac diruiſſe. Nã Pelopõnẽſes prædicta clade perculſi, adorti fuerãt celeri et irrequieto opere Iſthmũ munire ac muro cingere. Quẽadmodũ plures olim ſpaciũ illud terræ perfodere tẽtarunt, licet ſemper infeſto omine opus inchoatũ infœliciter defecerit. Cõſtantinus Palæologus, qui nouiſsime Byzãtij imperauit, inſtaurandũ curauit quodã Chriſtianorum ſucceſſu, tributũq; regi Turcarũ minime reddendũ eſſe ſtatuit. Cæterũ Huniades acceptã Varnæ cladẽ ſemper ante oculos gerens, ut priorẽ aboleret ignominiã, & illata reſarciret dãmna, ex Vngaria cui præerat, quãtas potuit cogit copias ut Turcã inopinatũ peſſundaret. Adhibuit etiã reb. celeritatẽ. Sed Deſpotus Seruiæ, q nõ erat uocatus ad illã expeditionẽ, patefecit ducib. Turcorum conſiliũ Huniadis. Exterriti Turcæ, Amurathũ religioni addictũ euocant, q̃ filius tantã belli molẽ ferre neqret, colligunt exercitũ, perguntq; obuiã hoſti, & cõcurrit uterque exercitus in Caſſouio Myſiæ cãpo, ubi atrociter infeſtis armis toto triduo eſt dimicatũ, primũ uictoria Vngaris cedẽte. Tandẽ uero occũbunt Vngari, duce ægre cũ paucis ſeruato. Porro Huniades abiectis armis grauiorib. incidit in manus duorũ Turcorũ, qui tamẽ eum nõ cognouerũt. Ab ijs expoliatus dum de quodã amuleto inter ſe cõcertarent, alterũ enſe ſtrauit, alter fuga elapſus euaſit. Solus in ſyluã cum equo delatus. Cũq; Belgradũ peteret, à Georgio Deſpoto Seruiæ eſt captus ſed filio in obſidẽ dato, dimiſſus. Liber tamẽ factus, uaſtatione prouinciæ ſuæ haud ſine parua pœna coactus eſt filiũ reſtituere. Qd'cũ Amurathus audiſſet, indignatus Deſpoto, q̃ carcere hoſtẽ tm̃ emiſiſſet, regnũ Seruiæ cuidã p̃fecto tradidit expugnãdũ. Deſpotus audiẽs in ſe cõcitari bellũ, anxius ſe cœpit accuſare, q̃ gubernatorẽ Vngariæ carcere laſſet, in quo unico ſalus ſua eſſet repoſita. Abiecta itaque uerecũdia, ſupplex Huniadis genib. aduolutus, tãdem ab eo ſuppetias impetrauit. Qui illico noctu Raſcianos attingens agros, mane Turcas aggreſſus, in fugã uertit ac profligauit capto duce. Mortuus eſt haud longe poſt Amurathus & corpus eius delatũ in Pruſiam Bithyniæ ciuitatem, quæ ante captam Conſtantinopolim Othomannorum regia fuit.

Vladislaus rex cadit.

Huniades à Dracula capitur.

Hexamilium.

Alia pugna Chriſtianorum cũ Turca.

Pruſia ciuitas

Mahometes ſecũdus, 8. Turcarũ rex.

MAhometes Amurathi filius, mortuo patre imperiũ aſſecutus, dominãdi libidine & ambitione inflatus iuuenis, patre tyrãno longe truculentior fuit. Auſpicatus eſt regni initium parricidio, interficiẽs ſcilicet fratrẽ infantem, ne pater ſolus ſepeliretur. Quã faci-

noris atrocitatem cõſpicatus Moſes, orat ne fraterno ſanguine manus inquinet. Reſpondet ille, ueterem Othomannorum conſuetudinem eſſe, ut cæteris interfectis, unus ſemper relinquatur in regno. Iubetur ergo Moſes in cõſpectu tyranni trucidare infantem. Quo facto mater pueri, Mahometis nouerca, inſaniens præ dolore & mœrore, tyrannum multis cum ſingultibus increpat, diris'que deuouet. At ille ut fœminam mitigaret adiecit, ſi quid uellet audacter peteret. Mulier uero ira ardens, ad uindicandam innocui ſanguinis iniuriã, facinoris miniſtrum impium Moſen expetiuit. Cui mox hunc tyrãnus uinctum dedendũ imperat. Quẽ efferata mulier ut accepit, cultello pectus miſeri hominis fruſtra opem dñi aſtantis corã implorantis ad cor uſq; tranſfigit, nihilo'q; cunctata latus dextrũ aperit, iecur abſciſſum eruit, dat'q; canib. diſcerpendũ. Hac uindicta mulier ſatiata, cõquieuit. Habuit Amurathus & ex alia uxore filium ſextũ agentẽ menſem, cõmendatum tutori cuidã. At tutor Mahometis initurus gratiã, prodidit puerum ſibi commiſſum. At Mahometes allatũ puerum fecit ſtrãgulari & reddi matri. Suſcepto itaq; imperio, rẽ domi foris'q; legib. ordinauit, ærarium locupletauit, noua uectigalia homo auariſsimus excogitauit, copias auxit, in pceres & aulicos ſæuicia et cõtumelijs graſſari cœpit ſanguinarius tyrannus.

Parricidij cõſuetudo.

Mulieris facinus.

Cõſtantinopolis expugnatur.

Ad expugnandã Conſtantinopolim animũ adiecit, nec diu nec noctu quietẽ animo ſuo dabat, priuſquã ea potiretur, quã tamẽ nõ expugnaſſet, ſi ciues ſuos in terra abſcõditos theſauros in cõmune tutamẽtum erogaſſent, & Veneti ſuis claſsib. præſto fuiſſent. Repletus aũt poſt expugnatam urbẽ omnib. ſcelerib. omnia cõtempſit. Nullũ deum eſſe putauit, Chriſtianã fidẽ irriſit, Mahometũ ſuum pſeudoprophetã ſui ſimilem fuiſſe dixit. Prophetas oẽs atque patriarchas pro nugis habuit. Solũ Alexandrũ magnum, potiſsimũ ubi de eius furore ac libidine ſcribitur, admirabatur, cui ſe ſimilẽ aſſeruit. Anno Chriſti 1455. expeditionẽ in Vngaros inſtituit, atque cũ maximis copijs Belgradũ quam hodie Albã græcam uocãt, obſedit, Amuratho patri maledixit, qui 7. mẽſes fruſtra in obſidione huius arcis cõſumpſiſſet, ſe 15. dieb. arcẽ ſolo æquare iactabat. Sed cum Chriſtiani acriter pũlium inirent, ac primũ ancipiti pugna dimicarẽt, noſtri primores exercitus duces occidũt, Mahometẽ ſagitta, q̃ ſub papilla leua ſtringebatur, in pectore, in terrã exanimũ deijciunt. Quẽ mortuũ credẽtes Turcæ, nocte ſemiuiuũ abducunt oẽs in fugã cõuerſi, uictoriã Chriſtianis reliquerunt. A quibus fuſi & fugati, relictis omnib. munitionib. machinis bellicis, cuiuſcũq; generis tormentorũ inſtrumẽtis ac ſarcinis militarib. ignominioſa ac turpi fuga per noctẽ obſcuram abierunt. Mahometes uero noctu ablatus, altera die ubi ex dolore uulneris ad ſe rediit, intelligens infamẽ acceptã ſuorum cladẽ, inſperatã'q; ſtragem, ueneno uitã uoluit ſibijpſi admere, ne tãto cũ dedecore in patriã inglorius remearet, uix à ſuis, phibitus. Nunq̃ poſthac de illa clade aut dicere aut audire quenq̃ uoluit. Et quoties illius memoria ſubijt, ſemper barbã manu grauiſsime demulcẽs, ſuſpiria deduxit cũ fremitu, hunc execratus diẽ inter atros cõputauit. Multi putãt ſi fuſi diſpalati'q; hoſtes, tum fuiſſent acrius inſectati à Chriſtianis, potuiſſe eo die Othomannorũ imperiũ deleri. Sequẽti anno poſt cladẽ iſtam, Huniades morbo correptus nõ ſine planctu Vngariæ diẽ ſuũ obijt. Porro Mahumetes getis impatiẽs Trapezuntiũ expugnat, deinde adoritur inſulas Aegæi maris, & occupat Mitylenẽ, ac paulo poſt expugnat Boſnã, deinde Pelopõneſum, quã poſſederũt Thomas & Demetrius fratres, ultimi Chriſtianorũ principes Palæologi. Hi cũ inter ſe diſſiderẽt, Demetrius ad Turcã defecit. Sublato aũt è Pelopõneſo principatu, retinuerũt Veneti quædã in ea terra oppida, è quibus etiã poſt ſunt à Turcis eiecti. Nã Myſia potitus ac reliqua pene omni Græcia, cũ intelligeret Venetos Corinthiacũ Iſthmum ſumma ope munire, uſi ſcilicet tãta celeritate ut totã muri longitudinẽ, qui o circiter ſtadijs extendebatur à mari ad mare, 15 dierũ ſpacio, duplici foſſa, ſubitaria'q; molitiõe firmarint, 30. millib. hominũ ſimul laborãtib. & ueteris ſtructuræ ſaxis, q̃ ad manus fuere, materiã pbentib. operis celerius cõſummãdi. At Mahometes ut cœptũ diſturbaret opus ex Boſna ueniens, Iſthmũ cæde & ſtrage ingreſſus, Veneto rum agros facile occupauit, ac deinde crudeliſsime Chalcidẽ urbẽ in Euboea inſula expugnauit. Cum eñ hãc 30. dieb obſediſſet & cõtinenti inſulã ponte cõiunxiſſet, circa muros ſæpius eſt dimicatũ, quouſq; tandẽ per integrã noctẽ ad lucẽ uſq; oppidanos pũlio fatigauit, atq; hinc ciuitate eſt potitus, ubi & crudeliſsime eſt ſæuitũ ſine diſcrimine in oẽm ſexum & ætatẽ, crudele quoque edictũ, ppoſitum, ut puberes oẽs ad unũ obtruncarẽtur, ac capitale eſſet, ſi quis ſupra 20. annos quenq̃ natum ſeruaſſet. Magiſtratus & ciues necati diuerſis locis. Cũ'q; finis nõ eſſet ſæuiẽdi, coacti ſunt Veneti pacẽ facere cum Turca, ut ſcilicet Põtica nauigatio negociatorib. illorũ tutò pateret. Subactis ergo ui & armis poſt Cõſtantinopolitanũ excidium ſpacio 28. annorũ omnibus circũiacentib. terris & inſulis, ægerrime tulit tyrãnus Rhodũ liberã eſſe. Eam ergo cũ oppugnare tentaret, ſæpe clade affectus eſt, multi'que de eius exercitu, terra mari'que trucidati. Conatus ergo

Albã Græca oppugnatur.

Mahometi inſania.

Huniades morbo moritur.

Hexamilium reparatur.

Rhodus oppugnatur.

ergo est alia uia expugnare insulã, nempe dolo & ꝓditione, subornatis q̃ se trãsfugas fingerẽt. Pacem simulat, si aut uectigal aut munera Rhodij offerant. Generositate animorũ Rhodij milites utrunq; reijciũt, fœdus & munera cõtemnunt. Cum igitur triẽnio de proditione Rhodi consultasset Mahometus, magister militũ Rhodiorum interim collapsos urbis muros ac mœnia restituit, munitionib. egregie custoditis. Tyrãnus uero ira incensus, classem maximã cum 100. millib. militũ mittit, ter urbẽ aggreditur, occiduntur'q; à parte eius primo cõgressu septingenti & multi uulnerib. cõfodiuntur. Dehinc 2. millia, postremo ceciderunt 3. millia, cum penitus urbẽ diruere moliretur. Durauit obsidio 90. fere dies. Abiens ergo Mahometus confusus & cum ignominia, dum denuo Rhodũ aggredi statuisset, insperato suffocatus morbo interijt. Priusq̃ tamen moreretur tyrãnus, Hidruntem in Apuliæ & Calabriæ finibus subito incursu oppressit. Quo nuncio tota Italia ita timore territa & prostrata est, ut de salute dubitaret. Quum autem tyrannus annis 31. regnasset, ab expugnatione Rhodiorũ discedẽs, mortuus est anno ætatis 58. anno salutis 1481. *Hydruntum Apuliæ.*

Baiatzetus huius nominis secundus, Turcarum rex nonus.

BAiatzetus filius Mahometis per uaria bella et fraternas cædes imperiũ est assecutus. Habuit aũt fratrem Zyzimum minorẽ eo natu, qui cognita patris morte, ut Prior imperio ac regia gaza potiretur, raptim ex Licaonia cui p̃fidebat, Cõstãtinopolim properabat. Sed cũ Baiatzetus quoq; ꝑ imperio laboraret, tumultus est Constantinopoli excitatus.

Prævaluit tamẽ Baiatzetus, & Zyzimus Prusiã Bithyniæ ueterẽ regiã occupat, germanum in certamẽ si posset prouocaturus. Baiatzetus uero ne Asiæ ueterẽ regiam amitteret, haud contemnendã imperij sui portionẽ, exturbat fratrẽ Prusia. Qui fugiens, per Syriã uenit ad Sultanum Aegypti, inde ad alios quosdã Græciæ duces, collectis q̃ copijs, bellũ indicit Baiatzeto fratri. Sed cũ illo longe imbecillior esset, rursum fugit fratris uersutiã & insidias, qui etiã 200. millia nummũ auri & supellectilẽ regiã ei pollicitus est, si regni fines excederet, clam aũt dolos machinabatur ut uiuus in suã ueniret potestatẽ. Ob id ut fratris uersutiã fugeret, Rhodijs primũ sese ꝑ literas, tum per oratores cõmittit, ac paulopost oneraria naue Rhodũ est delatus, perbenigné q̃ à magistro militũ & regio apparatu exceptus anno salutis 1482. Cum id prius epistola quadã Baiatzeto sagittæ alligata, ac uiolenter arcu in exercitũ excussa significarit. Qua perlecta, ita in lachrymas est resolutus, ut amenti simílis, tacitus in tabernaculo diu sederet, ægerrime ferens fratrẽ ad Christianos defeciſſe, ob quorũ ignominiã pater eorum interijsset. Fuit aũt Zyzimus tũc annorum 28. Fuit corpore procero, facie ferocitatẽ præ se ferente, oculis glaucis ac subobliquis, naso aquilino, ore paruo, labijs crassis, mẽto exili, barba rara nõ promissa, sed ad cutem forcipe tonsa, ceruice obesa, corpore pingui. Vorare uerius q̃ mandere solebat. Pinguedine nõ impediebatur, quo minus saliẽdo, equitãdo, uenando ac sagittãdo abilis esset. Voracissimi stomachi fuit, aui de q̃ cibum sumebat. Vinũ aromatib, conditum diligebat, & aquam saccaro infusam patrio ritu potabat. Vtebatur assidue balneis t'ermis q̃, & aqua gelida crebro perfundebatur. Obseruantissimus legis Mahometicæ. Subtristis & cogitabundus semper uidebatur, nec ullum lætitiæ signum dabat. Turcorũ lingua peritissimus, qui à cunis literis incubuit, ut etiam gesta scribere doctus esset. Res nanq; genitoris magnifice gestas literis mãdauit, gentiliũ literarum non ignarus. Baiatzetus interea frater cum imperij gubernacula teneret, audiens fratrẽ ad Rhodios cõfugisse, pacem cum Rhodijs inire molitur, tam'que diu eos hortatur, donec fœdus percusserunt haud ignobile priusq; inauditũ. Rogat etiam magistrũ Rhodi, ut Zyzimũ fratrẽ sub alis suis foueat, pro q̃ annuo sumptu pollicetur 45. millia nummũ auri, quos in Augusto quotãnis Rhodi exoluere bona fide promittit. Missus est aũt Zyzimus quo tutior esset in Gallias ad Francorũ regẽ. Deinde est Romã perductus anno 1488. ad Innocentiũ octauum. Matthias quoque rex Vngariæ hunc impẽse petebat, indubitatã sibi de Turcis pollicens uictoriã si illum haberet. Sed uicit facundia Ro. pontificis, ut sibi traderetur. Sub custodia tamen militũ Rhodiorũ est detentus. Paulo pòst Alexãdro sexto pont. haud ignorãte ueneno est mortuus. Interea uero Matthias Vngariæ rex Bosnense regnũ (quod hodie Romã uocant) è Turcorũ manib. subtraxit Sabatiã quoq; arcem munitiss. ad littus Saui fluminis si ã, strenuè è faucib. Turcorũ eripuit. Baiatzetus uero in Syriã profectus, bellum inauspicatũ gessit cum Sultano Aegyptio. Haud lõge post maxima clades à Christianis in Croatia est accepta, cũ 7. millia hominũ fuerint uno p̃lio interfecta. Cæterum cũ Mahometicæ legis uiolator quotidie mero maderet in oẽm luxũ resolutus, nullũ insigne gessit bellũ, natura etiã formidolosus. Sed postq̃ frater ueneno fuit sublatus, nihil amplius timuit. Re- *Zyzimus regno pellitur.* *Fugit Zyzimus ad Rhodienses.* *Turca doctus* *Zyzimus ueneno Romæ tolliur.*

gnum enim Poloniæ eſt ab eo uaſtatũ,& circiter 60.millia hominum inaudita crudelitate abdu-
cta,ditio Venetũ in Peloponneſo læſa,Naupactum enim urbs uetuſtiſsima,quam hodie Lepan
Veneti cõtra Turcam. thum uocãt,eſt illis adempta,Meton q̃que expugnata & Corone.Veneti uero uiciſsim aliquas
occupãt inſulas,præſertim Aeginã,Zacynthum, Cephaleniã,Corcyram &c.Quin & Nerithus
inſula, quæ hodie diua Maura dicitur, olim à Corinthijs immiſſo Euripo à continenti terra ab-
ſciſſa, eſt à Venetis occupata. Sed paulo pòſt inito fœdere, Nerithus Turcis eſt reddita, & Ve-
netis negociatoribus res ab initio belli ademptæ reſtitutæ,patuit'que eis nauigatio Põtica ut an-
tea,& Veneti nominis magiſtratus fuit Byzantij qui antea fuit,ſuis hominibus ius dicens.Cum
itaque natura Baiatzetus pacis q̃ belli eſſet ſtudioſior,et iam ocij appetens,filijs inteſtinis ſeditio
ſumnibus occupatis, à Ianizaris ſuis (in quibus omnis eius ſpes ſita erat) imperio deturbatus, ſum-
Filius patrẽ intoxicat. ma cum ingratitudine anno ſalutis 1512. ingreſſus religionem ob mœrorem & animi cruciatũ,
paulo'que pòſt ueneno à filio iuniore dato,cum 31.annis imperio præfuiſſet,moritur.

Zelymus Othomannus,10. Turcarũ imp.

ZElymus minor natu,filius Baiatzeti, imperium è manibus patris arte & dolo extorſit,
ac ſibi uſurpauit. Tartaris enim iunctus, & impetrata filia reguli cuiuſdam Tartari in
uxorem,immenſa breui collecta multitudine Tartarorũ, Adrianopolim uenit,iræ mi
narum'que plenus. Baiatzetus imperator qui diu filium amiſſum luxit, audiens cum
exercitu adeſſe,obſtupuit,miſsis que nuntijs quærebat,quid peteret, cur tam ingentẽ
in patriam aduexiſſet exercitum, ſuadebat'que ut hunc dimitteret,miſſa magna pecuniarũ ſum-
ma,& precioſis ueſtibus,quibus ſtipendia militibus & dona poſſet dare honeſta,ne indignaren
tur. Zelymus placatus muneribus paternis, exercitum dimittit, ad technas confugit, & dolum
Dolus Zely-mi. comminiſcitur.Cum enim Baiatzetus podagræ morbo decumberet,Ianizari imperatorẽ adeun
tes,dicunt ei:Quia ſenio cõfectus es imperator, neque imperiũ ſaris defendere potes ab hoſtium
incurſu,oramus ut nobis ſucceſſorem deſignes, qui locum tuum occupet,uirum ſcilicet bellico-
ſum,ſtrenuum & impigrũ,qui Mahometi legem enſe poſsit tueri.Nec poſſunt pericula longio-
rem ferre moram.Imperator his auditis,nihil ſuſpicatus mali,ſeſe dudũ maiorem natu qui ei ſuc-
cederet,deſignaſſe reſpondet. Ianizari autem dolũ ſuum non aperientes,eligunt ex ſe tres,q̃ ma
iorem natu filium,qui tum erat in Natolia, adeuntes,noua ab eo poſtulãt ſtipendia, ſi uelit ab eis
conſtitui imperator.Indignatus ille reſpondit:ò latrones,uos me imperatorẽ conſtituetis, quem
pater iam dudum deſignauit?Ianizari rubore perfuſi,ad ſocios reuertuntur,& conuitijs deſigna
tum imperatorẽ laceſſunt tanq̃ imperio ineptũ. Quodam ergo die Ianizari ſeditionẽ Conſtanti
nopoli grauẽ mouent,quũ Baiatzetus cũ ſuis cõſiliarijs de repub.tractat,palatiũq; obſident,cla
mant ſibi dari imp.qui eos tutari poſſet. Cum aũt Baiatzetus reſpõdiſſet,nunqd Achmat filium
meũ maiorẽ natu habetis,quẽ imp.uobis deſignauit?Dixerũt illi:Nolumus hũc regnare ſup nos.
Pinguis eſt,imbellis & ineptus.Nõ amat arma,ſed pocula,minuetur & deſtruetur ſub eo impe-
Ianizari Zely-mum eligunt. rium.Zelymũ cupimus ſtrenuũ & bellicoſum.Eductiſq; enſib.nudis q̃s ſub ueſtib. occultabãt,
impetuoſo clamore Zelymũ ſibi dari poſtulãt.Baiatzetus furori militũ acqeſcens, Zelymũ ſe da
turũ eis,pmittit.quẽ Ianizari cum gaudio excipientes,ad palatiũ perducũt.Imperator uocato ad
ſe filio,dixit:Quid mi fili opus erat his armis atq; tali furore?Ne ſis adeo p̃ceps ac furibũdus.Mo
deſte agas quicqd ages. Noli tuo obſeq furori,cede tẽpori,qd'oĩa occulta detegit,& cogita te
eſſe hoiem multis obnoxiũ piculis. His dictis ſellã ſuã qua uehebatur, iuſsit amoueri,loco cedẽs
eminẽtiori,quẽ filio Zelymo cõceſsit.Tũc ingẽtes excitæ ſunt acclamationes, imperator ſalutatus ab oĩb.patre ſumma cũ mœſtitia abeũte,& religionẽ quandã ingrediẽte.Zelymus itaq; arre
pto imperio,magna fœuitia gubernationẽ adminiſtrauit,multis ex primatib.partim ueneno,par
tim ui ſublatis,ſuis aũt diuitijs ac honorib.elatis. Pater iteriectis aliq̃t dieb.experiri uolẽs q̃nã pa
cto filius regimẽ ſuũ ordiretur,gazophylaciũ ingreſſus,oẽs diuitias reperit breui diſſipatas tẽpo
Nouus imperator omnia dilapidat. re.Dehinc armamẽtariũ,ubi ſpolia hoſtib.adẽpta reſeruãtur,recẽſuit,et pariter uacuũ reperit.Oĩa
eĩ ſuis iã donauerat.Luſtrauit deinde camerã argẽtariã,ubi uaſa et pocula aurea atq; argentea à
principib.& regib.finitimis dono miſſa cuſtodiuntur,q̃ pariter iam diſtributa euanuerãt. Poſtre
mo ſtabulum regiorum equorũ ingreſſus inuiſit,ubi delectos & inſigniores equos nullos inue-
niens,ingemuit,& uindictam quærens, cum reliquo qui ſupererat theſauro abire inſtituit in Na
toliam ad maiorem filium, id'que per hortum quendam portui maris uicinum, ubi naues quaſ
dam ordinauerat, quibus traijceret. Priuſquam autem quæ nauibus erant neceſſaria præpara-
rentur, ſub amœniſsima conſidens arbore pyro, cœpit filium diris deuouere ac omnia aduerſa

imprecari,

imprecari,q; ſe patrẽ deſpexiſſet,& Mahometi legẽ præuaricatus fuiſſet. Zelymus intellecta fuga patris, uenit in hortũ ad patrem ueluti mœſtus, multa lamẽtatus, q; ſic clandeſtinũ moliretur abitũ,cum tamen ipſe imperij adminiſtrationẽ non expeteret,titulo cõtentus. Noli inquit pater clã egredi,noli hanc filio tuo, qui te unice diligit,inurere notã.Ego nomine, tu re ſis imperator. Finẽ uitæ tuæ patientiſsime expectabo,quæ utinã diuturna ſit.Multa deinceps blande elocutus, ut patrẽ deliniret, iuſsit afferre delicatiſsimas dapes, ſed ueneno mixtas. Quib.partũ deguſtatis, mox ſenſit ueneni tormẽta. Atque ideo abiens ultimũ uale dixit, & egreſſus urbẽ plurib. comitantibus,& ululatu plateas replentib.medio itinere à diro ſumpto ueneno occubuit. Reſtabant duo fratres profligãdi,quorũ unus habuit tres filios adoleſcentes, quos ad fratrẽ miſit,ut orationibus elegãtiſsimis patruũ placarent, ne in patrẽ fæuiret,offerentes ſua officia & patris, qui eum ut imperatorem adorabat. Crudelis aũt Zelymus mox ingenuos hos nepotes ante ſe ſtrãgulari iuſsit. Pater adoleſcentum audiens crudelẽ filiorũ ſuorũ necem,relictis ſuis dominijs mõtib.ſeſe occuluit. Sed à familiare ſuo proditus, captus eſt & ſtrangulatus.Extabat adhuc Achmath frater maior natu, qui matris conſilio edoctus,coacto exercitu in Bithyniã feſtinauit. Erat tum Zelymus in Bruſsia cũ 70. millib. militũ, ægritudinẽ ſimulans.Audito'que fratris aduentu,ſe mel atque iterũ congreditur cũ eo & in fugã uertit.Ille aũt cum eſſet obeſo corpore,tardius fugit,& ſubinde cadit ab equo. Vidẽs'q; ſibi imminere fatũ,conſedit exanguis ſuper lapidẽ,& compellans militũ præfectũ dixit ei:accipe à me hos annulos,& à fratre faciliorem mihi mortem impetra,ut inciſis uenis in balneo me mori ſinat, nõ crudeliter in me graſſetur. At Zelymus de omnib.certior factus,carnifices ſubmiſit, q ligatis in dorſo manib.per pedes in terram proſternunt, ac mox chordis collũ ſtringentes ſtrãgulant, cadauer'que currui imponũt,qui paratus nigro uelo aſtabat,ac honorifice Bruſsiam ad ſepulturã uehit.Zelymus itaque per ſummum nefas patre ueneno,fratribus ac nepotib.per uim ſublatis,imperiũ adeptus,cœpit in quoſcunq; graſſari.Hic quoque coacto magno exercitu, traiecit in Africã, & eiecto Sultano occupauit magnã Aegypti partẽ,id'que in hunc modũ.Quũ felici rerum ſucceſſu debellaſſet Perſas, cõſtituit Campſoni Alcairi Sultano bellũ inferre, qui cũ ingẽti exercitu eodẽ tempore ex Aegypto in Syriã uenerat,ut principẽ quendam partũ ſibi obſequentẽ caſtigaret, atque ut Turcarũ finibus propinquus Zelymo terrorẽ incuteret, ac experiretur an ſua autoritate res Sophi cũ ipſo Turca cõponere ualeret. Comitabãtur Sultanum 14.millia Mamaluchorũ,ac totidẽ ſubſerui, armis,equis & alijs ornamẽtis excellentes.Interea Zelymus cũ exercitu Cæſareã uenerat,ex quo loco cõmode in Perſiã mouere uel Syriã inuadere poterat.Caierbeius tamẽ,quẽ Sultanus expugnare cõſtituerat,monebat ſubinde Turcã ut in Syriã trãſiret, pollicẽs ſe à dño ſuo ad ipſum defecturũ.Cui obſequẽs Zelymus,Sultanũ ipſum aggredi decreuit.Quod cũ Campſon audiſſet, ſeipſum à Turcis tueri ſtatuit.Inter hæc Zelymus hoſtib.ſeſe oſtendẽs,Mamaluchos inuaſit.At illi in cõgreſſu uiriliter agẽtes Turcicos equites diſsiparũt.Erant præterea & aliæ tres Mamaluchorũ claſſes,quarũ uni præfuit Caierbeius proditor, & tertiã ductabat Sultanus ipſe:& cũ una æreis machinis grauiter læderetur, coacti ſunt Mamaluchi retrocedere. Videns Sultanus ſuorũ fugã,& audiẽs Caierbeij proditionẽ,perculſus dolore,ex equo inter fugiendũ cecidit,equorũq; pedib.attritus uitã finiuit.In eo cõflictu plurimi excellentes equi,nimiũ calorẽ & laborẽ ſufferre nõ ualentes,medij crepuere.Contigit enim hæc pugna 9.Calen.Septẽb.Fuerat Sultanus homo pinguis & ſenio cõfectus,annorũ ſcilicet 76. Zelymus ergo Alepũ, Amanũ ac Damaſcũ profectus,ſummo cũ gaudio,tanq; populorũ è tyrãni manib.liberator ab omnib.exceptus eſt.Mamaluchi uero oẽs,tam qui aufugerãt,q; qui maritima loca tuebãtur,Alcairi cõuenerunt ac Tomombeiũ Alexãdriæ præfectum, Sultanũ creauerunt.Is ſtatim quicqd ſeruorũ & Arabũ inuenire potuit,ſimul cõtraxit,ac Rhodũ miſit pro machinis æneis,præterea Mattareã Alcairo uicinã muniuit,relicta in Palæſtina nõ cõtemnenda militũ manu, qui hoſtiũ tranſitũ impedirent. At ubi Zelymus noui Sultani apparatũ audiuit,petere omnino Alcairũ cõſtituit, ſicq; inter eundũ Hieroſolymis



Filius patrẽ uenenũ propinat.

Tyrannus ſæuit in fratres ac nepotes.

Zelimus Aegyptum inuadit.

Turca Mamaluchos inuadit.

Sultanus lapſu moritur.

solymis hærens templũ inuisit. Princeps uero Sinamus Gazæ cum Mamaluchis cõfligens, eos fudit, atque capita eorũ barbata ad palmarũ truncos affigi curauit. Zelymus uero nõ sine labore cum exercitu ad Mattareã, ubi balsamũ nascitur, peruenit: ubi duo Mamaluchi meliorẽ fortunã quæsituri è castris Sultani ad Turcas trãsfugerunt, & omnia eius cõsilia manifestauerunt, & loca ostenderũt ubi fossæ cratib. cãneis coopertæ, quæ præcipites exciperẽt equos, latitabant. Id quod in causa fuit, ut postea Zelymus uictoria potitus sit. Magno enim circuitu ad sinistrã arrepto itinere præparatas insidias euitauit. Sultanus uidẽs cõsilia sua proditione retecta, machinas aliò traducere conatus est. Sed quũ illud efficere nequiret tam festinãter, accepit leuiores & contra Turcam profectus est. Nullibi unq̃ memoria hominũ crudelius pugnatũ est, quũ uterque princeps uitæ & imperij omnem spem in uictoria posuisset. Sultanus ipse in Zelymi ordines inuectus est. Ac prius quidẽ ex utraque parte machinæ æreæ globulos in hostes, maximis militũ acclamationibus emisere. Mox ingens Mamaluchorũ numerus Turcas circũdedit, uerum in medio maior strages est ædita, in qua fortis eunuchus Sinamus interijt. Ianizari tamen seruato ordine Mamaluchos terga dare coẽgerũt. Tomombeius ubi pugnãdo strennui militis officio functus esset, ad Alcairi portas se cõtulit, ut exercitus reliquias colligeret. Cœpit quoque hortari Mamaluchos, ut munirent urbẽ, atque in singulis uicis cõtra hostem pertinaciter pugnarent. Præterea plusquã sexies mille seruos Aethiopes manumisit, atq; ad id bellũ armauit. Factũ itaque est, ut summa diligentia dignioribus urbis locis munitis, uijs'q; omnib. intercluſis, etiã fœminæ ad hanc ultimã pugnam dispone rẽtur. Quæ cum Zelymũ non lateret, quarto post cõmissum prælium die Alcairũ ingressus est, & paulatim egregia ciuitatis loca expugnauit, sed adeo difficulter ut cruẽta illa pugna per duos dies & totidẽ noctes cum utriusque partis ingẽti strage duraverit. Tandẽ bona Mamaluchorũ pars in magnã quandam meschitã concesserunt, ubi cũ pugnando defessi etiã fame laborare cœpissent, sese Turcis dediderunt, quos Zelymus oẽs in carcerem missos decollari iussit. Tomombeius trans Nilũ profectus, ad instaurandũ bellum & Arabũ duces ad se uocare sategit. Octauo inde Calen. Feb. anni 1517. Alcairi arcẽ ingressus est Zelymus, quæ in colle haud admodũ eminẽti sita, deauratis pictis'q; ædificijs, fontib. hortis ac plateis, miro artificio pulchrior q̃ muris munitior est. Nec multo post Zelymus è nauib. pontem supra Nilũ construxit ut Tomombeiũ & eius exercitũ adoriretur. At Tomombeius cum instaurata sæpius maximis uirib. pugna impetũ Ianizarorũ diutius sustinere nõ posset, aduersam fortunã execratus, rebus suis fuga cõsuluit. Zelymus aũt ubi Tomombeiũ cum paucis aufugisse accepit, quosdã qui regionem norant, ad eum insequendũ misit. In palude ergo inter cãnas & iuncos pectoretenus in aqua latitãs inuẽtus, ad Zelymũ perductus est. Zelymus aũt adhibitis torturis hominẽ uexauit ut quonã in loco thesauri Cãpsonis prædecessoris sui essent, ex ipso agnosceret. At Tomõbeius incredibili quadã animi cõstantia nihil unq̃ indicauit. Vnde Zelymus eũ mulæ insidentẽ atq; annexũ gutturi laqueũ habentẽ per totã urbẽ duci, ac demũ suspendi iussit, omnib crudele hoc spectaculũ deplorantibus. Sublatis his duob. Sultanis unà cũ omnib. Mamaluchis, prouinciæ oẽs etiã quæ in extrema sinus Arabici parte sitæ sũt, Turcis sese dedidere. Et Zelymus q̃dẽ Caierbeio, q̃ditori, q̃uinciæ administrationẽ cõcessit, reuersusq; Cõstantinopolim ulcus in renib. cõtraxit, quod canceris in morẽ serpens tyrannũ extinxit anno ætatis 46. anno aũt salutis 1520. post quã regnauerat annis octo.

Tomombeius Sultanus resistit Turcæ.

Alcairum à Turca expugnatur.

Arx Alcairi.

Sultanus interficitur.

Solymãnus Othomannus II. Turcarũ imp.

RElinquit Zelymus post se filiũ unicũ Solymannũ nomine, q̃ patri mortuo suffectus est in imperio, & Christianis multa intulit dãna. Videbatur quidẽ à principio esse agnus mitis, q̃ rabido leoni successerit, cũ iuuenis rerũ imperitus ac natura, ut putabatur, q̃etissimus esset, q̃ tamẽ falsa opinio multos fefellit, p̃sertim duces illos q̃s p̃fectos in Aegypto cõstituerat, q̃ post mortẽ Zelymi aliũ deliberauerãt facere Sultanũ, nẽpe Caierbeiũ p̃fectũ Alcairi. Qui aliorũ ducũ uerbis fidẽ minime habens, Solymannũ eius rei admonuit. Vnde factũ est, ut Solymãnus huius tragœdiæ autores oẽs interfici curauerit, p̃sertim Gazellem Syriæ p̃fectũ. Post hæc quorundã hortatu instituit aggredi Belgradũ. Administrauit tũc Vngariæ regnũ absq; militari gloria Ludouicus rex, iuuenis haud admodũ ingeniosus, atq; ob ætatem adhuc rerũ imperitus. Hũc regni principes atq; ecclesiarũ auari p̃sules expilandũ sibi, q̃posuerãt, adeò ut nihil ipse p̃ter regiũ nomẽ possideret, id q̃d causa extitit, quo minus colligi exercitus cõtra Turcas illico potuerit. Hinc Solymãnus nullo impediẽte cõmoditatẽ nactus, subterraneis cuniculis, æreis machinis atq; alijs huiusmodi bellicis instrumẽtis, paucis è suis amissis, Belgradũ ex

Turca obsidet Belgradum.

pugnauit,

pugnauit,qđ quidē nō tantū Vngariæ, ſed totius Chriſtianitatis ppugnaculū erat, quēadmodū infortunia,q̄ poſtea inſecuta ſunt, manifeſte oſtēderunt. Facta eſt aūt hæc expugnatio anno 1521. Cum'q; tyrānus poſt eā uictoriā per integrū annū quieuiſſet, generoſa quadā prōptitudine contra Rhodū arma ſumpſit. Venit autē ſub Iunij mēſis fīnē cū 400. manib. ac 200. Turcarū millib. atq; æreis quāplurimis machinis, qbus ſup duos mōtes diſpoſitis, oēm defendēdæ urbis cōmoditatē abſtulit. Hos autē mōtes ipſi Turcæ conſtruxerant terra ſpacio duorū à ciuitate milliariorū ligonib. atq; eius generis inſtrumētis cōtra urbis foſſas proiecta, & in eam altitudinē coacerua-ta. Philippus aūt Villadamus, Gallus, Rhodienſiū eqtum magiſter, nihil cū ſuis q̄d ad defenden dam ciuitatē ptinebat p̄termiſit. Machinis æreis tātum damnū intulit Turcis, ut foſſæ urbis Turcarum cadauerib. replerētur. Neq; tamē propterea Solymānus oppugnationē unq̄ remiſit, q̄uis etiā 30. milia dyſenteriæ morbo iam perijſſent. Tandē deiectis turrib. ac mœnib. demolitis p ſub terraneos cuniculos Turcæ urbis extremas partes occupauerūt, unde paulatim ſemper ulterius progredientes Chriſtianos cedere ac nouis ſubinde, ppugnaculis, utut poterāt ſe tueri cōpellebāt. Præterea machinæ quædā æreæ, quas mortarios uocāt, globos q ulnæ diametrū habebāt, emittentes, urbis q; interiorē partē impetentes, tecta ac pauimenta domorū uſq; ad terrā cum maximo omniū terrore perforabāt. Iā'q; aliq̄t mēſes ab incœpta obſidione p̄terierāt, et nihilominus Rhodijs adhuc nemo ſuppetias tulit. Quamobrem Rhodij omni ſpe deſtituti, Villadamo autore ſeſe Turcæ dediderunt, cū illo tamē prius pacti, ut & uiuere & res, pprias poſsidere, dēptis æreis machinis, unicuiq; cōcederet: quas cōuētiones Solymānus humaniter & religioſe ſeruauit. Sic'q; Solymānus maxima cū ſua gloria & Chriſtianorū oīm̄ ſūmo uituperio Rhodū, q̄ ſibi ueluti mole ſta ſudes in oculo fuerat, 6 mēſe ab eo quo ipſam oppugnare cœperat, occupauit. Fecit tyrānus multos uiolētos impetus in ciuitatē, nō ſine magna ſuorū iactura, præſertim in 4. impetu aggreſſus eſt ſimul in quinq; locis urbē, obtinuit'q; propugnaculū unū, & illico 40. ſigna erexit in eo. Rhodienſes tamē tam egregie ſeſe hoſti oppoſuerunt, ut in illo impetu circiter 20. millia, igne, gladio, lapidib. et telis interfecerint. Poſtea anno poſt Chriſtū natū 1526. Solymānus Vngaris bellū indixit. Cū'q; Belgradū ueniſſet, Ludouicus infelix rex, omni Chriſtianorū auxilio deſtitutus, hoſti obuiam ire conſtituit, quadā potius fatali neceſsitate q̄ aut belli ratione, aut ſpe uictoriæ ductus. Si aliquantulū expectaſſet, minus damni accepiſſet, quia Io. Vaiuoda cum quāplurimis militibus aſſuetis pugnare cum Turcis, quotidie expectabatur. Sed Paulus Cellocenſis archiepiſcopus monachus Franciſcanus, uir manibus promptus, at ingenio nimium audaci, conſilia omnia pugnæ auiditate interturbauit. Summa totius Vngarici exercitus non niſi 24. millia hominum in pedites equites'q; diſtinctorū continebat. Qui quidē cum Mogaciū inter Budam ac Belgradum peruenissent, anteriorē Turcici exercitus partem haud procul abeſſe conſpexerunt. Vigiati milia equitū erāt, qui planiciē importunis et moleſtis excurſionibus ac leuib. pugnis ſine intermiſsione infeſtabant. Vngari uero inter curruū ſepta neceſsitate ſic cogēte clauſi, ne aquatum quidē equos ducere ad Danubiū poterant, ſed puteos ad aquā inueniendā excauare eos oportebat. Interea Solymānus cum reliquo exercitu ſe ſuis adiunxit. Aciebus'q; utrinque ordinatis, in ipſo conferendarū manuum initio, Turcæ bis machinas æreas globulis in hoſtē eiectis exonerarunt, ſed uix noſtrorū lanceas fruſtraneis ictibus attigerunt. Creditū eſt id cōſulto fuiſſe factum, propterea q̄ Chriſtiani ſunt ij, quorū opera ea in re Turca utitur. Equitatus deinde Turcicus in Vngaros immiſſus eſt, quo acriter à fronte pugnāte, turma itidem Turcicorū equitum currus à tergo inuaſit. Cūq; ijs ſuccurrere neceſſe eſſet, equites qui in regis præſidiū in omnem fortunæ euentū ſeruabantur, eo miſsi ſunt. Interea uero archiepiſcopus multitudine pugnātium Turcarū oppreſſus, interfectus eſt unà cum Strigonio et Varadino præſulibus, quāplurimis'q; nobilibus. Sed & ipſe infelix rex deſtinato antea præſidio deſtitutus, euadere minime potuit. Erenim inter fugiendū in paluſtrem quandā foueam deſcendit, ex qua quū emergere aſcendendo conaretur, ab equo, qui in terga in paludem obuerſa decidit, oppreſſus eſt. Et quia grauioribus armis indutus erat, ſubtrahere ſeſe ex equo non ualuit, ſic'que tandem coactus eſt ibidem miſerrime uitam finire. Solimannus ſtulticiam regis uehementer admiratus eſt, qui ducentis hominum millibus cum tam paruo exercitu obuius factus eſt. Mox Budam profectus, urbis arcem his ſe conditionibus dedentem, ut & homines & res priuatæ incolumes ſeruarentur, benigne accepit, ac firmiter conuentionibus ſtetit. Alij tamen ſecus de hac re ſcribunt. Duas deinde ſtatuas æreas per probatiſsimos olim artifices Matthiæ regis iuſsu fabrefactas, Conſtantinopolim duci ac ſuper baſes è marmore conſtructas, ueluti uictoriæ trophæum in foro erigi curauit. Et pugna

Rhodus à Turca oppugnatur.

Machinæ igniuomæ.

Rhodij dedūt ſeſe Turcis.

Turca Vngariam inuadit.

Congreſſus Turcarū & Chriſtianorū.

Rex Vngariæ perit in palude.


quidē hæc anno 1526. 4. Calen. Septem. facta eſt. Mortuo Ludouico, Ferdinādus Auſtriæ dux in regem Vngariæ eligitur, & eodem anno contra Iohannem Vaiuodam comitem mouit, & multas arces ac oppida oppugnauit. In eo exercitu Caſimirus marchio à Brandenburg ſupremus fuit dux, nec diu poſt uixit. Anno 1529. Ferdinādus multa ſibi prius à Turcis Vngariæ loca adēpta recepit, et hoſtē ſuum Io. Vaiuodā, qui ad ſe regni iura pertinere aiebat, fugere coēgit. Hic ſe uictū & expulſum inique ferens, Turcæ implorat fidem. Viſa eſt huius cauſa Turcæ ſatis digna quā totis uirib. tueretur. Itaque cum ualidis exercitib. in Vngariā regreſſus, quæ non multo ante Ferdinādus recuperauerat, omnia rurſus expugnat. Fecit 11. impetus contra arcem Budenſem, nec potuit illam expugnare, donec obſeſſi uictualiū penuria coacti ſeſe tyrāno dediderūt, à quo & ferè oēs fuerunt trucidati. Recuperata aūt Buda, caſtra mouit in Auſtriā, & ui ſua omnia proculcat, edita'que ſunt eius iuſſu in Chriſtianos multa crudelitatis exēpla. Aliį enim luminib. ſunt priuati, his manus, illis aures & nares præciſæ, horū filiįs uirilia adempta, corruptæ uirgines, matronis māmæ mutilatæ, prægnantib. exectus uterus, flāmis conſumpti partus. His patratis Viennam Auſtriæ urbē celebrem gratū obſidione adortus eſt, 6. Calen. Octob. Fama eſt eum 200. & 50. millia armatorū ſub ſignis habuiſſe. Obſidionis initio, quoſdam captos Turca remiſit Viennam, nunciaturos ſuis, maximo & terrifico armorū apparatu ac uirib. aduenīſſe hoſtem. Si deditionem facere ultro uellent, ab omni iniuria temperaturū, contrà ferro & ígni ad unum omnes interituros, ſi pergerent obſidentis curſum impedire. Vbi uero ſe cōtemni uidet, totus in ciuitatē fremit, tormentorum crebris ictibus, muro locis aliquot diſturbato, ſuos urbem inuadere iubet. Atrociter ergo militib. murum adorientibus fit magnū certamen, ſed Turcis magis cruentū. Ad hunc modum ſemel & iterū tentari noſtri, multos è Turcis orco demiſerunt tertio idus Octob. Idem factum eſt in tertia oppugnatione. Poſtrema oppugnatiōe tot labores deſudati, tantū ſanguinis fuſum, tanta eſt edita Turcarū cædes, ut qui metu noſtrorū ſtrenue pugnantiū ceſſerant, nullis poſtea potuerunt cōminationibus adigi ut recurrerent. Vicies, ut fertur, hoſtis ſubijt muros, uicies cum ingenti ſtrage à mœnib. repulſus Dei uirtute & fide atque defenſione illuſtriſs. principis Philippi comitis Palatini &c. Turcarū imperator poſt multos irritos conatus, ſpe potiundæ urbis abiecta, ad idus Octob. exercitū abduxit, 60. hominum millib. & amplius in oppugnatione amiſsis. Aliį ſignant multo minorē numerum. Anno 1531. agente Aquiſgrani à coronatione Ferdinādo rege, tum ratus Turca ueniſſe tempus quo rem Chriſtianā uel modico conatu affligeret, in Vngariā recurrit, Viennam iterū tentare uolebat, ſed Carolus & Ferdinādus fratres cum ad ſuos ſcripſiſſent, ut uiderent, ne maius aliquod detrimentū Chriſtiana reſpub. pateretur, duces caſtra caſtris cōtulerunt, cum hoſte in aciem deſcenderunt: fuit id felix prælium, copiarum Solymāni parte multo maxima aut capta aut cæſa. Anno Chriſti 1541. Solymānus occupauit in Morea ciuitates aliquot, quas Veneti adhuc reſiduas habebāt. Mortuus eſt quoque eodē anno Io. Vaiuoda, & rediēs Turca in Vngariā, occiſis multis Chriſtianis, rurſum ſubegit Budā & Peſtū, impoſuit'que præſidia fortiſsima. Sequēti anno nempe 1542. miſerūt principes & ciuitates imperiales magnas copias ſub duce Ioachimo Brandēburgenſi in Vngariā, ſed infecto negocio rurſum diſceſſerunt. Anno 1543. cū Cæſar Carolus & Franciſcus Gallus mutuis armis ſe laceſcerent, Turca interim occupauit Strigoniū & Albam regalem, præclaras Vngariæ ciuitates.

Ferdinandus fit rex Vngariæ.

Arx Budenſis deditur.

Vienna Auſtriæ à Turca obſidetur.

Fides Philippi principis Palatini.



De militia & moribus domeſticis Turcarum.

NIhil eſt quod in Turcica gente magis mirari poſſis, q̄ celeritatem in agendis, conſtātiam in periculis & obſeruationem imperij. Nam profunda & uorticoſa tranant flumina, abruptos ſuperant mōtes, iuſsi per æqua & iniqua eunt præcipites, non uitæ ſed imperij memores, perpetiendiq̄ tolerantiſſimi. Nulla ibi ſeditio, nullus tumultus, fremitu non clamore utuntur in prælio, in caſtris noctu tam pertinax ſilentium,

ſilentium,ut patiãtur captiuos dilabi,ne tumultus excitetur aliquis. Hi ex omniũ mortalium numero ſcribũtur hodie legitime militare,ut nemini mirũ uideri poſsit,quid ſit ꝙ res eorum tãtum in hunc diem creuere, quantũ ducenteſimo abhinc anno nullius alterius gentis, poſsit'que uere dici eſſe id genus hominũ inuictum,niſi aut lue, aut peſte aliqua teterrima aut domeſtica diſcordia uincantur. Veſtitus quo milites utuntur,honeſtus eſt, nihil indecentiæ habens. In ſellis ac frenis nulla curioſitas ac ſuperfluitas eſt. Armis indutus eorũ nemo incedit, niſi quũ pugna inſtat. Arma poſt eos in ſarcinis deferuntur. Vexillis nõ utuntur ſed lanceis,ex quarũ ſummitate quædam diuerſicoloria fila dependũt,per quæ ſinguli ducum à ſuis internoſci ualeant. Tympano tamen & fiſtulis ad conuocandũ concitandum'ꝙ ad pugnam utuntur. Pro militibus in omnibus congregationibus & cõuiuijs orant,ſed multo magis pro cõmuni patriæ cauſa cæſis, felices beatos'que eos appellãtes, ꝙ non domi inter coniugũ filiorum'ꝙ lamentationes obierunt, ſed foris inter hoſtiũ fremitus haſtarũ'ꝙ fragorem. Maiorũ ſuorum uictorias deſcribũt, deſcriptas cantãt & extollunt:multũ enim militũ animos per hoc excitari exiſtimãt. Picturas & imaginũ ſculpturas ſic abhorrẽt & deteſtãtur ut Chriſtianos idololatras uocitent. Campanarũ apud eos uſus nullus,nec etiam Chriſtianos inter eos habitãtes habere ac uti permittũt. Pro pecunia aut aliqua alia re nõ ludunt,ludere repertos ignominijs multis & probris afficiũt & proſequũtur. Ad ſedendũ ſcamnũ,ſedile aut aliud fulcimentũ nemo cuiuſcunq; dignitatis cõditionis'ue exiſtat,requirit,ſed decentiſsima quadã & membrorũ & ueſtium cõpoſitione ſuper terram puerorũ more recũbit. Menſa ſuper quã ueſcuntur,ut plurimũ è corio bubulo parata eſt aut ceruino nõ cõcinnato & huc hirſuto,rotunditatẽ habens .. uel .. palmarũ latitudinis,circulos multos per circuitũ inſutos ferreos,qbus cum corrigiæ inductæ ſunt inſtar burſæ clauditur,expãditur & portatur. Domũ,ecclesiam aut aliũ locum in quo ſedendũ eſt, niſi diſcalceatus nemo intrat, quũ inhoneſtũ indecorum'q; ualde habeatur, ut calceatus quis ſedeat, quare calceamento quodã utuntur, quod facile & deponi poteſt & recipi. Locus in quo uel domi uel in eccleſijs ſedetur,ſtratus tapetibus uel laneis uel ſcirpeis eſt,habẽtur quoque interdũ propter locorũ humiditatẽ et immundiciã tabulata. Veſtimẽtis utuntur tam uiri q̃ fœminæ ſatis largis & longis, in anteriori parte apertis,quo honeſtius curuati,naturæ opus perficere cælare'ꝙ poſsint. Multũ em̃ in egeſtione cauetur,ne meridiẽ uerſus,quo orãtes ſe uertere ſolent,faciẽ uertant. Multum etiã cauent,ne ab hoie quopiã conſpecti,turpitudinẽ ſuam oſtendãt. Curuati quẽadmodũ apud nos mulieres micturiunt. Nam ſi ſtando quiſpiã mingeret,pro ſtulto aut hæretico ab omnib. haberetur. A uino,quoniã peccati & oĩs immundiciei ſeminariũ ſit,ex lege abſtinẽt,uuas tamẽ comedunt,et muſtũ potãt. Abſtinẽt ſe ꝙq; à carne & ſanguine ſuillo,necnõ ab omni morticino,reliqs comeſtibilib.cunctis ueſcentes.

Turci legitime pugnant.

Picturæ execrabiles.

Menſa.

Egeſtio honeſta.



De adminiſtratione imperij Turcarum.

OMnia regna Turcæ ſubiecta diuidũtur in duas nationes: una appellatur Natolia,et altera Romania. Natoliã uocant omnes prouincias & terras ultra Helleſpontũ ad ortum ſolis poſitas,ut ſunt,Bithynia,minor Aſia,Cilicia,Phrigia,Galatia,Pamphilia, Cappadocia, Paphlagonia & Caria,una cum quatuor inſulis,Aeolia,Ionia,Lesbo & Smirna. Inueniutur autem in Natolia undecim diuerſæ linguæ, nẽpe Græca, Italica, Scythica, Armeniaca, Vualachica, Rutenica & cætera. Præcipuæ urbes huius nationis, in quibus præfecti regionum habitant, ut ſunt Burſa ſeu Pruſia in Bithynia, Amaſia, Trapeſuntium, Capha, Domuſli, Sarchaut, (Cæſaræa,) Karaman,Langumi,Kermen, Enguri, Engheri, Cutheia, & cætera. Romania uero

Natolia.

Romania.

uero altera natio, complectitur Daciam ſiue Seruiam, Thraciam, Dardaniam, Achaiam, Peloponneſum, Acarnaniam, Macedoniam, Epirum, Raſciam & partē Sclauoniæ. In his regionibus habet Turca præfectos uiginti quinque, qui habitant in ciuitatibus inſignioribus, quarum nomina ſunt, Kilia, Nicopoglia, Callipolis in Cherſoneſo, Seres, Salonica quæ eſt Theſſalonica: item Nigropontus, Morea, Boſna &c. Omnibus his Præfectis dominantur duo principes, unus in Aſia ſiue Natolia, & alter in Europa ſeu Romania, quos uocāt Baſſas & Beglerbegh, & hi ſummam habent poſt imperatorem poteſtatem. Habent quoque utrinque numeroſam militiam, in qua uarij ſunt gradus militum, qui omni momento parati ſunt ad bellum.

Baſſæ.

Quid Turcæ credant, & quomodo deum colant.

Corporis mūdicia.

TVrcæ unum cōfitentur deum, qui nullum ſibi uel ſimilem habeat uel æqualem, cuius propheta fidelis Mahumetes fit. Quinquies in die orant, faciebus ad meridiem uerſis, & hoc antequam faciant, perfectiſsimam corporis mundiciam habere curant, culum, uerettrum, manus, brachia, os, aures, nares, oculos, capillos, ad ultimum pedes etiam de centiſsime lauantes, præſertim poſt coitum & egeſtionem, niſi ægrotauerint, uel in itinere fuerint. Si uero aqua eis ad hoc deſit, quod tamen raro aut uix contingere poteſt, quod in omnibus ciuitatibus continua balnea ad hoc habeantur, pulueri mundæ & recentes terræ perficiunt. In quolibet anno menſem integrum & hebdomadā ſtrictiſsime ieiunant, interdiu nec comedentes nec bibentes quicquam, nec etiam ſe mulieribus commiſcentes, poſt ſolis autem occaſum ad uſque ſequentis diei exortum cibis, potibus ac ueneri ad placitum indulgent. In fine ieiunij paſcha celebrant in memoriam arietis Abrahæ oſtenſi in ſacrificium filij loco, noctis' que cuiuſdam in qua Alcoranum de cœlo datum exiſtimant. Semel quotannis etiam ad domum dei, quæ in Mecha eſt, ire Saraceni debent, propter annuos honores Mahumeto perſoluendos, cuius ſepulchrum ibi obſeruatur. Sacerdotes eorum à communi populo nō multum differunt, nec à priuatis edibus eccleſiæ. Alcoranum ſcire ſufficit, & quæ ad orationem cultum' que legis pertinent: meditationibus literarum' que ſtudijs minime uacant. Non enim eccleſiarū aut animarum aliqua cura occupantur: ſacramenta non habent, reliquiarū, ſacrorum uaſorum & altarium nulla obſeruatio ſed uxoribus, liberis ac cæteræ familiæ intenti, agriculturæ, mercaturæ, uenationi et ſimilibus ſtudijs quibus uictus quæritur, & uita ſuſtentatur, quemadmodum laici cæteri' que, incumbunt. A ſeruitute & exactionibus immunes ſunt. Honoris plurimum ab omnibus percipiunt, ut qui legis ceremonias ſciant, eccleſijs præſideant, & alios docere poſsint. Gymnaſia multa habent, in quibus ciuiles leges à regibus latæ pro regni adminiſtratione defenſione' que plurimi docentur, quorum deinde quidam eccleſiaſticis, quidam ſecularibus officijs præficiuntur. Sunt etiam in ea ſecta multi & uarij religioſi, quorum quidam in nemoribus & ſolitudinibus uitā uillatim ducentes, hominum commertia effugiunt, quidam in ciuitatibus hoſpitalitatem exercentes, peregrinos pauperes ad hoſpitia ſaltem recipiunt, ſi non habeāt quo reficere poſsint, exmendicitate enim & ipſi uiuunt. Alij per ciuitates uagantes in utribus quibuſdam bonam & ſemper recentem aquam portant, quam cuique petenti bibendam ultro offerunt. Pro quo pietatis officio, ſi quid ipſis porrigitur, accipiunt. Cupiunt nihil, tantam' que religionis oſtentationem in dictis & factis, in morib. & geſtu præ ſe ferunt, ut non homines ſed angeli credi poſsint, uſqueadeo ludificantur hominum oculos. Diem Veneris Turcæ ab omni labore feriati tanto ſtudio & religione colunt quanta nos Dominicā, aut quanta Iudæi ſabbatum. In ſingulis ciuitatibus eccleſia una principalis eſt, in qua eo die poſt meridiem conueniunt omnes, atque oratione ſolēniter facta, fit prædicatio.

Ieiunium.

Domus dei in Mecha.


Sacerdotum officium.

Gymnaſia Turcarū.

Monachi.

De templis Turcarum & ceremonijs.


HAbēt Turcæ templa ampla & ſumptuoſa, ipſorū lingua Meſchit appellata, in qbus nullas prorſus habēt imagines, ſed ſcriptū paſsim inuenitur, Nō eſt deus niſi unus. Mahumet aūt, ppheta eius, creator uns & ppheræ æquales: itē'q;, Nō eſt fortis ſicut deus. Deinde conſpicitur magna abundātia lampadū ardentiū oleo, torū templū dealbatū, pauimentū ſtoreis ſtratū, ac deſuper tapetis ornatū. Circa templū eſt turris alta, quā eorū ſacerdos tempore orationis aſcendens, uoce alta digitis in aures inſertis, hæc uerba ſua lingua ter repetit,



repetit, Deus uerus unus. Audito clamore conueniunt in templum nobiles & ocioſi, tantum deuotioni aſtricti, & ſacerdos orat cũ illis, id'q; ex officio facere debet quinquies inter diẽ & noctẽ. Et q ueniunt ad orationẽ, debẽt abluere manus, pedes & pudibunda, deinde exutis calceamentis & ante ianuam relictis, alij nudis pedibus, alij mundis calceamentis pedibus inductis introeũt. Fœminæ quoque ſeorſum in certo & prorſus abſtruſo uerſantur loco, à uirorum conſpectu & auditu ſeparato, licet rarius frequentent templũ. Inter orandum autẽ corpus continuo agitatu & uociferationib. mire affligunt, ut ſæpius uirib. & animo deficiãt. Chriſtianũ eorũ ſacris intereſſe nefariũ putant, credẽtes ab hominib. illotis ſua tẽpla cõtamina ri. Ibi ſacerdos illorũ ſuggeſtũ aſcendit, & ad duas circiter horas concionatur, peracto'que ſermone aſcẽdunt duo pueri, qui cantãdo ſuas preces pronunciãt. Deinde incipit ſacerdos cũ toto populo ſubmiſſa uoce cãtare, quaſiſãdo corpus in latus, nihil aliud p̃ter hæc uerba: Nõ eſt niſi unus deus. Habẽt etiã diẽ Iouis, p̃ die feſtiuo, tameſi dies Veneris religioſiſsime colatur, q̃ credant Mahumetem illa die natum.

Cõtiones Turcarum.

Quid Turcæ ſentiant de futuro ſeculo.



TVrcæ Mahumeto legibus'q; ipſius tãtum tribuunt, ut illas ſeruantibus æternã beatitudinem certiſsime promittant, paradiſum uidelicet delitiarum, hortum dulcibus & amœniſsimis aquis quaq; uerſum irriguũ, ſub puro et temperato cœlo cõſtitutum, in quo quicqd uelint, habituri ſint, omnium ferculorũ genera ad ſaturitatẽ, ſerica atque purpurea indumenta, adoleſcentulas ad nutum ſpecioſas cum aureis argenteis'que uaſis, angelos pincernarũ more in aureis lac, in argenteis uina rubea ubertim propinantes miniſtros. Contrà non ſeruantibus infernum cõminãtur, interitũ q; ſempiternũ. Hoc etiã credũt q; quãtiſcũq; qs criminib ſit obnoxius, ſi morituru tãtũ deo credat & Mahumeto, ſaluus fiat. Quorundã religioſorũ opinio eſt, legẽ nihil, pdeſſe, ſed gratiam dei qua hominẽ ſaluari oportet, q̃ ſine merito & lege ſufficiens eſt ad aſſequendũ ſalutẽ. Alij ſunt quaſi ſucceſſores, pphetarũ & patrũ, allegãtes patrũ traditiones, aſſerentes hoĩes per meritũ ſaluari ſine gratia & lege, intenti orationib. uigilijs & meditationib. Sunt deinde alij, q aſſerunt quenq̃ in ſua lege ſaluari à deo data, cum tales æquè bonæ ſint ſeruantib. nec una ſit alteri p̃ferenda. Sic ergo ubi Chriſtus nõ eſt, fluctuat incõſtans mens ad diuerſa, id qd & inter Chriſtianos uidemus fieri, nẽpe apud eos qui alibi q̃ apud ſolũ ſaluatorẽ ſalutem quærunt.

Paradiſus Turcarum.

Opiniones uariæ de ſalute.

De ieiunio & cibis Turcarum.

DIximus iam, Turcas ieiunare unum menſem & unam hebdomadam ſingulis annis, ſed non ſemper hoc uno & eodem mẽſe obſeruant. Nam ſi iſto anno ieiunauerint p Ianuarium, ſequenti anno uſurpant Februarium, tertio Martium, & ita conſequenter. Et quum ieiunant, tota die nihil guſtãt, ne panem quidem aut aquam. Deinde uiſa ſtella, licet illis omnia manducare, præter ſuffocatum & porcinas carnes. Poſſident uineta, fructu'que eius uarie utuntur. Chriſtiani uinum confriciunt, & Turcæ mel, & uuas paſſas ita medicantur,

Potus Turcarum.

Potus Turcarum.

cantur,ut ſemper & uiſu & guſtu recentes appareant. Triplex illis potus,primus ex ſaccaro aut melle aqua diluto.Secũdus ex uuis paſsis detractis acinis in aqua decoctis, additur deinde aqua roſacea & aliquantulũ ueri mellis. Tertius fit ex uino bene decocto,ſpeciẽ'que mellis præ ſe fert guſtu & uiſu. Diluitur aqua,& datur ſeruis ad bibendũ. Cum manducandum eſt,ſubiiciunt ſto reas, deinde inſternunt tapetia aut puluinaria,alij in nuda humo diſcumbunt. Menſa illorum ex corio fit,ut ſuprà quoque memorauimus, explicatur & cõtrahitur ut marſupium.Non aſsident noſtrorum more,nec diſcumbunt ueterum ritu,ut cubito innitantur,ſed decuſſatim pedibus inter ſe complicatis more ſartorum,antequã cibum ſumant oratio præmittitur. Raptim & uoraciter comedunt,magnó que ſilentio,interim omnes uxores in abdito tenent. Captiuæ non habent licentiam egrediendi foras niſi cum mulieribus Turcarum,quum uadunt in balnea lauatum,uel alió extra urbem recreationis cauſa in hortos & uineas,ſed ſemper in domibus latitãtes operantur,nec permittitur illis conuerſari cum captiuis ſeruis.

Comedunt in terra.

De circumciſione Turcarum.

VTuntur Turcæ circumciſione nõ octaua die more Iudæorum,ſed quàm primum natus ſeptimum aut octauum annum exegerit ſermonis iam peritus,id'que ipſis myſterium eſt propter uerba confeſsionis, quæ ante circumciſionem requirũtur. Nec puer ob id defertur in templum,ſed in domibus parentum circumciditur. Conuocantur autem amici ad conuiuiũ precioſum,& paſsim apud ditiores cæditur bos,& in hunc excoriatum & exenteratum includunt ouem, in qua gallinam,& in illa ouũ, quæ omnia integre aſſantur ad ſplendorẽ illius diei. Deinde inter epulas tẽpuſcq cœnæ additur puer circũcidẽdus,cuius glandẽ medicus retegit,& replicatã pellem forcipulis apprehẽdit:deinde quo metũ adimat puero,ait ſe in proximũ diẽ circũciſionẽ peractu rum, interim uero ex improuiſo præputiũ abſcindit, uulneri parũ ſalis apponẽs. Nec in die circũciſionis indunt pueris nomina, ſed ipſo die natali quo in lucem edũtur. Cõtinuato aũt trium dierum numero,circũciſus ducitur in balneũ cum maxima põpa. Cum redit domũ, ducitur p cõuiuas,q parata illi munera offerunt, alij ueſtes ſericeas,alij ſcyphos argenteos,alij pecunias uel etiã equos. Si autem ex Chriſtianis quiſpiã ſua ſponte cõfeſſo Mahumeto circumcidi ſe patiatur,quod ſæpe contingit propter graue iugum & onus tributi,talis ducitur per omnes uicos atque plateas ciuitatis ſummo cum honore & gaudio populi ſonantium tympana:ipſi q̃que dãtur munuſcula,poſtea immunis efficitur à ſolutione tributi. Turcæ tamen neminẽ cogunt ad abnegationẽ ſuæ religionis,tametſi ipſis in Alcorano imperetur exterminare contradictores. Vnde fit q̃ tã multæ et uariæ ſectæ populorũ inter Turcas inueniũtur, q oẽs peculiari ritu peragunt dei cultũ. Sacerdotes illorũ parũ differũt à laicis,nec magna in ipſis doctrina requritur. Satis erit,ſi Alcoranũ legere nouerint. Illi aũt qui etiã interpretari ſecundũ textũ nouerint,peritiſsimi habẽtur,quoniã nõ uulgari lingua Turcica, ſed Arabica à Mahumeto ſunt tradita,q̃d nefas eſſe putãt,ſi uulgari lingua interpretata deſcriberẽtur. Stipendiũ à rege pro labore accipiunt. Vxores habent & habitũ ut ſeculares. Si ſtipendiũ nõ ſufficiet,ꝓpter multitudinẽ liberorũ, mechanica tractãt ac libero etiã homine digna attingũt. Sũt tamẽ liberi ab exactionib.& aliis oneribus,honorãturq̃ à plebeis. Habent monachos uarios, q ſub ſpecie religionis habitãt in ſyluis & deſertis, fugiẽtes cõſortiũ hominũ. Et quidã eorũ nihil proprij habẽt, incedũt quaſi nudi præter pudẽda pellib. ouinis tecta, exigẽtes eleemoſynã tam à Chriſtianis quàm à Turcis uagantes per terras. Quidam raro egrediuntur, ſed manent in

Conuiuiũ paratur in circũciſione.



Munera offeruntur circũciſo.

Circumciſio Chriſtianorũ inter Turcas.





in templis,habentes in angulis templorum tuguriola, ſine calceamentis,ueſtimento,diſcooperto capite,nihil geſtantes præter unam camiſiam, multis diebus ieiuni, orantes ut deus ipſis futura reuelet,quos rex Turcarum bellum moturus conſulere ſolet.

Qualis iuſticiæ executio apud Turcas,qualia coniugia & qualis ueſtitus atq; uictus.

TVrcæ iuſtitiæ ſtrenuiſsimi ſunt exactores.Nam qui hominis ſanguinẽ fuderit,pari pœna ſemper plectitur.In adulterio deprehenſus cũ adultera,abſque miſericordia & abſque mora lapidatur.Eſt etiã fornicarijs ſua pœna expreſſa.Octingentos enim flagellictus ſeu uerbera tolerare debet, qui deprehenſus fuerit. Fur prima & ſecunda uice deprehenſus totidẽ ictib.flagellatur: tertia manu truncatur:quarta,pede.Qui damnũ alicui infert, precio æſtimato ſatisfacere cõpellitur. Teſtes nullos niſi ualde idoneas probatas q̃p perſonas,& q̃bus ſine iuramẽto credi poſsit,admittũt. Extra matrimoniũ nemini q̃ ad prouectã ætatẽ iam peruenerit,uitã agere licet.Vxores aũt ducere legitimas 4.poſſunt,& demptis matrib. & ſororib.quaſcũq; uolunt,nulla ſanguinis habita ratione,illegitimas uero quotq̃t placuerint & enutrire ualeãt.Filij tam ex his q̃ ex illis ſuſcepti, hæredes in patris bonis æqualiter habẽtur, hoc tamẽ ſeruato,q̃p duæ filiæ uni filio coæquẽtur. Cõiuges duas aut plures nõ in una domo, nec etiã in una ciuitate habẽt,ob iuges cõtentiones earũ atq; inquietudines, ſed in ſingulis ciuitatib.ſingulas.Libertatẽ uiri eas tertio repudiãdi habent,tertio itẽ recipiendi.Repudiatæ uero à quo uiro ſuſcipiantur,ſi lubet permanere poſſunt.Hæ in ueſtitu honeſtiſsimæ ſunt.In capite mitris utuntur,



uelis ipſis ſuper poſitis, ita ut decẽter hac inuolutæ, una ueli extremitas à dextra aut ſiniſtra capitis parte dependeat,qua ſi domũ exire uel in domo in uirorũ conſpectũ prodire debeãt,ſine mora totã faciẽ præter oculos uelare poſsint.Nunq̃ audet fœmina in uirorũ congregatione appare re,forũ adire,uẽdere aliq̃d aut emere. In eccleſia mulieres habent locũ à uiris ſeparatũ & adeo occluſum, ut nemo introſpicere poſsit, nec aliquo modo intrare.Quẽ tamen non oẽs ſed magnatũ ſolũ uxores & nunq̃ aliàs q̃ die Veneris ad unicam orationis meridianæ horã,quæ apud eos ſolennis eſt,intrare debent. Collocutio uiri & mulieris in publico adeò rara eſt,adeò p̃ter conſuetudinẽ,ut ſi inter eos per annũ integrũ morareris, ſemel uix uidere poſſes.Virum apud mulierẽ in apto ſedere aut equitare cũ aliqua, pro monſtro duceretur.Coniugati mutuo alijs uidentib. nunq̃ laſciuiunt, nunq̃ rixantur,cũ nec uiri erga mulieres grauitatẽ unquam remittãt,nec mulieres erga uiros reuerentiã.Magni domini q̃ apud ſuas perpetuo eſſe nõ poſſunt,ad earũ cuſtodiã deputatos eunuchos habent,q̃ tanta cuſtodia illas obſeruant & tuentur,ut præter maritum impoſsibile ulli uiro ſit eas alloqui poſſe,impoſsibile ipſas poſſe præuaricari.Coëunt nuptiæ ſine iuramẽto, accipiunt indotatas,propemodũ emere coguntur,contrario Romanorũ more,ubi gener emi ſolebat nõ nurus. Nil habet ſpõſa in corpore cultus uel ornamenti,quod nõ cogatur à ſoceris redimere.Diuortiũ apud illos faciunt improbi mores uel infœcũditas.Cognoſcit de iſtis rebus iudex ipſorum.Vtuntur fœminæ ſimpliciſsimo habitu nullum luxũ repræſentante.Nec unq̃ aperta facie in conſpectũ uirorum prodeunt.Brachas noſtras deteſtantur Turcæ,ut quæ nimium pudenda exprimunt.Caput illis aggeſtu pepli in turrim ædificatur,& in pyramidem turbinatur. Vtuntur pane nõ peſsimo nigro & albo,niſi quod ſpargũt quoddam genus ſeminis ſuper recentem,quod tribuit magnam ſuauitatem manducantibus.In eduliſs multiplex eſt illis ars et uaria conditura.Cibus uero maxime ſolennis eſt puls ex oriza ita addenſata, ut partes inde manib.decerpãtur.Piſcium mira abſtinẽtia. Carnib.omnibus utuntur p̃ter porcinis. Nullæ ibi tabernæ hoſpitijs deſignatæ, aut publica diuerſoria,tamẽ in plateis diuerſa uẽdũtur cibaria & alia huiuſmodi ad uictũ neceſſaria.Oppidani p̃ ſeruos eorũ agros colũt, decimã q̃p dependũt ſuo imperatori. Opifices uero artib. mechanicis ſe ſuſtinẽt. Qui ociũ colũt,fame cõrabeſcũt.Mercaturã q̃q; ſtrenue exercẽt.Aſiã minorẽ,quã nũc Natoliã uocãt, Arabiam,Aegyptũ peragrant,ad q̃p Venetos ſeſe deferunt.Si reddũt urinam,mutonẽ lauant,ſi uentrem

Pœna fornicatorũ & furũ.

Coniugia.

Diuortium.

Caligæ inhoneſtæ.


Panis.

Exquiſiti cibi.

Multæ lotiones.

trem ſoluunt, podicem abluunt: idem fit à mulieribus, quos ſequuntur ſerui, uas aqua plenũ gestantes, maſculum maſculus & fœminam ancilla. Iudicem omnes habent eundem, tam Chriſtiani quàm Turcæ, qui ex æquo omnibus ius miniſtrare tenetur.

De mortuis Turcarum & uarijs conſuetudinibus atque obſeruantijs eorum.



Sacrificiũ pro animabus.

VBi quis moritur ex Turcis, abluunt cadauer eius, ac nitidiſsimis lineis induunt. Poſtea efferunt extra urbem in locũ aliquẽ. Nefas enim eſt in templis ſepelire. Præcedunt funus monachi cum candelis, ſubſequuntur ſacerdotes, cantillantes donec ad ſepulturæ locum perueniant. Quod ſi pauper fuerit ille defunctus, pro laboribus religioſorum plateatim collectæ pecuniæ ſolent illi offerri. Amici ſæpe cum luctu ad ſepulchrum redeunt, & inferias ciborũ monumento ſuper ponunt, panes, carnes, caſeum, oua, lac, & nouendialis illa cœna, more æthnicorũ, pro anima defuncti deuoratur à pauperib. aut auibus cœli & formicis. Dicunt enim æque gratum eſſe deo, offerre eleemoſynã tam brutis egentib. q̃ hominib. cum ob amorem dei offertur. Sunt q̃ aiunt amore dei, dicẽtes ſe pro tali pietate erga egentes mercedẽ ampliſsimã à deo cõſecuturos. Habẽt

Lotiones tres.

præterea Turcæ triplicẽ lotionẽ. Prima eſt perfuſio totius corporis cũ aqua. Et ne hæc ſit inanis, radunt pilos corporis in omni parte, barba in uiris excepta, & crinib. in capite mulieris, quos tamen multo ſtudio lauant, & pectinib. crebro diſcriminãt. Sunt ob id in ciuitatib. inſignioribus balnea, quibus cõtinue utuntur. Vbi non ſunt, habent præparatum aliquẽ ſecretum locũ ad lotionẽ in domib. ut poſsint aqua perfundi priuſquã domum exeãt. Altera lotio neceſſaria eſt, cũ opus naturæ exercent. Tum loco aliquo ſecreto abluunt uerenda. Erectus aut ſtans nunq̃ quis cernitur, cũ opera naturæ exercet. Tertiã lotionẽ faciũt pro organis ſenſuum purificandis, qua manus & brachia ad cubitos uſque abluũt, dehinc os, nares & totã faciem. Raſurã locorum obſcœnorũ ſingulis menſib. bis uel ter faciunt maſculi & fœminæ, & maxime quũ templa frequentãt, alioquin ignib. ut uiolatores ſacri loci traderentur. Tãta ſeueritas habetur in bello, ut nemo militũ auſit aliq̃d iniuſte rapere, alioquin ſine miſericordia puniretur. Habẽtur ordinarij cuſtodes ſiue defenſores earũ rerũ quæ in uia occurrunt militi, q̃ tenentur defendere hortos fructuũ circa uiam ſitos, ut nec ipſi audeant unũ pomum, uel huiuſmodi ſimile ſine licentia poſsidentis carpere, alioquin & tales capitis pœnã luerent. De hoc ſcribit Bartholomæus Giurgeuitz, q̃ 13. annis fuit captus in Turcia, in hũc modũ. Cũ eſſem in exercitu Turcæ in expeditione cõtra Perſas, uidi egrẽ quendã unà cũ equo & miniſtro decollari, q̃ ſolutus equus arua cuiuſdã ingreſſus fuerat. Nullus ex ſatrapis poſsidet prouinciã aut ciuitatẽ aliquã iure hæreditario, quam poſt obitũ liberis uel ſuis ſucceſſoribus poſſet relinquere ſine cõſenſu ſui regis. Sed ſi aliqs ducũ certas poſſeſsiones cupit habere, id illi cõceditur hac cõditione Initur ratio p̃cij & redditũ illarũ poſſeſsionũ. Cognoſcit & Turca q̃t milites ali annuo illo cẽſu poſſint, tãtũq̃ numerũ militũ illi adiũgit, q̃ ſemp ad oĩa imperata prompti ſint oportet, alioquin dñs ille capite plecteretur, ſi officio nõ reſponderet.



Militum in exercitu iuſticia.

Quomodo Chriſtiani in bello à Turcis capti tractentur, diſtrahantur, & quomodo liberi fiant.

EXpeditionem aduerſus Chriſtianos ſuſcipienti Turcarũ imperatori, ſemper comes eſt ingens turba mangonũ & laniſtarũ, qui in ſpem mancipiorũ longiſsimas catenas ſecũ deferunt, in quibus facile quinquageni aut ſexageni per ſeriem colligantur. Iidem quoſcunq̃ non ab-

nõ absumit hostilis gladius, à prædatorib. emunt, quod illis ea lege permissum est, si principi decimas mancipiorũ præstent, reliquos ipsis uel in suum usum uel ad nundinationẽ detinere fas est, nec ulla apud illos uberior aut frequẽtior mercatura. Senes & utriusque sexus iuuentutẽ, quæ illi decimarũ nomine obtigit, imperator ita discernit, ut grandiorem ætatem ad agriculturã uendat. Puellas uero & iuuenes ad certum relegat locum, ut ibi certis instruãtur artibus, quo illis in posterum cõmodius utatur: ac primum id agitur, ut abnegata Christiana fide circũcidantur. Iamq; eorum ceremonijs initiati, pro cuiusque indole uel ad leges eius gentis discendas uel ad militiam destinatur, si maior uis corporis q̃ ingenij appareat. Rudimentis militiæ ita imbuuntur, ut pro teneritudine uirium primũ detur arcus leuior, mox crescẽte robore & peritia grauior ac grauior, donec bello sit idoneus. Adest magister, seueriss imus exactor quotidiani exercitij, quotiescunq; à scopis errant, toties flagris cæduntur. Alij adaptantur batuationi seu baculorum certamini. Reliqui proh nefas, in quibus maior gratia formæ, ita abscindũtur, ut nihil uirile in toto corpore appareat, grauissimo cum discrimine uitæ. Quod si euadant, non in aliud sunt incolumes, q̃ in obsequium sceleratissimæ libidinis: mox senescente pulchritudine ad officia eunuchorũ, ut matronas seruent, deputantur, aut custodiẽdis equis & mulis aut culinæ ministerijs addicũtur. Puellæ quæ luculentæ sunt pulchritudinis, eliguntur in concubinas: mediocres dantur matronis ad officia pedissequarum, inter quæ adeo sunt nõnulla fœda ministeria, ut honeste dici non queant. Cogũtur enim illas sequi cum uasculo aquæ, quando ad exonerandũ aluum & perpurgandum eas partes egrediuntur. Aliæ ancillarib. operibus, ut textrinæ, pistrinæ mãcipantur. Nullis ex omnib. liberũ est uel Christianã fidem reseruare, aut spem libertatis q̃ diu uiuit concipere. Cum primũ nouitios adepti sunt, agunt minis, promissis & blandicijs, ut recens mancipiũ circumcisionẽ admittat: id ubi fecerit, humanius aliquãto tractatur, cæterũ spes redeundi in patriã plane est abscissa: conanti enim id, pœna incendij destinata est. Hi quia firmiores credũtur ac minus fugaces, à dominis ad ministeria castrensia assumuntur, libertas tum demum competit, ubi uel ipse annis inutilis potius reijcitur à dño q̃ dimittitur, uel ubi dominus in bello inter pericula mortis libertatem legarit. Matrimonia quidem illis permissa sunt, sed liberi eorum pro arbitrio dñi distrahuntur, quæ res sapientiores à nuptijs abhorrere facit. Alios qui circũcisionem repudiant, immaniter tractant. Durissima tamen est sors illorum, qui artes mechanicas nõ didicere, eæ enim solæ ibi in honore ac precio sunt: quãobrem literati, sacerdotes & nobiles, qui in ocio uitã degerunt, ubi in manus horum uenere, omniũ miserrimi habentur. Mango enim in illos, utpote uix uendibiles, nullos sumptus facere sustinet. Hi pedib. capitibus q; intectis, ac plerunque maiore parte corporis nudi inambulant, per q; niues, per saxa, æstates & hyemes detrahuntur, nec finis donec uel moriãtur uel stultũ dñm, qui malam mercem emat, inueniat. Nec quisquam est tam felix cuiuscunq; sit conditionis uel ætatis, formæ aut artis, ut eum in itinere ægrotantẽ apud hospitem deponãt. Primum cogitur flagris ire, id si non potest, iumento imponitur, ibidem q; si sedere nequeat, prono corpore alligatur non aliter q̃ sarcina aliqua aut mantica. Morientẽ detractis uestib in proximam foueam aut uallem canibus & uulturib. abijciunt. Non solum aũt catenæ concaptiuos includunt, sed manib. quoque in itinere manicas addunt. Passus unus inter singulos interstitij est, ne se mutuo concul cent: id quod ideo faciunt ne à mancipijs lapidentur. Cum enim singuli mangones ingentem numerum ducant, adeo ut decem sæpe quingentos homines cõcatenatos habeant, uim metuũt tantæ multitudinis, si ad iactum liberas haberent manus. Cæterũ ubi nocti concedendum, uinculis quoq; pedes onerãt, eos q; supinos omni iniuriæ æris exponunt. Mulierib. uero humanior conditio est. Quæ ualent robore, pedibus incedunt, teneriores in iumentis uectãtur: quæ adeo infirmæ sunt ut iactationẽ iumenti nõ ferant, in corbib. tanq̃ anseres gestãtur. Nox illis tristior est: aut enim munitis locis includũtur, aut mangonũ impuram libidinẽ pati coguntur, auditur q; ingens ploratus per tenebras adulescentiũ utriusque sexus uim patientiũ, nec sexẽnis aut septennis ætas miseros à tali fœditate defendit, adeo scelerata gens & contra naturã & ante naturam libidine fæuit. Vbi dies illuxit, in forum uenales tanq̃ greges ouium aut caprarũ producuntur. Conueniunt mercatores, statuitur precij: si placet mancipium, detractis uestib. futuri dñi oculis exponitur, inspiciuntur omnia membra, tentãtur, explorãtur, num quid uitij in iũcturis aut articulis resideat. Si displicet, reijcitur ad mangonẽ, toties id passurus quotiens empturiẽs aliquis aduenerit. Si placet, abducitur ad grauem seruitutem, ut uel arator uel pastor sit, ne duriora cõmemorem. Si quis cũ uxore & liberis captus fuerit, hunc libentissime magnates emunt, & uillis præficiunt, ut curã uel aruorũ uel uinetorum uel pascuorũ agat, nati ex illis uernæ fiunt. Si in Christiana fide perseuerauerint,

Mercatura captiuorum hominum.

Exercitiũ tyronum.

Eunuchi multi fiunt.

Circumcisis Christianis nulla spes libertatis.

Artes mechanicæ in precio

Contẽnantur captiui.

Scelerata libido.

rauerint, ſtatuitur certum tempus ſeruiendi, quo elapſo liberi fiunt, filij tamẽ eorum niſi redimantur, pro domini arbitrio in ſeruitute manent.

Quibus oneribus grauentur Chriſtianorum prouinciæ a Turca ſubactæ.

Eccleſiæ chriſtianorum inter Turcas.

VBi Turca in Chriſtianitate prouinciam ceperit, omnia prouincialium bona tam mobilia q̃ immobilia in prædam cedunt. Nobilitatem ſtirpitus excindit, præcipue regiam ſobolem. Clericos ſi nõ occidunt, omni fortuna & dignitate nudatos ad ludibrium & mendicitatem relinquunt. Cãpanas omnes & organa & alia inſtrumenta muſica templis adimunt, & templa ipſa prophanata ſuo Mahometo conſecrant. Miſera autem & humilia ſacella Chriſtianis relinquunt, ubi ſacra non publice ſed ſilenter faciant: quæ ubi uel terræmotu corruerint, uel incendio deflagrauerint, nõ licitum eſt inſtaurare, niſi magna depenſa pecunia. Contio & annunciandi euangelij munus plane interdicitur, nec fas eſt quenquam Chriſtianum, rempub. attingere, aut arma geſtare, aut ſimili cultu cum Turcis indui. Si iniuria fit contumelioſis uerbis uel tibi, uel Chriſto, tacendum atque ferendum eſt. Et ſi aliquid indignius contrà loquaris de eorum religione, inuitus circumcideris: tum ſi hiſcas contra Mahometum, ignes & incendia tibi parantur. Quartas omnium fructuũ dant Chriſtiani, id'que nedum ex prouentibus agrorum & pecorum, ſed etiam ex mœchanico quæſtu. Deinde eſt & aliud onus capitationis, qua ſinguli quotquot ſunt in una familia, ſingulos ducatos ſoluunt. Si parentes ſoluere nequeunt, ad liberos ſuos in ſeruitutẽ uendendos compelluntur. Alij in catenis uincti oſtiatim obambulant ad ſtipem emendicandum: quod ſi ne ita quidem ſoluendo ſunt, perpetuis carceribus mancipantur.

Chriſtiani effugientes.

Captiui qui fugam moliuntur, ſi in Europa agunt, facilior eſt illis fuga, quum præter flumina, quæ facile enatantur, nihil habeant quod traijciant. Solent autem id agere tempore meſsis, quando facilius in ſegetibus latere poſſunt, & inde uictum habere. Noctu autẽ fuga initur, per diem aut in ſyluis aut in paludibus aut in ſegetib. ſeſe abdunt, malunt'que à lupis & alijs beſtijs deuorari, quàm ad ueteres dominos retrahi. Porro qui ex Aſia fugam moliuntur, Helleſpontum petunt, inter Callipolim & arces illas olim Seſton & Abydon, nunc autem Bogazaſſar dictas, id eſt, caſtella faucium maris. Et ſecum deferunt ſecurim & funes, ut & ligna cædãt & colligent, quo inde ratem faciant ad traiectionem maris, nihil niſi ſalem ſecum deferentes, nocte raticulam inſcendunt. Si uenti & fortuna maris fauet, tribus aut quatuor horis traijciunt, ſin minus aut pereunt in fluctibus, aut ad littora Aſiæ reijciuntur. Emenſo mari montes petunt, politicę inſpectantes ad Boreã tendunt. In fame hei bis ſale cõditis ſeſe ſuſtinent. Si plures ſocietatem fugæ inierint, noctu opiliones inuadunt, quibus occiſis, quicquid ibi alimenti inuenerint, ſecum aſportãt, ſæpe tamen et ipſi pereunt occiſi ab opilionibus, uel ab eiſdem capti, & priſtino hero tradi ti, ad ueterem ſeruitutem rediguntur. Cæterum plures pericula abſumunt quàm incolumes euadunt. Aut enim naufragijs aut dentibus beſtiarum, aut ferro inimicorum, aut poſtremo fame pereunt, quum longior erratio in fuga contigerit. Fugitiuis multiplex manet pœna. Alij enim ſuſpenſi pedibus diriſsime flagellantur. Et qui homicidium committunt, illis plantæ pedum in multos ſulcos cultro reſcinduntur, & reſciſsis ſal inſpergitur. Quibuſdam furca ingens ferrea cum ferro collari inſeritur, quam dies noctes'que in longum tempus geſtant.

Captiui tranatant mare.



Pœna fugitiuorum.

Finis libri quarti.

Liber

LIBER COSMOGRAphiæ quintus, per Sebast. Munsterũ ex probatis geographis & historicis scriptoribus, recentioribus & uetericibus in unum corpus collectus.

Asia altera pars orbis terreni, cum suis populis & nationibus atque insulis in hoc quinto libro describitur.

ASia altera tripartitæ terræ pars, appellata ab Asia Oceani & Thethyos filia, siue ut alij uolunt, ab Asio Manæi Lydi filio, à meridie per orientem usque ad septentrionem protenditur. Terminos habet ab occidente Nilum & Tanaim cum Euxino ponto & parte mediterranei maris. Tribus alijs partibus iungitur Oceano, qui ab oriente Eolus, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus appellatur. Taurus mons mediam quodãmodo continentem diuidit, ab occidente in orientem excurrens, partẽ ad aquilonẽ relinquit, partem ad meridiẽ. Mons hic multis in locis latitudinẽ habet stadiorũ 3. milliũ, longitudinẽ quantã Asia, stadiorũ circiter 4. millia, à trãsmarina Rhodi ora usq; ad Indiæ ac Scythiæ extrema orientẽ uersus. Tam latum aũt & patens dicunt esse quicqd terræ Asiæ nomine continetur, ut Africa & Europa reliquæ duæ partes, nõ magis cõplectantur q̃ hæc sola. Cœlo temperata est, solo fertili, & propterea omnium animantiũ genere cultissima. Non tamen putatur populosior esse Europa, quantumlibet amplissimũ complectatur spacium, quia habet multas & spacioſas solitudines, maria, arenas, asperos montes & alia loca quæ ab hominibus inhabitari nequeũt, sicut infrà suis quibusq; uidebimus locis. Diuiditur aũt in plurimas atque ferè infinitas regiones & prouincias, quæ singulæ sua habent uocabula, ut infrà dicemus, inter quas præcipuæ olim fuerũt Babylonia, Persia, Syria, Scythia, Asia minor, India. Nostro autem æuo, Tartari incolunt Scythiam, extenditurq; habitatio eorum usque in Indiam. Mahumetici uero & Soldanici habẽt subiectas Arabiam, Persiam & Indiam exteriorem, in qua Calekutiũ situm est. Syria, quæ comprehendit Ierosolymam, Damascum et Antiochiam, cum pareat Turcæ, non multa de ea scribuntur nostro tempore, quando quidẽ nemo eam perlustrare possit. Quæ antea nõ sunt explorata, nõ possunt sub isto tyrãno inuestigari. Nunc itaq; breuiter & iusto seruato ordine scribemus de omnib. regionibus Asiæ, initiũ sumẽtes ab Asia minori, quam circũiacent Bithynia, Lydia, Mysia, Lycia &c. cum multis insulis maris.

Limites Asiæ.

Asia nõ populosior Europa.

Bithynia.


BIthynia regio minoris Asiæ ad Pontum sita, aduersa Thraciæ & proxima Troadi, quæ primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno rege Bithynia dicta fuit. Hæc etiam autore Eusebio, Pontus est dicta. Habuit aũt olim multas insignes ciuitates, nempe Niceam, Chalcedonẽ, Heracleam, Libyssam ubi Annibal sepultus fuit, Prusam quã hodie Bursam uocant, Nicomediã, Apamiam &c. Nicea metropolis Bithyniæ & quasi mater aliarum ciuitatũ ob sui magnificentiam, magnitudinẽ & fertilitatem. Ambitus eius stadiorum sedecim fuit in figura quadrata, in cãpo sita: & in singulis lateribus portæ singulæ è regione positæ, ut ab una per ciuitatem ad oppositam uideri posset, & qui in medio ciuitatis stabat, uidebat omnes quatuor portas. Hic iubente Constantino magno famosa illa synodus anno Christi 32. celebrata est, trecentorũ, & decem et octo episcoporũ, & perfidum Arrij dogma recisum. Ingressus autem pijssimus imperator ad confessum episcoporũ, uidit quosdam priuatos dextro oculo, quem sub tyrãnide Diocletiani ob confessionẽ Christi amiserant, & accedẽs exosculatus est locũ expuncti oculi. Hæresis Arrij erat, q̃ negabat diuinitatẽ Christi. Anno Christi 372. corruit Nicea tota, terræmotu concussa. Dein post multos annos aliud fuit in hac urbe celebratum concilium, in quo damnata fuit hæresis illorũ, qui negabant spiritũ sanctum procedere simul à patre & filio. Scribunt quidam, in hoc cõcilio quoq; agitatam quæstionẽ de sacerdotum uxorib. legitimis, potissimũ quas ante initiationẽ duxissent. Et cum quidã prohibere uellent ea coniugia,

Bithynia quæ & Pontus.


Nicea.

Synodus.

Vxores sacerdotum.




processit in medium Pafnucius episcopus Aegypti, qui pro confessione Christi unum amiserat oculum, cuiusque unum genu fuerat discissum, dissuasit ne constitutionem ullam facerent de abrogando sacerdotũ matrimonio, ne illis scortandi ulla præberetur occasio. In ciuitate Chalcedonensi sita ẽ regione Constantinopolitanæ urbis, magna fuit synodus celebrata, quæ inter octo concilia numeratur, quibus Romana ecclesia præcipuũ impertitur honorem, interfuerunt q̃ huic concilio quingenti & triginta episcopi. In ciuitate Bithyniæ Bursa, quæ itinere trium aut quatuor dierum distat à Cõstantinopoli, habent Turcarũ imperatores suam sepulturam. Ciuitas est elegans, habet'que multa sacella circa templum in quibus Othomanni magnifice sunt sepulti, & habent singuli candelabrum aureum cum ardenti candela supra sepulchrum positum, & in superioribus sacellorum locis pendent multæ lampades accẽsæ. Assistunt etiã perpetuo duodecim suæ fidei sacerdotes, qui à uiriditate pileorum quos gestant, uocantur Taletsmanlari, qui die noctu'que permutatis uicibus in templo orant, tres ante meridiem, tres post meridiem, tres ante medium noctis, & tres post. Est etiam in hac urbe magna nundinatio sericorum indumentorũ, qualis in tota illa regione non inuenitur.



Assa

Asia minor.



IN Asia minori multæ particulares sunt regiones, nẽpe Aeolia, Meonia, Ionia, Mysia, Troia, Lydia & aliæ quædam unà cum magnificis ciuitatibus, de quibus pauca quædam subiũgam. In minori Phrigia sita fuit olim ciuitas Ilium nomine, toto orbe celeberrima, quam uulgò à regione ipsa Troiam uocant, unde per uniuersum mundũ multi nobiles & magni uiri sunt dispersi, posteaquã illa per Græcos fuit deleta. Sunt qui aiunt hanc urbem conditam post diluuium 828. annis, ante uero Christi incarnationem 1200. annis, regnarunt́q; in ea sex reges, Dardanus, Erictonius, Troẽs, Ilus, Laumedon & Priamus, sub quo urbs fuit submersa à Græcis, id́q; ob hanc causam. Cum uice quadam Priamus rex Troiæ absens esset, irruentes Græci in regnum eius, euerterunt Ilium, abierunt́q; cum magna præda, secum abducentes Hesionem regis sororẽ. Rex uero Priamus cogitans quid facto opus esset, rursum instaurauit urbem, firmauit́q; contra hostiles incursus. Habuit aũt uxorem Hecubã, & ex ea quinq; filios, Hectorẽ, Paridem (qui & Alexander,) Deiphobũ, Helenum & Troilum, atq; tres filias, Andromachã, Cassandrã & Polyxenã. Et ut uindicaret illatas iniurias, misit Antenorẽ principem affinẽ suum in Græciã, qui repeteret Hesionẽ. At illi id negantes, legatũ quoq; cũ contumelia ablegauerunt. Tunc Priamus captato cum suis consilio, fecit parari naues, & collecto milite præfecit illi ducem filium Paridem. Qui prospero cursu delatus est in Cytheriã insulam, ubi erat templum Veneris uetustum, toti Græciæ uenerandũ. Celebrabatur etiam tunc festum Veneris, & confluebat magna populi multitudo. Cæterũ Helena fœmina pulcherrima, Menelai regis Spartæ uxor, cuius regnum non multũ distabat ab insula, audito Troianorũ aduẽtu, desiderabat uidere hospites, atque ob id sub specie uotorũ soluendorum properat ad insulã, susceptaq; est magno honore ab incolis. Et cum prima luce ingressa esset phanum regia pompa, Paris qui de eius pulchritudine iã audierat, ingressus est quoque templi apparatu regio. Et ut mutuo sese conspexissent, incensi sunt alterutrum. Paris occasionẽ non negligens, suis clàm imperat, ut noctu nauem abducant, rapta antea Helena, & spoliato tẽplo, id quod & fecerunt. Quod audiens Priamus factum, gauisus est, sperans pro Helena sibi restitui Hesionem. At Castor & Pollux audientes sororẽ suam Helenã abductã, conscensa naui illico sequuntur, sed orta tẽpestate perierunt in mari haud procul à Lesbio littore. Menelaus uero rex audiens raptã uxorem, ex fratris Agamemnonis cõsilio sollicitat oẽs reges & principes Græcorũ ad uindicãdam iniuriã. Paratis ergo mille & ducentis nauib. magnis copijs rectà tendunt cõtra Troianum regnum, reges scilicet Mycenorũ, Spartanorum, Bœotiæ, Phocidis, Vlysses rex Ithacæ insulæ, Achilles rex Thessaliæ &c. miserunt́q; ex Tenedo insula legatũ, qui Helenam repeteret, et deinde satisfactionẽ pro spoliato phano. At Priamus omnia negat, nisi restituant Hesionẽ. Irritati Græci ex illa responsione, ueniunt ad fines Troianorum & fit magna cædes, cadunt etiã multi utrinq;. Porro Græci discurrentes, diripiunt omnes propinquas ciuitates & Lesbum insulã. Capiunt quoque Polydorũ Priami filium recens natum, quem idem Priamus miserat in Thraciã, ad uxoris suæ fratrẽ regem Thraciæ, ut si cõtingeret Troiam capi, saltẽ is filiolus reictus, genus & urbem instauraret. Obtulerunt ergo Græci hunc filium pro Helena. Sed renuente Priamo id facere, Græci in conspectu Troianorũ lapidib. obruerunt puerum Polydorũ, ut sic ferret pœnas fraterni sceleris. Hector interim sæpe educit exercitũ ex urbe, fiunt́q; multa prælia, cædes & uulnera. Menelaus à Paride sagitta per fœmur transfigitur, & Achilles uulneratus ab eodem, nõ destitit illũ persequi, donec eum interfecit, & Troianos in fugã uertisset. Paulo tamen pòst Achilles uisa Polyxena filia Priami, exardescit in amorẽ eius, promittit́q; armorũ depositionem, modo ea potiatur.

Troia.

Helena Menelai regis uxor





Paris rapit Helenam.

Reges Græciæ.

Menelaus uulneratur.

potiatur. Succedit in locum eius Palamedes dux, egregieq; pugnat contra Troianos, sed occidi
tur ab eis, Troilo Hectoris fratris partes strennue obeunte & sauciante Menelaũ, Diomedem et
Agamemnonẽ, multosq; interficiente. Videntes aũt Græci suam iacturam, cogunt Achillem de
scendere in aciem cõtra Troianos. Is ergo cum insequeretur Troilum, uideretq; que equum eius
cadentem, accurrens transfodit eum. Mater Troili Hecuba, deplorans mortẽ Hectoris & Troi
li, cœpit cogitare, quibus insidijs Achillem circũueniret & interficeret. Sciebat illum amare Po-
lyxenam, atque ideo cum semel inducię essent inter utrunq; exercitũ, simulat se illi dare filiam, iu
betq; illum uenire ad phanum Apollinis. At Paris armata manu iuxta phanum delitescens, in
Achilles interficitur. gressumq; Achillem inermem subito interfecit, & aufugit. Audientes Græci quod factũ fuit,
excitati ad prælium aggrediũtur Troianos, & inter multos ducem illorum Paridem quoque in-
terficiunt, & reliquos ad Portam usque persequũtur, & parum abfuit quin tunc mœnia urbis ob
tinuissent. Postera die Agamemnon dux instruit exercitum, congrediturq; cum Penthesilæa re-
gina Amazonum, quæ à Troianis in auxilium fuit uocata, & multas cum ea cõmittit cædes, tan
demq; interficit eam, & delet exercitum eius. Priamus uidens fortunam sibi aduersari, uocat
suos in cõsilium. Quidam suadent Helenã restituendam cum spolijs è phano sublatis, alij iubent
petere pacem, terrij uolunt fortiter pugnare & mori pro patria, inualuitq; horum sententia. At
Priamus metuebat, ne illi qui pacem suaserant, urbem perderent, atque ob id monuit suos, ut oẽs
illos clàm interficerẽt, quorum antesignani erant Antenor & Aeneas. Quod cum illis innotuis-
Proditur urbs. set, mittunt clàm ad hostem, & pollicentur urbis proditionẽ, saluis tamen ipsis & rebus eorum.
Constituta itaque sequenti nocte certa hora ab Antenore & Aenea, uenerunt hostes & inuene
runt portam apertam, irrumpentesq; obtruncãt obuios quosque. Priamus cognita re, frustrà
confugit ad aram Iouis, quum nullibi esset salus, sed ubique luctus & mors. Menelaus quoq; in
gressus regiam, deprehensum Deiphobũ, qui post mortẽ Paridis sibi Helenã iunxerat, defectis
auribus & brachijs, naribusq; truncatũ, ad extremum necat. Pyrrhus aũt Priamum iuxta aram
iugulat. Postea ciuitas direpta & igne in fauillam redacta. Agamemnon uero adducit & restituit
Bellum durat annos decem, menses octo. Menelao Helenã quasi uim passam. Pugnatũ est autem ad Troiam annis 10. & mensib. 8. corrue
runtq; ex Argiuis siue Peloponnensib. 870000. ex Troianis aũt 670006. usque ad urbem captã.
Et postq; fuit capta, cæsa sunt hominum ducenta 76. millia. Tunc Antenor Priami regis affinis ab
Agamemnone Ilij rex constituitur, regnauitq; annis ferme 22. & oẽs Troiani qui euaserãt, re
uertentes Antenorẽ regem recognouerũt. At Aeneas Anchisæ filius, patriæ proditor, cum patri-
monio suo & uniuersa familia in Italiã uenit, & per ostia Tyberina intrans, haud longe à Lauren
Troia noua. to urbe cõsedit, ubi & quibusdã regis Latini agris occupatis, Troiam nouam condidit, & tandẽ
Latium cum Cãpaniæ parte obtinuit, tribusq; annis regnauit: à cuius posteritate nati sunt Re-
mus & Romulus. Antenor quoque cũ in Troia 22. annis post eius excidiũ regnasset, ab Hecto-
Patauium. ris filijs pulsus, cum duob. millib. Troianorũ in Venetam prouinciã concesit, & ibidem Pataui-
næ urbis fundamenta iecit. Post subuersum itaque Priami regnũ, Cyrus rex Persarũ, cum ante id
tẽpus libera fuisset Græcia, iugũ nobili nationi imposuit, eãq; tributariã fecit. Secutus hũc Xer-
xes Darij filius, q; stupenda hominũ multitudine Græciã aggressurus, Hellespontũ põte è naub.
facto strauit. Deinde in Abydo urbe in æditiore quodã tumulo consedit, ex alto copias suas, quæ
erant immensæ, cõtemplaturus. Cũq; uideret Abydenos cãpos militibus, Hellespontũ naub.
repletũ, principio quidẽ beatum se pronũciauit, deinde cogitãs post annos 100. ne unũ è tanto nu
mero futurũ superstitem, humanã miseratus sortẽ, illachrymauit. Græci post multas clades, post in
numera pericula & bella, quibus à Persarum regibus afflicti conciderunt, tandem recuperatis ui
ribus, inter se mutuis odijs ac seditionibus bellum Peloponnesiacum omnium maximum ac pe-
riculosissimum concitauerunt, duabus inclytis urbibus Athenis & Lacedæmone pro domina-
tu, pro imperio, turpissimo exemplo decertantibus. Quod bellum Thucydides grauissimus hi-
storicus octo libris diligentissime conscripsit. Quum itaque Græci multis uarijs se mutuo cladi-
bus attriuissent, Philippus Macedoniæ rex tanquam in editiore specula sedens occasione obser-
uata, dissidentes inter se Græcos inuadit, sed admirabili calliditate & astu. Principio enim infir-
mioribus aduersus potentes ferebat suppetias, deinde utrosque ui oppressos impe-
rio suo subiugabat. Postremo totius Græciæ imperiũ sub Perseo ulti-
mo rege Macedoniæ, in Romanorum pote-
statem deuenit.


Liber V.

Phrygia.

PHrygia maior ab aquilonis parte est Galatiæ collimitata, à meridie Mycaoniæ, Pisidiæ, Mydoniæ'que contermina. In Phrygia minori, est Ida & Tmolus montes, atque Pactolus fluuius aureas uenas habẽs. Ex ea fuit Sibylla nomine, quæ mira de iudicio dei extremo est uaticinata. Tempore iudicũ Israëlitarũ Eglonis & Sangari, fuit in Phrygia rex Tantalus uir auarissimus, quem fingunt poëtæ inuitasse ad cõuiuium alios deos. Et quum eorum deitatem experiri uellet, filium Pelopem eis comedendum appossuit, mentitus alias esse carnes. Qui cognoscẽtes facinus, non solum abstinuere, uerum collectis in unum membris, puerum ad uitam reduxere. Propter hoc scelus Iupiter eum in infernũ trusit, hoc'q; supplicio damnauit, ut usque ad inferius labium lympidissima diuersaret aqua, insuper & ei inclinari arbores redolentibus pomis usque ad eius os statuit, quæ fugerent dum capere tentaret, & sic factum est, ut inter poma & aquas positus, fame & siti deficiat, atque præsente copia, inopia discrucietur. Vnde Tantali pœna abijt in prouerb. dicitur'que de ijs quibus adsunt quidẽ bona, uerũ his frui negatũ est. *Tantalus auarus.*

Ionia.

IN Ionia sita est celeberrima Ephesiorũ urbs, quam trigesimo secundo anno regni Dauid conditam asserunt ab Androcho filio Codri Atheniẽsium regis. Amazones quoque construxerunt in ea ad honorem Dianæ nobilissimum templum, quale ædificium tunc in terris non inuentum fuit, atque ideo numeratum fuit inter septem orbis miracula. Ducentis & uiginti annis à tota Asia factũ fuit in solo palustri, ne terræmotus sentiret, aut hiatus timeret. In eo centũ uiginti septem columnæ fuerunt, à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta sex cælatæ fuerunt miro artificio. Vniuerso templo longitudo erat 425. pedum, latitudo 220. Operi pfuit Ctesiphon architectus. Fuit'q; templum in tãta ueneratione, ut Ephesij in quodam bello, humano subsidio deplorato, funem à foribus templi ad urbis mœnia suspenderint, ciuitatem'que quasi soli deæ tuendam permiserint. Omnes qui confugerunt ad templũ istud, magnis fruebantur immunitatibus. Illuc quoq; conferebantur ex omnibus ciuitatibus & nationibus tãta & tot munera atque dona, ut in uniuersa terra nullum templum reperiretur quod cum isto in diuitijs conferri potuerit. Steterit autem aliquot annis post resurrectionem Christi, ueniens'que illuc diuus Paulus, annunciauit Ephesijs Christum tribus annis, cõuertit'que maiorem urbis partem ad ueram fidem. Postea uenit ad hanc urbem Iohãnes Euangelista, & obdormiuit ibi in Christo. Cæterum sumptuosissimum illud templum fuit sub Galieno imperatore à nequissimo Gotho Erostrato incensum, & in fauillam redactum, ut sibi perpetuam relinqueret ingentis facinoris memoriam.



Magnificẽtia templi.

Facinorosus Erostratus.

Lydia.

LYdia prouincia Asiæ minoris fertilissima, profert uinum optimum, mel, crocum, & alia multa, irrigatur'que flexuosis Meandri recursibus. Metropolis eius & regia sedes fuit olim Sardis, cui præsedit Crœsus rex ditissimus, sed quem Cyrus rex Persarum postquã sibi aliquoties rebellauerat, cepit & igni addixit. Hic Crœsus thesaurum suum aliquando Soloni ostendens, an quisquam felicior esset interrogauit. Solon autem negans dicebat, neminem ante obitum beatum esse uocandum. Cum'que iam in rogo cremandus sederet, recordatus uerborũ Solonis, alta uoce clamauit: O Solon. Solon. Interrogante Cyro quid sibi uellet iste clamor, Respondit Crœsus: Solon uir sapientiss. olim me monuit, neminem esse in hac uita felicem, quod iam experior. Tum Cyrus fortunæ uarietatẽ perpendens, eum non solum dimisit, sed

Crœsi thesaurus.

sit,sed etiã inter proceres & consiliarios recepit. Est etiam in hac regione Philadelphia, quæ multa mala ob terræmotus est perpessa: item Thiatyra, sed quam alij Phrygiæ adscribunt. Sipylus quoque & Tantalis secundũ Plin.fuerunt in hac regione,sed quas deleuit terræmotus, quidlio tempore cõtinuus ferè fuit in Asia, unde et Trallis tẽpore Augusti penitus cõcidisse memoratur iuxta Meandrum amnem sita,q̃ hodie Chora appellatur.Scribit præterea Plin.in 2.libro historiarũ, tempore Tiberij cæsaris,sub quo saluator mũdi cruci adactus fuit, 12. ciuitates una nocte terræmotu concidisse. Causam huiusmodi mali assignant philosophi uapores & exhalationes in uiscerib.terræ cõclusos & sæuientes,tandẽq; exitum sibi uiolenter facientes.Varie aũt quatitur terra,& mira eduntur opera:alibi enim prosternuntur mœnia,alibi hiatu profundo absorbẽtur,alibi egeritur moles terræ,alibi emittitur amnis:nõnunq̃ etiam erũpunt ignes & calidi fontes.Præcedit aũt & comitatur eruptionẽ illam terribilis sonus & murmur simile mugitib. aut clamori humano,armorũ'ue pulsantiũ fragori,p qualitate materiæ excipientis, formaq; uel cauernæ uel cuniculi per quẽ meat,exilius grassante in angusto,eodẽ rauco in recuruis resultante,in duris fremente,in humidis & stagnantib.fluctuãte. Hiatus aũt interdũ manet,ostendens q̃ sorbuit,aliquãdo occultat foramine cõpresso, rursusq; ita inducto solo,ut nulla extẽt uestigia,urbibus plerũq; deuoratis,agrorũq; tractu hausto.Maxime uero maritima quatiuntur.Nec montosa tali carẽt motu.Autũno & uere,terra crebrius mouetur.Itẽ noctu sæpius q̃ interdiu.Remedia contra huiusmodi terræ cõcussiones dicuntur esse in oppidis cloacæ & crebri specus atq; cuniculi facti ad purgandũ eluuiem, q conceptũ exhalãt spiritum. Scribit Plin.tempore L Martij, Sexti Iulij consulũ,in agro Mutinensi duos montes ex terræmotu inter se concurrisse, crepitu maximo assultantes & recedentes,quodq; inter eos flãma fumusq; in cœlũ interdiu exierit.Unde omnes uillæ elisæ & animalia quæ intrà fuerant,exanimata sunt.



Terræmotus unde.

Remedia contra terræmotum.

Mysia.

HVius regionis pars una est in Asia,altera in Europa, quã duplicẽ esse constat,superiorem & inferiorẽ.Alij Mœsiam scribunt p œ. Alij Mysiã pro regione,& Mœsiã p ciuitate accipiunt. Mysorũ populus usqueadeò cõremptus fuit, ut prouerbio locũ fecerit.Mysia itaq; Asiæ duplex fuit,maior & minor, in qua multæ celebres fuerunt ciuitates, nempe Scepsis, Adramyttiũ, Apollonia, iuxta Rhyndacũ amnem, Traianopolis, Pergamus &c.Sunt etiã quidam q Troadem annumerãt Mysiæ,aut q Troas degenerauerit in Mysiã.De Adramyttio fit mentio in Actis apost.cap.27.


Caria.

Halicarnass.

Causa frequẽtiũ terræmotuum &c.

EST Caria prouincia minoris Asiæ,q̃ magnam Tauri montis partẽ concludit. Adhæret ei per Isthmum Doris peninsula, in qua Halicarnassus metropolis olim sita fuit,cuius loco hodie succesit munitiss.arx, quam Rhodiani milites ante aliquot annos cõtra Turcam erexerunt.Habet & alias insignes ciuitates,quarũ nomina sunt, Troëzene, Nysa,Laodicea iuxta Lycũ amnem,& Antiochia iuxta Meandrũ flu. Multa incõmoda pertulit Laodicea à terræmotib.sicut & tota circũiacens terra,psertim ciuitates Philadelphia,Sardos & Magnesia quas terræmotus nõ semel cõcusit. Cur aũt hæc terra præ alijs regionib.frequẽtius concutiatur,quidã assignãt hanc rationẽ, q terra ibi cauernosa sit & uapores sæpe colligãtur in eas cõcauitates,exitũq; non inueniẽtes,incipiũt sæuire,latera cõcutere, tandẽque uiolentia magna erũpere,& meatũ in aërem sibi facere, qd sine terræ concussione & tremore ad tria aut quatuor milliaria fieri nequit,psertim si exordiũ huius eruptionis fiat in penetralib. & pfundis partib.terræ.Quod

ræ. Quod ſi iuxta aut intra ciuitatẽ aliquam hæc eruptio fiat, deijcit ſua uiolentia ciuitatẽ, & penitus ſubruit, aut ſaltẽ grauiter concutit. Et prope lacũ exitum quærẽs, abſorbet totũ lacum, aggereq; in modũ collis in loco plano excitat, id q̃d in plurib. locis factũ legimus. In Halicarnaſſo ciuitate, Artemiſia regina ſepulchrum uiro ſuo Mauſolo adeo magnificũ cõſtruxit, ut è 7. ſpectaculis mũdi unũ eſſe cẽſeatur. Hæc eadẽ mulier luctu atque deſiderio mariti flagrãs, oſſa cinerẽq; eius miſta odorib. contuſa q; in pulueris formã, aquæ indidit, ebibit q; : & multa alia uſolenti amoris indicia feciſſe dicitur. Deinde molita eſt ingẽti impetu operis, cõſeruandæ mariti memoriæ cauſa, dictum ſepulchrũ uſque ad tẽpora noſtra celeberrimũ, quod attollebatur in altũ 25. cubitis, cingebatur colũnis 36. & ab eo oĩa p̃ciola ſepulchra mauſolea dici cœperũt. Hoc uanũ ſolatium non poterat pectori reginæ eximere conceptum dolorem & mœrorem, quin & ipſa non longe poſt animam quoque efflarit.



Artemiſia regina.

Lycia.

LYcia regio inter Pamphyliã & Cariam ſita, infeſtata olim Chimæræ ignibus, propè tota Tauro mõte p̃mitur, eius iugis bona parte clauſa. Celebrata fuit olim 60. magnificis oppidis & ciuitatib. ſed q̃ pro bona parte uel bello uel terræmotu fuerunt exterminata, ut tẽpore Pauli ultra 36. ciuitates in ea repertæ nõ fuerint. Præcipuæ urbes fuerunt Patara, Pinara, Xanthus (q̃d etiam fluuij nomẽ eſt in eadẽ regione) Myra, Olympus, Thone &c. Fuit aũt Patara diui Nicolai patria. Cæterũ Chimæra mons Lyciæ igniuomus, cõtinuis dieb. & noctib. quondã ut Aetna emittebat ignẽ, in cuius cacumine leones habitabãt, in medio uero propter bona paſcua capreæ, & in radicib. ſerpẽtes. Vnde poëtæ finxerunt monſtrũ eſſe, q̃ flãmas euomat, caput & pectus habens leonis, caprinũ uentrem, & caudam draconis.

Diui Nicolai patria.

Chimæra unde.

Pamphylia.

HAec regio tota montana eſt ex Tauro, procumbit'que in mare, ferax uinetorũ & olearum. Abundare quoque dicitur optimis paſcuis, quia mõtes ubique extrudũt amnes terrã irrigantes. Attingit aũt hæc terra à meridie mare mediterraneũ, unde & ibi mare Pãphyliũ dicitur. Inſigniores eius ciuitates olim dictæ fuerũt Perga, Aſpendus et Phaſelis. Eſt aũt Phaſelis in monte ſita, piratara olim perfugium. A Perga dicta fuit Diana Pergæa, propter templũ quod in ea urbe habuit. In Aſpendo Veneri ſues ſacrificauerunt.

Lycaonia.

SCribunt ueteres, regionẽ iſtam optime cultam ciuitatibus, præſertim Iconio, Derba, Lyſtra, & Claudiopoli. In Lyſtra natus fuit Timotheus diſcipulus ſancti Pauli. Fuit & idẽ diuus Paulus in eo loco lapidatus, & pro mortuo extra ciuitatem portatus. In hac regione Conradus rex Rom. & dux Sueuiæ in magnũ incidit periculũ. Nam cruce ſignatus, paratiſq; ad iter neceſſarijs, anno domini 1146. menſe Maio, profectus ex Germania uenit Cõſtãtinopolim, ubi data exercitui aliquali quiete, traiecit Helleſpontũ, uenitq; in Lycaoniam, cuius metropolis eſt Iconiũ. Deſignauerat aũt Emanuel imp. Conſtantinop. regi Romanæ duces, q ſtudioſe cœperunt p deuia Alemannorũ trahere legiones. Cũq; fatigaſſent exercitum, & oẽs dormirent nocte quadã, illi clàm aufugerũt. Tũc noſtri mane euigilãtes, locorum ignari pro alimentorũ defectu ſolliciti, intelligunt adeſſe in uicino infideliũ acies, q & paulo poſt in noſtros ſubito ruunt, circundant, et ad mortẽ uſque premunt. Factũq; eſt ut omnis illa principum uirtus ſubito contrita corrueret, & uix decima pars euaderet. Euaſit tamen imperator cũ paucis principibus, qui cum difficultate in partes Niceæ uenerũt. Traditum eſt etiam, Emanuelis dolo gipſum farinæ admixtum, & panis inde confectus noſtris adminiſtratus. Et quum regis Franciæ exercitus quoque expectaretur, transfugæ illi ſeductores properant ad exercitũ Gallorũ, & mentiuntur imperatorẽ eorum fretũ ducatu, omnia proſpere egiſſe, & Iconio expugnato de hoſtibus triumphaſſe. Rex uero Frãciæ Ludouicus traiecto Helleſponto cũ exercitu ſuo, audiuit imperatorẽ ipſũ exercitũ ſuum amiſiſſe, & cũ paucis euaſiſſe, fractus'q; animo neſciebat

Græcorum infidelitas.

Dolus Emanuelis imp.

quid faceret, quousque Fridericus dux Sueuorum ad eum uenit,& duxit ad Conradum impera
torem. Imperator tamẽ de paucitate suorum uerecundiã habens,suis per terram remissis,ipse na-
Francorum uirtus. uigio Constantinopolim reuersus est,ibi cum suis principibus hyematurus. Rex uero Francorũ
Ephesum diuertens,peruenit ad uada cuiusdam fluminis, hostem'que inueniens,uiriliter in eum
irruit & uicit. Contendens uero ad ulteriora & militibus tardius incedentibus,quædã pars exer-
citus transcendit montem quendam,& alia pars citra mansit. Quod uidentes infideles qui ex la-
tere exercitũ sequebantur,instructis aciebus in locis angustis aggrediuntur Francos,plurimũq;
imminuunt exercitum eorum. Rex autem ex tanto periculo erutus, nocte ipsa uenit ad eos qui
montem transcenderãt,& uenit ad Raimundũ principem Antiochenum. Hinc festinãs uenit Ie-
rosolymam. Imperator quoq; Conradus acta hyeme,classe uectus uenit cum suis ad Aconẽ, &
deinde Ierosolymã. Cõuenientes ergo tres reges,Romanorũ scilicet,Francorum & Ierosolymi-
tanorum,quid facto opus esset secum tractabant. Parum tamen exequẽtes, q; omnia fraudibus
agerẽtur & dolis. Cõradus rex parato nauigio ad imperiũ est reuersus. Ludouicus q̃q; rex Fran-
corum nõ multo post eũ secutus est, & ab ea die cœpit Latinorũ cõditio manifeste deterior fieri.

Cilicia.

Cilitiæ regio asperis & altis cincta montibus, unde multi uersus mare profluunt amnes,
habet ab oriente Amanum, à septentrione iuga Tauri, & ab occidente Pamphyliam.
Portæ Cili ciæ. Habet quoque per asperos illos montes angustos exitus quos portas Ciliciæ uocant,
per quas olim Alexander magnus, cum in orientẽ penetrare contenderet,non sine ma
gno periculo exercitum traduxit. Strabo hanc prouinciam diuidit in Campestrem &
Tracheam,id est,asperam. Vbi montibus caret,fœcundissima est,omnium'que rerum ferax. Me
tropolis prouinciæ est Tarsos,quam hodie uocant Teratsam,eam'que intersecat Cydnus amnis
ex Tauro monte originẽ trahens. Fuit quoque hæc urbs patria diuo Paulo apostolo & aliis mul
tis egregiis uiris. Longe ante Christum natum fuerunt Tarsenses philosophiæ adeo studiosi, ut
Athenienses & Alexandrinos superarent. Fuerunt quidem Athenienses apud exteros celebrio-
Tarsus. res & habuerunt maiorem concursum, at Tarsenses excellentiores. Volunt prisci historici hanc
urbem conditam à Sardanapalo Assyriorum rege, sicut & Anchialam, in qua epitaphium istud
repertum est,scriptũ Assyriacis literis:Sardanapalus filius Anecendarasis, condidit una die An
Sardanapali epitaphium. chialam & Tarsum:Ede,bibe,lude. Hæc uerba,inquit Cicero,in bouis nõ in regis sepulchro scri
bi debuerant. Fuerat autẽ uir effœminatus,omnis generis luxuriæ deditus,nec erubuit inter scor
torum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati
Assyrij tali fœminæ parere,descisentes, bellum ei intulerunt. Qui uictus in regiam se recepit, &
Coryçus urbs extructa pyra,se atque diuitias in incendium misit. Item alia urbs Ciliciæ, Corycus, quam hodie
uulgo Curch appellant,à qua Corycius specus, antrum nympharum,res maximæ admirationis.
Crescit in agro huius ciuitatis optimus crocus. Selinuntis alia Ciliciæ ciuitas, sed quæ post mor-
tuum in ea Traianum,dicta fuit Traianopolis. Item urbs Satalia sita in ora Ciliciæ,unde nunc si-
nus nobilissimus nomen habet, olim Isicus dictus,ab Isso ciuitate, quam hodie Iaiassam uocãt,
ubi Alexander Macedo uicit potentissimum regem Persarum Darium, ideo'que Nicopolis ab
Cõflictus pri mus Alexan dri magni cũ Dario. eo dicta est. Nam cum regni habenas susceptisset,inchoatũ à patre bellum Persicum aggreditur,
habens collectum exercitum,ex Macedonia quindecim millia peditum,auxilia diuersa octo mil
lia equitum,duo millia indigenarum leuis armaturæ: Thraces octo millia,omnes ueteranos,qui
cum patre militauerant. Cum hoc exercitu ad Aegypti interiora conscendit:antè tamen Darius
rex Persarũ ei in hunc modum scripsit:Rex regum Darius,consanguineus deorum,Alexandro
famulo meo,iubeo & mando tibi, ut reuertaris ad parentes tuos, cubes in gremio matris,& do-
cearis uirile officium,ad quam rem tibi misi habenam Scythicam, pilam & loculum cum aureis.
Alexander re spõdet Dario. Pila cõueniẽtati tuæ,aureos misi, quibus tibi necessaria emas &c. His lectis literis, Alexãder Da
rio rursum scribit, & pro auspicio habet ea quæ miserat. Habenã inquit accepi, qua utar in eos q
iam tibi subduntur. Pila uero,tui & totius orbis imperiũ promittit. Aurum autẽ,opum tuarũ me
dominum testatur. Lectis his literis Darius ad Satrapas ultra Taurum montẽ agentes sic scribit.
Fertur quidam adolescens insanire Philippi filius, Asiamq; uniuersam incursare, super quo no-
bis placet,ut eum puerilibus uerberibus cæsum, & deinde purpura indutum nobis reddatis. Sa-
trapas uero eius & classem submergite. Prima igitur congressio fuit in campis Adrastis. Erant in
acie Persarum sexcenta millia militum,sed quæ arte Alexandri & uirtute Macedonum superata,

terga

terga uerterunt,feruntur'que cecidiſſe de exercitu Darij uiginti millia peditũ, & duo millia equitum,ex Alexandri uero exercitu nõ cæſi ſunt niſi 34. uiri. Ea pugna magnũ ad res Alexandri momentum peperit. Nam Sardis imperij maritimi propugnaculum cepit,multa'que ad eum defecerunt oppida. Halicarnaſſum & Miletum ui occupauit. Poſt hæc Gordiũ urbem inter Phrygiam maiorem & minorem ſitam cepit,& in templo Iouis iugum plauſtri Gordij requiſiuit,nexumq; eius ſoluit,de quo oracula cecinerant, eum qui nexum illum reſolueret, tota Aſia regnaturum. Hoc illo agente,nunciatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. Timens itaque anguſtias, magna celeritate tranſcendit Taurum,uenit'que Tarſum. Darius uero cum trecentis millib. peditum, & centum millibus equitum in aciem procedit, quæ multitudo nonnihil mouit Alexandrum,ſed ſpe metum uincente,alloquitur ſuos,animoſiores'que reddit. Poſt hæc prælium ingentibus animis cõmittitur,& in eo uterque rex uulneratur, tamq; diu certamen anceps fuit,quoad fugeret Darius. Exinde cædes Perſarum ſecuta, cæſa ſunt peditum 61. millia,equitum decem millia,capta 40. millia. Ex Macedonibus uero cecidere pedeſtres 130. equites 150. In caſtris Perſarũ multum auri cæterarum'que opum inuentũ inter captiuos, mater & uxor,ſoror & duæ filiæ Darij fuere. Ad quas uiſendas hortandas'que cum Alexander ueniſſet,illæ uelut ſtatim morituræ genibus Alexandri prouoluuntur,precantur'que ut Darij corpus (quem occiſum putabant) ſepelire poſsint. Motus tanta mulierum pietate Alexander, Darium uiuere dixit: & timentibus metum mortis ademit, eas'que haberi & ſalutari ut reginas præcepit. Erant uero puellæ illæ & uxor Darij tam elegãtes, ut cum illas Alexander inſpiceret,dicere ſoleret per iocum: Dolores oculorum ſunt Perſicæ puellæ. Poſt hæc opes Darij, diuitiarum'que apparatũ contemplatus,admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxurioſa conuiuia & magnificentiam epularum ſectari, tunc Barſanen captiuam diligere propter formæ pulchritudinem cœpit, a qua poſtea puerum ſuſceptum Herculem uocauit. Tunc in Syriam profectus,obuios multos reges orientis habuit,& ex his pro meritis ſingulorum alios in ſocietatẽ recepit, alios regno priuauit, ſuffectis in loca eorum nouis regibus. Tyriorũ ciuitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexãdro miſiſſet,gratè munere accepto,ire ſe Tyrum dixit. Quod cum diſplicaret legatis, ita exarſit, ut urbi excidiũ minaretur. De quo infrà. Dũ autem eſſet in obſidione Tyri, ſcripſit ad principem ſacerdotum in Ieruſalem,ut ſibi præberet auxiliũ, exercitui afferret uenalia & tributa,quæ ante Dario dare conſueuerat. Reſpondit pontifex,ſe Dario ſacramentum dediſſe,nec eo uiuente poſſe tranſgredi. Iratus Alexander Ieroſolymam contendit. Quod audiens ſacerdos,inuocato domino, pontificalibus indutus occurrit Alexandro. Alexãder uidens pontificem, contra ſpem omnium deſcendit de equo,ueneratus'que eſt ſacerdotem. Obſtupuerunt principes,ludificatam mentem regis putantes. At ille de hoc interrogatus reſpondit, ſe non ſacerdotem, ſed deum cuius principatum ille gereret adoraſſe,addens ſe in tali habitu eum per ſomnium uidiſſe. Ingreſſus ergo urbem Alexander,in templo ſacrificauit deo ſecundum ſacerdotis oſtenſionem. Conceſsis'que Iudæis priuilegijs,ipſe inde ad alias profectus eſt ciuitates. Poſtea ad Iouem Ammonem perrexit,conſultus illum de euentu futurorum. Paulo p'oſt Darius apud Cydnum fluuium Alexandri exercitum rurſum aggreditur, ſed in fugam uertitur. Tunc Darius ſpe omni amiſſa, ingreſſus regiam ſuam humi ſe proſternit,lamentatione nimia fatigatus,reſpirans'que ſcribit Alexandro & rogat, ut remittat matrem,coniugem ac filias, & promittit theſauros omnes quos reges & patres ſui ſibi reliquerunt maiorem partem regni & alteram filiam in uxorem. At Alexander his omnibus renunciat. Tunc Darius Poro regi Indiæ ſcripſit, ut ei auxiliaretur contra Alexandrum,multa ei promittens,id quod Alexandrum non latuit.

Prima pugna Alexãdri magni & Darij.

Altera pugna

Puella dolor oculorum.

Alexãder contra Ieroſolymam.

Sed de hac re infrà ſuo loco plura commemorabo.

Armenia

De terris Asiæ maioris

Armenia minor.

HAec regio comprehendit quoq; Comagenã, uel confinis est eidem regioni, quam scili cet multi Syriæ adscribunt: posita est enim ultra Amanũ montem, et excurrit usque ad Mesopotamiã. Habet aũt Armenia ista minor Leontopolim, Theodosiã, aliam scilicet ab ea q̃ est in Taurica Chersonesi, Sebastiã, Comanã & Nicopolim, ubi scilicet Pompeius Ro. princeps uictoriã obtinuit contra Mithridatẽ Ponti regem, & Tigranẽ regem maioris Armeniæ: quã historiam Iosephus historicus diligenter describit. Sebastiã quam hic post Strabonem Armeniæ adscripsimus, Ptolemæus ponit in Cappadocia.

Cappadocia.

Mazaca Cæsarea.

PRouincia Cappadociæ, p magna parte arenosa est & saxosa, atq; ob id nõ admodũ fertilis, quin & magna lignorũ penuria in ea est. Eufrates eam diuidit ab Armenia maiore. Primũ dicta fuit Leucosyria, habuitq; metropolim Mazacã, q̃ postea dicta fuit à Claudio Tiberio Cæsarea, mãsitq; nomẽ illud poste ris temporib, licet sint & aliæ Cæsareæ, nempe Palestinæ, q̃ antea dicta fuerat Turris Stratonis, Mauritaniæ q̃ antea Iol &c. In Cæsarea Cappadociæ episc. fuit Basilius magnus, uir sanctus & doctus, cuius scripta extant. Iulianus apostata Ro. imp. præcipuo odio hanc urbẽ insectatus est, eo q; ipsa fideliter Christo adhæreret. Vnde interminatus est illi exterminiũ ubi saluus rediret à Persico bello. Sed, puidentia Dei factũ est, ut letali iaculo tactus in Persia, cogeretur uel inuitus cõfiteri ultionem Dei. Vnde non cõmotus ad pœnitentiam, sed perseuerans in sua obstinatione, exclamauit blasphemo ore: Vicisti Ga-

Vicisti Galilæe.

lilæe. Sic enim solebat nominare Christum unicum mundi saluatorẽ. In hunc itaque modum libe rata est urbs Cæsariensis à tyranno, qui etiam Christianorũ sanguinem consueuit libare dijs suis. Est & alia ciuitas in Cappadocia nomine Cucusum, in quam ceu in exilium remissus fuit diuus Iohannes Chrysostomus, episcopus Constantinopolitanus, uir in sacris literis doctissimus. Item Eupatoria alia ciuitas Cappadociæ, postea Amasia, & tandem à Pompeio magno Magnopolis

Stranonis patria.

dicta, patria Stranonis geographi, etiam si alij scribãt eum natum in Creta insula. At fieri potest, ut in uno loco natus fuerit, & in alio educatus. Nazianzũ uero in quo Gregorius Nazianzenus uir in scripturis sacris doctissimus, & diui Hieronymi præceptor, episcopus fuit, quidam ponunt in Cappadocia, alij in Armenia minori.

Amazones.



Alexãder impregnat Amazonem.

PEntesilea Amazonũ regina, in Troiano bello inter fortissimos uiros, magna uirtutis documenta aduersus Græcos ostendit. Quia interfecta, exercitu'q; eius absumpto, paucæ quæ remanserãt, ægre se adursus finitimos defendentes, usq; ad tempora Alexandri magni durauerunt. Harum Minithra siue Calestris regina, cõcubitu Alexandri magni per dies 14. ad sobolem ex ea generandam obtento, reuersa in regnum, breui post tempore cum omni

eum omni Amazonum nomine intercidit. Alij uero originẽ earum ex Scythis oſtendentes, ſcribunt in hunc modum de eis. Scythæ quidam olim domo pulſi cum uxoribus atque in Cappadociæ ora conſidentes, & ſpoliare finitimos conſueti, conſpiratione populorũ per inſidias trucidati ſunt. Vxores quæ maritos ſecutæ fuerant, uidentes orbitatem ſuam & ſuorum, arma ſumpſerũt, fines q; ſuos defendentes, mox bella intulerunt finitimis. Nubendi etiam uicinis animum amiſerunt, ſeruitutem non matrimoniũ appellãtes, ſingulare omniũ ſeculorum exemplũ. Auxere rempub. ſine uiris. Et ne feliciores aliæ alijs uiderentur, uiros qui domi remanſerant, interficiunt. Pace aũt poſtea armis quæſita, ne gens interiret, concubitum finitimorũ ineunt: & ſi qui mares naſcebantur interficiebantur, uirgines non ocio neque lanificio, ſed armis & uenationib. exercebant, inuſtis infantium dextris mãmis, ne ſagittarum iactus impediretur, unde Amazones dictæ ſunt. Duæ reginæ his fuere, Martheſia & Lampedo, quæ in duas partes agmine diuiſo, opibus & uiribus bella gerebant, ſollicitè terminos alternos defendentes. Itaq; maiore parte Europæ ſubacta, Aſiæ quoq; nõnullas ciuitates occupauere: Epheſum & Smyrnam in Aſia minore condidere, in Cappadocia uero Themiſcyrã præcipuam urbem inhabitauere. Alia multa paſsim apud ſcriptores de hiſce mulierib. inueniuntur, quæ tamen modicã apud me habent fidem, utpote q; illæ ſolitæ fuerint principari & publica obire munera, uiri uero (nõ enim oẽs & in omnib. locis uirorũ expertes fuerunt) noſtrarũ fœminarũ inſtar domeſticæ rei curã habuerunt, fœminis obtemperantes & omnis reipub. expertes. Item q; poſt partũ nati infantes uiris dati fuerint, quos lacte nutrierint alijs q; rebus, prout ætas poſcebat. Quod maſculis natis ut rei bellicæ inutiles eſſent, mox dextrũ brachium fregerint, aut eos interfecerint, aut procul ablegauerint, &c. De his & infrà ſub titulo Scythiæ nonnihil ſcribam.

Epheſus condita.

Galatia ſeu Gallogræcia.

NOn eſt dubium quin hæc regio nomen acceperit a Gallis Europæ populis. Illi enim longe ante Chriſti incarnationẽ multiplicati in regione ſua, egreſsi maximo numero, aliqui ſignant ter centena millia, ut ſibi alias quærerent ſedes, per tranſeuntes Italiam Pannoniã utranque, Illyricum, Croaciam, Græciã, & alias multas regiones, deſpoliauerunt eas, uenientes q; in Macedoniã, habuerunt Antiochum Soterum obuium, cui iam conſtiterat de huius populi rabie, robore & direptione. Expediens ergo exercitum contra illos, clam ſubornauit ſedecim elephantos, quos ſciebat Gallorum equos, qui huiuſmodi animalibus non erant aſſueti, abhorrituros & abominaturos, ſicut & rei euentus id probauit. Nam equi elephãtorum ſentiẽtes præſentiam, ſubito horrore ſunt cõcuſsi, quem beluarum clamor, albi dẽtes in uaſto & ſubnigro corpore atq; ingens proboſcis magis auxerunt, atque tantum terrorem incuſſerũt, ut equi retro acti deijcerent ſeſſores ſuos, currus falcatos in ſuos adigerent, & plurimos p medium ſecarent, Galli q; ipſi etiam nolentes ſuis conficerent lanceis, tanta q; confuſio in acie eorum fieret, ut facile à ſuperueniente hoſte interficerentur, caperentur, & in fugã uerterentur. Sunt q ſcribunt, Gallos ante hãc cladẽ uix magna pecunia à Regulis Græciæ & Aſiæ potuiſſe conciliari ad pacẽ, tanta ſæuitia per uaſtabant omnia. Trepidabant primum ingredi Græciam, quouſque Brennus eorum dux eos perſuaſit, aſſerens Græcos eſſe homines imbecilles & effœminatos, abundare autem pecunia, iocalibus aureis & argenteis, nobilia q; donaria habere in templis deorum, quibus promiſſionibus illecti ſecuti ſunt ducem ſuum, ſpoliatis q; hominibus, interfecto Athenienſium rege, deſolatis thermopylis, etiam deorum templa ſunt aggreſsi. Sed dum Apollinis ædem apud Delphos ſpoliare cœpiſſent, partim terræmotu obruti, partim grandine & frigore diſsipati, reliqui ab ac-



Equi refugiunt elephãtes.

Galli occumbunt.


colis

Brennus gladio se cõfecit. colis usque ad internitionem cæsi sunt. Brennus autem in prælio uulneratus, cum dolorem ferre non posset, pugione uitam finiuit. Quod an post Macedonicum bellum aut post Delphicũ fecerit, incertum est. Si post Delphicum bellum sibi mortem consciuit, necesse est ut Macedonicum præcesserit. Eo autem mortuo, superfuerunt adhuc reliquiæ Gallorum, 15. milia peditum, & tria millia equitum: qui cum à rege Bithyniæ unà cum Græcis in auxilium uocati uenissent, partẽ regni tenuerunt, & ab utrisque populis Gallograeci sunt dicti. Postea sub Augusto subiecti fuerũt Romano imperio, ac deinde à diuo Paulo edocti fidẽ Christi. Porrigitur ex Cappadocia in Galatiam Argæus mons, qui tam altus est, ut perpetuis pruinis rigeat, cui Mazaca, postea uero Cæsarea subiacet ciuitas. Præcipuæ ciuitates quas Galatia olim habuit, fuerunt Ancyra, Gordium,

Pisidia. Laodicia & Tauium. Contingit etiam ab una parte Galatiam Pisidia, regio non admodum magna, quæ habet Antiochiam, ciuitatem celebrem, cuius mentio fit in Actis apostolorum, cap. 14. Versus septentrionem uero est Paphlagonia, regio clarissimis oppidis illustris, præsertim Sinope, quæ genitrix fuit multorum sublimium uirorum. Nam gymnasio olim claritsima fuit, et deinde celebris rubrica, sinopide cognominata, quæ nobilior est ea quæ nascitur in Iberia. Quidam etiã ponunt Pompeiopolim olim Eupatoriã dictam in hac regione, cuius & suprà meminimus.

Sequuntur insulæ maris mediterranei, quæ ratione sui situs annumerantur Asiæ.

Rhodus.



Ophiusa. *Colossus.* *Iohannitæ obtinent insulã.*

RHodos urbs, à qua insula Lyciæ Rhodi nomẽ accepit, ante Christi natiuitatem annis 740. à Phoroneo Argiuorum rege condita est, & in urbis fundamento rosæ capulum inuentum, à quo ciuitas & insula Rosa cognominata putatur. Prius Ophiusa dicta est, deinde Stacliа, postea Telchin. Hæc insula nongentorum ac uiginti stadiorum ambitu patet, quæ faciunt ferè triginta milliaria Germanica. Præter cætera in admiratione fuit Solis colossus, quem fecerat Chares Lyndius. Lisippi discipulus, duodecim annorum spacio, trecentis talentis (precio) ex apparatu Demetrij regis. Fuit opus illud septuaginta in altitudine cubitorum, per quod Rhodos clarum nomen est adepta. Concidit id terræmotu anno quinquagesimosexto, postquam fuerat constitutum, iacebat'que Plinij temporibus, iacens autem uisentibus fuit miraculo, paucis eius pollicem amplectentibus: maiores digiti quàm pleræque statuæ, uasti specus hiabant defractis membris, spectabãtur'que intus magnæ molis saxa, quorum pondere ingeniosus opifex id librauerat opus. Fuit autem statua solis, uel, ut alij aiunt, Iouis, fractis'que genibus corruit. Hoc inter septem miracula maximum omnes confessi sunt. Sultanus Aegypti quum Rhodum insulam inuasisset, ex ære huius statuæ quam confractam reperit, nongentos camelos onerasse fertur, atq; in Alexandriã terrestri itinere trãsmisisse. Habet insula ista tres ciuitates, Lindum, ubi colossus erectus fuit in mõticulo, Camyrum & Ialissum, quæ postea Rhodus est appellata habet'que opratũ portum maris. Aliæ uero duæ ciuitates hodie deiectæ & sine habitatore iacent. Fuerunt olim Saraceni huic insulæ ualde infesti, præsertim anno Christi 615. quãdo ciuitatem Rhodi ceperunt, & collapsum colossum multis camelis oneratis in Aegyptũ transportarunt. Anno domini 1308. Rhodus insula in potestatem Christianorum rediens, per fratres hospitalis sancti Iohãnis Ierosolymitani obtenta est. Hi nempe, quum Ierosolyma omnino deperdita esset, & Templarij fuissent extincti, procuratis magnis priuilegijs indulgẽtiarum à papa erga porrigentes manus adiutrices, discurrentes per Italiam cum indulgentijs multam pecuniam congregauerunt, quibus suffultus magnus eorũ magister, cum classe ex Neapoli mouens, mari transito, prælio deiectis Turcis, obtinuit insulã, & urbẽ penè dirutã Christianorũ suffragijs instaurauit. Quib & p magna parte Templariorũ bona addita sunt, sicq; multis beneficijs ab ecclesia sunt dotati. Anno 1480. Mahometus Othomannus Turcarum imperator ductis contra Rhodienses centum millibus armatorum,

matorum & ſedecim ingentibus machinis, hanc uindicare ſibi propoſuit, ſed cum ignominia repulſus eſt. Nam quum 24. annorum curriculo complures uicinos ſibi ſubegiſſet, animo inflatus ægre admodum tulit, Rhodum urbem finitimam eius imperio liberam eſſe. Ingenti ergo claſſe, maximáque bellatorum ui Rhodum petit decimo Kalendas Iunij, anno memorato, militeq; in terram expoſito, primùm in uertice mõtis ſancti Stephani caſtrametatus eſt, & per tres fermè menſes urbem bombardis aliſq; miſſilibus indeſinenter per duces ſuos oppugnauit. At Petrus Rhodiorum magiſter, uir prudens, diuino ſuccurrente auxilio, hoſtem fudit, propulſauit & percuſsit, tanto'que impetu hoſtem in fugam uertit, ut illi ſibi necis cauſa eſſent. Exactis itaq; 89. diebus, imperator Turcarum littore Rhodiorum claſſes ſoluens, Phyſcum nauigare properat, illic milites & ſuppellectilẽ exonerat, ubi dies undecim moratus, ad domeſticos lares cum clade & ignominia reuertitur. Habes hiſtoriam iſtam quoque ſuprà apud Mahometum ſecũdum huius nominis, octauum autem Turcarũ tyrannum. Quomodo deinde anno Chriſti 1522. Solymannus undecimus Turcarũ imperator, Rhodum inſulam expugnauerit, atque ſibi ſubegerit, cum magno Chriſtianorum dedecore, ſignauí ſuprà ſub huius tyranni nomine, in catalogo Turcicorũ imperatorũ, unà cum aliſs hiſtoriſs uſq; ad annum ferè præſentẽ ſub imperio geſtis.

Mahometus oppugnat Rhodum.



Lesbus inſula.

LEsbus inſula in Aegæo mari, Aeolicarum urbium metropolis, habet in ambitu ſuo ſtadia centum ſupra mille à Borea in auſtrum protenſa, quingenta & ſexaginta ſtadia longitudinis habens, feraci agro & multa materia ad claſſes conficiendas idonea, unde & à quibuſdam inſula felix & fortunata nominatur. Plinius oſtendit quondam urbes quaſdam in ea per terræmotũ penitus concidiſſe, & reſiduas manſiſſe, Mitylenen, à qua nũc inſula quoque Mitylene appellatur, Ereſſon, Antiſſam & Methymnã. Pelaſgi priores inſulam habitauere cum ſtaret Troia: poſtea Aeoles ſucceſſerunt, deinde Perſarum imperium ſubijt, poſtea Macedonum, deinde Romanorum: Tandem ab imperatore Conſtantinopolitano tradita eſt cuidam Genuenſi, apud cuius poſteros manſit: utque ad Fridericum tertium, ſub cuius imperio Turcarum claſſes ſæpenumero in Lesbum delatæ, homines & armenta abegerunt, nihil extra urbium mœnia relinquentes, quarum unam fœminæ manu ſeruatam tradunt. Oppugnauerat Turcarum exercitus inſulæ oppidum non contemnendum, muri'que partem machina deiecerat, et facta clypeatorum teſtudine, irrumpere properabat: nec oppidanis animus erat ad ferendum impetum, aliſs deditionem, aliſs fugam meditantibus. Sed affuit uirgo uirilibus armis indu ta, quæ, mirabile dictu, ſalutem patriæ peperit. Adhortata enim ciues ne hoſtem metuerent, primam ſe Turcis obiecit, ac pro loci fractura depugnans, nonnullos obtruncauit, cuius audaciam admirati oppidani, & ipſi animum reſumpſere, tantam'que hoſtium ſtragem ediderunt, quãtam uix credere quiſpiam poſsit. Poſtea anno 1464. rediens Turca multis copijs, obtinuit inſulã multi ſanguinis profuſione.

Mitylene.

Puellæ uirilis animus.

Chius.

Chius.

Vinum Malu aticum.

Mastix.

CHius insula nongentorũ stadiorum ambitu cõtinetur. Pelmeus mons in ea est, omniũ eius insulæ altissimus, ex quo marmor effoditur. Est etiã Aruisia locus asper & importuosus, qui uinum fert Græcanicũ optimum, quod Maluaticum uocãt. At hodie illud unum ad nos defertur ex Creta insula. Nascitur etiam in Chio mastix, unde Genuẽses magnũ fecerunt lucrũ. Est aũt lachryma quam Lentiscus arbor gummi modo sudat.

Samos & Icaria insulæ.

Iuno Samia Pythagoras.

Gallinarũ lac

Icaria insula.

EST Samus duarum insularũ nomen, una enim adiacet Thraciæ in mari Aegæo, quæ & Samothracia appellatur, de qua suprà nonnihil diximus. Altera de qua nunc tractamus, est in mari Ionio iuxta Ephesum, Iunoni dicatissima, ꝙ in ea nata fuerit & educata atque Ioui nupta, ubi antiquissimũ fuit templum & simulacrum in habitu nubentis figuratum: unde & Iuno Samia dicta est. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, nec nõ & una ex Sibyllis. Abundat hæc insula luto, conficiendis fictilibus aptissimo. Vino autem est infelix, cum cæteræ circũuicinæ uino optimo abundent: in cæteris rebus feracissima est, propterea q̃ eam laudant, etiam gallinas lac ferre dixerunt. Multæ ei cum Athenienſibus inimicitiæ fuerunt, & plurimas tyrãnides passa est. Iuxta Samũ sita est quoque Icaria insula, cuius ambitũ trecentorum stadiorũ esse dixerunt, & in ea Dianæ templum Tauropolion appellatũ. Habet nomen ab Icaro Dædali filio, qui unà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, cum ultra patris iussa altius euolasset, solisq̃ ardore cera qua pennæ continebantur, liquefacta ita esset, ut ab alis defloueret, decidit in mare, à quo postea Icarium mare dictum fuit. Fabulosa quidẽ hæc sunt, sed documentum habent, ne filij parentũ mandata cõtemnãt, prudentiores q̃ maiorib. suis esse uelint.

Cous seu Coum insula.

Longouia insula.

COus Coũ, siue Co, insula in mari Icario Rhodo, ꝓpinqua, quæ olim magna fuit & optime habitata, & aspectu iucundissima ijs qui eò nauigant. Ambitus eius quingentis & qnquaginta stadijs elauditur, tota fertilis & optimo uino abundans. Hæc à nostris Longoum dicitur. Est & urbs eo nomine, antiqtus Astypalæa dicta, in cuius suburbano Aesculapij templum fuit ualde insigne, & multis donis opulentũ, inter quæ nuda uenus erat, quæ postea Iulio cæsari Romæ dicata est.



Apelles pictor.

Apellis hanc picturam crediderunt, pro qua remissa Cois 100. talenta ex imperato tributo dicunt, tanti erãt illius artificis opera. Vixit aũt temporibus Alexandri magni. Vnde fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi uoluisse q̃ ab Apelle. Fuit enim pictor eximius, patria Cous, ingenio & gratia præstantissimus. Nam, ut ait Plinius, omnes prius genitos, futuros q̃ postea superauit: & picturæ plura solus prope, q̃ cæteri omnes contulit. Is moriens Venerem reliquit, quam nemo ausus est perficere. Scribit quoque de eo Plinius, ꝙ solitus fuerit perfecta opera sua proponere transeuntibus in loco patenti, atque ipse post tabulam latens, uitia quæ notarentur auscultabat, uulgũ diligentiorem iudicem q̃ se præferens: ferunt q̃ à sutore esse reprehẽsum, ꝙ in crepidis unà intus paucioribus feciſſet ansas. Eodem postero die superbè ob emendationẽ pristinæ admonitionis cauillãte circa crus, indignatũ Apellem prospexisse, denunciantẽ, ne supra crepidã sutor iudicaret. Quod & ipsum in prouerbiũ uenit, ne quis de his iudicare conetur, quæ sunt ab ipsius arte & professione aliena. Hippocrates quoque Pythagoræ discipulus, omnium medicorũ princeps in insula Coo est natus. Hic medicinam longo tempore perditã reuocauit in lucem, quæ quingentis annis post Aesculapij mortẽ latuerat. Fuit nanque Aesculapius frater Apollinis, qui medicinã à fratre repertã ampliauit, & herbarũ uires indagauit. Excessit aũt Hippocrates è uita, annos natus 104. Produxit regio illa oriẽtalis plurimos insignes atq̃ doctissimos uiros, quorum ar-



Sutor non ultra crepidã.

Hippocrates.

tum artes usq; ad finem mundi nunq; euanescent. Nam in Cilicia natus est Dioscorides, qui tam arcana scripsit de simplicibus. In Coo natus est, ut diximus, Hippocrates medicorũ princeps. In Pergamo Mysiæ natus est Galenus medicus excellentissimus, patre diuite & largo, qui à puero intentus fuit studio medicinæ, statura magnus, spatulas & humeros habens latos, qui Hippocratis scripta miro explanauit ingenio. Fama est cum uixisse annis 140. Lesbus protulit Theophrastum philosophũ eloquentissimũ, Aristotelis discipulũ et in schola successorẽ, q̃ pclara opera scripsit de animalib. & de plantis. Samos dedit Pythagoram insignem mathematicũ & legum latorem. Hic in Aegyptum primũ, mox Babyloniã, discendi cursus syderum gratia profectus, inde regressus in Cretam & Lacedæmonẽ peruenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Denique in Italam transmittens, populos assuetos luxuriæ, autoritate & doctrina ad frugalem cultum reuocauit: matronas ad pudicitiã, iuuenes ad modestiã cohortari cœpit. Cæterum Aesculapiũ, quem Græci uocant Aesclepiadem, quidam scribunt in Bithynia ciuitate Prussa natum, & Epidauri mansisse, qui ante Troianum bellum medicinæ studuit.

Dioscorides.

Galenus.

Theophrastus

Sarmatia Asiæ, & primũ de Scythis.

SArmatia olim Scythia Asiæ, aut pars Scythiæ, cuius incolæ appellati sunt Sauromatæ, fuit aliquando inculta terra, nec habuerunt incolæ certas mansiones, sed continuo migrauerunt de loco ad locum. Nostris uero temporibus habitant à Tanai fluuio secundũ littus maris uersus Bosphorum Cimmerium, quem hodie Vosphorum, sinum sancti Iohãnis & mare Tanais fluuij appellant, olim autem paludes Mæotides dictæ fuerunt, atq; hinc extenduntur uersus Phasium fluuium ferè usque ad Colchidis regionem, itinere octo dierũ contra orientem. Inhabitant totam regionem absque ciuitatibus & castris, frequentior autem habitatio eorum est in ualle quadam Cromuc dicta, ubi aër est clemẽtior, & terra fertilior. Sunt contermini Tartaris, habent'que propriã linguam, quam ex gutture pronunciant. Confitentur etiã Christianam fidem, more tamen Græcorum. Abstinent à baptismo usque ad octauum annum, nec ingrediuntur ecclesias, donec peruenerint ad sexagesimũ annum. Nam uiuunt ex rapina, atque ideo indignum censent uisitare loca orationi deputata, quousque in senectute à prædationibus & rapinis cessent. Habẽt nobiles suos in magno honore, qui etiam plerunque equis insidentes decernunt iudicia, exequuntur'que alia negocia, nec sinunt ut subditi sui utantur equis. Et cũ aliquis eorum pullum equinum euexerit ad iustam staturam, nobiles illum accipiunt, reddentes pro eo bouem, atque dicentes, boues & exiguos equos competere rusticis. Nobiles nullũ agnoscunt dominum, sed solum deum confitentur dominum suum. Sunt etiam sæpe tam discordes inter se, ut mutuo sese conficiant, maxime fratres. Terra eorum pro magna parte est paludinosa & arundinetis plena, præsertim fert calamum aromaticum. Vulgus plebeium supra modum premitur à dominis, atque sæpe cum iumentis, uxoribus & liberis captiuum abducitur & diuenditur. Nobiles abstinent à mercimonijs, solum ea quæ raptu colligunt, uendunt: dicẽtes, suum esse officium, gubernare populum, uenationibus intendere, & ludos militares exercere. Gerunt continua bella cum Tartaris, quibus undique circumdantur, & traiecto Bosphoro infestant Tartaros qui in Chersoneso habitant, & in qua Caffa est ciuitas. Cõgelato enim hyemali tempore mari, sæpe & ipsi infestantur à Tartaris. Vescuntur carnibus ferinis & domesticis. Carent frumento, tritico & uino: sed ex milio & alijs quibusdam leguminibus conficiunt panem & pultem, parantes quoque ex illis potum, quem Boza uocant. Cuncta domicilia eorum constructa sunt ex culmo, arundine & lignis. Et quando nobilis aliquis apud eos moritur, cõstruunt in campo congeriem arundineam, cui exenteratũ defuncti corpus imponunt, uisitatur'que octo diebus à propinquis & subditis suis, atque donis uarijs honoratur. Assistunt congeriei duo antiqui amicl ba culis incumbentes, & ad sinistram defuncti stat uirgo quædam, habens iaculum cum panniculo sericeo in manu, quo abigit muscas, etiam hyemali tempore. Contra defunctum uero in terra sedet prima eius uxor, indesinenter sed sine lachrymis illum intuens. Transactis'que octo diebus, afferunt loculum magnum, in quem cadauer cum parte donorum includunt, ac deferunt ad locum sepulturæ destinatum, ibi'que funus in superficie terræ positum obruitur terra, quousque agger & monticulus quidam inde consurgit, quanto'que defunctus maiori fultus fuit potẽtia, tanto maiorem faciunt terræ cumulum. Post sepulturam instante hora refectionis apparant equum phaleris ornatum, ducunt'que illum ad sepulchrum defuncti, & inuitant illum ter ad instru-

Mæotides paludes.

Scytharũ mores.

Nobiliũ Scytharum tyrannis.

Sepultura nobilium.


Dewina prouincia
Cingulo terræ
Mologa
Rostow
Vglitz
Kastroma
Permia prouincia
Czeremissa
Permia
Orwer
Volga fl.
Moskwa fl.
Moscouia
Orlow
Nouogardia
Occa fl.
REZAN
Rezitza fl.
SARMATIA ASIATICA
Rha flu. secũdum Ptolæmeum, Secũdum Ruthenos uero Volga, et secũ dũ Tartaros Edel.
Tula fl.
Tanais fl.
Don fl.
Sem fl.
Asow
Tartaria olim Scythia
Minor Tanais
Maotis palus
Tocari
Circassi populi
Volga fl.
Trapana
Cauca sus mons
Bosphor?
Tamica
Iberia
Colchis
Araxes? fl.
Albania
Phasis
Ponus Euxin.
Cyrus fl.
Moschici mõtes
Mare Caspium
Araxes fl.
Capadocia
Euphrates fl.
Armenia
Gordei mõtes
maior
MEDIA
Tigris
Caspij mons
Armenia minor
Assyria



ctum conuiuium, ſed eo nihil reſpon dente, redeũt cum equo domum, ut renuncient conuiuis ſe nihil reſponſi accepiſſe, & tunc ab omnibus decernitur, ſe exemptos ab illius obligatio ne & obedientia, edentes, bibẽtes, hilariter'que conuiuantes ad honorem defuncti. In hac Scythiæ regione iu xta Mæotides paludes inſigniores ci uitates ſunt: ſũt Patarue, hodie Toca ri: Tyrambe, nũc Trapano, Geruſa, quæ nũc ſanctus Georgius uocatur: Mapeta, nũc Copa: Hermonaſſa, ho die Madaque: Bata, hodie Mauri: Am pſalis, nunc Albaſequia: Oenanthia, noſtro tẽpore ſancta Sophia. Itẽ Tanais ciuitas, noſtro ꝛuo appellatur Tana, & Rha fluuius Volga & Volha, à Tartaris autẽ appellatur Edel. Caterum Procopius et Agathius in hoc cõſentiunt, q̃ Huni, poſtea Hungari dicti, ex hac terra originem acceperint Item bona pars huius terræ appellatur noſtro tempore Cumania, eſt'q̃ principatus Tartariæ. Propagarunt quoque in hanc terrã quondam Amazones ditionem ſuam, habitantes iuxta Rha fluuium. Quin et Alexander magnus dicitur ingreſſus hanc terram, quum peragraret Aſiam, reliquit'q̃ memoriã, duabus erectis columnis, etiam ſi quidam negent, hodie eiuſmodi reperiri columnas. Cõdidit quoque idem Alexander iuxta Tanaim flu. ciuitatẽ, quam de ſuo nomine appellauit Alexandriã, cuius ambitus continebat 60. ſtadia, tanta'q̃ celeritate opus perficiebatur, ut 15. die tecta domibus imponerentur. Locum quem caſtra eius occupauerant, ordinauit pro ciuitate, impoſuit'q̃ colonos.

Ciuitates iuxta Mæotides paludes.

Cumania.

Alexãdria iuxta Tanaim


Armenia maior,

VAſta & lata regio eſt Armenia maior, aſpera tamẽ ob montes, colles & ualles, ſed fertilis, exceptis quibuſdã uallibus, in quibus nõ facile uitis naſcitur. Montes uerſus Colchidem & Iberiã ſunt tam alti, ut ſemper niuales ſint. Et quia ex Armenia ueniri non poteſt in eas regiones, niſi huiuſmodi montes tranſcendantur, fit ſæpe ut iter agentes, in ſummis montiũ cacuminib. niue obruantur: ob quã rem baculos ſecũ ferunt, quos in ſummã niuem dilapſi, reſpirandi gratia exerunt, & ut eo ſigno auxiliũ à tranſeuntibus conſequantur. Quapropter ſæpe effoſsi ſeruãtur. Habet etiam Armenia magna aquarũ ſtagna & paludes, quarũ unã, nempe Toſpitẽ, aut ſecundũ alios Arethuſam, Tigris flu. q̃ in Armenia naſcitur ingreditur. Attollit inqt Solin. Tigris caput in Armenia, in loco edito, ex lucido cõſpicuo'q̃ fonte, ex monte Gordica originẽ ducens, nec ab exordio ſtatim totus eſt, ſed primo pigre fluit, abſorptus'q̃ per magnũ ſpacium, rurſum magna uiolentia erumpit, tanta'q̃ pernicitate dictũ lacum tranſit, ut aquas ſuas impermixtas retineat: quin nec piſces lacus immiſcent ſe Tigridis alueo, ſicut nec amnici piſces attingũt ſtagnũ Arethuſæ. Rapit hic fluuius ſecũ ſua pernicitate arenam & ſaxa tantũ'q̃ una die decurrit, quãtum quis pedes 7. dieb. ambulare poteſt. Vocatur à celeritate Tigris, q̃ Medi Tigrim ſagittã appellent, ut Plin. refert. Produnt hiſtoriæ, Alexandrum magnũ maximo labore ex hac regione in Mediã ueniſſe, atq̃ difficulter per tot montes exercitum trãſtuliſſe, præſertim aũt ſunt in ea regione Gordei montes, q̃ perpetua teguntur niue, nec ullo humano ſtudio peruenirí poteſt ad eorũ cacumina, putanturq̃ eſſe montes, in quib. reſedit poſt diluuiũ arca Nohæ, q̃ hebraice uocãtur Ararat. Scribit Haitonus, q̃ natus eſt ex Armenia, q̃ ſuo tempore, nempe ab hinc anꝛe 300. annos, apparuerit in horum montiũ cacumine quiddã nigrum,

Mõtes niuoſi.

Tigris flu.

Arca Nohæ



nigrum, quod ab hominibus dicebatur esse arca uel pars arcæ diluuij. Scribit etiam in regno Armeniæ plures magnas & ditissimas esse ciuitates, inter quas Taurisiū primatum tenet in opulētia & dignitate. Nostro tēpore utraq; Armenia, maior & minor, sub potestate Turcæ est.

Colchis.

GEographi scribunt regionē istā feracissimam esse omnium rerum, quæ etiam per trāseuntes amnes ad pegrina loca exportari possunt: maxime aūt abundat omnib. rebus quæ ad fabricandas naues pertinēt. Mel tamen frequētius amarum habet. Profert linū, canabem, ceram & picem. Gignit quoq; aurū. Inter multas insignes ciuitates habet Dioscuriā, quæ & Sebastopolis, in mari Euxino potentiss. et ubi olim celeberrimū fuit emporium: item Siganeum, hodie Garbendia: Neapolis, iam Negapotino: Phasis ciuitas & fluuius, qui tempore Strabonis habuit centum & uiginti pontes.

Dioscuria Sebastopolis.

Iberia.

HIus regionis populos quidā asserunt, pīsertim Dionysius, ab Iberis Hispaniæ uenisse. Nam Iberi in Hispania graue damnū passi, à mari profecti sunt in Italiā, ut ibi mansionem sibi facerent. Italis uero recusantib. dare illis habitandi locū, progressi ultrà, uenerunt tandē in Asiam ad Caucasum montē, ibiq; sedem figentes, cœperūt usurpatū locum implere ciuitatib. & hominibus. Varro tamen contrariū scribit, nempe, Iberos oriētales uenisse & inhabitasse partē Hispaniæ. Cōmemorat Strabo in hac Iberia sicut & in Iberia Hispaniæ inueniri aurū. Metropolim eius Ptolemæus signat Armasticā, Plin. uocat Harmastim, & Strabo Harmosicen. Quatuor aditus in Iberiā ducunt admodū difficiles: ex Colchide itur per angustias mōtis, per quas Phasis excurrit, 100. & 20. pontib. transmeandus. Hic amnis propter flexiones asper ac uiolentus ex Iberia in Colchidē fertur, conualliū torrentib. multo imbri adauctis, & propter imminentes montes arctus q̄plurimis impletur fontib. Nec minus difficilis ex Nomadib. aditus patet. Ex Albania uero aggressus est per petrā excisam, dehinc per stagnum quod amnis efficit, cadēs ex Caucaso. Ex Armenia q̄que per angustias itur q circa Cyrū fluuium sunt. Nam Cyrus ipse ortū trahit ex Armenia, & per angustias montiū defertur in Iberiam, auctus q̄ Arago amne à Caucaso defluente, rursus per alias angustias euadit in Albaniā.

Metropolis Iberiæ.

Cyrus flu.



Albania.


ALbani q sunt Caspij maris accolæ, Nomadibus nō modo genere, sed uita q̄q; proximi, pastorales sūt & bello nō inepti, mira soli fœcunditate p̄diti, ac Cyri p̄sertim amnis interfluuio. Terra sementē omnē, etiam domesticā spōte fert, sine labore cultura'ue, bona omnia parit: semel sata, bifera trifera'ue efficitur, Aegypti feracitatē exuperat, aēris mira temperies: uites q̄nquennio putātur, in bimatu nouellæ fructū ferunt, adultæ usqueadeo fœcundæ, ut post magnā uini copiam, maximā in palmitib. luxuriā edant. Nec minori quidē fœcūditate sunt pecora. Homines pulcherrimi ac magni corpore, ab albedine capillorū nomē sortiti. Simplex his ingeniū, mercaturæ & cupiditatis expertes. Iaculatores sūt & sagit-

& ſagittarij: arma eorũ clypeus & thorax atq; galea. Albani ſenectutẽ præcipue uenerantur: & in uita defunctos pientiſsimi, præſertim in parentes. Ad flumen Alazonium letiferos ſerpentes habeãt, itẽ ſcorpios & araneas, quarũ alteræ cogũt ridendo mori. Fuit aũt olim Albania ſub imperio Perſarũ, poſtea Macedonũ, deinde Ro. Nũc ſub magni Cham principis Tartarorũ potestate degit.

De prouinciis Syriæ, Meſopotamiæ, Cypri, Arabiæ & Babyloniæ.

PTolemæus quinq; has regiones una abſoluit tabula, id quod in regionũ tabulis aut in ipſo Ptolemæo uidere poteris, ubi & ſitus earũ quem ad ſe inuicẽ habẽt exprimitur. Vt aũt iuſto ordine unam regionẽ poſt aliam luſtremus, primũ Cyprũ inſulã deſcribemus, ac deinde Syriam & reliquas hic ſignatas prouincias, cum earũ priuatis terris.


Cyprus inſula.



CYprus inter maiores maris mediterranei inſulas locum ſibi uendicat, inter Ciliciam & Syriã ſita, diues, luxui dedita, atq; olim Veneri ſacra, cui & primũ in hac inſula fuit conſtitutum templũ. Hæc Macaria aliquãdo fuit dicta, q̃ mire fertilis ſit, & nouẽ aliquando regnorũ ſedes. Abundat uino & oleo, frumẽti q̃que ſatis habet. Aëris etiã metalla in ea fuerũt, in quib. uitriolũ & rubigo æris naſcebatur, ad medicinæ uſum idonea. Canna quoq; mellis multa in Cypro reperitur, ex qua ſaccarũ excoquitur. Ex pilis etiã caprarũ pannus cõficitur, cui Zambellotũ hodie nomen eſt. Plin. ſcribit Cyprũ ſmaragdo, cryſtallo, ære Cyprio cognominato, adamante et alumine eſſe nobilem, quã aliquando adnexã continenti putãt, unà cum Clidib. inſulis, ſegregauerit q̃ eam maris ſæuitia ab ipſa Syria. In ſumma, Cyprus multas res ad alias gentes mittit, ex quib. lucra nõ pauca redundãt: alienis nõ multũ eget. Sed aërem parũ ſalubrẽ habet. Tota inſula delitijs incũbit, & fœminæ admodũ laſciuæ ſunt. Anteq̃ Cyprus olim à Ro. donaretur, abundabat diuitijs, eratq; tanta diuitiarũ fama, nec falsò, ut illæ latius ærarium populi Ro. q̃ ullus triumphus impleuerint. Ambitus inſulæ dicitur eſſe triũ milliũ, quadringentorũ ac xx. ſtadiorũ. Diſtat aũt à Cilicia xc. millib. paſſ. ut etiam cerui gregatim queant à Cilicia natare in Cyprũ. Vnde Plin. lib. 8. cap. 32. Cerui tranant gregatim maria nantes porrecto ordine, & capita imponentes p̃cedentiũ clunib. uicibusq; ad terga redeuntes. Hoc maxime notatur à Cilicia Cyprũ traijcientibus. Nec uident terras, ſed in odore eorũ natant. Cornua mares habent, ſoliq; animaliũ omnibus annis ſtatuto ueris tempore amittunt, ideo ſub ipſa die inuia petunt, & latent uelut inermes. Ceruæ octonis menſib. ferunt partus. Editos partus exercent cur-

Macaria.

Cerui natantes.



su et fugam meditari docent: ad prærupta ducunt, saltum'q; demõstrant. Cæterũ animal simplex & omniũ rerum miraculo stupens, in tantũ, ut equo aut bucula accedente propius, hominem iuxta uenantẽ non cernãt, aut si cernant, arcũ ipsum sagittas'q; mirentur. Gerunt indicia ætatis in cornibus, singulis annis adijcientib. ramos usque ad sexẽnes: ab eo tempore similia reuiuiscunt. Nec postea potest ætas discerni, sed dentib. senecta declaratur. Nõ decidunt castratis cornua nec nascuntur. Est ceruis cum serpẽte pugna: inuestigant cauernas, uarium'q; spiritu extrahunt renitentes. Ideo singulare abigendis serpentib. odor adusto cornu ceruino: contra morsus uero præcipuum remediũ ex coagulo hinuli in utero occisi. Vita ceruis in cõfesso longa: post 100. annos aliquib. capris cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obesitate. Extremitas caudæ ceruinæ habet uenenũ, ideo abijcitur. Puluis rasus de cornibus eius atque potus, uermes in stomacho occidit. Valet etiam contra ictericiam.

Remediũ contra morsũ serpentis.

De Cypro.

Bombyx.

Sed reuertamur ad insulã ipsam. Fertilla habitatorib. suis omnia necessaria, frumẽtum, uinum, oleum, æs, linum, gossipium, maximas arbores &c. Maximus prouentus ex insula hodie suscipitur bõbycis, cuius incredibilis copia Venetias fertur, ut tota insula uideatur in lanã abijsse. Vini est ferax, quod uirtute & gratia cũ Cretico certat. Scribunt quoque in laudẽ eius, q; in ea sine externo subsidio fabricari possint maximæ naues, haberi'q; ex ea omnis apparatus. Nam habet procerissimas arbores pro malis, habet picẽ ad liniẽdas naues, habet etiã linum pro uelis & funib. texẽdis. Cõsurgit quoq; Olympus quidã ex mediterraneis, unde duo insignes exeunt amnes, Lycus & Lapethus prior in austrũ, posterior in septentrionẽ decurrit. Crescit etiã elegans sal in Cypro, quod in modũ glaciei fodiũr ex terra. Nõ procul ab oppido Lymiso tractus quidã terræ est. q adeo scatet uermib. & immundis reptilib. ut nemo ibi habitare possit. Est tamen ibi monasteriũ, in quo plures nutriuntur feles. q̃ turmatim egressæ in campũ, malũ illud imminuũt, reuocãtur'q; eædẽ rursum p cãpanã in cœnobiũ Est ibi & q; sylua arborũ ferentiũ fructũ illũ, quẽ myropolæ uocãt Carrubiũ & cornua hœdi, uulgo aũt dicitur panis sancti Iohannis.

Sal fossile.

Cyprus quãdo euecta ad regnũ.

Cyprus cadentib. rebus Ro. diu sub imperio Græcorũ fuit. Anno uero Christi 1181. cũ Richardus rex Angliæ Ierosolymã petens, in hanc insulã tempestate delatus portu ab incolis, phiberetur, deiecit ex insula Græcos, sibi'q; Cyprũ subiugauit. Indignatus cm̃ arma q̃ in Saracenos parauerat, in Græcos uertit, eis'q; insulã abstulit, & spoliatã firmo

suorum

ſuorum p̃ſidio cõmunitam reliquit. Paulo poſt tamen Guidoni genere Gallo, q̃ de Ieroſolymi- *Galli poſsidẽt*
tano regno cõtendebat, eam permiſit, quã ille poſteris ſuis uſque ad noſtra fere tẽpora reliquit, *regnum.*
atque poſt uarias ſucceſsiones regnũ ad duos fratres peruenit, quorũ alter Petrus à fratre interfe
ctus eſt. Nulla em̃ ſancta reperitur regni ſocietas. Sed nõ impune celsit ei parricidiũ. Nam cũ ſo- *Nulla ſancta*
lenne cõuiuium inſtituiſſet, inuitati Genuenſiũ ac Venetorum mercatorũ iudices, magna inter *regni ſocietas*
ſe cõtentione de priori cõſeſſu certare cœperunt. Cum'que rex Venetis propenſior uideretur,
indignati Genuẽſes, armis ſuam dignitatẽ retinere ſtatuerunt, atque in regiã, tectis ſub ueſte gla
dijs, profecti ſunt. Quod intelligentes Venetorũ primores, regẽ adeunt, atque inſidias ſuo capi-
ti paratas dicunt, & ob id iuuentutẽ Genuenſium armatã intraſſe palatiũ. Rex miſsis è ueſtigio
q̃ rem inquirãt, inuentos cũ armis Genuenſes in ſublimẽ palatij locum rapi iubet, atque ex altiſ-
ſimis feneſtris in forũ p̃cipitari, ſtatuta militũ cohorte, q̃ lanceis atque gladijs cadẽtes exciperet.
Reliq etiã per Cyprũ cõmorantes Genuenſes perq̃ſiti ac necati ſunt, ita ut uix unus ex tanta cla *Genuenſium*
de ſuperfuerit, q̃ rem geſtã in patriã renunciaret. Accepit tamen dux Genuenſiũ ac ſenatus pau *clades.*
lo poſt atrocẽ ſuorum ciuiũ iniuriã, atque in ultionẽ erectus intra .o. dies potentiſsimã claſſem ar
mauit, & in Cyprum miſit. Claſsis iaque p̃fectus Trugeſius expoſitis in terrã copijs, mox Ni-
coſiam p̃fectus, ægre defenſam cepit, breui'que regẽ ac reginam & uniuerſam inſulam in ſuã po- *Genuenſes ex*
teſtatem redegit, & interfectis nephãdi cõſilij autorib. ingenti ditatus p̃da, maiori cum gloria & *pugnant inſu*
breuiori tẽpore q̃ ſperaretur, domũ rediit. Rex cum coniuge aliquãdiu in carcere ſeruatus eſt, & *lam.*
regina p̃gnans in captiuitate peperit. Tandẽ uenia regi data eſt & regnum tributariũ factum, &
urbs nobiliſsima totius Cypri emporium Famaguſcha, de regno recepta, Genuenſi populo ap-
plicata, portu & uectigalibus diues. Puerũ regni natũ Ianum appellauere, q̃ in Genua eſſet na-
tus. Aduerſus hunc, cũ patri ſucceſsiſſet, Soldanus Aegypti ualidiſsimã claſſem miſit, eum'q̃ ca-
ptiuum abduxit, Nicoſiã regni caput diripuit, eccleſias incẽdit, & multa mala perpetrauit. Rex *Nicoſia regni*
poſtea 100. & 25. millib. aureis redemptus, & tributarius Aegyptiorũ factus, in regnũ rediit. Spo *caput.*
liantibus uero rurſum Aegyptijs inſulã, hæſit in littore nauis Veneta, q̃ peregrinos quotãnis Ie-
roſolymam uehit, quã adoriuntur Aegyptij, atque expugnãt, iubent'q̃ peregrinos q̃ aderant, ſi
uiuere uelint, erectis digitis Chriſtũ negare, ſed nemo repertus eſt q̃ pluris uitã q̃ fidem fecerit,
ob quã rem 30. lapidib. obruti, ad ultimũ ſpiritum Chriſto benedixerunt. Ianus rex per tot aduer
ſa uitã agens, tandẽ relicto filio impubere Iohãne, mortẽ obijt. Filius inter fœminas educatus, cũ
uirilem ætatẽ attigiſſet, mulierem ſe magis q̃ uirum oſtendit: Vxorẽ tamen duxit ex familia mon
tis Ferrati, qua breui mortua, Helenã duxit ex Paleologorũ p̃ſapia, mulierẽ ingenioſam & cor-
datam. Quæ ubi cõſummato matrimonio uiri uecordiã cognouit, non tam reginã q̃ regem egit, *Reginæ uirtus*
regnũ'que ipſa gubernauit, magiſtratus depoſuit atque inſtituit, ſacerdotia pro ſuo arbitrio ordi
nauit, & eliminato latino ritu, græcanicũ ſuperinduxit, belli pacis'que leges dixit: at uiro ſatis fuit
cõuiuari, delicijs'que affluere, atque in hũc modũ uniuerſa inſula in poteſtatẽ Græcorum rediit.
Potentiſsima apud reginã nutrix eius fuit, & apud nutricẽ filius. Cum is matrẽ, mater reginã, re-
gina aũt regem regeret, Iohãni ex cõcubina Iacobus natus eſt, ex cõiuge autẽ nata eſt Carlota fi *Carlota.*
lia: q̃ poſtq̃ adoleuit, nupſit Iohãni patrueli regis Portugalliæ: q̃ & conſenſu procerũ in regnũ eſt
accerſitus, ut uiuẽte ſocero rem adminiſtraret. Iam enim muliebris regiminis nõ minus populũ
tædebat q̃ pudebat. Aduẽtante igitur Iohãne, celebratis'que nuptijs, cuncta in eius manu poſita
ſunt, et forma regiminis correcta, diuina & hũana reformata negocia, Ro. eccleſiæ ritus inſtaura
tus, reginæ ac nutrici adẽpta poteſtas. Nutricis uero filius noui principis facilẽ ueritus, matri ſua-
ſit, ut eum ueneno extingueret, ſi ſe cum filio ſaluã uellet. Nec ſurdo cãtata eſt fabula. Nam uene- *Rex ueneno*
fica mulier cõſentiente regina (ut fama eſt) nobiliſsimũ principẽ toxico ſuſtulit, ſic'que imperiũ *tollitur.*
ad Helenã rediit. Filius quoque nutricis gloriabundus, Carlotã ludibrio habuit. At illa ad fratrẽ
cõfugiens, ſuas cõqueſta calamitates, opem petijt. Iacobus nõ tam ſororis gratia q̃ regni ſibi pa-
randi, nutricis filiũ interfecit, cœpit'que cum amicis id agere, ut rex appellaretur, indignũ exiſti-
mans, aut ſororẽ ſibi aut ſororis uirum p̃ferri. Quod p̃ſagiens Helena uiro perſuaſit, ut filiũ eccle
ſiæ traderet, ac ſacris ordinib. initiaret, ſic futurũ, ut regnãdi ſpem poneret. Curabant quoq; eum
poſtulari in p̃ſulem Nicoſienſem & in poſſeſsionẽ eum deduxerunt. Interim Carlota ſuaſu ma
tris ac procerũ Ludouico Subaudiæ ducis filio nubit, iubetur'q̃ celerrime uenire in Cyprũ. He-
lena uero et nutrix irritatæ interfectione filij, nituntur Iacobũ penitus excludere regno, negãt'q̃
ſanguinarium hominẽ in eccleſiæ militiã recipiendum, ſcribentes etiã literas Ro. pontifici. Sed li
teræ caſu intercipiuntur à Iacobo, irritatus'que cõtrahit nõ paruã amicorum manũ, & ex Rho-

do in Cyprũ nauigãs, clàm regiã urbem ingreditur, & oẽs ſibi offenſos interficit, bona inter amicos partiẽs, & tãq̃ victor in ciuitate moratur. Regina interim moritur, et paulo poſt etiã uir eius. Turbato aũt ſic regno, accerſitus Ludouicus aduenit, & magno omniũ applauſu rex ſalutatur. Iacobus autem aduentũ eius haudquaq̃ expectare auſus, cum amicis in Alexandriã nauigauit, opem Soldani imploraturus. Erat Iacobus 22. annos natus, forma egregia, ſtatura corporis patri perq̃ ſimilis, uerũ animi dotib. & eloquentia lõge diſpar. Exoratus'que ab eo Soldanus, promiſit ſubuenire ſupplici, mox'q; regijs allatis ornamentis facit Iacobũ indui ueſte purpurea, declarauit'que eum regẽ, & fecit ſibi Cyprũ uectigalẽ. Ludouicũ uero iubet citius abire ad ſua. Verum Ludouicus mittit legatos ad Soldanũ, qui eius mentẽ lenirent, & cauſam humilibus uerbis defenderẽt, dicerentq; ſe Soldano in omne tempus amicũ futurum, tributũq; ſuis temporib. præſtaturum: Iacobo uero 10. millia aureorũ ſingulis annis quoad uiueret traditurũ. Res diu in conſilio apud Soldanũ agitata eſt, & parum abfuit, quin Ludouici poſtulata admitterẽtur, niſi Iacobus multos in aula Soldani ſolicitaſſet, ac deinde Mahumetẽ Turcarum imp. ſibi quoq; pro ſubſidio conciliaſſet. Conſentiens ergo Soldanus Iacobi precib. accepit iuramentũ ab eo amanda-uit'que eum cum magna militũ manu: qui ueniens in Cyprum, coẽgit Ludouicũ cum Gallis fugere in caſtellum quoddã, in quo aliquandiu obſidionẽ paſſus eſt. Tandẽ uero coactus excedere, ſubegit Iacobus Famaguſcham, q̃ hucuſque fuerat in poteſtate Genuenſium, duxit'que uxorem Catharinã filiam Marci Comarij patricij Veneti, q̃ poſt mortem patris adoptata à ſenatu in filiã, tranſtulit quoq; regnũ ad ſenatũ. Et licet filium genuerit regni hæredẽ, cõceſſit tamen filius in fata, relicto ſenatui regno. Mortuus eſt aũt Iacobus rex anno Chriſti 1470. relicta uxore prægnante. De qua re & ſuprà in Italia ſub titulo ciuitatis Venetorũ nonnihil ſcripſimus.

Iacobus opẽ Soldani implorat.


Peruenit regnum ad Venetos.

- Iacobus nothus — Filius Poſthumus ſed breui mortuus, cuius ſucceſſores Veneti
- Petrus parricida
- Ianus Genuæ natus
- Iohãnes effœminatꝰ, cuius uxor Helena mulier Græca
  - Carlota legitima, prior maritus Iohannes Portugallenſis, alter Ludouicus Subaudiæ

Habet Cyprus duas inſignes ciuitates, Famaguſcham ad terram & ad mare turribus & propugnaculis munitam, atque Nicoſiam octo milliaribus hinc diſtãtem, ubi reges Cypriorũ regiam habuerunt ſedem. Noſtro tempore Veneti ſingulis ternis annis ſubordinãt in iſtam inſulam uiceregem, ponunt'que in Famaguſcha p̃ſidium ſeptem ſignorũ, contra Turcarum incurſionẽ. Dicuntur etiã ſingulis annis leuare uectigal, ſepties centenũ milliũ ducatorũ, & exponere in milites ſtipendiatos atque ædificia q̃ paſsim erigunt 300000. ducatorũ. Dicũtur redimere pacem inſulæ ad Turcam annuo tributo triginta aut quadraginta millibus aureorum, quod prioribus annis Sultano pendebant. Ea pecunia damnatus fuit poſtremus inſulæ rex, qui præſidium militare Mamaluchorũ quo inſulam in poteſtatem redegit, à Soldano uaria fraude impetrauit. Sed qui & ipſe à Venetis circumuentus ſpecie nuptiarum Venetæ puellæ, illis regnum reliquit. Habent Cyprij meſſem poſt paſcha, & iumenta tota hyeme ad paſcua mittuntur, in æſtate uero propter nimios calores domi retinentur, quum nihil in campo uiride inueniant.

Syria cum ſuis prouinciis.


REgio iſta olim celebritate et magnitudine nobiliſsima atque multiformi feracitate ditiſsima, multas particulares comprehendit terras, inſignes ciuitates, montes & flumina. Diuiditur autem in Palæſtinam, Phœnicem, Damaſcenam, Cœlem, Comagenam, Apamenam, Judæam, Idumæam & Samariam. Hæc regio in medio orbis conſtituta, utpote inter Hiſpanum & Indum, inter Scytham et Aethiopem propè media iacens, non nimio riget frigore, nec calore torretur, atque ideo fundum habet electiſsimũ ad pecora nutrienda, quæ primorũ parentũ fuerunt diuitiæ, ſicut & ex ſacris edocemur biblijs, Abrahamum,



hamum, Isahacum, Iacobũ atque alios filios eius, quin et Moſen atque Dauidem paſtores fuiſſe in hac regione, diuites'que effectos ex pecoribus, & totam eorum ſubſtantiã in re pecuaria conſtitiſſe. Habuerunt Romani ferè mille annis imperium ſuper Syriam, deinde Saraceni eam ſibi uendicarunt unà cum ciuitate Ieroſolymitana, poſſederunt'que circiter centum annis, & tunc Chriſtiani rurſum eã recuperauerunt, id quod paulo poſt latius explicabimus. Et ut ordine quodam hanc lariſſimam regionem diſpiciam, primùm luſtrabimus Paleſtinã, quæ principalior Syriæ eſt pars, ſingulas'que eius terras diligentius conſiderabimus, eo q̃ tota ſacra ſcriptura ueteris & noui teſtamenti in hiſtorijs ſuis uerſatur in hac terra.

Paleſtina.

COmplectitur Paleſtina Idumæam, Iudæam, Samariam atque Galilæam, & has terras olim inhabitauerunt Chananæi, Iebuſæi, Hiuæi, Hitthæi &c. ſed fuerunt imperio diuino inde expulſi & populo Iudaico ad inhabitãdum datæ, id quod uetus teſtamentum multis inſinuat uerbis. Terra Idumæorum, ut uidere potes in noua terræ ſanctæ deſcriptione, ſita eſt inter Aegyptum & Iudæam, eſt'que portio Arabicæ terræ, ualde ſertilis ab ea parte qua mari alluitur, uerſus Arabiam uero dicitur eſſe ſterilis, ubi pertingit ad montana Seir. Clauditur ibi montibus & rupibus abſciſis, atque uallibus effoſsis cõcurſu torrentium, ac inde altis & implexis anfractibus ſic coarctatis, ut per anguſtos calles trãſitus uix pareat uiatori. Præcipuæ eius urbes Mareſa, Anthedon, Gaza, Aſcalon & Azotus, quarum frequens in bibliis fit mentio. Natus fuit in Aſcalone inſignis ille tyrannus Herodes, ſub quo Chriſtus natus fuit, qui mira aſtutia ad ſe traxit regnum Iudaicum, interfecit'que omnes qui tunc de regio Iudæorum ſemine adhuc extabant.



In monte Caſio iuxta Oſtracinam, quæ hodie Lariſſa uocatur, ſepultus fuit Pompeius. Longitudo terræ ſanctæ accipitur à Dan ciuitate ſita iuxta Libanum uſq; ad Berſabeæ ciuitatem è regione Gazæ poſitam. Latitudinẽ uero terminant mare mediterraneum & Iordanis flu. etiamſi ultra Iordanem ſitæ fuerint tribus Aſer, Ruben & dimidia tribus Manaſſe. Quomodo Aegyptus huic tabulæ adhæreat, uidebis infrà in deſcriptione Aegypti. Nam extendimus alteram extremitatem huius tabulæ uſque ad confinia Aegypti, id quod Nili orientale oſtium hic oſtenait.

Per hoc deſertum Pharan peregrini Ieroſolymitani relicta urbe ſancta cõſueuerũt proficiſci ad montem Sinai, ad inuiſendũ diuæ Catarinæ ſepulchrũ. Occurrebant autem tranſeuntibus multa & uaria pericula, incidentes nunc in mare arenoſum, nunc in terram ſerpentibus ſqualentẽ, aut penuria aquarum laborantem, aut aſperrimis rupibus obductã, omniq; adminiculo humani uictus deſtitutam, ubi ſolo manna cœleſti aut multa opus eſt humana prouiſione. Conſtiebant iter illud ducatu aſtrorum, concomitantibus Sultani Aegyptij (qui tunc terris iſtis præfuit) miniſtris & agaſonibus. Experti ſunt olim & Iſraëlitæ omnes has moleſtias, eaſq; magno animi tædio ferentes, contra duces ſuos Moſen & Aharon murmurabant, etiã cum re ipſa uiderent ſibi diuinum adeſſe ſubſidium. Fuit iter illorum uarium & perplexum ex Aegypto in terram Chanaan, ut hic punctulis eſt ſignatum, quibus quoq; manſionum nomina in diuerſis locis ſunt adiecta. Qui hodie ab Ieroſolyma ad montem Horeb peregrè uadunt, dicuntur iter illud 14. dierum ſpacio confic ere, quum Iſraëlitis ob uarias ambages & plurimas ſtationes ſeu manſiones opus fuerit quadraginta annorũ tempore. Vide de hoc itinerarium Breuenbachij aut Felicis Vlmenſis.

PArticularis Syriæ prouincia Iudæa ſuccedit Idumææ, quã biblici libri uocant Chananæã, deinde uero cœpit appellari terra Iſraëlitica, ac poſtea Iudaica, nouiſsime uero Terra ſancta, de qua ſcriptura ſacra in utroque teſtamẽto tam multa diſſerit, quã dñs deus peculiariter p̃ alijs terris ſibi delegit, ubi uoluit primum doceri uerã unius dei fidem, atque inchoari cultũ eius, & hinc prædicari per uniuerſum orbem: quare nõ immerito hæc terra & metropolis eius Ieruſalẽ omnib. terris & ciuitatib. totius orbis p̃feruntur. Fuit aũt hæc terra uariarũ opum diues, frugib. fertilis, aquis illuſtris, opima balſamo, & in medio orbis cõſtituta, ſumma in ea elementorũ gratia, unde & æſtima uerunt Iſraëlitæ, gens antiquiſsima, & apud quã ſolam à prima hominis formatione cœleſtis ac ueri numinis cognitio, cultus'q; & primũ idioma permanſit, eam eſſe q̃ patrib. olim Abrahæ, Iſahac & Iacob promiſſa eſſet, terrã uidelicet lacte et melle fluentẽ, ideo Iehoſuæ fortiſsimi ducis ductu 30. anno poſtq̃ Aegyptũ exiſſent, ſuæ ditionis fecerunt, uno & 30. regib. in ea potenti manu deuictis. Acceperant Iſraëlitæ antea leges peculiares à deo ſecundũ quas uiuerent, quãuis et multis ante Moſen ſeculis abſque lege aliqua ſcripta, pie ſancte'q; uixerint, ueritatẽ diuinis oraculis animi'q; acumine & magnitudine conſecuti. Exiſtimabat eximius ille theologus Moſes, nullam ciuitatẽ ſine iuris et æqtatis cultu diutius cõſiſtere poſſe. Iam cũ bonorũ premijs & impiorũ ſupplicijs ſuos ad amplexandũ uirtutẽ & impietatẽ fugiendã ſatis exhortatus fuiſſet, tandẽ ſuper 10. illa legum capita duab. tabulis ad montẽ Sinai plata, alias populo leges ciuilia'q; inſtituta, ꝓmulgauit. Hæ cũ adeo multæ ſint, ut integrũ librũ p̃ſtare poſſent, memorabiliores tantũ hic ponam. Sanxit itaque Moſes, ut pueri initio leges diſcant, cũ diſciplinã illæ in ſe optimã contineant. Qui dei nomen blaſphemia læſerit, per diẽ ſuſpẽdatur, inſepultus abijciatur. Vt ex meretricia pecunia ſacrũ nullum fiat. Septẽ ſint in ſingulis urbibus principes, q iuſtitia & prudẽtia cæteros antecellãt, ut duo cũ his Leuitici miniſtri iudicẽt. Ne unꝰ teſtis recipiatur, ac ne duo qdẽ, niſi horũ prius ſit ſpectata fides. Tres rite teſtimoniũ dicãt. Sed ne mulier teſtis ſit, neq; mancipiũ, q̃ in hoc fortuna, leuitas in illa merito ſuſpecta habeatur. Præterea ne ex cõſitis arboribus. aliqd ante 4. annũ attingatur, ut tũc ex frugib. decimæ dẽtur, pegrini & hoſpites nõ nihil percipiãt, qd reliquũ fuerit, agricolatoris ſit. Vt ſemina mũda nõ mixta terræ cõdantur, q̃ diſſimiliũ cõmunione terra nõ gaudeat. Vt'q; uiator nõ à frugib. arceatur, ſed quantũ uolet ex his legat, ſi lectas præſens uſus exigat. Si pudor obſtet, ultrò accerſeatur. Vt puella ꝑ uirgine ducta ſi corrupta ſit corpore reperta, flagitij'q; conuicta, lapidib. obruatur, aut uiua cremetur. Si qs uirginẽ alteri deſponſatã nõ inuitã uitiauerit, uterq; extremo ſupplicio afficiatur. Si uis illata fuerit, iniuriæ autor pœnã luat. Quæ ſine liberis uidua relicta eſt, fratri aut ꝓpinquo defuncti cõiugis nubat, ex'q; eo matrimonio in ſucceſsionem defuncti prolem tollat. Si eam ducere nolit, cauſam apud ſeniores dicat. Filius ſi parentibus iniurius fuerit, extra urbem interficiatur. Si pignus ab inope creditor acceperit, ante noctem reſtituat. Qui non fuerit ſoluendo apud eum cui debet, ſeruitutẽ ſeruiat. Si quis contribulem emerit, emptus ſexto mox anno liber exiſtat. Qui oculum alicui per iniuriam eruerit, pari clade puniatur. Si taurus quenquam peremerit cornu, lapidibus obruatur, eius

Moſes legislator.



Leges à Moſe traditæ.

eius carnes non attingantur. Filius patris ſcelus non luat, nec parentibus erit fraudi, ſi filius quid deliquerit. Adminiſtrandi belli ſumma penes hunc ſit, qui ſtrennuitate & prudentia alios ante ibit. Si hoſtis obſidione premitur, frugiferæ arbores ne lædantur. Ne qua mulier belli tempore at tingat uirile inſtrumentũ, neque uir muliebre. Vt ueſcendi ſanguinis uſus in uniuerſum Iſraëlitis nullus eſſet. Puerpera 40. dies templo arceatur, ſi marem enixa eſt, ſi fœminã octoginta. Adulte rio, inceſto, ſodomiticæ q; fœditati capitalem pœnam lex irrogat. Sacerdos manco debili'ue cor pore altaris aſcenſu, phibetur. Terra ſeptimo anno aratri eſt immunis Quæ tellus ſua ſponte fert anno quinquageſimo, qui iubileus dicitur, tribulibus & extraneis cõmunis eſt. Hi & multi alij ritus Iudæis à domino deo præſcripti, ridentur à gentilibus deum uerũ ignorantibus. Vnde Cor

Quid Tacitꝰ de Iudæis ſentiat.

nelius Tacitus in hũc modum ſcribit: Apud Iudæos eſt fides obſtinata & miſericordia in promptu, ſed aduerſus omnes alias gentes hoſtile odium, ſeparati epulis, diſcreti cubilibus, proiectiſſima in libidinẽ gens, alienarum concubitu abſtinent, inter ſe nihil illicitũ, circũcidere genitalia inſtituerunt, ut diuerſitate noſcantur. Nec quicquam prius imbuunt, q̃ contemnere deos. Animas prælio aut ſupplicio peremptorũ æternas putant, eadem cura & de inferis & pſuaſio cœleſtium.

De terræ ſanctæ præſtantia & nobilitate.

NOn parum commendat hanc terram, quod ſancti patriarchæ habitauerunt in ea, prophetæ dei oracula ſacra prodiderunt in ea, unigenitus dei filius in ea aſſumpſit naturã humanam, atque per paſsionem ſuam & mortem reconciliauit generi humano patrem cœleſtem. Hic acceperunt apoſtoli ſpiritum ſanctum, profecti'que inde in uniuerſum mundũ annunciauerunt omni creaturæ regnum dei. Protulit hæc terra olim cultoribus ſuis lac & mel, & poſtquàm Chriſtus dei filius uenit, effundit in omnem orbem medicinam ſalutis atque diſpenſat cibum uitæ. Omni tempore quo cultores huius terræ fuerunt iuſti & recti, fuit & tellus ipſa ſingulari fauore dei fertilis & diues in omnibus: & quando deũ obliuioni tradiderunt & coluerunt idola, nulla fuit plaga in terris cui non obnoxij eſſent, nempe fami, ſiti, lepræ corporum, ueſtium & domorum, gladio hoſtili, fœuis animalibus, & in ſumma omnes maledictiones uenerunt ſuper eos quæ ſcriptæ ſunt Deuteron. 17. Quàm nobilis & fertilis fuerit hæc terra ab initio, teſtãtur etiam gentiles, qui aſſerunt eam in duobus reliquas omnes terras excelluiſſe, nempe quod tunc in nullo loco niſi in Iudæa creuerit balſamum, nec ullum ſolum genuerit fœcundiores palmas quàm Iſraëliticum. De quo Plinius ita ſcribit. Sunt palmæ in Italia ſedſteriles. Fecunt in maritimis Hiſpaniæ fructum, uerum immitem, dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. Contra in oriente ex his uina, gentium'que aliquibus panis, plurimis uero etiam quadrupedum cibus. Hinc caryotæ fiunt, & cibo quidem & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua uina orienti, iniqua capiti: & ut copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in tota ſed Hiericunte maxime. Nulla arbor frugifera niſi in feruida. Gignitur leui ſabuloſa'q; terra, maiore in parte & nitroſa. Coma omnis arboris in cacumine eſt, et pomũ non inter folia ut in cæteris, ſed ſuos inter ramos palmitibus racemoſum. Arboribus utrunque ſexum eſſe diligentiſſimi naturæ obſeruatores tradũt. Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo. Situm terræ ſanctæ licet deprehendere ex tabula ipſa, hic adiecta. Eſt longa regio, ſed non lata. Habet longitudo circiter milliaria Germanica quadraginta. Aliqui uero ponunt duntaxat uiginti quatuor ab origine Iordanis uſque ad Berſabæam, quæ contermina eſt Idumææ. Latitudo uero ſupputatur à mari mediterraneo uſque ad Iordanem, ſpacio undecim Germanicorũ milliariorum, etiamſi quædam tribus manſiones ſuas ultra Iordanem habuerint, id quod ex deſcriptione facile innoteſcit. Tempore Chriſti fuit tota Iudææ regio diuiſa in tres prouincias: inferior appellata fuit Iudæa, media Samaria, & ſuperior Galilæa. Mons Libanus diſpeſcit Phœnicen à Galilæa, ſuſtinet'q; ſaltum proceriſsimarũ arborum, quin & ipſe Libanus appellatus. Habet aũt abietes & cedros, alias'q;



Palmæ fertiliores.

Situs terræ ſanctæ.

Libanus mõs & ſylua.

alias'que nobiles arbores, ex quibus insigniora Iudææ ædificia construuntur, atque per rates in mari adducuntur, id quod quintũ caput tertij regum pulchre testatur. Idem mons, qui à tergo Tyri incipit, & ad Damascum peruenit, tantæ est sublimitatis, ut sit fidus niuibus: unde etiam Tyrum deferuntur niues, quibus temperent æstiua pocula.

Iordanis fluuius quos faciat lacus.

SVb monte Libani excelso est antrum quoddam Panium dictũ, umbrosum, quod apertum profundum habet præcipitium, unde exhalat grauis odor. Intus fons imperscrutabilis profunditatis. Foris ad pedem montis & fauces antri, scaturiunt fontes, unde Iordanis fluuius concipitur. Coniunguntur autem duo riuuli iuxta Cæsaream ciuitatem, quæ & Diospolis uocatur à uicino templo aureo Iouis in monte Hermon. Hinc Iordanis delatus, & continuo largis uenis crescens, ingreditur Samachonitem paludem, deinde lacum Genezar, tandem'que absorbetur à lacu Asphaltite, & perdit laudatas aquas. Samachonites lacus distat à fontibus Iordanis stadijs circiter 144. & tempore æstiuo fer è tota exiccatur in paludes. Fert calamum aromaticũ, & sylua circũ est infesta leonibus: at lacus Genezar, qui & mare Galilææ atque Tiberiadis appellatur, maior est q̃ exiccari possit, quippe qui circiter uiginti milliaria Germanica per circuitum continere dicitur. Egressus autem Iordanis hoc mare, petit mare mortuum, quod est lacus Asphaltis. Vocatur mare mortuum, q̃ nihil in eo uiuere possit. Lacus ipse fumosus, & aër aspectu ipso æri & argento, tersis'que omnibus usque ad aurum rubiginẽ inducit. Vnde cum uasa squalorem illum contrahunt, iam accolæ intelligunt incipere bituminis eruptionem, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Refert autem quisque quantum uult. Lacus nullum corpus animantis recipit: tauri & cameli in eo fluitant: etiam homines nandi imperiti ubi ad ilia usque in eum processerint attolluntur. Nauem quoque non patitur. Si quid uiuum aliqua arte immiseris, superexilit. Lucerna ardens superenatat, extincta mergitur. Dicitur etiam q̃ poma nata in arboribus circumpositis usque ad maturitatem coloris sunt uiridis: & si matura incidas, fauillas intus inuenies. Aquæ huius lacus sunt immobiles, neque uentis mouẽtur, resistente turbinibus bitumine quo aqua stagnatur. Manet lacui tetra illa facies nostra ætate, sed est ad eum difficilis accessus peregrinis, cum propter immanes feras & serpentes, tum propter Beduinos pastores gentem feram, quæ hæc loca & totam Thraconitidem uagis domicilijs & latrocinijs infestat. Fuit locus iste antiquitus Vallis syluestris & salinarum, cultissimus, adeo ut ob felicitatẽ conferretur paradiso dei. Mansit eius species apud Ierichuntem & Engedi, ubi nobilissima sunt palmeta & horti balsami. Post Sodomam autem euersam & uicina loca extincta, mutatus est amœnus ille locus in eam sterilitatem, ita ut per octo millia passuum procul à lacu, utraque ripa fluminis sentiat afflatũ bituminis & sterilitatẽ. Cæterũ lacus ipse nihil gignit præter bitumen. Est autem bitumen illud gleba terrea & unctuosa, quæ calore liquescit & efflatur, rursus'que ab aqua frigida concrescit, cõcreta fluitat in summo, nec innatare, nec mergi potest, sed attolli. In summo autẽ incuruata speciem præbet tergoris cameli, sectione'que aut cuneorum dispalatione opus est. Inordinatis temporibus efflatur cum bullis quasi feruentis aquæ, fauillæ'que multum emittit. Longitudo laci putatur esse 180. stadiorum, distat'que à Ierusalẽ stadijs circiter ducentis. Aiunt multa in hũc usque diem reperiri indicia diuinæ'que iræ testimonia per circuitũ huius laci, ueteris combustura, qua interijt tota regio illa, potissimum in petris, quæ alicubi exustæ cernuntur, & terra cinerulenta, guttæ quoque picis ex petris distillantes, & flumina fœtido odore efferuentia, hæc omnia huc usque manent in detestationem immanium scelerũ olim in ea terra commissorum. Sulfure enim, pice & igne è cœlo demissis, hic quinque interierunt regna, quorum metropolis fuerunt Sodoma, Gomorrha, Seboim &c. Habes historiã Genes. cap. 19. Notandum hic, quum locus huius maris mortui quondam fuerit magna quædam et speciosa uallis, quam Iordanis mediam rigabat, necesse est ut idem Iordanis ante enatum lacum uel excurrerit ad mare oppositum tanquam Elaniten sinum, cui lacus ex reliquo littore Rubri maris propius accedit, uel citra consistens absumptus cuniculis fuerit, quod & aliis fluminibus accidere apud Cosmographos legimus, potissimũ Nigriti in Africa: neque filij Israël alio quàm contra Ierichuntem loco transisse Iordanem scribuntur, transissent autem ultra mare mortuum, si ibi Iordanis meatum haberet uersus mare rubrum. Vnde relinquitur quod cuniculis absorbeatur, id quod & coniecturis licet probare. Siquidem fluuius aquæ salubris & multo leuioris

Origo Iordanis.

Samachonites lacus.

Mare Tiberiadis.

Mare mortuũ

Fertilitas mutata in sterilitatem.

Bitumen Asphalticum.

Disputatio de Iordanis ostijs.

to leuioris permiſceri lacui craſſo multo bitumine & tota natura graui non poteſt. Etiam qui il lic aliquando fuerunt, aſſerunt, quando flumina magnis & durantibus imbribus augentur, ripæ lacus quoque implentur. Si ergo acceſsione aquæ breuis temporis lacus ſeipſum intra conſuetã menſuram non fert, minus affluxu Iordanis tot ſeculis ſe feret. Vnde colligitur, eſſe cuniculos in quos Iordanis condatur.


De regno Iudaico ab Iſraelitis in terra ſancta inſtituto & rurſum abolito.

Duo Iſraelitarum regna.

DOcet hiſtoria ſacræ ſcripturæ, quomodo Iſraelitæ egreſsi de Aegypto uenerint in terram patribus eorum promiſſam, & quàm horrenda bella geſſerint contra infideles, quomodo regnũ ſub Saule & Dauide erexerint, ciuitatẽ Ieroſolymitanã, arcẽ Zion atq; magnificũ templum extruxerint, qualiterq; regnũ eorum poſtea in duo ſciſſũ, uni adhærebãt duæ tribus, Iehuda ſcilicet & Beniamin, appellatũ regnum Iehuda & Dauidicũ: alteri aũt obtemperabant reliquæ decẽ trib. nuncupatũ Samariæ regnum à metropoli Samaria & regnũ Iſraël: item quõ tandẽ utrunq; regnum exterminatũ, & populus in captiuitatem ductus, nẽpe in Aſſyriam & Babylonẽ: hæc inq; omnia explicãtur in ſacris bíblicis libris, pſertim in Iehoſua & ſequentib. libris uſq; ad finẽ librorũ Regum. Itẽ quõ Iudæi rurſum ex captiuitate dimiſsi, poſtliminio redierint & inhabitauerint terrã auitam, cõſtruxerint ciuitates, & exuſcitauerint regnũ, qd durauit uſque ad tẽpus Chriſti, quãdo iterum fuit abolitũ. Hæc ſignantur in libris Ezræ & Machab. Cæterũ qualis fuerit facies huius terræ, tẽpore Chriſti cõuerſantis in ea, quales mores, religio, imperiũ &c. docet Euangeliũ. Item quid cõtigerit in ea poſt Chriſti paſsionẽ & aſcenſionẽ, pdixit ſaluator ipſe Iudæis, nẽpe q lapis non maneret ſup lapidẽ, ſed oĩa interirent, eò q tempus ſuæ uiſitationis nõ agnouiſſent, qd & impletũ legimus anno poſt Chriſtum incarnatũ 73. quãdo Titus Ro. princeps expugnatã Ieroſolymã deuaſtauit, & multa millia Iudæorũ interfecit, plurimos captiuos abduxit, q euaſerant gladiũ, peſtem & famem. Poſtea anno Chriſti 136. Aelius Adrianus deſtructã & deſolatam ciuitatem rurſum inſtaurans, appellauit iuxta nomen ſuum Aeliam, locauitq; que eam Iudæis ad inhabitandum, ſed quum illi inobedientes eſſent eius imperio, rurſum perdidit eos.

Titus expugnat Ieroſ.

Chriſtiani excluſis Iudæis occupant terram ſanctam, & rurſum amiſſam recuperant magna ui & potentia.



POſteris temporibus quum imperatores paſsim Chriſti fidem acciperent, & ſedem ſuam haberent Cõſtantinopoli, tunc & terra ſancta uenit in poteſtatẽ Chriſtianorum, & ciuitas ſancta tempore Helenæ imperatricis à Chriſtianis inhabitari cœpit uſque ad annum Chriſti 609. tunc ueniens Coſdroës Perſarum rex ſpoliauit eam, grauiterq; afflixit, dimiſsis tamẽ in ea Chriſtianis, qui poſſeſsionem eius retinuerũt uſque ad imperiũ Henrici quarti, tunc irruentes Saraceni, magna ui expugnauerunt urbem, expulerunt'que omnes Chriſtianos ex terra ſancta. Reliquerũt tamen ſepulchrum Chriſti inuiolatum, non ex deuotione quidẽ, ſed q emolumentum aliquod futurum hinc ſperabant. Hoc rumore in Europa & eccleſia occidentali inter Chriſtianos ſparſo, collectus eſt anno domini 1096. immẽſus exercitus Chriſtianorũ militũ, concurrerunt'q; nedum uiri, ſed & mulieres in Gallia, in Hiſpania, Normandia, Anglia, Scotia, Britãnia, Gaſconia, Flandria, Lotharingia & Hibernia, magna hominũ multitudo: reliquerunt paſtores greges ſuos & ruſtici aratra ſua, qn & monachi relictis monaſterijs adiuncti ſunt militiæ ſacræ ſub ducib. Gotfrido comite Bononienſi, & fratrib. eius Balduino & Euſtachio, itẽ ſub Ruperto Normãno & Hugone fratre regis Galliarũ. Hi ergo oẽs proficiſcentes p Germaniã, Vngariã & Bulgariã uenerunt Cõſtantinopolim: ubi refocillati nauigauerũt in Bithyniã. Vbi dum prædæ aceruãdæ inhiãt, à Solimãni exercitu obruti in fugã uertuntur, atq; multi occidũtur. Deinde Gotfridus, Balduinus & multi alij principes collectis multis copijs, ſequũtur priorẽ exercitũ, cui Hugo frater regis Frãciæ præerat, adiungũturq; exercitui illi q adhuc in Bithynia hærebat. Et conuenientes factus eſt exercitus 600. milliũ peditum, & equitũ loricatorũ 100. millia. Hi omnes uno animo Niceã urbem populoſiſsimã obſidentes expugnauerũt, cuius urbis

Prima generalis profectio ad terram ſanctã.

urbis dominus erat Sólimannus Turcarum princeps, qui à Tarſo Cilicíæ uſque ad Helleſpontũ omnes poſsidebat prouincias, congreſſus'que cum noſtris in certamen, uictus & in fugam uerſus eſt, capta'que fuit Nicea anno 1097. menſe Iunio. Deinde ueniunt ad Antiochiam minorem, metropolim Piſidiæ. Hinc quidam deſcendentes in Ciliciam, expugnauerunt metropolim eius Tarſum, cuius ciues Chriſtiani erant tributarij Turcis. Maior uero exercitus omnibus in uia expugnatis ciuitatibus, Antiochiam peruenit, ciuitatem glorioſam & nobilem, quam olim Reblatam dictam putant. Hanc Antiochus turribus 460. ac muris muniens, de nomine ſuo uocari præcepit, & regni ſui caput conſtituit: poſtea uero Iuſtiniani principis tempore Theopolis eſt dicta. In hac Petrus apoſtolus primam dicitur erexiſſe cathedralem eccleſiã. Sita eſt in Cœloſyria, prouincia amœniſsima, fontibus & riuis irrigua. Clauduntur etiam intra ciuitatis ambitũ duo montes, in quorum alterius uertice ſitum eſt præſidium munitiſsimũ. Diſtat autem ciuitas à mari miliaribus duodecim, quam noſtri continuis octo menſibus obſederunt, ferc'que ante eam fame periclitati fuerunt: quin & ciues frequenti eruptione facta, multa noſtris intulerunt damna. Tandem uero quidam Emirferius nomine, noctis tempeſtate omnibus ciuibus dormientibus, ciuitatem noſtris prodit, pacta illi magna pecunia. Noſtri ergo ingreſsi & diſcurrentes per urbem, ſtragem mãgnam ediderunt. Caſsianus quoque princeps ciuitatis dum fugeret, occiſus eſt, fuit'que Turca, de familia Sultani Perſæ, qui Sultanus uniuerſas illas prouincias ſuo ſubiugauerat imperio. Scribunt hiſtorici in urbe illa tantum auri, argenti, lapidum precioſorum, tantas'que repertas diuitias, ut qui prius mendicabant, nunc omnibus abundarent diuitijs. Capta urbe aggreſsi ſunt noſtri arcem, quam Turcæ & Saraceni tenuerunt, ſed uulnerati coacti ſunt pedem retrahere. Interim aduenit Corbana militiæ regis Perſarum princeps cum maxima multitudine & obſedit ciuitatem, quou'q; magna in ea oriretur fames. Sumpto ergo noſtri animo, egreſsi pugnam inierũt cũ hoſtib. uerterunt'q; eos in fugã, cæſis multis adepti ſunt millibus. Potiti hac uictoria anno Chriſti 1098. in fine Iunij, annonæ abundantiam. Facta eſt quoque deditio arcis. Paulo pòſt ſuſcitata eſt clades magna in populo Chriſtiano, defecerunt'que intra paucos dies quadraginta millia. In calendis uero ſeptembris coadunati Chriſtiani, arripiunt iter uerſus Ieroſolymam, & inter multas ciuitates quas expugnauerunt, Tripolim obtinuerunt, deinde Berytũ deſcendunt, alij uocãt Barutum, atque hinc Sidonem & Tyrum ueniũt, olim nobiliſsimas urbes, de quibus poſtea. Interea Ieroſolymitæ urbem communiunt, fideles qui intra eam erant eijciunt, & expectant Chriſtianorum aduentũ. Anno igitur 1099. in menſe Iunio Chriſtiani caſtra ponunt ante ciuitatẽ ſanctam, eam'que oppugnant uſque ad quintumdecimum diem Iulij: & tunc conſcendentes mœnia & ingredientes urbem, omnes inuentos in ea interficiunt, non parcentes neque ætati neque ſexui, retinuerunt'que eam ſub ſeptem regibus annos 88.

Nicea expugnatur.

Antiochia.

Antiochia expugnatur à Chriſtianis.

Chriſtiani faciunt regem, inſtituunt'que regnum in terra ſancta.



EXpugnata itaque ciuitate Ieroſolymitana, & ſubacta tota terra ſancta, Chriſtiani elegerunt ciuitatis & regni regẽ, Gotfridum comitem Bononiæ, uirum religioſum, clementem & pium. Is tamen, licet regni titulum nõ abnuerit, noluit accipere coronam, indignum arbitratus illic aureo diademate hominem uti, ubi rex regum Chriſtus ſpineam coronam pro redemptione humani generis tuliſſet. Sub manu itaque inclyti huius principis regnum Ieroſolymitanum conualuit, non obſtante q̃ Calipha princeps Aegyptius magnum exercitum colligeret, & noſtros delere conaretur. Noſtri enim inuocato Dei auxilio, primo impetu hoſtes in fugam uerterunt, & magnum numerum ex eis occiderunt, aliqui numerant 30. millia. Hac obtenta uictoria, magna multitudo contendit redire ad patriam, relicto ibi Gotfrido. Dux itaq; magnanimus licet parua manu eſſet fultus, reliquias tamen gentiũ cœpit undiq; perſeq, & p̃ſidia locis oportunis inſtituere, eccleſias & monaſteria quantum potuit reparare. Collocauit etiam in eccleſiam Ieroſolymitanam patriarcham, & in alijs locis epiſcopos. Breui autem poſtea infirmatus, anno 1100. in dño obdormiuit, atque in eius

Gotfridus primus rex.

Balduinus rex. in eius locum eſt electus frater eius Balduinus,& quo magis paganis Chriſtianorum timor incu teretur,accepta regali benedictione,corona eſt decoratus. Poſtea expugnauit Cæſaream et alias maritimas ciuitates,cæſis qui inibi erant Saracenis,dilatauit'que regnum ſuum. Non tamen deſiſterunt pagani obruere Chriſtianos:at Balduinus in nomine domini ubique fudit eos,diripuit'q; bona illorum,niſi q; ante Ramam Chriſtiani grauem paſsi ſunt ſtragem. At Balduinus inſtauratо exercitu ſuo ſubito irruit in hoſtes, ac tanta illos protriuit internetione,ut parum profuerit uicisse. Paulo poſt Balduinus duxit exercitū in Acam, cui auxilio uenerunt rogati Genuenſes & Veneti cum 80.roſtratis nauibus ac triremibus pleriſque. Ciuitas ita q; Aca, quæ & Ptolemais, terra & mari acriter oppugnata tandem capitur,& Saraceni in fugam ſunt uerſi. Mortuus eſt autem Balduinus iſte rex Ieroſolymitanus ſecūdus anno Chriſti 1118. nulla relicta prole. Tunc electus in regem tertium Balduinus à Burgo, ex alia familia filius Hugonis comitis Raſtellæ, cuius iſta eſt genealogia atque ſucceſsio regum Ieroſolymitanorum.

3 Balduinus, comes Raſtellæ obijt 1131.

4 Margareta, cuius mari to Fulco co mes Andegauenſis fit rex & mori tur 1142.

5 Balduinus rex, obijt 1163.

6 Almericus rex ſe xtus,obijt 1173. Sibylla uxor theodorici comitis Flādriæ

7 Balduinus lepro ſus,obijt 1158.

8 Sibylla,cuius mari tus Guido Luſinianus fit poſt Balduinum rex

Iſabellla, cuius maritus Gallus quidā nomine Cōradus à monte ferrato

Iole cuius maritus Io. comes Brēnæ ex Delphinatu, rex ſine urbe

Iole unica filia quam duxit Fridericus ſecūdus rex Siciliæ.

Quid contigerit ſub Balduino rege quinto.

Antiochia expugnatur. CVm circa annum Chriſti 1150. regno Ieroſolymitano præeſſet Balduinus rex quintus, Raimundus princeps tenebat Antiochiam, Turcæ autem tenebant Damaſcenum regnum,& Noradinus potentiſs. Turcarum princeps cœpit ſæuire in Antiochenos. Cui Raimundus occurrens,ab eo gladio eſt confoſſus,cuius caput Noradinus miſit ad Calipham Baldacenſem,& alios Turcarum ſatrapas orientis, occupat'que prouinciā Antiochenam opulentiſsimam. Balduinus uero rex obſidet Aſcalonem urbem maritimam, & tandem expugnat. Quod uidens Noradinus regnum Damaſcenorum inuadit, regem'que eorum fugere compulit. Anno 1154. Rainaldus miles ſtipendiarius duxit uxorem Conſtantiam Raimundi relictam,cuius nuptias magni quidam ambierant uiri. Videns' que Rainaldus id diſplicere patriarchæ,cepit eum,nudatum'que melle delibutum ſoli expoſuit,& tandem dimiſit. Rex uero Ieroſolymitanus uocatus ab Antiochenis,compoſuit res illius principatus,& paulo poſt infirmatus,Beryti obijt non ſine ſuſpitione ueneni. Aiunt et hoſtes fidei doluiſſe de morte eius. Nam Noradinus Damaſcenorum rex dicitur dixiſſe,Chriſtianos amiſiſſe principem,qualem tunc orbis non habuit. Obijt autem anno milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio, in Februario,ſucceſſit'que ei Almericus frater eius.

Quæ geſta ſint ſub Almerico ſexto rege.

Aegyptus tributaria Chriſtianis. ANno primo regis Almerici Aegyptijs negantibus ſoluere tributum, deſcendit rex ipſe in Aegyptum,at Aegyptij rumpentes aggeres Nili, coēgerunt eum diſcedere,ne exercitus eius penetraret ad intima regni. Tunc Noradinus ſperans regnum Aegypti ſibi uendicare,Syracinum militiæ ſuæ principem cum infinita Turcorum manu miſit in Aegyptum. Quod audiens Sultanus Aegypti, miſit ad Almericū regem pro auxilio,pollicens triburum ampliſsimum, & fœdus perhenne. Interim uero Syracinus ingreditur Aegyptū, & oc-

& occurrentem ſibi Sultanũ fugat, occidit'que: poſt cuius mortẽ Suar Sultanus eligitur, qui timore Syracini cum Almerico rege priores cõuentiones renouauit. Eodem tẽpore Noradinus à peregrinis Chriſtianis iuxta Tripolim debellatus eſt. Vnde cõſternatus Noradinus, & damnum abolere cupiens, congregatis ſuorũ copijs, caſtrum Chriſtianorũ iuxta Antiochiam obſedit, cõmiſſo'que prælio Chriſtiani uincuntur, & caſtrũ ab eo occupatur. Audiens autẽ Almericus ꝙ Noradinus conabatur occupare regnum Aegypti, deſcendit ipſe in Aegyptũ ut auxiliaretur Sultano, cui Sultanus dedit quadringenta aureorũ millia, modo non egrederetur Aegyptum, niſi Syracino aut extincto, aut Aegypti finib. expulſo. Cõmiſſa itaque pugna, Almericus Syracini aciem uiriliter ſtrauit, & in fugã uertit. Venit ergo Syracinus Alexandriã, ſed Almericus eum obſidione premens, tandẽ pax eſt facta hac conditione, ut Syracinus egrederetur Aegyptum, & captiui utrinque reſtituerentur, ſic'que ciuitas per deditionẽ in regis tranſijt poteſtatem. Imperator uero Conſtantinopolitanus uidens regnum Aegypti eſſe in manu effœminatorum, eos'que opus habere externo tutore, & timens ne ueniret ad gentes alienas, ſubornat regem Almericum, ut fracto fœdere, quod habuit cum Sultano, Aegyptum in ſuam redigeret poteſtatem, & huius mali incentiuum miniſtrabat magiſter domus hoſpitalis, quem tamen fratres militiæ templi ſequi noluerunt, iudicantes id eſſe contra conſcientiam & præter pacta. Almericus itaque deſcendens in Aegyptum, oppugnat Peluſium. Quod audiens Sultanus, implorat Noradini auxilium. Obſequitur Noradinus, miſſo'que cũ Syracino magno exercitu, Sultano ſuccurrit. Almericus uero euerſo interim Peluſio, Cairum obſidet, unde Sultanus Suar regẽ cupidum promiſsis eneruat, infinitam pecuniam offerens, quam uix Aegypti regnum perſoluere poſſet. Hoc autẽ non ut ſolueret fecit, ſed ut regem protraheret, quoad Noradini Turcæ auxilia uenirent. Datis interea præſenti centum millibus aureorum, rex obſidionẽ ſoluit, & retrocedens circa hortum balſami caſtra conſtituit. Et audiens Syracinum cum ingenti multitudine uenire, redijt in ſuum regnum. Syracinus uero uidens temporis oportunitatẽ uotis ſuis conſociatam, Sultanum nihil metuentem occidit, & ueniens ad Calipham, ab eo Sultanus inſignitur, in magnã perniciem Chriſtianorũ. Non tamen diu ſuperuixit Syracinus. Succeſsit uero ei Saladinus, uir acris ingenij ac ſtrennuus, qui ad Calipham dominũ ſuum ingreſſus ut ſolitã ei exhiberet reuerentiam, occidit eum & omnem eius progeniem, ut ſimul eſſet Sultanus & Calipha. Et uidentes principes Chriſtiani, q̃ peſsima eſſet conditio eorũ, iunxerunt imp. Conſtant. & rex Almericus copias ſuas ſimul, anno 1171. & obſederunt Damiatã, ſed nihil efficientes, coacti ſunt recedere. Anno ſequẽti Saladinus ut Chriſtianis uicẽ rependeret, cõtractis infinitis copijs, regnũ Ieroſolymitanũ ingreditur, ſed tamẽ parũ nocere potuit. Anno 1175. Noradinus magnus Chriſtianorũ pſecutor mortuus eſt, relinquẽs filiũ impuberẽ. Mortuus eſt q̃q; paulo poſt Almericus.

Fœderis uiolatio, multorum malorũ cauſa

Geſta ſub Balduino 7. rege, leproſo.

MOrtuo Almerico rege Ieroſolymitano atque Noradino principe Damaſcenorum, Damaſceni uocauerunt Saladinũ ob tutelam pueri. Qui occupato regno Damaſcenorum, Chriſtianos omnes breui fuerat cõfecturus, niſi Balduinus Almerici filius in regẽ fuiſſet aſſumptus. Sed cum elephãtiæ morbo laborare inciperet, Raimundus comes Tripolitanus regni curam & adminiſtrationem ſuſcepit. Saladinus itaque ſæpe Chriſtianos aggreſſus, bis aut ter uictus eſt, & aliquoties q̃que uicit. Deinde ſubacta tota Meſopotamia, reuerſus in Cœleſyriã, recepit nobilem ac potentẽ urbem Alapiam. Balduinus uero ſentiens ingraueſcere morbũ ſuum, tribuit uniuerſalem regni adminiſtrationẽ Guidoni, ſororis ſuæ Sibillæ uiro. Et cum is negligenter ageret, & hoſti paſsim uia pateret, Balduinus rex nepotẽ ſuũ Balduinũ, quẽ Sibylla ſoror eius ex primo marito Guilelmo marchione Montiſferrati ſuſtulerat, in regẽ coronari fecit, anno ſcilicet 1183. Sed mortuus eſt puer ad 8. auunculi obitus diem.

Geſta ſub Guidone 8. rege Ieroſoly.

DEfuncto Balduino leproſo, Guido ſororis ſuæ maritus creatus eſt rex Ieroſolymorũ. Quod cum Raimundũ comitem Tripolitanum male haberet, defecit cum Tripoli, Tiberiade & totius Galilææ principatu à rege Ieroſolymitano. Saladinus uero uidens Chriſtianorũ diſsidium, comparato exercitu ingenti, duxit illum ad Ptolemaidem. Inerant tunc urbi illi Chriſtianæ militiæ principes, templi & hoſpitalis magiſtri, quibus ea urbs à regib. conceſſa erat. Hi ad primũ impetum hoſtis ſuperiores facti, cruentam uictoriam

Ptolemais tradita ordinibus.

ctoriam obtinuerunt. Nam magiſter hoſpitalis & meliores quique de ſuis ceciderunt. Raimun
dus uero Tripolitanus Tiberiadem munit, & regi Guidoni recõciliatur, & inducias cum Sala-
dino factas abrũpit. Auxit exercitũ Saladinus, repetit'q; templarios multo atrociore q̃ antea bel
lo. Facta aũt magna ſtrage fidelium, multis'que captis, ſine aliquo humanitatis reſpectu omnes
Chriſtianorũ clades. occidi fecit, quin & Rainaldũ Antiochenum principem propria manu interfecit. Vertit deinde
in Tiberiadem omnẽ belli impetum, illic'q; contra Chriſtianos uictoriã adeptus, exercitum pro
pe duxit ad Aconem. Rex autem Guido & templi magiſter capti, in ſignum uictoriæ reſeruan
tur. Inciderunt hæc in annum Chriſti 1187. Tanta potitus uictoria, Chriſtiani in Acone obſeſsi,
metu perculſi deditionẽ fecerunt, pacti ut cum ſingulis ueſtimẽtis inde incolumes mitterentur.
Pari celeritate Berytum, Biblũ, & alia maritima loca occupat. Aſcalonitæ uero munitione confi
Chriſtianorũ proditor. ſi, reſponderunt ſe nõ niſi poſt captam Ieroſolymam deditionem facturos. Comes quoque Tri
politanus emergens ab infauſto prælio, & ueniens Tripolim, ibi ſubitanea morte eſt defunctus,
& cadauer eius circumciſum repertũ: Saracenus enim fuerat effectus, unde à nõnullis proditor
exercitus Chriſtiani habitus eſt. Saladinus proinde obſidens Aſcalonẽ, eam hac conditione rece
pit, ut Guidonem regem & templi magiſtrũ redderet, quod & factum eſt. Obſidens poſtea ur-
bem Ieruſalem, & diu magna ui oppugnans, fame tãdem compulit Chriſtianos ad deditionem,
ea tamen conditione, ut tantum liceret inde ſecum aſportare, quantum quiſque ſuis humeris fer
Ciuitas ſanctæ expugnatur. re poſſet. Sic ciuitas ſancta octogeſimo octauo anno poſtq̃ à Gotfrido & aliis Chriſtianis duci
bus fuerat recepta, in impiorũ manus recidit. Fuit ille annus humanæ ſalutis 1187. in menſe Octo
bri. Vrbe recepta, continuo Saladini iuſſu omne æs campanarũ è turribus depoſitũ, templa pro
phanata præter illud quod Salomonis dicitur. Fugientes autem inde Latini, manſerunt quidam
in urbe ex Chriſtianis, nẽpe Suriani, Armeni & multi Græci, facti tributarij. Deinde anno 1189.
Guido rex obſidione cinxit Acam, uenerunt'que ex inſperato ſuppetiæ magnæ ex Italia, Ger-
mania, Burgundia & Francia, Philippus ſcilicet Galliæ, et Richardus Angliæ reges cum multis
aliis principibus. Noſtri itaque congreſsi cum Saladino ſuperiores fuerunt, quouſque equus cu
iuſdam Chriſtiani militis elapſus, fugã in populo excitauit. Currentes enim quidam poſt equũ,
putati ſunt fugam iniiſſe, & toti exercitui fugiendi cauſa fuerunt. Quos inſecutus Saladinus, ma
gnam edidit ſtragem. Fuerunt duo millia cæſa ex Chriſtianis, inter quos & templi magiſter inte
rijt. Perſeueratũ eſt tamen in obſidione, quia plures ſubinde Chriſtianorũ copiæ acceſſerunt: &
quo maiores erant copiæ, eo citius fames ſentiri cœpta eſt. Qua preſsi noſtri, ſtatuerunt inuade
re caſtra hoſtium. Quod cernẽs Saladinus, ſimulata fuga deſeruit caſtra, in quæ noſtri irruentes
& crapulæ uacantes, onerauerunt ſe annona. Saladinus autẽ reuerſus oneratos ſtrauit. Afflictus
Guido rex ea clade, alterũ mox accepit incõmodum, quia Sibylla uxor eius & quatuor filij dy-
ſenteria in caſtris interierunt. Tunc noui excitãtur motus propter regnum: ad quod multi poſt
mortem Sibyllæ inhiabant. Vicit tamen Guido qui in poſſeſsione erat, & iam coronam accepe
Fridericꝰ imperator periit in amne. rat. Eo quoque anno Fridericus imperator cum multis principibus, epiſcopis & proceribus uo
lens Chriſtianis ſuppetias ferre, terreſtri itinere uerſus Conſtantinopolim profectus eſt, ac inde
Armeniam minorem ingreſſus peruenit in Ciliciam: & quodam die calore æſtuans, cum lauan
di gratia fluuium quendam rapidum & inexploratũ ingrederetur, uorticibus abreptus periit, in
totius Chriſtianitatis irreparabile detrimentũ. Incidit hic lamẽtabilis caſus in annũ Chriſti 1190.
Tunc Fridericus filius eius cũ exercitu proceſsit in Antiochenũ agrum, ubi milites partim mor
bo perierunt, partim fuga diſsipati ſunt. Fridericus uero dux patris corpus imperiali magnifice
tia ſepeliuit in Tyro. Deinde ad obſidionẽ Acæ uenit, ubi diu expectatis auxilijs infeliciter mo-
ratus eſt. Producta fuit ea obſidio ad biennium, & tandem ea conditione urbs dedita, ut barba-
ri q̃ in præſidio erant, ſingulis ueſtimentis incolumes dimitterentur. Interim Philippus rex Fran
ciæ recta ex Ianua per Meſſanam fidelibus auxilium laturus in terram ſanctam nauigio migra-
Cyprus ui capitur. uit, ſicut & rex Angliæ delatus eſt in Cyprum inſulam. Quum'que exercitus eius à domino in-
ſulæ male tractaretur, rex Angliæ inſulã ui cepit, tyrãnum ac filiam eius captiuauit, & ad Acam
proceſsit. Guido itaque auctus tantis copijs, anno Chriſti milleſimo cẽteſimo nonageſimo pri-
mo urbem recepit, ut iam diximus, ſicut & multas alias maritimas ciuitates. Tunc Saladinus de
Ieroſolyma Chriſtianis relinquenda conſilia agitabat, ut quandoque tam longo bello defunge
Diſcordia Chriſtianorũ. retur. Sed quum uideret reges Philippum & Richardum laborare magna diſcordia, in ea reti-
nenda perſeuerauit. Illi enim impulſu diaboli memores ſimultatum & inimicitiarum, quas ipſi
& progenitores eorum inter ſe habuerant, mutuo ſibi impedimento erant, & quicquid unus ag

gredi

gredi tentabat,alius impedire conabatur.Quod cũ minime lateret Saladinũ,audacior ille redditus,nostros sicut prius spernere cœpit.Philippus re infecta discessit.Rex uero Angliæ uidẽs Guidonem regem, ambire dominium Tyri & Ptolemaidæ,egit cum illo,ut pecunia haud grãdi accepta,regnum Cypri acciperet, & sibi regni Ierosolymitani curam relinqueret. Sic'que Guido rex Cypri & Richardus rex Ierosolymæ est factus. Tentauit Richardus expugnare Ierosolymam,sed inanis fuit eius conatus,Saladino totis uiribus resistente.Deinde accessit & hoc malũ, ꝙ Richardus acceperat per nuncium,regem Franciæ uexare Normandiã, & fratrem suum aspirare ad regnum Angliæ, quod non parum obfuit Christianis in oriente. Nam fœdera quæcunque Saladinus dare uoluit,Richardus recipere est coactus. Anno itaque 1193. uenit Richardus per Vngariã in Austriam,& dimisso regali obsequio, priuatus in quodã diuersorio iuxta Viennam in coctione pulmentorũ laborans consedit, anulum regalem digito gestans. Quod aduertens quidã de familia ducis qui eum agnouit, (cum duce enim apud Acam fuerat) duci Lupoldo indicat. Dux missa frequentia militum regem capit, & digna factis compensat. Nam capta Aca rex Angliæ,signa sua ubique affigi præcepit,titulum uictoriæ sibi prorsus ascribens,uexillũ uero ducis Austriæ quodam loco,quem ille obtinuerat, affixum, conculcari fecit, & præter hæc prædam omnem inter suos distribuit:ex qua perfidia dux Austriæ sine mora repatriauit. Imperator Henricus sextus regem captiuum sibi præsentari iussit,uinctus'que Vuormaciã adducitur, ubi tandem datis in redemptionem suam imperatori multis millibus aureorum, necnon & duci Lupoldo, liberatus est.Mortuus est per dies illos Guido rex Cypri, regnum'que Emericus frater recepit.Mortuus est & Saladinus,uir omni eius seculi uirtute,gestarũ rerum gloria & potentia facile princeps:qui iusserat interiorem tunicam laneam suspendi & deferri ante funus, preconem'que clamare:En Saladinus Asiæ dominator, ex tanto regno tantis'que opibus nil aliud secum fert.Successerunt autem ei filij sui Saphadinus in Syria & Merlinus in Aegypto.

Discordia Christianorũ.

Rex Angliæ capitur in Austria.

Saladini principis mors.

Noua expèditio Christianorum in terram sanctam.

POst mortem Saladini congregati dux Austriæ, dux Saxoniæ,dux Brabantiæ,Lantgrauius Thuringiæ & multi episcopi, cum magno exercitu ingrediuntur terram sanctam, fracto'que fœdere quod Richardus fecerat,loca quædã expugnauerunt,sed audita morte imperatoris re infecta cum magna iactura fidelium in terra sancta morantium redierunt. Deinde anno 1215. Romæ fuit celebratum concilium,in quo multa fuerunt tracta ta pro recuperatione terræ sanctæ, missæ'que literæ in omnes Christianorum fines ad prædicandum crucem,& ut fierent processiones,orationes,ieiunia,prostrationes in ecclesijs & eleemosynæ.Excitatus est autem ad has literas ingens numerus hominum in Germania & Gallia,Fridericus imperator secundus,duces Brabantiæ,Morauiæ,Lemburgi,Juliaci,Palatinus Thubingensis, Marchio Badensis,comites & episcopi plurimi, qui omnes sese ad Christi militiam deuouerunt,coniunctis'que copijs conuenerunt Venetijs,& ibi constitutum est, ut pars ualidior in Syriam nauigaret,reliqui tenderent in Aegyptum,atque Alexandriam expugnarent,aut Sultanũ prohiberent ne ascenderet in Syriam. Mense itaque Martio applicare cœperunt naues peregrinorum ad portum Aconensem. Anno 1218. Iohannes rex Ierusalem mense Maio cum peregrinis & duce Austriæ prospero uento peruenit ad portũ Damiatæ & obsedit eam. Fuit hæc olim Eliopolis ab Elio principe,qui eam triplici muro cinxit,particula'que Nili deducta in insulæ formam redegit.Spes itaque apud nostros erat,ut si Damiata potirentur, facile expugnarent Cairum seu Babylonem.In primis autem turrim Pharaam admotis machinis dejciunt,& suburbia expugnant.Sultanus noctu copiam peditum obsessis in auxilium mittit, ac nostris uincentibus ceperunt ciuitatẽ & præsidia anno 1219 in mense Nouembri, & partim occiderunt qui credere noluerunt.Et dum hæc urbs oppugnaretur, Cordirius Memphitici regis filius,qui Ierosolymã præsidio obtinebat,omni retinendæ urbis spe abiecta, si Eliopolis caperetur, Ierosolymam muro nudauit,turrim Dauidis,templum & Christi sepulchrum intactũ reliquit,Christianorum qui perpauci ea loca incolebãt precibus fatigatus. Bonfinius paulo aliter describit expugnationem Damiatæ,nempe ꝙ in hunc modũ à Christianis occupata fuerit. Defluxerat hyems media, & Nilus præter consuetudinem intumuit non sine nostrorũ terrore,sed paulò post desedit.Sultani aũt castra non longe aberãt ad ripam Nili posita, unde cõmeatus & præsidia in urbem facile in-

Magna militia ad terram sanctam.

Damiata Peluſium.

ferre potuit. Noſtri ergo ultra Nilum ualidiſsimum agmen ponentes, Sultanum retrocedere eo gunt, atque ciuitatem undique obſidione cingunt. Deinde cum urbs neque ui, neque inedia expugnari poſſet, factum eſt ut peſte maior pars obſeſſorū periret. Admotis ergo muro ſcalis, ingrediuntur quidam & fractis portis urbe potiuntur decimooctauo obſidionis menſe. Vrbē ingreſſi cum neminē uiderent occurrentē, inſidias primo dolum'q; ab hoſte ſtructum ſuſpicantur. Verum cum fora, uici & edes cadaueribus ſtrata forent, illa calamitatē urbis indicauerunt, cum ab initio obſidionis, ſeptuaginta hominū milia ibi fuiſsēt, & iam uix è moribundis & ualidis tria millia in urbe ea die inueniri potuere. Manſerunt itaque in caſtris, quouſque exacta peſtilentis morbi ſuſpitione, cœli ſalubritas inſtauraretur. Tunc ingreſſi urbem, opulentiſsimā inuenerunt prædam. Deinde ſuper deducenda colonia & re agraria factum eſt decretū. Erat'q; ſpes ut Sultanum & Saracenum genus perbreui conficeret, niſi Iohannis regis Ieruſalem arrogantia interceſsiſſet. Is enim quum Damiata regno ſuo non ſubijceretur, Ieroſolymā proficiſcitur, & ſequūtur eum multi milites, nec niſi exoratus ad reditum potuit adduci. Reliqui duces & milites interea æſtatem ac hyemem Damiatæ exegerunt. Redeunte tandem rege Tyrum, placuit omnibus in Cairum & Babylonē mouere caſtra. Veniunt ergo poſtridie natalium Petri & Pauli oēs qui ferre arma poterant, & collecti ſunt in Damiata 70. millia armatorū ad bella promptiſsimi, & ad tertium à Babylone lapidem perueniunt, caſtra'q; illuc ponunt, Sultanum in dies prouocantes ad certamen. At ille timens noſtris occurrere, oēs uias obſtruxit, ne ad Chriſtianorū exercitum uictualia ex Damiata deferri poſſent. Stetit aliquot diebus exercitus noſtrorū immotus, & coeperunt dictualia deficere. Sultanus ſimulato metu per ſingulos dies perniciem in noſtros machinatus eſt, obuenit'que ei tandem occaſio diu expectata. Nam præterlabentem Nilum ſub Babylone & Cairo altioribus etiam ſolito ripis coērcet, & quum paucis poſt diebus ille opinione citius intumuiſſet, extemplo defoſsis utrinque ripis, inundationem amnis in hoſtium caſtra deriuat. Effunditur diluuij more fluuius, et altius altitudine cubiti cuncta ſuperat: ex quo intolerabile noſtris detrimentum infertur. Nam iumentis nō ſolum paſcua, ſed allata quoque pabula inhibentur, corrumpuntur hominum cibaria, nihil denique in caſtris ſeruari potui, quo miles triduo aleretur. Inceſsit repente omnes exitialis inedia, quam niſi implorata pace euitare non poterant, quia redire nequibant ob locorum inæqualitatem & uadorum difficultatem. Chriſtiani itaque inopinato malo perculſi, cum hoſte agunt, ut Eliopoli cum captiuis utrinque dimiſsis relicta, ipſi incolumes in Tyrum abirēt. Sic urbs nobiliſsima tam longa obſidione quæſita, hoſtibus relicta eſt anno ſalutis milleſimo ducenteſimo uigeſimo primo, in Septembri unà cum rebus in ea repertis. Paulo poſt rex Iohannes unicam filiam ſuam Iolen locat imperatori Friderico ſecundo, ei'que ius Ieroſolymitani regni condonat dotis nomine, ſic'que titulus regni Ieroſolymitani translatus eſt ad reges Siciliæ.

Vrbs obtinetur.

Diſsidium Chriſtianorū

Sultani aſtutia.

Exercitus Chriſtianorum periclitatur.

Reliquiæ regni Ieroſolymitani poſt annum Chriſti 1221. ægre aliquandiu à Chriſtianis defenſæ.

ANno domini 1225. alij ſignant annum 1229. facta eſt compoſitio inter imperatorem Fridericum & Sultanum, ut Sultanus reſtitueret Ieruſalem imperatori & totum regnum Ieroſolymitanum, exceptis quibuſdam caſtris, deinde treugæ decēnales inter Chriſtianos & Saracenos ſunt factæ. Sed impediente Romano pontifice, qui imperatorem ceu hominē factioſum perſequebatur, Chriſtiani diu retinere nequiuerūt terram ſanctam. Anno 1248. Franci cum rege ſuo Ludouico in Aegyptum nauigantes, Damiatam ſecundo obtinent. Et cum multa progrederentur in regionem, infeliciter pugnauerunt contra Sultani exercitum, fiebat'que conditio eorum in dies deterior. Nam peſtis multos abſumpſit, & fames eos coēgit redire ad Damiatā. Cum'que in itinere eſſent feſsi, Sultanus eos immenſis copijs aggreditur, & fere omnes interfecit, paucis elapſis qui non occiderentur aut caperentur. Quin & rex Ludouicus cum duobus fratribus Carolo & Alfonſo captus in manus hoſtium peruenit, coactus'que eſt reddere Damiatam cum omnibus rebus ibi inuentis. Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono Ludouicus rex Franciæ iterum cum duobus filijs & alijs procerib. ad recuperandam terram ſanctam iter arripuit. Et quo hoc facilius faceret, decreuit antea regnū Tunetēſij in Africa humiliare, ſed peſte graſſante fuit ipſe, filius eius & multi alij morte ſublati. Frater tamen regis Carolus rex Siciliæ bellum proſequens coēgit Saracenos, ut Chriſtianos captiuos reſtitue-

Treugæ inter Chriſtianos et Saracenos.

Galli Tunetū ſubigunt.

reſtituerent,& ꝙ in omnibus ciuitatibus regni Thunetici prædicaretur fides Chriſti, & uolentes baptiſari non impedirentur. Circa annum Chriſti 1290. Chriſtiani ferè totam terram ſanctam perdiderũt. Sultanus enim Aegypti Elpis paulo antè cum maximo exercitu obſedit ciuitatem Tripolim,& ui cepit, occiſis plurimis Chriſtianis. Parem fortunam pertulerunt Zidon & Berytus cum Tyro. Habitatoribus uero Ptolemaidæ inducias duorum annorum conceſsit. Papa interim crucem prædicari iuſsit pro auxilio Ptolemaidæ, & ipſe mille atque quingentos milites in ſuo ære illuc miſit, quibus magna adhæſit colluuies: ſed qui illuc uenientes, multa damna intulerunt tam Chriſtianis q̃ Saracenis, nam erant ſine duce. Sultanus ſæpe quæſtus eſt & per nuncios prædam repetijt, qua denegata cõminatus eſt exitium. Erat tunc de Ptolemaidæ regimine magna concertatio. Nam patriarcha illud & Templarij, Hoſpitalarij & Teutonici, rex Cypri & rex Siciliæ atque Piſani quærebant. Sultanus uero 100.& 50. millia pugnatorũ aduerſus Ptolemaidam miſit. Et cum ipſe ægrotaret, miſit filium pro duce copiarũ. Producta eſt obſidio duobus menſibus: interim mortuo Sultano filius ſuffectus eſt, qui acrius urbẽ impugnans, promiſſa militibus præda, foſsis completis materia ac uirgultis, ad mœnia uſque pugnando peruenit. At una die erumpentibus Chriſtianis magna occiſione Sultanus in caſtra repulſus eſt. Deinde fit diſcordia in urbe. Placuit imbellem multitudinem propter uictus defectum emittere per noctẽ, cum qua multi deſertores effecti ſunt. Deinde 12. millib. ad defenſionem urbis dimiſsis, reliquos abire permiſerunt. Mãſerunt autem ex primoribus, rex Cypri, patriarcha Ieroſolymitanus, Hoſpitalis & Templariorũ magiſtri, reliqui omnes abierunt. Sed rex Cypri perfidia uſus, deſertores ſecutus eſt, cuius exemplo multi etiam poſt eum fuga lapſi ſunt. Poſtremo omniũ, Ieroſolymæ patriarcha magiſtriq; rebus præſentib. diffiſi, conſcenſis occulte nauibus, urbem hoſtibus reliquerunt. Vſi ſunt primo proſpera nauigatione, inde circa Cyprum inſulam tempeſtate iactati, ad unum periere. Sultanus uero urbem male defenſam ui cepit, & mortalibus in ea repertis ad unũ cæſis, ſumpta præda, mœnib. urbis parietibus q; paſsim ſolo æquatis, duriore Saracenus miles Sultani impetio eſt oneratus, ꝙ fundamenta ubique ita confodi diſsipari q; iuſsit, ut nullum poſthac urbis ædificij ueſtigiũ appareret. Itaque tandem reliquias amiſimus poſt uictoriã Gotfredi annis 196.& Chriſtianum nomen ex tota Syria eſt ſublatum, niſi ꝙ anno domini 1336. Sultanus Babyloniæ commiſit cuſtodiam ſepulchri dominici in Ieruſalem fratrib. Franciſcanis, quorum octo ibi ex conſenſu Romani pontificis morantur.

Chriſtianorũ pernitioſum diſsidium.

Perfidia regis Cypri.


Ptolemaida oppugnatur.

Sepulchrũ domini hucuſque gloriоſum permanſit.



Sacri ſepulchri templum.


IN cunctis prædictis bellis, deſolationibus, ſubuerſionib. et regni Ieroſolymitani translationib. manſit templum ſacri ſepulchri Chriſti illibatũ, cui olim quoque mons Caluariæ incluſus fuit, in quo Chriſtꝰ ſaluator mundi ſemetipſum in cruce obtulit patri cœleſti, pro reconciliatione totius generis humani: atq; huius templi picturã libuit hic aſsignare, ea forma qua exceptum eſt à peregrinis uiſi: antib. ſacra terræ promiſsionis loca, unà cum interiori ſacello quod includum tenet ſepulchrũ ipſum. Hanc ſtructuram gentiles inuiolatã conſeruant, non deuotionis gratia, cum Mahometum longe ſupra Chriſtum locent & uenerentur, ſed quod emolumentum aliquod hic ipſis à Chriſtianis peregrinis accedat, quos etiam per terras ſuas ambulantes deducunt, & nõ libere uagari permittunt, & exactionib. pro ſua uoluntate taxant atq; expilant. In templũ uero Salomonis nul-



lum Chriſtianũ hominẽ ingredi permittũt, quod tamen olim à Chriſtianis extructum cõſtat, niſi q̃ ipſi poſt ſubactam urbem hoc templum ſuis ſacris applicarunt, atq; ibi orationis gratia quotidie conueniunt. Illud primum in monte Moria à Salomone conſtructum fuit: quo ꝓfecto, gloria domini eidem ſacrificanti apparuit, & illic oraturos ſe exaudire promittit. Chriſtus quoq; in hoc tẽplo, ſecundo tamen extructo, à Simeone ſuſcipitur, inter doctores diſputat, & ſæpe ibi prædicauit. Hoc templũ à Ro. deſtructũ una cum ciuitate, à Chriſtianis poſtea opere rotundo & miro artificio in eodem loco reſtitutũ eſt, nunc uero ritu Mahumetico & 100. lampadib. inter

Templum Salomonis.

rius ornatũ, uſq; in p̃ſens ꝓſeuerat. Cæterũ intra ſeptũ templi dñici ſepulchri, ſunt et alia quædam uetuſta ædificia, per q̃ aſcenditur ad montem Caluariæ, ubi peregrinis demonſtratur foramen in



quo fixum fuit lignũ ſanctæ crucis, interim quo ſaluator mundi in eo pependit. Et hunc locum diua Helena mater Conſtantini imp. incorporauit ſeptis & mœnijs ciuitatis Ieroſolymitanæ, cum antea fuerit extra ciuitatẽ. Nam ductus eſt Ieſus foras extra ciuitatẽ dum crucifigeretur, & ſepultus eſt in horto ꝓpinquo crucifixionis loco, ut euangeliſtæ teſtantur. Ciuitas aũt deſolata à Ro. cum poſtea reſtauraretur, cõprehẽſus fuit Caluariæ locus intra noua erecta mœnia. In uno eodemq; montis tractu tres ſunt colles ſeu monticuli, qui quandoq; una appellatione Sion dicuntur, aliquando uero peculiaria ſortiuntur nomina. Primus eſt Zion, qui ob ſui eminentiã reſpectu totius terræ ꝓmiſſionis ſpecula interpretatur. In quo arx erat dicta ciuitas Dauid, quã à Ieruſalẽ ſeiungebat quidã hiatus ſiue Millo, 2. Reg. 5. Hic Dauid cũ aliis regib. Iehuda ſepultus eſt: hic Chriſtus nouiſſimũ paſcha celebraturus, diſcipulorum pedes lauit, euchariſtiæ ſacramẽtũ inſtituit, diſcipulis reſuſcitatus apparuit &c. Secũdus eſt mõs Moriæ, famoſiſs. Salomonis tẽplo decoratus. Tertius eſt mõs Golgotha, id eſt, Caluariæ, à Caluaria ſic dictus, q̃ ſcelerati ibi decaluarentur, Chriſti nobili ſanguine unctus, atq; ſua paſſione celebratus. Hæc ciuitas Ieroſoly. toties deſtructa et rædificata, nouiſſime anno ſalutis 1517. deleris Sultanis Aegyptiorũ, ſub q̃rũ dñio diu fuerat, à Turca occupata eſt, atq; ab eodẽ anno Chriſti 1542. ſemidiruta reparata eſt, muriſq; ampliata. Aurea porta ſic dicta, q̃ aurata eſſet teſte Hieron. Hac Chriſto die Palmarum intrauit. Hæc Heraclio à cæde Coſdrois redeũti cum crucis ligno, regijs põpis Ieruſalẽ ingreſſuro aditũ negat, cui angelus ſupra portã cũ ſigno crucis, cũ inqt rex cœlorũ ꝓ hãc portã intraret, nõ cultu regio, ſed humili aſello uectus, humilitatis exẽplũ ſuis cultorib. reliqt. Tũc imperator fuſis lachrymis, ueſtib. depoſitis regalibus, crucẽ humiliter baiulãs, portæ ſtatim reſeratæ aditum meruit.



CIVITAS IERVSALĒ

יְרוּשָׁלַיִם

Præconia Prophetica ciuitatis Ierosolymitanæ

יְרוּשָׁלַם עִיר חַקְרֶשׁ אֲשֶׁר הִיא עֲטֶרֶת


וְתִמְאֶרֶת בִּיר יִחְיֶה וּצְנִיעִית מְלוּכַּח כְּבַת אֱלֹהִים לַח יִקְרָא דְרוּשֶׁת עִיר ׃ חִיא כִּסָא וְיִחְיֶה
וְחִיא תְּחִלַּת בָּאָרֶץ ׃ חִיא מַעִיר אֲשֶׁר בַּחַר בָּח יְיָ וְתִיתֶה חַשְׁכִּינַח בְּתוֹכָח וְעַל כֵּן הִיא
בַּמָּח מְחִילָלָה וְאֵין תִּמְצָא עִיר כְּמוֹתַ וּמִי רָאַח עִיר כְּמוֹ אוֹתָח כְּכָל חָאָרֶץ ׃ חִנָּח עִר
אוֹתוֹ מַעַת גִּלְחָמִים עָלֶיהָ כָּל חַגּוֹיִם חַיְחוּדִים וַעֲרֵלִים וְיִשְׁמְעֵאלִים ׃ וּמַקְרֵם מִבְצַר
בָּח חוּא צִיּוֹן וְעִר רַיִר לֹא חָיָח נִכְבָּשׁ חַמָּקוֹם חַזֶּח וְחָיָח חַמִּבְצָר חָזָק וְלֹא חָיָח כֹּח לִכְבִי
יְחִירָח לְחוֹרִישׁ חַיְבוּסִיִּים עִר מַלוֹךְ דָּוִד מֶלֶךְ יְשׂרָאֵל בְּרִי שֶׁתִּקָּרֵא עַל שְׁמוֹ עִיר דָּוִד
שֶׁחָיָח רֹאשׁ מַמְלֶכֶת יְשׂרָאֵל ׃ וּבְאַחֲרִית חַיָּמִים בָּא אֵלֵיהָ מַשִּׁיחַ בֶּן חָאֱלֹהִים וּמוֹשִׁיעַ
חָעוֹלָם וְלִמֵּר אֶת־בְּנֵי אָדָם דֶּרֶךְ אֶל חַיִּים נִצְחִיִּים וְכָרַת אֶת־בֵּית יְשׂרָאֵל
בְּרִית חֲדָשָׁה וּפָעַל תְּשׁוּעָח בְּתוֹךְ חָאָרֶץ ׃



Ciuitas Ierosolymitana ante multa tẽpora sub rege Malkizedec uocata fuit Salem, fuitq; tunc metropolis exigui & cõtracti regni: deinde uero dicta fuit Iebus à Iebusæis incolis, quos Iudæi longo tempore post subactam terram eijcere nequiuerũt, donec Dauid mortuo Saule unctus fuit in regem. Is expugnato fortalicio huius ciuitatis, monte Zion, qui & postea ciuitas Dauid appellatus fuit, atque superatis Iebusæis, trãstulit regiam sedem ex Hebron in Ierusalem, dilatauitq; supra modum pomeria regni eius: quin et dominus deus hanc unicam in uniuerso mundo sibi & cultui suo delegit, ponens nomen suum in medio eius, iubens cõstrui in ea templum, prophetas' que suscitãs qui prædicerẽt, hinc salutem prodituram in uniuersum mundum. Quantam à tempore Dauid hæc urbs felicitatem & infelicitatem habuerit usque ad Christum passum, atq; hinc usque ad tempora nostra, nemini non constat, qui saltem historias & oracula ueteris testamenti legerit: & nos supra abundè multa ex historijs adduximus, quæ ei & habitatoribus eius euenerint post destructionem à Romanis factam.

Iericho.

CRebra fit mentio huius ciuitatis in Iehosuæ libro. Ager eius cõiunctus olim uallí syluestri & paradiso dei, ubi hodie est mare mortuũ, ostendit eximiam fertilitatẽ terræ quã habuit nallis illa ante subuersionẽ Sodomæ & Gomorrhæ Creuit enim in sola Hierichunte nobilissima balsami herba, à qua urbs nomen illud est sortita. Nam sonat יְרִיחוֹ Hebraica






braica uox bonum odorẽ. De hoc Plinius ſic ſcribit: Omnibus odoribus præfertur balſamum, uni terræ Iudææ conceſſum. Quondam in duobus tantũ hortis, utroque regio, creuit. Malleolis ſeri dicitur, uincitur ut uitis, nec ſine adminiculis ſe ſuſtinet. Properat naſci, intra tertiũ annum fructum ferens. Folium proximũ rutæ perpetua coma. Inciditur uitro, lapide, oſſeis'ue cultellis. Ferro lædi uitalia, odit. Incidentis manus libratur, ne quid ultra corticẽ uiolet. Succus è plaga manat, quem opobalſamum uocãt, eximiæ ſuauitatis, ſed tenui gutta. Alexandro magno ibi res gerente, toto die æſtiuo unam concham impleri iuſtũ erat. Præcipua gratia eſt lachrymæ, ſecũda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Cæterũ poſtq; Ro. princeps Titus deſtruxit Ieroſolymã in ultionẽ mortis Chriſti & Iudæos in perpetuũ exilium adegit, balſami quoq; herba & plantatio trãslata eſt in Aegyptũ: de quo & iuxta urbem Cairi nonnihil dicam. De roſis Hierichuntinis quæ ad terras noſtras portãtur, ſciendũ, q; illæ non in agro Iericho, ſed ultra Iordanẽ è regione Iericho diſtantia quatuor milliariorũ in Arabia creſcunt. Habent autem denominationem à

Balſamum.

Roſa Iericho



Ciuitas Ierosolymitana ante multa tẽpora sub rege Malkizedec uocata fuit Salem, fuitq; tunc metropolis exigui & cõtracti regni: deinde uero dicta fuit Iebus à Iebusæis incolis, quos Iudæi longo tempore post subactam terram eijcere nequiuerũt, donec Dauid mortuo Saule unctus fuit in regem. Is expugnato fortalicio huius ciuitatis, monte Zion, qui & postea ciuitas Dauid appellatus fuit, atque superatis Iebusæis, trãstulit regiam sedem ex Hebron in Ierusalem, dilatauitq; supra modum pomeria regni eius: quin et dominus deus hanc unicam in uniuerso mundo sibi & cultui suo delegit, ponens nomen suum in medio eius, iubens cõstrui in ea templum, prophetasq; suscitãs qui prædicerẽt, hinc salutem prodituram in uniuersum mundum. Quantam à tempore Dauid hæc urbs felicitatem & infelicitatem habuerit usque ad Christum passum, atq; hinc usque ad tempora nostra, nemini non constat, qui saltem historias & oracula ueteris testamenti legerit: & nos suprà abunde multa ex historijs adduximus, quæ ei & habitatoribus eius euenerint post destructionem à Romanis factam.

Iericho.

CRebra fit mentio huius ciuitatis in Iehosuæ libro. Ager eius cõiunctus olim uallis syluestri & paradiso dei, ubi hodie est mare mortuũ, ostendit eximiam fertilitatẽ terræ quã habuit nallis illa ante subuersionẽ Sodomæ & Gomorrhæ. Creuit enim in sola Hierichunte nobilissima balsami herba, à qua urbs nomen illud est sortita. Nam sonat יְרִיחוֹ Hebraica



uox bonum odorẽ. De hoc Plinius sic scribit: Omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terræ Iudææ concessum. Quondam in duobus tantũ hortis, utroque regio, creuit. Malleolis seri dicitur, uincitur ut uitis, nec sine adminiculis se sustinet. Properat nasci, intra tertiũ annum fructum ferens. Folium proximũ rutæ perpetua coma. Inciditur uitro, lapide, ossis ue cultellis. Ferro lædi uitalia, odit. Incidentis manus libratur, ne quid ultra corticẽ uoleat. Succus è plaga manat, quem opobalsamum uocãt, eximiæ suauitatis, sed tenui gutta. Alexandro magno ibi res gerente, toto die æstiuo unam conchã impleri iustũ erat. Præcipua gratia est lachrymæ, secũda semini, tertia cortici, minima ligno. Cæterũ postq; Ro. princeps Titus destruxit Ierosolymã in ultionẽ mortis Christi & Iudæos in perpetuũ exilium adegit, balsami quoq; herba & plantatio trãslata est in Aegyptũ: de quo & iuxta urbem Cairi nonnihil dicam. De rosis Hierichuntinis quæ ad terras nostras portãtur, sciendũ, q; illæ non in agro Iericho, sed ultra Iordanẽ è regione Iericho distantia quatuor milliariorũ in Arabia crescunt. Habent autem denominationem à

Balsamum.

Rosa Iericho


Ierícho,q̃ ibi à peregrinis emantur, atque ad nos deferantur. Creſcunt è terra modico caudice.

Tyriacum. Aiunt etiã quidam,in hac regione reperiri ſerpentẽ Tyrum, unde Tyriacũ cõficitur,eſſe'q̃ longitudinis ſemicubiti, craſsitudinis aũt digiti,colore griſeo intermixto maculis rubris. Eſt natura cæcus,habet'q̃ tam præſens uenenum,ut nullo remedio illi obuiari poſsit,ſed membrũ eo læſum neceſſe eſt reſecari.Eſt crinitus circum caput,& irritatus,uidetur ignem fouere in lingua.

Galgal.

NOn procul à Iericho iuxta Iordanem ſitus eſt locus Galgal, ubi filij Iſraël ex Aegypto profecti ſiccis pedibus traiecerunt Iordanem, ibi'q̃ per aliquot dies tetenderunt tabernaculũ Moſaicum,adorantes in eo loco coram arca domini. Hinc uero translatum fuit tabernaculũ & cultus dei in Silo,tandem'q̃ ſub Dauid rege in Ieruſalẽ. Via quam in tabula terræ ſanctæ uides punctulis ſignatã,oſtendit profectionem filiorum Iſraël, quam ex Agypto in terram ſanctã fecerũt,numerus autem paſsim per interualla additus, exprimit manſiones,quas in illis locis per dies certos aut menſes aliquot fecerunt.

Acon ſiue Aca,quæ & Ptolemais.



VRbs iſta ſita in Phœnicia, quondam Ace eſt dicta, colonia Claudij Cæſaris, à Ptolemæis regibus Aegypti,ut uidetur,Ptolemaidæ nomen ſortita:urbs olim munitiſsima, cincta muris & antemuralib.turribus et foſsis,triangularẽ habens figuram,cuius duo latera iunguntur mari,et tertiũ reſpiciebat terram.Habet locus ille agrum fertilẽ,optima paſcua,uineas elegantes & amœniſsimos hortos.Veniens'q̃ tempore regum Ieroſolymitanorum in manus Chriſtianorũ,uehementer creuit in potẽtia,opulentia,pulchris ædificijs & mercimonijs. Quin & reges Ieroſolymitani & multi principes multo tẽpore ibi curias ſuas habuerunt: Templarij quoque & Hoſpitalarij ibi cum magiſtris ſuis in magno numero habitauerunt.Chriſtianis autem principibus inter ſe diſsidentibus ut ſuprà ſub titulo Guidonis regis ſignaui,Saladinus Sultanus Chriſtianorum ciuitates paſsim expugnauit, tandem'que totum belli pondus uertit contra Ptolemaidã.Occurrebant ei Templarij et Hoſpitalarij cũ reliqs fidelib.ſed quia numero & uirib.longe impares erant,in uniuerſum fere cæſi fuerũt ab hoſte.Habuerunt ante Aconẽ multos cõflictus,at res Chriſtianæ indies deteriores fiebãt.Præualens'q̃ hoſtis añ.1187. ꝓfregit ciuitatẽ,ingreſſus'q̃ eſt,ꝓpe regiũ caſtrũ quod habuerũt reges Ieroſo.in urbe.

Curia regum Ieroſolymitanorum.

Aliud

Aliud uero castrum quod Templarij in ea habuerunt, non potuit illico expugnare, sed duobus ferè mensib. illud oppugnauit. Confugerant illuc Christiani quique, qui in hostis irruptione non interierant, & pro uiribus resistebant hosti. Erāt quoque multæ turres in urbe, quas hosti s expugnare nequit, fidelibus eas defendentibus, & hostem inde grauiter lædentibus. Saraceni uero urbem succedentes & multa millia fidelium in primo impetu occidentes, habuerunt tractatū cum his qui castrum & turres inhabitarunt de pace, pacti illis liberū abitum cum singulis uestimentis. Inclusi itaque rebus suis diffisi conditionem acceptarunt, etiamsi pactum non usquequaque illis fuerit seruatum. Multa itaque millia hominū utrinque perierunt, antequā hæc urbs ab hoste expugnaretur. Quin & magnus numerus matronarū & puellarum in mari periit, quæ obsidionis tempore cum iocalibus suis ab urbe Cyprum uersus fugere & effugere manus hostium, contendebant, sed plures saluæ euaserunt periculum. Capta itaq; urbe, fratres Teutonici adhuc superstites, hinc abeuntes uenerunt ad Fridericū secundum iuxta Aeneam Syluium, obtentaq; auctoritate inuaserunt Prutenią, ut suprà in Prussiæ descriptione signauimus. Sed necesse est ut 30. annis aut pluribus post Ptolemaidæ à Saladino expugnationē id factum fuerit. Nam expugnatio Aconis facta fuit anno 1187. Fridericus autem secundus imperio præfectus fuit anno Christi 1220. Expugnata itaque Ptolemaida, eaq; rursum instaurata per Sultanum, Christiani maximo apparatu bellico in Syriam nauigantes, biennio obsederunt eandē urbem, multa interim perpetientes mala, quia Fridericus imperator in itinere fuit submersus, reges Galliæ & Angliæ in obsidione magna laborabāt discordia, fames quoque magna nostros fregit, de quibus iam in gestis Guidonis multa scripsi. Tandem uero anno Christi 1191. hæc urbs fuit recuperata à Christianis, & ferè centū annis inhabitata, creuitq; supra modum in opulentia & potentia. Nam Genuenses, Pisani ac Veneti eam sicut & Tyrum possederunt, & omnes ibi orientis & occidentis contraxerunt mercaturas, & decreto cōmuni inter se in Ptolemaida areas, uicos, prætoria & cætera quæque loca, templis exceptis, diuiserunt, ne iurgia inter eos orirentur. Sed anno Christi 1260. magna inter eos orta fuit contentio, & factionibus Guelphorū atque Gibellinorum ibi quoq; laborare cœperunt. Erat tunc Philippus Gallus in urbe præfectus, qui eos componere nō curauit, sed Venetos Ptolemaida abire præcepit. Veneti ergo locum cedentes, Tyrum se contulerunt, & Pisanos ad se tractos, spreto fœdere cōtra Genuenses irritarunt, uenit'que res ad atrox bellum. Nam Veneti roborati comburunt Genuensiū naues, diruunt eorum ædificia, diripiunt'que bona. Habuit interim utraque factio suos fautores. Nā incolæ Ptolemaidæ, hospitalis Rhodi magister, cæteri'que proceres Latini ita Venetis fauebant, ut iuris ipsorum ea urbs potius q̄ omnium Latinorum esse uideretur. Econtra Tyrum incolentes, Genuensibus fauorem pro uiribus super'que præstabant, & citra ultra'que mutuo bello hæ familiæ atque urbes sese uexabāt, dum externus hostis Sultanus quiescebat. Cum que hæ simultates in longum protraherentur, Sultanus ratus occasionem non negligendam, coacto magno exercitu anno Christi 1290. uicepit Tripolim, Sidonem, Berytum, Tyrum, & tādem Acam: quam historiam paulo superius sub titulo, Reliquiæ regni Ierosolymitani, ad longum descripsi.

Vrbs expugnatur.

Fratres Teutonici pulsi Ptolemaida.

Christiani recuperant Aconem.

Factiones Christianorū



De ordinibus Cruciferorū Ierosolymis institutis.

EO tempore quo regnum Ierosolymitanum fuit erectum, quatuor ordines Cruciferorum fuerunt instituti: Ordo canonicorum sepulchri dominici, qui sub patriarcha primum fuerunt, ordo militiæ sancti Iohannis, deinde Rhodiorum, ordo Templariorum, & ordo Teutonicorū. Primi ferebant in ueste clericali rubram duplicem crucem. Et cum ciuitas ueniret in potestatem Sultani Aegypti, quidam impetrauerunt ab eo, ut eius permissione extrueretur pro Latinis ecclesia, ubi & monachi instituebātur & abbas. Deinde tempore procedenti Latini extra septa monasterij ordinauerunt monasteriū in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ, ubi sorores instituerunt, ut sic tam uiri quàm mulieres Ierosolymis diuersoria inuenirent. Iuxta primum monasterium fuit constructum hospitale pro infirmis & peregrinis, uiuebant'q; in eo de reliquijs mensæ abbatis & monachorum. Vbi uero ciuitas peruenit in manus Christianorum, quidam uir religiosus, qui pauperibus diu ibi ministrauerat, suscepit habitū regularem, cui albam crucē affixit, fratres'q; colligebat, & unà cū eis pauperibus

Monasterium sororum.

pauperibuś & infirmis miniſtrauit, atque in agro Hakaldama mortuos ſepeliebat. Et quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, largitione principũ ac eleemoſynis fidelium breui multum ſunt ditati in prædijs, oppidis & caſtellis. Vocatur autem ordo illorum ordo hoſpitalis ſancti Iohannis Ieroſolymitani, deinde uero Rhodienſes ſunt dicti. Item cum peregrini ſancta loca uiſitantes à latronibus ſpoliarentur, & aliquando occiderentur, quidam milites ad tutandas publicas ſtratas deuouerunt ſe patriarchæ, quibus rex & patriarcha de bonis ſuis aliquid aſsignauerunt, & habitationem conceſſerunt iuxta templum domini. Deinde anno domini 1127. data eſt eis regula & albus habitus, & poſtea cruces rubeas affixerunt, atque poſt modicum tempus citra & ultra mare ampliſsimas acquiſierunt poſſeſsiones. Sed cum duraſſent annos circiter ducentos exterminati ſunt. Habuerunt ſummum magiſtrũ, cuius ſedes principalis fuit in Ieruſalẽ. Succeſſu quoque temporũ quum multi ex Teutonicis cauſa peregrinationis pergerent Ieroſolymam, & ignorarent linguam ciuitatis, quidam Germanus habitans in Ieruſalem cum uxore ſua xenodochium de bonis ſuis ad opus pauperum & peregrinorũ Teutonicorum conſtruxit, & oratorium in honore beatæ Mariæ conſenſu patriarchæ adiecit: & tunc nõnulli Teutonici renunciantes ſeculo, ſe ſua'que deo & hoſpitali libere tradiderunt. Et procedente tempore, quum etiam de equeſtri ordine ex Germania huic hoſpitali ſeſe addicerent, dignum duxerũt regulam & inſtituta fratrum militiæ templi aſſumere, quam & ita ſuſceperũt, ut tamen hoſpitalitatẽ non obmitterent. Poſtea anno domini 1191. apud Acam quidam ciues Bremenſes & Lubicenſes hoſpitale in honore beatæ Mariæ uirginis ad opus infirmorũ tempore obſidionis fecerunt, eleemoſynas q̃ conferentes atq; colligentes, obtinuerũt ordinem iſtum, ſub titulo hoſpitalis beatæ Mariæ uirginis domus Teutonicorũ in Ieruſalem cõfirmari. Et ex eo tempore cœpit habere magiſtrum ordinis generalẽ, nobilem & rei militaris peritum, fuitq; primus magiſter frater Henricus Vualpot, quartus Hermãnus de Saltza ſub quo religio cœpit habere maxima incremẽta. Tandem poſt amiſsionẽ ultimam Ptolemaidæ ſedes principalis ipſius ordinis in loco qui dicitur Mariæburgum translata eſt, de quo in Pruſsia multa ſcripſimus. Hi ita q̃ fratres uniuerſam Pruſſiam, gentem paganã & idolis deditam, Polonis ac circumuicinis Chriſtianis omnibus moleſtam & inimicam, iuſto bello tãdem in ſuam redegerunt poteſtatẽ. Magnæ hodie illis ſunt opes, nec minor potentia q̃ regibus. Hæc ut apud alios inueni, hic ſignaui.

Iohannitarũ ordo.

Templarij.

Fratres Teutonici.

Samaria.



SAmaria olim metropolis regni decẽ tribuũ, unius dici itinere diſtat à Ieruſalem metropoli regni Iudaici. Siquidem ſub Roboam filio Salomonis, unicum Iſraëliticũ & Dauidicum regnum ſciſſum fuit in duo regna, nempe Iudaicum, cui adhærebant duæ tantum tribus, Iehuda ſcilicet & Beniamin: alteri autẽ reliquæ decem tribus ſubditæ erant, habentes regiam ſuam in Samaria, quare & regnum Samariæ dicebatur. Harum autem decem tribuum primus rex erexit in duab. extremitatibus regni ſui duos uitulos, unũ in Dan iuxta radices Libani, & alterum in Beerſæba ciuitate trib. Simeonis, ne ſubditi ſui uiſitarent templum Ieroſolymitanum, deficerentq; ab eo. Fuit autem ciuitas ipſa Samariæ ampliſsima, duplici cincta muro, intus complectens montem circũhabitatum ab ima ualle ad ſummum uerticem domibus priuatorũ ciuium. In ſupino dorſo montis, erat ſuperbiſsima regia, cuius columnæ porticuum uiſuntur adhuc deiectæ. Vrbi ad munitionem, magnificentiam & uoluptatem nihil deerat. Proſpectus ex arce erat uſque ad Iopenſem portum, Arabiam' que Petræam. Ager circum irriguus fontibus & omnia proferens ad uictum humanum. Non alia urbs tota Paleſtina oſtentat ruinas æquè memorabiles, uerum tantum opus hodie ceſsit olitoribus, quum pauculas habeat domos. Plures hic quàm Ieroſolymis uidentur ruinæ. Magnus Herodes olim collapſam reſtaurauit, uocauit'que Sebaſten, quaſi honorabi'tẽ ciuitatem. Cõſtruxit q̃que Herodij arcẽ prope Ieruſalẽ ſitam. Reparauit quoq; Cæſareã Paleſtinæ, in littore maris magni iuxta Carmelũ montẽ poſitã, q̃ antea turris Stratonis uocabatur, in qua in honorem

Arx Samariæ.

Sebaſte.

rem Cæſaris magnificam domum albo marmore conſtruxit,ubi nepos eius Herodes,ab angelo percuſſus,eo q̃ non dediſſet honorem deo,& conſumptus à uermibus expirauit. *Cæſarea.*

Hebal,Gelboe.

DVo ſunt mõtes Hebal & Garizim, poſiti inter Samariam & mare Galilææ,quorum mentionem facit uigeſimum ſeptimum caput Deuteronomij. In Garizim fuit antiquiſsimum templum Baal Berith. Sequenti tempore quidã ſacerdotes ſeditioſi ædifi cauerunt eo loco templum æmulum illi Ieroſolymitano ſub uictoria Alexandri magni de Perſis ad Amanas pylas. Quos ipſum quoque Samaritani ſub Antiocho illuſtri cõuerterunt in appellationem Iouis Olympij hoſpitalis. De monte Gelboe habes in primo Regum,capite ultimo. Iuxta hunc olim ſita fuit Bethulia ciuitas,ubi Iudith mulier magnanimis Holofernem principem obtruncauit.

Galilæa.

DVplex eſt Galilæa,ſuperior quæ & gentium uocatur,atque inferior:utraque ferax & paſsim culta,neque pars earum ulla ocioſa,omnis in opere,aſsidue'que fructuum ferax. Campos habet cum uarijs arborib. conſitos, tum maxime oliuetis,uinetis ac palmetis. Irrigatur autẽ abunde montanis torrentibus ac fontibus aquæ perennis, etiam quum aliæ terræ æſtu exuruntur. Crebræ ibi ciuitates & propter opulentiam populoſæ,ubique multitudo uicorum, pugnax'que olim genus hominum atque in Iudæis ferociſsimũ. Inſigniores Galilææ ciuitates ſunt Nazareth, ubi Chriſtus educatus, Capernahum, Cana ubi Chriſtus fuit in nuptijs, Tiberias,ubi extra mœnia thermæ ſunt naturales. Habet etiam duos inſignes montes,ſed qui ambo Thabor uocãtur. Vnus in tribu Nepthalim,qui in medio cãpi maximi aſſurgit ad ſtadia triginta,admittens planiciem mire rotundam. A parte boreali eſt inacceſſus, uocatur'que alio nomine Itabirium. In eo creditur Chriſtus trãsfiguratus,& eſt omnino diuerſus à Thabor qui per latam tribum Iſachar extenditur. Eſt etiam in hac regione ad radices montis Libani Cæſarea Philippi, à Philippo Herodis filio in honorem Cæſaris conſtructa, quæ antea Paneas fuit appellata, ubi ex Panio antro, aut iuxta fauces antri ſcaturiũt fontes,unde Iordanis fluuius concipitur. *Nazareth.* *Thabor.* *Cæſarea Philippi.*

Phœnicia.

PHœnicia Syriæ eſt regio,Iudææ propinqua, habens à meridie Galilæam, & ab occaſu mare mediterraneum. In ea ab antiquis temporibus fuerunt nobiliſsimæ urbes,præſertim Tyrus & Zidon:item montes Carmelus & Libanus in quibus thura legũtur. Ioſephus author eſt, Phœnices inueniſſe Græcas literas. Ob horum & Syrorum nimis ſolertem uafriciem,adagio locus factus eſt,Aduerſum Phœnices Syri:quo uſi ſunt ueteres,quoties uerſutus uerſuto imponere uelle uidebatur. *Prouerb. de Phœnicib.*

Ciuitates Phœniciæ inſignio-

res Berytus,Byblus.

BErytus ciuitas Phœniciæ clariſsima,quæ uulgo hodie dicitur Barutus, dicta aliquando felix Iulia:& eſt hac ætate in ea celeberrimum emporium, occupat'que totam ueterem gloriam Tyri & Zidonis,in loco robuſto & inexpugnabili ſita,olim ciuitas epiſcopalis. Ab ea non multum diſtat Byblus alia maritima ciuitas, ſita in excelſo loco, cuius frequens mentio fit in libris ſacris.

Tyrus.



Tyrus.

TYrus potẽtiſsima olim et locupletiſsima urbs, ſita in corde maris, ut apd' Ezechielem ꝓphetã legimus, inſula quondã & mari diuiſa à cõtinenti o. paſsibus, poſtea Nabuchodonoſoris & Alexãdri Macedonis oppugnantium molib. in uoraginẽ coniectis facta continens fuit. Trogus teſtatur eã conditam aliquot annis poſt conditã Zidonem, id'q; ante bellũ Troianũ. Alij uero ſcribunt eam conditã ab Agenore poſt Troianũ excidiũ in inſula, ſtadijs à continẽti auulſa. Tempore regum Ieroſolymitanorũ Chriſtianorum habuit magnũ murorum ambitũ, formam rotundã, rupi duriſsimæ inſidens & undique mari circũdata, niſi q; à fronte, hoc eſt ab oriente patebat aditus, quẽ Nabuchodonoſor & Alexander magnus fecerunt. Is aũt introitus retroactis temporib. munitus fuit quadruplici muro. Habet portus duos, clauſum unum, alterũ publicum, quem Aegyptiũ uocant. Intus eſt ſpectabilis palatijs, uidentur'q; ex ueteri felicitate ædificia antiqua deiecta, colũnæ marmoreæ, opera quæ pro ſui mole & artificio ſtuporẽ faciunt contuentib. Quum olim Alexãder magnus contenderet iſtam urbem expugnare, cogitabat in primis quomodo molem iaceret, q̃ urbem continenti cõmitteret, ſed quod multis impoſsibile uidebatur. Ingens enim animos militũ inceſsit deſperatio, cernentium profundũ mare, quod uix diuina ope poſſet impleri. Nulla putabant ſaxa tam uaſta, nullas arbores tam proceras reperiri, quibus illud ſpacium aggeraretur. Deinde uidebant fretũ ſemper exæſtuare, et quo arctius uolutabatur inter inſulam & continentẽ, hoc acrius furebat. Erat præterea mare iuxta mœnia tam profundum, ut nullæ ſcalæ applicari potuerint, quibus milites aſcenderent in ciuitatem. Alexander tamen à propoſito ſuo non deſiſtens, magnam uim lapidum miſit in mare, fecit'que ex Libano adduci rates pro turribus faciendis. Cum'que à fundo maris in altitudinem montis moles ipſa creſceret, Tyrij molem ipſam & turres incenderunt, irritum'que reddiderunt conatum Alexandri. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus iniecta terra ſuſtinebatur, præceps in profundum ruit, tantæ'que molis uix ulla ueſtigia ſunt inuenta. Rex ergo noui operis molem orſus eſt, rotas'que arbores cum ingẽtibus ramis in altum fecit proijci, deinde ſaxis onerari, & rurſum alias arbores immitti & cumulari ſaxa. Coniunxit etiam triremes plurimas, ut undique murum ciuitatis circumirent, ſed excitatus uentus & commotus fluctus maris, colliſerunt nauigia, ruperunnt uincula, & milites in profundum traxere. Tyrij licet animis non deſtituerentur, tamen coniuges liberos'que deuehendos Carthaginem tradiderũt, fortius quicquid accideret laturi, ſi chariſsimã ſui partem extra cõmunis periculi ſortem habuiſſent. Alexãder interim nõ quieſcẽs, iubet reparari aggerẽ, adducit plurimas naues, & ſubmerſis Tyriorũ nauib. admotis'q; turrib. hoſtes in muro transfodit, urbẽ ingreditur, oẽs'q; interficit, exceptis his q in templa cõfugerũt. Durauit obſidio 7. menſibus. Referuntur aũt intra munimenta urbis 6. millia armatorũ trucidata, & duo millia crucibus affixi per ingens littoris ſpacium pependerunt. Ab hac urbe Carthago in Africa fuit extructa, ſicut & Leptis atque Vtica, & item Gades in occidente, quemadmodũ Plin. ſcribit. A tempore itaque

Veſtigia antiquæ urbis.

Alexãder iungit urbẽ continenti.


Carthago extructa.

re itaque Alexandri magni usque ad tempora nostra desijt Tyrus esse insula, sed facta est maritima ciuitas, littori, ut diximus, adhærens, nec unq̃ illam assecuta est magnificentiam & tantum imperium maris, quantum habuit ante Alexandrinum excidium. In hac urbe fuit sepultus Fridericus primus, dictus Barbarossa, sicut suprà quoque signaui.

Zidon.

HAec urbs olim opulentissima, & antequàm à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima, quæ multas colonias sicut & Tyrus per diuersas orbis partes misit, dicta antiquitus Sichem, ab eius cõditore filio Chanaã nepote Nohæ: & est sita ad commodissimum continentis portum, extensa in longum in planicie per littus, fuitq; memorabilis magnitudinis. Eius prisca nobilitas apparet ex ruinis. Hodie autem est oppidum breue in sede ueteris, munitissimũ quidem cum alijs præsidijs, tum duabus arcibus ualidissimis, una ab aquilone super rupe circumfluo mari, altera ab austro in cõtinenti, etiam ipsa in rupe. Cœlum urbis est saluberrimum & ager fertilissimus, qui etiam cannas mellis profert. Belus quoque fluuiolus, qui erumpit apud Ptolemaidem procul duobus stadijs, fert arenas paruo littore uitri feraces. Vallis est rotunda emittens uitreã arenam, quæ licet exhauriatur, tamen uenti recentem conuehunt de supercilijs circumiacentiũ montium. Ea arena etiam metalla quæ susceperit, mutat in uitrũ, uitrum quoq; factũ si in arenã & margines uallis conijciatur, redit in arenam: tamen eam nõ fundi hoc loco dicũt, ait Strabo, sed cũ Sidonẽ lata fuerit, fusionẽ susc̃ipere. *Vitrea arena*

Purpura in Phœnicia colligitur



SVnt qui scribunt purpuram pro solis propinquitate colorem habere. Vnde puniceũ procreat Africa, id est, quasi uiolaceũ colorem: Tyrus uero rubeum. Est autẽ purpura genus piscis ex concharũ genere, unde succus colligitur tingendis uestibus expetitus. Habet tamen purpura nobilem illum succũ ad tingendas uestes in medijs faucibus. Cõgregatur uero uerno tempore, reliquo tempore ferè sterilis est. Cum uita succum emittit, & ideo uiuas capere oportet. Conchiliorũ uoracissima est, lingua prælonga, nempe digitali, semperq; uibranti. Per hãc potitur præda quã adsectatur, per hanc ipsa in præda ducitur. Piscator conchã cũ esca ponit in mari: hanc ubi illa conspicit, exerta lingua appetit, adeoq; protendit, ut eam penè auulsam resumere nõ possit. Ita dum contendit extrahitur: eius cruori dignatio præcipua lanis tingendis, si præsertim lapidis uno ictu cædatur: at ioquin dolorẽ aliquandiu sustinens amittit colorem. Sunt autem purpurarũ plura genera: nonnullæ augentur insigni magnitudine, aliæ paruæ. Marinæ magnæ scabræq; sunt, paruæ ad littora & oras reperiuntur, flore rubro. Murex quoque est ex his q firmiori integuntur testa, & est frequẽs & nobilis apud Tyrum, præbetq; eundem usum ac purpura. In Italia discernunt per oleum fusum super sericum purpurã ueram à notha. Nam si relinquat maculam, notha est: sin uestis sericea nihil uitij contraxerit, legitima est purpura. *Purpurarum genera.*

Damascus.

DAmascus Syriæ urbs primaria in Damascene regione q̃ & Cœlesyria, fermè omniũ urbium Asiæ uetustissima, quippe quam Abrahami seruos fundasse sacræ literæ tradere uidentur. Est aũt campestris, agrum habens natura soli sterilẽ ac aridam, nisi quatenus aquæ irrigant, superne fistulis cuniculisq; subductæ, quarũ humor terrã reddit fertilẽ & consitionib. p̃stantissimã. Hæc urbs itinere sex dierũ ab Ierusalẽ distare dicitur, iuxta quã Paulus apost. prostratus Christũ agnoscere cœpit. Alij uero mira scribunt de elegãtia huius urbis & fœcũditate agri eius. Est ibi arx munitiss. quã Florentinus quidã ære proprio construxisse dicitur. Peperit enim huius urbis principatũ illi Florentino in hunc modum. Ferũt Sultano præfecto Syriæ quandoq; propinatũ fuisse uenenum: & quum remediũ q̃sissent à memora to Flo- *Arx à Florentino cõstructa*

to Florentino id repertum eſſe. Is inter Mamaluchos cõnumerabatur. Inuento igitur antidoto, principi in paucis charus erat: ob id ea urbe clariſsima donatus eſt, ꝓpterea ꝙ uiueret princeps, illi retuliſſet acceptum. Arce ergo cõſtructa, Florentinus inibi rebus humanis exemptus eſt. Eſt autem hæc urbs incolarum numero admodũ frequens, eadem'que ditiſsima. Mirum dictu eſt, quantum opulentia ac eximio artificio polleat, quippe quæ affatim cõmeatum ferme omniũ habet, rei frumentariæ carnium'que, & id genus annonæ. Scatet omnifariam fructibus, & cum primis per totum annum recentium uuarum illic eſt ubertas. Sunt præterea ibi mala punica, chryſomela, ficus, amygdalæ, & proceriores oliuæ, eædem'ꝙ optimæ. Fluuius lympidiſsimus urbem interfluit, ob id plerunque in ſingulis edibus ſignati fontes conſpicium tur elaborati. Edes eorũ à foris inelegantes ſunt, ſed intus decẽtiſsimæ multiplici marmore & cũ primis ophite lapide eas exornante. Sunt in urbe complura delubra, muſcheas appellãt: ſed quod cæteris præſtat, id conſtructum eſt inſtar baſilicæ diui Petri urbis Romæ, niſi ꝙ in meditullio nulli ſunt imbrices uel tecta, ſed pateſcit ut ſit ſub diuo. Circum uero delubrum omnia concamerata ſunt. Illic peculiari cultu ſanctiſsimi uatis Zachariæ ut uerum corpus obſeruant, id'que ſummo in æſtimato habent. Videre etiã licet eum locum, ubi ferunt ſeruatorem noſtrum diuum Paulum increpuiſſe his uerbis, Saule, Saule, quid me perſequeris? Is locus eſt extra urbem ad primum lapidem: ibi Chriſtiani humantur, qui in ea urbe è uiuis decedunt. Oſtenditur quoque ibi locus, ubi Cain dicitur Abel fratrem confeciſſe germanum.



Locus ubi Paulꝰ pro ſtratus.

Antiochia.

Alep.

DVplex eſt in hac regione Antiochia: una ſira eſt ſub monte Tauro in Comagene Syriæ, quæ Alep appellatur, ubi famigeratũ eſt emporium. Alia duodecim millibus paſſuum recedit à mari montibus clauſa, habet'que portum ad Orontis oſtia. Hæc Syriæ totius aliquando metropolis fuit, regia'que Seleucidarum, in quam omnes uires Nicanor contulit, prius Reblatha dicta, de qua in 4. Regum. Tempore uero Iuſtiniani principis, quum terræmotu concidiſſet, & ab iſto principe rurſum inſtaurata fuiſſet, Theopolis eſt dicta. Floruit ſub Romanorũ imperio annos ferè mille. Deinde unà cum Ieroſolymis capta à Saracenis, demum poſt annos centum iterum unà cum ipſis recuperata à principibus Chriſtianis. Rurſum autem à Saladino trium ſpacio menſium expugnata, nec unquam poſtea recepta.

Cathedra ſancti Petri.

Hic prima cathedra principis apoſtolorũ, Chriſtiani'que primum appellati, cum antea diſcipuli dicerentur. Antiochiæ nomen putatur accepiſſe ab Antiocho qui eam ampliauit, cũ antea Epiphane uel Epidaphne, & ab Hebræis Reblatha uocaretur. Haud procul ab iſta urbe diſtat alia potens ciuitas Seleucia nomine, quæ à quibuſdã à uicino monte Pieria fuit dicta, unde nauigatio inſtituitur in Cyprum. Inter memoratas duas Antiochias ſita eſt in colle quodã ciuitas Alexandria, ſic ab Alexandro magno uocata, ubi ſcilicet idem Alexander Darium regem in fugam uertit.

Meſopotamia.


Aramia pro Armenia.

REgio Meſopotamiæ quondam cõnumerata fuit Syriæ ſicut & Armenia: nam omnes iſtæ terræ hebraica uoce אֲרָם fuerunt dictæ, unde nata quoꝙ fuit uox Armeniæ pro Aramiæ. Factum eſt tamen diſcrimen apud Hebræos in multiplici illa Aramia. Nam eam partem quam Græci uocant Meſopotamiam, Hebræi appellant אֲרָם נַהֲרַיִם Aram naharaim, id eſt Aramia duorum fluuiorum. Hi autem duo fluuij ſunt Tigris & Euphrates, Tigris ab oriente, & Euphrates ab occidente: in medio eorum eſt Meſopotamia: eſt autem μέσος Græcis medius, & ποτᾰμός fluuius. Vnde Tacitus: præfectus campis, q Euphrate & Tigride inclytis amnibus circumflui, Meſopotamiæ nomen acceperunt. Eſt deinde Aram Zoba, Aram Hamath, Aram Damaſcena &c. Eſt autem Meſopotamia fertiliſsima regio, præſertim ea parte ubi alluitur Euphrate, qui annua inundatione ſuperfunditur terris, unde copia



copia læti graminis prouenit, nutriuntur'q; pecora innumera. Vnde Gen. 24. legimus, q̃ cũ ſeruus Abraham ueniſſet in Meſopotamiam procaturus filio domini ſui uxorem, occurriſſet'q; illi Rebecca, & inuitaſſet eum in domũ patris ſui, dixit: Palearum & fœni plurimũ eſt apud nos, & locus ſpacioſus ad manendũ, &c. Habet etiam hæc regio plantulas quaſdã perpetuo florentes. Producit & aromata quædã, & præterea picem quandã mollem, Naphtam nomine, quã aiunt ardere inſtar olei. Plinio regio iſta fœcundiſsima eſt iuxta Tigridem fluuium, circum Seleuciam ciuitatem, ubi inculti agri quinquageſimũ, culti autem centeſimũ reddunt fructum. Interiora uero regionis aſpera ſunt & ſterilia, laborant'que magna penuria aquarum. Vnde fit, ut ſicubi fons aliquis inuentus fuerit, ille abſcõdatur ab incolis, ne hoſtibus innoteſcat. Id teſtatur quoque memoratum 24. Geneſeos caput, & item 29. eiuſdem. Huius regionis inſigniores urbes ſunt Edeſſa, Charræ & Niſibis. In Edeſſa, quæ nũc Raſe nuncupatur, regnaſſe dicitur tempore Chriſti Abagarus, qui datis ad Ieſum literis, reſponſum meruit accipere. Porro de Charris, quæ in Hebræo Haran appellatur, Gen. 11. quomodo illuc ex Vr Chaldæorũ demigrauerit Tærah cum filijs ſuis Abramo & Lot &c. Niſibis uero non multum ab Haran diſtans, fuit olim magni nominis, dicta aliquando Antiochia, & aliquando Mygdonia ab interfluente Mygdone fluuio. *Charræ.*

Babylonia & Chaldæa.



HAc in regione iuxta Tigridẽ fluuiũ mox poſt diluuiũ cœperunt filij Adam extruere ciuitatẽ & turrim in ea, cuius cacumen erigeretur in cœlum, ſubuexerunt autem, ut quidam ſcribunt, altitudine quinq; milium, cẽtum, ſeptuaginta quatuor paſſuum: at deus præſumptionem illorum coẽrcẽs, ſine gladio, peſte alio'ue morbo, ſolius linguæ, quæ tũc unica fuit confuſione, illorum conatum impediuit, quare & locus ille deinceps ab euentu illo Babel fuit dictus. Sonat autem Babel mixturã. Mixta enim fuit prima & originalis Hebraica lingua nedum dialectis & idiomatibus uarijs, uerum & infinitis externis & à ſeculo tũc inauditis uocibus, atq; ex una dictione lahem, quæ Hebræis panem ſignificat, natæ fuerunt ſeptuaginta (tot enim dicuntur linguæ eſſe in mundo) diuerſæ dictiones, omnes panem ſignificantes: Nam Syri panem exprimunt per lahma, Græci per arton, & uulgares per peſomi, Germani per brot, Sclaui per chleb, Liuoni per mæyſe, Lappones per leipæ, Galli per pain, Vngari per chinæer, Indi meridiani per oholo, Turcæ per ætmeck, Bulgari & Sclauonici per kruch, Vualachi per pin, Angli per bred. Idem ſentiendũ de aliſs infinitis rerum nominibus, uerbis actionem ſignificantibus & conſignificatiuis dictionibus. Homines itaque unam & propriam intelligentes linguam, coadunati ſub certo duce, peculiarem ſibi uendicarunt in orbe terram, puta Aegyptiac'e loquentes eam terrã quæ à cultoribus ſuis Aegyptus fuit uocata, Teutones Germaniã, Itali Italiam, ſecundũ quod quique populus à Iano ſummo patre, hoc eſt, à Noah, qui adhuc uiuebat, terram acceperat ſibi deſignatam. Apud pauciſsimos manſit lingua natiua, nempe Hebraica, in ea ſcilicet familia à qua deſcendit Abraham patriarcha, in cuius poſteritate ſola, ſancta remanſit lingua. Eos autem *Diuerſitas linguarum.* *Ianus qui & Noe.*

Monarchia prima.



tem qui in Babylonia siue Chaldæa remanserunt, coëgit Nimrod ad obediẽtiam suam, inchoauitque monarchiam primam. Iosephus affirmat Nimrodum gigantem, principem fuisse eorum, qui turris ædificium moliebantur. Nimrodo successit Belus, atque post illũ Ninus, qui non contentus regno suo, studuit & adiacentes regiones suæ subijcere ditioni. Durauit autem ea monarchia annis 1234. tandem'que diuisa fuit in duo dominia, nempe in Babyloniam & Mediam atque Persiam, stetit'que ea diuisio annis 304. Deinde sub Cyro et Dario rursum una ex his dominijs facta est monarchia, q̃ manẽs annis 191. per Alexandrum magnũ fuit translata ad Græcos, apud quos stetit annis 495. Alij uero qui istarũ monarchiarũ quoq; mentionẽ faciunt, non consentiunt in numero annorũ cũ hac nostra supputatione, sed quod alijs excutiendũ relinquimus. Aliqui etiã ponunt primũ Babyloniorũ regem Belũ ipsum Nini patrem, qui ab Hebreis Bel appellatur. Filius eius Ninus natura bellicosus & uirtutis appetens, tam ambitiosus fuit, ut ad imperiũ totius orbis aspiraret, sanguinemq; humanũ effunderet, donec per multa bella 17. annis gesta subigeret totam Asiam: & cõstituit Assyriam caput monarchiæ suæ. Mortuo autem Belo patre eius, pro sua cõsolatione fecit fabrefieri imaginem iuxta omnem habitudinẽ eius, quam & in tãta habuit ueneratione, ut malefactores ad idolum illud cõfugientes, omnẽ haberent securitatẽ: atq; hinc aiunt initiũ sumptum colendorũ idolorum, cœperunt'q; tum primum homines diuinũ honorem impendere simulachris. Redacta itaq; omni Asia p̃ter Indos & Bactrianos in potestatẽ, Ninus urbem quoq; cõdere statuit, cui par magnitudine neque fuisset antea, neq; esset futura. Coactis ergo undique uiribus & his q̃ ad tantum opus spectarẽt paratis, iuxta Tigridẽ in Aturiæ campo urbẽ condidit, nõ æqua laterũ dimensione, nam duæ muri partes lõgiores erant reliqs. Horũ latus q̃dlibet longitudine erat stadiorũ 150. breuiores uero stadiorũ 90. Qua muri dimensione, ambitus stadia cõplectitur 480. Et plane spe sua nequaq̃ est frustratus. Nulla enim postmodũ urbs tanto ambitu, tãta'ue mœniũ magnificentia cõstructa est. Altitudo murorũ pedum erat 100. latitudo qua tres currus simul perambularẽt. Turres 1500. quarũ altitudo pedum erat 200. Habitare eam coëgit maiori ex parte Assyrios & quidẽ potentiores. Ex reliquis nationib. uolũtarios assumpsit, à nomine suo urbẽ Ninam appellans. Agros propinquos habitatorib. diuisit. Cõdita urbe, arma in Bactrianos uertens, ibi Semiramidem uxorẽ cepit. Hunc Ninũ, alij Assur uocant. De magnitudine huius urbis Ninæ, quam sacra scriptura Niniuen appellant, reperies nõnihil apud Ionam prophetã scriptum. Cæterũ Ninus genito ex Semiramide filio, cui nomẽ Nini indidit, excessit è uita, imperio uxori relicto. Destructa est postea Niniue à Medis, ut hodie nihil supersit de ea, adeo nihil est firmum in mundo quãtumlibet firmum esse putetur. Idẽ contigit sepulturæ Beli quã eruisse dicitur Xerxes. Ea pyramis fuit quadrata ex latere coctili structa, stadij altitudine, cuius quodq; latus stadium obtinebat. Hanc Alexãder reparare uoluit, sed cum multi laboris esset & multi temporis (nam solũ ad expurgandã terram, 10. millib. hominũ duobus mensib. opus erat) quod incœperat facere non ualuit. Illico enim morbus & mors consecuta est.

Initium idololatriæ.

Niniue magnitudo.

De Semiramide regina Babyloniæ.

SEmiramis Nini magni Assyriorũ regis uxor, mortuo marito, aut, ut alij scribunt, sagittæ ictu interfecto, regnũ suscipiẽs, regnauit annis 42. Nam licet haberet filium etiã Ninum uocatũ, cui regnum debebatur, nõ tamen æstimãs tutum filio tenello tam grande cõmittere imperiũ, ipsa ut erat animo ingenti, quodã astu muliebri excogitata fallacia, cum imperium




perium palàm administrare non auderet, simulat se Ninum filiũ, pro fœmina puerũ. Nã & statura utrique mediocris & uox pariter gracilis, ac forma lineamentorum matri ac filio similis. Igitur brachia & crura uelamẽtis, tiara caput tegit, & uirorum more incedere cœpit. Eodẽ ornatu et populũ uestiri iubet, ne nouo habitu aliqd occultare uideretur. Sic primis initijs sexũ mentita, puer credita est. Et fœmina puerũ simulans, maiestatem regiã adepta est. Magnas deinde res gessit, quarũ amplitudine ubi inuidiam superatã putat, quiescit, fatetur, quẽ ue simulasset, nec metuit omnibus aperire cp esset fœmina, nec hoc dignitatem illi regni ademit, sed admirationẽ auxit, cp mulier nõ fœminas modo uirtute sed etiã uiros anteiret. Fuit hæc mulier tanti animi, ut contenderet uirũ rerum gloria excellere. Nam urbẽ in Babylonia magnificentissimã cõdidit, aut secundũ alios uetustissimũ opus Nimrod in cãpis Sinnaar restaurauit, murisq́ ex cocto latere, arena, pice, ac bitumine cõpactis, altitudine atque grossitie & à circuitu lõgissimo admirãdis ambiuit: accersitis undique opificib. atque architectis, cæteris'cp q̃ ad tantã rem ꝓtinebãt paratis. Vrbs ab utroque latere Euphratis, ut medius interfluat ædificata, cuius mœnia ambitu stadia 300 & 60 cõplecteban t r, frequẽtib. turrib. ac magnis. Erat tãta operũ magnificentia, ut in muri latitudine, sex equorũ currus unà prodire possent: altitudo eorũ erat 32. pedũ. Turres 250. numero, quarũ altitudo latitudo'que magnificentiã æquabat murorũ. Cum'que plurimæ paludes urbem circũstarent, non fuit cõsilium ea parte turres cõstruere, q̃ loci natura esset admodũ munita. Mœnibus autẽ unico anno absolutis, pontẽ qua parte fluuius angustior fluebat cõstruxit, stadiorũ 5. lõgitudinis, columnis in ꝓfundo summa arte inuicẽ pedes 12. distãtes iactis. Lapides truncis ferreis, immixto iuncturis liquefacto plumbo cõiunxit. Ante columnas ad impetũ aquæ scindendũ, cursum'que fluuij reprimẽdum, firmos cõposuit angulos, quo ab omni aquæ circũfluentis ui tutæ essent. Pontem q 30. pedum latitudinẽ habebat, coniunxit ex cedrinis, cypariſsis ac palmarũ trabib. spectatæ magnitudinis, opus nulli arte posterius, eorum q̃ à Semiramide facta sunt. Ab utroque fluminis latere murũ duxit stadijs 360. pari mœnium urbis latitudine. Regias iuxta flumen ex utroq; pontis latere duas ædificauit: q̃ & aspectũ latæ urbis ꝓberent, ut essent tanq̃ ciuitatis propugnacula, Euphrate per mediam urbem meridiem uersus fluente. Regia q̃ ad occidentẽ uergebat primum ambitum habuit stadiorum 60. altis & sumptuosis mœnibus ex cocto latere constructũ. Alter deinde interior erat circuitus, cuius in crudis adhuc lateribus uaria animãtia, quæque suo colore ad naturæ similitudinẽ expressa fuere. Erat & tertius intimus circuitus, qui arcem cõtinebat 30. stadiorum ambitu. Erexerat & portas tres, in quibus uaria ex ære posuit ornamẽta. Hæc regia excellẽtior erat ea, q̃ ex altera sita erat fluuij parte, tum magnitudine, tum ornatu. In urbis medio templũ Ioui erexit mirãdæ altitudinis, in quo Chaldæi astrorum fecerunt obseruationes.

Vrbem construit Semiramis.

Pons magnificentissimus.

De horto pensili in Babylone constructo.

PEnsilis quidam hortus in Babylone erat, tam mirabili artificio constructus, ut olim numeraretur inter septem orbis mirabilia. Hunc quidam constructum asserunt à Semiramide, Diodorus uero scribit eum factum à quodam Syro postmodum rege, in gratiam pellicis. Quæ quum Persa esset genere, cupiens in montibus uidere prata, uiro persua-



sit ut artificio excitaret hortum, qui arboribus pratis'que patriã repræsentaret. Huius horti latera singula iugerib. 4. extendebantur. Aditus ueluti in monte erat, ædificijs altero super alterum cõstructis, ut ex eo conspectus longe late'que pateret. Testudines in solo positæ erãt, q̃ totius horti pondus sustinerent. Inde aliæ supra alias excrescente semper magnitudine ædificatæ. Nam superiores in quib. horti murorum superficies cõtinebatur, altitudine 50. cubitorũ eminebant. Solum hoc modo cõstabat. Erant positæ lapideæ trabes lõgitudine pedũ 16. sex latitudine. Supra has pro pauimẽto stratæ arũdines asphalto cõpactæ. Desuper cocti lateres duplici ordine, gypso structi. Tertio tegulæ plumbeæ, ne qua humiditas ad testudines manaret. Aquarum insuper receptacula, quibus humor effluereret. In hoc pauimento congesta humus profunda, ut magnarum arborũ radicib. satis esset, hortum efficiebat: in eo proceræ omnis generis arbores, aspectum iucundum reddebãt. Quædam arbores assurgebãt in tãtam altitudinem, ut 500. pedib. sursum erigerentur, ferebant'que non secus fructus. q̃ si ex ipso terræ fundo processissent. Qui à longe hunc hortum uidebat, putabat se syluam in monte uidere. Lumen quoque adeo testudines inuicem præbebãt, ut in eis regia diuersoria haberentur. Præterea aquæductus occulte fabricatus rigabat hortum.

Egregia Semiramidis reginæ facinora.

DE hac muliere Valerius max. scribit, q̃ quum die quadã pacatis reb. fœminea solertia cum pedissequis disterminaret crines, ac patrio ritu reduceret in tricas, factum est cum nõdum præter medios deduxisset, ut illi nunciaretur, Babylonẽ defecisse: quod adeo ægre tulit, ut proiecto pectine cõfestim ab officio muliebri irata cõsurgens coarriperet arma, ac eductis copijs obsideret urbem q̃ualidam, nec ante quod inordinatorum crinium superfuerat cõposuit, q̃ potentissimã ciuitatẽ longa obsidione affectã, in deditionẽ cogeret, & suo dominio infestis armis subderet. Cuius tam animosi facinoris diu exhibuit testimoniũ statua ingens ex ære cõflata, & in Babylone erecta, fœminã solutis ex omni altero latere crinib.

Ingens lapis. ex altero in tricam cõpositis p̃tendens. Eadem mulier ex Armeniorum montib. lapidẽ excidi fecit, lõgitudine pedum 150 latitudine uero spissitudine'que 24. Hunc magna curruum multitudine ad flumen Euphratis delatum, naui'que impositum Babyloniã detulit, & in uia insigniori erexit. Res mirabilis aspicientib. quã à forma Obeliscum dicunt, inter 7. miranda opera annumera-

Obeliscus pyramide minor tum. Fecit deinde in Media mirabile opus, hortum scilicet & iuxta ipsum in saxo 17. stadiorum alto fecit scindi effigiẽ suam, & iuxta illã sculpi centum q ei dona ferebãt. Fecit etiam scribi in eo Syris literis: A Semiramide subditorũ opere istud saxum est excisum. Deinde apud Ecbatanos in Iarcæo monte immortale sui monimẽtum reliquit, p̃cipitia montis & conualles, anfractus & cõcaua loca ad planum deducens, & magno sumptu iter breuius reddens. Ad Ecbatanam inde cãpestrem urbem accedens, magno sumptu regiã ædificauit. His in Media gestis uenit in Persidem, aliaq; Asiæ quib. imperitabat loca, ubique mõtes saxaq; incidens, uiam facilẽ transeuntib. reddidit: in locis planis aggeres statuens, in q̃bus nunc sepulchra defunctorum ducum, nunc urbes ædificauit. Quo factum est, ut usque ad nostrã ætatem multa in Asia eiusmodi rerũ uestigia perdurent, q̃ opera Semiramidis uocãtur. Vniuersa deinceps peragrata Aegypto, Libyaq; magna ex parte in ditionem redacta, ad Iouem Ammonẽ transijt, sciscitatura à deo suæ uitæ finem. Cumq; diutius pacẽ egisset, honoris cupida excogitauit aliquod memoria dignum bellum gerere. Audiens autem Indorum gentem maximam inter cæteras orbis gentes, regionẽ uero pul-

Semiramis inuadit Indiam chram, fertilem'que esse, arma uertit in Indiam. Imperabat Indis ea tempestate rex Staurobates, maximo fultus exercitu, elephantis'que plurimis bello aptis. Semiramis uero inferior elephan-

Stratagema. torum apparatu, rem excogitauit qua terreret Indos. Occisis enim trecentis boum milib. carnes ope-

nes operarijs cõcesit, & coria insui fecit elephantorum instar, quæ postmodum fœno referta, ueri elephanti speciem præ se ferebant. Intus uero hominem inclusit, camelum'que cui homo insidens formã beluæ ducebat. His biennio confectis, tertio anno infinitas copias in Bactris coëgit. Assuefecit autem equos ne illis simulachris terrerentur. Audito rex Indorum ingenti apparatu belli, conatus est excedere Semiramidis uires, omnibus'que q̃ belli usus poscit præparatis, nuncios ad Semiramidem iam appropinquantem mittit, & reprehendens eius ambitionem q̃ nulla iniuria lacessita bellum sibi inferret, cõminatus est, si eam uinceret, se illam cruci affixurum. Lecta epistola ridens Semiramis, non uerbis, sed uirtute certandum esse respondit. Ponte uero super Indum constructo, & præsidio ab utroque latere impositio, omnes traduxit copias. Præcedebant elephantorum simulachra, quibus hosti mulier metũ injicere uolebat. At simulatio illa haud diutius latuit. Nam admiranti bus Indis, unde tãta illi elephantorum copia suppeteret, quidã ex Semiramidis exercitu nocte capti rem prodidere. Quapropter confisus suis uiribus rex, fictionem elephantorum prædicens, copias suas aduersus Assyrios eduxit. Appropinquantibus aũt exercitibus, rex equites & currus in prima acie ante phalangẽ destinauit. Semiramis simulatis elephantis aduersus equites p̃missis, inito'que certamine, regios equites fudit. Assueti enim ueris elephãtis, equi noua forma, olfactu'que insueto turbati sunt. Semiramis cum electis militibus uictoriã istam secuta, Indos in fugam uertit. Quibus ad phalangem fugientibus, rex aciem peditum præcedentibus elephantis promouit. Veri elephanti cõtra simulatos ibant, neque pari robore pugnabatur. Superiores erant Indi, magnã'que edebant Assyriorum cædem. Omnibus uero tandem Assyrijs ad fugam intentis, rex Semiramidi casu obuius, sauciauit illam iaculo, parum'que abfuit quin illam cepisset. Omnes itaque in fugam uersi, insequẽtibus Indis magna cædes facta est, quousq; flumen traiecerunt. Tunc permutatis captiuis, Semiramis in Bactrianos redijt.



Simulachra elephantorũ.

Semiramis occumbit.

Quæ culpanda in Semiramide.

OMnia iam cõmemorata, nedum in fœmina, sed in quocunq; uiro strenuo mirabilia atque laudabilia & perpetua memoria celebranda, una obscœna mulier fœdauit illecebra. Nam alium uirum capere noluit, uerita ne imperio priuaretur. Sed eos ex militib. eligebat appetebat'que, qui in castris erant forma & decore præstantes, quos omnes postea priuabat uita. Cum'que quasi assidua libidinis prurigine ureretur infelix, inter mœchos quoque filius Ninus numeratur, iuuenis præstantissimæ formæ, qui uti cum matre mutasset sexum, in thalamis more delicatæ fœminæ marcebat ocio, ubi mater aduersus hostes fudabat in armis. Qua turpi nota fœdata Semiramis, dum putat astutia abolere, quod lasciuia deturpauerat, legem illam impiam & scelestã condidisse aiunt, qua præstabatur subditis, ut circa uenerea agerent quod liberet. Alij tamen scribunt, q̃ cum in desiderium filij incidisset, eum'que iam ætate prouectũ in suos prouocasset amplexus, ab eodem cum annis iam 32. regnasset occisam. A quibus dissentiunt alij, asserentes eam libidini miscuisse sæuitiam, solitam'que quos ad explendũ suæ uredinis uotum aduocasset, ut occultaretur facinus, cõtinuo post coitum iussisse necari. Verum cum aliquando concepisset, adulteria prodidisse partu, ad quæ excusanda, legem illam iniquam, cuius iam mentio facta est, proditam aiunt. De qua Orosius sic scribit: Semiramis libidine ardens, sanguinem sitiens, cum omnes quos concubitu oblectasset occiderit, tandem filio flagitiose concepto & impie exposito, incestu cognito priuatam ignominiã publico scelere obtexit. Præcepit enim, ut inter parentes & filios nulla delata reuerentia naturæ de cõiugijs appetendis, quod cuique libitum esset, liberum fieret. De exitu eius Iustinus sic scribit: Ad postremum

Semiramis libidini addicta

Semiramis filij cõcubitum petit.

quum concubitū filij petisset, ab eodem interfecta est 42. annos post Ninum regno potita.

De asphalto Babylonico.

Asphaltum picis species.

HAbet textus Biblicus Gen. 11. usos fuisse filios Adam in extructione turris Babylonicæ bitumine pro cemento, hebraice hemar non homer: ubi rabi Dauid Kimhi dicit, hemar esse speciē picis, quam Græci asphaltū uocant, qui in hunc usque durat diem. De hoc Cosmographi in hunc modum scribūt: Cum multa sint in Babylonia admiratione digna, non minus mirabitur quis magnam uim, qui in ea gignitur asphalti. Tanta enim illius supersest copia, ut Semiramis non solum satis tot tantis'que ædificijs fecerit, sed & populus, licet innumerabilis eo arefacto pro lignis utatur: adeo magna illius copia tanquā ex largo

Lacus picis.

fonte haurientibus adest. Efficit enim odorem sulphureum ac grauem, qui transeuntes animātes interficit. Ita enim anhelitum comprimit, ut spiritu intercluso, arrepta respirandi facultate, mors subito sequatur. Traianus imperator cum esset in oriēte, motus magno desiderio uisendi huius lacus, accessit propius, & omnia diligentius contemplarus est. Sunt etiam qui scribūt totum fundum Babyloniæ refertum pice, atque ob id tempore æstiuo sæpissime fulmine tangitur, atque in

Naphtha.

eo loco asphaltus ascēdit. Est autem duplex bitumen, liquidū quod naphthā uocant, & quod in Susiano agro nascitur, & aridum quod congelascere potest, in Babylonio, cuius fons est prope ipsum naphthā. Hic glebæ maxime concreantur ad ædificia idoneæ, q̄ ex coctilib laterib. & bitumine fiunt.

De destructione Babyloniæ.

TEmpore eo quo Nabuchodonosor rerū in oriente potiebatur, Babyloniæ ciuitas fuit adhuc in sua magnificentia, quum etiam Iudæi illuc iuxta Isaiæ uaticinium per dictum Nabuch. fuerint translati, & paulo post urbs ipsa in solitudinem pro magna parte redacta. Vnde Strabo: Vrbis Babyloniæ partem Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit & Macedonum negligentia, præsertim ubi Seleucus Nicator Seleuciā ad Tigrim condidit ad stadia 300. Babyloni proximā. Nam & ille & posteri omnes circa hanc urbem

Seleucia delet Babyloniam.

maximopere studuerunt, & regni caput effecerunt, & nunc Babylone maior est, quanq̄ magna ex parte deserta, ut id facile de ea dici possit, quod de magnis urbib. quæ in Arcadia erant, à quodam dictum est: Magna ciuitas magna solitudo est. In ea propter lignorū inopiam ex palmaceis trabibus & columnis ædificia faciunt. Nam regio magna ex parte nuda est, nihil habens præter frutices & palmam. Regio hordeum fert quātum alia nulla: cætera ex palma præbet. Ex ea enim panis & mel & uinum & acetum fit, & textilia uaria. Nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur. Qui in aqua macerati, bobus & ouibus in pabulum dantur. Dicunt esse carmen quoddam Persicum, in quo 360. palmæ utilitates numerentur. Babylon ergo aliquandiu Assyriæ metropolis fuit, deinde Seleucia, q̄ ad Tigrim sita est, translato etiam ad eam ex destructa Babylone Babyloniæ nomine, autore Plinio. Nostro uero æuo appellatur Baltach, aut secundum alios Valdach. In destructione Babylonis impletum est uerbum domini, quod longe antea prædixerat p Isaiam prophetam cap. 13. in hæc uerba: Erit Babel, q̄ inclyta fuit in regnis, decor & magnificentia Chaldæorum, in subuersionem instar Sodomæ & Gomorrhæ. Non sedebit in perpetuū, nec habitabit usque in generationem & generationem, sed neque Arabs figet tabernaculum ibi, & pastores non facient ibi cubare greges suos. Cubabunt uero ibi bestiæ horrendæ, & implebunt domos eorum cercopitheci: habitabūt ibi struthiones, & pilosi saltabūt ibi &c. Hic uides quod nullæ diuitiæ, nulla potentia, non robusti muri, non multitudo turrium, neque fastus & pompa, potuerunt ciuitatem illam saluare, sed oportuit illam interire & subire fatum, id'que non simpliciter instar aliarum ciuitatum, q̄ plerunque fuerunt temporum successu reparatæ, sed iussu dei facta est perpetua mansio draconum & syluestrium animalium.

Magna ciuitas magna solitudo.

De legibus Babyloniorum, & de astrologia Chaldæorum.

Puellarum elocatio.

HAbuerunt incolæ huius regionis olim mirabiles leges & consuetudines. Puellas nubiles singulis annis in publicū ducebant, atque uenum exponebant, & qui opus habuit uxore, emit ibi unam. Precium uero seruabatur in publico ærario, & per ipsum uendebantur puellæ quæ minus spectatæ erant formæ, & quas nec gratis quisquam accipere dignatus fuisset. Aegrotos in uijs exponebant, q̄ prætereuntes interrogabant, num

quisquam

quiſquam morbi huius remedium norit. Nam nemo prætereuntium tam malus erat, qui occurrens nō admoneret, ſi quid ſalutare haberet. De his legimus infra copioſiora in deſcriptione Aſſyriæ. Qui dormiſſet cum muliere, mane ſurgentes, quiſque ſeorſum ſuffiti lauabantur priuſquā quicquam attingerent, & perinde eis lauacrum à mulieris congreſſu in more erat atque à mortuis. Nutrierūt Babyloniį doctos uiros quos Chaldæos uocabāt, & hi ad cultum deorum erant deputati, p̄ philoſophabantur quoque per omnem uitam, peritiſsimi aſtrologiæ habiti. Multi diuinatione quadā futura prædicebāt, ac tum augurijs, tum ſacris, tum alijs quibuſdā incātationib. mala auertere ab hominib. bona afferre, auguria inſup, ſomnia q̄ & p̄digia interpretari conſueuerunt. Mundum ſempiternum eſſe dixerunt, neque principium habuiſſe, neque fortiturum finem. Vniuerſorū ordinem atque ornatū diuina quadam prouidentia factum. Cœleſtia omnia non caſu aut ſua ſpōte, ſed determinato quodā firmo q̄ deorum nutu iudicio q̄ eſſe perfecta. Aſtrorum longa obſeruatione curſum naturam q̄ diligētiſsime ſcrutati, multa futura hominibus prædixerūt. Maximam uero uim ac motum quinque aſtrorū, qui planetæ appellantur, interpretes illi dixerunt, eius præſertim qui Saturnus dicitur, eſſe affirmantes.

Aſtrologorū officium.



Arabia triplex, Petrea, deſerta, & felix.

ASia ubi Africam aſpicit, ibi Arabia eſt inter Iudæā & Aegyptum: eſt q̄ triplex, una Petrea à ſeptētrione & occaſu Syriæ inſerta, cui à fronte deſerta prætenditur Arabia: à meridie altera quæ felix nominatur. In Arabiam deſertam uenerunt filij Iſraēl, poſtq̄ domi nus deus eos ſtupendis miraculis traduxerat per mare rubrū, habitarunt q̄ in eo quadraginta annis, cibauit & potauit eos ſine omni humano præſidio in tam uaſta ſolitudine, quæ nec aquam habet ad bibendum, ſed habitatio eſt ſerpentum & ſcorpionum. In extremi ratibus ægre habitatur. Nam quæ uergunt ad Orientem partes, Arabes Abati inhabitant, deſertas, in aquoſas & in paucis fructus ferentes, ideoque latrocinijs uicinis gentibus infeſti atque bello inuicti. Qui regionem aquis carentem tenent, puteos effodiunt exteris ignotos, quæ res hoſtium pericula depellit. Nam qui eos perſequuntur, aut errantes ſiti deficiunt fontiū inſcitia, aut uix redeunt labore defatigati. Ob hanc cauſam Arabes ea loca incolentes, cum bello expugnari nequeant, liberi uiuunt, neque ulli unquam externo regi, non Aſſyrio, non Medo, non Perſo paruerunt. Strabo uocat eos Arabes Scenitas, qui per paruas quaſdam potentias in ſterilibus locis propter aquarum inopiam poſident. Agriculturam aut parum aut nihil exercent, paſcua omnis generis pecorum præſertim camelorum optima habent. Vocantur Scenitæ & Nomadæ, q̄ gens uaga & ſine ædificijs in tentorijs habitet. Prope Eufraten uerſus Chaldæam & Perſiam pauca hæc Arabia habet oppida, in mediterraneis autem nulla, ſed uagantur cum pecoribus & tugurijs ſuis de loco ad locum, latrocinijs uiuentes. Inſignior eorū ciuitas dicta fuit olim Tapſacum, & poſtea Amphipolis. In hac regione ait Diodorus ſtagnum eſſe ingens, aſphaltum producens, ex quo nō paruum uectigal percipitur. Eius aqua odoris eſt peſsimi atque amari. Quo fit ut neque piſces producat neque aliquod aquatile animal. Et cum plures dulcis aquæ fluuij in illud decurrant, nequaquam tamen aquæ natura immutatur &c. Hæc cum Siculus obſcure ſcribat, Strabo multo dilucidiꝰ de mari mortuo in Arabiam Petream ſeſe extendente explicat, cuius mentionem ſu prà in Paleſtina ampliorem fecimus.

Arabia deſerta.

Terra aquarum indiga.

Scenitæ Nomadæ.

De terris Asiæ maioris

Arabia Petrea.

Nabathea.

COnfinis est Arabia Petrea Aegypto Iudææ'q;, & uocatur à Strab.& Plin.Nabathea, cuius metropolis est Petra, quæ hodie secundum Volaterranũ Arach dicitur. Apud Isaiam uero Petra deserti appellatur.Hac iter Hebræi pro parte fecerunt,quũ ex Aegypto proficiscerentur.Ipsa,ut ait Strabo,in plano est sita,circũsepta rupibus altis,intra q̃ fontes uberrimi sunt,extra uero circuitum regio ex magna parte deserta,& sine aquis, præsertim uersus Iudææ.In hac parte nihil memorabile,ait Plinius, præter Casium montem uersus Aegyptum,ubi sepulchrũ est magni Pompeij. Nos tamen memorabilius putamus in hac regione Sinam montem nostris appellatum, Ptolomæo autem Melanem, ubi & sepulchrũ diuæ Catharinæ & lex Mosi diuinitus concessa. In hanc Arabiam fugit Moses à facie Pharaonis ad sacerdotem Madian:Exodi 2. Hæc regio pro magna parte non differt à deserta Arabia,quia & ipsa in multis locis sterilis est,arenosa,petrosa & tota aspera,laborat'que penuria aquæ. Aiunt in ea tantas esse solitudines fabulosas, ut per uentũ una nocte excitetur cumulus arenæ in magnitudinem montis,& quicquid hac congerie arenæ obruitur suffocatur, unde & huiusmodi desertum uocatur mare arenosum.Ibi iter nullũ est,sed qui itineris cursum moderatur,pyxide ac pagina marina utitur,haud secus quàm nautæ sulcandi equoris peritissimi:incolæ camelis uehuntur, inclusi caueis ligneis,in quibus uitam trahunt,ducibus tamẽ pilotis,qui non aliter q̃ in undabundo mari cõpasso,hoc est,magnete ducuntur.Illic fit momia.Huius Arabiæ reges olim dicti fuerunt Arethæ,qui multa habuerunt dissidia & bella cum regibus Israël,potissimum sub secundo templo,tempore Herodis regis & suorum prædecessorũ. De quo multa apud Iosephum historicum.In hac regione est etiam Medina Talnabi, ubi impurissimus Mahumetes sepultus iacet. Delubrum eius testudinatum est longitudine passuum 100. latitudine uero passuũ 80. patescit. Gemina porta ingressus adeuntibus patet.Fulcitur columnis 400.ex latericio opere albicantib. Lychni pensiles accensi plures admodum, numero quasi trium milliũ. Ab una delubri parte turris uisitur ambitu quinq; passuum qua quauersum testudinata, panno'que contecta sericeo,ubi defossus est locus,in quo adstruunt conditũ Mahumetem socios'que eius. Ad hunc locum magna est Saracenorum peregrinatio, uisitantes corpus Nabi, id est,prophetæ: fuit enim seductor ille Arabs, atque Arabica lingua in multis cõsona est Hebraicæ,in qua נָבִיא Nabi prophetam significat. Non autem facile peregrinis ostenditur corpus huius pseudoprophetæ, etiã ob quam cunq; magnam pecuniam,sicut Vartomannus scribit,quum esset Medinæ & deliramenta Saracenorum exploraret.Adfuit enim tunc dux quidam, qui obtulit quaterna milla saraphorum,ut uideret corpus pseudoprophetæ.Cui præfectus delubri:Audes tu his luminib.quibus tot patrasti scelera,eum uelle conspicari,cuius intuitu deus maximus cœlum ac terram creauit? Respõdit dux. Verum dicis,sed abs te unum liceat impetrasse, ut uideam prophetam: quo uiso,in eius gratiam effodiam mihi mox lumina. Ait præfectus: Cuncta tibi aperiam princeps.Nemo it inficias, quin hic propheta noster uitã exuerit:qui si uoluisset, potuisset quidem apud Mecham decedere,uerũ ut inopiæ specimen præ se ferret, eo'que nos instrueret exemplo,hic q̃ alibi maluit rebus humanis exuiil lico'que in deorũ sedes relatus est ab angelis, adeo'que in cœlitum ueluti compar receptus est consessum. Iterũ dux ait ad templi præfectũ: Iesus Christus Mariæ filius ubi est? Respõdit ille: Ad Mahumetis pedes. Tunc subiũxit dux: Sufficit,sufficit:nolo plura scire.Hãc historiam ob id induxi,Christiane lector,ut uideas in quãto errore miseri & cæci homines sunt, qui tam magnifice sentiunt de impostore illo,& ipsum diaboli mancipiũ ex profunditate inferni sub leuant in cœlũ,collocant'q; ad pedes, imò supra caput unigeniti dei.Sed de eius uita & sectæ origine infrà plura scribam. Ciuitas Medinæ cum in sterili agro sit sita, uictũ petit ex Felici Arabia,ex Cairo et Aethiopia,id'q; per mare. Distat enim itinere triũ dierũ à mari rubro. Ad Mecham uero

Mons Sina.

Mare fabulosum.

Medina locus sepulchri Mahumeti.

Mahometi regio uana.



uero,q̃uæ eſt in felici Arabia,eſt iter 14.dierum:& in hoc itinere peruenitur ad arua patentia q̃uæ arenis ſtrata ſunt albicantibus pollinis inſtar. Si quò ſiniſtro pede uſu euenit,ut ij qui illac iter agunt,auſtro feruntur,ut ſeptentrione aguntur,ſabulo obruti occumbunt omnes,homines & iumenta. Quod ſi proſperis uehuntur flatib. atro tamẽ ſabuli turbine adeo inuoluuntur,ut adempto è conſpectu interuallo 10.paſſuum,alter alterũ non conſpiciat.Exanimantur ibi ſiti complures:& contra quando ſit fontis poteſtas,multi intereunt ob hauſtos plus iuſto latices.

Arabia felix.

HAec Arabia meridiem uerſus inter duos ſinus Arabicum & Perſicum ueluti peninſula excurrit, quæ ut Strabo ſcribit,bis ut India ferit ob fœcunditatẽ. Fluminibus ſcatet,quæ in campos abſumuntur, omnium fructuum tum pecoris abundans,præter equos,mulos & porcos. Auium etiam omnium, præter anſerem & gallinam.Oues albæ,boues nigri. Aromatũ omnis generis feraciſſima, quibus omnia permutãt.Cuius opulentiæ teſtis Alexander, qui eam,uti fama eſt, regiam facere inſtituerat,poſtquã ex India reuertiſſet.Vrbes ſine mœnibus colunt,q̃ in pace maxime degant. Mira ſcribuntur de morib.antiquorum Arabũ. Artes ab uno ad in alium nõ transferuntur ſicut apud nos, ſed in patrijs quiſque permanet inſtitutis.Qui maximus eſt natu,is in totam gentem regnum obtinet.Quæ poſſidentur, uniuerſæ ſunt cognationi cõmunia:una omnibus uxor, ita omnes omnium ſunt fratres. Coëunt cum matribus & ſororibus pecudum ritu.Alterius ſanguinis congreſſus pro adulterio eſt,domeſtici in uniuerſum legitimi habentur. Camelorum copia adimit equorum deſiderium. Aurum,argentum.& plura aromatum genera terræ peculiaria.Defunctorum corpora,ſtercore abiectiora.Nomades Arabiæ qui habitant iuxta fluuiũ,colligunt auri ramenta,quod tamẽ non cõflant artium inſcitia.Debæ & ipſi paſtores colunt ijdem agros aliqua ex parte,gens auri abundans,inter glebas temere iacentes aureas pilas in glandium magnitudine reperiunt,quibus lapillis affabre interiectis monilia conficiunt haud iniucũda aſpectui,ea collo & manibus inducunt. Vendunt aurum finitimis triplo æris precio, argenti duplo,tum auri cõtemptu, tum deſiderio q̃ cõmertio parantur.Proximi his Sabæi,thure,myrrha & cinnamomo diuites,& in ora huius terræ balſamum naſci quidam prodiderunt.Habent & palmas odoriferas & calamum.Serpens ibi palmari lõgitudine,letalis ferè eius morſus,in arborum radicibus cubat. Odor nimius rerumq̃ fragrantia ſtuporẽ ſenſibus inducit,quem bituminis ſuffitu & hyrci barba leuant.Penes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorum plerique ſunt agricolæ, aromata alij legunt. In Aethiopiã obnegocia nauigant,nauigijs corio contectis.Cinnamomũ & caſiam loco ligneæ materiæ igni adhibent.Huius gentis metropolis eſt Saba, ſupra montem ſita,ubi alia auro, alia argẽto,quædam lapidibus ſplendent.Nonnulla tum elephantorũ dentibus ſunt exculta, tum multis præterea rebus alijs,quæ plurimi apud homines æſtimantur. Et eam ſanè multis ſeculis perpetuam habuere felicitatem. Abfuit enim ab eis penitus,quæ multos in præceps dedit ambitio, per auaritiam alienа poſſidendi. Nec Garræi his minus opulenti, quorum ferè ſuppellex omnis ex auro eſt & argento.Ex his enim & ebore domorum limina,tecta,parietes conſtruunt. Nabathæi omniũ continentiſſimi,in quærendis opibus mira gentis induſtria,ſed in tuendis multo maior. Qui rem domeſticam minuit,publicè mulctatur,contrà honore afficitur qui patrimonium auxit. Gladio,arcu,lancea & funda in bello, plurimum etiam bipennibus Arabes utuntur. Item Panchaia Arabiæ regio tota fructifera eſt,niſi ubi arenoſa eſt. Vini maxime abundans & thuris, q̃d in ea adeo excreſcit,ut per uniuerſum orbem ſatisfaciat deorum ſacris.Fert etiam myrrham & alia uarij generis aromata,odorem præbentia,quæ Panchaei legũt,& Arabibus mercatoribus uendunt,quæ illi in Phœniciam,Syriam & Aegytum tranſuehunt.Veſtibus induuntur mollibus. Oues enim apud eos plurimum mollitie ab alijs differunt. Ornamenta aurea nõ tantum mulieres ſed etiam uiri deferunt, torquibus collum ornãtes, armillis manus,aures more Perſarum inauribus,pedes nouis ac uarij coloris calceis.Sacerdotibus extra locum ſacrum proficiſci fas non eſt,ultra deprehenſum interfici licet.

Feracitas Arabiæ.

Omnia inter domeſticos cõmunia.

Auri glebæ.

Sabæi.

Saba metropolis.

Nabathæi.

Panchaei legunt thus.

De terris Asiæ maioris
Quæ aromata nascantur
apud Arabes felices.

PLurimas Arabia nutrit plantas suauem odorem transeuntibus inspirantes. Natura id ſo
li accidit, ut dulces in eo odores orta ferãt. Nam quibusdam in locis effossa terra aliquæ
reperiuntur suaue olentes glebæ, quæ ueluti metalla fusæ, lapides ingentes fiunt ædifican
dis domibus apti. Myrrhæ sarmentis ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore
Myrrhæ sarmenta. cremati storacis occurrant, plerunque incurabiles morbos contrahunt. Cinnamum per
sacerdotes legitur, hostijs prius cæsis, quas cum litauerint obseruatur ut messis, nec ortũ solis an
ticipet, nec egrediatur occasum. Myrrha in ijsdem syluis quibus thus, permixtam arborem na
sci tradiderunt aliqui, gignitur'que multis in locis Arabiæ. Satiua quoque prouenit, multum syl
uestri prælata. Arbori altitudo ad quinq; cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto. Folium
oliuæ, uerum crispius & aculeatum. Inciduntur bis in anno, sed à radice usque ad ramos qui ua
lent. Sudant autem sponte priusquam incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur. Est itaque
Quid myr-rha. myrrha lachryma Aegyptiacæ spinæ, qua incisa effluit lachryma, coagulatur, deinde legitur. Ex
cellit Troglodytica, q̃ lucida est, subuiridis & mordax. Reperitur & Bœotica, adulteratur gum
Cinnamomũ. mi. Cinnamomũ idem'que Cinnamum, nascitur apud Troglodytas. Arabes uero uehunt per
maria uasta, ut rursum uendant. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmi'q;
minimus quatuor digitorũ crassitudinis, statim à terra sex digitis furculosus, arido similis. Cum
uiret, non odoratur, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre fit. Radix eius inutilis est. Gi
gnitur in planis, sed in uepribus rubis'que, difficilis collectu: præcipua bonitas uirgultorũ tenuis
simis partibus ad longitudinem palmi. Vilissimum quod radicib. proximum, quoniam ibi mini
mum corticis, in quo summa gratiæ. Lignum quod xylocinnamomũ uocatur, in fastidio est, pro
Casia. pter origani acrimoniam. Est & casia frutex, nascitur'que iuxta cinnami campos, sed in montib.
crassiore sarmento, tenui cute uerius q̃ cortice. Amplitudo fruticis trium cubitorum. Theophra
stus dicit casiam sarmento crassiore constare ac neruis, idcirco non posse decorticari. Dioscori
des uero de ea sic ait: Casia in felici Arabia nascitur, baculum habet crasso cortice sicuti piper.

Thus in sola Arabia. Thus præter Arabiã nullis est terris, ac ne Arabiæ quidem uniuersæ. Regio thurifera spectat
ortum solis æstiui, undique rupibus inuia, & à dextris maris scopulis inaccessa. Syluarum longi
tudo est schœnorũ 20. hoc est, ferè 30. milliariorum Germanicorum, latitudo dimidium eius. At
toluntur colles alti decurrunt'que in plana, et nascuntur arbores sponte. Terram argillosam esse
conuenit, raris fontibus ac nitrosis. Minæi per quos tramite angusto thus euehitur, primi cõmer
cium thuris fecerũt, maxime'que exercent. Nec præterea Ara-



bum alij præter dictos thuris arborem uidẽt, ac ne horum qui
dem omnes. Ferunt'que 300. esse familias & non amplius, quæ
ius per successiones id sibi uendicant. Sacros uocari ob id, nec
ullo congressu fœminarum funerum'que cum incidunt eas ar
bores aut metũt, pollui, atque ita religione merces augeri. Nec
arboris ipsius quæ sit facies constat. Quidam terebinthum esse
putant. Alij lentisco similem subrutilo folio. Meti semel anno
solebat: iam quæstus aliam uindemiam affert. Incidítur ea par
te cortex, qua maxime uidetur esse prægnans, tenuissimis'que
tendi cortex. Laxatur autem cortex uulnere, non adimitur: in
de prosilit spuma pinguis, hæc concreta densatur. Quod uero
in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Quod secũ
da uindemia colligitur, in eodem anno rursum exit, nec compa
randum priori. Creditur & nouellæ arboris candidius, sed ue
teris odoratius.

Phœnix auis in Arabia.

PHœnicem auem nobilem ante oẽs aues unam in toto orbe nec magnopere uisam, Cor
nelius Valer. deuolasse in Aegyptũ Q. Plantio, Sex. Papinio consulib. tradit. Narratur
esse aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla, in cæteris partib. purpurea, cærulæã ro
seis caudam pennis distinguentib. cristis faciem caput'que plumeo apice honestatam.

Manilius

Manilius ſenator author eſt,neminem extitiſſe qui uiderit ueſcentẽ,uiuere annis 660. ſeneſcentem caſsia,thuriſ que ſurculis conſtruere nidum,replere odorib.& deſuper emori:ex oſsibus deinde ac medullis naſci primo ceu uermiculũ, inde fieri pullum. Philoſtratus ponit eam in India, Plinius autem in Arabia. Inueniuntur etiam iuxta Arabiam in ipſo mari margaritæ,ſicut & è regione eius in littore Perſici maris tã nobiles uniones reperiri dicũtur, ut nullo ferè precio taxari poſsint. Vnde de Cleopatra legimus,ꝙ emerit margaritam unam pro 250000. aureis,in Perſico mari inuentum. Piſcantur autem eas Sabæi in oſtreolis ſeu cõchilijs in quibus naſcuntur & matureſcunt. Vocantur quoque uniones,ꝙ nulli duo indiſcreti reperiantur. Precium eorũ æſtimatur ex candore,magnitudine,orbe,leuore ſeu terſitudine & pondere. *Vniones.*



Mecha.

ESt urbs iſta tempore noſtro potẽs & magnifica,ſita in Arabia felici,aut ſecundum alios, in Arabia petrea, ubi maxime exercentur à mercatoribus Orientis & Occidentis negociationes. Vrbem aiunt eſſe elegãtiſsimam, cultamq; magnopere,quippe q̃ ambitu ſenum millium edium cõtinetur. Mœnia nõ habet,ſed mõtes quibus quaquauerſum uallatur. Quadruplicem habet aditum, moderatorq; eius eſt Sultanus ipſe, ex ſtirpe Mahumetana,paretque Sultano Babylonis. Ager circũ ciuitatem cunctarũ regionum infœcundiſsimus,nullius ferax fructus, diriſque deiectionibus ſubiectus. Aret cũprimis aquarum indigentia,adeoq; in immẽſum aquarũ precium creuit,ut duodenis denarijs tantillũ aquæ emere nequeas, quo ſitim unius diei expleas. Plerũque ex Cairo Aegypti cõmeatus illò mari Erythreo cõportatur,portu præſertim inſeruiente,cui Gidæ aut Zidæ nomen eſt:is abeſt à Mecha 80. mille paſsib. Cõmeatum quoq; ſuppeditat Felix Arabia: annonã mittit & Aethiopia. Illuc ſeſe recipit peregrinorũ maximus numerus:alij ex Aethiopia,ex utraq; India alij,ex Perſide alij, alij ex Syria aduentãtes. Quidã uero cõmertiorum cauſa,alij ut uotum abſoluant,ignoſcentiarũ ſeu indulgentiarum cauſa eò cõtendunt. Eſt in urbe media delubrũ inſtar coloſſei Romani, amphitheatrum uocant,ex coctis lateribus factum,amphitheatri inſtar 90. aut 100. portas habens,eſtq; concameratũ:ingreſſus deſcenſu ſcalarum 12. graduum patet hinc & hinc. Ingreſsis undique auro obducti parietes effulgẽt ſplendore incõparabili. In inferiore parte templi,id eſt,ſubtus loca cõcamerata, ingens hominũ turba,qui uendũt unguẽta odoratiora, & cũ primis puluiſculũ odoriferum,quo humana corpora condiuntur. Delubrum aũt in meditullio patet abſque imbricamento, & in medio eſt turris circũquaque ſenum paſſuum magnitudine,ea ſerico panno obuoluitur,ſupraque uiri unius altitudinẽ non exurgit. Hanc ſepties ſolent ambire, deoſculando ſingulos angulos, eoſdẽq; identidem palpantes. Aſtruunt enim eam primam eſſe domũ, quam unq; Abraham exædificauerit. In media turri eſt puteus profundiſsimus,unde aquã haurientes,perfundũt ea homines, circũeuntes atque ab omni reatu ut putant eos emaculant. Inumbratur quoque in partib.illis cœlum innumeris palumbib. Nam aiunt auitia illa à uolucre illa traxiſſe genus,q̃ Mahumeto in aurẽ loquebatur ſub uelamento ſacri pneumatis. Inerrant dicti palũbes uicis,edib.tabernisq; ipſis frumẽtarijs,milijſq; & orizæ: uixq; licet eos abigere,occidere uero aut capere,ppè capitale cẽſetur. Arbitrãtur enim incolæ,ubi illæ aues uapularẽt, orbẽ ruiturum,ob id impenſa aluntur in medio tẽplo. Ab altera delubri parte uiſuntur ſepta,in quibus unicornes gemini aſſeruantur, loco'que miraculi populo ſpectandos præbent. Aiunt hoc animal pullo equino triginta menſes nato haud abſimile eſſe. Prominet in fronte cornu unicum & nigrum longitudine duorum aut trium cubitorum. Coloris eſt equi muſtelleni, caput cerui inſtar

Delubrum.

Columbarum multitudo.

Vnicornis.

instar, collo nõ oblongo, rarissimæq; iubæ, ab altera parte solũ dependẽtis. Tibias habet tenues, easdẽq; graciles, ungulas anteriorũ pedũ bisidas, caprinos pedes termè referẽtes. Tibiarũ posteriorũ pars exterior uillosa est, pilicq; plurimi. Aduehũtur hæc animalia ab Aethiopũ rege, q̃ munere idẽ rex cũ Sultano Mechæ præfecto necessitudinem amicitiæ init. Plinio monocerotẽ asperã esse feram, reliq̃ corpore equo simile, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro in media frõte cubitorum duũ eminente. Nascitur in Aethiopia, ac uiuo minime capitur. Cæterum de mercimoniis q̃ huc cõportantur, sciendum, q; ex India maiore, baccæ, id est, uniones & id genus monilia aduehũtur, affatimq; aromatum & præsertim ex ea urbe Indiæ maioris cui nomen est Bangellæ, panni gossipini, sericiq; ducuntur. Aethiopia etiam sua mittit aromata.

Monocerõt.



Aden emporium in felice Arabia

& Aiaz aliud emporium, &c.

Commertia fiunt noctu.

VRbem hanc munitiss. in gemino latere sepiunt mœnia, & qd' superest, montib. occlu ditur, in qbus qnæ sunt arces, in solo æquali est urbs, ambitu sex mille ædium cõtenta. Cõmertia in nundinis noctu & hora secũda ob nimios q̃ sæuiunt interdiu æstus exercent. Illò ceu ad famigeratũ emporiũ ex utraq; India, Aethiopia ac Persíde exercentes mercimonia nauali itinere cõfluũt. Itidẽ agunt, q̃ ad Mechã frequẽtes contendũt. Verũ simul ac liburnicæ portũ appulerint, adsunt p̃fecti uectigaliũ, p̃contãtes unde soluerint, qd ue cõuehant merciũ, quãtumq; tẽporis sulcãdo maria absumpserint &c. His exploratis, cõdicto malũ, uela & id genus armamẽta asportãt aliò, ut illinc abeundi haud p̃solutis uectigalib. exempta sit occasio appulsis. Leuatur em̃ ibi uectigal magnũ, q̃d Sultani est ciuitatis istius. Quantum ego ex situ ciuitatis cõijcere possum, hæc ipsa est quã Ptolemæus in Arabia felice appellat Arabiam aut Ocelim. Hinc itinere duorũ dierum peruenitur ad Aiaz urbẽ in colle gemino sitam, in tercurrente latissima cõualle, inq; ea fons signatus: & illò cõmerciorũ causa ceu ad celebre emporium plurimi mortaliũ proficiscũtur, cõportantur q; illuc aromata minutiora fermè omne genus. Fert ea regio xylon, uulgo appellãt bombycẽ, sericũq;, ibiq; fructus multiplices, gustu admodũ suaues, ut sunt persica mala, punica, cydonea, ficus, iuglãdes nuces & uuas optimas. Vltrius peruenitur ad aliã urbẽ Dante noïe, arte & natura munitã, possitãq; in summo p̃grandis montis fastigio. Incolũt eã Arabes inopes admodũ, q̃ ob infœcundũ solũ nõ nisi egẽtes esse possunt.

Aden uidetur esse Ocelis.

Almachara ciuitas montana.

Hinc iter duorũ dierũ est ad Almarachan ciuitatẽ, q̃ in monte eminentiss. est sita, adq; eã cliuoso ac parduo ascẽsu itur, utpote 7 milliariũ, q̃ faciunt fermè duo milliaria Germanica, adeoq; coartatur iter, ut bini hoïes iter cõpleant, nõ secus q̃ si fores in angiportu. Vbi uero in summũ euaseris montẽ, ecce incredibilis planicies, inq; ea fermè rerũ omniũ copia. Nã in ipsa montis planicie legitur quicqd frugis humanis usib. cõducere queat. Ob eã rem aiunt urbẽ esse p̃pè inexpugnabilem, ubi cõmeatus omnifariã nõ desint, sitq; situ quasi inaccessa, & cũ primis adiuuat aquarũ mira ubertas, scaturiente cisterna adeo largiter, ut centenis hominũ millib. sufficere posse uideatur. Illic aiunt Sultanum condidisse thesauros, ubi & iugem trahit moram propter unam uxorum suarum ibi habitantem. Ibi quoque uelut in phylacam quampiam, auri tantum adseruari iubet, quantum onerandis camelis centenis abunde sufficeret. Reame alia ciuitas itinere diei unius ab Almachara distans, in qua eximij sunt negociatores, agerque omnium fermè rerum, si ligna excipias, est ferax. Ibi se uidisse narrat Vartomannus nonnulla ueruecum genera, quorum cauda

Reame ciuitas.

pondus

pondus habet 44. librarum: carent cornibus, adeoq; sunt obesi ac pingues, ut uix incedere possint. Habent uuas illic sine granis & omnifariã fructus ibi inueniuntur. Huic copiæ accedit incredibilis cœli temperies, id cõprimis testatur perennior hominũ ætas, quæ ibi extenditur ad centesimum & uigesimum quintũ annum. Hinc itinere triduí est urbs alia Sana nomine, sita in edi- *Sana ciuitas.*



tissimo monte, arte & natura munita. Mœnia eius constant ex humo congesta, altitudine cubitorum decem, lata uero brachia uicena: patet propterea camelis octonis in ordine expositis iter, tanta est illius latitudo. Habitatur proprio Sultano, est'que regio complurium ferax fructuum, & comprimis fontibus est irrigua. Sunt & aliæ multæ ciuitates in littore maris rubri positæ, in mediterraneis uero rariores sunt, q; ille frequentari nequeant à mercatoribus. In interioribus mons est editissimus ualtissimus'que, qui omnifariã abundat animalibus, & comprimis cercopithecis (cattos marinos uulgo uocãt, quales passim ad nos magnis caudis afferũtur.) Palãtur quoque ibi compluscul leones, hominibus supra modum infensi, id'que efficit ut illac tutum iter non pateat, nisi 100. simul uiatorib. qui frequentiore numero perterreãt feras.



De Mahomete Saracenorum pseudopropheta, eius origine & peruersitate.

OMnis impietatis & superstitiõis princeps fuit Mahometes, unde hũano generi malum & seminariũ errorre inextricabili natum est. Quidam scribũt eum Cyrenaicũ natione fuisse, alij Arabẽ, alij Persam. Fuit aũt natus anno salutis 597. aut circiter in perãte Mauritio, & apparuit orbi anno 623. sub Heraclio imperatore, homo obscurus genere, nullis præditus opibus, uiribus aut neruis, sordido natus loco. Dicunt quidam ei fuisse patrem, dæmonum cultorem, matrem Ismaëlitã, & ob id Hebraicæ legis non ignaram. Vnde & puer distractus ambiguus'q; effectus, dum pater suã, mater alterã illi legem ingerit ac inculcat, neutram sanè amplectatur. Vtroq; itaque imbutus puer cultu, neutrũ adultus recepit. Quin homo postea callidus atq; ingenio uafer, inter Christianæ pietatis uiros diu uersat9, rem pernicios am humano generi ex duabus legib. est cõmentus. Amissis aũt parentib. captus est à Saracenis, qui insignes habebantur inter Arabes latrocinijs, uenditus'q; mercatori Ismaëliticí generis. Factus autẽ homo uersutus, rapax, impurus omni sceleri obnoxius, simulator et dissimulator callidus, mercimonijs ac negocijs pficitur. Camelos agebat per Aegyptũ, Syriam, Palestinã, & alia peregrina loca, qbus itinerib. subinde repetitis, usus sæpenumero tum Iudæorũ cõsuetudine, tum Christianorũ, non tã discere q; deprauare studuit & uetus & nouũ instrumentũ, cum esset à parẽtib. diuersas edoct9 sectas. Tũ adiecit furaci q̃stui, ac dñm fallere studuit. Vnde cũ & dño suspectus & cæteris inuisus esset, ex obscuro seruo, pdijt insignis latro. Continuis em furtis ac spoliijs insignior factus, indies scelerũ participes socios plures breui tẽpore cõparauit. Hæc iuuabãt pterea aspectus trux, uox terribilis, corpus'q; gladiatorio robore metuẽdum. Sic ita q; in admiratione paulatim barbaræ gẽtis ueniens autoritatẽ sibi haud mediocrẽ cõparauit, adeo ut hero suo sine liberis defuncto, uiduam Ismaëlitici generis quinquagenariam, à qua educatus erat, locuplete admodum uxorem duxerit, Vxoris opibus elatus homo furcifer, ad immanissima quæque flagitia animum adiecit suo deprauato ingenio, alioqui ad audaciam omnem promptus ac paratus. Auxit præterea hominis temeritatem, Sergij monachi flagitiosi perfidia, ut breui apud Arabes

Mahometes inter Christianos uersatus.

Mahometes latro & fur.

Arabes in tantam ueniret existimationẽ,ut maximus dei nuncius, maximus'que propheta pas-
sim uocaretur & crederetur.Is autẽ Sergius Nestorianus hæresiarcha,qui Acephalorũ hæresim
Sergius monachus. instaurauit,è Constantinopoli eiectus in Arabiam profugit, & in Mahometis familiaritatẽ per-
ueniens,malus magister & moderator, turpissimo & nefandissimo discipulo facile coniungeba
tur.Erat hic dicax,multiloquus,audax,temerarius,insolens, uersutus atque in omnib. cum Ma
homete cõsentiens,qui iam potens erat,& opem ferre poterat, cuiusque nomẽ celebre esse cœ-
perat:sic'que tandẽ scelerũ sentinã homo trãsfuga reperit. Quẽ edocuit malus magister Nesto-
rianam insaniã,persuasit'que Christianos sacerdotes expellere Damasco,Syria,Arabia, Iudaicã
corrumpens legem,& Christianã inficiens. Dici uix potest, quot uafricijs miserã plebem perfi-
dissimus hic apostata seduxerit. Itaque Mahometes a præceptore pessimo flagitia quæque edo
Mahometes epilenticus. ctus,quũ ex uictus intemperantia cõtinua'que ebrietate morbum comitialẽ incideret frequen-
tius,& uxor hanc ægritudinẽ ægerrime ferret, ut homo inueterator se ea infamia liberaret,mor-
bum esse dissimulat,sed Gabrielis nuncij dei splendorẽ, à quo secretiora in extasi positus perci-
piat. seseferre minime posse mentitur. Desine, inquit, mirari charissima uxor, hoc mihi ex Dei
ipsius spiritu me cõcipiente prouenit,q mihi futura suggerit,ac cõmentandi gratia crebro ad me
uenitat. Diuulgatur fama ac propheta uulgo acclamatur, quã noua arte nouo'que dolo, ductu
p̃ceptoris sui Sergij auxit.Columbã enim, quam spiritũ sanctũ callidissimus deceptor uocabat,
assuefecit in aure sua pasci Hanc sibi secretissima dei cõsilia nunciare iactitabat mendacis.nebu
lo,q̃ties ad aures ꝑ nutrimẽto auis simplex uolutabat. Defuncta aũt cõiuge & hæres institutus,
opib.auctus,autoritate magna quotidie crescebat,legẽ'que nouã condere cũ suo magistro Ser-
Alcoranus. gio ac sociijs q̃busdã Iudæis cœpit,partim ab Hebræis,partim à Christianis quædã mutuãdo.Vo
lumine'que quodam sectæ illius nouæ leges oẽs conscripsit,cui nomen est Alcoranus.Is liber in
cõcilio Constãtiensi à Io.Segobiensi theologo ex Arabica lingua in latinũ est uersus,atque an-
te paucos annos typis excusus. Vt autẽ gentẽ suam uẽtri ac somno deditã homo subdolus ma-
gis falleret,taurũ quẽdã nutriuit,q cõsueuit è manib. solius Mahometes pabulũ suscipere. Huic
intra cornua librũ hũc colligauit,& astãte plebe simplici,altiore quadã uoce ex abdito loco euo-
cauit. Et cũ multa de legib.homo loquacis. declamasset,erupit subito taurus, multis'que ab eo
in itinere,pstratis,uolumen per mediã plebẽ in manus Mahometis deponit,ueluti cœlitus missũ
munus.Quod nebulo summo cũ honore accepit,q̃dã'que ex eo mox populo interpretatus est.
Commentum Mahumetis. Hoc cõmento se regẽ,Sergiũ prophetã fecit. Columba em̃ literis aureis schedã sic inscriptã attu
lit in collo suo:qcũque tauro iugũ imponet,rex esto. Sergius autẽ iugum afferẽs, Mahometi de
tulit,q tauro imposuit facile,& mox rex à stulta plebe uocatus,diuino munere hæc facta indican
te,ac uolumẽ illud assumente.In hoc p̃cipitur circũcisio ob nullam religionẽ,sed ob merã super-
stitionem,uel ut aliqui dicũt,cũ se lauant Turci,ne qd maneat sordis sub p̃putio.Tum abstinen
tia carnis et uini,q̃ facilius celaret suspitionẽ illius morbi,q se uino obrutũ iampridẽ corripuisset.
Vinũ em̃ intẽperantius sumptũ,meatus cerebri ne respiratio fiat,obturãdo gignit fouet'que epi
lepsiam.Caro em̃ porcina crassos gignit humores, quib.facile cerebrũ oppilatur, & plures hinc
morbi nascũtur.Ieiuniũ etiam p̃cipit mẽsis unius cõtinui,quo tamẽ nocte tota uesci licet,ut diur
Ieiunium Saracenorum. na abstinẽtia nocturna crapula cõpensetur.Statuit insuper quo ab Hebræis Christianis'que lex
sua dissentiret, Veneris diem sacrum celebrandũ,quod in illo rex esset factus, quod'que quum
nulla alia secta sentiret.Eadem ratione sibi Turci contra aliarũ gentium ritum ad meridiem con
uersi,deo supplicant. Vxores præterea singulis quatuor statuit de cognatione propria, concubi
nas autem tot & seruas empticias,quod pro facultatib. habere licet,repudio atque diuortio sem
per admisso,quo facilius rudem ac imperitũ populum ad se traheret.Docuit insuper uoluptates
corporis futuræ felicitati minime officere, cum legẽ suam seruãtib.promitteret delitiarum hortũ
paradisum,quo optatissimis fruituri essent delitijs & omnis generis uoluptatibus:puellis uestes
ornatas & angelorũ amplexus,cæteris quas q̃sque expetere posset carnis uoluptates.Qua uer-
sutia mollẽ suapte natura populũ,q̃ uoluit traduxit,cũ omne genus libidinis ac uoluptatis ꝑmit
teret.Iudæos incusauit qꝺ Christũ ex uirgine natũ inficiarẽtur, quãdo id ꝑphetæ spiritu diuino af
flati p̃cinuissent.Christianos uero stultitiæ coarguebat, qꝺ Iesum crederent ex uirgine natũ, dei
amicissimũ, opprobria & cruciatũ à Iudæis perpeti spõte uoluisse, cũ corpus id diuino cõceptũ
flatu prorsus fieret impassibile, quũ potius Christus cœlos ascẽderit, Iudas aũt loco eius crucifi
xus sit.Ridendos ergo Christianos Saraceni & Turci cẽsent,qconditoriũ Christi Ierosolymi-
tanũ religiosius obseruãt, ac uenerabundi adorãt. Tres insuper tantũ ꝑphetas admittũt, Maho
meten



meten ſuum legislatorẽ, Moſen uatem Hebræorum & Chriſtũ, quem tamẽ deum negant. Et ne aliqs ſanæ mentis his poſſet ire obuiã, Mahometes legem tulit impiã, ſi qs de ea diſputaturus concertaret, cũ myſteriũ tractare nefas ſit, capitali pœna plecteretur. Qua lege prodidit, nihil eſſe ſyncerũ in toto Alcorano, quẽ ſolo gladio uult defendere. Sic itaq; cũ Sergio librũ impietatib. plenum cõcinnauit, & ſcripturas ueras adulterina interpretatione corrupit. Et ut ꝓpheta conſeruator utriuſque teſtamẽti haberetur, blandi tus eſt Chriſtiãis in hoc ꝙ ſe à Sergio bapti ſari curauit, crebras'q; lotiones ſuis indixit ꝓ delictorũ expiatione: Iudæis uero obſequi tus eſt, ꝙ circũciſionẽ & abſtinentiã carnis ſuillæ inſtituit, cum tamen ab utroque manifeſte deficeret. Nã circũciſio quæ octaua die fieri præcipitur, in adultã protẽditur ætatẽ. Et baptiſmus quum iterari non debeat, ſpirituales'que immundicias tollat, quotidie ab eis repetitur.

Diſputare de Alcorano nefas.

Mahumetes armis ſibi ſubiicit multas orientis regiones.

CVm itaq; ſeductor ille hac ſuperſtitione ſuos demẽtaſſet, eosq; infinita Arabũ multitudine ſibi deuinxiſſet, iam nõ latrocinijs, ſed aperto marte aduerſus Ro. imperiũ arma cepit, & ob tyrannidẽ qua imperatores Arabib. & Saracenis dominabãtur, uectigalia'q; indebita, tributa intolerãda impoſuerãt, populũ'q; rebellẽ fecerãt, Mahometes nactus eſt occaſionẽ ſeducendi plebẽ, et ſecta ſua ſuperſtitioſa inficiẽdi. Nã cũ ex eius ſectatoribus nõ mediocris numerus in Ro. legionib. militaret, ꝙ tẽpore Heraclius imp. ſtipẽdia partiretur, Saracenis ſtipendiũ petentib. reſpõſum eſt à q̃ſtore, uix eſſe ꝙd Græco & Ro. militi detur, et hæc canũ turba tã impudẽter efflagitat ſtipendiũ. Habebãtur aũt eo tẽpore etiã apud Arabes Saraceni infames, ꝙs Græci Agarenos opprobrij cauſa, tanq; ab Agar Abrahæ ancilla oriundos cognominabãt. Saraceni eo reſpõſo, ꝙ canes uocati ſunt, irritati, illico in Arabiã ad Mahometẽ redeunt, actoq; in Syria impetu, nõ tã ſuis uirib. q̃ Chriſtianorũ freti negligẽtia, Damaſcũ petunt atq; occupant, diripiunt ac nefariũ Mahometis cultũ cũ legib. accipiunt, Auctí dehinc exercitu Aegyptũ ingreſſi, facile ea terra potiũtur, uicinorũ Arabũ cõmeatu & auxilijs adiuti. Exarſit deinceps incendiũ latius, redditus'q; eſt tyrãnus uictoria elatior, & ſucceſsib. ferocior, uidẽs nihil à Ro. imp. in ultionẽ illatæ iniuriæ aduerſus ſe parari. Dormiẽtib. ergo Chriſtianis, bellũ mouet aduerſus finitimos Perſas, à quib. ſibi maxime metuebat, ꝑſertim cũ Coſroës eorũ princeps ſe magnis copijs cõtra Mahometũ pararet, aggrederetur'q; eũ magno apparatu. Cõcurritur ergo undiq; ingẽti pugna, uulnerãtur utriuſq; gẽtis multi, capiuntur & occidũtur. Superatus tandẽ ingẽti clade Mahometus in fugã uertitur à Turcis illis, à quorũ poſteritate nũc maxime colitur & adoratur. Nã hi paulo poſt diſſolutiore uiuẽdi licẽtia pellecti, ſeſe nefariæ eius ſectæ ſocios addiderũt, quanq; exoſos ſemp habuiſſent prius Saracenos. Mahometes itaq; iam plurib. bellis geſtis, alijs ſecũdis, aduerſis alijs, poſtq; annos in ſuis erroríb. ac ſcelerib. uixiſſet 40. ueneno periit à domeſticis dato in Arabia per uxoris ſuæ cognatos. Moriens aũt ꝓdixit ſe iturũ in cœlũ, ꝙd diu expectãtes, tandẽ tetro coacti odore, ferrea arca quã ſibi uiuus ꝓ monumẽto extrui iuſsit, ſepelierunt. cũ hoies magnete lapide in thoro tẽpli extructo fallere cogitaſſet, ut uidelicet eius ſimulachrũ è ferro pẽdere in aëre uideretur. Sepulchrũ eius in Mecha Perſidis urbe locatũ ferrea arca, inuiſitur à Turcis, ut à noſtris Ieroſolyma ob Chriſti monumentũ. Sic quidẽ antiq hiſtorici ſcripſerunt. At recentiores, potiſsimũ Vartomãnus ſcribũt in Medina, cuius ſuprà meminimus, huius pſeudoprophetæ eſſe ſepulchrũ, ꝙd totus oriens colit ac ueneratur. Porro Mahometo Caliphas ſucceſsit, tãdem'q; nomen regiũ in Sultani uocabulum mutatũ eſt. Sic perfidiſsimũ Mahometis ſeminarium longe late'q; pullulauit, & ad Othomannorũ uſque familiã ſuccedentib. temporibus propagatum eſt, ſubiugatis ſemper finitimis gentibus.

Ro. principũ tyrannis.

Aegypto à Saracenis occupatur.

Mahumetes in fugã uertitur.


Aſſyria.

De terris Asiæ maioris

Assyria.

NOmen Assyriæ ab Assur formatur, etiãsi apud Hebræos inter Assur & Assyriam nomen uiri & regionis nullum sit discrimen. Chaldæi uero more suo ex Assur faciunt Atur, s mutato in t, Vnde & historici uocant regionem illam campum Aturiæ, & sacra scriptura, regionem Sinear, in quo loco filij Adam post diluuium ædificauerũt ciuitatem, & in ea uoluerunt erigere turrim usque ad cacumen cœli. Notabis uero hic, has duas regiones, Assyriam & Babyloniam sæpe confundi, & unam accipi pro altera, propter commune quod habuerunt dominium. Nam aliquãdo Assyrij & aliquando Babylonij habuerunt rerum administrationẽ. Assyriæ itaque regio ab Assur filio Sem appellata, habet ab occidente Tigrim fluuium, à meridie Susianam, et à Septentrione Caucasum montem. Raro pluit in Assyria: unde quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione paratur, non quidem sua sponte ut in Aegypto, sed accolarum ingenio & labore: tanta alioquin ubertas, ut ducentena uulgo, et ubi eximie ferax est, trecẽtena messe redundet tellus, quaternum digitorum latitudine tritici & hordei folia sint, sesami & milij proceritas instar arborum attollatur. Palmis uescũtur, ex quibus mel & uinum conficiunt. Alunt comas, mitra'que redimiunt, unguentis delibuti in publicum exeunt. Ex legibus quibus ea gẽs usa dicitur, ea res memorabilis est, quod uirgines iam maturæ uiro, in publicũ productæ singulis annis ijs uenales proponebantur, qui uxores ducere uellent, dabantur'que primũ uenum formosissimæ quæque. Quibus minus spectata erat forma, & quas non modo non quisquam sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem alioqui ducturus, ea pecunia quæ fuerat pulchrioribus uenditis in publicum redacta, connubio locabantur. Altera Babyloniorum lex quo utilior eo magis memorabilis, quum nullus ab initio in his esset medicorum usus, lege ferunt comparatum, ut qui ægrotare cœpisset, eos de morbo consulerent, qui idem languoris genus passi essent, medicumq; ad id leuandum opem aliquam experti. Apud alios scriptum reperio, in publicum ægrotos deferri solitos, lege'que cautum, ut qui aliquãdo ægrotassent, male affectos circuirent, docerent'que singulos, qua ipsi ope potissimum adiuti aliquando à morbo liberati essent. Inter tres magistratus fuerunt etiam Magi qui & Chaldæi dicebãtur, tales scilicet quales in Aegypto sacerdotes ad deorum cultum instituti, per omnem uitam philosophari, astrorũ peritiam tenere, nunc augurijs, nunc carminibus sacris mala hominis auertere, bono afficere, auguria insomnia, prodigia'que fida interpretatione explanare. Nec foris instituebãtur ut Græci, sed à parentibus disciplinam uelut hæreditariam sortiti. Astrorum cursum uetusta obseruatione perscrutati sunt, multa ex illorum inspectione mortalibus futura uaticinati. Maximam uim planetis tribuerunt, præsertim Saturno. Pari quoque cum Aegyptijs errore duodecim sibi deos finxerũt, quorũ singulis mensem & unũ in Zodiaco signũ tribuere. Multa quidẽ regib. uentura uaticinabantur, ut Alexãdro uictoriã cũ Dario dimicaturo & alijs Alexandri successoribus.

Situs Assyriæ.



Mercatus uirginum.

Lex de infirmis.

Chaldæi uates.

De regno Assyriorum.

HIstorici & maxime Eusebius signant 35. aut 36. reges, qui à Nino rege primo successiue per 210. annos regnauerũt in Assyria usque ad Sardanapalũ ultimum regem, quẽ, ut quidam putant, Bibliorum liber Belsazar uocat, Danielis 5. quem reges Mediæ & Persiæ priuauerunt regno suo. Fuit iste Sardanapalus omni muliere corruptior. Nam quum Arbactus præfectus eius, Medis præpositus, ægre ad ipsum admissus esset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu pensa inter uirgines partientem. Quibus uisis indignatus, progressus'que ad socios suos quid uiderit refert, negat'que se ei parere posse, qui se fœminã malit esse q̃ uirum. Fit igitur coniuratio, bellum'que ei infertur. Quod ille audiens non ut uir regnũ defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit, mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur: uictus in regiam se recepit, & extructa pyra se & diuitias in incendium mittit. Cui Arbactus succesit, & regnum ad Medos transtulit. Ostendit quartus Regum liber, capite 20. tempore Ezechiæ

Sardanapalus effœminatus.

Ezechiæ regis Iudæorum hæc duo regna Babyloniæ & Assyriæ discreta fuisse. Nam rex Assyriæ Sennacherib, obsidione cingens Ierosolymam, magnaq; ab angelo domini accepta clade, ciuitatem expugnare nequiuit. Tũc Ezechia rege ad mortem usq; infirmato & rursum à morbo liberato, rex Babyloniorum misit ad eum nuncios & munera, congratulatus ei tam mirabiliter à deo curato. Quomodo hæc duo regna deinde coaluerint in unum, scriptura non exprimit. Eusebius uero scribit, reges Mediæ anno ante Christum natũ 818. expugnasse regnum Assyriæ, Sardanapalum uicisse & regnum sibi subiecisse, is potissimum fuit Cyrus, qui & Cambysen filium in uita sua regno præfecit. Primus Assyriorum rex nominatus fuit Arbaces, tertius aut quartus post ipsum putatur Sennacherib fuisse, qui decem tribus Israel ex regno Samariæ captiuos abduxit. Et quum regnum Iudæ quoq; in nihilum redigere uellet, cladem magnam pertulit, cuius iam meminimus. Suo tempore cœperunt reges Babyloniæ & Chaldææ crescere in potentia & circumiacentia regna sibi subijcere, sicut Daniel propheta capite secundo ostendit, quando dixit ad Nabuchodonosor. Tu es rex regum, cui deus cœlorum dedit regnum forte, potens & glorioſum, &c. Hoc regnum fuit postea per Cyrum & Darium reges occupatum, ut idem Daniel ostendit. In regione Assyriæ non procul à ciuitate Arbela fuit rex Darius secundo uictus ab Alexãdro magno, priuatusq; omni monarchia sua. De prima eius infelici pugna diximus supra in descriptione Ciliciæ. In hac secũda pugna, quæ in Assyria facta est, prostrati sunt ex Persis quadraginta millia uirorum, ex Macedonibus uero circiter trecenti uiri. Habuit rex Darius in suo exercitu infinitam penè equitum & militum multitudinem. Sunt qui numerant decies centena millia equitum & peditum. Habebat secum equites ex Bactriana, Massagetia, Sogdiana, Babylonia, Persia, Media, Parthia, Armenia. Parauerat quoq; ducentos currus falcatos, sed nihil profuit illi tantus apparatus: deiectus fuit à monarchia, factiq; sunt Macedones omnium regnorum eius domini. Hæserat monarchia apud Medos annis 230. Alij uero qui istud describunt bellum, aiunt Darium habuisse 45. millia equitum & ducenta millia peditum. Et cum Darius ubiq; aduersam sentiret fortunam, fugit in Arbelam ciuitatem, in qua thesaurum suum habuit, sed non erat sibi in ea salus: superuenit enim Alexander magnus & cepit ciuitatẽ & omnia quæ erant in ea diripuit. Et elapsus rex Darius peruenit in Bactriam, ubi percussus interijt, ut infra in descriptione Bactrianæ fusius scribam.

Babyloniorum & Assyriorum regna fiunt unum.

Darius in Arbela occũbit.

Persia.

FVit olim Persidis regio potentissima, circumdata altis montibus. Ora maritima æstuosa est ac uentosa & fructuum inops, præterquam palmarum. Mediterranea regio campestris est & omnium ferax & optima pecorum nutrix, fluminibus & lacubus plena: maxime autem suppeditat Araxes plurimas commoditates, ut quidam etiam putent Persiam excellere in fertilitate omnes totius Asiæ priuatas prouincias. Metropolis totius regionis appellatur Persepolis, ubi olim reges Persiæ suam habuerunt mãsionem, atq; inde multo tempore bellum gesserunt contra Græciam. Alexander uero magnus ueniens in Persiam & obsidens atq; obtinens metropolim eius, inuenit maximũ thesaurum in ea, quem multi reges successiue congesserant, exussit ciuitatem, quæ tantam in oriente acquisierat potestatem, & terror fuit multorum populorũ, maximè Græciæ. Posse derant reges Persici monarchiam post Medos, ducentis & quinquaginta annis, ac per Alexandrum Macedonem, qui Darium uicit, uicti, illi habenas imperij reliquerunt. Mores & ritus Persarum fuerunt isti. In flumine non lauabantur, non micturiebant nec cadauer iniecerunt: non etiam spuerunt aut quid calefecerunt, sed aquam religiosissime coluerunt. Reges creabant ex una familia, & qui regi non parebat, capite & brachijs amputatis insepultus abijciebatur. Vxores ducebant singuli multas alebantq; sobolis propagandæ gratia, pellicesq; plurimas. Reges premia proponebãt ijs qui uno anno plures procreassent filios. Qui creati fuerant, ante quinquennium ad patris conspectum gentili instituto non producebantur, sed apud fœminas degebant, ea præcipue gratia, ut si inter educationem quis decessisset, nullam è damno patri afferret molestiam. Nuptiæ uero æquinoctio celebrabantur. A quinto anno usq; 24. discebant equitare, iaculari, sagittare, & in primis uera loqui. Ad æstum & frigus perferendum, torrentium transitu exercebantur. In arenis & in madidis uestibus perdurabant, pascebantur & rusticabantur. Fructibus terebinthi, glan-

Persepolis metropolis.

Mores Persarum.

Exercicium puerorum.

thi glandibus,piris agreſtibus ueſcebantur:quotidianus cibus poſt curſum,cæteraſq; corporis agitationes panis duriſſimus,aqua potus. Venabantur miſſilibus telis,utebantur & funda. Vulgus duplici muniebatur tunica,ad media uſq; crura demiſſa, circum caput ſinonij ueli uolumen ingens. Lecti & poculorum ornatus ex auro & argento. De rebus maximis non niſi medio potu conſultabant,eam demum conſultationem firmiorē rati quàm quæ à ſobrijs ſit inita. Noti inter ſe & æquales oſculo ſe in occurſu excipiebant. Qui humiliori erant fortuna,uenientem adorabant. Solo ſepeliebant corpora,cera oblinentes. Ridere coram rege aut ſpuere,nefas ducebant & flagitioſum. De mortuis ſepeliendis alij cōtrarium ſcribunt,nempe quod Perſæ corpora defunctorum extra ciuitates ad certum campeſtrem locum portabant,ibiq; nuda expoſuerint deuoranda à canibus & auibus cœli.

Sepultura Perſarum.



Nolebant inſuper ut oſſa mortuorum ſepelirentur aut includerentur. Cumq; corpus aliquod non illico abſumeretur ab auibus aut feris,iudicabāt malum eſſe ſignum, ſuperſtitioſe credentes hominem illū malæ & impuræ tuiſſe mentis, atq; obid dignum inferno:& proximi eius deplangebant eum ceu hominem qui poſt hanc uitam nullam haberet ſpem felicitatis. Sin citius deuoraretur à beſtijs,beatum eum iudicabant. Tempore natiuitatis Chriſti fuit imperium Perſicum ſub Romanis,ſed poſtea Perſæ deficientes ab eis ſicut & aliæ multæ Orientis prouinciæ,potiti ſunt rerū aliquandiu,donec anno Chriſti 632. Saraceni ademerunt imperium, ſedem imperij faciētes Valdacham urbem,quæ ſucceſſit urbi Babyloniorum. Vocant hodie Perſarum Imperatorem Sophi,atq; is conatur reparare in Oriente imperium,egregijsq; factis maiorum ſuorum reuocare gloriam.

Imperium Perſicum.

De Ormo urbe & unionum prope eam collectione.

ORmus ciuitas Orientis inclyta,ſitu elegans,ac unionum copia nulli urbiū ſecunda,ſita in inſula prope mare Perſicum ,omnibus maritimis urbibus præferenda, abeſt à continenti ſpacio trium Germanicorum milliarium, ubi aquarum ſuauiū potus annonæq; mira caritas,inuehunt̄q; ferme omnia quæ uictū cultoribus ſuppeditant. Procul illinc itinere dierum trium leguntur conchæ quæ pariunt margaritas ueruſtiores grandioresq; cæteris baccis,quarū captura fit hoc modo. Sunt ibi qui uecti cymbis in mare iactum faciunt prægrandis ſaxi depēdente fune,idq; fit ab gemina cymbæ parte,ut utrinq; iactis in profundum lapidibus,conſtabiliri nauis non aliter quam ſi in anco ris foret,poſſit. Firmata ſuo pondere cymba,alius cui id munus obrigit, in æquor iacit funem ſaxo dependente. In naui media alius,mantica in pectus tergumq; dependente,alligato pedibus lapide ſe uibrat in Pelagus,ſubtusq; aquas urinantium more natat, actusq; in profundum ad paſſus quindenos tantiſper mouetur donec legerit conchas,in quibus deliteſcunt uniones ac margaritæ:collectas manticæ indit,lapidemq; protinus quo pedes grauabant abijcit,& funi innixus in ſuperiora euadit. Ibi aūt quandoq; ad tercētum ferme nauigiorum genera comperiunt̄,quę undecunq; cōtendunt. Eius urbis Sultanus Mahumetis eſt initiatus fide. Inueniuntur præterea in hac urbe ad quadringentos negociatores,qui ibi cōmorantur commertiorū cauſa,quæ illic plurimū uigent: illò enim cōportantur ſericum,uniones,margaritæ & id genus baccæ,aromatumq; affatim. Viuunt plerunq; oriza, quoniā ea regio triticū non mittit. Hinc duodecim dierū iter eſt ad ciuitatem Eri in Perſide ſitam,quæ omnium fermè rerum eſt ferax,uiſiturq; tanta ſerici copia, ut una die emere queas tantum ſerici,quod ternis camelorum millibus onerandis ſufficiat. Ibi nunquam ingraueſcit annona ob rerum ubertatem. Habitatores colunt Mahumetem. Eſt deinde alia ciuitas Schira nomine,quæ unicū habet principem,eundemq; Perſam,alij nemini parentem,addictumq; fidei Mahumetanæ. Ibi omnifariam præcioſi lapilli inueniuntur, & comprimis Eranon lapis,qui abigit lymphationes,pellitq; fœmidines, Turchicam appellant, abunde enim aduehuntur ex Balaſcham urbe,ubi ingens eſt ubertas caſtorei,ibiq; colorū complura genera. Caſtoreum apud nos perraro ſyncerum inuenitur, ſed prius adulterā

Conchæ unionum.

Negociatores plurimi.

Serici copia.

Turckes lapis

Caſtoreum.

turā



tur à Perſis. Nam id hominũ genus his uaframentis adulterandarum rerum concedit nemini. Siquidem ueſica puri caſtorei tantam habet uim fragrãtiæ, ut admota naribus, olfacientibus eliciat ſanguinem. Aſſeruatur autem uis huius odoris in caſtoreo ad decem annos, ſi modo non adulteretur.

De regibus ſibi inuicem in Perſia ſuccedentibus

EXortum eſt regnum & monarchia Perſarum poſt regna Aſſyriorum & Medorũ, fuitq; primus rex Cyrus, Aſtyagis Medorum regis nepos, ſecundus Cambyſes, tertius Darius Hiſtaſpis, quartus Xerxes, maximus omnium regum Perſarum: qui decies centena hominum millia in Græciam traduxiſſe fertur, & maria pontibus iunxiſſe, Athon montem cõtinenti abſcidiſſe. Demum cum ſe ocio ſocordiæq; relicta mi- *Xerxis luxuria.*
litia tradidiſſet, præmſum, genus luxuriæ nouum inuenientibus propoſuit, ut ſcribit Valerius. Quamobrem à ſuis ſpretus, paucis pòſt annis à præfecto ſuo in regia interficitur. Succeſſerunt ei ſecundum Euſebium, Artabanus, Artaxerxes, Xerxes, Sogdianus, Darius nothus, Artaxerxes qui & Memnon, Artaxerxes qui & Ochus, Arſes, Darius quẽ Alexander magnus exuit regno, poſtquam illud apud Perſas ſteterat annis 250.

Suſiana.

SVſiana Perſiæ pars eſt ſecundum Strabonem, inter Perſiam & Babyloniam poſita, à Suſis clariſſima urbe ſic denominata. Perſæ ac Cyrus ſuperatis Medis, in Suſis imperij ſedem locauerũt. Cumq; regias apud Suſa maxime exornaſſent, nihilominus Perſepolim & Paſargadiam magnopere coluerũt. Nam & gaza & theſauri & Per- *Theſaurus Perſarũ in Suſis.*
ſarum monumenta ibi erant, ut in locis progenitorum munitioribus. Docet quoq; ſcriptura ſacra in libro Eſther, regem Aſſuerum in Suſis imperij ſui ſedem habuiſſe. Inter Suſa ac Perſiam montana quædam aſpera & prærupta interiacent, quæ anguſtias habent difficulter peruias & homines prædatores. Eſt Suſiana opulenta, ſed habet torridum & æſtuoſum aerem, præſertim circa urbem, adeo ut lacertæ & ſerpentes per æſtatem, dum ſol eſt in meridie, urbis uias tranſire non poſſint. Lauacra quoq; frigida ſoli expoſita ſubito ex- *Ingentes æſtus*
calefieri, hordeum in ſole ſparſum ita conteri, ut milium in mortarijs. Quapropter ad duo cubita terram tectis imponunt, & domus ipſæ propter onus ferendum anguſtę fiunt & lõgæ. Cauſam tanti æſtus ſignant montes quoſdam altiſſimos imminentes, qui omnem boreale flatum excipiunt. Elati enim & ſublimes à montibus ſpirantes, campos non attingunt, ſed in auſtraliora Suſianæ perferuntur. Ea ergo à uentis trãquilla eſt, tunc præcipue cum reliquam terram æſtu exuſtam ereſiæ refrigerant. Frumento adeo abundat, ut & hordeum & triticum in planicie centuplum ferat, nonnunquam etiam ducentuplum. Cum uites in ea non naſcerentur, Macedones ibi & in Babylone eas conſeuerunt. Sunt qui putãt Suſa hodie appellari Baldacham, & alij accipiunt Baldacham pro Babylone, habitatq; in ea Saracenorum princeps, quem illi Caliphum uocant. Parantur ibi ex auro & ſerico pulcherrimi panni, ijſq; ſub uaria habitudine. Anno Chriſti 1250. Allau magnus Tartarorum rex obſedit hanc ciuitatem & tam acriter oppugnauit, ut tandem eam caperet. Caliphus autem urbis dominus turrim habebat plenam auro, argento & lapidibus præciofis atq; reliquis iocalibus, ſed auariciæ ſtimulis ſauciatus, noluit collectũ theſaurum in milites ſpargere, illiſq; munera largiri, ideoq; in hoc periculum uenit. Nam rex Allau obtenta ciuitate cepit Caliphum & in turrim illam coniecit, negatoq; omni cibo & potu ait illi.

Si theſaurum hunc non tam auare ſeruaſſes, teipſum & ciuitatem liberaſſes: nunc igitur fruere theſauro tuo & ex eo comede & bibe, quem tanto pere dilexiſti. In hunc itaq; modum miſer ille theſauro ſuo incumbens fame periit.

De terris Asiæ maioris

Media.



Ecbatana.

MEdia multum extenditur ob occasũ in oriẽtem, at in latitudine longe contractior est longitudine. Strabo tamen asserit, latitudinem eius pene parem esse longitudini. Est magna ex parte alta & frigida, cuiusmodi sunt mõtes Ecbatanis imminẽtes, & qui apud Rhagas & Caspias portas consurgunt, huiusmodi etiam sunt Caucasi montes à Tauro emissi, plurimas faciunt ualles, inter quas & multæ planicies inueniuntur. In Ecbatanis reges Medorum tempore æstiuo habitare consueuerunt, tempore uero hyemali curiam suam tenuerũt in Seleucia iuxta Tigrim fluuium. Et cum Mediæ regio summe opulẽta sit, septẽtrionalis montana tenuis est, quare arborum fructibus nutriuntur. Ex malis siccis ac tritis massas conficiunt, ex amygdalis tostis panes, è radicibus quibusdam uinum exprimunt: ferinis carnibus utuntur, mitia pecora non alunt. Ab initio ciuitates singulæ in Media usæ fuerunt populari imperio, absq; regibus uiuentes. Tandem post multos annos crearunt ducem Ciaxarem nomine, cuius posteri susceptum imperium propagarũt, ita ut deleto Assyriorum regno, Medi Asiæ imperio potiti fuerint, Arbace regnante, qui cum Sardanapalum bello superasset, regnasset q; duo de triginta annis, imperium successiue susceperunt Mundanes, Sosarmon, Carmis, Arbianes, Arsteus, Arceus, Artines, Artibanus. Sub hoc Parthi defecerunt à Medis. Item Astibara, Apanda, qui à Græcis Astyages nominatur: & hic à Cyro rege Persarum deuictus, Medorum regnum Persis reliquit. Sunt qui de Medorum regibus in hunc modum scribunt. Paruere Medi Assyriorum regibus usq; ad Sardanapalum: sed Arbaces Medis præpositus, ignauũ regem aspernatus, Medis ad defectionem persuasis, uicto Sardanapalo, imperiũ ad Medos transtulit, quod sub Astyage, in magno culmine fuit cum iam per 350. annos durasset. Cyrus ex filia nepos Astyagis Medorum extinxit imperium, & ad Persas detulit uicto Astyage, quem regno Mediæ priuatum, maximæ genti Hyrcanorum præposuit, nõ tam uictorem quàm nepotem agens. Post Persas Medi Macedonibus paruere, deinde Parthis, quãuis pars eorum Romanam amicitiam secuta sit, & aliquando uictricia Romanorum signa Mediam pertransiuerint. Tamerlanes his imperasse dicitur, & hodie sub magno Cam degere creduntur. Quantum ad mores attinet, sunt Medi magna ex parte Armenis similes, omnes in uenerem profusi, regibus multas habere uxores mos fuit, nec pauciores quã septem. Mulieres quoq; pulchrum sibi existimarunt, ut uiris nuberent compluribus, paucioribus quàm quinq; calamitosum putauere. Equitandi & sagittandi magnum his studiũ, à quibus & stola reperta est, & cultus & ornatus & religiosa à subditis in reges salutatio, & tiara & citharis, pileus & manicatæ tunicæ, quibus postea Persæ usi sunt, qui sub actis Medis in eorũ mores trãsiuere. Nostro tẽpore Media est inaccessa, ideo penè incognita.

Medi obtinent imperiũ Asiæ.

Imperiũ transfertur ad Persas.

Mores Medorum.

Hyrcania.

HYrcaniæ regio secundum Strabonem est ualde opulenta, magna ex parte planicies præclaris urbibus adornata, è quibus est Talabroca, Samariana, Carta & regia Tape. Opulentiæ signum ducunt, quod uitis uini metretam affert, ficus modios sexaginta. Frumentum ex semine culmis decidente sine cultu nascitur & adolescit. Maxima mellis copia ex arborum foliis defluit, in arboribusq; mellificatur. Aiunt etiam Hyrcaniam syluosam esse, & quercum, pinum atq; abietẽ gignere, piceam uero minime. Quercus folia ante ortũ solis multo melle tinguñ, sed orto sole, modico tẽpore succus extinguiñ. Irrigañ Ocho & Oxo fluminibus, multæq; merces Indiæ per Ochum in Hyrcanum mare deuehuntur atq; hinc in Albaniam trajiciuñ ac per Cyrum ad sequẽtia loca deferuntur. Mare Caspium uerius lacum quam mare esse aiunt, eo quod serpentes nutrit & dulce est. Adiacent ei maximæ rupes unde flumina decurrunt & tanta ui descendunt præcipitãturq;, ut aquam in mare iaculentur & subiectum littus aspergine intactum relin-


Hyrcaniæ fertilitas.

Mare Caspiũ.




relinquant,ut etiam exercitui unda tecto peruium ſit.Sepe indigenæ in eum deſcendunt locum epulandi & ſacrificandi gratia,ſub ipſo fluctu apricantes. Quum Alexander magnus in Hyrcania ageret, Thaleſtris Amazonum regina, quam alij Myrintheam appellant,ei cum trecentis mulieribus protinus occurrit,liberos à rege quæſitura. Tertiodecimo pòſt die,utero completo diſceſſit. Cœpit tunc primum Alexander in delicias & luxum Aſiaticum deſciſcere, uidens Perſarum imperio,quod affectauerat,ſe potitum. Diadema Perſicum capiti induxit & alba tunica cum cingulo Perſarum more utebatur,omnemq; prorſus habitum peregrinum præter fœminalia & uelamen aſſumpſit. Equos inſtructu Perſico ornari fecit, & concubinas ſecũ habere inſtituit. Earum numerus erat,quem habent anni dies. Hæ forma excellentiſſima,nocte quacunq; regio cubili aſtabãt, ut optionem eius,quæ ſecum cubitura eſſet,faceret. Nutrire dicitur Hyrcania ſæua quædam animalia & immanes feras

Alexandri luxus.



maxime pardos,pantheras & tigres. Panther animal eſt pardo ſimile,eſtq; uarij coloris & prorſus ferũ,quod quidã lupũ canariũ appellãt.Mite tamẽ eſt ſi ſaturatũ fuerit. Dormit tribus dieb. & poſt tertiũ diẽ lauat ſe & clamat, emiſſoq; ſuaui odore cõuocat omnes feras quæ odore eius ducunt̃,eſtq; omnibus feris amicũ præter draconẽ & aſpidẽ. Panthera uero quæ & pardalis,diuerſum dicitur eſſe animal à panthero,eſt eĩ prorſus ferũ & maculoſum. De qua Plinius. Panthera & tigris macularũ uarietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur: cæteris unus ac ſuus cuiuſq; generis color eſt. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt odore earum mire ſollicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis torui tate terreri, Quamobrem occultato eo,reliquas dulcedine inuitatas corripiunt. Nã capreę & huiuſmodi feræ odore inuitatæ prope accedunt. Pardus autem ex latebris proſiliens,in uolat. Nunc uarias & pardos, qui mares ſunt,appellãt in eo omni genere. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt. In Caria & Libya prælongi eſſe dicuntur, animo im-



belles, minime saltu agiles, pelle adeo dura, ut ferro non cedat. Fœmina crebrior inuentu.


Tigris animal

Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal uelocitatis tremendæ. Totus enim fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur, equo quàm maxime pernici, atq; in recentem subinde transfertur. At ubi uacuum cubile reperit fœta, (nam maribus cura non est soboris) fertur præceps, odore uestigans. Raptor appropinquante fremitu abijcit unum ex catulis: illa morsu corripit, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterum consequitur & subinde, donec in nauem ingresso irrita feritas sæuit in littore. Diuus Augustinus ostẽdit Romæ tigrin in cauea mansuefactam. Strabo autem dicit Megasthenem scribere, tigres in India apud Prasios populos magnitudine duplici quàm leo sit esse, adeoq; ualentes, ut unus è mansuefactis à quatuor hominibus ductus, si mulum posteriore pede apprehendat, ad se trahat. Sunt etiam qui scribunt tigrin orbatam sobole sua, deludi speculo in uia à raptore posito. Nam fera olfactu suo & perniciſſimo cursu raptorem insequens & speculum in itinere inueniens, putansq; se fœtum inuenisse, tracta ibi in contemplatione speculi mora, raptori tempus euadendi concedit.

Parthia.

Parthi obscuri

Parthi uiolores.



PArthia regio est nemorosa, montana & inops frugum. Gens ipsa Assyrijs Medisq; imperantibus obscuriſſima, regnoq; à Medis ad Persas translato, uelut uulgus sine nomine, uictoribus prædæ fuit. Postremo Macedonibus seruiuit. Deinde uero tẽporis processu, ea fuit ipsius gentis uirtus, hi rerum successus, ut non tantum finitimis imperaret, sed à Romanis omnium gentium uictoribus bello petita, eos magnis cladibus uictos affecerit. Administratio gentis post defectionem Macedonici imperij sub regibus fuit, qui Arsaces ab Arsace primo rege dicebantur omnes. Sermo his inter Scythicum Medumq; medius, ex utrisq; mixtus. Exercitum non ut aliæ gentes liberorum, sed maiori ex parte seruorum habent. Quorum uulgus nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus indies crescit: hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare & sagittare magna industria docent. Vt quisq; locuples est, ita magnum regi ab bellum ituro equitatum instruit. Auri argentiq; nullus olim nisi in armis usus fuit. Vxores causa libidinis uariæ singuli plures ducũt, nec ullum grauius flagicium cẽq;

Mores Parthorum.

adulterium

adulterium uindicant. Ob id mulieribus non conuiuia solum uirorum, uerum etiam conspectum interdicunt. Carne non alia uescuntur quàm uenatu quæsita. Equis omni tempore uehuntur: his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercãtur, colloquuntur, omniaq; publica & priuata obeunt munia, equo sedentes. Sepultura uulgo aut auium aut canum lania-tus est. Nuda demum ossa terra obruunt. Deorum cura ueneratioq; præcipua. Ingenia gẽti timida, seditiosa, fraudulenta, et procacia. Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti. Natura taciti, ad faciendum quàm ad docendum promptiores. In libidinem proiecti, in cibum parci, fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit. Cingitur regio ipsa altissimis montibus, niue fere semper candentibus, in planicie uero terræ magni sunt calores. Habitatores non colunt terram, nec agunt mercimonia in externis regionibus, neq; curant rem pecuariam, sed student cursui, equitatui, bellis, iaculationibus, potissimum autem dant operam sagittandis uenationibus, unde uiuũt. Regni ipsorum caput, Hecatompylos Plinio. Scribit Lucius Florus in tertio libro de Parthico bello, quod Romani eo tempore quo Iulius Cæsar oppugnauit Gallos, miserunt ualidum exercitum in Orientem contra Parthos, quibus præerat Marcus Crassus consul, uir insolitæ auaritiæ et inexplebilis auri cupiditatis. Infeliciter autem contra Parthos pugnans, amissis undecim legionibus, dum ipse fugam peteret occisus est. Caput autem eius cum dextera manu resectum, ad regem Parthorum perlatum est, atq; ita ludibrio habitum, ut faucibus eius aurum liquefactum infunderetur, scilicet ut qui ardens cupiditate prædandi pacem regis rogatus abnuerat, etiam mortuo eius reliquias auri flamma combureret: uel ut Florus habet, cuius animus arserat auri cupiditate, eius etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur. Alij addunt, Parthos cum aurum infunderent dixisse: bibe nunc aurum, qui semper aurum sitisti, nec unquam auro exaturari potuisti. Id quod didicisse uidentur à Tomyride Massagetarum in Scythia regina, quæ potentissimo Persarum regi Cyro bello congressa, ipsum & uita & castris spoliauit ad ulciscendã filij mortem, quem ille prius à matre obuiam missum cum suis per insidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu uictoriæ contenta, aut emollita animi rabies, quin & mortui caput in utrem humano cruore plenum demisit, his uerbis insultans: Filij mei sanguinem hausisti & meum sitisti Cyre, at ego cruore te saturabo. Bibe nunc & exatia te.

Parthia montosa.

Marcus Crassus auro imbuitur.

Caput Cyri sanguini immersum.

Carmania & Ichthyophagorum regio.

DVplex est Carmania: una quæ simpliciter Carmania uocatur, altera autem Carmania deserta. Incolæ earum utuntur lingua & moribus Persarum atq; Medorum. Onesicritus tradit Hytanin fluuium esse in Carmania, qui auri stigilem ferat. Item argenti fossilis & æris & rubricę minij uenam, & montes duos, alterum arteni ci, alterum salis. Habet Carmania uitem, quæ sæpe bicubitalem racemum facit, magnis acinis ac densis. Habitatores propter equorum inopiam, asinis in bello plurimum utũtur, & asinum Marti sacrificant, quẽ solum Persę ex omnibus diis colunt & bellicosi sunt. Nemo uxorem ducit, nisi prius hostis caput amputatum ad regem pertulerit. Rex caluaria in regia collocata, linguam minutatim secans, pane permiscet, postea degustatã ei qui attulit & familiaribus edendam præbet, atq; ille præclarus est, cui multa capita sunt allata. Pertingit ad hãc terrã Ichthyophagorũ regio, quæ scilicet ad mare extẽsa sita est inter Carmaniam & Gedrosiam. Vocantur autem Græco uocabulo Ichthyophagi, quod solis piscibus uictitent. Vnde Strabo: Ichthyophagorum regio secus mare est, & magna ex parte arboribus caret. Vescuntur piscibus tam ipsi quàm pecora eorum, & aquas pluuiatiles ac fossiles potant. Pecorum carnes piscibus prębent, domicilia ex ossibus cetorum & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum usum costæ præbẽt, portas maxillæ, è uertebris fiunt mortaria in quibus pisces subiguntur, ad solem assantur, postea ex his panem conficiunt, frumenti pabulum admiscentes. Rarum est frumentũ in terra eorum. Nostris temporibus regio ista, ut putant, appellatur, Turqueſtan, estq; sub fide aut potius perfidia Mahumetica. Legitur de hac gẽte, quod quidam eorum olim nudi per omnem uitam degentes, uxores filiosq; communes habebant, bestijs similes, quippe qui neq; turpis neq; honesti discrimen habebant. Captos uarij generis pisces, supra petras ad

Carmanorum mores.

Ichthyophagi.

Turqueſtan.

meridiem sitas nimioq; solis æstu incensas ponunt, pauloq; post reuoluunt, tum ad solem decoctos quatiunt, omniq; excussa carne spinas ad certum proiiciunt locum, seruantq; ad certum usum. Carnes autem piscium in concauo saxo pinsunt, admixtoq; modico frumẽto aut palinuri semine cibum conficiunt, sibi suauissimum. Capturæ piscium quatuor diebus continuis intenti, epulantur palam cum lætitia, & quinto die ad fontes pergunt potus gratia, ubi uentre aqua repleto, potuq; graues uix regredi queunt. Ea die nihil edunt, iacet quisq; aqua plenus, distentusq; similis ebrio. Postera autem die denuo ad capiendos pisces redeunt. Ita eorum uita per omne tempus transacta, ob simplicem uictum raro in morbos incidunt. Breuioris tamen quam nos sunt uitæ.

Margiana.

CIngitur Margianorum regio undiq; montibus, excellitq; circumiacentes terras uino quod producit. Difficilis est ad eam aditus, eo quod campis desertis & arenosis ambiatur. Construxit in ea olim Alexander magnus ciuitatem & à se Alexandriam denominauit. Et quum incolæ paulo post eam subuerterent, Antiochus filius Seleuci rursus eam instaurauit & appellauit Seleuciam. Postea tamẽ dicta fuit. Antiochia. Tradit Strabo, quod suo æuo senes in Margiana duram habuerunt conditionem. Nam si quis peruenisset ad septuagesimum annum, propter leuem culpam occidebatur, uenientesq; propinquiores eius comedebant corpus eius. Vetulas uero mulieres suffocabant atq; sepeliebant. Qui uero citra septuagesimum annum moriebatur aut occidebatur, eum non comedebant sed sepeliebant. Iacet in Margiana mons quidam præruptus undiq; & excisus, triginta stadiorum altitudinis, instar arcis munitissimæ, qui una tantum semita eademq; angustissima poterat adiri: amplectebatur circuitum centum & quinquaginta stadiorum. Erat etiam in eo fons perhẽnium aquarum, quæ magno cum impetu per saxa è supernis deuoluebãtur. Veniente autem Alexandro magno cũ exercitu suo in has regiones, Arimazæus Sogdianus cũ triginta milibus armatorum confugit ad hoc insuperabile saxũ, ad biennium secum habens commeatum, ut hoc modo se à Macedonum seruitute uindicaret. Aduenienq; Alexãder & uidens inexpugnabilem locum, missa legatione, monuit inclusos ut sponte sese dederent, priusquam admoueret manus. At Sogdiani & Margiani in petra inclusi, responderunt. Num Alexander habet alatos milites, qui ad nos uolare queant? Audiens uero Alexander contemptim sibi responderi indignatus, delegit ex suo exercitu trecentos robustos & animosos milites, quos & submisit ut clam per asperam & præcipitem rupem quomodo possent ascenderent, & ubi inaccessibile iugum apprehenderent signum obtentæ rupis per uexillum lanceæ appensum erigerent. Delecti iuuenes intrepido animo se se mortis periculo exponentes, tentauerunt tota nocte mõtis præcipitium superare, applicatisq; funibus & infixis ferreis uncinis & alijs instrumẽtis ad ascendendum necessarijs, non sine ingenti labore mane ad fastigiũ montis peruenerunt, amissis tamen triginta uiris, qui per præcipitium deuoluti rupis asperitate contriti sunt. Alexander uiso in supercilio montis uexillo, monuit denuo inclusos ut sese dederent. Sogdiani itaq; uidentes asylum suum ab hoste armata manu occupatum, putabãt Macedones sumptis alis ad tantam sublimitatem uolasse, atq; ideo tradiderũt se & sua Alexandro.

Margianorum mores.



Montis ardui confugium.

De Orientis apud Parthos & Persas imperio.

TRadit Plinius quod Parthi olim quum post Macedones monarchiam Orientis obtinuissent, omnes regiones sibi subdiderint, quæ inter mare rubrũ & mare Hyrcanũ cõprehendun-



prehenduntur,decem & octo ſcilicet regna,ex quibus undecim dicta fuerũt ſuperiora, ab Armenia uerſus mare Caſpium ſeptentrionem uerſus ſibi ſuccedentia,uſq; ad laxartum fluuium & ad Scythas uſq; protenſa, & alia ſeptem quæ inferiora regna appellabantur,ad auſtrum ſita. Margiana,Bactriana & Sogdiana,annumeratę fuerunt regnis ſuperioribus. Vnde facile deprehendi poteſt,quam latum & amplum tunc Perſicum & Parthicum fuerit imperium. Tantis ergo freti uiribus, non ſine ratione potentiſſimo Romano imperio ſeſe exemerunt. Nec contenti tot prouinciis,ſtuduerunt & Scytharum atq; Sarmatum robur ſibi adiungere. Quin & Albani in neceſſitate uocati à Perſis,non deſeruerunt eos. Erant tunc Scythæ populus liber & nemini ſubiectus, habebant agrum fœcundum, erant robuſti & bellicoſi,omnibuſq; pecuniam offerẽtibus auxilium ferebant. Sed quia nõ multum à Parthorum imperio aberant,exercitatiq; eſſent in rebus bellicis, Parthi uerentes ne hoſtibus ſuis aliquando ſuppetias ferrent,conciliabant eos ſibi amicos, continuoq; ſuppeditabant pecuniam,ut hoc pacto eos in officio & amicitia cõtinerent,ne unquam eos deſererent. Sicq; factum eſt,ut Scythæ eſſent ceu murus quidam Parthorum ab aquilone: & quum illis bellum immineret,collocabant Scythas in acie & ubi maius periculum erat: atq; in hunc modum Scytharum robur in dies deficiebat, & contra Parthi leuabãtur hoc metu,quo timebant aliquando obrui à Scythis & priuari ſuo imperio. *Parthi rebelles Romanis.*

Bactriana.



EST Bactriana regio mõtuoſa acceſſuq; difficilis,hominum numero ac uiribus ualida, rerum omnium, oleo excepto, fertilis. Creſcit etiam in ea Bdellium nominatiſſimum. Eſt autem arbor nigra,magnitudine oleæ,folio roboris,fructu caprifici, naturaq; gummi. Siquidem emittit lachrymam. Sunt in Bactria plures urbes inſignes,quarum una Bactra nomine,quæ etiam Zariaſpa appellata eſt,regia eſt & cæteris præſtantior, per quam flumen eiuſdem nominis defluens emittit in Oxum. Eſt autẽ hæc urbs tum magnitudine tum arce admodum munita. *Bdellium.*



Bactrianorum rex erat quõdam Zoroaſtes philoſophus, qui comparato ualido exercitu,Nino regi Aſſyriorum occurrit. Permiſſaq; ex induſtria parte hoſtium prouinciam ingredi, inita pugna hoſtes in fugam uerſos ſuperat,perquitur,cædendo uſq; ad montes proximos. Deinde ferente Nino auxilium ſuis, ſuperati ſunt Bactriani. Hic Zoroaſtes primus, authore Plinio, artes magicas in Perſide inuenit. Abſumptus autem eſt igne cœleſti. Alij aiunt eum à Nino rege interfectum & libros eius exuſtos, etiamſi authore Suida ferantur eius de natura libri quatuor, de lapidibus præcioſis unus, præterea aſtronomica & alia quædam. Scribitur de eo, quod eodem die riſerit quo erat natus, quum prima uox naſcentium ſit uagitus. Victus Darius ſecundo ab Alexandro magno in Aſſyria,fugit in Bactriam. Habuit autem idem Darius duos ſatrapas Beſſum & Nabarzanem: qui in gratiam Alexandri uenire cupientes, peſſimũ facinus perpetrantes Darium ſolitarium inuenientes opprimunt & letaliter uulnerant. Poſt hæc idem Darius in gratiã uictoris Alexandri à cognatis *Zoroaſtes.* *Darij interitus.*


ſuis aureis compedibus catenisq; apud Parthos uincitur. Alexander quoque citato curſu poſtera die ſuperuenit,& cognouit Darium clauſo uehiculo per noctē exportatū. Iubens ergo ſubſequi exercitum,inſequitur fugientem cum ſeptem millibus equitum. Et cum nullum Darij indicium reperiſſet, reſpirandi equis data facultate,unus ex militibus dum ad fontem proximum pergit,in uehiculo Darium multis uulneribus confoſſum ſed

Darij ultima uerba.

ſpirantem adhuc inuenit. Sunt qui ſcribunt Alexandrum inueniſſe Darium adhuc ſpirantem,dixiſſeq; morientem: En mihi in tali fortuna conſtituto ô Alexander non inuideas ſepulturam. Rogo etiam ut matrem meam & uxorem commendatas habeas, filiam uero Roxanem ut tuo coniugio dignam accipere non dedigneris: quibus dictis exhalauit ſpiritum. Alexander autem cupiens ſcire qui Darium regem interfeciſſet, in publico ita ait: Gaudeo nunc me hoſtem maximum ſuperaſſe Darium,& licet ipſe executus nō ſim, habeo gratiam condignam his qui eum mei nominis gratia interfecerunt. Quo audito, Beſſus & Nabarzanes ſe produnt: quos Alexander aſpiciens interrogauit, cur regem ſuum ſimul & propinquum & benefactorem interfeciſſent? indignatusq; iuſſit Beſſum inaudito interficici ſupplicio. Nam arboribus inflexis fecit parricidam pedibus alligari, & arbores rurſum in aerem dimiſſæ & locum ſuum repetentes,ſubito hominem diuiſerunt per medium. Alij ſcribunt, Beſſum ſibi poſt Darij interitum uſurpaſſe regni titulum, atque comprehenſum ab Alexandro, quadrifariam per arbores diſſectum. Scribunt quidam de hac regione,eam plerunque carere lignis & arboribus, quare & milites Alexandri quum in ea uerſarentur cogebantur aliquando ob lignorum penuriā ueſci crudis carnibus. Alibi tamen multa arbor,& uitis largos mites qúe alit fructus. Solum pingue crebri rigāt fontes. Loca mitiora frumento conſeruntur. Cætera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem eiuſdē terræ ſteriles tenent arenæ. Cū uero uenti à Pontico mari ſpirant,quicquid ſabuli in campis iacet conuerrunt. Quod ubi cumulatum eſt, magnorum collium procul ſpecies eſt,omniaq; priſtini itineris ueſtigia intereunt. Itaque qui tranſeunt campos,nauigantium modo noctu ſydera obſeruant,ad quorum curſum iter dirigūt; & propemodum clarior eſt noctis umbra quàm lux. Ergo interdiu inuia eſt regio, quia nec ueſtigium quod ſequantur inueniunt, & nitor ſyderum caligine abſconditur. Cæterum ſi quos ille uentus qui à mari exoritur deprehendit,arena obruit. Sed quà mitior terra eſt,ingens hominum equorumque multitudo gignitur. Scribit Plinius granū frumenti apud eos ferè aſſequi eam magnitudinem quam apud nos habet ſpica. Et Quintus Curtius ſcribit,ex Bactriana regi Dario miſſa contra Alexandrum triginta millia equitum. Et quā quam abundet equis,habet tamen interim optimos camelos, qui præſtantioreſ ſunt his quos gignit uel Syria uel Arabia. Vtuntur uero camelis, ad ferendum grauia onera. Siquidē hoc animal magna cura ſollicitoq; greſſu incedit, natū ad magnos labores



Proditoris ſupplicium.



Mire fabuloſum


Cameli natura & forma.

labores perferendos, etiamsi plus instituto onere non recipiat, necultra consuetum procedat spacium. Differunt Bactriani & Arabici cameli, nam illi bina habent tubera in dorso, hi uero singula & in pectore alterum cui incumbant. Odium aduersus equos gerunt naturale. Sitim quatriduo tolerant. Implentur cum bibendi occasio est & in præteritum & in futurum, obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis.

Sogdiana.

DE hac regione & cultoribus eius ueteres scriptores pauca tradiderũt. Est in multis locis propter sabulosos campos & ob aquarũ penuriam sterilis, maxime uersus ortum solis & meridiem. Ab aquilone diuiditur per Iaxartum fluuium à Scythiæ regione. Oritur in ea ex Caucaso monte Oxus insignis fluuius, qui labens per Bactrianam, receptis multis alijs amnibus, fit tam magnus ut in multis locis sex septẽ ue stadijs latitudine pateat, tandemq; magno impetu exoneretur in Caspium mare. Sunt aquæ eius impuræ & ad potandum insalubres. Hoc fluuio adhuc maior est Iaxartus, qui in magnitudine excellit omnes amnes qui in Caspium mare labuntur. Oritur autem apud Sacas, & sensim crescit ob ingredientes alios fluuios, donec tandem mergitur in Hyrcanum seu Caspium mare. Tradit Strabo, suo æuo merces ex India allatas ad Oxum fluuium septem dierum spacio, ultra uero per Oxum portatas ad mare Caspium, atq; inde per Cyrum aduerso flumine in Armeniam & inde in Ponticum mare transuectas. Vtuntur Sogdiani lingua Persica, sicut & aliæ circumiacentes regiones, nempe habitatores Ariæ, Margianæ & Bactriæ. Habet autem & Sogdianorũ regio monumenta quædam, puta, aras, columnas & ciuitates, quæ post se reliquerunt Bachus, Hercules, Cyrus Semiramis & Alexander magnus in memoriam assecutæ in ea uictoriæ.

Oxus insignis fluuius.





Saca.

IMperauerunt olim Sacæ multis nationibus, habuerũtq; reginam Tarinam nomine, bellorum appetentem, audacia quoque & rebus gestis cæteris fœminis inter Sacas nobiliorem. Habet autem ea regio mulieres robustas & belli gloria illustres. Fertur Tarina tum pulchritudine tum consilio prudentiaq; mirabilis extitisse, propinquasq; gentes barbaras, superbia elatas ac Sacis imperantes, expugnasse, maioremq; eius regionis partem ad mitiorem traduxisse uitam. Multas insuper condidisse ciuitates, quas reddidit præ cæteris uicinis gentibus feliciores. Post eius obitum memores beneficiorum eius uirtutisq; subditi, sepulchrum ei construxere magnificentissimum. Pyramis ea fuit triangularis, cuius latus quodlibet tribus stadijs protendebatur. Altitudo stadij erat unius, uertice in arctũ constructo. Addiderunt sepulchro auream statuam instar colossi. Cœperunt tunc Sacæ inuasiones facere quales olim Cimmerij ac Trieres fecerant. Nam & Bactrianam occupauerunt & optimam Armeniæ

Tarinæ regina.

Armenia Sacasena. Armeniæ regionem adepti sunt, quæ ab ipsis postea Sacasena fuit appellata, atque usq; ad Cappadocas processerunt, eos præsertim, qui ad Euxinum uergunt. Sed cum ex spoliis festa celebrarent, Persarum Imperatores eos noctu adorti, fundicus deleuere, id quod potissimum à Cyro factum Strabo commemorat. Est autem Sacarum regio tota nemorosa & fertilis in pascuis atq; frumento, inhabiturq; à Massagetis, Comaris & Essedonibus, de quibus infrà. Scribit Eusebius, diuum apostolum Thomam his gentibus annunciasse Christum.

Aria.

ARiam regionem parem esse dicunt in fertilitate Margianæ & Bactrianæ cui contermina est, uini autem ubertate superare. In ea & uinum ad tres hominis ętates, id est, nonagesimum annum perdurare, idq; in uasis minime picatis. Vrbes huius regionis sunt Artacana, Alexandria, Achaia, à conditoribus appellatæ.

Paropanisadæ.

STrabo hanc gentem uocat Paropamissades, Ptolemæus autem Paropanisades à Paropaniso monte: cuius terræ maior pars plana, habiturq; multis pagis. Dicuntur habere multas niues & ingentia frigora, ideo uites & fructiferas arbores obtegunt terra, ut frigoris hyemalis uim sustineant. Quum demum germinandi tempus appetit, amota terra in apertum eas educunt. Facies uero eorum locorum non uiridis nec amœna, ut alibi fert natura, sed cana & micans est ex niue & super eam congelata glacie. Idcirco neq; aues suo cantu homines permulcent, neq; feræ ibi è latibulis excitantur, sed inhospita & prorsus inaccessa regio ea uidetur. Neq; tamen his tantis difficultatibus impediri potuit Alexander Macedo, quin asperitatem loci omnem superaret, etiamsi multos amiserit ex suis.

Vites & arbores teguntur terra.

Drangiana, Arachosia, Gedrosia.

OMnes has terras pertransijt Alexander magnus, quum in Orientem contenderet, ideo de singulis nonnihil ab authoribus notatum est. Drangæ dicuntur Persicè uiuere, uini copiam non habere. Nascitur apud eos cassiteros, hoc est, plumbum album, quod stannum uocant. Est regio montana & niuosa, sed habet frequentes uicos & rerum omnium copiam præter oleum. De Arachosia authores ferè nihil scribunt, nisi quod est conformis Drangianæ. Gedrosia autem Indiæ contermina, minus est exusta quàm India: laborat fructuum & aquarum penuria, fert tamen aromata, præcipue nardum & myrrham, ut Alexandri exercitus his pro tecto & stratis uteretur, odoratiorem simul ac salubriorem aerem habens. Aestate Gedrosia imbribus abundat, flumina & aquæ augentur, hyeme deficiunt.

Cassiteros.

Scythia Asiatica extra Imaum montem.


SCythia regio septentrionalis, à primordio parua patria, postmodum uero habitatores paulatim per uirtutem et uires aucti, quum regiones multas sibi subdidissent, in magnum imperium gloriamq; peruenere. Ea primum natio iuxta Araxim flumen parua numero, propter ignobilitatem contempta consedit, nacti regem quendam bellicosum & militari uirtute præcipuum, agros ampliarunt, montanos quidem usque ad Caucasum, campestres uero usq; ad oceanũ & Mæotida paludem, aliaq; loca ad Tanaim usq; flumen, à quo Scythia ipsa longo tractu uersus ortum protensa Imao monte per medium uelut in duas diuiditur Scythias, quarum una Scythia intra Imaum montem dicitur, altera extra. Ab alieno imperio aut intacti aut inuicti Scythæ semper manserunt. Darium Persarum regem turpi à Scythia submouerunt fuga: Cyrum cum omni exercitu trucidarunt, Alexandri magni ducem cum copijs uniuersis deleuerunt, Romanorũ audiuere non sensere arma. Romani Imperatores si quas gesserũt in Dacos & Bosphoranos expeditiones, & eas quidem sæpissime calamitosas, interiorem tamen Scythiã non attigerunt, quæ tam

Scythia libera ab alieno imperio.

tam in Asia quam in Europa ita ample lateq; diffunduntur, ut alterum terrarum orbem dixeris, neq; soli ubertate neq; fœcunditate pecorum, neq; auri, argenti & lapillorum copia contemnendum. Est autem hæc gens & laboribus & bellis aspera, habetq; uires corporũ immensas. Ipsa inter se olim discreta non erat, utpote quæ neq; agrum coleret, neq; sedes haberet ullas, per solitudines & inculta uagabatur loca, armenta pecoraq; præ se agens. Coniuges & liberi plaustris uehebantur. Legibus nullis obnoxia, iusticiam sponte colebat. Nullum furto grauius in tota gente flagicium fuit, ut quæ non parietibus aut septis armentum circumdat sed in propatulo habeat. Lac & mel in cibatu frequens, contra frigora & rigores ferinis pellibus murinisq; corpora communiebat. Laneus usus ac uestium ig



notus genti. Gaudent Scytharum plures humana cæde. Quem primum uirum in bello uir Scytha ceperit, eius sanguinem potat: quoscunq; in prælio interemerit, eorum capita regi offert. Nam capite ablato fit prædæ particeps, alioquin expers. Multi sunt qui corta humana tanquam brutorum consuunt, quibus pro amiculis induuntur. Cæsorum hostium manus dextras cum unguibus excoriant quidam, atq; cum his pharetrarum opercula obducunt. Capita excisa exterius crudo bouis corio superducunt, interius inaurant, etiam qui ditiores sunt, & pro poculis utuntur, hospitibus qui ad eos ueniunt uiri alicuius existimationis exhibent, referuntq; illos à se esse superatos, id strennuitatis loco ponentes. Semel quotannis singuli regionũ principes uinũ crateri miscẽt, de quo Scythæ omnes hostium homicidæ bibunt, nemo gustat qui nihil præclari operis ediderit, sed sine honore seorsum sedet, quæ res apud eos maximę est ignominiæ. Qui uero complures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos habent calicibus potant. Deos hos solum colunt, Vestam, Iouem, Apollinem, Venerem, Martem & Herculem. Soli autem Marti ex captiuis centesimum quenq; immolant, cæteris tum alia pecora, tum præcipuè equos. Sues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in sua regione uolunt. Rex in quos morte animaduertit, eorum ne liberos quidem relinquit, sed uniuersos mares interficit, fœminis nihil læsis. Fœdera cum quibuscunque ineunt Scythæ hoc modo. Infuso in grandem calicem fictilem uino, commiscent eorum sanguinem qui fœdus feriunt, percutientes cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt gladium, acinacem, sagittas, securim, iaculum: hæc ubi fecerunt, se multis uerbis deuouent, postea uinum eporant. Regum sepulchra apud Gerros sunt, ubi Boryssthenes iam nauigabilis est. Ibi cum rex eorum decessit, ingentem scrobem effodiunt forma quadrata, dehinc morruum accipiũt corpore incerato, aluo euulsa atq; expurgata, quam quum expleuerint speciebus quibusdam, resuunt rursus, impositumq́ue plaustro



Crudelitas Scytharum.

Scytharum dij

Forma percutiendi fœderis

cadauer

cadauer ad aliam gentem ferunt, tandemq; cum singulas lustrauerint gentes, quibus im-
Quomodo Scythæ reges sepeliunt peritauit, deponunt cadauer super thorum, hastisq; hinc & illinc defixis, desuper ligna di sponunt atq; pallio contegunt. Deinde ubi pellicum una omnium charissima, minister u nus, coquus, agaso, pincerna & equus strãgulati sunt, cum aureis phialis aliarumq; rerum primitijs consepeliunt. Circumacto anno hoc iterum agunt, atq; è famulis regis intimos



sumunt. Horum ministrorum ubi quinqua ginta strangulauerunt ac totidem præstan tissimos equos, eductis intestinis, pallijsq; rursus distentis atq; consutis, per ambitum regij sepulchri fornicato opere equos et su per eos famulos insidentes erigũt ac ita sta tuunt, ut procul aspicienti, equitatus speci em, defunctum regem custodientis præbe ant. Habent et priuati morem quendam in sepeliendo. Nam ubi quis decesserit, pro ximi quiq; in plaustrum collocatum ad a micos circumferũt, eos singuli amicorum excipientes epulum præbent, tam propin quis quàm cæteris cadauer comitantibus. Ad hunc modum 40. diebus circumactum dehinc humatur, capite prius exinanito at que abluto. Iurandi iusiurãdumq; interpo nẽdi ipsis per regium solium mos est, quo si quis periurasse à diuinatoribus, qui hoc saligneis uirgis experiunt, conuincitur, sine mo ra capitis pœnam subit atq; facultates omnes amittit.

Massagetæ.

SVnt Massagetæ populi Scythiæ ultra mare Caspium, uestitu & uictu Scythis perquã similes. Pugnant ex equis & pedibus, utroq; pugnæ genere pene inuicti. Sagittis, ha sta, auro in baltheis & capitis ornatu utuntur. Ex auro frena & phaleras conficiunt: ferri & argenti nullus apud eos usus. Singuli uxorem ducunt, eaq; communiter utuntur. Ter-
Senes mactantur. minus uitæ nullus genti præfinitus. Vbi quis admodum consenuit, eum propinqui & ne cessarij in unum coeuntes cum ouibus aliquot immolant, & carnibus pro epulo ubi deco xerunt indifferenter uescuntur. Quod genus obitus apud eos beatissimum habetur. Lan guore extinctos non edunt sed terra operiunt, loco damni putantes, quod ad immolatio nem non uenerunt. Nihil omnino serunt, pecoribus uictitant & piscibus, quos Araxes ab unde suppeditat. Lac plurimum potant. Ex dijs unum solem uenerantur, cui equos immo lant, ut perniciissimo syderi è pecoribus omnibus perniciissimum mactent.

Cyri cum Scythis conflictus & interitus.

POtentissimus Persarum rex Cyrus, Imperator plurium regionum oriẽtalium, ma gnam expeditionem mouens in Scythas, regem & exercitum Scythicum sternẽs, reliquiasq; ad reginam confugientes persequens, sed non apprehendens, simula ta fuga impedimentisq; in castrorum septis relictis, extraxit unà cum regis inter fecti filio, ex ciuitatibus in quas se receperant. Illi ergo egressi & hostem insequentes,
Tomiris regina. ut regem suum ulciscerẽtur, intercepti sunt omnes à Cyro & ad unum cæsi unà cum regis filio. Quod uidens regina Tomiris, quam Hebræi Talmirã appellant, tam maritum quam filium scilicet occubuisse, furore commota, exposuit & ipsa se morti. Nam sumptis militibus

militibus præoccupauit regis Cyri copias, exitus & angustias montium, quas Cyri exercitus erat pertransiturus, clam præcludens atq; excubias ibi agens, expectauit hostis reditū nullas metuentem insidias, noctuq; illū obruens inter duos montes quiescentē, percussit ducenta milia Persarum. Deinde sæuiens in corpus Cyri, amputatum caput eius proiecit in foueam (ut Iosephus scribit) sanguine interfectorum plenam, dixisseq; fertur: Cyre exatia te sanguine, quem tantopere sitisti. Iustinus scribit, Cyrum quum simulasset metum & castra deseruisset, uinum affatim & ea quæ erant epulis necessaria reliquisse. Quod cū nunciatum reginę esset, adolescentulum filium ad insequendum eum cum tertia parte copiarum misit. Adolescens uero rei militaris ignarus, ueluti ad epulas non ad prælium ueniēs, omissis hostibus insuetos barbaros uino onerare atque inebriari se patitur. Prius autem Scythæ ebrietate quàm bello uincuntur. Quibus cognitis Cyrus reuersus per noctem, securos opprimit omnes. Tomiris uero in ultionis solatia intendens, hostes recenti uictoria exultantes, pari insidiarum fraude circūdedit. Nam simulata diffidentia propter uulnus acceptum refugiēs, Cyrum aduscq; angustias produxit. Ibi compositis in montibus insidijs, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidauit. In qua uictoria etiam illud memorabile fuit, quod neq; nuncius tandæ cladis quidem superfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum, conijci regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine inquit, quem sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Desideraſti iam triginta annis sanguinem, en habes satis sanguinis. Hic crudelis animus in hunc usq; diem inest habitatoribus Scythiæ, quæ est extra Imaum montem. Nam uacant continuis bellis & uenationibus. Habēt maximas syluas & multo maiores solitudines, ut etiam Scythica tellus in prouerbium abierit, quoties loquimur de terra aspera & horrida. In nulla terra plura & rariora inueniuntur animalia quam in hac Scythia. Gignit & Africa multa monstra sæuaq; & uenenata animalia, sed quæ homini non conducunt, magis enim creata sunt à domino deo, ut ex illis agnosceremus eius immensam sapientiam & admirandam potentiam, quam ut homini hinc aliqua accederet utilitas. At animalia in Scythia nata, innocua sunt nisi irritentur, atque incolæ magnam hinc capiunt commoditatem. Nam ut Russi & Moscouitæ fatentur, quibus cum nostri mercatores multa habent commercia, nobiliores pelles & quæ apud nos in maxima sunt æstimatione, ut sunt mardurorum, Pirolorum, Zabellorum & similium pelles, pro magna parte ex hac Scythia ad nos deferuntur. Habet tamen regio ista nostro tempore aliam appellationē: nam uocat̄ magna Tartaria, de qua paulo post dicemus.



Cyri caput obtruncatur.

Animalia multa in Scythia.

Mores Scytharum.

SVnt Scythæ homines duri & asperi, nec tam molliter & laute ut nos educantur. Non curant nec utuntur rebus externis ad se allatis, per quas effœminatiores reddi possent. Sunt statura corporis procera & bene constituta, singulariq́ue cœli influxu suffulta. Superant enim in his Septentrionales eos qui inhabitant terras australes, eo quod tanto solis ardore non macerantur, sicut australes qui terræ planiciem inhabitant. Assuefiunt Scythæ à pueritia ad tolerandos labores, famem, frigora & alia aeris incommoda, quin & pecora sua assuefaciunt ad austeriora pabula, ut plerunq; solis foljs arborū & dumetorum surculis enutriant̄. Inde fit ut magna modicis expensis gerant bella, magno suo cōmodo. Nec ullus inuenit̄ populus, qui breui temporis spacio longiora cū ipsi cōficiant itinera. Quādo lōge absunt ab hoste, propè sunt, idq; propter uelocitatē suā ideo sæpe obruūt eos improuiso. Et cōtrà, quādo aduertūt hostem in apparatu suo longe excellen-

Scytharum tolerantia.


excellentiorem esse, facile sese subducunt ab eo, elabunturq;. Non temere aggrediuntur hostem, nisi prius eis constet de consequenda victoria. Sunt miri & astuti artifices ad fallendum hostem, ut illum grauēt uel fame uel uigilia aut alia impostura, qua eum ab æquioribus ad iniquiores trahant conditiones, tandemq; uincant. Præsertim quādo in plano utraq; castra consistunt, tunc insidiose differunt pugnam quousq; hostem defatigent & languidiorem reddant, tunc illum inuadunt. Nec est alia ratio, cur tam modica sciamus de eorum terra, oppidis & locis, nisi quod summa utuntur contra externos hostes cautela, neq; permittunt dominum quenquam alienum in terris suis nidulari, sed extra fines suos cuncta agunt bella. Quæ autem de ipsis habentur & sciuntur, à uicinis & confinibus populis innotuerunt.

De illustribus Scythiæ mulieribus,

quas Amazones uocant.

CVm hic sermo de fœminis Scythiæ inciderit, animus hæret, utra uirtus, uirorum ne an mulierum Scythiæ plus sibi gloriæ comparārit. Promanarunt ex his Amazones, inauditæ fortitudinis & audaciæ mulieres, quæ non modo cum cæteris illustribus fœminis conferri indignantur, sed uirorum se gloriam æquasse ne superasse dixerim, sane contendunt. Hanc originem Historici sic describunt. Quum in Scythia duo regij iuuenes optimatum factione domo ejicerentur, coacta magna iuuentute in Cappadociam uenisse dicuntur, ubi & hanc historiam recensuimus, & Themiscyros occupasse campos, ibiq; diu rapinas & latrocinia exercuisse: finitimorum tandem conspiratione ad unum omnes fuisse cæsos. Vxores quæ superfuerant uidentes exilio additam orbitatem, non solum ut propria tuerentur arma sumpserūt, sed quum desperationem audacia corroborarent, fines amplificare contenderunt. Finitimorum coniugia æque ac ser-

Amazones.



uitutem abominatæ sunt, contemptis uirorum adminiculis, regnum auxerunt, & ut in pari omnes fortuna forent, uiros qui domi superfuerunt interfecerunt, moxq; rabiem conuerterunt in finitimos, quibus pacatis ne ad interitum redigerentur eorum cōcubitus statuto quotannis tempore inire solitæ sunt, editos continuo mares necabant, fœmellas contrà tollebant, quas non fœmineis artibus excolebant, sed equis, uenationibus & arcu exercebant. Exurebant mammas dextras, ne sagittando impedirentur, unde nomen his inditum. Harum Lampedo & Martheſia reginæ præstantissimæ fuere, alternis regnum uicibus gubernabant, altera domi, foris altera rempub. gerebat. Subegerant Europæ partem, ac multas Asiæ ciuitates in ditionem suam plane redegerant. Dum ruendi imperij gratia in Asia cum exercitu magno commorantur, Ephesum, Smirnam, Cumam & Magnesiam condidere. Martheſiæ filia successit Orithya, quæ foris rempub. gerebat, & Antiope soror eius domi. Post hanc Pentesilea cum fortissimo quoq; uiro comparanda, Troianis opem cum ingentibus copijs afferre non timuit. Ad Alexandri usq; tempora perdurarunt. Nam Thalestris regina impetrato Alexandri concubitu, paucis pòst temporibus, cum uniuersis Amazonibus interijt.

Lampedo & Martheſia.

Pēteſilea Troianis succurrit

Alexandri

Alexandri magni exercitus in Scythia horrendam aeris tempestatem est perpessus.

ALexander magnus postquam subegerat Bactrianos, uertit se cum exercitu suo in Scythiam, regiones quæ Naura & Gabaza appellãtur aditurus. Primus dies quietum iter præbuit, proximus ei nondum quidem procellosus & tristis, obscurior tamen pristino, non sine crescentis mali damno præterijt. Tertio ab omni parte cœli emicare fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere cœperunt. Erat propè continuus cœli fragor, & passim cadentium fulminum species uisebatur: Attonitisq; auribus stupens agmen, nec progredi nec considere audebat. Tum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur. Ac primo quidem armis suis tecti exceperant. sed iam nec retinere arma lubricæ & rigentes manus poterant, nec ipsi destinare in quam regionem obuerterent corpora, cum undiq; tempestatis uiolentia maior quàm ustabatur occurreret. Ergo ordinibus solutis per totum saltum errabundum agmen ferebatur, multiq; prius metu quam labore defatigati, prostrauerant humi corpora, quanquam imbrem uis frigoris concreto gelu astrinxerat. Alij se stipitibus arbororum admouerãt, id quod plurimis adminiculum & suffugium erat. Pertinax uis mali adeo insistebat, ut lucem naturale solacium præter tempestatem, haud disparem nocti, syluarum quoq; umbra supprimeret. Rex unus tanti mali patiens, circuire milites, contrahere dispersos, alleuare prostratos, ostendere procul euolutũ ex tugurijs fumum, hortariq; ut proxima quæq; suffragia occuparent. Efficatior tamen in aduersis necessitas quàm ratio, frigoris remedium inuenit. Nam dolabris syluas sternere aggressi, passim aceruos struesq; accenderunt. Continenti incendio ardere crederes saltũ, et uix inter flammas agminibus relictum locum. Hic calor stupentia membra commouit, paulatimq; spiritus, quem continuerat rigor, meare libere cœpit. Excepere alios tecta barbarorum, quæ in ultimo saltu abdita necessitas inuestigauerat, alios castra quæ in humido quidem, sed etiam cœli mitescente sæuicia locauerant. Mille militum atq; lixarum calonũque pestis illa consumpsit. Memoriæ proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, & non solum uiuentibus, sed & inter se colloquentibus similes esse conspectos, durante adhuc habitu, in quos mors quenq; deprehenderat. Forte Macedo gregarius miles secq; & arma sustentans, tandem in castra peruenerat. Quo uiso rex, quanquam ipse tunc maxime admoto igne refouebat artus, ex sella sua exiliuit, torpentemq; militem & uix compotem mentis, demptis armis in sua sede iussit considere. Ille diu nec ubi requiesceret, nec à quo esset exceptus agnouit. Tãdem recepto calore uitali, ut regiam sedem regemq; uidit, territus surgit. Quem intuens Alexander: Ecquid intelligis miles, inquit, quanto meliore sorte quàm Persæ sub rege uiuatis? Illis enim in sella regis consedisse capitale foret, tibi saluti fuit. Hinc rex Sagas petens, totam eam regionem depopulatus est. Deinde animum uertit ad Indicum bellum.

Q. Curtius li. 8

Horrenda aeris tempestas.

Alexandri humanitas.

Mille perierũt

Serica regio, Scythie ultra Imaum montem annumerata.

SCythis qui habitant ultra Imaum montem annumerantur Seres, homines mites inter se & omnium quietissimi. Hi mortalium cœtus fugiunt, adeo ut cæterarum gentium commertia abnuant. Mercatores externi eos adeuntes, transito fluuio eorum in ripis fluminis nullo inter partes commertio, sed dispositio rerum præcio, oculis æstimantibus sua tradunt, sed non emunt nostra. Apud illos neq; meretrix neque adultera neq; fur ad iudicium deducitur, neq; occisus homo fertur ibi aliquando, sed est apud eos legum suarum metus uehemens. In initio ferè orbis terræ habitant: & quia caste uiuunt, ne erugine nec grandine aut pestilentia cæterisue malis affliguntur. Fœmina postquam conceperit à nemine petitur. Carnibus immundis nemo uescitur, sacrificia nulla nouit, secundum iusticiam omnes sibi ipsis iudices fiunt: ideo non castigantur huiusmodi plagis quæ pro peccatis accidere solent, sed plurimum temporis perdurantes ablq; ægritudine uitam finiunt. Ab istis Seribus deducitur nomen Sericum, nobilis illa lana ab arboribus decerpta

Serum inter gravita.

Serium apud Seres crescit.

cerpta & uehitur in omnem orbem, potissimum in magna ista emporia, Calecuth, Tyrũ, Damascum, &c. & inficitur cocco tyrio, purpura uel buccino. Vartomannus scribit se in Eri urbe Persidis uidisse tantum serici, quod ternis camelorum millibus onerandis sufficeret. Apud Seres itaq; lenium uentorum commodissimus est flatus & abunde syluæ subluciḍ, à quibus arborum fœtus aquarum aspergínibus crebris uelut quædam uellera mollientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesq; subtegmina conficiunt sericum ad usus antehac nobilium, nũc etiam rusticorum sine ulla discretione proficiens Cæterum quomodo serici usus in Europam uenerit, signauimus suprà in Sicilia, sub titulo Messanæ ciuitatis.

Tauroscythæ, Agathyrsi & alii populi.

TAuroscythæ à Tauro monte circa quem habitant sic dicti sunt. Sunt autem homines syluestres & contentiosi, immolant dæmoni, & in hostes quos ceperint hoc agunt. Amputatum quisq; hostis caput domum portat, & fusti suffixum ad modum sublime supra tecta statuit & plerunq; supra fumarium. Ideo in sublimi locantes, quod dicant eos totius domus esse custodes. Viuunt autem è rapto & ex bello.

Anthropophagi.



Budini.

At Agathyrsi exculti ssimi homines sunt, & aurum plerunq; gestantes, in commune cum mulieribus coeuntes, ut inter se germani sint ac domestici omnes, nihil neq; liuoribus neq; simultatibus mutuo exercentes, cæterum ad Thracum similitudinem accedentes. Sunt quoq; in illis regionibus anthropophagi, id est, humanæ carnis comestores, qui agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudicijs non legibus ullis utẽtes, rem pecuariam exercentes. Habent autem linguam propriam. Hi omnes à Tartaris tandem subacti, eorum mores & uiuẽdi instituta sunt cõplexi, Tartari uno nomine omnes uocati. Budini ingens natio atq; numerosa, cæsijs oculis omnes atq; rufi. Geloni ab urbe Gelonos, agriculturæ operam dantes, frumento uictitant & hortos possident, & omnis eorum regio arboribus frequens, ex lacu qui ibi ingens est, multas feras capiunt, ex quarum pellibus renones faciunt atq; induunt. Lyrcę ex uenatione uictitant, idq; hoc modo. Conscensis arboribus insidiantur feris, singulis adest canis & item equus in uentrem cubare edoctus humilius subsidendi gratia. Vbi quis ab arbore ferã uiderit sagittaq; percusserit, conscenso equo illam persequitur comitante cane. Argippæi alius populus sub excelsorum montium radicibus incolunt, homines qui ab ipso natali cal ui sunt, mares pariter & fœminæ, simis quoq; naribus & ingenti mento, proprio quodam oris sono, ex arboribus uictitantes. Hi rei pecuariæ haud studentsub arbore quisq; cubat per hyemem quidem ubi arborem uelo albo contexerit, per æstatem uero sine hoc uelo.

Argippæi.

Issedones.

His nemo mortalium iniuriam infert. Issedones alius populus, talibus utũtur moribus. Quoties pater alicui decessit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactauerunt conciderunt q;, concidunt & mortuum patrem illius à quo in conuiuium accipiunt, commixtisq; omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput tum defuncti denudatũ purgatumq; inaurant, eoq; pro simulachro utuntur, agentes illi quotannis maiores hostias, ceremoniasq;. Hæc filius patri, pater filio facit. Tales olim fuere Scytharum mores.

De

DE TARTARIA, QVAE olim Scythia fuit, atque de illius gentis moribus.

TArtaria quæ & Mongal dicitur, à fluuio Tartar qui per eã fluit hoc nomen habet. Regio est plurimum mõtosa, et ubi campestris est, admixta glarea arenosa est & sterilis nisi a quis fluuialibus irrigetur. Et ob hanc etiam causam multũ deserta & infrequens est. Ciuitates in ea nullæ, nullæ uillæ præter unam, quæ Cracuris dicitur. Lignis in plerisq; locis adeo inops ut arido boum & equorũ stercore incolæ ipsi ignes fouere atq; cibaria decoquere cogantur. Aer & cœlum intemperatum & mirificum, toni trua & fulgura in æstate adeo horrenda, ut præ timore homines ipsi intereant: iam calor magnus est, mox frigus & densissimæ niues cadunt. Vẽtorum frequenter tam ualidi flatus, ut equitantes detineãt, & ad terram homines deijciant, arbores radicitus euertant, & multa damna inferant. In hyeme ibi nunquam pluit, in æstate frequenter, sed adeo parce ut uix terra madefiat. Regio alioquin omnium animaliũ diues, in camelis, bobus, &c. A quatuor ab initio populis habitabatur: unus Iecchamongal, id est, magni Mongali, dicebatur. Secundus Sumongal, id est, aquatici Mongali, habitantes scilicet iuxta Tartar fluuium. Tertius Merchat uocabatur & quartus Metrit. Omnes unam corporis formam, unam linguã habebant. Ferus ab initio cultus sine moribus, sine lege, sine ullo uitæ cultu, armenta pascere, obscuri nominis inter Scythas, finitimorum uectigales. Sunt autem Tartari omnium hominum deformissimi corpore, ut plurimum parui, oculos habentes grossos & prominentes, multum coopertos palpebris, latas habentes facies & imberbes, excepto quod in superiori labro & mento raros habent pilos & uolatiles. Graciles sunt in medio communiter omnes, radũt caput per uerticem ab aure una ad aliam in occipitium, capillos in reliqua parte quemadmodum mulieres nostræ longos nutriunt, de quibus duas tricas siue chordas faciunt, & utranq; retro aures colligunt: quo more non Tartari solum raduntur, sed quæcunq; gentes eis commorantur. Ipsi porro leues sunt & agiles, boni equites, pedites mali: nullus pedes uadit, omnes & minimi etiam aut equis aut bobus insident, quocunque sit eundum. Campanulas admodum resonantes ex equi collo pendentes gestare, gloriosum est eis. Sermone horrido sunt & clamoroso, cantantes luporum more ululant, caput quatiunt. Quando bibunt, ad ebrietatem bibunt, quod apud eos est gloria. Non in uil-

Horrenda tonitrua.

Tartari deformes.

Tartari boni equites.



lis aut urbibus, sed in campo sub tabernaculis habitant: pastores enim sunt plerique omnes. In hyeme manere in planitie solent, in æstate uero pascuarum ubertatem sectantes in montibus degunt. Panem non habent nec pinsunt, mappis non utuntur, non mantilibus. Vnũ deum credunt, & ipsum omnium esse tam uisibilium quam inuisibilium factorem, non tamen aliqua ceremonia aut ritu colunt, sed potius idola quædam de filtro aut serico ad hominis formam effigiata, ex utraq; tentorij parte constituentes, pecorum suorum custodes

esse præcantur, atq; plurimum reuerentiæ exhibent. His primum lac omnis iumenti ac pe coris offerunt, & antequam quicquam uel bibere uel comedere incipiunt, partem appo nunt. Venerantur etiam & sacra faciunt soli, lunæ & quatuor elementis. Cham præterea re gem & dominum suum, filium dei existimantes, religiose adorant, sacrificant, & tantum illi tribuunt ut digniorem in toto mundo non esse credant, neq; aliquem alium nominare patiuntur. Cæteros homines adeo hæc gens contemnit & se prudentia & bonitate excel lere putat, ut alloqui fastidiat, & à se explodat. Christianos cunctos canes appellãt & ido lolatras, quod lapides & ligna adorent. Ipsi maleficis artibus intenti somnia obseruãt, ma gos habent, qui ea ipsis interpretentur & ab idolis responsa petant & accipiant. Tantæ a uaritiæ & cupiditatis sunt, ut ubi quispiam aliquid uiderit quod habere desiderat, si illo po tiri cum uoluntate possessoris non possit, dummodo Tartari non sit, ui rapit, ex præcep to & instituto regum licere arbitrantes. Cum Tartari hominem in uia reperiunt literas aut conductum regium non habentem, eum sibi uendicant & pro seruo perpetuo utũtur. Pe cunias indigentibus commutant, sed pro grandi & intolerabili usura, unum denarium de decem singulis mensibus accipientes, & de usura usuram si dilata fuerit. Cupiunt semper & ut domini omnium extorquent, nihil retribuunt. Mendicantibus eleemosynam etiam denegant. In hoc laudantur quod prandio aut cœnæ superuenientes, uolentes comedere non excludunt aut repellunt, sed inuitant, & quibus uescũtur misericorditer cõmunicant.

Tartari idololatræ.

Vsura.

De cibo, potu & uestimentis Tartarorum.

Victus autem immundissimi sunt, utpote qui mensas mantilibus non operiãt, manutergijs non utantur, quum manus non lauent, non corpus, non uestimenta, panem neq; edant neq; conficiant, olera non edant, non legumina, sed tantummodo omnium animantium carnes. Canum etiam & cattorum, equorum ac grandiusculorum murium. Captorum inimicorũ corpora ad crudelitatem suam ostentandam & uindicandi desiderium, ad ignem quando que assant, & ubi plurimi comesturi cõuenere, dentibus luporum adinstar dilaniant atq; absumunt, eorum sanguinem etiam ad hoc prius collectum crateris infusum epotãt. Lac iumentinum alias ipsis potus est. Vinum apud eos non nascitur, aduectum sicut cæteri homines auidissime bibunt. Alter alterius pedunculos comedũt de capite uel aliunde extrahentes & dicũt: Sic inimicis nostris faciam. Scelus magnum habetur, si cibi aliquid aut potus perire permittitur, ideoq; ossa, nisi medulla prius excepta sit, canibus nequaquam proijciunt. Nullum animal ex nimia tenacitate comedunt & absumunt integrum & sanum, sed quando mutilatum fuerit, cœperitq; iam aut senectute aut aliqua alia pernicie lãguescere. Multum frugales sunt, & in paucis minimisq; contenti: bibunt mane unum uel duos scyphos lactis, & interdum tota die aliud nihil bibunt aut comedunt. Vestitu tam uiri quam mulieres ferè uno induuntur: uiri mitris caput obtegunt non multum profundis, obtusis antè, retro caudatis unius palmi longitudine. Quæ ut capiti adhærcant & à uento non deturbentur, iuxta aures insutas fascias habent, quibus sub mento connectantur. Fœminæ coniugatæ caniſtro quodam rotundo teguntur unius pedis & semis longitudine, serico aut pictis pauonum plumis circumornato, gemmis ad hæc & plurimo auro: cætero corpore ut quæq; dives est ita uestiuntur, potentiores purpura & serico. Tunicas portant miro modo formatas, fissura earum in sinistro latere, à quo induuntur & exuuntur, nodulos quatuor aut quinq; habet quibus clauditur. Vestimenta quæ in æstate gerũt, nigra sunt communiter omnia, quæ in hyeme pluuiosisq; temporibus alba, infra genua nõ descendunt. Pelliceis uestibus, quibus maxime utuntur, pilos non occultant & carni applicant, ut nos, sed corium, pilos uero propter decorem uidendos præbent.

Anthropophagi.



Vestitus.

Quomodo

Quomodo Tartari bella gerant.

BEllũ inituri Tartari brachia quidã ferreis laminis circũdant corrigijs quibuſdã cõ catenatis, quidam multiplicato corio, quo etiam caput obmuniunt. Scutis uti neſciunt, pauci quoq; lanceis & longioribus gladijs. Enſes habent brachiali longitudine, ab una parte faſtigiatos, quibus pugnantes à latere percutiunt. Equites ſunt agiles, ſagittandiq; ſcientiſſimi: gens in prælijs & rebus gerendis ſolers. Duces & principes bellum non intrant, ſed procul ſtantes ſuos acclamãt hortanturq;, & quid facto opus ſit diligenter proſpiciunt. Liberos, uxores, & aliquando hominum imagines equis impoſitas exercitui addunt, ut maior ac hoſti terribilior appareat. Nec fuga turpis ſi conducibilis ſit aut neceſſaria. Sagittaturi dextrum brachium ab armatura exuunt, & tanta ui poſtmodum ſagittas excutiunt, ut nullum armorum genus ſit illis non penetrabile. Turmatim pugnam capeſſunt, turmatim fugiunt, uulnifico ſagittarum iactu ſequentem à tergo hoſtem conficientes. Inde pugnantium paucitatem conſpicati, ſubito in pugnam redeunt, homines equoſq; ſagittantes uulnerant, ac tum maxime uincunt, quum uicti creduntur. Quum aliquam regionem inuadere ueniunt, diuiſo exercitu ab omni parte inuadũt, ut eis occurri non poſſit, ac nemo incolarum effugere, ita uictoriam ſemper in manibus habẽt. Illa ſuperbiſſime utuntur, capto nulli parcentes, non pueris, non mulieribus, non ſenibus, omnes promiſcue occidunt præter artifices, quos ad opera ſua reſeruant. Occidendos per centuriones diuidunt, aſſignantes ſeruo cuiq; decem interfíciendos aut plures, prout numerus fert, quibus omnibus bipenni ut fues mactatis, cæteris in terrorem hoc agunt: quenq; milleſimum accipiunt & capite ſubuerſo, pedibus ad ſtipitem in medio cæſorum erectũ ita ſuſpendunt, ut ſuos adhuc monere & audire uideatur. Plericq; ad iacentium corpora ipſa procedentes, è recentibus uulneribus emanantem ſanguinem ore excipiunt & ingurgitant. Nemini quantumcunq; etiam ſe obligauerint, ſeruant fidem, quin in deditos eo modo & multo gra uius ſæuiant. Incontinentiſſimi omnium hominum Tartari ſunt. Nam licet uxores ducant quotquot uoluerint & ſuſtentare poſſunt, nullusq;, excepta ſolummodo matre, filia & ſorore, ipſis aut cõſanguinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium contrahẽdum obſtet, ultra modum tamen Sodomitici ſunt. Mulierem quam ſibi coniungũt pro uxore non habent, nec dotem accipiunt donec pepererit: unde ſterilem repudiare poſſunt & aliam ſuperinducere. In adulterio deprehenſi tam uir quam mulier, lege ipſa occiduntur. Vnaquæq; uxorum ſuam habet ſtationem, unaquæq; ſuam familiam, atque caſtiſſime uiuunt.



Tartari optimi ſagittarij.



Incæſtus Tartarorum.


Quomodo Tartari domi uiuant & de ſuperſtitionibus eorum.

ARe bellica feriati uiri, pecora in paſcua ducunt & cuſtodiunt, uenanturq; & ſe luctãdo exercent. Aliud nihil agunt, mulieribus omnia committunt. His curæ eſt & quæ

Superstitiones Tartarorum.



sunt uictui & quæ amictui necessaria procurare. Gẽs ipsa multas obseruat superstitiones. In stationibus nemo mingit: quod si quis obstinate faceret absq; misericordia occideretur. Si autem necessitas cogat, tentorium in quo factum est, & omnia quæ in eo continentur, purgãtur tali modo. Duos ignes faciunt, intra quos hastas duas figunt, chordulaq; ab una ad aliam ducta, per medium illarum ceu per ianuam quæ purificanda sunt traducũt, & mulieres duæ hinc & hinc stantes aquam inspergunt, ac carmina quædam submurmurant. In conspectum regis nullus aduena cuiuscunq; dignitatis existat & quantacunque agere habeat admittitur, nisi purgatus prius. Qui limen tentorij in quo Imperator aut ducũ aliquis moratur, pedibus calcat, in ipso uestigio interficitur. Multa alia sunt, quæ pro inexpiabilibus habent peccatis: ast hominem occidere, aliorum terram inuadere, res & bona aliorum contra fas diripere, dei præcepta negligere, pro paruo aut nihilo ducunt. In mundo quodam alio, quem tamẽ describere non possunt, se post hanc uitam ęternaliter uicturos credũt, & meritorum suorum condigna præmia percepturos. Quum quispiam infirmari cœperit & morti iam uicinus esse, hastam unam cum nigro panno, tabernaculo in quo decumbit præfigunt, ut ab ingressu prætereuntem auertat. Postquam uero defunctus est, omnis illius familia conuenit & funus extra tentorium in locum aliquem antea delectum clam portant, & fouea lata profundaq; facta, tentoriolum in ea erigunt, mensam ferculis instruunt atq; defuncti corpus præcioso habitu uestitum ad eam applicãtes, unà omnes terra obruunt. Sepelitur etiam cum eo iumentum unum & equus phaleratus unus. Potentiores in uita seruum unum eligunt atq; cauterio suo inustum secum tumulari faciunt, & hoc ideo, ut in alio mundo his utantur. De hinc amici alium equum accipiunt & mactant, carnes comedunt, cutem fœno repletam atq; resutã quatuor palis supra sepulchrum in defuncti signum erigũt. Ossa in animæ expiationem mulieres comburunt.



Quomodo Tartari regem eligunt.

TArtari electuri regem in locum campestrem aptum conueniunt, & tum eum cui regnum aut ex successione aut electione debetur in thronum aureum collocãt, atq; procidentes unanimi uoce & excelsa omnes in hunc modum acclamãt: Rogamus, uolumus & præcipimus ut domineris nobis. Respondet ille: si hoc à me uultis, necesse est, parati sitis quicquid præcepero facere: quum uocauero uenire, quocunque misero ire & totum regnum in manus nostras statuere atq; committere. Vbi respõdent, sumus, inquit rursus. Ergo oris mei sermo de cætero gladius meus erit, fitq; applausus à populo. Principes interea ipsum è regio solio exceptum supra filtrum in terra stratum humiliter sedere faciunt, ita alloquentes. Vide sursum & agnosce deum: ac respice filtrum in quo sedes deorsum, si bene administraueris, ad uotum habebis omnia. Si autẽ male, adeo rursus humiliaberis spoliaberisq;, ut ne exile hoc filtrũ in quo sedes tibi relinquatur. Quo dicto, charissimam uxorum adiungunt & ambos cum filtro eleuantes, hunc omnium Tartarorum Imperatorem, illam imperatricem salutant. Adsunt tum mox ab omnibus gentibus, quibus imperare habet dona. Adsunt & quæcunq; rex defunctus reliquit, de quibus nouus Imperator unumquemq; principem donat, cætera sibi seruari præcipit. In eius manibus seu potestate sunt omnia, & nemo potest audetq; dicere, hoc meum est uel illius est. Nemo commorari in aliqua terræ parte debet, quàm in assignata. Sigillum quo utitur ita inscribitur: Deus in cœlo & Chuithuth Cham in terra, dei fortitudo & omnium hominum

Autoritas regis.



minum Imperator. Quinque maximos & robuſtiſſimos exercitus habet, quinque duces, per quos omnes qui obſtãt, expugnat: aliarum gentium legatis ipſe nõ loquitur, nec etiam in conſpectum admittit, niſi tam ipſi quàm munera à mulieribus quibuſdam ad hoc deputatis prius purgati fuerint. Per medias perſonas reſpondet, quibus, quando & quandiu loquitur, flexis genibus auſcultare debent, & ita attendere, ut ne à uerbo quidẽ aberrẽt. Nemini em̃ licet Imperatoris uerba mutare, nemini latæ ab illo ſententiæ qualicũcq; modo cõtraire. Tales Tartarorũ genti mores anno abhinc ducẽteſimo tricẽſimo erãt. Tanais fluuius occidentalis eſt limes Tartariæ, & extenditur ad extremum orientem ad regnum Cathay, ubi Tartarorum ſummus moratur Imperator, quem magnum Cham appellant. Mathias tamẽ Mechouienſis, canonicus Cracouienſis ſcribit, Tartarorum Imperatorem ſedem habere in regionibus Scytharũ, ultra mare Hyrcanum. At Haitonus Armenus tradit Imperatorẽ eorum regiam habere in regno Cathay, in magna quadã urbe, quæ Ions appellatur. Cui conſentit Paulus Venetus qui anno Chriſti 1290. in aula magni Cham Cublai ſe uerſatum ſcribit. Sed ſciendum hic, familiam Imperatorum Tartarorum plurimum auctam, imperiumq; eorum ſucceſſiue extentum ab occidente in orientem & in multa regna ſectum, quæ omnia cœpta ſunt appellari imperia, nempe imperium Cathaycum, imperium Zauolhenſium, imperium Precopenſium &c.

Magnus Cham.

Genealogia Imperatorum Tartarorum.



PRimus Tartarorum Imperator dictus eſt Cingkis, homo humilis ſortis, qui creuit in uirum magnũ & fortem, fuitq; primus propagator & ſator Imperatorum Zauolhenſium. Huius filius fuit Iocucham, qui genuit Zaincham tertium Imperatorem qui ab alijs Bathi appellatur, & deuaſtauit Ruſſiam, Poloniam, Schleſiam, Moraui am & Vngariã. Hic fuit gentilis primum, tandem ſectam Mahumeti perſuaſus cum Tartaris ſuſcepit, quam & in hanc diem tenent & ſequuntur. Quartus ex Bathi genitus fuit Temir Cutlu, qui eſt Tamerlanes, in hiſtorijs ob ſummam tyrannidem notus, qui totam Aſiam uaſtauit, & uſque ad Aegyptum pertranſijt. Hic Imperatorẽ Turcarum Baiazeth uicit & captiuum catenis aureis alligauit, ſecumq; pro ſpectaculo circumduxit. Paulus Venetus hoc ordine recenſet nomina Imperatorum, qui rerum potiti ſunt in Cathay: Primus Cinchis, ſecundus Cui, tertius Barchim, quartus Allau, quintus Mongu, ſextus Cublai, & ſub iſto dictus Paulus in aula eius egit. Haitonus uero his nominibus eos recenſet: primus Changius Can, ſecundus Hoccota Can, Tertius Gino Can, quartus Mango Can, quintus Cobila Can, qui ciuitatem Ions in Cathay extruxit. Sextus Tamor Can, qui tempore Haitoni anno Chriſti milleſimo treceſimo octauo imperauit in Cathay. Ex iſtis Hoccota Can habuit multos liberos, quorum ſenior Gino Can ſucceſſit patri in imperio Cathay, Iochi uero frater eius uenit ad partes occiduas & occupauit Perſiam, Turqueſtan, Scythiam & alias quaſdam regiones: & Baydo alius frater ſubiugauit regiones ſeptentrionales, profectusq; in Europam peruenit uſque ad Vngariam, genuitq; Tamerlanem, qui tam grauiter afflixit regiones Aſiæ occidentales

Tamerlanes.



cidentales & quasdam Europæ. Cum autẽ Gino Can iuuenis moreretur in oriente, instituereturq; propinquus eius Mango nomine Can seu Imperator, et is aggrederetur insulam quandam orientalem, cuius habitatores ei rebelles fuerãt, submiserunt se insulani clã in aquam & perforãtes nauem quam Can cõscenderat, submerserunt nauẽ cũ omnibus qui erant in naui. Tunc factus est Can frater eius Cobila, quem Marcus Paulus Cublai uocat, qui & Christo domino nomẽ dedit: at posteri eius relicta Christi fide, inaugurati sunt Mahumeti deslyramentis. Ex his itaq; liquet, quomodo Tartarorum ditio in multa regna ob magnitudinem acquisitæ terræ & inhabitantis populi fuit diuisa. Et in hunc modum scribit Paulus Venetus in initio sui libri, cum instituisset proficisci in orientem ad magnum Can, uenisseq; Constantinopolim ac inde per mare Euxinum ad Armeniam, ab Armenia autem ultra progredi uoluisset, incidisseq; in uitę discrimen ob duos Tartaricos Imperatores Barka & Allau, qui mutuis prælijs sese lacescebant, coactus fuit pedẽ retro mouere, & iter uersus Persiam arripere, ubi & aliquandiu hærere compulsus fuit, &c.

INDIA EXTRA GANgem, quæ Europeis propinquior est.



PRior India & quæ nobis uicinior est, includitur duobus magnis fluuijs, Indo à quo Indiæ nomen, & Gange, à septentrione uero separatur à Scythia & alijs septẽtrionalibus regionibus per insignem montem Taurum, qui in Pamphilia exurgens extenditur in orientem quousq; tandem pertingat ad Indiam. Resilit tamen ad septentriones, flexuq; immensum quærit iter, uelut de industria, rerum natura subinde equora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caspium, contraq; Mæoticum lacum. Torquetur itaq; collisus inter hæc claustra, & tamen uictor flexuosus euadit usq; ad cognata Riphæorum montium iuga, numerosis nominibus & nouis quacunq; incedit insignis: dictus Imaus, Emodus, Paropamisus atq; alijs & alijs nominibus, pro gentium & linguarum uarietate. Vbi uero in excelsissimam surgit sublimitatem dicitur Caucasus, quanquam sint qui Taurum à Caucaso diuidant. Effundit idem mons in India Gangem fluuium, ac alio in loco Indum fluuium, ubi tam altus esse perhibetur, ut perpetuo niue candeat. Hoc autem altitudinis culmen perpetuo tenore conseruat, nisi quod Eufrati & Tigridi, qui in Armenia oriuntur, uix trãsitum per conualles concedit. Indus decem & nouem dicitur recipere amnes clarissimos, priusquam mare ingreditur, inter quos numerantur Cophes, Acesines, Hydaspis, &c.

Taurus mons.

Caucasus.

Indus fluuius.

Gãges fluuius.

Maximam uero latitudinem habet secundum eos qui moderatius de eo loquuntur, quinquaginta stadiorum & profunditatem quindecim passuum. Ganges quoq; suscipit 19. nauigabiles amnes & habet in multis locis latitudinem immensam, ut magis putetur lacus esse quam currens fluuius. Quidam putant in aliquibus locis latitudinem eius implere cẽtum stadia. Altitudo uero ubi uadosissimus est, mensuram centum pedum implet. Alij de

de Gangis magnitudine sic scribunt. Vbi in summa est angustia post susceptos omnes amnes, habet latitudinem octo milliũ passuum, & ubi uadosissimus est, est profundus uiginti passuum. Nutrire etiam dicitur, sicut Nilus, crocodilos, item delphinos & alia monstra.

Mensura stadii.

STadium latine locus est in quo equi & homines exercentur ad cursum, siue ubi athletæ certant. Habet autem stadium passus centum & uiginti quinque, hoc est, pedes 625. ut Plinius tradit. Sicq; octo stadia faciunt mille passus, qui faciũt unum milliare Italicum. Germani uero pro suis milliaribus communibus quadruplicant milliare Italicum, faciuntq; ex triginta duobus stadijs unum milliare. In Heluetia uero nõ raro usurpãt quadraginta aut quinquaginta stadia pro uno miliari, nulla certa ratione itinerum distantias metientes.

Stratagema Semiramidis.

IVxta Indum fluuium Semiramis regina Assyriæ, magnam passa est cladem, quũ Staurobatem regem Indiæ regno pellere & dominium eius usurpare conaretur. Adductis enim infinitis copijs equitum & peditum atq; terriculamentis factitiorum elephantorum, regem Indiæ prouocauit ad pugnam. At ille interritus corroborauit milites suos ut intrepidi pugnarent contra mulierem, quæ aliquando scortum fuisset pastorum antequam facta esset regina, & quæ rege excluso regnũ usurpasset, sexum fœmineum negasset, sec̃q; filium regis simulasset atq; sub uirili specie luxuriam cum adolescentibus exercuisset; eosdemq; illico interfecisset, ne innotesceret illius insania. Habes historiam suprà sub titulo Babyloniæ.

India qualis & quanta regio.

INdia orietalis regio tam uasta perhibetur, ut eam tertiam omnium terrarum partem tradant. Pomponius tantum littoris occupare scribit quantum per quadraginta dies noctesq; uelificantibus cursus est. Habet gentes multas, & oppidis adeo est exculta, ut quidam in ea quinq; millia fuisse dicant, nec mirum sit uel de hominum uel de urbium copia, quum soli Indi à suo natali solo nunquam recesserint. Terra Fauonij spiritu saluberrima, in anno bis metit fruges, uice hyemis etesias patitur uentos. Nardum fert australis ora, fert & cinnamomum, piper & calamum aromaticum, ut Arabia & Aethiopia. Ebenũ arborem sola producit. Psittacum auem & monoceron bestiam habet. Abundat berillis, Chrysoprasis, adamantibus, carbunculis, margaritis multis & gemmis. Binæ illic æstates, lenis aura, temperatum cœlum, ubertas soli, aquarum abundantia. Cẽtum ob id & triginta annorum æuum quidam agunt, præsertim Musitani. Seribus uita aliquanto longior. Maxima in ea regione gignuntur animalia. Arbores etiam tantæ proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Hæc facit ubertas soli, temperies cœli, aquarum abundantia. Arundines tantæ proceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdũ homines ferãt. Fert quoq; Indorũ terra ut diximus piper, cinnamomũ & alia aromata, solaq; producit Ebenum arborem, estq; lignum nigrũ, solidum, pulchrum, & aptum ocularibus medicinis. Hæc arbor cæsa durescit in lapidem. Piper uero crescit in Caucaso monte, maxime eo loco, ubi mons flectitur in meridiem. Tradunt quidam ipsum eo modo crescere sicut in terris nostris iuniperi solent crescere. Foditur etiam in India aurum & argentum sed nullum ferrum. Scribit Plinius omnia maiora nasci in Indorum regione quam in alijs terris, homines animalia & arbores.

Quinque millia ciuitatum.

Arbores altissimæ.

Ebenus.

Indorum mores.



EST Indis omnibus promissa cæsaries, cultus præcipuus cum gemmis, habitus discrepantissimus: alij laneis, alij lineis peplis uestiũtur, pars nudi, pars obscœna tantum amiculati, plurimi etiam flexibilibus libris circumdati. Niger uulgo corporis color, in materno utero tales fiunt seminis dispositione, quales ipsi sunt qui genuere. Genitale semen ut Aethiopibus nigrum. Statura procera ac ualida. In uictu frugales sunt, & à furtis magnopere abstinent. Literas non norũt, sed omnia memoriter administrãt, & propter simplicitatem ac uitæ parsimoniã omnia eis prospere succedunt. Vinum non nisi in sacrificijs bibunt, potum ex oriza conficiunt & hordeo. Cibus magna ex parte oriza sorbilis est. In cultu corporis nimijs: nam & aurum gestant & lapillis ornantur, & sindonẽ candidissimam induunt, umbellasq; secum portant. Nam pulchritudinem excolentes omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent. Aetati senum prærogatiuam nullam tribuunt, nisi prudentia excellant. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis, & nisi castas esse cogant, fornicari licet. Qui falsus testis deprehenditur, extremis decurtatur digitorum articulis. Qui membro aliquo quenpiam orbauerit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Quod si quis artifici manum oculumúe ademerit, capitale est. Regi interdiu dormire uon licet. Si qua mulier regem ebrium occiderit, munus habet ut cum illius successore iungantur.


Senes prudentes honorãtur.

Septem ordines Indorum.

Philosophi in primo gradu.

VNiuersa gens Indorum olim in septem ordines diuisa fuit, quorum primus philosophorum erat, qui cęteris numero pauciores, honore & dignitate apud reges longe anteibant. Hi ab omni opere immunes, neq; seruiunt cuiquam neque imperant, recipiuntq; à priuatis ea quibus sacra dijs faciant & curam habeãt defunctorum tanquã chari dijs, & quæ fiunt apud inferos præcipue norint: propterea dona plurima honoresq; eis impenduntur. Multum enim prosunt Indorum uitæ. Nam anni principio unà conuenientes, siccitates, pluuias, uentos, morbos, prædicunt, cæteraq; quorum cognitio possit esse utilis. Qui autem philosophus falsa prædixerit, nullam præterquã quod perpetuo silet pœnam subit. Secundus ordo est agricolarũ, qui multitudine superantes cæteros, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colẽdis tempus imparti unt. Nullus hostis eos lacessit neq; spoliat, existimans illos in communi utilitate uersari, ideo ab omni iniuria abstinet. Itaque soluti metu agricolæ terramq; libere colentes, rerũ afferũt ubertatẽ. Viuũt aũt in cãpis cũ uxore & liberis, neq; in urbes cõmeant, dant regi tributũ, nulli priuato licet agros possidere absq; tributo. Quintã aũt fructuum partẽ regibus impendũt. Tertium ordinẽ cõficiunt omnis generis pastores, qui neq; in ciuitatibus neq; in uillis morant. Vtuntur tabernaculis, uenatu ac rebus, tutas à feris auibusq; regiones reddunt. Quartũ locũ artifices tenent, quorũ pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs utilib. rebus fabricandis uacãt. Hi non solũ immunes à tributo sunt, sed frumentũ insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites sed numero secũdi, belli disciplina exercent: omnis ea multitudo armis dedita, tum equi elephantiq; bello apti ex regia uictum habent. Sextus est ordo

Agricolæ in secundo gradu.



Pastores.

Artifices.

Milites.

Præfecti.

Ephororum

Ephororum ſiue ſuperintendentium, qui quæcunq; in India fiebant inſpicientes regi referebant. Septimo loco exiſtunt qui publicis conſilijs præſunt, numero pauciſſimi, nobilitate prudentiaq; maxime inſignes. Ex his enim ad regum conſilia, tum ad rempublicam gerendam, tum ad res dubias iudicandas aſciſcuntur: duces inſuper ex his deliguntur ac principes. Has in partes Indiæ politia diſtributa, haud quaquam licet unius ordinis uirum, alterius uxorem ducere, neq; exercitium mutare. Neq; enim fas eſt militem agrum colere, aut philoſophari artificem. Sed quia Indorum gentes multæ ſunt, forma & lingua propter latiſſimum regionis tractum diuerſæ, non iiſdem morſibus omnes utuntur. Qui enim auoram ſpectant, alij rei pecuariæ dediti ſunt, alij in paluſtribus fluminibus habitantes, crudis ueſcuntur piſcibus, alij crudis carnibus. Et quoties ciuium illorum aliquis aliquáue ægrotat, hunc familiares occidunt, dicentes illum morbo tabeſcentem, carnes ipſas corruptu rum. Et licet ille neget ſe ægrotare, iſti nihilominus necant eum, epulanturq;. Sic qui inco lumis ad ſenium peruenit, eo itidem mactato paſcuntur. Ideoq; non multi eorum ad ſenectutem perueniunt. Eſt aliorum Indorum hæc diuerſa conſuetudo, ut nullum animans interimant, nihil ſerant, nec domos parandas exiſtiment, herba tantum uictitent. Quorum quiſq; cũ in morbũ incidit, is in locum deſertum pergit, ibiq; decumbit, eius uel decumbentis uel defuncti curam gerente nemine. Horũ congreſſus in propatulo eſt ſicut pecorum.

Conſiliarij.

Anthropophagi.

Bragmanni.

BRagmana gẽs pura & ſimplici uita uiuit, nullis rerũ illecebris capitur. Nihil appetit amplius quam ratio naturæ flagitat. Facilis huic alimonia, nõ quam luxuriæ ſagacitas per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata producit. Menſas epulis onerat innocuis. Hinc eſt quod genera morborum nec nomina numerat diuerſa, ſed diuturna ſalute perfruitur. Opem non præcatur alter ab altero, ubi uiuitur communiter. Inter pares locus non præbetur inuidiæ, ubi nullus ſuperior eſt. Omnes diuites facit paupertatis qualitas. Iudicia non habet, quia corrigenda non facit. Vna genti lex eſt, contra ius naturæ non ire, quæ laborem nutrit, auariciam non exercet, ocium turpe deuitat. Libidini membra ad debilitandum non tradit, omnia poſſidet quæcunq; nõ cupit. Hæc gens ſole caleſcit, rore humectatur, ſitim riuo frangit, thorũ miniſtrat humus. Somnum ſollicitudo non rumpit, mentem cogitatio nõ fatigat. In homines ſibi ſimiles ſuperbia non agit imperium, nec quẽquam uel minima ſeruituте exigit, præter corpus quod ſolum animo famulari debere cenſet. In extruendis domibus igne ſaxa non ſoluit, nec admixtione pulueris cæmenta duriora conficit, quin potius in defoſſis telluris ſpeluncis aut concauis montium latebris habitat, nullos ibi uentorum fremitus, nullius turbinis tempeſtatem formidat. Tutius ſe ab imbre defendere ſpelũcam arbitratur quàm tegulam, cuius geminus eſt uſus, dum uiuat manſionis, ſepulturæ quando moriatur. Nullus ibi præcioſus amictus, ſed membra papyri tegimine uel quod uerius pudore uelantur. Fœminæ non ornantur ut placeant, nec ſciunt in augenda pulchritudine plus affectare quàm nactæ ſunt. Ad concubitum non admonet libido ſed ſobolis amor. Bella non gerit, ſed pacem moribus non uiribus confirmat. Nemo parens filij comitatur exequias, nulla extruit inſtar templorum ſepulchra defunctis, nec in gemmatis urnis funera combuſta recondit. Peſtilentiã aut alios corporis morbos Bragmanni non patiuntur, quod fœdis actibus cœlum non temerant, ſed ſemper apud eos tenet natura cum temporibus concordiam, & uices ſuas elementa inoffenſa cuſtodiunt. Medicinæ remedium parſimonia eſt, quæ non ſolum illoſ poteſt curare dolores, ſed etiam procurare ne ueniant. Nulla ludicra ſpectacula affectant, ſed theatrum ſpectare cum uolunt, geſtorum monimenta relegunt, quæ cum ſint maxime ridenda deflent. Non in fabulis anilibus delectantur, ſed in pulcherrima mundialis machinæ & rerum naturalium diſpoſitione. Artem bene loquendi non diſcunt, ſed ſimplex eſt apud illos eloquentia communiſq; omnibus, ſolum præcipiens non mentiri: forum, ſcholaſq; minime frequentant, quorum doctrina diſcors, ſtabile nihil certumq; definit.

Legem naturæ Bragmanni ſeruant.

Habitant in ſpeluncis.

Veſtitus.

Parſimonia remedium.

De

De terris Asiæ maioris
De animalibus quæ gignit India,
& primum de elephanto.



Quomodo elephanti capiuntur.

INter multa & uaria animalia quæ gignit & nutrit India, Elephanti tam frequentes sunt in ea, ut illis agri colantur atq; necessaria quæq; ex rure domũ uehantur. Sunt primum indomiti & feri, sed facile cicurantur, idq; in hunc modum. Locum aliquem patgatum quatuor aut quinq; stadiorum profunda fossa circumdant, tum ingressum ponte angustissimo iungunt, deinde tres quatuorue elephantes fœminas ex mansuetis immittunt, ipsi in tugurijs occulti insidiantur. Per diem syluestres non accedũt, nocte autem singillatim introeunt, quibus ingressis uenatores clam aditum occludunt. Postea nonnullos ex domesticis certatoribus fortissimos inducentes cum illis pugnãt, simul etiam fame eos macerant. Cum uero iam defessi fuerint, aurigarum audacissimi clam descendentes, quisque sui elephantis uterum subeunt, atque hinc subito syluestrium uterum subeuntes, compedes illis injiciunt, quo facto domesticos exhortantur ut uinctos uerberẽt, quousq; in terram cadant. Postquam ceciderint, bouillis loris eorum colla cum domesticis alligant, & ne ascensores excutere possint, colla circumcidentes in cæsuris uincula imponunt, ut præ dolore uinculis cedant, & quietem agant. Ex captis seliguntur quicunque uel senio uel iuuenta inutiles sunt, reliqui in stabula ducuntur, & pedibus inuicem uinctis & collo ad columnam bene compactam, fame domant, deinde herba uel arundine uiridi reficiunt: deinde obtemperare docent, alij oratione, alij cantu aliquo, uel tympani sonitu deliniti.

Quomodo domentur.

Rari sunt qui non facile manseuescant. Sunt enim à natura mites, ut ad rationale animal proxime accedant. Est elephas inter animalia maximum, proximumq; humanis sensibus. Est illis intellectus ut scribit Plinius, patrij sermonis, in primis obedientia & officiorũ quæ didicerunt memoria, amoris & gloriæ uoluptas. Quidam aurigas suos qui in certamine ceciderint, ex prælio eximunt. Quidã anterioribus pedibus utero subiectos seruauerunt. Quod si quem ex magistris curatoribusue per iram interfecerint, adeo illum desiderant, ut præ mœrore à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obdurent. In alijs uero locis aliter capiuntur. Nã in loco ubi solent frequentius incedere atq; cottidianã habere conuersationem seu mansionẽ, paratur fouea: in quã cũ tam ponderosum animal inciderit, accurrit qui latuit uenator, pungit & uerberat feram, tum alius accurrens uenator, prio

ilus capiendi modus.

rem

rem uenatorem percutit perinde quasi opem laturus captæ beſtiæ, ſimulatq; magnum furorem contra percuſſorem, abigit eum & offert beſtiæ hordeum quo maxime delectatur. Quod cum ter aut quater fecerit, agnoſcit eum beſtia ceu benefactorem & liberatorem, manſueſcitq; erga eum. Conſueuit hoc animal quum à paſcuis plenum redit, dormitum proficiſci, plurimum natura à reliquis quadrupedibus diuerſa. Non enim genu corpus flecti poteſt ad terram, ſed arbori hærens dormit. Arborem elephãtis adhæſione tum attritam tum ſorde plenam, aduertentes incolæ, iuxta humum ſecant, ut tamen non niſi impulſa cadat. De inde ſui acceſſus ueſtigia ad ea loca delent, ſubito abeuntes, priuſquam beſtia ad ſomnum redeat. Elephas ergo ueſperi ad notũ cubile profectus, omnique mole ſecta hærens arbori, ſtatim unà cum ea ad terram proſternitur. Reſupinus tota nocte iacet, quum ſe erigere nequeat. Incolæ die ad locũ accedentes, abſq; periculo beſtiam occidunt.




Elephas ad arborẽ dormit.

Elephanti pudore nunquam niſi in abdito coeũt, mas quinquennis et fœmina decennis. Pariunt ut equi, plurimum uere. Edunt partum maiore ex parte, ut Strabo tradit, poſt octauum menſem q; conceperint, nonnunquam poſt decimum ſextũ. Senis menſibus à matre nutriuntur. Vnicum ueluti equi parturiunt. Habent mammas in pectore, inter anteriores pedes. Viuunt quantum longæui homines. Quidam etiam ad ducenteſimum perueniunt annum. Gaudent amnibus maxime & circa fluuios uagantur, cum alioquin nare propter magnitudinẽ corporis non poſſint. Frigoris ſunt impatientes. Duo prominentes dentes in grandioribus beſtijs tam magni fiunt, ut loco poſtium & ſuſtentaculorum ſepium in India uſurpentur. Vnde Plinius: Magnitudo dentium in extremis Africæ poſtium uicem in domicilijs præbent, ſepesq; in his & pecorum ſtabulis palos elephantorum dentibus fieri, Polybius tradit. Excedunt enim quidam nouem pedum longitudinem. Anno Chriſti 1546. aduecti ſunt huc Baſileam inter reliqua mercimonia, plurimi dentes elephantini, inter quos quidam nouem habebant pedes in longitudine, & in craſſitie penè tres palmares menſuras, pondus autem maiorum tantum erat, ut pro totis uiribus meis uix unum potuerim paululum leuare à terra. Vnus præ cæteris maior ponderatus in trutina, habebat 135. libras Baſilienſes, quem ego robore meo leuare non potui à terra. Quidam ſcribunt hos dentes elephantis eſſe loco cornuum, & quemadmodum ceruis per ſingulos annos eluxantur cornua excidunt q; & alia in eorum locum repullulant, ſic elephanti amittunt eburneos dentes, ſuccreſcunt q; alij in eorum locum. Verum de his infra plura ſcribemus.

Elephanti pariũt ut equi.

Dentes elephantorum.

De draconibus Indiæ & Aethiopiæ.




DRaco maximus eſt ſerpentum, habetq; dentes acutos & ſerratos: ſuim tamẽ maiorem habet in cauda quam dentibus, nec habet tãtum de ueneno ſicut alij ſerpentes. Si quem cauda ligauerit, occidit, nec elephas tutus eſt corporis ſui magnitudine. Nam circa ſemitas deliteſcens per quas elephanti gradiuntur, crura cauda ſua alligat & innodat, ſuffocatosq; perimit. Gignitur in India & Aethiopia. Vnde Plinius. Generat Aethiopia dracones Indicis pares, uicenum cubitorum. Solent autẽ quatuordecim aut quindecim mutuo ſe cõplecti & erectis capitib. uelificare per mare & flumina ad pabula

Dracones uicenũ cubitorum.

pabula meliora. Habet draco solum uenenum in lingua & felle, unde æthiopes amputata lingua comedunt carnes draconis. Dicit etiam Plinius, quod ui ueneni semper erigitur eius lingua, & quandoq; ex calore ueneni inflammat aerem, ita ut uideatur spirare ex se ignem. Aliquando etiam dum sibilat emittit flatum contagiosum & inficitur aer, & morbus pestilens sæpe inde generatur. In mari & fluminibus quandoq; habitat, in speluncis & antris latitat, raro dormit, semper ferè uigilat, aues & bestias deuorat: acutum habet uisum, ut in montibus uidere possit à remotis prædam suam. Inter elephantes & dracones perpetua est dimicatio. Nam draco cauda constringit elephantem, elephas uero pede & proboscide prosternit draconem. Draco nexu caudæ innodat pedes elephantis atq; cadere eum facit. Elephas uidens draconem super arborem, nititur eam frangere, ut percutiat draconem: draco autem insilit in elephantẽ cupiens eum mordere inter nares atq; excæcare eũ. Aliquando uero insilit super eum à tergo, mordens eum & sugens sanguinem eius: quo fit, ut post longum conflictum elephas subtractione sanguinis debilitatus cadat super draconem, & moriens interficiat occisorem suum. Causa quare draco ita appetit sanguinem elephãti, est frigiditas sanguinis eius, quo draco appetit infrigidari. Sunt autem dracones quidam tanti, ut totum capiant sanguinem. Repugnat elephas contra impetentem draconem magna sollicitudine, conaturq; hostem pedibus conculcare, aut proboscide nexum resoluere & draconem leuatum sternere in terram. Habet enim tantum robur in ipsa proboscide, ut etiam arborem radicitus euellere queat, præsertim quando uidet hostem in arbore sedentem & sibi insidiantem. Habet præterea India multos horrẽdos & longos

Pugna elephãti & draconis.

Robur proboscidis.



serpentes & aspides, item alatos scorpiones, sed non sunt homini tam infesti sicut quidam parui & semicubitales serpentes, qui passim in tugurijs, in uasis & in sepibus inueniuntur atq; hominem letaliter uulnerant. In alijs locis sunt serpentes bicubitales alati in modum uespertilionum, qui noctu solent circumuolare, & urinæ stillas effundere, & quem tetigerint eum reddunt scabiosum & tabidum.

De Grypibus Indianis.




Gryphes aurum fodiunt.

GRypem in India quadrupedem esse aligerũ tradunt, uiribus potentem leonis modo, recuruis unguibus, dorso nigrum, priori parte purpureũ, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis captu haud facilem nisi sit adhuc pullus: præterea nidificare in altis montibus, ac cuiuis animalium in pugna congredi præterquam leoni & elephanto. Aurum insuper fodere apud Bactrios populos Indis uicinos, in desertis locis ferunt, propeq; accedentes arcere, ex eoq; nidos nectere: ad quod surripiendum sæpe uenit mille aut duum millium hominum exercitus, magno cum periculo, tum etiam quæstu. Tertio dein de aut quarto redeũt anno, idem agentes. Hæc Aelianus.

Bucephalus

Bucephalus.



TRadunt ſcriptores Alexandrum magnũ duas in India condidiſſe ciuitates, eaſq; collocaſſe ad Hydaſpim fluuium, ad utranq; eius ripam. Vnam appellauit Nicæam ob uictoriam in eo loco contra Indos obtentam, & alteram Bucephaliam, ex nomine Bucephali equi ſui in eo loco ſepulti. Fuit autem equus ille ſic dictus à latitudine frontis, uel ab aſpectu toruo, uel ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Fuit ille equus emptus ſedecim talentis, nec aliũ quempiã q̃ Alexandrũ regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alios paſſim reiiciens. Rex huic equo in bello defuncto, duxit exequias, urbẽ tumulo circumdedit nomine eius. Mira cõmemorant̃ de iſto equo generoſiſſimo. Nã cũ Alexander 12. eſſet annorũ, patri comes fiebat in exercitu, cupiebatq; uidere arma. Eodẽ tẽpore Philippus pater eius miſit Delphos, cõſulens de ſucceſſore, reſponſumq; accepit. Is demum tuo imperio omniq; orbe potietur, quemcunq; Bucephalus ſeſſorem admittit. Erat Bucephalus, ut diximus, equus forma ſpectabilis, & quem indomitum Philippus diu ſub clauſtris preferratis aſſeruari iuſſerat, ubi tam ferus fuit ut nemo auſus fuerit eũ tãgere. Vnde factũ eſt, ut Philippus eũ abijcere mãdaret. Alexãder uero cũ forte adeſſet, ut refert Plutarchꝰ, obloquit̃, & imperitiã mollitiẽq; mangonũ criminat̃, affirmãs ſe cõmodius quam cæteros eũ pertractaturũ. Ait Philippus. Si id nõ feceris, quã pro hac inſolẽtia pœnã lues? Reſpõdit ille. Ego equi præcium ſoluam. Sublatoq; riſu, Alexãder feſtinabũdꝰ correptũ habẽs equũ cõtra ſolẽ cõuerſum ſtatuit. Animaduerterat em̃ eũ ad umbrã cõturbari.

Quare dictus bucephalus.



Deinde

Alexander domat equum.

Deinde ipso molliter circumducto, blande iuba attrectata, reiecta sensim chlamyde, equum securus ascendit, laxat habenas, urget calcibus, fit ingens clamor, pater uero præ gaudio illachrymasse traditur, descendentisq; caput exosculatus, dixisse: aliud tibi iam par regnum quære, non enim te iam Macedonia capiet. Diodorus uero Siculus de hoc equo sic scribit. Bucephalum donauerat regi Corinthius Demarathus, eoq; Alexander in omnibus Asiæ prelijs usus est. Is quum esset nudus, sibi etiam equisonem insidere patiebatur. At quum ephippijs & regijs ornamẽtis instructus esset, sessorem alium nullum quàm Alexandrum accipiebat, cui & ultro adstabat, corpusq; inscendenti reclinabat. Ob huiusmodi dotes equum sibi uice quadam ab hostibus sublatum, ægerrime ferens Alexander, iussit eum restitui, nisiq; id fieret, cõminatus est se eorum agros & urbes uastaturum & homines ad internetionem occisurum. Hac comminatione barbari perterriti, equum cũ magnis muneribus remiserunt. Paulo post equus in bello Indiano iaculo perfossus, supra uires Alexandrum sessorem ex pugna eduxit liberauitq; ab omni periculo & cadens, subito mortuus est. Nostro quoq; seculo, aiunt quidam, multos generosos reperiri equos, qui pugnam præsagiunt & amissos lugent dominos. Et ut nonnihil hic obiter de eorum natura perstringam, sunt qui scribunt equum ante bimatum domari non oportere, fricandum seu palpandum cum uocis adulatione, stabulum lapide sternendum, tum lapidosa paulatim assuescendum ingredi uia, ut pedes robore confirmentur. Ab initio non asper sit agitator, non cursu fatiget, lente utrinq; uertendo experiatur, neq; tam calcaribus quàm uirga castiget. Debet esse equus unius coloris, iuba densa ac ea exultans, forti lumbo, breui capite, erecta ceruice, auribus proportione capitis paruis, pectore lato, uentre modico, lũbis pressis, cauda ampla & subcrispa, cruribus rectis, æqualibus genibus, ungulis firmis, crassis, nec magnis, aut humilibus ne atterantur. Sint tibiæ pingues ossibus non carne, coxæ anteriores sub humeris pingues, pectora latiora, crura inter se non coniuncta: à pectore ceruix non more apri prona, neq; galli modo recta. Colli protensio, lassitudinis debilitatisq; signum est. Annorum notæ in equo cum corpore mutãtur. Dũ bimus & sex mẽsium est, medij dentes superiores & inferiores cadũt. Cum quartũ agit his qui canini appellantur deiectis, alios adfert: intra sextum deinde annũ molares superiores decidunt. Sexto anno quos primos mutauerit exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, ex eo cauatos gerit, nec postea quot annorum sit, manifesto comprehẽdi potest. Decimo anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnũquam canescere & dentes prominere. Fœminæ quinquennio finẽ crescendi capiũt, mares anno addito. Item si lata linea diuidat clunes ad caudam, uestigium posteriorũ pedum longe anteponet prioribus. Teniculi quoque magni probantur. Docet Xenophon obseruandas cautiones in equo emendo, ut scilicet quis norit ætatem, si frenum recipiat, si sessorem excipiat, si exceptum excutiat, si dimissus aufugit aut celeriter recipitur, si uerbere ictus fit obtemperans aut excitatior.

Bucephalus iaculo perfoditur.

Lineamenta generosi equi.




Quomodo Alexander magnus ex Macedonia profectus fuerit in Indiam uirtute magna, & quæ sibi passim in uia occurrerint.

TRadunt historici de Alexandri in Indiam profectione multa mirãda, sed quibus absurda quædam mendaciaq; non pauca accessisse uidẽtur. Igitur quũ ante Christum natum recentis circiter annis Alexander Caspias portas cum uniuerso exercitu attigisset, ibiq; per fertilissimas regiones duceretur, uenit tandem in aspe-
ram quandam & solitariam terram, in qua magnam passus fuit iacturam, & in uaria incidit pericula. Voluit enim compendiosa & tuta eligere itinera ut assequeretur Porum Indiæ regem ex prælio fugientem. Vnde acceptis centum quinquaginta ducibus, qui breuitates

tates itinerum nouerant, per ardentes harenas & egentia humoris loca est profectus, pollicitus premia his qui periti regionum eum ducerent per ignota Indiæ loca ad Bactrianã, & ad penitus abditos Seres. At duces maiorem incolis quam Alexandro fauorem accommodantes, hoc unum curabant, ut Alexandri exercitum in exitialia serpentum loca & rabida ferarum genera inducerent, sitiq; in arida solitudine enecarent. Apparuit tamẽ in desertis locis flumen, cuius ripas sexagenorum pedum harundo uestiebat, pinorum, abietũ qúe robora uincens grossitudine, qua Indi materia ad conficienda ædificia utebantur. Postis ergo ibi castris, ut sitim leuarent, amariorem hellebero inuenerunt aquam fluminis, quam neq; homo neq; iumentum bibere poterat. Conturbatus uero rex propter animalia quæ secum habebat, elephantos, equos trahentes quadrigas falcatas, bigas, & propter pedites & equites quorum magnus fuit numerus, item propter mulos castrenses, qui portabãt arma & sarcinas militum atq; frumentum, ac deinde ob iumenta quorum magnus erat numerus & quæ pro tanto exercitu alendo mactabãtur, hi in quã omnes in graui illa siti uix se cõtinere poterant. Milites nunc ferramenta lambendo, nũc oleum gustando, diram sic aliquo modo differre sitim conabantur. Plericq; etiam abiecto pudore suam urinam hauriebãt, ultima uexati necessitate. Auxit fatigationem, quod in tanta siti & in peregrina regione cogebantur incedere armati, præsertim quum per serpentina loca illis esset faciendum iter, ne imprudentes circumuenirentur & inopinato periculo uerberarentur. Ripam igitur fluminis sequentes ad oppidum peruenerunt, quod in medio amne in insula ex harundinibus erat constructum. Ibi uiderunt paucos Indos & seminudos, qui uiso exercitu, intra tectorum suorum culmina delituerunt. Alexander desiderans eorum præsentiam, ut dulcem ignaris demonstrarent aquam, paucas misit in locum illum sagittas, imperans ut si sua sponte nollent procedere, metu bellico coacti sese exhiberent. Sed nemine apparente, rex ducentos milites ex Macedonibus leuibus armis misit per amnem. Iamq; quartam partem fluminis enatauerant, cum horrida res subito conspecta est. Nã hippopotami (qui sunt equifluuiales, animalia scilicet in Nilo & Gange potissimũ uersantia, binis ungulis, quales sunt bobus, dorso equi & iuba atq; hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis) inter profundos aquarum gurgites emersi apparuerunt, raptosq; in uertice uidente exercitu absorpserũt. Iratus rex in duces, qui exercitum in insidias deduxerant, iussit centum & quinquaginta in flumen mitti: quos propulsos hippopotami iusta affecerunt pœna. Soluentes ergo illinc inuenerunt homines per mediũ amnem, factis ex arundine nauiculis, prę teruehi. Quos cum dulcis aquæ percunctarentur locum, dixerunt ingens stagnum dulcis aquæ ipsos inuenturos, quo & certi duces eos erant deducturi, sed iniquo animo. Ambulauerunt ergo tota nocte, siti & armorũ onere confecti. Quibus necessitatibus illa quoq; adijciebantur incommoda, quod tota nocte incursantibus leonibus, ursis & tigridibus, pardis ac lyncibus cogebãtur resistere: quæ genera ferarum promiscua eis in syluis occurrebant. Tandem uero cum iam ferè siti defecissent, ad stagnum peruenerunt, quod erat uetusta abundantiq; syluа coronatũ, mille passus patens. Ibi ergo sese reficientes, collocauerunt castra, exciderunt nemus, ut facilior aquatoribus esset accessus ad stagnum, quod unicum in illis regionibus erat. Igitur inter ipsa tentoria aggregabantur impedimenta, & elephanti in media castrorum parte collocabantur,





Duces itinerũ peruersi.

Exercitus grauem patitur sitim.

Hippopotamus.


Tigrides, pardi, &c.

bantur,ut aptius contineri possent,si quis noctu oriretur tumultus aut pauor aliquis nouus. Erant etiam mille & quinquaginta extrà ignes accensi,suppeditante sylua lignorum copiam,ne scilicet subito obruerentur ab habitatoribus illorum locorum.

Stagnum aquarum undiquaque petitur ab animalibus à longe uenientibus.


Ceraſtæ,ſerpentes,ſcorpiones

MVnitis castris Alexandri magni iuxta stagnum,militibusq; quieti nocturnæ deditis,ad primos radiantis lunæ ortus,subito arrectis caudarum aculeis, scorpiones consuetam petentes aquationem,ad castra innumeri confluxere. Hæc prodigia insecuta est immensa uis ceraſtarum,serpentumq; uarijs distinctorum coloribus. Nam quidam rubentibus squamis erant,quidam nigri & candidi coloris,quidam auri fulgore consimiles inspiciebantur. Sibilabat tota regio,nõ paruum Macedonibus inferens metum. Sed illi frontem castrorum dẽfauerant clypeis,& in manibus longas habebant hastas,quarum spiculis malas bestias configebant & ignibus plures necabãtur. Quę res eos prope duas horas sollicitos tenuit. Pota autem aqua minores abire cœperũt & serpentes maiores cum ingenti exercitus gaudio latebras petierũt. Tum ad horam noctis tertiam,Macedonibus aliquã sperãtibus requiẽ, binorum,ternorumq; capitum



Criſtati ſerpentes.


cristati serpentes aduenerunt columnarum grossitudine aliquanto proceriores, qui ad potandam aquam ex uicinis montium speluncis processerant,oribus,squamisq; suis humum atterentes. Quorum pectora cum trisulcis linguis fauces exercabant, scintillantibus uenenо oculis,quorum halitus quoq; pestifer erat. Cum his hora amplius una Macedones pugnauerunt,triginta seruis & uiginti militibus amissis. Post discessum serpentum,cancrorum



modicæ multitudinis,crocodilorum pellibus contexti ad castra uenerunt. Quę prodigia, duricia thoracis uel loricæ ferrum respuebant. Multi ignibus usti,multi se in stagnum receperunt. Cumq; castrenses putarent adesse finem inquietudinis,en superuenerunt albi leones,taurorum magnis comparandi corporibus: nec minus sera nocte apri ingentes,lynces,tigrides & horribiles pantheri miscebant prælia. illisq; fugatis uespertilionum genus columbinis corporibus æquale infestabat exercitũ. Vna prætetea noui generis bestia maior elephante comparuit,tribus armata in fronte cornibus,equo simile habens caput, atri

Odonta crudele animal.

coloris. Hanc Indi appellant Odonta. Hæc pota aqua intuens castra subito in milites impetum dedit,ne ignis quidem oppositi tardabatur ardoribus. Ad quam supprimendam triginta sex milites fuerunt occisi,atq; tres & quinquaginta falcati inutiles facti,uixq; tandẽ defixa uenabulis occubuit. Venerũt & mures Indici in castra uulturibus similes, quorum morsibus uulnerata quadrupedia statim expirabant. Hominibus autem idem morsus nõ usq; ad interitum nocebat. Exercitu igitur tantis malis per totam noctem afflicto, Alexander lo-



der locorum demonſtratores, qui eũ ſemper in inſidias deducebant peſſime meritos crurifragio puniri iuſſit, ut nocte uix ſpirantes à ſerpentibus conſumerentur, ſicut Macedones cõſumi uoluerunt. Manus quoq; eis cõfringi imperauit, ut meritis pro factis ſuis uterentur ſupplicijs. Caſtris inde concentu buccinarum repente amotis, peruenit rex in loca Bactrianorum auro diuitijſq; opulẽta. Inde expeditionem mouit in Porum regẽ Indiæ, qui ualde potens erat in terris & hominibus, & priuſquam illũ bello peteret, ſubegit multas ciuitates & terras. Noluit Indianus populus ſe illico externo regi ſubijcere, ſed totis uiribus illi reluctatus eſt, donec tandem per multum ſanguinem Macedonibus obedire coactus fuit.

Quas Indiæ ciuitates Alexander ſubiugarit, & quomodo Liberum ſeu Bachum & Herculem ſibi conciliauerit.

INgreſſo Alexandro Indiam, Porus rex miſit ei obuiam legatos cũ literis acerbis, ſed quæ Alexandrum miníme terruerunt. Et quum ad urbem Nyſan ueniſſet, oppidanis non repugnantibus, fiducia Liberi patris, à quo urbs condita erat, parci iuſſit. Tunc ad ſpectaculum ſacri montis duxit exercitum, qui & repente furere cœpit & inululatus Liberi cum ſtupore regis ſine mora diſcurrere. Alij ſcribũt quod Nyſanos obſidionis malis fatigatos compulerit ad deditionem. A Libero patre conditos ſe eſſe dicebant. Sita eſt urbs ſub radicibus montis quem Meron incolæ appellant. Rex ſitu montis cognito ex incolis, cũ toto exercitu præmiſſis commeatibus uerticem eius aſcendit. Multa hedera uitisq; toto gignit̃ monte. Multç perhennes aquæ manant. Pomorum quoq; uarij ſalubresq; ſucci ſunt, ſua ſponte fortuitorum ſeminum fruges humo nutriente. Lauri, baccæq; & multa in illis rupibus agreſtis eſt ſylua. Prouecti autem laſciuia, paſſim hederæ ac uitiũ folia decerpſerunt, redimitiq; fronde, toto nemore ſimiles bacchantibus uagabantur. Voces ergo tot millium præſidem nemoris eius Bacchum adorantium, iuga montis colles q; reſonabant. Rex fortuitam licentiam non auerſatus, large ad epulas omnibus præbitis per decem dies Libero patri operatum habuit exercitum. Paulo pòſt uenit rex ad ſaxum miræ magnitudinis & aſperitatis, in quod multi populi confugerant, & cognoſcit Herculem ab expugnatione eius terræmotu prohibitum. Captus itaq; cupidine, Herculis acta ſuperare, cum ſummo labore & periculo potitus ſaxo, eius loci gentes omnes in deditionem accepit. Diuiſis deinde copijs, pluribus ſimul locis arma oſtendit, gentesq; uarias perdomuit. Superato deinde Choaſpe amne Beiram obſedit, & paulo pòſt ad Mazagas uenit, quorum urbem non ſolum ſitu ſed etiam opere muniram, triginta octo millia peditum tuebantur. Alexander munimenta ciuitatis contemplãs amnem, rupes præaltas aditum ad urbem impedientes, cauernas, uoragines, foſſas, murũ ſaxeum, conſiliq; incertus, è muro ſagitta percutitur. Tum forte in ſuram incidit telum, cuius ſpiculo euulſo, admoueri equũ iuſſit, quo uectus, ne obligato quidem uulnere, haud



Liber pater.

Saxum arduum loco.

Mazagarum urbs.

Alexander uulneratur.

ſegnius deſtinata exequebatur: nec ſe ante recepit in caſtra quàm cuncta proſpexit, & quę fieri uellet edixit. Vnde quidam extra urbem tecta demoliebantur, ingentemq; uim materiæ faciendo aggeri detrahebant. Alij magnarum arborum ſtipites cumulis ac moles ſaxorum in cauernas deijciebant, ac demum turres erigebantur, quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem abſoluta ſunt. Deinde admotæ ſunt machinæ, è quibus ingens uis telorum in propugnatores effuſa eſt, ut obſeſſi crederent hæc deorum numine agi. Deſperata ergo urbis tutela, reginam cum magno nobilium fœminarum grege emiſerunt. Quæ genibus regis prouoluta, non ueniam modo, ſed etiam priſtinæ fortunæ impetrauit decus. Sed credidere quidam, plus formæ quàm miſerationi datum.

Vrbs expugnatur.

Alexander magnus petram ingentem expugnat.

Petrá Dorim.



Mons iuxta Indum.

EXpulſis paſſim per Alexãdrum incolis ex locis ſuis, illi armati petram Dorinim nomine occupauerũt, cuius & ſuprà ſuccinctam fecimus mentionem. Hanc ab Hercule fruſtra obſeſſam eſſe, terræq; motu coactum abſiſtere fama uulgauerat. Inopẽ conſilij Alexandrum, quia undiq; præceps & abrupta erat rupes, ſenior quidã peritus locorum cum duobus filijs adijt ſi præcium operi eſſet, aditum ſe mõſtraturum eſſe promittens. Octoginta talenta conſtituit daturum Alexander, & altero ex iuuenibus obſide retẽto, ipſum ad exequenda quæ obtulerat dimiſit. Petra non ut pleræq; modicis ac mollibus cliuis in ſublime faſtigiũ creſcit, ſed in metæ maximę modum erecta eſt, cuius ima ſpacioſiora ſunt, altiora in arctius coeunt, ſumma in acutũ cacumen exurgũt. Radices eius Indus amnis ſubit, præaltus utrinq; aſperis ripis. Ab altera parte uoragines eluuieſq; præruptæ ſunt, nec alia expugnãdi patebat uia, quàm ut replerentur. Ad manum ſylua erat, quam rex ita cædi iuſſit, ut nudi ſtipites iacerentur: quippe rami fronde ueſtiti impediſſent ferentes. Ipſe primus truncam arborẽ iecit, clamorq; exercitus index alacritatis ſecutus eſt, nullo detrectante munus quod rex occupaſſet. Intra ſeptimum diem cauernas expleuerant, cum rex ſagittarios & agrianos iubet per ardua niti: datoq; tubæ ſigno, rex promptæ audaciæ conuerſus ad corporis cuſtodes, ſequi ſe iubet, primusq; inuadit in rupem. Nec deinde quiſquam Macedonum ſubſtitit, relictiſq; ſtationibus ſua ſponte regem ſequebãtur.

Multi præcipites ruunt.

Multorum miſerabilis fuit caſus, quos ex prærupta rupe lapſos amnis præterfluens hauſit. Triſte ſpectaculum etiam non periclitantibus: cum uero alieno exitio quid ipſis timendũ foret, admonerentur. In metum miſericordia uerſa, non extinctos, ſed ſemetipſos deflebant. Et iam eo peruentum erat, unde ſine pernicie niſi uictores redire non poſſent, ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris, qui perculſi inſtabili & lubrico gradu præcipites recidebant. Euaſerant tamen Alexander & Charus duces, quos cum triginta delectis præmiſerat rex, & iam pugnare cominus cœperant. Sed cum ſuperne tela barbari ingererent, ſæpius ipſi feriebantur quàm uulnerabant. Alexander tamẽ nominis ſui & promiſſi memor dum acrius quàm cautius dimicat, confoſſus undiq; obruitur. Quem ut Charus iacentem conſpexit, ruere in hoſtem omnium præter ultionem immemor cœpit, multoſq; haſta, quoſdam gladio interemit. Sed cum tot unum inceſſerent manus, ſuper amici corpus

Duces interficiuntur.

corpus procubuit exanimis. Haud ſecus quàm erat optimorum militum interitu cõmo-
tus rex ſignum receptui dedit. Et barbari hoſtem depuliſſe contenti, non inſtitere ceden-
tibus. Cæterum Alexander cum ſtatuiſſet deſiſtere incœpto, cum nulla ſpes potiũdæ petræ
offerretur, tamen ſpeciem oſtendit in obſidione perſeuerãtis. Nam & itinera obſideri iuſ-
ſit & turres admoueri, & fatigatis alios ſuccedere. Cuius pertinacia cognita Indi per bidu
um quidem ac duas noctes cum oſtentatione non fiduciæ modo ſed etiam uictoriæ, epula
ti ſunt, tympana ſuo more pulſantes. Tertia uero nocte tympanorum quidem ſtrepitus
deſierat audiri, cæterum ex tota petra faces refulgebant quas accenderant barbari, ut tuti
or eſſet ipſis fuga obſcura nocte per inuia ſaxa curſuris. Rex cognoſcens petram fuga In-
dorum eſſe deſertam, dato ſigno ut uniuerſi conclamarent, incompoſite fugientibus me-
tum incuſſit. Multíq; tanquam adeſſet hoſtis per lubrica ſaxa, perq; inuias cotes præcipita *Alexander loa*
ti ceciderunt: plures aliqua membrorum parte mutilati, ab integris deſerti ſunt. Rex loco *cum uacuum*
rum magis quàm hoſtium uictor, tamen magnæ uictoriæ ſacrificijs & cultu deûm ſatisfe- *expugnat.*
cit. Aræ in petra locatæ ſunt, Mineruæ uictoriæq;.

Rex Alexander multis uictoriis clarus,

oppugnat & uincit Porum regem.

ALexander expugnata petra traijcit cum caſtris Indum fluuium, pluresq; ſibi ſubij-
cit reges, ſoli Abiaſares & Porus repugnare conſtituerunt, & uterq; ultra Hyda-
ſpen amnem regnabat, & belli fortunam, quiſquis arma inferret, experiri decreue
rat. Abiaſares tamen à propoſito ſuo reſiliens, miſit legatos ad Alexandrũ & om
nia ditioni eius permiſit. Miſit deinde rex ad Porum, monebatq; ut ſtipendium penderet,
& in primo finium ſuorum aditu occurreret ſibi. Porus alterum ex his facturũ ſeſe reſpon
dit, ut intranti regnum ſuum præſto eſſet, ſed armatus. Confederat ergo in ulteriore ripa
Hydaſpis, tranſitu prohibiturus hoſtem. Octogintaquinq; elephantos obiecerat eximio
corporum robore, ultraq; eos currus trecentos & peditum triginta ferè millia. Porum ue- *Porus uir pro*
hebat elephãtus ſuper cę *cera ſtaturæ.*



teras beluas eminens, ar-
maq; auro & argento di-
ſtincta, corpus raræ mag-
nitudinis honeſtabant.
Par animus robori cor-
poris, & quanta inter ru-
des poterat eſſe ſapiẽtia.
Macedonas non conſpe-
ctus hoſtium ſolũ, ſed eti
am fluminis, quod tranſe
undum erat, magnitudo
deterrebat. Quatuor enim
in latitudinem ſtadia dif-
fuſum, profundo alueo et
nuſquam uada aperien-
te, ſpeciem uaſti maris fecerat. Nec pro ſpacio aquarum late ſtagnantium impetum coer-
cebat, ſed quaſi in arctum coeuntibus ripis & torrens & eliſus ferebatur, occultaq; ſaxa in
eſſe oſtendebant, pluribus locis undæ repercuſſæ. Terribilior erat ulterior facies ripæ, quã
equi uiriq; compleuerant. Stabant ingentes uaſtorum corporum (elephãtorum) moles, &
de induſtria irritatæ horrendo ſtridore auras fatigabant. Erant in medio amne inſulæ cre-
bræ, in quas & Indi & Macedones nantes, leuatis ſuper capita armis tranſibant. Ibi leuia
prælia conſerebant, & uterq; rex paruæ rei diſcrimine, ſummæ experiebatur euentum. Cę
terum in Macedonum exercitu temeritate atq; audacia inſignes fuere Symachus & Ni- *Audacia iu-*
canor nobiles iuuenes, & perpetua partium felicitate ad ſpernendum omne periculum ac *uenum.*
cenſi. Hi cum alijs audacibus tranauere in inſulam, quam frequẽs hoſtis tenebat, multosq;
Indorum nulla re magis quàm audacia armati interemerunt. Abire cum gloria poterant, *Temeritas nõ*
ſi unquam temeritas infelix inueniret modũ. Sed dum ſuperuenientes contemptim & ſu- *habet modum.*

perbe expectant, circumuenti ab his qui occulti enatauerãt, eminus obruti sunt telis. Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt aut uorticibus implicíti. Eaq; pugna multum erexit fiduciam Pori, cuncta è ripa cernentis. Alexander inops consilij tandem ad fallendum hostem, talem dolum intendit. Erat insula in flumine amplior cæteris, syluestris eadem & tegendis insidijs apta. Fossa quoq; prærupta haud procul à ripa, quam tenebat ipse, non pedites modo, sed etiam cum equis uiros poterat abscondere. Igitur ut à custodia huius oportunitatis oculos hostium auerteret, Ptolemæum cum omnibus turmis obequitare iussit procul ab insula, & subinde Indos clamore terrere, quasi flumen tranaturus foret. Per complures dies Ptolemæus id fecit, eoq; consilio Porum agmenq; suum ei parti quam se petere simulabat, coegit aduertere. Iam extra conspectum hostis insula erat, Alexander in diuersa parte ripæ statui suum tabernaculum iussit, assuetamq; comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare, & omnem apparatum regiæ magnificentiæ hostiũ oculis de industria ostendi. Interim & Attalum æqualem sibi & haud disparem habitu oris & corporis, utiq; cum procul uiseretur, ueste regia exornat, præbiturũ speciem ipsum regem illi ripæ præsidere, nec agitare de transitu. In summa, dum Porus alibi hostilem trãsitum impedire conatur Alexander nauigijs & ratibus alio in loco trajcit fluuium, ubi uacua erat ab hostibus ripa. Tunc Alexander arma capere milites & ire in ordinem iussit: iamq; agmen in cornua diuisum ipse ducebat, cum Poro nunciatur armis uirisq; ripam obtineri & rerum adesse discrimen. Tum Porus centum quadrigas & quatuor millia equitũ uenienti agmini obiecit, sed nihil efficere potuit eo die, quod imber uiolentus fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat, grauesq; & propemodum immobiles currus illuuie & uoragine hærebant. Contra Alexander expedito ac leui agmine strenue inuectus est. Aggressurus ergo Porus hostem, primo loco ponit elephantos, postq; eos pedites ac sagittarios, tympana pulsare solitos. Id pro cantu tubarum Indis erat, nec strepitu eorum mouebantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis. Herculis simulacrum agmini peditũ præferebatur. Id maximum erat bellantibus incitamentum, & deseruisse gestãtes, militare flagicium habebatur. Macedonas non beluarum modo, sed etiam ipsius regis aspectus parũper inhibuit. Beluæ dispositæ inter armatos speciem turrium procul fecerant, & Porus ipse humanæ magnitudinis propemodum excesserat formam. Magnitudini Pori adijcere uidebatur belua qua uehebatur, tantum inter cæteras eminens, quantum alijs ipse præstabat. Itaq; Alexander contemplatus & regem & agmen Indorum, tandem, inquit, par animo meo periculum uideo. Cum bestijs simul & cum egregijs uiris res est. Itaq; duces cohortans & in acies distribuens, concitat equum primus dissipatq; hostis agmẽ. Porus cum paucis obuius hosti pergit, elephantosq; ante agmen suorum agi iubet. Magnum beluæ iniecere terrorem, insolitusq; stridor non equos modo, sed uiros quoq; ordinesq; turbauerat. Obtriti sunt pedibus earum multi, & quidam unà cum armis manu earum correpti & super se regentibus traditi. Anceps ergo pugna nunc sequentium nunc fugientiũ elephantos. In multum diei uarium certamen extraxit, donec securibus pedes amputare cœperunt & gladijs curuatis appeterent beluarum manus. Elephanti itaq; uulneribus fatigati suos impetu sternunt, & qui rexerant eos, præcipitati in terram ab ipsis obterebãtur. Porus uero destitutus à suis, undiq; petebatur telis. Nouem iam uulnera à tergo & pectore excepe-
rat, multoq; sanguine profuso, languidis manibus tela emittebat. Nec segnius belua instincta rabie nondum saucia, inuehebatur ordinibus, donec rector beluæ regem conspexit fluentibus membris, omissisq; armis uix compotem mentis. Tum beluam in fugam concitat, sequente Alexandro. Sed equus eius multis uulneribus confossus, deficiensq; procubuit, posito magis rege quàm effuso. Itaq; dum equum mutat, tardius insecutus est. Elephãtus quoq; Pori qui multa exceperat tela, deficiebat. Itaq; sistit Porus fugam, peditemq; sequenti hosti obiecit. Iam Alexander cõsecutus erat, cognitaq; Pori pertinacia, uetabat resistentibus parci. Ergo undiq; & in pedites & in Porum tela congesta sunt, quibus tandem grauatus labi ex belua cœpit. Rex spoliari corpus Pori, interemptum esse credens, iussit, & qui detraherent loricam uestemq; concurrere, cum belua dominum tueri & spoliantes cœpit appetere, leuatumq; corpus eius rursus dorso suo imponere. Ergo telis undiq; obruitur, confossoq; eo in uehiculum Porus imponitur. Quem rex ut uidit alleuantem oculos, non odio sed miseratione commotus, quæ malum, inquit, amentia te coegit, rerũ mearum cognita fama, belli fortunam experiri? Ait ille. Neminem me fortiorem esse censebã-

Dolus Alexandri.

Alexander cũ exercitu trajicit.

Herculis imago incitamentum militum.

Manus elephãti, est proboscis

Porus rex grauiter fauciatur

Porus portatur ad Alexandrum.

Meas

Meas enim uires noueram, nondum expertus tuas. Fortiorem esse te, belli docuit euẽtus. Rursus interrogatus quid ipse uictorem statuere debere censeret. Quod hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es, quã caduca felicitas esset. Plus monendo profecit, quàm si præcatus esset, quippe magnitudinem animi eius interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est. Aegrum curauit haud secus, quàm si pro ipso pugnasset. Confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit. Mox donauit ampliore regno quàm tenuit. Scribunt alij, Porum regem Alexandro ostendisse thesauros suos, dedisseq; ei et toti exercitui immensa munera. *Porus fit amicus Alexandri*

Alexander superato Poro rege, peruenit ad metam Herculis & Bacchi.

ALexander tam memorabili uictoria lætus, qua sibi totius orientis fines apertos esse censebat, magno apparatu dispositi ingredi interiora Indiæ, conditis tamen antea duabus urbibus in utraq; fluminis, quod superauerat, ripa. Hinc ad interiora Indiæ processit. Syluæ erant prope in immensum spacium diffusæ, procerisq; & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosæ. Cœli temperies salubris, quippe ubi uim solis umbræ leuant, & aquæ largæ manant è fontibus. Cæterum hic quoq; serpentium magna uis erat, squamis fulgorem auri reddẽtibus. Virus haud ullum magis noxium est, quippe morsum præsens mors sequebatur, donec ab incolis remedium oblatum est. Hinc in regnum Sophitis peruentum est: quo relicto per multa uarum discrimina tandem peruenit ad signa Herculis & Liberi. Erant autem imagines ex auro factæ, nec erat Herculi Liberoq; concessum ultrà procedere. His honoratis collaudatisq;, Alexãder ulterius progressus fuisset, nisi dissuasum fuisset, ne tentaret quod etiam dij tentare non fuerant ausi. Diuertit tamen ad sinistram Indiæ partem, hoc est, in septentrionem, ne quid illi in ignotis subtraheretur locis. Venit ergo in regionem asperam et montosam, ubi immensos reperit serpentes & Rhinocerotes. Venit quoq; ad paludem siccam canna abundantem, per quam dum transire tentaret, belua noui generis prosiluit, quæ serrato tergo, alterum caput lunæ, similis hippopotamo pectore crocodili gerens, alterum simillimum duris munitum dentibus, duos milites uno ictu occidit repentino. Hanc hastis non ualebant trãsfigere, sed uix tandem malleis comminuerunt. Alexander inde profectus peruenit ad syluas Indorum altissimas, collocatisq; castris iuxta fluuium quendam, pabulatores & lignatores emissi redierunt nunciantes, uenire è syluis elephantorum immensos greges ad expugnanda castra. Imperauit ergo rex Thessalicis militibus ut ascenderent equos, secumq; tollerẽt sues, quorum grunitus timere bestias nouerat, & occurrere elephantis primum iussit. Deinde alios cũ hastis armatos subsequi equites & tubicines omnes in prima adesse acie. Equis insidentes præcedere, & pedites omnes in castris remanere iussit. Ipse cum Poro rege & equitatu præcedens, uidit agmina bestiarum in se erectis proboscidibus tẽdentia. At Porus asseruit eos facile auerti posse, si ab equitibus uerberari sues non desisteretur. Nec mora, trepidantes elephãti & cõuersi priores saltus petere cœperunt, buccinis hominum & grunnitibus suum attoniti. Primo deinde auroræ diluculo in alias Indiæ profectus Alexander regiones, in campo patenti mulieres uirosq; pilosos in modum ferarum toto corpore uidit, pedum altos nouenorum, sine ueste & nudos. Hos Indi Ichthyophagos appellant. Hi assueti fluminibus nec non stagno, crudo pisce & aquarum haustu uiuunt. Quos cum peregrini adire uolunt, uicinis se maris immergunt gurgitibus. Sunt qui scribunt Alexandrum quoq; Cynocephalis ingentibus plena inuenisse nemora. Hi ad ictus sagittarum in fugam fuerunt uersi. Omitto hic alias nugas, quæ in historia Alexandri recensentur, quomodo scilicet uenerit ad duas arbores soli & lunæ consecratas, è quibus oracula petebantur, *Quousq; Hercules uenit.* *Horrenda belua.* *Sues fugant elephantos.*





tur,& Alexãder ibi edoctus fuit, se unum orbis terrarum dominum futurum, sed usuum in patriã nõ rediturum,quod & factum est.Nã dũ repetit Macedoniã,Babyloniæ mortuus est, ueneno extinctus.

De India ultra Gangem fluuium sita.

QVamuis ista India sit supra modum fertilis & bene culta,inueniuntur tamen in ea sicut & in priori,multæ solitudines,multi & uarij sylueſtres homines atq; animalia,idq; ob immẽsum quẽ habet calorẽ. Nã subijcit tropico cãcri,declinatq; ferè ad æquatorem usq;.Vnde Plinius scribit, incolas huius terræ colorari sole & contrahere nigredinem instar æthiopum,non quod ab extra tantum nigri fiant ex solis adustione,sed ex ipso sanguine ingenita est eis nigredo,quam duplicat superueniens ardor solis. Confinxerunt ueteres multa monstra quæ in hac terra asserunt inueniri,præsertim Solinus & Megastenes scribũt,per diuersos Indiæ montes esse nationes capitibus caninis, armatas unguibus, amictas uestitu tergorum,ad sermonem humanũ nulla uoce sed latratibus tantum sonantes asperis rictibus. Gangis fontẽ qui accolũt,nullius ad escam opis indigent,odore uiuunt pomorum sylueſtrium,longiusq; pergẽtes, eadem illo in præsidio gerunt,ut olfactu alantur.Quod si tetriorẽ fortè spiritũ traxerint,exanimari eos certum est, & illorum aliquos in Alexandri castris fuisse memoriæ traditum est.Legimus monoculos quoq; in India esse.Quosdam etiam tam insigniter auritos,ut aures ad pedes defluant, atq; in alterutram earum decubent,quarum duricie arbores conuellant.Quosdam item singulis pedibus & adeo latis quidem,ut ubi se defendendi à calore uelut retupinati,his totaliter inumbrentur.Legitur etiam gentem quandam esse,quæ in iuuenta est cana,in senectute uero nigrescit.Esse etiam perhibent alteram fœminarum gentem,quæ quinquennes concipiunt, sed ultra octauum annũ uiuendi spacia non protrahunt.Sunt qui ceruicibus carent,& in humeris habẽt oculos. Sunt præter eos iam enumeratos, sylueſtres quidã homines caninis capitibus,hirto & aspero corpore stridore terrifico. Sed hæc & alia id genus quæ de India & gente eius memorantur,quoniam magna opus est fide ut pro ueris recipiantur, quamúe in ijs quidem quæ sunt pene oculis admota, nisi grauate adhibent qui aliena legunt scripta,parcius sunt referenda. Memorantur quoq; Pygmæi esse in India, qui nunquam in pace sunt nisi quando grues, quibus cum perpetuæ lis est,ad nos uolant.Sunt autem Pygmæi breues homines, habitantes in extrema parte montium Indiæ, salubri cœlo semperq; uernante

Monstrã humana.



Pygmæi.





uernante, qui ternos dodrantes non excedunt. Pygme enim cubitus dicitur. Pugnãt Pygmęi cũ gruibus, sed uincuntur. Fama est insidẽtes arietum caprarumq; dorsis, armatos sagittis, ueris tempore uniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullosq; earum alitum consumere, ternis eam expeditionem mensibus cõfici, aliter futuris gregibus non resisti: casas eorũ luto pennisq; & ouorum pu *Natura gruũ.*

taminibus construi. Cæterum de gruibus & eorum abitu autores sic scribũt. Quando grues proficiscuntur consentiunt, uolant ad prospiciendum alte, ducem quem sequantur eligunt, in extremo agmine per uices qui acclament dispositos habent, & qui gregem uoce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens indiligentiam sono coarguat. Cęterę dormiunt capite subter alã con




dito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo ac prædicit. Eædem mansuefactæ lasciuiunt, gyrosq; quosdam indecoro cursu uel singulæ peragunt. Certum est Pontum transuolaturas, primum omnium angustias petere maris inter duo promõtoria Criumetopum & Carambim, mox saburra & arena se implent atq; aggrauant, ne uento in aliam impellantur uiam. Accipiunt quoq; lapillos, & cum medium pontum transierint abijciunt eos è pedibus, ut homines in mari subter eas nauigantes, putent lapillos pluere. Cũ uero attigerint continentem, euomunt harenam è gutture. Volando faciunt aciem triangularem, liburnicarum more, rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quàm si recta fronte impellerent: à tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmẽ, largeq; impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus, fessos duces ad terga recipiunt.

Porro ciconiæ quonam è loco ueniant aut quo se referant, incompertum adhuc est. Elon *Ciconiæ quando ueniant.*

ginquo uenire non dubium, eodem quo grues modo: illas hyemis, has æstatis aduenas. Abiturę congregantur in loco certo, comitatæq; sic, ut nulla sui generis relinquatur nisi captiua & serua. Ceu lege prædicta die recedunt. Nemo uidit agmen discedentium, cum discessurum appareat, nec uenire, sed uenisse cernimus. Vtrũq; nocturnis fit temporibus. Et quamuis ultra citraue peruolent, nunquam tamen aduenisse usquam nisi noctu existimantur. Pythonis comen uocant in Asia patentibus campis, ubi congregatæ inter se cõmurmurant. Eam denicq; quæ nouissimo aduenit, lacerant atq; ita abeunt. Notatum post idus Augustas non temere usas ibi. Sunt qui ciconijs non inesse linguas confirment. Hos nos ijs serpentium exitio tantus, ut in Thessalia capitale fuerit occidisse, eadẽ legibus pœna, quæ in homicidam. Ciconiæ nidos eosdẽ repetunt, & genetricũ senectã inuicẽ educãt.

De terris Asiæ maioris

De formicis Indianis.



Formica aurũ fodiunt.


CItat Strabo Megasthenem qui de Indianis formicis sic scribit. Apud Dardas, quæ maxima natio est Indorum montanorum, collis est triũ millium stadiorum ambitu, & sub aurifodinę, quas formicæ custodiunt uulpibus non minores, mira celeritate uictum uenatione comparantes. Terram auriferam fodiunt, unaq; ad ostium cumulãt, quam mercatores clã surripiunt, dispositis pariter carnibus ad morãdas pabulo formicas, si forte animaduerterint. Alij putant hæc fabulosa esse, intelligũtq; per formicas metallicos ex laboris similitudine. Vt enim hæ ex multis foliis minutis aliisq; in unum congestis construũt aceruos, ita metallici cumulos ex materia effossa conficiũt. Sed hoc in opinione cuiusq; relinquo, ut censeat uel ueritatẽ sic fabula tectã esse, uel omnino commenticiũ quiddã esse.

De simiis Indianis & canibus.



Acies simearũ

PRope montes Emodios est maxima sylua ingentium cercopithecorum seu simiarum, quas cum Macedones aliquando in collibus quibusdam apertis uidissent in aciem instructas (nam id animal ad humanum accedit ingenium non minus quàm elephantus) castra putassent, atq; in eas tanquam hostes irruere uoluissent, adfuerunt incolæ quidam & docuerunt Alexandrum, exercitum illum ex simijs cõflatũ, quęquod uident imitari cõtendũt, sicq; pugna illa risu fuit consummata. Capiuntur autem simiæ hoc modo. Ponunt uenatores catinos aqua plenos in earum conspectu, & ex ea oculos oblinunt, ac statim pro aqua uiscum reponunt. Illæ aspicientes (ut sunt imitatores ad omnia) ẽ uestigio ab arboribus descẽdunt, oculosq; & ora uisco pariter impediunt, atq; exinde præda fiunt, uiuæq; capiuntur. Est & alius modus capiendi simias. Induunt uenatores in conspectu earũ subligacula, abeuntq; alijs ibi relictis interius uillosis & uisco illitis. In quæ simiæ ingrediẽtes crura sua sic illaqueant ut manus uenatoris euadere nequeant. Habet præterea India tam feroces & generosos canes, ut duo leonem audeant inuadere & tam mordicus retinere, ut ille nullo pacto se eripere possit ab eis. Vnde canis quidam Indianus præsente Alexandro cum leone congressus, prius expectauit à circumstantibus totus paulatim cõcerpi, quàm mordicus feram dimittere. Extinctum tandem Alexander honorauit, eius nomini ac tumulo ciuitate dicata.



Canes Indici.

Aurea Chersonesus.

HAec peninsula habet ob nobilitatem suam hãc denominationem, eo quod abundet auro, lapidibus præciosis & uarijs aromatũ generibus. Arbores quoq; dicũtur semper florere & fructũ ferræ in ea. Vocat nostro æuo Malaccha, estq; ibi celeberrimũ emporium. Vnde Lusitani hodie ex ea magnã uim aromatũ ad nos deferũt, nõ q; omnia ibi crescãt, quũ India illa nihil ferè aromaticũ pręter piper gignat, sed reliqua, ut cynamomũ, garyophilũ, myristicam nucẽ, quam muscatã, & operimẽtum eius, quod florẽ muscatæ uocamus, Indi ex longinquis insulis aduehunt, nauibus nullo ferramento sed palmarum foliis dun-

taxat

taxat compactis, quarum uela rotunda sunt, & hæc quoq; ex uimine palmarum sunt contexta. Hoc genus nauium iuncas appellant, unico tantum uento secundo aut aduerso agi solitas. De Malaccha infrà plura.

Sina.

DE Sinarum regione nihil inuenio scriptum apud ueteres cosmographos, nisi quod eam cogniti orbis constituunt orientalem limitem. Hodie uero quando oriens perfectius quàm olim cognitus & lustratus est, potissimum in littore maris Indici, non ad Sinas tantum sed & ad extrema Indiæ humana peruenit curiositas, quemadmodum paulo post in Noua India ostendemus.

NOVA INDIA, VT NOstro tempore est explorata & cognita.

DVæ nauigationes ex Europa fiunt in Indiam. Vna ab Hispania per littora Africæ & Aethiopiæ usq; in Arabiam ad ciuitatem Aden, atq; inde ad Ormum insulam, & ab Ormo ad Cambaiam ciuitatem, & ab hac ciuitate usq; ad Calikuth. *Cambaia.*

Est autem Cambaia sita ad fluuium Indum, ciuitas potentissima, diues, & abundans in omni frumenti genere. Gignit solum illud uarias species unguentarias & gossipium, bombicem appellant. Subegit rex Lusitaniæ hanc ciuitatem, cõstruxitq; iuxta eam arcem munitissimam. Et quum id Turcam male haberet, iussit classem magnis sumptibus instrui in sinu Arabico, ut Lusitanos ex India profligaret. Præfecit autem classi quendam Bassam præfectum Cayri nomine Solimannum, ducem peritum, qui habuit 20. millia militum præter nautas & bombardarios, quorum quatuor fuerunt millia. Fuit hæc classis instructa in Suezio, portu maris rubi anno Christi 1538. uenitq; primum ad Adenam ciuitatem, ubi fixis ancoris misit literas ad regulum Aden, instruens eum se Indiam petiturũ, ut inde excluderet regem Portugalliæ. Rex Aden qui tributarius erat regis Portugallię accepit Turcæ literas grato animo, offertq; se & sua tanto Imperatori, rogans præfectum uti egrederetur nauim & uideret ciuitatem sibi obtemperantissimam, in qua pro dignitate & officio tractari posset. Sed præfectus uicissim illum elicit & euocat ex sua ciuitate, impositura q; circumuenit, cepit & in antenna nauis suspendio tradi iussit, adiungens illi eodem supplicio quatuor regni Adensis proceres, atq; id in mandatis à Turca se habere dixit, eo quod Adenses non solum fœdera iunxissent cum Lusitanis, sed etiam tributum soluerẽt, quam gentem prorsus ex India exturbare uolebat. Post regis necem ciuitas illa opulẽta & pulchra prædæ & cædi nullo resistente patuit. Discedens uero præfectus, duo millia armatorum pro præsidio reliquit. Nauigando itaq; peruenit ad Diũ ciuitatem, quã Portugallẽses tenebant, auctusq; est exercitus eius copijs terrestribus & naualibus, undiq; Turcis accurrentibus, & extemplo prouoluunt aggerem terreum, quæ moles instar montis paulatim magis ac magis fossæ arcis admouebatur, & sine noxa ulla hostes post aggerẽ stabãt. Deinde erecto latissimo uallo arcem undiq; oppugnantes, muros & turres concusserunt, sed magna clade accepta, tandem discedere sunt coacti. Est aũt Diũ fortissima ciuitas Cãbaiæ. Cæterum urbs Cambaiæ sita est in sinu Guzerat, estq; maxime culta, ac ferè omnium urbiũ Indiæ est excellentior. Appellat propterea Cayrũ Indiæ: ambit muro & habet edes pulcherrimas. Soldanus eius est sectæ Mahumeticæ. Ibi Lacha nascit uberius q; alibi gentiũ. Incolæ plerũq; nudi incedunt, obscœna tantum uelantes, caput uero uinciunt gausapi purpurei coloris. Sultano eius sunt in armis equitum uicena millia. Habet magnificentissimam aulam. Mane eo experrecto, crepant cymbala, tympanaq; ue, audiuntur sonantes tibiæ nec non buccinatores & aliorum instrumentorum musicorũ lusores, lęticiã uiuentis regis testantes. Idem pransuro agunt. Confine est regno Cambaiæ regnum Iogæ, quod longe lateq; patet. In eo regno ob incendiũ candentis syderis hominũ corpora incipiũt nigrescere ac torreri, omnesq; inaures gestãt depẽdentib. omnifariã monilibus, lapidibusq; præcijs. Ager eorũ nõ est ferax admodũ annona ingraueſcẽte. Regio mõtibus plurimũ asperatur,

Turca parat se aduersus Lusitanos.

Cambaiæ excellentia.

asperatur,eorum edes sunt despicabiles,pessimiq; incolatus. Aliud est deinde regnum,
Regnum Dechan. quod à Metropoli appellatur Dechan. Ea urbs uisu est pulcherrima, feraxq; fermè rerum cunctarum. Rex utitur fastu,pompamq; ducit incredibilem. Qui regi famulantur,in summis sotularibus circumferunt pyropos ac adamantes & id genus lapides præciosos. Quæ uero monilia pro inauribus ac condalijs ferant,facile quis cogitate poterit, postquam pedibus tantum exhibent honorem. In hoc regno mons est,unde erui dicitur adamas.

De adamante lapide.

Siderites. NAscitur adamas in metallis Indiæ, Aethiopiæ, Arabiæ, Macedoniæ,Cypri & quidem in aurarijs. Indicus præter cæteros translucet,qui uero ferrei est coloris, siderites appellatur. Nec sæpe colore differt à crystallo. Nam colore est persæpe candido,sed differt à crystallo duricia,quæ ei tanta est,ut si super incudem positus acerrime percutiatur malleo,antè malleus & incus uulneribus acceptis dissiliāt, quàm ipse frangatur comminuaturue. Nec ferri solum ictus respuit,sed resistit etiam igni, cuius ardore adeo non liquescit,ut nunquam incalescat,si Plinio credimus, adeo non fœdatur, ut purior fiat. Attamē singularis eximiaq; lapidis illius duricia calido hirci leonisue cruore ita mollescit,ut rumpi possit. Liquido plumbo in ardentibus fornacibus ita incalescit,ut dissoluatur. Non tamen omni adamāti tanta est duricia. Nam Cyprius & siderites malleorum ictibus franguntur & alio adamante perforantur. Adamas uenena deprehendit & irrita facit;quocirca à regibus uehementer expetitus,maximi semper præcij fuit. Mons Indiæ unde adamātes eruunt,muro quaquauersum circūdatur,firmissimoq; seruat præsidio.

Adamas molescit.

Narsinga,Canonor.

REx Narsingę opibus ac imperio cunctos in illis partibus excellit:urbs uero regia, situ ac elegantia urbem Mediolanensem effingit,nisi quod in loco est decliui minusq; æquo. Huic regi semper in armis excubant complura armatorum millia, quippe cui bella nunquam desunt,eo finitimis arma inferente. Idolorum est addictus fœdissimæ latriæ,ipsumq; cacodæmona colit non aliter quàm rex Calechut. Incolis huiusmodi est habitus. Qui maioris sunt census tunica utuntur interiore haud oblonga, caput uero fascia uersicolore Mahumetanorum ritu uinciunt. Gregarij obscœna tantum uelant,cætera sunt nudi. Rex birreto panni attalici caput exornat gemini palmi longitudine. Profecturus in prælium,gosipinam induit uestem,quam chlamyde tegit bracteis aureis ornata. Limbum chlamydis honestant monilia ferme omne genus. Equus eius tanti esse creditur si præcium inspexeris, quanti est quæpiam ex nostris urbibus. Id efficiunt innumeri lapides præciosi,margaritarum ac unionum complura genera, quibus phaleræ apparatu incredibili teguntur. Est ager Narsingæ tritici,uuarum ac omnium ferè fructuum,si poma citreà cucurbitasq; excipias,expers ad modum. Pane non uescuntur incolæ sed oriza,pisce ac carnibus, nec non iuglandibus quas fert regio. Ibi incipiunt inueniri zinziber piperq;, myrobolanum, cardamomum,cassia & id genus aromata complura.

Equi margaritis ornantur.



Canonor urbs

Canonor urbs rerum pulchritudine præstantissima,cuius rex idola colit,habetq; urbs ipsa portū, quò conuehuntur equi Persæ,sed immania sunt horum uectigalia. Victitant incolæ oriza, carnibus & piscibus, sicut habitatores Narsingæ. In prælijs utuntur ense,clypeo obrotundo,hastis ac arcubus, nunc uero tormentis etiam uti consueuerunt. Nudi incedunt, obscœna tantum uelati: ijs apertum est caput, nisi ubi ad bella contendunt,tunc caput subrutilo galero tegūt,eoq; bis inuoluunt & uitta uinciūt. Equis, mulis,

mulis, asinisq; non utuntur, minusq; camelis quos dromedarios passim uocitamus. Elephantis tantum utuntur. Est & alia insignis urbs in regno Narsingæ nomine Bisinagar. Cingitur muro & est in decliuo montis sita, circuitu octo mille passuum, ibiq; cunctorum mercimoniorum famigeratum emporium. Fœcundus est ager; illic quicquid est quod ad delitias ac suauiores facit uoluptates, inuenitur. Venationibus ac aucupijs alibi nusquam arua aptiora, syluæq; credas uoluptatis paradisum esse quampiam. Magnarum est rex uirium, quippe cui multa millia equitum in armis excubant. Sunt etiam ei ad belli usum quadringenti elephantes. *Bisinagar.*

Quomodo elephanti in India parantur ad bellum.



Est elephas animal admodum docile, parũq; abest ab humanis sensibus, et cunctas beluas fortitudine anteire solet. Indi bella inituri, clitellas elephãto imponũt. Cingunt aũt clitellas subtus aluũ gemina ex ferro catenę, supra clitellas hinc & hinc domus, uel si mauis turrim aut caueã ligneã appellare. Collo iungunt caueas, assamẽta nescio quę crassitudine medij palmi. Singulas caueas terni homines ingrediuntur, & inter utrasq; dorso beluę insidet Indus, qui beluam alloquitur. Est enim illis patrij sermonis intellectus officiorumq; memoria. Constat nullum aliud animal humanis sensibus accedere propius, si amoris & gloriæ uoluptatẽ, si probitatẽ conspicuã, si prudentiam & id genus mores, quorũ sunt cætera animalia expertia, spectaueris. Itaq; septeni sunt homines, qui elephantũ unũ bella inituri conscendũt lori cati, ferentes arcus, lanceas, enses ac peltas. Promuscis elephanti, quã manum uocant lori catur, illi alligatur exertus ensis duorũ longitudine cubitorũ, crassitudine uero ac latitudine palmæ humanæ: sicq; instructi præliantur. Vbi progrediendũ aut retrocedendũ est, monet domitor, cuius uocẽ callet elephas. Feri, inquit moderator beluæ, illũ, ab illo tẽpera: sæui itẽ in alios, abstine ab alijs. At animal cuncta subit imperata, eaq; adamussim explet æque ac humanorũ capax sensuũ. Verũ ubi usu euenerit, ut obiecto igne pauore icti fugam arripiant, nulla re adduci possunt ut gradum reuocent. Ea gens enim mira arte ubi libuerit ignes terrendis beluis excitat. Hos adeo id animal pauet, ut nulla alia re magis terreatur. Ob id uisis ignibus effusissime diffugiunt. Sunt qui existimant in cruribus elephantos nõ habere internodia, plicareq; ob id nequire tibias, quod à uero plurimum abesse alij asserũt. Habent enim iuncturas ut cætera animalia, sed in ima propè parte crurum. Fœminis inest ferocia maior quam maribus, conuehendisq; oneribus illis longe maiores sunt uires, furore etiam corripiuntur, id cursu lymphatico præ se ferẽtes. Elephantes ternos bubalos magnitudine excedunt, uillo etiam nõ absimiles, oculi ut suibus, promuscidẽ promissam admodũ habent: ea ori esculenta ac poculenta admouent. Subest em̃ iugulo os, sui sane non absimile, hiscã referens. Proboscis exesa est ac caua intus, eaq; truncũ arboris prosternũt, tantæ quidẽ uastitatis, ut quod efficit belua, uiginti quatuor uiri nequeãt facere. Bini dentes qui prominent, collocantur in superiore maxilla: auriculas quaquauersum gemini palmi magnitudine habente. Pedes illis sunt obrotundi instar orbium, quibus discumbendo carnes excipimus. Pedẽ ambiunt quinæ ungulæ, ostrinæ conchæ latitudine. Cauda instar bubali, terni palmi longitudine, uillo rarissimo. Fœminis sunt proceriores mares: magnitudine sunt multijuga, alij ad tertiumdecimum palmum, ad quartumdecimum tolluntur alij. Asseuerant nonnulli, ad sextumdecimum palmum quosdam altitudine exurgere. Lentius

Elephas linguam patriam intelligit.


Internodia crurium.

Magnitudo.

Altitudo elephanti.

Lentius incedunt: fit propterea, ut qui non assueuerint, nō aliter quā in undabundo æquore nauseam subeāt ac insidere nequeāt. Iunioribus ubi insederis summa afficieris uoluptate, molliter instar gradariæ mulæ gradientibus. Vbi conscendendus est elephas submittit genua, & quasi stapedes instrueret, præbet scandendi facultatē: subleuante tamen quopiā homine à tergo sessorē. Infrenes sunt omnes, nec ceruicem restis uincit: soluto prorsus capite gradiunt. Et quoniā nullū habet setarum tegumentū, ne in cauda quidē præsidiū abigendo tædio muscarū (nā & id, inquit Plinius, tanta uastitas sentit) sed cancellata est cutis, & inuitans id genus animaliū odore. Ergo cū extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant, hocq; ijs pro cauda, pro iuba & pro uillo est.

De Rhinocerote



SOlet Rhinoceros inueniri in illis terris, ubi elephantes gignuntur, estq; genitus hostis elephanto, inquit Plinius, haud secus q̄ draco illi insidiās. Vnde & Romani olim commissura horum animaliū natura inimicorū spectacula celebrauerūt. Habet Rhinoceros duo cornua, alterū insigni magnitudine ex naribus procedens simum forma, durumq; instar ferri: alterū quod superne erumpit exiguū quidē, sed ualidissimum. Quādo hoc animal elephantū inuadere nititur, limat cornu ad saxa, aluumq; eius maxime petit, quā scit suis ictibus peruiā esse & grauiter ictā, cornu tāquam gladio proscindit. Scribunt quidā Rhinocerotē imparem esse magnitudine elephanto. Solinus uero scribit, parē esse longitudine, breuiorē uero cruribus. Congressi itaq; Rhinoceros & elephantus ad pugnam, naturalibus utuntur armis, Rhinoceros cornu narium & elephantus dentibus, quibus cutem Rhinocerontis quantumlibet duram, cornutam, seu testeam & uix iaculo peruiā, tam uiolento ictu uerberat dentibusq; laniat, ut inde succumbat. Rhinoceros uero mucrone naris suæ molliorē partē elephanti, aluum scilicet sic sauciat, si elephas eū nō preueniat, ut præ sanguinis effusione elephas deficiat. Anno Christi 1513. prima die maij, fuit Emanueli regi Portugallię allatus ex India Rhinoceros uiuus, colore buxeo siue uermiculato, testis clypeatis tectus, magnitudine elephanti, cruribus tamē breuioribus, omniq; ex parte armatus. Habebat robustū & acutū cornu in nare, quod limat, ut diximus, ubi se parat ad pugnā. Omnis hæc inimicitia est ob meliora pascua, ut quidā scribunt, quæ conat̄ alter alteri præripere. Anno Christi 1515. rex Emanuel Vlyssipone præbuit ludū & certamen unius elephantis cum Rhinoceronte, spectaculum admiratione dignū, sed in quo elephas succubuit.

Pugna Rhinocerontis & elephanti.

Calechut

Calechut Indiæ emporium celeberrimum.

VRbs Calechut eſt in continenti,& ædes eius pelago alluuntur. Mœnibus haud ambitur,uerum continetur circuitu ſex mille ædium, non adhærẽtibus ut apud nos ædificijs ſed longiore ſpacio diſcretis inter ſe ædibus. Qua uero in longitudinem extenditur,millenis patet paſſibus. Domus ſunt deſpicabiles, quippe quæ ſupra equitis altitudinem ab humo non tolluntur. Frondium plerunq; laceramentis loco imbricum cooperiuntur multis contignationibus. Huius rei cauſam afferunt,quod humo egeſta ad quinos palmos aqua mox ſcaturire dicitur,ob id nequeunt altius fundamenta iacere,quæ contignationibus ferendis ſufficiant. Rex dæmonum latriæ eſt addictus. Nõ diffitetur deum architectum cœli & terræ,præcipuum autorem ac primariam cauſam eſſe:ſed negocium iudicãdi orbis delegaſſe cacodæmoni,iuri reddendo mortalibus:factam à deo poteſtatem tribuẽdi cuiq; quod ſuum eſt,pro benefactis uidelicet ac malefactis mercedem emeritam. Huic Deumo nomen indiderunt. Deum uero maximum Tamerani appellant. Deumi imaginem rex habet in ſacello ſuo ſedentem,diademate redimitũ caput eius modo Romanorum pontificum. Sed id plus habet,quod diadema ternis inſignitur cornibus. Fulciunt item dæmonis caput quaterna cornua,oreq; uaſtiſſimo hians,dentes præſe fert quaternos: naſo eſt deformi,toruis trucibusq; oculis,uultu minaci,aduncas manus uncini inſtar habet, pedes uero gallo haud abſimiles. Qui monſtrum horrendum ingens conſpicantur, pauent continuo:res eſt ſane uiſu indigniſſima,eademq; horrifica admodum. Sacellũ ambiunt picti dæmones & in ſingulo angulo ſedens ex ære uiſitur ſatanas,ita fabrefactus,ut undecũq; flammeſcere uideatur, abſumentibus animas miſerandum in modum flammis. Et dæmon dextra animã ori admouet,ſiniſtra autem ex inferiore loco aliam corripit. Singulo mane eorum ſacerdotes,qui Bramini dicuntur, memoratum idolum roſacea & huiuſmodi odorifero latice emaculant,ſuffiuntq; uarijs odoramentis,procumbentesq; adorant. Sanguinem galli per hebdomadam uaſi argenteo carbũculis ignitis oppleto indũt, additis ſuffimentis odorum innumeris,thuribuloq; accepto adolent largiſſime thura,tinniente crebrius interea tintinnabulo argenteo. Nec prius rex ſumit cibum, quàm quaterni ſacerdotes regias dapes dæmoni obtulerint. Porro rex pranſurus humi recubat abſque ſtragulis,& diſcumbentem ſtantes ſacerdotes circumſtãt,nuſquam propius quam ad quaternos paſſus accedentes,regis uerba reuerentiſſime obſeruãtes. Vbi uero edere deſierit, ſacerdotes regias reliquias offerunt corniculis auibus depaſcendas,quas aues nefas eſt lædere,& ob eam cauſam tutò uolitant quocunq; libuerit. Ducturus rex uxorem,prius thorum inire non conſueuit,quàm à digniore ſacerdote noua nupta defloratа fuerit. Stupri à rege præcium conſtituitur quingentorum aureorum.

Humiles domus.



Dæmonis cultura.

Sacerdotes dæmonum.

Succeſſio regum.


De moribus Indorum in Calechut.

PRímum locum poſt regem tenent ſacerdotes idolorum cultores:his ſuccedũt Naerí,qui non minoris ſunt apud eos,quàm apud nos patricij. Horum intereſt enſem, clypeum,arcum,lanceamq; quum prodeunt ferre. Qui tertiæ claſſis habentur,ij eius loci ſunt apud eos,cuius apud nos ſunt cerdonicam exercẽtes artem. Qui quarto ſunt in loco,piſcatu uictum quæritant:& qui quinto,ad eos ſpectat piper,uinum,iuglandesq; legere. Poſtremi uero ſerũt & colligũt oriza,contẽpti à ſacerdotib.& patricijs. Regi ac reginæ incoliſq; urbis nullus ferè eſt habitus,quippe qui goſipino,haud ſane ſerico pannо obſcœna tantum uelant,cætera ſunt nudi:pedibus incedunt nudis,apertoq; capite prodeunt. Exempto rebus humanis rege,ſi ſuperſtites ſunt mares,liberi aut germani aut fratrũ filij:hi minime regno ſuccedũt:nam filio ſororis ex gentis inſtituto ſceptra debentur:

qui

qui si nullus foret,regno succedit is qui arctiore coniunctione regem contingit, non alia aiunt de causa,nisi quod sacerdotes reginam defloraruntPeregre quoq; proficiscente aut exeunte in uenationes rege,sacerdotes reginam domi asseruant,illi assistentes,nihilq; gratius regi contingere posset,quàm ut reginæ per stupri conciliationem assuescant.Propterea exploratum habet rex ob uulgatam reginæ pudicitiam,ex ea susceptam prolem inter liberos collocandam minime fore.At sororis natos ueluti sibi iure sanguinis coniunctissimos, adscire ad imperij partem consueuit. Patricij ac negociatores hunc morem in ter se seruant. Quibus sunt uxores amicis,nonnunquam complacet per speciem maioris coniunctionis uxoribus commutandis operam dare. Dicitq; alter ad alterum: cum mihi fueris amicus optimus,commutemus uxores ea lege, ut tu mea, ego uero tua potiri queam. Tum alter:ain' tu serio? Cui ille:ita per Pollucem. Concedamus,inquit socius, domũ meam. Quò ubi peruentum est,alter eorum inclamat uxorem: Accede, inquiens,mulier, huncq; sequere,quoniam deinceps coniunx erit tuus. At mulier:loqueris'ne serio? At prior coniunx:non iocor quidem. Tum mulier,lubens inquit,sequor. Protinus his ultro citroq; dictis,abit cum prioris socio uiri mulier,inuicemq; coniugem suam iure commutationis ad socium mittit,qui prior adduxit mulierem. Hoc institutum permutandis seruant uxoribus. Pignora uero alterum parẽtem sequuntur.

Commutatio uxorum.



Patibuli genus

Aliis uero idolorum cultoribus longe sunt alij mores: nam fœmina septenis nubit uiris, qui in concubitum noctes alternant. Vbi autem pepererit mulier prolem, delegat ad quencunq; ex septem coniugibus uoluerit, à cuius assertione nulla est prouocatio. Humi procumbentes edunt in trulla ænea:cochlearis uicem supplet arboris folium. Esculẽta sunt oriza, pisces,aromata,fructusq; ignobiliores. Vbi quis quempiam cõfecerit,correptus pœnam luit in hunc modum. Genus patibuli habent,palum longũ quaternos passus. Huic non longe à fastigio ligni scipiones gemini in crucis figuram affiguntur. Tunc palo per terga sontis acto, terebratum homicidæ corpus cruci miserandum in modum infigitur,sicq; affixus infelix pendet donec uitam exhalauerit. Qui uero consauciant aut scipione quem piam uerberant,ij culpam ab rege auro redimunt. Adoraturi ante emersum solẽ stagno lotionis gratia immerguntur,sicq; loti nihil prius contrectant, quàm domi suæ præces ad idola fuderint. Dum humi straticlan culum orant,edunt gestus quosdam dæmoniacos ueluti lymphati,inuersis luminibus,miroq; oris dehonestamento instar portenti. Profecturo ad bellum regi in expedito sunt centena peditum millia:nam equitum ibi nullus est usus præter elephantorum. Qui regem sequuntur uitta serica eademq; coccinea caput uinciunt. Præliũ inituri,ense obrotundo,clypeo,lanceis ac arcubus utunt.

De pipere & aliis aromatibus quæ crescunt in regione Calechutensi.

PIper mittit suburbanus urbis Calechutensis ager,legunt etiam nonnihil intra urbẽ cultores. Caulis piperis infirmus est admodum,instarq; uitis absq; adminiculo (pedamenta uocant)consistere nequit. Hederæ nõ est absimile piper, quippe quod serpit,& altiore complexu proximam semper arborem uincire cõsueuit. Hæc arbor, imo frutex,dispergitur in ramos compluſculos intra geminum ac ternum palmum longos. Folia eius mali Assyrij figuram exprimunt,sed hæc crassiora pinguiusculaq; nonnihil,intercursantibus ex aduersa parte minutioribus uenis. E singulis malleolis seni dependent cõferti racemi palmo haud ampliores. Color est ijs qui & immitioribus uuis. Legũt

Color piperis.

mense




menſe octobris ac nouẽbris,in colorem praſinum adhuc incli-
nantes,ad ſolemq; apricantem aſſandum imponunt tegetibus,
ubi triduo nigreſcit non aliter quam huc affertur:abſq; cultu a-
lio putandi,minusq; ligonizandi cura eſt illis,ſimplici ac ſynce
ro telluris prouentu. Plinius arbores piperis ſimiles dicit iuni- *Piper ut Iu-*
peris noſtris,ſuoq; tempore aliqui tradiderunt in fronte Cauca *niperus.*
ſi ſolibus oppoſita eas tãtum gigni. At hodie nauigationes Lu
ſitanorum in Orientem aliud docuerunt. Mittit & regio Ca
lechutenſis zinziber:haud dubie radix eſt, eruiturq; nonnun- *Zinziber.*
quam pondo unciarum duodecim,nec omnibus eſt eadem am-
plitudo. Plus non agitur in profundum radix quàm ad ternos
uel quaternos palmos harundinum modo. Quum eruitur zin-
ziber,relinquunt internodium radicis in ſcrobe,unde erutũ eſt
zinziber,terramq; radici aggerunt ceu ſemen eius radicis,pro-
ximo anno erupturi fructum, id eſt, zinziber. Inuenitur in locis
æquis inſtar myrobalani,in tellure tamẽ rubente omnifariam.
Creſcunt etiam ibi nonnulli alij fructus & frutices,quales ſaceri(alij graccara)amba,caro-
capel,comolanga,& alij plures nobis incogniti fructus,quorum quidam habent ſaporem
cotonei Perſici,alij pruni Damaſceni,alij melonis,alij ficuum,&c. Creſcit deniq; in re-
gione illa aloe,& eſt gummi quoddam collectum ab arbuſcula,quæ ſolum una radice fixi *Aloe.*
tur inſtar baculi in terra. Habet caudicem tenerum & rubicundum,odorem grauẽ & gu-
ſtum amarum. Emittit aliquando non ſauciata lachrymam,eſtq; multo præſtantior quę in
India gignitur,quàm quæ in Iudæa producitur.

De auibus & animalibus quæ in terra Calechutenſi inueniuntur,itemq; de uino arboreo.

INueniuntur in Calechut compluſcula quadrupedum ac alitum genera,ut ſunt leones,
apri,cerui,hinnuli,lupi,boues fœminæ.bubali,capreæ,elephantes,uerum ibi non na-
ſcuntur ſed importantur. Sunt item ibi Pſitaci praſini coloris,alij ſcutulati, alij coloris
purpurei. Horum eſt tanta ubertas, ut adhibendi ſint cuſtodes ſeruandæ oriæ in ar-




uis,ne eam depaſcãtur. Sunt uo
cales admodum uiliq; præcio.
Sunt etiam illic quædã alites Sa
rau nomine,pſitacis nõnihil in-
feriores, concentu tamẽ longe
ſuauiores. Sunt & complura a-
lia auitiorum genera noſtris diſ-
ſimilia,quorum mane & ueſpe-
ri tantus eſt concentus, tantaq;
canendi ſuauitas,ut nihil amœ-
nius audiri poſſit: in tam paruis
faucibus tota ferme conſiſtit harmonia. Ob id immenſa eſt incolarum uoluptas non ſecus
quam ſi in terreſtri paradiſo conſiſterent, uernantibus floribus,
uirentibusq; toto anno omnifariam arboribus: mira cœli clemẽ-
tia incredibiliq; temperie,hyeme æſtateq; nuſquam ſæuientibus.
Vernare enim ſemper uidentur,adeo algoris ac æſtus ſunt exper
tes. Mittit eadem regio cercopithecos,qui cultoribus præſertim
inopibus ſunt magno oneri,quippe qui iuglandium arbores con
ſcendunt & liquorem illum,unde uinum Indi exprimunt, effun-
dunt,euertuntq; uaſa,quibus liquor excipitur. Habent enim Indi *Arbor multa-*
arborem totius orbis arboribus lõge præſtantiorem:quæ palmæ *rum commo-*
inſtar cariotas edit. Hinc enim colligunt ligna,igni alendo aptiſ- *ditatum.*
ſima,iuglandesq; in cibatu gratiſſimas,item funes & teneros pã
nos,uinum,oleum & ſaccarum. Producit in primis nuces cariotę
inſtar. His demunt priorem corticem,ignibusq; delegant. Alius



Vinum ex arbore.

uero fructus gossipino aut byssino non est absimilis, ex floribus uero pannum conficiunt serico simillimum, & sequens pensum rursum nent, indeq; fiunt tenuiores funes. Vltimus autem cortex nucem occulit, cuius crassitudo minimo manus digito nõ est maior. Porro cum nuce simul latices gignuntur, iuglandeq; adolescente crescunt item aquæ in ea adeo, ut absoluta nuce simul aquæ interiora nucis occupent. Est ea aqua limpidissima, rosaceæ non absimilis, unde fit oleum pinguissimum. Incidunt etiã truncum mane & uesperi, unde colligunt liquorem nobilissimum, quem igne decoquunt & faciunt potum tam mirabilem, ut si quis modum excedat in furorẽ ferè incidat. Is liquor ibi temeti uicem supplet. Sed reuertamur ad animalia quæ in Calechut inueniuntur. Adolescunt ibi serpentes in tantam magnitudinem, ut maximis suibus non sint absimiles. Habent lõge uastius caput quam apri: quadrupedes sunt, quaternorum cubitorum longitudine, in palustribus locis nascentes & uersantes. Id animalis genus aiunt incolæ ueneni expers esse. Reperiuntur quoq; ibi serpentum alia genera. Quod dam enim habet tam exitiosum uirus, ut si uel tantillum eliciat sanguinis, mortem homini afferat præsentaneam. Sunt alij serpentes, aspidem magnitudine repræsentantes: rursum alij longe proceriores, quorũ ingens inibi est copia putanturq; ab incolis spiritus esse de cœlo sumptos, ideo eos plurimi faciunt. Illud ea cõiectura assequũtur, quod solo ictu præsentaneam afferant mortem: id efficit, ut inibi multa sit serpentũ fœcunditas, quoniam edicto principis impune uagantur. Sunt tamen apud eos huiusmodi serpentes boni ominis: nam ubi aliquò cultores proficiscuntur, si quempiam serpentẽ ob uiam habuerint, protinus felix omen interpretantur. Indiani psitaci plerunq; uiridis sunt coloris, præter caput quod rubet aut aureo splendet colore. Est illis magna & lata lingua, atq; ideo uocaliores sunt, eduntq; uerba perceptibilia. Discunt primo & secũdo anno quę docentur, retinentq; diutius. Bibunt uinum & utuntur pedibus manuum loco, cum cibum capiunt.



Serpentes non interficiuntur.

Psitaci.

Species aromaticæ unde comportentur in urbem Calechut.

Zinziber crescit in Calechut, sed plurimum quoq; ex Canonor illuc affertur.

Cinnamomum mittit insula Zaylon, quæ est 50. milliaribus Germanicis ultra Calechut in Oriente.

Piper crescit in agro Calechut, sed multo plus illuc portatur ex Corimucol, quæ est a d 12. miliaria ultra Calechut.

Gariophila colliguntur in loco qui Meluza appellatur, distante aliquot miliaribus à Calechut.

Nuces myristicæ siue muscatæ & Macis crescunt in Molucha, loco qui à Calechut distat sesquicentum & amplius miliaribus.

Muschum seu Castoreum uenit ex regione Pego, quę distat à Calechut ferè cẽtum et quinquaginta miliaribus.

Margaritæ

Margaritæ ſeu uniones maiores leguntur prope inſulam & ciuitatem Ormus dictam, ſitã in ſinu Perſico, trãſmittunturq; ad Calechut, ceu ad generale emporiũ totius oriẽtis.
Spica nardi & myrobalanum ex Cambaia in Calechut portantur.
Caſſia creſcit in agro Calechut.
Thus & myrrham ſuppeditat Arabia.
Aloe & camphora ex Kyui ſeu Chiua loco, quinquaginta miliaribus ab Calechut diſtante adferuntur.
Piper longum ex Samotor uenit.
Cardamomum maius mittit Canonor.
Preſilium uenit ex Darnaſſeri, ducentis fere milliaribus à Calechut.

De inſula Zaylon & de Cinamomo.

EST Zaylon regio latiſſima & fert in primis elephantos complures. Habet etiã mõtem uaſtiſſimæ longitudinis, ad cuius radices pyropi, uulgo rubini, inueniunt, hyacinthi, ſapphyri, topazij & id genus lapides complures. Creſcit in ea arbor cinami, lauro haud abſimilis, præſertim ſi folia ſpectes. Grana primo gignit lauri inſtar, baccas credas, minutiora tamen, eademq; albicãtia. Eſt autem cinamum nihil aliud quàm arboris liber, qui in hunc modum legitur. Singulis ternis annis incidunt ramos, delibrãtq; & demptum eo modo corticem cinamomũ appellant. Neq; enim caudicem incidunt, ſed ramos tantum. Quum autem colligitur non eſt protinus abſoluta ſuauitate, mẽſtruo perfecta abſolutaq; eſt ſuauitas. Eſt inſula iſta ſita ſub æquatore in zona peruſta, uernãte ſemper tempore. Incolæ chlamyde corpora uelant exerto brachio, utunturq; pannis goſipinis aut ſericis. Harundo apud eos lanceæ ac enſis, gladijſq; uicem ſupplet, ob id perraro in prælio occumbunt.

Rubini Hyacinthi Sapphyri.

Cinamomũ arboris co. tex.

De urbe Tarnaſſeri & ciuium moribus.

DIſtat urbs Tarnaſſeri à regno Narſingæ uerſus ortum ſolis, 14. dierum itinere naual, habetq; proprium regem, magnarum uirium & diuitiarum principem. Mittit ager huius urbis triticum, goſipium, nec non adfatim ſerici: ferunt arua omni fariam fructus, ferũt allyria mala, cetrinaq;. Gignit ea regio multifariam animalia, fera alia, exarmata alia: cicurũ ſunt boues, pecora, capreæ, apri, cerui hinnuli, ferarum uero generis ſunt lupi, leones: uiſuntur etiam ibi feles eiuſmodi qui zibellum gignunt. Aruis præterea inerrant pauones complures, falcones, pſitaci pulcherrimi albicantes ſepteno colore: eſt etiam illic leporum ac perdicum mira fœcunditas. Honeſtant regionem complura alia auitiorum genera, raptu præſertim uiuentia, longe aquilis proceriora: ex quorum ſuperiore roſtri parte, capuli enſium fabricantur. Naſcuntur ibi multo proceriores quàm apud nos gallinæ, galliq; gallinacei. Incolæ edentes humi procumbunt abſq; gauſape: ligneis tamen uaſis utuntur adfabre factis: potus eſt illis latex ſaccaro conditus, ditioribus præſertim. Stratum ex goſipio habent, ſtragulam autem ex ſerico aut ſane xylo. In uniuerſum pedibus incedunt nudis præter ſacerdotes. Exhibet rex huius urbis coniugem defloran dã nõ ſacerdotibus, ut ſolet urbis Calechut princeps, ſed albicãtis coloris hominibus Chriſtianis aut Mahumetanis. Cultoribus uero idolorum id munus minime delegatur. Verum poſtquam defloratа eſt nupta priore nocte, ſi mariti de cætero honori defuerit, fidemq; iugalẽ temerauerit, morte protinus uulgatæ pudicitiæ pœnas luit. Ob id uolunt mulieres huiuſmodi ſalaces, ut nunquam nox qua defloratur finem accipiat, ſed prorogetur ad menſem. Exempti rebus humanis ardenti rogo ſacerdotes regesq; deflagrant, combuſtorumq; cineres in uaſis Samijs, eiſdemq; infectis nitro condunt & defodiunt domi uaſa cineribus oppleta. Quum comburunt corpora omniſa-



Omnis generis aues.

Sponſa ab alio defloratur.

Mos ſepeliẽdi

riam odores in rogum conijciunt,aloen uidelicet,thus & myrrham, storacem, corallum, sandalium & id genus innumeras odoratas arbores,tubis clangentibus,tibicineq; concinente,quasi eorum more qui olim inter diuos referebantur. Transactis autem post uiri obitum quindenis diebus,mulier uiro superstes ad se conuiuij celebrandi gratia agnatos omnes accersit,proditq; compta omnium monilium genere ad locum combusturæ mariti, ubi puteus agitur in profundum,qui capax sit mulieris,septumq; uelant serico panno, & ardet interea idem puteus odoratis refertus arboribus:& mulier postquam conuiuæ epulati sunt mandit plurimam betolam,unde mente uacuatur. Interea circumdant puteum innumeri tibicines amicti dæmonũ cultu,& mulier quasi lymphata ultro citroq; commeat, nec aliter tripudiat quàm si choreas duceret,peractisq; ceremonijs in rogum sese præcipitat,haud secus quàm si in cœlum recipienda foret. Et nisi mulier subiret id munus post uiri mortem,incredibilis infamiæ nota illi inureretur,foretq; toti regioni ludibrio, ceu coniugis minus studiosa. Hunc morem non seruant nisi summates,clariores ue urbis patricij, ideo pompæ huiusmodi plerunq; interesse dicitur rex ciuitatis.

De Pego regno & urbe clarissima.

Bangella emporium.

PAtet iter nauale undecim dierum à Tarnasseri ad Bangellam ciuitatẽ,ubi rex quoque est & fertilissima terra,quippe quæ habet frumentum,carnem,saccarum, zinziber & gossipiũ. Habet propterea ditissimos negociatores. Singulo eñ anno abducuntur inde ad quinquaginta nauigia gossipinis pannis sericisq; onusta, qui ad Turcas Syrosq;,nec non Arabes,Persas,Aethiopes,Indosue deferuntur. Inueniunt quoque ibi negociatores Christiani,qui illuc ueniunt ex imperio magni Cham de Cathay, ferentes secum aloen,laserpitium, castoreum & id genus fragrantiores odores. In hac urbe pannos non conficiunt mulieres,neq; lanificio nentes incumbunt, sed uiris id munus delegatur. Hinc uersus ortum solis uenitur ad urbem Pego nomine,sitam ad limpidissimum amnem. Rex eius idola colit,habetq; innumeros in armis, quũ equites tum etiam pedites. Ager re frumentaria plurimum scatet,adfatimq; carnium habent quasi omnifariam animalia. Inibi perpauci sunt elephantes,reliqua uero auimalia & auitiorum complura genera illic conspiciuntur modo regionis Calechut,habent præsertim psitacos uocaliores quàm alibi inueniuntur. Mittit hæc urbs præter monilia præsertim pyropos seu rubinos,mercimonia nulla. Hi lapilli præcioli aliunde aduehuntur,ex urbe scilicet Capelan, qui tenebricosa nocte non aliter lucent,quam si phœbus ipse radios suos uibraret. Mittit circumiacens regio lac,sandalium,presilium, gossipium & sericum. Hinc nauigatur in octo diebus ad ciuitatem Malacham,quam alij Melaquam appellant,ubi alterinsecus uisitur insula ingens,quam Sumatram appellant,olim autem dicta fuit Taprobana. Habet Malacha portum maris optimum & commodissimum,& ob id appellunt ibi plura quàm alibi nauigia,& comprimis aromata & complura alia mercimonia omnifariã illic conuehunt. Regio non est generatim ferax,mittit tamen triticũ,carnes, perpaucaq; ligna; aruis inerrant alites instar regionis Calechut,uerũ psitaci sunt illis lõge meliores. Mittunt item aromata,sandaliũ,stannumq;,elephantes,equos,pecora,bubalos,pauones & id genus cõplura animalia. Illic mercari non licet, nisi emere aromata sericumq; uolueris. Ibi noctu per urbem incedere impune haud licet,grassantibus inuicem incolis:nam mutuis cædibus canũ more se conficiunt. Ob id appulsi negociatores,non nisi in nauigijs pernoctant. Quomodo Lusitani Malachã expugnauerint,dicetur infra in descriptione nouarũ insular. in.

Sandalium Presilium. Malacha ciuitas.

Sumatra insula.

Taprobana insula.

HAnc putant Taprobanam esse insulã, estq; magna & dives. Nam habet quaternos diademate insignitos reges. Sunt idolorum cultores, fideq; & ritu uiuendi, necnon habitu regi Tarnasseri non absimiles. Excedũt homines corporum magnitudine alios omnes. Sunt cæruleis oculis,atroci uisu,terrifico sono uocis,quibus immatura mors est. In annos enim centum ætuum trahunt. Certis canalibus mare adeo altum adeoq; depressum, ut nullæ unquam anchoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Habitatores maria piscationibus inquietant, marinasq; testudines capere gaudent,quarum tanta est magnitudo,ut superficies earum domum faciat & numerosam familiam non arcte receptet. Aiunt quasdam quindecim cubitos habere in longitudine,atq; ob id habitatores facile defendere ab omni iniuria aeris. Maior pars insulæ

huius

huius calore ambusta est, & in uastas deficit solitudines. Margaritas legunt plurimas maximasq; Signato argento auroq; ac stanno pro moneta utuntur. Aurum sic est signatum: ab altera parte uisitur dæmonis cælatum caput, ab altero uero carpentum quod elephanti trahunt. Mittit ea regio numerosius proceriores quam alibi elephantes, eosdemq; meliores. Balenæ maris circumuagantur hanc insulam & plurima habitatoribus inferunt incommoda. Sunt tam uastæ magnitudinis, ut in morem collium appropinquent littori, habẽtq; dorsum asperrimum, spinosis setis & aculeis cuspidatum. Et nisi homines caute ambulent in littore maris, non euadunt huiusmodi horrendas beluas, quin subito absorbeantur. Habent quædam tam immensum rictum, ut nonnunquam deglutiant naues cum hominibus. Fert hæc insula Lac seu lactam, unde conficiunt rutilum colorem. Gignitur autem in arbore iuglandibus nostris haud absimili. Est quoq; ibi proceriοris piperis uberior prouentus, miraq; copia. Lingua patria piper molaga dicitur, & est longe proceriοr illo quod huc aduehitur. Venditur ibi non pondere sed mensura, ut apud nos triticum. Tanta est huius ubertas, ut inde anno singulo uicenę naues onustæ Cataium, ubi frigidius est cœlum, euehantur. Hinc itinere quindecim dierum peruenitur ad insulam Baudan nomine plurimum incultam ac infœcundi soli, humilis & plani, quam incolit genus hominũ agreste, parum distans à beluis: habentes humiles casas, & qui amiciuntur sola interula, nudis pedibus apertoq; capite prodeunt, promittunt capillum, staturæ despicabilis, idola colentes, obtusi ingenij, nullarumq; uirium: quorum ager præter myristicam nucem (musca tam appellant) & nonnullos fructus nihil mittit.

Balenæ insulam gentes.

Molaga piper

Myristica nux



Est autem myristicæ nucis caudex Persico caudici similis, ramos, foliaq; consimilia producens, uerum nonnihil angustiora. Priusq; nuces huiusmodi percoquant, sepit arborem macis seu mastix florentis rosæ instar, & ubi nux percoxerit, mastix eam complectitur, complexoq; simul statotẽpore cultores legunt certatim uberiusq; quàm possunt, quoniam communia sunt ibi omnia, cedunt q; præoccupãtibus. Arbores absq; cultu suppeditante tantum natura, fructus mittunt. Legun tur quando apud nos castaneæ colliguntur.

Procul illinc itinere sex dierum est insula Monoch, in qua gariophilum inuenitur, sicut & in uicinis alijs insulis. Est arbori huic caudex buxo nõ absimilis, folia uero cinnami instar habet, sed obrotunda magis. Cumq; matureſcere incipiunt, cultores harundinibus flagellant arborem, constrato prius circum arborem tegetibus solo. Colos telluri est qui subargillosæ ac arenosæ terræ esse consueuit. Regio est humilis admodum, adeoq; demittitur, ut septentriones ibi minime cernantur, polo scilicet meridionali eminente supra terram.

Gariophilum.

De insula Bornei.

INsula Bornei quam alij Porne uocant, abest à Monoch insula quinquaginta circiter Germanicis milliaribus, colunt q; incolæ idola & sunt acerrimi ingenij ac uitæ haud illaudabilis. His non est idem habitus, alij interula gosipina, alij undonibus utuntur, alij apice subrutilo uti consueuere. Ea insula mittit quotannis adfatim camphoræ. Hanc arboris gummi esse adseuerant. De hac insula infrà in nauigationibus orientalibus, plura fortassis differam.

Gyaua insula.

QVinq; dierum itinere uersus meridiem à Bornei nauigatur ad Gyauam insulam, quæ tam magna esse perhibetur ut complura regna contineat. Incolæ idolorum latriæ addicti sunt. Hæc insula sericum mittit, syluis sponte id gignentibus. Habet & smaragdos totius orbis elegantiores: habet affatim auri ac optimi æris: ager re frumentaria scatet, omnifariamq; fructibus. Maria sulcaturi incolæ arcubus

De terris Asiæ maioris



cubus & harundineis sagittis utũtur. Consueuit etiam gens illitas ueneno sagittas, eo instrumento, quo nos tormenti instar figulina glande aues conficere solemus, ore in hostes uibrare, mortẽq; illico afferunt, modo nonnihil cruoris eliciãt. Solent quoq; huius insulæ cultores, ubi uiderint parentes senio cõfectos nullius iam usus esse, in emporium adductos anthropophagis uendere, à quibus continuo mactantur & loco esculentorum à quibusdam absumuntur. Idem agitur cum iunioribus si deuenerint in ægritudinem desperatam.

Iaua insula.

DVæ sunt Iauæ insulæ, maior scilicet & minor. Maior plurimum extẽditur in austrũ, dicituրq; habere multa regna. Colunt incolæ idola & habent propriam linguam. Est in ea magna copia piperis, nucum muscatarum, spici, galangæ & cæterorum aromatum. Conueniunt quoq; illuc multi negociatores, lucrãturq; multa ex auectis speciebus. Sunt etiam in ea insula anthropophagi.

Madagascar insula.

Eboris copia.



Ambrum.

HAec insula inter maiores & ditiores mundi computatur insulas. Habitatores eius Mahumetani sunt. Producit hæc insula plurimos elephantos, & est in ea magna eboris nundinatio. Nã in toto orbe non putatur maior esse elephantinorum dẽtium copia q̃ in hac & Cuzibet insula. Non comeduntur in hac insula aliæ quã camelorum carnes, quũ illæ saniores incolis sint, atq; insula abundet his animalibus. Sunt præterea in ea multa nemora sandalorum rubeorum, quorum gratia multæ ibi fiunt mercantię. In mari uero cete grandia capiũtur, ex quibus ambrum colligitur. Sunt ibi leones, leopardi, cerui, damulæ & capreæ multæ, aliarumq; bestiarum & auium multiplex uenatio.

Zanzibar insula.

ZAnzibar insula proprium habet regem & linguam singularem. Incolæ eius idola colunt, suntq; corpore grosso sed breui. Quod si staturæ longitudo corpulentiæ responderet, gigantes uideri possent. Sunt omnes nigri & nudi incedunt, uerenda duntaxat tegentes. Capillorum habent miram crispitudinem, & os magnum, naresq; sursum patentes, aures quoq; habent grandes & oculos truces. Mulieres eorum deformes sunt ob oculos prominentes, os magnum & nares grossas. Viuũt lacte, carnibus, orizo, & dactylis. Carent uino, sed conficiunt potum optimum ex oriza & saccharo, aliisq; speciebus. Veniunt illuc multi mercatores propter ebur & ambrum. Nam sunt ibi plurimi elephanti & cete grandia.

De duabus insulis, in quibus uiri & mulieres separatim habitant.

SVnt in alto mari duæ insulæ, octo aut nouem miliaribus Germanicis à se inuicẽ distantibus, uersus meridiem inter emporia Aden & Calechut collocatæ, in quarum una morantur

rantur uiri ſine mulieribus, uocaturq; inſula maſculina, & in alia fœminæ ſine uiris, quæ & fœminina appellatur. Sunt Chriſtiani & habent inter ſe matrimonia. Mulieres nunquam ueniunt ad inſulam uirorum, ſed uiri uiſitant mulieres, moranturq; cum illis tribus continuis menſibus, quiſq; ſcilicet cum uxore ſua in domo propria. Poſt hæc reuertuntur ad inſulam ſuam, ubi per reſiduum anni tempus manent. Retinẽt autem mulieres filios maſculos ſecum uſq; ad decimumquartum annum, poſtea mittunt eos ad patres. Mulieres aliud nihil agunt, niſi quod curam habent filiorum, & fructus quoſdam legunt. Viri uero laborant & curam habent quomodo uxores & filios nutriant. Vacant piſcationibus, & piſces recentes atq; deſiccatos uendunt negociatoribus, unde multum lucri habent.

Imperium Cathay.

SVperior India, quæ nunc Cathay appellatur, eſt ampliſſima, potentiſſimaq; regio, cui præſidet magnus Imp. Tartarorum Cham, quem alij Can uocant, habetq; ſub ſe plurimas prouincias, populos & regulos, atq; infinitas inſulas in oceano orientali. Habet in imperio ſuo nominatiſſimas ciuitates, cuiuſmodi ſunt Cambalu, Quenquinafu, Mien, Cacauſu, Canglu, Tadinfu, Tingui, &c. Apud hos Cathæos multæ uxores in unius uiri coeunt matrimonium. Et is ubi uita diſceſſerit, apud grauiſſimos iudices ſuam quæq; de meritis agũt cauſam, & quæ officioſior præ cæteris uiro chariorq; fuiſſe iudicãtiũ ſententia comprobatur, illa in habitu ornatuq;, quo cultius ſe exornare poteſt, uictrix & lætabunda rogum aſcendit ac iuxta mariti cadauer accubat, amplexans illud & deoſculans ſuppoſitis ignibus cum coniuge defuncto concrematur: cęterę cũ nota & dedecore uiuunt. Cõnubia nõ opibus & nobilitate, ſed formæ præſtantia cõciliant inter ſe, liberorum magis quam uoluptatis cauſa. Eſt & alia conſuetudo apud quoſdã Indos, ut qui filias præ inopia locare nõ poſſunt, in ipſo ætatis flore cũ tuba & claſſicis, quibus bellica ſignificari ſolent, in forum producunt. Tum multitudine cõ uocata, puella coram aſtantibus primum poſteriora humero tenus detegit, poſtea anteriora. Quæ cum placita fuerit et approbata, quibuſcunq; uidetur illa nubit. Cathaini Scythi cum genus hominum eſt, ſuntq; ſecundum Haitonum ſagaciſſimi, aſſerentes ſe ſolos hominum duobus luminibus cernere, cęteros mortales aut cęcos eſſe aut altero oculo captos: magnum ingenij acumen ſed iactantia maior. Perſuaſum eſt uniuerſæ genti, ſe cæteris mortalibus artium ſubtilitate & ſcientia longe antecellere. Candidum genus hominum, paruis oculis, natura imberbes, ueræ pietatis expertes. Solem enim quidam adorant, alij lunam, quidam fuſiles ſtatuas, nonnulli bouem, uariaq; per hæc monſtra ſparſa eſt gentis ſuperſtitio. Non ſcriptas leges, non fidem norunt ullam: & quum in opificijs mirum ſit gentis acumen, nulla tamen his rerum diuinarum noticia. Timidum genus hominũ, mortemq; formidãs: gerunt tamen bella magis ingenioſe quàm fortiter. Sagittis in pugna utuntur, telorumq; generibus quibuſdam hominibus aliarum gentium minime notis. Papyracea moneta in uſu, quadrata forma, & in ea regis imagine expreſſa. Suppellex ex auro & argento, cæteriſq; metallis, olei inopia inſignis. Imperator Cathainorum curiam ſuam habet in potentiſſima urbe & metropoli totius imperij Cambalu, quæ tantæ magnitudinis eſt, ut complectatur per circuitum 60. milliaria Germanica. Eſt autem quadri latera, habetq; quælibet muri quadratura tres portas principales. In angulis quoq; murorũ ſunt egregia palatia, ubi ciuitatis conſeruantur arma. Tranſeunt per hãc ciuitatem uici & plateæ rectiſſimæ, ut ab una porta liber aſpectus pateat per ciuitatem ad portam oppoſitam, domibus elegantiſſimis palatiorum inſtar utrinq; conſtructis. Extra ciuitatem duodecim ſunt magna ſuburbia, ſingulis duodecim portis contigua, in quibus iugiter mercatores inueniuntur & aduenæ homines. Dici non poteſt quanta uis mercimoniorum & o-



Mores coniugum.



Cathæi abuntur ſuo ſenſu

Cambalu regia.

Emporium maximum.

pum in hanc urbem conuehatur: putares toti orbi illa sufficere posse. Aduehuntur autem lapides præciosi, uniones, sericum & diuersarum specierum aromata ex India & Mangi, aliisq; regionibus. Nec transit dies per annum, in qua nõ circiter mille quadrigæ serico oneratæ huc ab exteris negociatoribus conuehantur. Quãta pompa, quantusq; apparatus omnium rerum conseruetur in Imp. aula, dici nequit. Habet in curia sua duodecim equitũ millia, qui corpus suum custodiunt. Custodias autem suas tali distribuunt ordine, ut quum

Regis magnificentia.

per triduum dux unus cum tribus millibus militum intra palatiũ regem stipauerit, tribus sequentibus diebus dux alius cum aliis tribus militum millibus obit hoc custodiæ munus, cui iterum dux alius cum militibus suis succedit. In conuiuijs Imperatoris, indicibilis obseruatur pompa. Habet ad sinistram reginã maiorem & principalem, ad dextram filios & qui de regali sunt prosapia, in demissiori tamen loco. Reliqui uero barones & milites, sedent adhuc in demissiori loco. Nemo in hac aula discumbens, alio quàm aureo utitur poculo. Principes qui regi discumbenti ministrant, omnes delicatissimo serico panno ora sua cooperiunt, ne ipsorum halitus quoquo modo regium cibum aut potum contingat. Et quum Imp. scyphum ad bibendum leuat, omnes circumstãtes citharœdi & musicorum instrumentorum lusores, chordas instrumentorum tangunt, & suauissimum edunt melodiam, & cæteri aulæ ministri interim genu flectunt. Quantus honor exhibeatur huic Imperatori & quàm multa & præciosa munera ei offerantur à regulis suis, principibus, præfectis prouinciarum & ciuitatum rectoribus, nemo satis explicare poterit, quam infinita ferè sub se habeat regna, prouincias, nationes & dominia, quæ circum Cathay iacent, & omnia illum agnoscant, atq; ceu deum & magnum Mahumetum uenerentur & adorent. Quantum fastum & magnificentiam ostentet, spectaculumq; exhibeat dum ad uenationem uel aucupium egreditur, quotq; in campo erigat tentoria, quæ à longe uisa putantur magna esse ciuitas, qui scire cupit legat Paulum Venetum in secundo libro suæ in Indiam migrationis, & mira inueniet. Cõficiunt in Cathay potum optimum ex oriza & uarijs aromatibus, qui suo sapore etiam uini excellit suauitatem. Laborãt in quibusdam locis magna lignorum penuria, loco quorum ex montibus eruuntur lapides quidam nigri, qui in ignem missi ceu carbones ardent, ignemq; conseruant, ut si uesperi accendantur, per totã noctem uiuum ignem retineant.

De prouinciis quibusdam magno Cham subiectis.



TRansit fluuius quidam magnus, Pulisachnitz nomine, regnum Cathay, qui se se exonerat in oceanum, & per quẽ naues multæ cum plurimis mercibus ascẽdunt. Est autem in eo loco pons marmoreus pulcherrimus, trecentos in longitudine habens passus & in latitudine octo, arcubus uero seu fornicibus uiginti quatuor innitẽs, sculptis leonibus utrumq; eius superiorem marginem adornantibus. Hinc non magna est distantia ad regnũ Tainfu, magnum & cultissimum, in quo sunt uineæ multæ. In regno uero Cathay nullum crescit uinum, sed ab hac regione illuc defertur. Exercentur in hoc regno mercationes multæ, abundatq; artificibus, & omnia arma, quibus utitur magnus Cham pro exercitibus suis fabricantur in eo.

Caromora flu.

Versus regionem Mangi peruenitur ad flumen Caromoram, quod ob nimiam latitudinem & profunditatem nullum habet pontem. Abundat ea regio zinzibere, serico & auibus, præsertim phasianis. Vltrà uero procedendo peruenitur ad ciuitatẽ grandem Quenquinafu, metropolim regni Quenquinafu. In istis regionibus inueniũtur animantia quæ muschum producunt. Est autem animal illud in hac terra paruum & pulchrum magnitudine mediocris felis, habens grossum pilum instar cerui, ungulas obtusas in pedibus, duos oblongos dentes in superiori rictu & duos in inferiori, atq; iuxta umbilicum habet uesicam sanguine plenam, qui immensam redolet fragrantiam, estq; uerum muschum.

De

De prouincia Mangi.

HAbet prouincia Mangi multas insignes ciuitates, in quibus exercentur magna & uaria negocia, præsertim in ciuitate Conigangui magna uis salis uenundatur. In Panchi ciuitate, magna exercetur mercancia serici. In Sianfu ciuitate multi fiunt pãni ex auro & serico: & in Singui est emporium celebratissimum, magnaq; uis mercium per fluuium adducitur. Iuxta Caigui ciuitatem crescit tanta uis bladi & oriz æ, ut inde ad curiam magni Cham deuehatur. Numerantur in ciuitate Singui pontes lapidei circiter sex millia, tam altos habentes fornices, ut magnæ naues trãsire possint sine mali inclinatione. Ciuitas alia Quinsai nomine, est tam magna & insignis, ut maior in orbe non esse putetur. Nam continet circuitus eius circiter centum milliaria Italica, quæ faciũt 25. Germanica. Pontes uero lapideos habet duodecim millia, eosq; tam altos, ut naues magnę erecto malo pertransire possint. Fundus autem ciuitatis est in loco paludinoso ferè ut Venetiæ: quare si careret pontibus de uico ad uicum peruenire non posset. Habet artifices innumeros atq; plurimos mercatores. Ciues in magnis uiuunt delicijs, præsertim mulieres, unde & cæteris formosiores sunt. Versus meridiem est lacus magnus intra mœnia urbis, qui circiter octo milliari a Germanica in circuitu suo continet, habens in littore plurimas domos nobilium, foris & intus ornatas. In medio uero lacus sunt duæ paruæ insulæ, & in qualibet est elegans palatium, in quibus continentur præparamẽta & uasa quæq; necessaria pro nuptijs & solennibus conuiuijs. Nam quicunq; ciues insignia uolunt celebrare conuiuia, illuc inuitatos ducunt & cum honore suscipiunt. Sunt per uicos ciuitatis plurimæ publicæ turres, in quas tempore conflagrationis uicini quiq; res suas portant atq; ab incendio saluant. Ciues adorant idola, & comedunt carnes equorum, canum & aliorum immundorum animalium. Collocat magnus Cham in hanc urbem maximam custodiam quo rebellio caueatur atq; furta & homicidia arceantur: in quolibet enim ponte interdiu & noctu decem habentur custodes. Prouincia Mangi quum sit latissima, diuisit eam magnus Cham in nouem regna, cuilibet proprium assignãdo regem. Et hi reges omnes sunt potentes, sed magno Cham subiecti. Vnus illorum moratur in urbe Quinsai. Aliud regnum appellatur Fugui, in quo comedunt̃ humanæ carnes cum magna uoluptate, dummodo homines illi non morbo aliquo occubuerint. Quos in bello perimunt, eorũ bibunt sanguinem & comedunt carnes. Inueniuntur in hac regione gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent ut catti, nigri scilicet coloris, eduntq; oua optima.

Sex millia pontes in una ciuitate.

Nouem regna in regione Mangi.

De regione Tangut.

A Persia duo sunt itinera ad regionem Cathay: aut enim meridianum latus est obseruandum petendaq; India, aut proficiscendum per prouincias Carcham, Cotam, Peim uersus aquilonem ad ciuitatem Lop, tota regione illa celeberrimam maximamq;, sitam inter Orientem & aquilonem ad introitum deserti magni. In hac ciuitate faciunt sibi mercatores, qui desertum transire cupiunt, parare cuncta necessaria. Quiescunt etiam in ea aliquantisper, prouidentes sibi de fortibus asinis & camelis, quos uictualibus onerant. Et quando in deserto uictualia deficere incipiunt, interficiũt asinos uel in deserto relinquũt quia nõ poterũt amplius illis de pabulo prouidere, quousq; desertum superauerint. Camelos libentius seruant, quod pauco sustentent̃ cibo & grauia ferãt onera. Offert desertũ illud magnũ uiatoribus aliquãdo aquas amaras, sed frequẽtius aquas dulces, ut ferè singulis diebus per illos 30. dies aquam recentem inueniant, sed quæ interdum adeo modica est, ut non omnibus mercatoribus simul euntibus sufficiat. Est desertum illud multum montuosum: & ubi ad planiciem peruenitur, illic per sabulum eundum est. Est in uniuersum sterile & squalidum, nullumq; propter pabuli penuriam animalibus præstat habitaculum. Cernuntur & audiuntur in eo interdiu & sepius noctu, dæmonum uariæ illusiones. Vnde uiatoribus summe cauendum est, ne multum ab inuicem seipsos dissocient, aut aliquis à tergo sese diutius impediat, alioquin & primũ propter montes & colles quispiam comitum suorum aspectum perdiderit, non facile ad eos perueniet. Nã audiuntur ibi uoces dæmonũ, qui solitariè incedentes propriis cõpellant nominibus,

Lop insignis ciuitas.

Dæmonis illusio.



uoces fingentes illorum, quos comitari se putant, & à recto itinere abductos in perniciem deducunt. Audiũtur interdum in aere concentus musicorum instrumentorum, sed frequentius sonitus tympanorum. Superato deserto peruenitur ad ciuitatem Sachion, quæ sita est in ingressu prouinciæ magnæ Tangut, ubi inter Mahumeti cultores, pauci inueniuntur Christiani Nestoriani. Sũt quoq; ibi plurimi idololatræ, qui sua habent monasteria, diuersis idolis cõsecrata, quibus & multa offerunt sacrificia, & dęmonibus magnos impendunt honores. Et quando homini filius nascitur, statim commendat eum idolo alicui, atq; in honorem eius anno illo nutrit arietem, quem anno à natiuitate filij reuoluto, proximo illius idoli festo unà cum filio offert cum multis ceremonijs. Officio finito, immolatas carnes ad locum aliquem deferunt, & consanguinei eius omnes pariter congregati, carnes illas cum magna religione comedunt, ossa uero decenter in uasculo quodam conseruãt.

Parentationes

Cæterum in mortuorum parentatione his utũtur ceremonijs. Curant proximi quiq; ut corpora exanimata comburantur sicut reliqui populi orientis faciunt. Alij tamen mortuum corpus aliquot diebus reseruant, aliquando septem diebus, quandoq; per mensem, nonnunquam per sex menses, domi capsam illi parantes & latera sic compaginantes, ut nullus fœtor ex ea exhalare possit. Corpus etiam ipsum aromatibus condiunt, & capsam pulchrè depictam panno prætioso operiunt, et singulis diebus, quibus cadauer domi tenetur, hora prandij mensa iuxta capsam præparatur, uino & cibis per integræ horæ spacium desuper positis, putantes animam defuncti de appositis manducare. Est terra Tangut amplissima regio, complectiturq; multas priuatas prouincias, puta prouinciã Camul, prouinciam Chinchital & Suchur, habetq; multas insignes ciuitates, quæ omnes parent magno Cham. Quidam incolæ credunt Mahumeto, quidam adorant idola, & quidam agnoscunt Christum ritu Nestoriano. In terra Chinchital est mõs, unde eruit minera chalybis & audanici. Inueniuntur quoq; ibi serpentes, Salamandræ dicti, qui in igne sine sui læsione uiuere possunt. Vsus eorum adhibetur pãnis quibusdam, qui ignẽ sine sui corruptione aut læsione ferre possunt, quin & quando maculam contrahunt aliquam, proijciuntur per horam in ignem, & extrahuntur mundi haud secus quam si optimè loti essent. Alia multa & innumera mirabilia scribit se uidisse & exploratum habuisse Paulus Venetus, qui fuit in partibus illis, à quo ista habeo, à reliquis uero, quæ quoq; commemorat, hic supersedeo.



De

Liber V.

DE NOVIS INSVLIS,

quomodo, quando & per quem illæ inuentæ ſint.



CHriſtophorus Columbus natione Genuenſis, quum diu in aula regis Hiſpaniarum diuerſatus fuiſſet, animum induxit, ut hactenus inacceſſas orbis partes peragraret. Petijt propterea à rege, ut uoto ſuo non deeſſet, futurum ſibi & toti Hiſpaniæ decus præclarum aſſeuerabat, ſi ſua opera & impenſa nouas regiones nactus eſſet. Hæc meditantem rex & regina deriſere, utpote cogitantem inania. Tandē per actis annis octo inſiſtente adhuc Columbo, cœpit rex ſermonibus eius aures præbere attentiores, decreuitq; poſt multa experiri uiri ingenium. Vnde iuſſit liburnicam unā & celoces duas omni genere annonæ armamentorumq; communiri, quibus expeditis, prima Septembris luce anno 1492. ſoluit ab Hiſpanis littoribus & diu optatū iter eſt aggreſſus. Soluens ergo à Gadibus diuertit uerſus inſulas Fortunatas, quas nunc Canarias appellāt, ob id quod canibus abundent. Fortunatæ uero olim dictæ fuerunt ob aeris miram temperiem, cœliq; clementiam, & incoluerūt eas ferinæ gentes quibus nulla erat religio, nullaq; uerecundia, utpote qui toti nudi incedunt. Hinc autem Columbus ſoluens nauigauit uerſus occidentem, tandemq; inuenit aliquot inſulas, quarum duæ erant uaſtiſſimę, eiſq; nomina indidit, alteram Hiſpanam, Iohannam alteram nuncupans.

Fortunatæ & Canariæ inſulæ

De duabus inſulis Iohanna & Hiſpana.

VEniens Columbus ad Inſulam quam Iohannam appellauit, audiuit innumeros auiū cōcentus, & in primis luſciniarū, quæ denſiſſimis inerrabāt nemoribus, mēſe nouēbri. Vidit quoq; limpidiſſima flumina, eadēq; ad potandū ſuauia, portus magnos & celebres. Et cum nauigaret ſecus inſulæ littora ductu Chori uenti & nullum comperiret finem, credidit continentem eſſe, propterea decreuit gradum referre, impellente pelagi ſæuitia. Conuerſa ergo naui ad Orientem, uenit ad inſulam quæ poſtea dicta fuit Hiſpana, appellensq; terram, conſpectus eſt ipſe & ſocij eius ab incolis inſulæ,

Hiſpana inſula

insulæ,qui protinus fugerunt in densa nemora. Nostri tamen uestigia persequuntur fugientium & mulierem quandam corripuere. Quam quum ad nauem reduxissent,uino & obsonijs prope distentam & eleganter uestitam,missam faciunt. Nam ipsi nudi incedunt & humaniores ignorant delitias. Veniente itaq; muliere ad suos,alij moti liberalitate in eam collata cateruatim ad littus currunt ferentes secum aurum, quod cum ollis testaceis & uasis uitreis permutabant,pro minima & despicabili re aurum dantes. Contracta igitur amicitia,nostri diligentius uitam eorum & mores cœperunt explorare, deprehenderuntq; eos habere regem. Vnde petentes interiora insulæ,à rege honorifice sunt excepti. Lustrauerunt autem domos eorum,uiderunt q; eas miro modo sine ferro constructas. Nam omni ferro carent,loco cuius cote utuntur,eo ligna serrantes & excauantes.

Canibali antrhopophagi.



Corpora humana fumãtur

QVod autem insulani primum à conspectu nostrorum fugerũt, id fecerũt quod putarent eos esse Canibalos, ferinos scilicet populos, qui in cibatu humanam carnem gratissimam habẽt. Hos nostri præterierant,eos ad meridiem relinquentes. Vnde insulani mœstissime nostris conquerebantur de efferatis Canibalorũ moribus,quod in eos non aliter sęuirent quàm tigris uel leo in mansuefacta animalia. Nã impuberes,si qui corripiũtur, exectis testibus saginant uti nos gallos gallinaceos,puberes uero mox contrucidant, quibus exenteratis ilia comedunt recẽtia,membrorumq; partes extremas,cætera saliunt adseruantq; ut nos insitia & farcimina omnis generis. Mulieribus haud uescuntur,uerum eas ad prolem,ueluti nos gallinas ad oua seruant. Si qua est anus,ea mancipij uicem gerit. Quando ergo Canibali ueniunt,incolæ insularum dant terga, & licet sagittis utantur,non sunt tamen tantarum uirium,ut compescere eos queant.

De moribus habitatorum Hyspanæ.



Panis ex radicibus.

VTuntur huius insulæ cultores loco panis radicibus quibusdam,quę sunt instar napi,saporem habent,quem molles recentesq; castaneæ. Aurum apud eos est in precio,id enim auribus appensum ferunt. Non emigrant finibus suis,nec ultro citroq; commeantes exercent commertia. Aurũ legunt in harenis cuiusdam fluminis, quod ex editissimis deriuatur montibus. Id labore eximio colligunt,funduntq; in frusta & demũ in laminas. Non sunt apud eos quadrupedia nisi cuniculi, serpẽtes uero habent immensæ uastitatis,sed innoxios: syluestres turtures, anates nostris proceriores,anseresq; oloribus candidiores, nisi q capite rubeo sunt. Ibi & psitaci complures,alij coloris prasini,fului alij,alij uero Indis nõ absimiles,id est,torque miniato. Hæc præterea insula gignit masticem,aloe & alia his nõ dissimilia, & in primis grana quædam rubea,quæ pipere sunt acriora.

Columbus inuentis nouis insulis redit in Hispaniam,ac classe parata reuertitur ad Canibalos.

IGitur Columbus de compertis terris lætus,quum uer iam appeteret, decreuit patriam repetere,dimissis apud regem insulæ triginta octo uiris,qui diligenter sciscitarentur & explora-

explorarent locorum ſitus,regionis mores,frugumq; ac arborum naturam. Ipſe uero uela uentis dans uerſus Hiſpaniam,duxit ſecum ex inſulanis uiros decem,non alia magis de cauſa,quam ut eorum linguam aliquando diſcerent, quoniam id conſequi haud difficulter poterant,quum characteribus noſtris ipſorum idioma ſcribi probe poſſit. Rex & regina redeuntem Columbum uultu ſereno excipiunt,condecorantq; innumeris titulis:uoluerunt ut deinceps non Columbus ſed Admirans oceanum appellaretur. Parant etiã illi rurſus liburnicas decem & ſeptem atq; celoces duodecim & in eis homines mille ducentos, omni genere armorum communitos,atq; commeatum multum, ſemina quoq; frumenti & plantas quæ mandarentur terræ,nam præter pinum & palmas nullas habent in inſulis arbores nobis cognitas. Inſtituit quoq; Admirans ſecum ferre inſtrumenta omnis generis ferrea,quæ conducerent urbi condendæ,ubi ſui tuta haberent receptacula. Igitur prima Septembris ſoluentes ex Gadibus,uentis proſpere flantibus prima octobris applicuere inſulam Canariam,ac inde ad læuam iter faciens meridiem uerſus adnauigauit,tandẽq; deuenit ad Canibalorum inſulas:& quoniam die dominico illuc uenerunt, nuncupauerũt eam Dominicam:& ubi cognouerũt incultam eſſe,ultra progreſſi in 20. diebus peruenerunt ad aliam inſulam omni genere arborum refertam, quæ inenarrabilem odorem fragrabat:unde nonnulli allecti amœnitate loci in terram deſcendentes nihil animatum ibi conſpexere præter lacertas inauditæ magnitudinis. Eam Crucem appellarũt:& hæc erat quoque Canibalorum inſula, ut re ipſa demum cognouerũt. Circumuecti autem inſulam caſas humiles compererũt, ex lignis inſtar amphitheatri factas. Erigunt enim complures eminentes arbores in orbem,inq; eis trabes figũt, quibus arbores inhærent,fitq; ut his fulcimentis minime ruant. Imbrices uero quum domum cooperiunt, ita conſtituunt,ut formam tentorij efficiant, ſurgitq; in modum pyramidis,id eſt,in acutum. Demum has ſic diſpoſitas arbores intexunt palmarum foliis & quarundam aliarũ arborum,ut & uentos & imbres tutius arceãt: introrſus uero trabes texunt funibus bombicinis & radice quadam. Cubilia habẽt eminentia,quæ fœno & bombice iternũt. Ingreſſis itaq; noſtris inſulam,mox uiri & mulieres relictis domibus fugerunt,& noſtri domos eorum ingreſſi inuenerunt impuberes multos uinctos & ad ſaginam ad ſeruatos,& complures anus,mancipiorum obeuntes officia. Inuenerunt etiam illic uaſa fictilia omne genus,in quibus elixabant carnes humanas pſitacis,anſeribus & anatibus ſimul admixtis,alias autem uerubus impoſitas torrebant ſelectis oſſibus & brachijs humanis, quibus pro ferro utebantur ut ſagittis ſuis adfigerẽt:ferro enim prorſus carent. Inuenerunt etiam caput impuberis recens abſciſum ſanguine adhuc defluente, trabi infixum. Cæterum mulieres quaſdam quæ ad noſtros confugerant,Admirans exornari iuſſit ritu noſtro & donari muneribus relegariq; ad ſuos, quo factum eſt ut mox Canibali ad noſtros accurrerint pellecti muneribus,quibus affici ſperabant. Sed ubi coram fuere,illico terga dederunt proxima petentes nemora. Noſtri uero hinc ſoluentes,repetebant Hiſpanam inſulam.

Columbus appellatur Admirans.

Dominica inſula.

Domus pyramidales.





Plurimas præteriit Admirans inſulas,& quid ſuis paſſim acciderit.

RElicta Canibalorũ inſula Admirãs cũ ſuis ultra progreſſus multas præteriit inſulas, inter quas una erat Matinina nomine,ut interpretati ſunt uiri inſulani quos Colũbus ſecum abduxerat in Hiſpaniam, & quos uendicauerat à fœuitia Canibalorum,quam ſolæ mulieres

mulieres more Amazonum inhabitabant. Alias quoq; innumeras præternauigabant insulas, quas appellauerunt Montem ferratum, S. Mariam rotundam, S. Martinum, S. Mariam antiquam, Sanctam crucem, in quam nostri aquæ hauriendæ gratia ingressi, inuenerunt quatuor Canibalos qui quatuor comprehenderant mulierculas: quæ uisis nostris, cõplicatis manibus auxilium petere uidebantur. Liberatis autem eis uiri in nemora dilapsi sunt. Videntes uero nostri cymbam in mari uenientem cum octo uiris & totidem mulieribus, inita pugna cum eis, amiserunt unum, quia barbari excutiebant sagittas ueneno illitas, prevaluerunt tamen nostri & quibusdam occisis alios reluctantes ad Admirantem duxerunt. *Sagittæ ueneno tinctæ.* Hinc digressi innumeras inuenerunt alias insulas, sed quas accedere non potuerunt ob sæuitiam maris & scopulorum in littore frequentiam. Nonnullæ tamen celoces quæ altiore fundo nõ egebant propius accessere & supra quadraginta septem insulas numerarunt, locumq; archipelagus nuncuparunt. *Archipelagus.* Hinc auecti nacti sunt aliam insulam nomine Buchema, quam Canibali frequenter adeunt, habentq; cultores eius perpetuam pugnam cum hostibus suis nempe Canibalis eos adeuntibus. Tandem uero Admirans peruenit cum tota classe ad Hispanam insulam, uerum omine inauspicato: nam hi quos loco præsidij ibi reliquerat, omnes exuerant uitam, sicut & ex suis quos ex insula abduxerat, septem ob cœli mutationem occubuerant: unus uero eorum qui superfucrat, ubi suam patriam classis applicuit, sponte ab Admirante emissus est: reliqui uero nando clanculum aufugerunt. Dubitans tamen Admirans de suorum omnium morte quos in insula reliquerat iussit tormenta quædam exonerari, ut reboatu edito, si qui delitescerent mox excitarẽtur, at nullus usquam comparuit, cunctis fato functis. Tandemq; adactus rex insulæ Admirãti rem per interpretes ut potuit sic explicuit, esse in ea insula reges se potentiores, qui egre ferebant Hispanos subegisse insulas, propterea contenderant ad oppidum ubi Hispani degebant, eoq; expugnato contrucidauerint uiros & oppidum combusserint, ipsumq; ferentem nostris suppetias ictum sagitta fuisse, inq; eius rei fidem brachium fascijs circumuolutum ostentauit. *Infidelitas insulanorum.* Sed deprehensus fuit rex hæc omnia confinxisse, parumq; abfuit quin Hispani cum Admirante illum comprehenderint et pœnis examinauerint. At ille elapsus ad interiora insulæ, ipso facto ostendit se nostros contrucidauisse: quem insecuti nostri multa miranda inuenerunt, potissimum flumina aurifera & montem aurifero sabulo conspersum. Quo in loco Admirans ciuitatem condidit muroq; præcinxit, atq; hinc digressus cũ multis lustrauit totam ferè insulam, & in interioribus extruxit arcem, cui nomen S. Thomæ indidit, quo tutius arcana regionis tam fœcundæ scrutari quiret, minasq; auri ubiq; exploraret. Relictis aurẽ ubiq; præsidijs, ipse cum tribus liburnicis profectus est, nouas quæ- *Cuba, Iamica* siturus regiones, uenitq; primum ad Cubam, qua præterita peruenit ad insulam Iamicam, Sicilia maiorem, feracem & habitatore frequentem, hac inuisa & rursum dimissa, percurrens littus maris innumeras uidit minores insulas, ferebaturq; propè in siccum, adeo mare insulis ibi est implicitum compluribus. Vnde coactus fuit redire domum eodem itinere quo uenerat.

Hispani abutuntur officio insulanorum.

INterim quo Hispani in Hispana insula egerunt, cœperunt incolæ ob caritatem annonæ fame laborare, causaq; huius famis reijciebatur in Christianos, qui eruerant ferè omnes radices, quibus barbari panem conficiebant. Et ubi incolæ compertum habuere, hæ fisse cordi Christianis, ut regione diutius potirentur, legatos mittunt, qui pro fectum orent ut suos frenet, nec ut ab eis ea patiantur, quæ uix ab hostibus expectassent: nã, ut aiebant, sub prætextu quærendi auri mala innumera inferebant, & ferc totam deuastabant regionem: adiecereq; ad hæc legati, se malle pendere uectigal, quàm his assiduo uexari incursionibus & quiete frui posse nulla. Conuenit itaq; inter eos ut regi Christiano uectigal soluerent, quoniam deficientibus radicibus, quæ illis loco silignis ac tritici succedunt, panem conficere nequibant, nisi intolerabili labore fere uemora omnia peragrarẽt. *Auri copia.* Numerabant autem singulo trimestri auri quædam pondera, qui uero aurũ non habebãt, pendebant aromata & cotonum, lini genus est. Interim uiri Hispani, qui auro fodiendo operam

operam dare debuerant, ocio & lasciuiæ uacabant, & præfectum ipsum perniciali perse-
quebantur odio, effeceruntq; suis moribus, ut barbari infrenes magis efferarentur, prosili-
rentq; degenerantes ab omni probata uita, & expensæ quas faciebant pro auro quærẽdo,
superarent lucra. Anno tamen 1501. bimestri legerunt supra duodecim mille libras au-
ri. Cæterum Admirans faciens præfectum insulæ fratrem suum Bartholomæũ, ipse in His-
paniam anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto redire cõstituit,
ut regem Hispaniæ de singulis certiorem redderet. At in itinere ab aliarum insularum cul-
toribus, qui contra Hispanos conspirauerant, bello petitus, potenti manu se contra eos
defendit.


Portugallenses in oriente quærunt nouas terras.

INterim quo Castellani in occidente nouas & incognitas studuerunt quærere terras, Portugallenses hoc idem tentauerunt facere in Oriente, & ne alter alteri impedimento essent, partiti sunt inter se terrarum orbem, autoritate summi pontificis Alexandri sexti, hac ratione, ut ab insulis Hesperidum, quas nunc Capitis uiridis appellant, recta in occidentem, & altera uersus australem polum protenderetur, orbemq; in duas partes æquales diuiderent. Et quicquid incognitæ terræ in parte orientali degeretur, hoc Portugallensibus cederet, quicquid in occidẽtali Castellanis. Hinc factum est, ut Castellani per meridiem in occidentem semper nauigauerint, & ibi continentem terram amplissimam, insulas uero maximas & innumeras auri & margaritarum aliarumq; opum diuitias inuenerint. Portugallenses uero per meridiem & littora Heiperidum, æquatorem & tropicum Capricorni prætercuntes in orientem nauigauerunt, per Arabicum & Persicum sinus in Indiæ littora intra Gangem, ubi nunc maximum emporium & regnum est Calechuticum, delati sunt. Hinc ad Taprobanam, quam nunc Zamaram & Sumatram uocant nauigauerunt, inde ad Auream chersonesum, ubi nunc Malaccha celeberrima urbs & maximum Orientis emporium situm est, peruenerunt. Ex hac sinum magnum ingressi sunt, ad Sinarum usq; populos. Sunt autem non procul à Malaccha insulæ quas Moluccas uocant, in quibus omnia aromata gigni dicuntur & inde in Malaccham uehuntur. Excogitata proinde ratio fuit, ut & Castellani ad Moluccas insulas nauigare possent, & inde aromata facile & minore impensa & precio in Castellam deportare. Ratio nauigationis fuit, ut ex occidente subter inferius hemisphærium in Orientem usq; nauigarent. Res quidem ardua uisa est, quod incertum esset, utrum ingeniosa natura, quæ nihil non summa prouidencia constituit, ita Orientem ab Occidente partim mari partim terra distinxisset, ut hoc itinere & nauigationis cursu ad orientem peruenire posset. Non enim compertum erat, utrum illa ingens regio, quam Terram firmam uocant, occidentale mare ab orientali disterminaret. Liquebat continentem illam ab austro in meridiem & inde in Occidentem uergere: repertas etiam ad septentrionem regiones duas, quarum alteram Baccalearum, alteram Terram floridam uocant. Quæ si terræ huic firmæ cõiungerentur, nequaquam ex Occidente in Orientem posse deferri, cum nihil de tracto aliquo huius terræ, quod trã siri posset, inuentum esset. Interim uero rex Hispaniæ electus Imperator parauit classem quinque nauium, & huic præfecit Magellanum ducem, mandans ut ad littora terræ firmæ uersus austrum nauigaret, donec illius regionis aut finem aut fretum aliquod inueniret, per quod ad odoriferas illas Moluccas insulas, tantopere ob aromatum uarias species celebratas, peruenire posset. Paratis itaq; nauibus & multo commeatu communitis, Magellanus soluit die

Hispani diuidunt Occanum

Taprobana Sumatra.

Moluccæ insulæ.



Magellanus dux classis.

die decimo augusti, anno millesimo quingentesimo decimonono ex Hispali, & primum ad Canarias, deinde ad Hesperidum insuias uenit, à quibus cursum suum inter occidẽtem & orientem uersus continentem illam cœpit, ac intra certos dies felici nauigatione promontorium S. Mariæ detexit, ubi Canibali & anthropophagi morantur, perpetuoq; cursu huius continentis littora legit, quæ longissimo tractu in austrum protenduntur, ita ut tropicum Capricorni ad multos gradus transcẽderit, ubi polum antarcticum quadraginta sex gradibus super horizontem eleuatum inuenit. Longitudinem uero à Fortunatis insulis in occidentem quinquaginta sex gradus tradidere. Delati itaq; in orientem, uiderũt aliquot Indos ad littora conchylia legere. Fuerunt proceræ longitudinis, ferinis pellibus tecti, ad quos dum aliquot ex Hispanis in terram egrederentur, atq; illis tintinnabula, & chartas papyraceas depictas ostenderent, cœperunt Hispanos ad rude murmur & incondítum carmen circumsaltare. Venerunt tandem tres tanquam legati, qui Hispanos signis quibusdam orarunt, ut secum longius in terram progrederentur, quasi essent eos omni hospitalitate excepturi. Mittit Magellanus cum his uiros septem bene instructos, ut regionem & gentem diligenter indagarent. Venerunt autem cum eis in desertum & inuium locum, ubi erat tugurium humile, ferarum pellibus contectum. Duæ erant in eo mansiones, in altera mulieres cum prole sua, in altera uiri. Exceperunt q; hospites suos ferali apparatu qui tamen illis regius uidebatur. Occisum est animal, quod haud multum ab onagro differre uidebatur, cuius carnes semitostas nostris apposuere, nullo alio cibo neq; potu apposito. Nostris noctu præter morem sub pellibus cubare necesse fuit, ob ingentem uim niuium & uentorum. Quumq; illuxisset, nostri imperiosius egerunt cum illis, ut secum nauim ingrederentur. At illi quibusdam horribilibus pellibus à planta pedis ad summum uerticẽ tecti, facie uarijs coloribus infecta, arcubus & sagittis ad prælium accincti longe maioris quam antea staturæ in aciem prodeunt. Hispani qui ad manus deueniendum putabant, pixidem emitti iubent. Qui ictus & si irritus fuisset, egregij tamen gigantes, qui paulo antè Iouem debellaturi uidebãtur, hoc sonitu adeo sunt deterriti, ut protinus de pace loqui cœptum sit. Conabantur nostri aliquos de gigãtibus illis secum ducere in Hispaniam pro rei nouitate, sed omnes elapsi sunt è manibus eorum. Animaduertens uero Magellanus longiorem mansionem illic inutilem esse, simul autem mare fluctuosum esset, cœlumq; turbidum & terra illa continue ad austrum uergeret, ut quo magis progrederẽtur, eò regionem frigidiorem inuenturi essent, discessus in maium mensem dilatus est, à quo illic asperrima hyems sæuire, cum in nostra regione æstas esset. Erat ibi magna copia lignorum, ministra batq; mare conchylia, pleraq; optimorum piscium genera, & erant ibi fontes salubres, aucupium & uenationes, solum panis & uinum in naui defecerant. Erat ibi poli meridionalis eleuatio 40. graduum.

sordidum. conuiuium.

Magellanus per fretum angustum ab occidente uenit in orientem ad uarias insulas, ubi interijt.

SVperata hyeme, uicesimaquarta augusti soluit Magellanus, secutusq; est terræ tractum in austrum uergentem, quousq; tandem uicesima sexta Nouembris in continente illa fauces quædam, quæ speciem freti præ se ferebant detectæ sunt, quas ingressus Magellanus cum classe, iubet nauibus colluſtrare omnes occurrẽtes sinus, si uspiam transitus pateret in orientem. Inuenerunt uero tandem angustias maris profundissimas, per quas illis persuasum erat transitum esse in aliud aliquod pelagus, & ob id Magellanus statuit per eum uela uentis dare. Erat fretum hoc latitudinis aliquando trium, aliquando duorum, nonnunquam decem milliariorum Italicorum, uergebatq; paululum in occidentem. Altitudo poli Australis quinquaginta duorũ graduũ inuenta est. Nullos autem mortales in littore conspexerunt. Videns proinde Magellanus terram illam fragosam esse & æternis frigoribus rigentem, indignum iudicabat in ea indaganda plures perdere dies, quapropter continuo cursu per fretum delatus est in aliud mare amplum & uastum. Longitudinem freti putant esse ferè centum milliariorum Hispanicorum. Terram quam ad dextram habuerunt, continentem esse non dubitabant, ad sinistram autem insulas esse existimabant. Vidit quoque Magellanus continentem rursus recta ad septentrionem dirigi, quamobrem iubet, dimissa terra illa ingenti, ad dextram nauigationis cursum

Fretum ducẽs ex occidente in orientem.

cursum per uastum & ingẽs pelagus inter occidentem & septentrionẽ dirigere, hac quidẽ ratione, ut tandem per occidentem in orientẽ ac rursus sub zonam torridam peruenirent, exploratum habens Moluccas in orientem haud multum ab æquatore posse distare. Vbi quadraginta dies hoc modo per altum delati fuissent, & iam rursus sub tropico capricorni nauigarent, uenerunt in conspectũ duæ insulæ habitatæ, exiguæ tamen & steriles, quas infortunatas appellauerunt. Inde rursus soluentes ingens maris spaciũ conficiũt, inueneruntq; insulam quandam, quam ab indigenis Inuaganã uocatam cognouerũt, ubi poli arctici elauatio erat graduũ undecim, longitudinẽ uero à Gadibus per occidentem arbitrabantur gradum esse 158. Protinus alias & alias uiderunt insulas, ita ut se in archipelagũ quendam delatos uiderent, ubi indicijs & signis sicut muti cum mutis loqui solent, ab Indis scrutantur nomina insularũ, discuntq; sese esse in Acacan, & haud longe distare insulã, cui Selani nomen esset, eam habitatam & copiam omniũ rerum quæ ad uitæ necessitatẽ spectarent in ea reperiri. Defecerãt enim nostris uitæ necessaria. Tendentes ergo ad Selani insulam, aduersa tempestate ad Massanã insulam deiecti sunt, inde ad Subuth amplam insulam uenerunt. Vbi quidam ex Hispanis in tuguriũ à regulo insulæ deducuntur, apponunturq; cibaria iuxta morem illorum. Panis erat ex trunco arboris haud multum à palmis dissimilis factus. Lignum enim illud frustatim dissectum ac in sartagine oleo frixum hunc panem præbet. Potus erat humor, qui ex conscissis palmarum ramis defluere solet. Aucupia quoq; conuiuium ornabant. Reliqui fructus illius erant regionis. Erat autem insula illa diues auri & gingiberis. Iniit ibi Magellanus prælium cum aliarum insularũ habitatoribus, sed uicti Hispani amiserunt Magellanũ cum alijs septem. Amisso duce eligunt nouũ classis præfectũ, Ioannem Serranum. Habuerat autem Magellanus seruum ex insulis Moluccarũ ortum, quem in Malaccha emerat. Hic Hispanicã linguam callebat. Cumq; Serranus nihil sine eo agere posset, ille uero ex leuibus uulneribus in bello contractis decumberet, corriperetq; ipsum durioribus uerbis & minaretur uerbera, cõcepit seruus ingens odium in Hispanos, adiensq; regulum Subuth, docet insatiabilem esse Hispanorum auariciam, ipsos quoque tandẽ sæuituros in eum. Credit barbarus omnia, & clam cum reliquis insulanis facit in Hispanos conspirationẽ, obruit eos armata manu in conuiuio ad se inuitatos. At Hispani reliqui qui in nauibus manserãt, de sociorum clade edocti, maiores insidias uerentes, anchoris sublatis, uela uentis ocyus committunt. Adducitur paulo pòst ad littora uinctus Serranus, obsecrat ut à tam dira hostium captiuitate redimatur. Hispani etsi ducem turpe relinquere existimabant, tamen fraudem & insidias ueriti in altum tendunt, tristesq; abeunt, & deferuntur ad insulas Gibeth & Porne. Dux in hoc archipelago insulæ erant ingentes, quarum altera Siloli dicta est, altera quæ & minor Porne. Pornenses colunt solem & lunam. Pietatem & iusticiam colunt, & præcipue pacem & otium amant. Omnibus præcipuum studium est, ne finitimos populos aut peregrinos iniuria lacessant. Aedes habẽt exiles ex ligno & terra constructas, partim rudere partim palmæ frondibus coopertas. Vxores ducunt quot alere possunt. Cibo utuntur, quem aut aucupium aut piscatio præbet. Panem ex oriza conficiunt. Potum ex liquore qui de palmis scissis stillat. Alij mercaturam in propinquis insulis faciunt: alij uenationi alij piscationi, alij agriculturæ studeant. Vestes habent ex gossapino. Camphoræ, gingiberis & cinamomi magnus apud eos est prouentus.

Panis ex trunco.

Magellanus occumbit in prælio.

Siloli.

Pornæ.

Hispani ad Moluccas perueniunt.

VAledicentes Hispani regi soluunt à Porne, tenduntq; ad Moluccas, quæ eis ab eodem rege commonstratæ fuerunt. Veniunt antè ad littora insulæ Solo, ubi margaritas magnitudine ouorum turturum colligunt, sed quæ non nisi in altissimo mari expiscantur. Cœperãt tunc incolæ quum Hispani ad eos uenissent ostreum, cuius caro 47. librarum erat. Hinc facile credi potest, margaritas miræ magnitudinis illic reperiri, quum satis constet, uniones conchyliorum partum esse. Hinc ad insulam Gilolam uentum est, ubi homines tam longis sunt auribus atque adeo pendulis, ut humeros attingant. Quæ cum mirarentur Hispani, intelligebant ab indigenis, haud longe distare aliam insulam, ubi homines essent nõ solum pendulis, sed latis amplisq; auriculis, ut quum

Margaritæ maximæ.



Quinq; insulæ Moluccæ.


ex usu esset, altera earũ uniuersum caput cõtegeret. Hi pani uero qui nõ mõstra sed aromata quærebãt, omissis nugis recta ad Moluccas tendebant, octauo mense illuc uenientes, postquam prefectus eorum Magellanus occubuerat. Insulæ sunt numero quinque, Tharante, Muthil, Thedori, Mare & Mathien, tum citra tum ultra tum etiã sub equinoctiali sitæ. Alia gariophilum, alia myristicam nucem, alia cinamomum gignit. Vicinæ sunt omnes sed paruæ atq; angustæ. Sunt habitatores earum egentes admodum, utpote apud quos nihil præterquam aromata proueniunt. Viuunt pane & piscibus, nõnun quam psitacis. Latent tuguriolis demissis admodũ, & in summa, omnia sunt apud eos humilia & sordida præter pacem, ocium & aromata. In Thedori est magna copia gariophilorum sicut & in Tarante atque Matthien. Arbores gariophilum proferentes,

Gariophilum.

non nisi in abruptis rupibus prouenire solent, & ita densantur ut plerunq; lucum faciant. Arbor hęc tum foliis tum crassitudine, tum ipsa etiam altitudine, lauro similima est, nascitur autem fructus eius in summis singulis ramusculis. Corolla primũ, tum in ea flos haud alius quàm mali aurei prodit. Rubescit primum gariophilum, mox sole tostum nigrescit. Huius arboris syluas inter se quemadmodum nos uineas indigenæ partitas habent. Insula Muthil cinamomum gignit. Arbor est furculosa & alioqui sterilis, siccitate gaudens, similima arbori quæ malum fert punicum. Huius cortex ad solis calorem dehiscens, à ligno auellitur & paululum ad solem detostus fit cinamomum. Huic propinqua est alia insula,

Cinamomum.

quę Badam appellatur, Moluccensibus insulis maior ampliorq; in qua myristica nux nascitur, cuius arbor procera amplaq; est, arbori quæ nucem iuglandem fert admodum similis. Neq; hæc nux aliter quàm iuglans producitur, gemino protecta operimento, puluinari primũ calycis, hoc est, foliculo, sub quo tenuis mẽbrana, quę reticulatim nucẽ amplectit. Hęc apud nos muscatę flos, ab Hispanis macis uocat, nobile & salubre aroma. Alterũ operimentũ ligneum est putamẽ ut auellanę, cui nux inest muscata. Gingiber uero passim in singulis insulis huius archipelagi nascitur, aliud seminatũ, aliud spõre prouenit. Sed q̃d seminat nobilius est. Herba similis est illi quę crocum fert, & eo modo eius radix ferè nascitur, quę gingiber est. Cum itaq; duę adhuc naues Hispanis superessent, una per altum mare recta ad promontorium Africæ, cui Bonę spei nomen est, delata est, altera uero per archipelagũ uastumq; oceanũ ad littora illius cõtinentis, cuius suprà memi nimus, cursum accepit. Hęc libuit hic inferere de na-



Muscata nux.

Macis

Gingiber.

uigatione, quam tentauerunt Castellani per occidentẽ in orientem, idq; per fretum Magellani, ubi iter maritimũ patet in orientem per continentẽ orbis noui. Nunc reuertemur ad Columbum siue Admirantẽ, qui longe antea primus nouas inuenit insulas, continentemq; noui orbis, at fretum illud quod trasmittit in orientem non inuenit.

Tertia nauigatio Columbi ad nouas insulas.

ANno Christi 1498. soluens Admirãs in Hispania cum octo liburnicis peruenit ad Mederas insulas, ubi classem bifariã partitus est. Nam quinq; naues direxit ad Hispanam insulam, & cum reliquis ipse pergit uersus meridiem, traiecturus æquatorem ac deinde deflexurus ad occidentẽ, ut scrutaretur omnia quę Christianis hactenus

ctenus fuerunt incognita. Peruenięs ergo ad Caput uiride, ultra nauigauit uſq; ad zonam torridam, ubi in tantos incidit calores ut non ſine uitæ diſcrimine partes illas adierit. Hinc nauem reflectens in occidentẽ, ſalubriorem inuenit aërem, fauentibusq; ſuperis uenit tandem ad terram cultam & habitatã: ubi uenit cõtra ipſum & ſuos cymba cum 24. iuuenibus ſagittis onuſtis, geſtantibusq; clypeos, pudore tantum cooperto bombicino panno, capillum admodum promiſſum habentibus. Hos Admirans nutu & ſignis quomodocunq; quibat inuitabat ad mutua colloquia, illi uero non fidebãt noſtris, ſemper ueriti, ne fraus ſubeſſet quæpiam. Videns Admirans minime allicere poſſe eos nutibus & inclamationibus, decreuit eorum feritatẽ lenire melodia aut concentu aliquo. Muſica ergo excitata per tibicines, barbari allecti accedunt propius, audientesq; conſtrepentes tibias, rati ſunt belli ſignum eſſe, atq; ideo expediunt arcus & ſagittas, at Hiſpani appropinquãtes eis, fecerunt in eorum cymbam indumenta quædam, hocq; amicitiæ ſigno uolentes eos ſibi conciliare, etiamſi nihil effecerint. Fugerunt enim omnes. Inde ergo Admirans ſoluens uenit ad regionem, quę Paria uocatur, habitatore plenam, qui toti humani erga exteros erant, oſtendentes uniones, aurum, baccas & alias ſimiles opes, introducẽtesq; noſtros in terram et omnẽ humanitatẽ exhibentes. Cœperunt autem noſtri eos percunctari, unde tantum auri erueRent. At hi quibus pro ſermone nutus erat, innuebant id è montibus quibuſdã egeſtũ eſſe, nec tutò eos eò per id tẽpus proficiſci poſſe, quando quidẽ aut fera ibi eſſent animalia quędam, aut anthropophagi Canibali, qui montes obſeruant. Deficiẽte autem tritico, coactus fuit Admirans hinc diſcedere, directoq; greſſu ad aquilonẽ deuenit ad inſulam Hiſpanã, ubi inuenit omnia ferè confuſa: Nam detrectabant Hiſpani qui in inſulis erant obedire Admiranti & fratri eius quin & grauiſſimas querelas contra eos apud regem Hiſpanię mouerunt & tandem uinctos miſerunt in Hiſpaniam.

Feri homines.

Paria inſula.

Nutus pro ſermone.

Petrus Alonſus nouas inſulas quærit.



POſtquã Admirans regum indignationẽ incurrit, complures è ſuis alumnis, qui ſulcandi maris artem nouerant, decreuerunt orbis partes inacceſſas adire, inter quos erat Petrus Alonſus, qui cõmunita naui peruenit ad Pariam, deinde ad Curtanã ubi cum incolis cœpit exercere cõmercia, pro acubꝰ & ſonalibus uniones accipiens. Ingreſſus quoq; terrã honorifice fuit exceptus. In eorũ nemoribus uiſunt pauones innumeri, à noſtris nihil abſimiles, niſi quòd mares uix differũt à fœminis. Faſianis quoq; regio ſcatet. Hinc Alonſus Canchietẽ regionẽ applicuit, quæ itinere ſex dierũ diſtat à Curtana occidentẽ uerſus. Ea regio abundat auro, pſitacis, bombice & incredibili tẽperie aëris. Hinc delatus eſt in aliam frugiferã regionẽ, ſed quæ habebat feros homines, qui nullis officijs potuerũt ad amicitiam pertrahi. Relato ergo hinc gradu, deuenit in Cinianam regionem, ubi innumeri ſunt uniones. Priuſquàm tamen eò deuenit incidit in Canibalos, contra quos tormenta exonerans facile eos terga dare coëgit. Onuſtus ergo unionibus Alonſus, rediit in Hiſpaniam, patriam repetens.

Vnionũ copia.

Pinzonus ſocius Admirantis quærit nouas inſulas.

VIncẽtius dictus Pinzonus anno Chriſti 1499. expedit quatuor celoces, aditq; primum Canarias, deinde Caput uiride, eaq; nauigatione progredit in auſtrum longe ultra æquatorẽ, & inueniens in quadam inſula homines, nulla ratione potuit illos ſibi conciliare. Relictis ergo illis, aliam adeunt terram, in qua innumeri populi, inermes atq; nudi occurrerunt, ſimulantes ſe Hiſpanorũ appetere amicitiam. Cumq; unus in turbam illam ex naui proiecisſet ſonagliũ, illi uicisſim in Hiſpanos iecerunt fruſtũ auri, accurrenteq; audaculo quodam ut tolleret auri maſſam, illi condicto hominem cor-

ripiunt mira pernicitate. Tunc nostri relicta classe socio suppetias ferunt, & mox ingens conseritur prælium, eoq; discriminis nostri peruenerunt, ut uix eis pedem referre licuerit, urgentibus barbaris. Soluentes ergo inde contenderunt ad aquilonem, ueneruntq; ad regionem Payra & adiacentes insulas, in quibus sunt nemora sandalij, quo negociatores onerãt liburnicas suas, comportantq; alio. Fert quoque ea regio arbores, quæ gignunt cassiam electissimã. Inuenitur etiã ibi animal quadrupes & prodigiosum, cuius pars anterior uulpem, posterior uero simiã præsentat, nisi q pedes effingit humanos, aures aũt habet noctuę & infra consuetã aluum aliam habet instar crumenæ, in qua delitescũt catuli eius tantisper, donec tutò prodire queant, & absq; parẽtis tutela cibatũ quæ rere. Nec unquã exeunt crumenam, nisi quum fugunt. Portentosum hoc animal cum catulis tribus Sibiliam delatum est, & ex Sibilia Granatam.

Sandalium.



Portentosum animal.

De quatuor nauigationibus Americi

Vesputij ad nouas insulas.

AMericus Vesputius à Ferdinãdo rege Castiliæ unà cum Columbo circa annũ Christi 1492. ad quærendũ incognitas terras emissus. nauigandiq; artem edoctus, elapsis aliq; annis proprias instituit nauigationes, duas sub dicto rege Ferd. & duas sub Emanuele rege Portugalliæ, atq; de illis ipse idem scribit in hunc modum.

Prima Vesputii nauigatio.

ANno domini 1497. uicesima mensis Maij cum quatuor nauibus uenimus ad insulas Fortunatas, ubi polus septentrionalis eleuatur gradibus 27. & minutis 40. atque inde in 27. diebus peruenimus ad terram magis occidentalẽ, quàm Fortunatæ sunt insulæ, ubi polus Sep. attollitur gradibus 16. inuenimusq; ibi gentem nudam innumeram, sed qui conspectũ nostrum fugerunt in montem propinquũ. Inde duos dies nauigauimus donec solidum inueniremus portum, & inuenimus plures homines, quos uix potuimus allicere ad colloquiũ nostrum, oblatis nolis, speculis, crateribus crystallinis & similibus iocalibus. Animaduertentes uero animũ nostrum syncerũ ad ipsos turmatim accurrerunt, atq; omni securitate adiunxerũt se nobis. Hi in uniuersum ut ex materno utero prodierunt nudi incedunt. Nullos sinunt in corpore pilos præter capitis, etiam supercilia tollunt. Habent omnes peritiam natandi, ut etiam ad duas leucas sine sustentamine natationem cõtinuare possint, maxime autẽ mulieres. Arma eorũ sunt arcus & sagittę. Armant autem sagittas bestiarũ & piscium dentibus, quia carent ferro & alijs metallis. Pugnant contra confines qui alienæ sunt linguæ. Pugnant autem non pro regno ampliando, quũ nullũ habeant magistratũ, nec pro diuitijs augendis, quum suis sint contenti, sed ut suorũ mortes uindicent anteceſſorũ. Commessandi modum barbarũ tenent. Solo accumbunt quum manducant sine mantili. In retiaculis quibusdam magnis bombicinis in aëre suspensis dormitant. Corpore ualde mundi sunt, quia seipsos frequẽter lauant. In dimittenda urina plane immundi & inuerecundi sunt. Nullum legitimũ thori fœdus habent in cõnubijs, habet quisq; quot uult mulieres, repudiatq; eas quando uult citra iniuriã. Mulieres ualde fœcundæ sunt, & dum uterum gestant nullum ustant laborem. Pariunt nullo ferè dolore, ita ut in crastinum alacres rursum ambulent. Nec habent ob nimium partum uentrẽ rugatum aut mamillas laxas. Habitationes singulis ipsis cõmunes sunt, ipsæq; illorũ domus campanarum instar constructæ, firmiter ex magnis arboribus solidatæ, palmarũ folijs desuper contectæ,

Gens nudo corpore incedens

Nullus pudor insulanis.



Insulani homines.


rectæ,& aduerſus uentos & tempeſtates tutiſſimæ. Nonnullis etiam in locis tam magnæ ſunt,ut in una illarum ſexcentæ perſonę uerſari queant. Septennio quolibet aut octennio transferunt ſedes ſuas, ob id quod ex illorum longiore in eodem loco reſidentia aër corrumperetur. Commutationibus aut mercimonijs in uendendo aut emendo nullis utuntur, quibus ſatis eſt,quod natura ſponte ſua propinat. Aurum,uniones,iocalia,cæteraq; ſimilia,quæ in Europa pro diuitijs habemus, ipſi nihilipendunt. Carent omni farris ſemine:cõmunis uero eorum uictus, arborea quædã radix eſt,quam in farinã cõminuunt, alijſq; carnibus præterq; hominũ perraro ueſcuntur. Omnes hoſtes ſuos quos capiunt aut perimunt magna feritate deglutiunt. His omnibus exploratis,decreuimus producere longius nauigationem noſtram, ſectantesq; aridam ipſam uenimus poſt aliquot dies ad portum quendam, ubi inuenimus circiter uiginti ædes ingentes in modum campanarũ erectas: acceſſit quoq; ad nos magna hominũ multitudo ſub ſpecie amicitię,quidam natãtes,alij cymbis uecti,& ſubito arcus ſuos intenderũt contra nos:quod uidentes, magnanimiter defendimus nos & circiter uiginti ex eis interemimus,uulneratis uero plurimis, & ex noſtris quinque duntaxat læſis,qui tamen omnes incolumitati fuerũt reſtituti. Relicto ergo portu illo longius progreſſi comperimus gentem aliam, lingua & conuerſatione penitus à priore diuerſam. Nam egreſſi naues, magna amicitia ab eis ſuſcepti ſumus, & pro more ſuo honorificenter tractati,cõuerſati inter eos nouem diebus. Eſt regio eorum multum amœna,fructiferaq;,ſyluis maximis plena,quæ omni tempore uirent. Fructus habent innumerabiles,noſtris omnino diſſimiles. Sita eſt enim ea regio directe ſub parallelo, qui Cancri tropicum deſcribit. Prouincia ipſa Parias ab ipſis eſt nuncupata. Hinc uero longiſſime nauigãtes & gentes multas prætereuntes & ubiq; aurum inuenientes,ſed non in magna copia,uenimus ad nationem humaniſſ. ubi perſtitimus 37. diebus, conqueſtiq; ſunt nobis incolæ, eſſe gentem quandã ferocẽ & ſibi maxime infeſtã,quæ certo anni tempore ueniẽs, per uim multos interimeret,abduceret,& manducaret, contra quam ſe uix defendere poſſent. Quam rem quum nobis magna querimonia narrarẽt & nos illis promitteremus, nos eos de tantis iniurijs uindicaturos, illi iunxerũt ſeptem ex ſuis nobis, uenimusq; poſt 7. dies ad inſulã Ity, ubi inhumani illi homines habitabant & armis inſtructi contra nos proceſſerũt, cum quibus cõgreſſi & duobus horis præliati,in fugã eos uertimus, interfectis ex eis uulneratisq; plurimis & 25. captis, ex noſtris autem uno interempto & 21. uulneratis & paulo pòſt ſanatis. Dedimus autem ſeptem illis uiris qui nos comitati fuerant ex captiuis noſtris tres uiros & 4. mulieres,quos cum magno gaudio ſecum duxerũt in terrã ſuam,& nos Hiſpaniæ uiam ſequentes,cum multis captiuis uenimus Caliciũ anno 1499. decimaquinta octobris,

Diuitiæ cõtemnuntur.

Parias amœna regio.

ubi captiuos nostros uendidimus, & lætissime susceptí fuimus.

Secunda Vesputii nauigatio.



Venatio hominum seu ferarum.

MOx sequenti Maio Vesputius aliam susscepit nauigationẽ, peruenitq; per Canarias usq; ad torridã zonam, & inuenit terram extra æquatorẽ ad partẽ austri sitam, ubi polus meridionalis eleuatur quinq; gradibus. Cumq; terrã non posset ingredi ac hinc inde uagaretur in mari comprehendit nauiculam quandam in qua circiter uiginti erant homines: at illi prosilientes in mare omnes euaserunt præter duos quos ceperũt. In lintre autem eorum quam deseruerant, bis geminos iuuenes inuenerunt, nõ de eorum gente genitos, sed quos in tellure aliena rapuerant, quorum singulis ex recenti uulnere uirilia abscíderant. Hos Vesputius in suas recipiens nauiculas, didicit ex nutibus eorum, se à Canibalis captos & prope diem manducandos. Plaga ergo illa relicta & ultra nauibus progressi, uenerunt ad portũ tutum, repererunt; multos homines, cum quibus inita amicitia, fecerunt cõmercia, unica nola ementes quingentos uniones. In ea terra uinum ex fructibus seminibusq; expressum, ut ciceram ceruisiamq; albam & rubentem bibunt. Hinc ergo soluentes & longius abeuntes inuenerũt insulam quandã, in qua erat populus bestialiliimus ac simpliciſſimus, benignus tamen. Hi aquam dulcem nõ habent in terra sua, sed colligũt rorem nocturnum decidentẽ super certis foliis, auriculis asini similibus. Viuunt ex piscibus maris. Nulla habent tuguria aut domos, sed habent folia quædam grandia, sub quibus à solis feruore sed non ab imbribus se protegunt. Verisimile tamen est quòd parum in terra illa pluitet. Hac ergo insula relicta, Vesputius cum suis in aliam transfretauit insulam, quam ingressus inuenit casas quasdã, in quibus inuenit duas uetulas & tres iuuẽculas, quæ tantæ erant staturę ut omnes mirarentẽ earum magnitudinẽ. Cumq; inter se deliberarent ut iuuenculas quasi rem admirandã abducerẽt in Castiliã, superuenerunt 36. uiri adhuc multo maiores mulieribus ferentes arcus & sagittas nec non sudes magnas instar clauarum, ex quorum conspectu territi nostri, repetebant naues suas. Insequentes uero gigantes illi usq; ad mare, cœperunt sagittas uibrare in Hispanos, quousq; illi duas machinas in eos dirigentes horrifico sono illos in fugam uerterunt. Discedentes proinde nostri, appellauerunt insulam illam Gigantum insulam, uenerũt ad gentem quandam aliam, quæ eos amice susceptit, plures; uniones obtulit, ita ut decem & nouem unionum marcas leui precio ab eis emerent. Obtulerunt quoq; quasdam ostreolas, ubi in quibusdã centum & triginta uniones, in quibusdam uero pauciores inueniebant. Hinc abeuntes uenerũt ad Antigliæ insulã, quam Columbus superioribus annis discooperuerat. Qua relicta, recta ad Calicium Hispaniæ portum nauigarunt, fueruntq; cum honore susceptí.

Populus bestialis.

Gigantes.

Tertia Vesputii nauigatio.

VOcatus uero Vesputius ex Castilia ad Emanuẽlẽ regem Portugalliæ, anno 1501. decima Maij soluit à portu Lisibonæ, nauigauitq; secundũ littus Atlanticũ quousque peruenit ad æquatorem. Decima septima Augusti uenerunt ad terram, in qua erant multi homines bestijs prauiores. Sita est terra illa quinq; gradibus ultra æquatorem ad austrum. Insulani uero magna copia congregati, nutibus inuitarunt nostros ut ad se de nauibus egrederentur, & uiderent insulam eorum. Erant duo in naui, quibus libuit egredi & uidere, quales gentes forent, aut si quas diuitias speciesue aromaticas haberent. Egressi autem sunt data conditione, ut reuerterentur post quinq; dies ad summũ. Expectantes autem octo diebus in naui, illi non redierũt, in quibus diebus gens permulta nouaad

ua adueniebat,ſed colloqui cum extraneis noluerunt,donec tandem fœminas adduxerũt, quæ familiares erga Hiſpanos ſeſe exhibuerunt. Quod uidentes Hiſpani,iuuenem unum ex ſe emiſerunt ualidum et agilem. Quem cum mulieres contingerent palparentq; & propter eum non parum admirarentur,ecce fœmina quædam de monte aduenit & uallo quodam à tergo percuſſit ut ſubito mortuus in terram concideret,quem confeſtim aliæ mulieres corripientes,pedibus in montem traxerunt,& uiri ad littus currentes noſtros arcubus & ſagittis impetebant. Hiſpani uero quatuor machinarum fulmina emittentes, illos in fugam uerterunt. Mulieres interim,quæ iuuenem trucidauerant,Hiſpanis uidentibus in frusta ſecarunt,nec non fruſta ipſa eis oſtentabant & ad ingentem ignem torrebant & manducabant. Viri quoq; ipſi ſigna dabant,ſe alios Chriſticolas ante octo dies emiſſos, ſimiliter peremiſſe & manducaſſe. Tam magnam ergo ac tam grauem iniuriam Hiſpani paſſi, cum maleuolo animo illis impunitis abſceſſerũt. Longius ergo ad auſtrum digreſſi, inuenerunt copioſam gentium multitudinem,quos mitioris conditionis quam priores repererunt,quinq; diebus apud illos manentes & cum illis negociantes. Hinc ultra progreſſi uenerunt ultra tropicum capricorni,ubi polus meridionalis eleuatur 32. gradibus. Sed eũ mineralia nulla ibi reperirent,nauigarunt continuo uerſus auſtrum,donec polus ille attolleretur 52. gradibus. Vbi in tantam uenerunt tempeſtatem,ut cogerentur omnia uela colligere & cum ſolo nudoq; malo remigare. Remeãtes ergo,uerſus Aethiopiæ latus arripuerunt iter,atq; inde regreſſi ſunt Liſibonam.

Seuitia quorũ dã inſulanorũ.

Anthropophagi.

Quarta Veſputii nauigatio.

HAec nauigatio facta fuit anno Chriſti 1503. ſed ad ſperatum finem non fuit perducta ob infortunium quod accidit in ſinu maris Atlantici. Inſtituerat Veſputius in uiſere inſulam Melcham in oriente poſitam,in qua dicuntur eſſe diuitiæ multę,& ubi ſtatio eſt omnium nauium à Gangetico ſinu & ab Indico mari uenientium. Eſt autem Melcha plus ad occidentem & Calechutia plus ad meridiem reſpicit. Venit autem Veſputius primum ad uirides inſulas,ac inde nauigans peruenit ad Serralionam auſtralem Aethiopiæ terram,unde paulo ulterius progreſſus,uidit inſulam in medio mari altam & admirabilem, ſed ubi præfectus nauium nauem ſuam perdidit:illa enim ad ſcopulũ colliſa fracta eſt & ſubmerſa,euadentibus nautis. Habuerat ea nauis trecenta dolia, eratq; in ea omnis claſſis potentia. Ingreſſi autem inſulam inuenerunt eam incultam,plenam tamen auibus,ſed nulla erant in ea animalia præter mures & lacertas,bifurcam caudam habentes,atq; ſerpentes. Prouiſione ergo de neceſſarijs facta,coacti ſunt redire in Portugalliam,ſpe ſua fruſtrati.

Melcha inſula

Rex Portugalliæ ſubegit quædam loca in India.

CVm itaq; ſubſequentibus annis frequentiores ab occidente per auſtrum in orientem fierent nauigationes & Luſitani iam tutum ſibi per mare iter inueniſſent, factum eſt ut ijdem præſidia quædam ponerent in Oriente, & rex Emanuel ſummũ capitaneum Alphonſum illis præficeret. Qui iacturam, quam antea Luſitani fecerant,iniuriamq; ulciſci cupiens,Auream Cherſoneſum,Malacham accolæ appellant, contendit(urbs eſt miræ magnitudinis)quam rex Maurus gubernabat,eouſq; enim Mahumetica ſecta ſeſe extenderat,eamq; oppugnare deſtinat. Commiſſo ergo prælio cum Saracenis,Portugallenſes plurimis ex hoſtibus cæſis,urbem ui intrant, occupant, dataq; prædæ libertate diripiunt & incendunt. Rex ipſe qui ex elephanto pugnabat, grauiter uulneratus,cum ſuperſtitibus Mauris fuga ſibi conſuluit. In ea pugna magnus hoſtium numerus exiguo Luſitanorum damno interijt, capti plures, magna etiam ſpolia ablata,in quibus & ſeptem elephantes,ac æneorum omnis generis tormentorũ ad duo millia fuerunt. Capta urbe hoſtibusq; profligatis,quo Chriſtianorum rebus conſuleretur, in fluminis oſtio quod mediam urbem interfluit,munitiſſimam arcem Alphonſus conſtruxit. Erant autem

Malacha in oriente expugnatur.


eo tempore, anno scilicet Christi millesimo quingentesimo 12. Malachæ plures extranei ac diuersarum nationum mercatores, qui urbem cõmertij gratia frequentantes, & replebant multis diuitijs atque multifarijs aromatibus & odoribus. Hi ab Alphonso fœdus ultro flagitantes, ab ipso benignè sunt susceptι, domusq; circa arcem, ubi tutius habitarẽt, illis permissæ, & in hunc modum emporium rursum multo frequentius & celebrius quàm antea institutum. Rebus sic apud Malacham compositis, relicto in arce munitissima sexcentorum strenuorum uirorum præsidio, Alphonsus in Indiam reuertẽs, Goæ urbis præcipuam arcem, quam ipse superioribus annis magno nostrorum periculo, sed maiore hostium strage occupauerat, regisq; Emanuẽlis ditioni adiunxerat, à Mauris obsessam reperit. Quos cum adoriretur præfectus, coẽgit illos ut sese dederent. Ibi quoque legati regis Narsingæ, regis Gambaię, regis Grosapę, aliiq; complures regum satrapumq; legati à nostro præfecto fœdus pacemq; ultro exorantes, sua munera singuli afferebant. Non minorem potestatem cõsecutus fuit rex Castiliæ in occidentalibus insulis, ita ut ex eorum imperio in Cuba insula sex condita fuerint oppida. In insula Iucatana antea fuerat constructa magna urbs cum magnificis ædibus. Insulam Cozumellam Castellani appellauerunt Sanctam crucem, eo quòd primum illam ingressi fuerunt in Maio ipsa die sanctæ crucis. In insula Hispana seu Hispaniola, uiginti octo torcularia fuerunt erecta, ad exprimendum saccarum, quod tam affatim in ea crescit. Hinc quoque adfertur lignum Guaiacum, quo ualetudinarij cum summa abstinentia curantur.

Portugallensium in oriente potentia.


De Medera atque Canariis insulis.


INter Hispaniam & Canarias insulas est Medera insula, quam Hispani nostro æuo totam syluestrem & incultam inuenerunt. Videntes autem solum eius esse fertilissimum, exusserunt syluas & adaptauerunt fundum ad frumenti productionem, extruxerũt denique domos in ea, & sic coluerunt eam, ut hodie circumquaq; nulla fertilior inueniatur terra. Alluitur perfluentibus amnibus, abundat scaturiginibus fontium, adiectæ sunt quoque plurimæ molæ ferrariæ ad flumina, quibus nobiles arbores & quæ cedris similes uidentur aut cypressis, dissecantur, unde fiunt mensæ, scrinia uestium. sustentamenta præcioforum uasorum & alia similia. Est autem huiusmodi arborum color rubeus & boni odoris, magnaq; copia serramenta earũ in Hispaniam deferuntur. Visum quoque fuit regi Portugalliæ, ut in hac insula cannæ saccarum ferentes plantarentur. Et quidem nõ est falsus opinione sua. Nam postquã plantatæ sunt crescunt uberrimæ. ferunt saccarũ quod sua nobilitate excellit saccarum quod crescit in Sicilica atque in Cypro. Sunt & uites ex Candia in hanc insulam translatæ & plantatæ, quæ tam feliciter in ea creuerunt, ut plerũq; plures uuas easq; maximas quàm folia producant. Gignit quoq; & nutrit hæc insula perdices, columbas, syluestres pauones, apros feros, & multa alia animalia diuersi generis, quæ etiam antequam homines insulam inhabitarent, dominiũ eius sibi uendicarũt. Nec minus fertiles aiunt esse Fortunatas insulas, quæ hodie ob canum copiam qui in eis sunt Canariæ appellantur. Numerantur autem decem insulæ, ex quibus septem habitantur, & tres incultæ iacent. Quæ inhabitantur uocantur Fracta lancea, Magna fors, Grancanaria, Teneriffa, Ginera, Palma, Ferrum. Quum Columbus eas primum ingrederetur, homines nudi sine uerecundia incedebant, sine religione

Arbor nobilis.



Vinum Creticum.






religione & timore Dei, ſed ſucceſſu temporum ad Chriſtum ſunt reducti, maxime quatuor inſulæ. Aiunt ſingulas propriam habere linguam. Teneriffa & Gran canaria, id eſt grandis Canaria, ſunt cæteris maiores. Teneriffa uideri poteſt à longe quinquaginta millia-riorum Germanicorum interuallo, quando cœlum eſt ſerenum, idq; ob hanc cauſam. Conſurgit in medio in-ſulæ petra quędā fortiſſima & maxima, quę quindecim leucis putatur erigi in altum expuitq; perpetuo ignem haud ſecus quàm Aetna in Sicilia. Viuunt incolæ pane hordeaceo, carnibus & lacte. Abundant autem capris, onagris & ficubus. Carent uino & tritico.

LIBER SEXTVS

Coſmographiæ, per Sebaſtianum Munſterum

ex probatis autoribus & ſcriptoribus, antiquis & recentioribus collectus & in unum conflatus.



Africæ deſcriptio ſecundum uarias eius terras, animalia & horrenda monſtra.

Nilus. MAiores noſtri totius terrę circulum, oceani limbo circumſeptũ, triquetrę eſſe figurę ſtatuere, eiuſq; tres partes Africã, Aſiam & Europã. Africam ab Aſia diſterminat Nilus fluuius qui à meridie in Aethiopiã diffunditur, & Aegyptũ perlabens ac mirabili fœcunditate irrigans, oſtijs non minus 7. marí infundit. Sunt tamen qui hunc orientalẽ Africæ límitẽ extendunt uſq; ad mare rubrum. Cæterũ Europam ab Africa diuidit mare mediterraneũ, quod ab occidentali oceano circa Gades inſulam & colũnas Herculis nõ amplius decem millibus paſſuũ patens, terras aperit atq; intrat. Africa ab orientis parte Nilo, à cęteris partibus mari terminata, Europa breuior, ubí mare attingit latior, unde in iuga exurgens, pergit in curua ad occaſum, faſtigiatq; ſe molliter & fit paulatim adductior, & ubi finitur anguſtiſſ. eſt. Quantũ incolit fertilitate præſtat. Verum maxima parte inculta eſt, & uel ab arenis ſterilib. obducta, uel ob ſitũ cœli deſerta, uel multo ac malefico animaliũ genere infeſta. Mare quo à ſeptentrione cingitur Libycum uocat, à meridie Aethiopicũ, ab occidẽte Athlanticũ. A 4. non amplius nationibus ab initio Africum ſolum incolebat, quarũ duæ indigenæ dicuntur & totidẽ alienigenę. Indigenæ quidẽ Poeni atq; Aethiopes, quorũ alteri ad aquilonẽ Africę, alteri ad auſtrũ incolunt. Aduenæ uero Phœnices & Græci, uetuſtiores Aethiopes necnon & Aegyptíj, ſi uera ſunt quæ ipſi de ſe prædicant, aſperi & inculti ab initio. Ferinę carnes herbæq; ueluti pecoribus uulgo cibus fuere, neq; moribus neq; lege neq; imperio ullo uſi, uagi temereq; palantes, nullas certas ſedes habuere: ubi nox oppreſſerat, ibi corpora quieti dabant. Poſtea uero ab Hercule, qui in eam terrã colonias deportaſſe dicit, mitiores cultioresq; facti, ex ijs nauibus, quibus in Libyam transfretauerunt, tuguria fecerunt, & conuenire cohabitareq; cœperũt. Inæqualiter itaq; Africa colitur, ad meridiem plurimũ ob nimios æſtus deſerta, contrà qua Europã ſpectat frequentior illi cultus. Eximia & propemodũ portentoſa agrorum feracitas, utpote qui locis quibuſdam centeſimo fœnore reddant cultoribus meſſem. Mirum eſt quod de

Sterilitas Africæ.

Vbi Africa fertilis.



Mauritanię ubertate dicitur: eſſe in ea uites, quas duorum hominũ complexus capere non poſſit, uuarum racemos cubitales. Arbores circa Athlantem proceritate inſigni, enodi nitore, folio cupreſſi. Alit & Africa elephantos & dracones, quiipſis beluis inſidiantur, ſuoq; complexu enecant leones, bubulos, pardales, capreas & ſimias, quibuſdam locis ſupra modum frequentes, de quibus copioſius infrà dicetur. Olim Africa à pauciſſimis uiris

fuit

fuit circũnauigata & littora eius cognita, ut taceam de interioribus eius terris, atque ob id Ptolemęus ueluti incognitã exteriorem eius uersus austrum partem inexplicatam reliquit. Inter uetustissimos inducitur à Plinio Hanno quidam, dux bellicus ciuitatis Carthaginẽsis, quem scriptores cõmemorant emissum ad nauigandũ & ad explorandum magnitudinem Africæ. Hic autẽ nauigationẽ incœpit prope Gades insulã & circũductus per omnia Africę littora usq; ad Arabiam, quicquid uidit & expertus est annotauit. Post eum alius fuit Euxinus nomine, qui fugiens regẽm Alexandrię Ptolemęũ Latyrũ, peruenit ad marè rubrum, atq; inde nauigio circuisse dicitur totam Africam, atq; peruenisse usq; ad Gades Hispaniæ, id quod Pomponius Mela testatur in tertio libro suę Cosmographię. Hæc omnia comprobant multiplices illę nauigationes, quę hodie fiunt à Portugallensibus in orientẽ usq; ad Indiam, unde sine intermissione afferunt uarias species aromaticas, circumgyrãtes totam Africam à Lisbona usq; ad Calechut, & rursum à Calechut Portugalliam usq; remeantes. Hæc nauigatio satis ostendit, Africam clausam esse terram, & circundatam undique mari. Ab occidente enim habet mare Atlanticum, à septentrione mare mediterraneum, à meridie Oceanum, & ab oriente mare rubrum, quod ferè usque ad mare mediterraneum exporrigitur. Extremitates ergo Africæ & quicquid littora eius per omnia maria habent, satis hodie cognita sunt, interiora autem eius, magna ex parte incognita habentur. Cuius ratio est, quòd regio est amplissima & uastissima, collocata in torrida zona, atque ideo abundans maximo calore, destituta aquis & imbribus cœlestibus, unde fit ut terra resoluatur in harenam calidissimam, quam nemo pertransire potest, multo minus inhabitare præter dracones, serpentes atque alia uenenata animalia, quæ hominem non admittunt. At si homines ibi sunt, illi tam feri & beluini sunt, ut nulla cum illis haberi queant commercia. Habitant enim more animalium in subterraneis specubus, nullam habentes cum alijs hominibus communionem. In toto orbe terrarum nigriores & adustiores homines non inueniuntur quàm in Africa. Est enim hæc interior Africa omnium Nigritarum, Aethiopum & Trogloditarum patria, inhabitatuŕq; ab eis, ubi saltem cõmoda mansio esse potest propter harenam, aquas & uenenata animalia. Est harena in plerisque locis tam mobilis, ut ubi hodie terra plana est, cras aut etiam post unam horam, flatu uentorum congeries harenæ instar montis coaceruetur, pereat́q; & ueluti submergatur quicquid uiuum ab ea cooperiatur. Sic legimus de Cambyse rege, quũ instituisset deprædari Hammonis Libyci idoli templum, cooperatione satanæ quinquaginta millia hominũ in ipso harenoso deserto fuerunt harena obruti & suffocati. Fit etiam ut ob penuriam aquæ, terra Africæ in mulis locis ægerrimè habitari possit, & cultores eorum locorum cogantur sępe in remota ire loca pro quærenda aqua. Vbi enim perpetuus uiget calor, necesse est ut omnis humor terræ exiccetur. Ad hæc in uniuersa terra & in nulla sub cœlo regione tam multa pernicioſa inueniuntur animalia, ut in sola Africa. Hæc nonnullas in Africa optimas regiones sic cõfertim inhabitant, ut homini iuxta ea nõ sit locus. Alia loca ægre habitantur propter uenenatos uermes, ut incolę exituri ad campestres labores, cogant se ocreis munire à pede usq; ad nates, ne à serpentibus lædantur. Et hæc à quibusdã signatur ratio, cur Africa nullum gignat aut nutriat ceruum, qui natura horret uenenatos uermes, quibus Africa scatet.

Hanno explorator Africæ.

Africa æquoribus circundata.

Troglodítæ.

Mare arenosum.

Nullus ceruus in Africa.

Diuisio Africæ.

ATlas mons diuidit Africam in duas partes inæquales. Minor & angustior pars attingit mare mediterraneum: maior uero ultra Atlantem extenditur usq; ad oceanum meridionalẽ, inhabitatuŕq; à diuersis Nigritis seu Aethiopibus. Latus illud quod Europam respicit, à Carthagine usque ad Herculis columnas felicissimũ est, etiamsi ferarum immanium nutrix sit, sed non sicut mediterranea & interiora Africæ. Fuit hæc pars olim in quędam regna distributa, sed prævalentibus Romanis supra Carthaginenses, fuit diuisa in has prouincias, Mauritaniam, Numidiam, Africam, Cyrenaicam & Aegyptum. Ptolemæus separat Marmaricam ab Aegypto. Nostro æuo quando Turca & Saraceni totam maritimam occuparunt Africam, antiqua uocabula ferè omnia sunt mutata, quum hæ partes hodie uulgo uocentur Barbaria, regnum Thunes, regnum Marrochorum

chorum, regnum Feſs, Argieræ &c. Aegyptus adhuc hodie priſtinũ retinet uocabulum.

Atlas mons. Itaque Atlas qui has terras ſeparat uaſtiſſima Aethiopum regione, incipit in oceano occidentali, extenditurq; in orientem uſq; ad Nilum fluuium Aegypti, in tantamq; ſublimitatẽ aſcendit, ut eius cacumen infra in planicie uideri nequeat. Nam ferè è medio monte nubes incipiunt, hyeme & æſtate niues habet. Columnam cœli indigenę uocant. Emitit quoque hic mons ramenta quædam aut ipſe totus deflectit nunc in Aethiopiam & nunc uerſus mare mediterraneum, inſtar montis Tauri in Aſia, qui ramos eiicit nunc in meridiẽ & nunc in aquilonem. Mauri ſeu Aethiopes qui mox ultra Atlantem habitant, non ſunt tam feri ut illi Aethiopes, qui mediterranea interiora occupant. Nigritæ qui habitant uerſus occidentem uocãtur Heſperij, abundantq; ebore, quia in eorum terra eſt copia elephantum. Iidem

Purpura. ſicut & Getuli capiunt in littore maris conchilia purpurarũ atq; muricum, quorum ſanguine tinguntur nobiliores panni, qui purpurei uocantur, de quibus & ſupra iuxta Tyrum nonnihil ſcripſimus.

De leonibus quorum copia eſt in Africa.



MVltæ ſunt regiones in terra, quæ nutriunt leones. Nam inueniũtur in Thracia iuxta oſtia Danubij, in Armenia, in Parthia, in Africa, in arabia etc. Parthici nõ ſunt tam fortes & feroces ut illi qui in Thracia generantur. Habent magnum caput, eminentes palpebras, longum pilum iuxta collum & mentũ. Qui uero in Arabia generantur, habent longum pilum in collo & prioribus pedibus. Hi uero quos Libya & interior Africa producit, habent ferocem & toruum aſpectum, rarumq; in membris pilum, ſed cæteris omnibus robuſtiores ſunt. Plinius tamen paulo aliter ſentit, nempe q; leoni præcipua generoſitas ſit, cum iubæ colla & armos ueſtiunt. Id autem ætate cõtingit, è leone cõceptis. Quos uero pardi generauerũt, ſemper hoc inſigni carent, ſicut & fœminæ. Magna his libido coitus, & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes cõgregantibus ſe feris: ideo multiformes ibi animaliũ partus, uariæ

Africa ſemper aliquid noui affert. fœminis cuiuſcunq; generis mares, aut ui aut uoluptate miſcente. Vnde etiã uulgare Græcia dictum, ſemper aliquid noui habere Africam. Odore, pardi coitũ ſentit in adultera leo, totaq; ui conſurgit in pœnam. Idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longius comitat. Ariſtotel. tradit leenam primo fœtu parere quinq; catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere, quouſq; tandem in unam prolem partus deſinat, ſed quę reliquas omnes in generoſitate excellat: informesq; fœtus ac magnitudine muſtelarum eſſe dicit, ut bimeſtres primũ moueantur. Contrà Herodotus apud Macrobium, itemq; Gellius ſcribunt,

Leæna duo ubera habet. quòd leęna in omni uita unum parit. Cauſa quòd catulus leoninus ubi in utero moueri cœperit, cum habeat ungues longe acutiſſimos, uterum matris lacerat, augeſcens magis ac magis imprimendo exulcerat. Habet leęna duntaxat duo ubera in medio uentre ſub pectore,

quæ


quæ cõparatione corporis admodũ parua ſunt, eo quòd exiguũ habeat lactis ſtillicidium. Leonum duo genera Ariſtoteles tradit, alterum breuius criſpo pilo atque ignauius, alterum longius atque generoſius. In uniuerſum infirmis eſt lateribus, reliquo corpore robuſto, ceruice præſertim ualidiſſima, quòd oſſe uno rigida conſtet, nec uertebris ullis iungatur. Solum hoc animal apertis oculis naſci autor eſt Democritus, minimumq; ſomno deditum, tradunt ſignum, quod dormienti cauda iugiter mouetur. Vrinam mares crure ſublato reddunt ut canes, grauem odore: rari in potu, ueſcunt alternis diebus, à ſaturitate interim triduo cibis carent. Quę poſſunt in mandendo ſolida deuorãt, ſed non capiente aluo coniectis in faucem unguibus extrahunt. Vitam leoni longam eſſe docet id, quòd plerique dentibus defecti reperiuntur. Leoni tantum ex feris ineſt clemẽtia in ſupplices. Nam proſtratis parcit, & ubi ſeuit, in uiros prius quàm in fœminas fremit: in infantes non niſi magna fame adactus graſſatur. Leonum animi index eſt cauda, ſicut & equorum aures. Immota enim cauda, placidus, clemens, blandienti q; ſimilis, quod rarũ eſt: crebrior autem iracundia eius. Primum cauda uerberat terram, deinde creſcente ira flagellat tergum. Diu retinet uindictam contra hominẽ aut aliud animal à quo læſus eſt. Vulneratus obſeruatione mira percuſſorẽ nouit, & in quantalibet multitudine appetit. Quando fugit, non obuertit tergũ quaſi pauidus, ſed pedetentim progrediens & murmurans reſpicit retro. Ingreditur etiam obliquo itinere, ne cubile deprehendi aut fœtus inuadi poſſint. Oſſa ſolida, minimeq; uacua habet. Vnde quidam ſcribunt, ex oſſibus eius ceu ex lapide ignem excuti poſſe, tantæ caliditatis eſt eius natura. Vnde fit non raro, ut ad iracundiam commotus, tanta irritetur rabie, tanto q; caleſcat æſtu, ut moriatur. Non autem niſi læſus exagitatur, aut fame incitetur. Illud obſeruatum quòd tale tam ſęuum animal, rotarum orbes circumacti, currus q; inanes, & gallinaceorum criſtæ cantus q; etiam magis terrent, ſed maxime ignes.

Clementia leonis in proſtratis.

Oſſa leonis ignem reddunt

MAVRITANIAE deſcriptio.

MAuritania & Hiſpania, ut uides in tabula, intromittũt in ipſam terram tenui freto magnum illud mare, quod mare mediterraneũ generali nomine uocari ſolet, expaciatur q; uſque in Syriam & Conſtantinopolim, imò aliquãto longius uerſus Scythas. Huius introitus ex oceano occidentali eſt tam anguſtus, ut latitudo eius ſiue traiectus ab Hiſpania in Africã non ſit niſi decem millium paſſuum, quidã numerant duntaxat ſeptem millia, id quod & ſuprà in ſecũdo libro annotaui: & in eo ferè loco ex utroq; oppoſito littore conſurgunt duo montes, quidam uocant promontoria, alij dicunt ſaxa eſſe eminentiſſima, quaſi ex induſtria diſſecta, quo mare in terram intromitteretur, quem laborem poëtæ Herculi aſcribunt ſicut & Herculis columnæ uocantur, & illa quæ obtinet latus Africæ appellatur Abyla, quæ uero oppoſitam in Europa partem tenet, Calpe uocatur, & à modernis Hiſpanis Gibraltar, mare uero interfluens, fretum Herculeum, & ob propinquam Sibiliæ urbem, mare Sibilicum, & à Gadibus adiacente inſula, mare Gaditanum. Accepit autem Mauritaniæ regio nomen à Mauris populis eam inhabitantibus. Hi putãtur à quibuſdam Indi fuiſſe, & Hercule duce in hæc loca perueniſſe. Alij uero Mauros & Numidas, reliquoſq; qui maritimã Africam cultiorẽ reddiderunt, Medos, Armenos, Perſas & Phœnices fuiſſe aſſerunt. Alijs placet eos dictos Mauros, à μαῦρος quod eſt nigrum, q; nigri ſint. Noſtro æuo uidentur Mauri appellari Marani, etiamſi nomẽ illud tribuatur Iudæis olim ad ſuſceptionẽ Chriſtianę fidei compulſis, & male hucuſque eandem obſeruantibus fidem. Diuiſa eſt autem Mauritania ab antiquis tẽporibus in duas regiones: orientalior à rege Bocho denominata eſt Mauritania Bochiana, & poſtea ſub Romanis Cæſarienſis, ſicut & Tingitana Mauritania primum dicta fuit Sitiphenſis à Sitiphi ciuitate, & poſtea Tingitana à Tingi ciuitate, iuxta anguſtias Gaditani freti ſita. De fertilitate Mauritaniæ



Mare mediterraneum.

Columnæ Herculis.

Marani.

Mauritaniæ mira ſcribuntur, ut iam ab initio huius libri ſexti indicaui.

De ciuitatibus Mauritaniæ.

PRæcipuæ & celebriores utriuſq; Mauritaniæ ciuitates olim fuerunt Iol, Cirta, Arſenaria & Cartenna. Claudius Imperator ſingulari fauore & animo complexus eſt ciuitatem maritimã Iol propter amœnum ſitum eius, quapropter fecit eam inſtaurari atq; innouari colonis & muris, impoſuitq; illi nomen nouũ, ut deinceps *Mauritania Cæſarea* appellaretur, à qua & tota prouincia deinde Cæſarienſis fuit appellata. Strabo *Cæſarienſis.* tamen id adſcribit Auguſto cæſari, quodq; Cæſarea dicta eſt non ob Claudium, cuius iuſſu colonia facta eſt, ſed in gratiam Auguſti magis, cuius liberalitate cum poſt uictum patrem Iubam filius Romæ in triumpho ductus eſſet, miro in eo elucente ingenio reſtitutus eſt in regnum, fortunatiſſimã, ut Plutarchus ſcribit, conſecutus captiuitatẽ. Hinc enim effectum eſt, ut ex barbaro ac Numidia inter doctiſſimos connumeretur ſcriptores. Fuit autẽ tam pater quàm filius Iuba dictus. Pater à C. cæſare ſuperatus mortem ſibi conſciuit: filius uero Romam puer ductus, poſtea ſcripſit hiſtoriam ſingulari ingenio ac doctrina præditus & Auguſti benignitate ad paternum regnum remiſſus, ſucceſſorem Ptolemæum ex Antonij & Ceopatræ filia natum habuit: quo per Caligulã interfecto, Mauritania in duas *Cirta ciuitas.* eſt diducta prouincias. Cirta ciuitas ferè contingit Africam minorẽ uel ut alij dicunt, ſita eſt in Numidia, fuitq; olim potens & opulenta, in qua duo reges habitarunt, Siphaces et Iuba. Iuba, ut iam dximus, à ueteribus inter doctiſſimos numeratus eſt, quòd magnã partem Africæ luſtrauerit, & in hunc uſque diem quędam in Africa incognita eſſent, ſi rex iſte *Vandali irruerunt in Africam.* penetralia eius non indagaſſet. Multis poſtea tranſactis ſeculis, tempore ſcilicet diui Auguſtini, uenerũt ex Germania Vandali in Hiſpaniã, traiectoq; Sibilio freto uenerunt cum Genſerico rege in Mauritaniam, & occuparunt præſtantiores ciuitates & terras, quin & Carthaginem ciuitatem ſubegerunt, unde nullis armis aut uiribus expelli potuerunt, ſed compulſi fuerunt Romani cum eis facere pacem. Tenuerũt ſub ſua poteſtate Africam annis 74. uel ut alij ſcribunt, anis 96. tunc humiliati ſunt, & fuit Africa Romanis rurſum ſubdita. Item Septenſis ciuitas nõ procul ab Abyla monte ſita, nomen accepit à ſeptem mõtibus, qui fratres à ſimili proceritate appellati ſunt, ſimulq; iuncti huic ciuitati nomen dederunt.

Numidia.

ESt Numidia pars Africæ minoris, inter Tingitanam & Carthaginenſem regionẽ ſita. Plinius ſcribit Numidas Nomades dici, à permutandis pabulis, circumferentes domos plauſtris ductilibus, unde uagi dicunt. Hæc regio, ut Põponius ſcribit, ſpacio anguſtior eſt quàm Mauritania, ſed magis culta & durior, ubi Numidicum *Marmor.* marmor effoditur. Sunt in ea claræ urbes Hippon & Rhegium. Ab ortu habet Carthaginẽſem regionem, à ſeptentrione mare quod uerſus Sardiniam tendit, ob occaſu Mauritaniã & à meridie Aethiopiam, nec præter marmoris ferarumq; prouentum, aliud inſigne habet. Alluitur Ampſaca flumine ex Atlante deriuato.

Africa minor.

SVccedit Mauritaniæ & Numidiæ nobilis & toto orbe celebris prouincia, Africa minor, quæ quondam tot annis pugnauit aduerſus Romanos pro imperij dignitate, *Atlas mons.* ſed finaliter ſuccumbens, nolens uenit in poteſtatem Romanorum. Mons Atlas qui à meridie hanc prouinciã claudit, multa ramenta in eam extrudit, atq; ſimul plurima immittit ferocia animalia, in magnam incolarum iacturam. Sed quantum attinet ad fontes, arbores & alia terræ naſcentia, feraciſſimus eſt mons ille, ab ea parte qua reſpicit mare. Nam gignit arbores, quę tam tenerã producunt lanã, ut illa cum ſerico conferri poſſit. Huius Africæ caput fuit olim Carthago, ut Roma Italiæ & hodie Conſtantinop. Turciæ, quam Græci à conditore uocarunt Carchedonẽ, Euſebius uero à Didone aſſerit condi tam poſt Troianũ bellum. Fuit autẽ hæc celeberrima urbs cõſtructa in colle quodam eminenti, qui à gentilibus appellatus fuit mons Mercurij, poterãtq; Romani ab Oſtia ciuitate,

quæ

quæ ad oſtium Tiberis iacet biduo flante leni uento ad hanc nauigare ciuitatem. Trogus libro decimo explicans originem Carthaginis, ſcribit Elyſſam ſororem Pigmalionis ob metum fratris huc cum ſubſtantia fugiſſe, mercatamq; de terra quantum corium bubalum circumdaret, ſed quod in tenuiſſimas ſectum partes, maius exiſtimatione ſpacium complexum eſt, locumq; Byrſam propterea dictum, ubi urbem condidit Carthaginem, annis 72. ante urbem Romam. Quæ, ut refert Polybius, eo potentiæ uenit, ut omnẽ oram, quæ à mari noſtro abluitur, ab aris Philenorũ, haud multũ diſtantibus à magna Syrte uſq; ad columnas Herculis teneret, quæ longitudo eſt 60. millium ſtadiorũ. Nec hac ditione contenta, quin coloni eius tranſgreſſi fretum quod inter Africam & Europam interiacet, cum omni Hiſpania uſq; ad Pyrenæum potiti ſunt. Sed poſt tertium bellum Punicũ Romani in formã prouinciæ redegerunt. Cum hoc Carthaginenſe imperium in flore eſſet, uſq; adeo creuit, ut numeraretur inter quatuor præcipua regna mundi. Sed uariante fortuna, adeo defecit, ut Carthagine diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Maſiniſſæ commiſſa à populo Romano. Fuerat autem Maſiniſſa iſte Numidarum regulus & in Africa primùm populi Romani hoſtis, deinde amiciſſimus effectus uſq; ad finem uitæ perſeuerauit. Vt autem obiter Carthaginenſium res attingamus, noueris Carthaginem in peninſula quadam ſitam fuiſſe, quę ambitum habet ſtadiorum trecentorũ & ſexaginta muro cinctum, cuius 60. ſtadiorum longitudinem iugum occupat, quod à mari in mare deſcendit, ubi Carthaginenſium elephantes ſtabula habebant, qui locus ampliſſimus eſt. In media ferè urbe arx fuit, quam Byrſam uocarunt, ſupercilium ſatis erectum & circumcirca habitatum, in cuius uertice Aeſculapij templum erat, quod Aſdrubalis uxor capta urbe ſecum concremauit. Arci portus ſubiacebant, & Cothon parua inſula in orbem ducta & euripo comprehenſa. Hæc i aq; Carthago & ea quę in Iberia eſt uſq; ad columnas Herculis, & optimam Europę partem, tam in continenti quàm in mari loca complura & inſulas habebant. Quin & Libyam omnem adepti ſunt. Quibus opibus Carthaginenſes Rom. imperij æmulam compararũt & tribus maximis bellis inter ſe decertarunt. In initio belli trecentas urbes in Libya habuerunt. In Carthagine uero ſeptingenta hominum millia obſeſſi & in deditionẽ coacti, armaturarum dederunt ducenta millia, bellicorum inſtrumentorũ tria millia, tanquam non amplius bellaturi. Sed cum rurſum bellum gerere decreuiſſent, mox arma fabricare conſtituerunt, unde ſingulis diebus 140. clypei confecti in armamentariũ referebantur & gladij trecenti, lanceæ quingentæ & mille tela miſſilia. Sed nihil profuit eis omnis iſte apparatus eorum.

Carthaginis origo.

Vide Iuſtinum lib. 18.

Florentiſſimũ imperium Carthaginenſe.

Byrſa arx.

Excidium Carthaginenſe.

ANno ab urbe condita 602. tertium bellum Punicum fuit exortum, quod & ſuprà in Italię deſcriptione unà cum ſecundo bello ſignauimus. Cum enim ſenatus Romanus delendam Carthaginẽ cenſuiſſet, profecti conſules in Africam, caſtra prope Vticam tenuerunt. Ibi Carthaginenſes euocati, iuſſiq; arma & naues tradere, nec morati, tanta copia armorũ repente eſt tradita, ut facile ex his tota Africa potuiſſet armari. Sed Carthaginenſes poſtquam arma tradiderunt & derelicta urbe recedere procul à mari decem millibus paſſuum iuſſi ſunt, dolorem ad deſperationem contulerunt, aut defenſuri ciuitatem, aut cum ipſa periplam ſepeliendi. Mox Aſdrubales duos duces creauerunt, armaque facere aggreſſi, poſtquam æs ferrumq; defecit, aurea argenteaq; fecerunt. Conſules itaque cum aliquantam muri partem machinis diruiſſent, tamen à Carthaginenſibus uicti ſunt atque oppreſſi. Sed fugientes Romanos Scipio Scipionis Africani nepos, tribunus militum, repulſo intra muros hoſte, defendit & reuocauit. Occupato deinde eo in regno Numidarum, reuerſuſq; contra Carthaginẽ, pugnauit contra eam ſex continuis diebus & noctibus, traxitq; Carthaginenſes ultima deſperatio ad deditionẽ, petebantq;, ut quos belli clades reliquos fecit, ſaltem ſeruire liceret. Primum igitur agmen mulierum ſatis miſerabile poſt uirorum magis deforme deſcendit. Nam fuiſſe mulierum triginta quinque millia, uirorum triginta millia, memoriæ traditum eſt. Rex Aſdrubal ſe ultro dedidit, ſuàmque tantum ſalutem obtinuit. Transfugæ qui Aeſculapij templum occupauerunt, uoluntario præcipitio dati, igne conſumpti ſunt. Vxor Aſdrubalis cum accenſam ardentemq; Carthaginem aſpexiſſet, occurrit uiro ſuo cum duobus liberis, eiq; dixit:

Viue



Vive tu qui superstes esse Carthaginis potis es. Nam frustra pro nobis rogasti. Et cum uo-
lentibus filijs uiuili dolore, furore fœmineo, in medium se proiecit incendium. Ipsa autem
Incendium Carthaginēse. ciuitas 17. continuis diebus arsit, miserumq; spectaculum de uarietate conditionis huma-
næ uictoribus suis præbuit. Diruta est autem Carthago, omni murali lapide in puluerem
comminuto, cuius fuisse situs huiusmodi dicitur. Viginti duo millia passuum amplexa mu-
ro, tota pene mari cingebatur absque faucibus, quæ à tribus millibus passuum aperieban-
tur. Is locus murum triginta pedes latum habuit, saxo quadrato, in altitudine cubitorum
80. Arx cui Byrsæ nomen erat, paulo amplius quàm duo millia passuum tenebat. Ex una
parte murus fuerat communis urbis & Byrsæ imminens mari. Spolia ibi inuenta, quæ ua-
riarum ciuitatum excidijs Carthago collegerat, & ornamenta urbium ciuitatibus Siciliæ,
Italiæ, Africæ reddidit, quæ sua recognoscebant. Ita Carthago 700. annis postquam con-
dita erat, deleta est. Multitudo omnis captiuorum, exceptis paucis principibus, uenunda-
ta est. In quarto quàm cœptum fuit anno, bellum Punicum tertium terminatum est. Scipio
nomen quod auus eius acceperat meruit, ut uocaretur Africanus minor.

Carthago à Romanis reædificata.

CVm diu Carthago deserta permansisset iacuisseteq; in squallis 22. annis, ut quidam
scribunt, à Romanis fuit restaurata, sed non in tanta ut prius magnificentia. Stra-
bo uero scribit, quòd eodem ferè tempore quo & Corinthus rursum à diuo cæsa
re per id ferè tempus instaurata est Carthago, missis eò colonis, quicunq; uellent,
& ex militibus nonnullis, & nunc quoque bene habitatur, si qua alia Libyæ urbs. Anno
Christi 443. Vandali sub rege Genserico subiugarunt hanc urbem unà cum circumiacente
regione,

regione,tenuerunt́q; eam ferè annis 96. Nam poſtquam Beliſarius deuicit Perſas ſub Iuſtiniano Imperatore, idem traiecit in Africam & noctu cum plauſtris ruſticorum Carthaginem introeuntibus ingreſſus urbem cepit, ubi diuitias infinitas reperit, Gilimerem regem argentea catena uinctum ſecum abduxit, ac de eo Conſtantinopoli glorioſe triumphauit. Sic tãdem illa Vandalica rabies cum ipſo nomine funditus eſt extincta circa annum domini 535. Agnoſcebat quidem populus Vandalicus Chriſtum, ſed fouebant ſectam Arianam perſequebanturq; orthodoxos & ueros Chriſti cultores. Paulo poſt regnante Heraclio irruerũt Perſę in Africam illatiſq; Carthagini magnis damnis, eiſq; in Perſiam reuerſis, uenerunt anno Chriſti 608. Saraceni, magna potentia egreſſi de Arabia, & occuparũt totam exteriorem Africam, deuaſtantes Carthaginem, multaq; alia celebria loca, & in hunc uſq; diem eandem regionem ſubiectam tenent, niſi quantum noſtro æuo Turca de eadem ſibi ſubiugauit.

Vandali exterminantur.

Saraceni occupant Africam.

Tunis ciuitas.



ESt hæc una ex uetuſtioribus Africæ ciuitatibus: nam meminit eius Strabo in hæc uerba: In ſinu Carthaginenſi eſt Tunis ciuitas & aquæ calidæ & lapidariæ quædam. Et Polybius de hac urbe ſic ſcribit: Romani Attilio duce ad Mercurij promontorium, quod è regione Siciliæ eſt, applicantes, victoriam nauale adſecuti ſunt, inde Tunim oppidum ex pugna receperunt: ibiq; quod contra Carthaginem eſſet, poſitis caſtris prælio terreſtri regionem depopulati ſunt. Hanc Saraceni poſtea ſibi regiam conſtituere, quam diuus Ludouicus Gallię rex cum iam per uim cepiſſet, poſt obitum ſtatim poſteri eius amiſerunt. Sunt autem qui putant, ex ruinis Carthaginenſis urbis Tunim plurimum ampliatam & decoratam. Vbi enim Saracenis placuit ibidem regiam conſtituere ſedem, Tunis plurimum creuit in ędificijs & diuitijs. Eſt in regno Tunetano palus Tritonia, ubi Minerua cantatiſſima mulier olim apparuiſſe dicitur, quæ & alio nomine Pallas appellatur. Hæc Iouis primogenita fuit, quæ apud rudes Afros ex Iouis cerebro genita credita eſt, cum eius origo non innotuerit, mortalibus autem plurima exhibuerit beneficia. Ipſa enim primo lanificium adinuenit. Nam oſtenſo quo ordine purgata lana & dentibus ferreis pectinata atque colo filata, etiam textrinum dicitur excogitaſſe officiũ. Vſum inſuper olei eo uſq; mortalibus incognitum hęc ipſa inuenit & docuit. Ipſa etiam ſapientiæ dea & artium inuentrix dicitur. Cum itaque apud gentiles eius fama & numinis reuerentia late diffuſa eſſet, in eius honorẽ templa conſtruxerunt, præcipue Romę iuxta templum Iouis.

Saraceni faciunt regiam.

Tritonia palus.




Barbaroſſa rex Argieræ expugnat Tunetanum regem, ſed qui per Carolum Cęſarem reſtituitur.

REx Tunetanus qui noſtro æuo in Africa minori rebus potitus eſt, propter regni ſui anguſtiam fœdus iniit cum rege Hiſpaniæ cõtra Barbaroſſam regem Argieræ, à quo regno fuit priuatus, ſed anno Chriſti milleſimo quingenteſimo triceſimo ſeptimo per Carolum regem Hiſpaniæ atq; Imperatorẽ rurſum reſtitutus. Hic perſuaſus à Carolo cæſare, permiſit Chriſtum in Tuni prædicari, ſed oleum & opera perditur apud illos Saracenos ſeu Mahumetanos. Non eſt admodum potens regnum Tunetanum, atq; ideo ſæpe infeſtatur à Barbaroſſa Argierenſi. Eſt autem Barbaroſſa iſte natus matre Chriſtiana, fuitq; à puero pauper, ut cogeretur etiam in Hiſpania circũferre & uendere caſeos, ut accepi à uiris fide dignis. Deinde cœpit in mari piraticam exerce

re, unde non parum ditatus multisq; perditissimis uiris stipatus, insidijs & tyrannide regnum Argierę inuasit, quod in Mauritania, sicut & regnum Fes, locum habet. Quo occupato, adiunxit se Turcæ, feliciterq; illius bella in mari gerens, regnis Hispaniæ infestissimus fuit, abduxit homines captiuos, deuastauit ciuitates & regiones, aliaq; multa & innumera damna Christianis intulit: quare motus memoratus Carolus cæsar, unà cum rege Tunetano qui iam à regno suo exulabat, bellum mouit in Barbarossam, primumq; eum è Tuneta do regno exegit, ac deinde anno Christi 1541. conatus est pellere è regno Argierẽsi. Vnde cum maximo apparatu nauium, tormentorum æneorum, militum, aliarumq; rerum ad bel-

Carolus cæsar aggreditur Argieram.



lum necessariarum, quę omnia in terris suis, puta Neapoli, Genua, Corsica, Sardinia, Sicilia & Hispania ordinauerat, uenit ad Maioricam & Minoricam, atq; inde biduo maximis uiribus traiecit mare uersus Argieram. Habuit secum in hac expeditione septem millia Hispanorum peditum, sex millia Germanorũ, sex millia Italorum, & tria millia ingenuorum uirorum, qui propria sponte honoris gratia Imperatorẽ sunt secuti. Equites uero habuit, quadringentos Neapolitanos, & septingentos Hispanos. Cumq; tantus exercitus feliciter traiecisset mare & iam obsidione cingeret Argieram ciuitatẽ, exorta est subito tam horrenda & inaudita tempestas, imber grauis & diutinus & uentus tam uehemẽs, ut mare inciperet supra modum insanire, naues cum omni commeatu partim mergere & partim ad saxa collidere atque in nihilum redigere, ut nulla ope humana possent ab interitu liberari. Interim uero quo tempestas sic sæuiebat & omnia apud Cæsareanos confunderet, egressi Argierenses & irruentes in eos, multos interfecerunt, quousq; nostri adunati hostem insecuti sunt

Tempestas horrenda.

cuti ſunt uſq; ad mœnia. Tum obſeſſi omnes æneas machinas ſuccendẽtes atq; arcus in noſtros intendentes, rurſum non paucos peremerunt. Submerſæ fuerunt centum & triginta naues, & ex alijs nauibus adhuc illæſis, nihil cõmeatuum afferri potuit propter nimium æſtum & ſæuitiam maris, etiamſi parum adhuc ſupereſſet de uiatico. Nam pelagus ferè abſumpſerat omnem panem, farinam, oleum, uinum, legumina, ſalſamenta carnium & ſimilia, ut cogerentur mactare & triduo edere equos, ex nauibus ad littus eductos. Maiores quoque æneæ machinæ merſæ fuerũt in mare, ſed quas poſtea Argierenſes extraxerũt & in oppidum introduxerunt. Fruſtra ergo cæſare molente ciuitatis expugnationem, compulſus fuit reſiduas reficere naues, atque re infecta diſcedere. Per integrum triduum paſſus fuerat miles eius magnam famem atque aëris iniuriam, deſtituti ob continuã pluuiam uiribus: amiſerãt cum bombardis nõ paucos uiros: & quid igitur agerent? Ingreſſi naues rectà Bugiam contenderunt, quæ ſita eſt in littore maris & eſt de dominio regum Hiſpaniæ: habetq; in monte arcem munitam, conterminã regno Feſs, quod ultimum in Africa occidentem uerſus tenet locum. Non tamen eſt magnum regnum illud, ſed confœderatum eſt regibus Hiſpaniæ ob Barbaroſſæ metum. Non quòd Barbaroſſa tam potens ſit in regno ſuo, quum præter Argieram nõ multas habeat munitas ciuitates, nec bellicoſum aut etiam diuitẽ populum, ſed quia Turcam habet à parte ſua. Accidit autẽ memorata tempeſtas circa feſtum diui Michaëlis aut in ipſo octobris initio.



Regnum Feſs.

De duabus Syrtibus.

SVnt circa finem Africæ uerſus Aegyptum in mari duo periculoſiſſima loca, Syrtes propter aquas reciprocas dicta. Significat enim σύρειν trahere. Eſt autem in his locis, maris & terræ magna inæqualitas, nam in uno loco eſt magna maris profunditas, & in alio loco mare eſt uadoſum. Spirantq; uento, cumulus arenę qui ſupra mare fuerat, in profundiſſimas reſidet ualles, & qui deprimebatur, mox ſuper aquas egeritur. Aiunt autem arenam in hunc modum maris motu ſeu affluxu & refluxu ad decem, aliquando ad uiginti milliaria transferri, unde fit, ut ubi hodie mare fuit uadoſum, cras eſt profundiſſimum, & contrà, moueturq; arena, quæ in fundo maris iacet, de loco in locum, iuxta q̃d uentorum flatus & æquoris fluctus in hanc uel iſtam mundi impelluntur plagam. Hinc etiam fit, ut cum naues in huiuſmodi latentes maris arenoſos cumulos & cœnoſum fundũ impelluntur inhęreſcant, & naufragiũ euadere nequeant. Nam præuidere nautæ nequeũt, ubi arenarum moles cõſederit, quum nullibi fixum teneat locum: Quapropter eminus natigant, cauentes ne incaute à uentis deprehenſi in ſinus arenoſos illidãtur. Hoc autem periculum nedum in mari illo inuenitur, uerum & in terra ipſa, præſertim è regione Syrtis magnæ: ibi enim conglobaẽ ſabulum in montem, & rurſum flatu uentorũ diſpergiẽ atq; in alio loco cumulatur, & quicquid obtexerit ſuffocat. Sunt autẽ duæ ſyrtes maris, pares natura, ſed impares magnitudine, quæ dicuntur maiores & minores, ſpacioq; paſſuum ducentorum quinquaginta millium ſeparantur. Minor à Carthagine trecentis millibus paſſuum diſtat, & totidem ambitus. Maior, quadringentis uigintiquinq; millibus paſſuum. Seruius aſſerit ſyrtes uocari, ubicunq; ſunt arenoſa loca in mari. Iuxta minorem ſyrtim aiunt ſitam ciuitatem Tacapam. Quę cum agrum habeat per totum arenoſum, tamen non ſine miraculo idem ager eſt tam fœcundus, ut uites bis in anno fructũ reddant. Aiunt etiam, raro pluere in Africa minori, at Deus qui omnibus prouidet, loco pluuiæ miniſtrat tam copioſum rorem matutinum, ut ille ſatis ſuperq; uigorem præſtet terræ naſcentibus, affatimq; irriget ſuperficiem terræ.

Arenæ in mari iactatio.

Quid Syrtis.

De Cyrene ſeu Cyrenaica.

CYrenaica regio denominationẽ accepit à metropoli Cyrene urbe maxima, quę in cãpo quodã iacet adeo edito, ut Strabo ex mari ſe eam uidiſſe teſtetur. Hęc urbs olim

à Batto quodam Laconico, in monte Cyra condita, ob regionis bonitatẽ plurimũ creuit. Nam equorũ nutrix eſt & fructus optimos fert. Facit Iuſtinus lib. 13. mentionẽ huius Batti, quem & Ariſtæum aſſerit uocatũ. Fuit autem Cyrene olim aliquandiu ſub regibus Aegypti, ſed tandem deuenit in Romanorũ poteſtatem, factaq; eſt prouincia, cum Creta coniuncta. Ab hac Cyrene tota Libya Cyrenæa dicta eſt. Plinius hanc regionẽ appellat Pentapolitanam, à numero quinq; urbium, quibus maxime inclyta eſt, quarum hæc ſunt nomina, Beronice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia, ipſaq; Cyrene. Eſt & Cyrene nomen urbis in Cypro inſula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonẽ patrem Alexãdri & Rufi, ut eſt apud euangeliſtã. Auguſtinus tamen putat eum Afrum fuiſſe. Eſt Cyrenaica regio multo altior quàm ſit Aegyptus. Nam cum petit ex Cyrenaica Catabathmos, id eſt, uallis deuexa quæ eſt in Aegypto, cõtinuo deſcenditur, atq; ob eam cauſam Aegyptus cæteris terris præſtat in agris & pratis, quum in omnes fere eius partes riuuli aquarum deduci poſſint. Sunt qui ſcribunt mira amœnitate ornari ſuburbanũ agrum Cyrenaicũ, præſertim ſcaturiginibus fontium, hortis, arboribus &c. Scribit Strabo ſua tempeſtate urbem hanc complexã in circuitu ſuo octoginta ſtadia, habuiſſeq; aliquot doctos uiros, præſertim Callimachum poëtam & Syneſium oratorẽ. Iudæi quoq; habuerunt ibi longe ante Chriſtum natum ſynagogã, translati illuc per regem Aſſyriorũ Thiglath Peleſer unà cum reliquis Syris, manſeruntq; ibi ad paſſionem Chriſti, ſicut dicit euangeliũ Simeonẽ Cyrenæum angariarum ad portandum crucem Chriſti, cuius rei & iam mentionẽ fecimus. Cæterũ mira illa fertilitas quam habet Cyrenaica & Africa minor, non extenditur ultra tria aut quatuor milliaria à mari uerſus Atlantem, ſed deſinit tandem in ſterilem arenam, in qua penitus nihil creſcit, ut longe lateq; nec arborem ullam uideas, niſi quòd interdum uiridem ceſpitem inuenire licet, in quo homines manere poſſunt. Nutrit hęc regio uerſus mõtana multos leones & onagros. Habet quoque multos uenenatos uermes, præſertim ſerpentes & aſpides, & adhuc nocentiores peſtes, nempe Baſiliſcos. Eſt autem Baſiliſcus genus ſerpẽtis, habetq; in capite candidã maculã, qua ceu diademate quodã ornatur: habet acutiſſimum caput, os rubeum, oculos & colorem ad nigredinem uergentes, & ut Plinius ſcribit ſibilo omnes fugat ſerpentes, frutices afflatu etiam necat, exurit herbas, rumpit ſaxa: inficit aërem ubi manet, ut auis ſine exitio præteruolare nequeat: homines præterea ſolo aſpectu necat. Muſtelarum tamen uirus, huic exitio eſſe perhibetur. Aelianus ſic de eo ſcribit: Baſiliſcus tanta fertur acuitate ueneni, ut quamuis breuiſſimus ſit (palmum enim non excedere dicitur) ſerpentem tamen quamlibet magnum ſolo halitu extinguit. In ſumma nullum nocentius animal ſuper terram creatum eſt, quod etiam totam ciuitatẽ interimit, etiam in latibulo iacens. Alia uenenoſa animalia perimunt hominẽ morſu aut attactu, iſtud uero ſola præſentia mortem infert. Inuenitur quoq; in his exuſtis locis ſerpens Dipſas, qui & ipſe breuis eſt, colore albus, cauda interſecta duabus nigris lineis. Ictum à ſe, necat inexplebili ſiti. Hunc alij preſterem appellant.

Pentapolis.

Synagoga in Cyrenaica.



Baſiliſcus.


Nullum nocentius animal.

Marmaricæ deſcriptio.

EST Marmarica regio Africæ, quę iuxta Ptolemæũ ab occaſu terminatur Cyrenaica, à ſeptẽtrione mari mediterraneo, ab oriente Aegypto, à meridie parte Libyes. Sunt in ea Naſamones & Libyarchæ populi. Hodie Barcha dicitur. Habet autem terram aſperam & ſqualidam, qualisq; eſt terra, talis eſt populus inhabitans, qui incultus & beſtialis eſt. Segreganť hę tres regiones Cyrene, Marmarica ſiue Libya exterior & Aegyptus, ab Africa minori, per interpoſitam incultam, arenoſam & ueneno ſqualentem terram, quæ ſyrtim maiorem attingit. Vnde non niſi cum magna difficultate & uix citra periculum quis ex minori Africa pedes uenire poteſt in Cyrenaicã, tanta copia profundæ arenæ intercedit, in qua & plurima uenenoſa latent animantia. Et hæc ratio fuit, cur Chriſtiani ſubiecerint eccleſiæ Alexãdrinæ in Aegypto Libyam & Cyrenaicam. Numidiã uero, Africam minorem & Mauritaniã ſubdiderunt eccleſiæ Carthaginenſi. Eccleſia Alexandrina

Marmarica hodie Barcha.

uſa eſt



usa est lingua Græca, Carthaginensis uero, Latina. Est autem Marmarica exterior & maritima supra modum fertilis, ut etiam incolæ duas colligant messes, consurgunt̃q; frumenti culmi quinque cubitis in altum, in crassitie uero æquiparantur minori hominis digito. Vnum semen multiplicatur in ducenta & aliquando in quadringẽta semina. Sed quia agri pleni sunt serpentibus & alijs uenenatis reptilibus, cogũtur rustici terram culturi nuda membra, & potissimũ pedes & crura, contegere ocreis & alijs tegumentis ex pellibus factis, ne morsibus eorum lædantur. Dormituri lecti pedes allio illinunt, & scorpionũ gratia paliuris circumligãt. Est apud eos arbor nomine melilotus, ex qua uinum conficiunt. Porro Marmaridę interiores, nullis dicuntur subesse regibus, nullum norunt iusticiam, latrocinijs semper intenti. Rapiẽtes enim quæ prima ex deserto occurrunt, confestim ad sua loca redeunt. Hi omnes Libyci uitæ sylue stri sub dio habitant. Victu ferarum more contenti, nil domestici cum edunt. Nullis uestibus præterq̃ caprarũ pellibus tegũt corpora. Huic regioni desertum ingens sterileq; adiacet, transitu perdifficile. Loca mediterranea arenarum cumulis referta, & quo plus uitę necessarijs carent, eò uarijs magnisq; serpentibus, his præsertim quos ceraste uocant, quorum morsus letales habentur, sunt fertiliora. Hi colorem arenæ similem habent. Qua ex re à paucis internoscuntur, ita coloris errore seducti.

Ammonis templum in Marmarica seu in Libya exteriori.



OLim in Marmarica interiori situm fuit Ammonis (alij dicunt Hammonis) templum, quod & Iouis arenarij appellatur templũ. Est enim Græcis ἄμμος arena. De huius Iouis tẽplo, scribunt̃ fabulę quędã huiuscemodi. Cum Bachus seu Liber pater Indiã expugnasset, & exercitum duceret per desertum Libyę atque in feruentibus arenis magna laboraret siti, anxie implorauit subsidium Iouis, ne se in tãta desereret necessitate. Quo facto, apparuisse ei aiunt extemplo arietem, quem dum fugientem persequit̃, peruenisse illo duce ad fontem amœnissimũ. Alij terra arietis pede concussa fontẽ exilijsse tradunt. Quapropter desiderio potitũ, existimasse arietem illum fuisse Iouem, eiq; templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & deum uocasse Ammonem, hoc est, Iouẽ arenariũ. Fecit quoq; fabricari in eius honorẽ imaginẽ arietis, iubens ut omnes illum ceu deum adorarent. Ita habet fabula. Certum tamen est, in ea arena conditũ fuisse Iouis templum, quicunq; tandem autor illius fuerit ędificij. Nam legimus apud fidedignos historicos, Alexandrũ magnum & ante eum Cambysem regem, ab Alexandria ciuitate illuc cum magna difficultate & labore concessisse. Siquidem insumendi sunt quinq; aut sex dies in calidissima arena, atq; in tota illa durissima profectione nullus unquam occurrit fons, ubi uiaior posset refocillare fatigatum corpus. Cum uero Satan olim plurimos illuc traxisset, & templum plus quàm credi potest locupletatũ fuisset magnificis donis & oblationibus peregrinorũ, uenit & Cambyses rex Persarũ in Aegyptũ, & misit exercitum ad expugnandũ nobilissimũ illud templum, sed qui tempestatibus & arenarũ motibus oppressus interijt. Sunt qui numerãt quinquaginta millia hominũ, tunc operatione Satanæ in arena suffocata. Aliquot deinde annis subsecutis, Alexander magnus ueniẽs in Aegyptũ,


Iupiter arenarius.

Cambyses in arena interijt.

ſtatuit quoq; adire Ammonis oraculum. Erat autem iter expeditis & paucis uix tolerabile ingrediendum, ubi terra cœloq; aquarum penuria eſt, & ubi ſteriles arenæ iacent, quas ubi uapor ſolis accendit, feruido ſole exurente ueſtigia incedentiũ intolerabilis æſtus exiſtit, lu ctandumq; eſt non tantũ cum ardore & ſiccitate regionis, ſed etiã cum tenaciſſimo ſabulo, quod præaltum & ueſtigio cedens ægre moliuntur pedes. Sed his non obſtantibus, ingens cupido animum ſtimulabat adeundi Iouem. Ergo cum iis quos ſecum ducere ſtatuerat, ſe cundo amne deſcendit ad Mareotim paludem. Ptolemæus uocat eum lacum Mariam, ad iacetq; Alexandriæ, in auſtrum extenſus. Eo legati Cyrenenſium dona attulere, pacem, & ut adiret urbes ſuas petentes. Ille dotis acceptis, amicitiaq; cõiuncta, deſtinata exequi per git. Ac primo quidem & ſequenti die tolerabilis labor uiſus, ſed ut aperuere ſe campi alto

Defectus aquæ. obruti ſabulo, haud ſecus quàm profundum æquor ingreſſi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti ſoli occurrebat ueſtigium. Aqua etiam defecerat, quam utribus cameli deuexerant, & in arido ſolo ac feruido ſabulo nulla erat. Ad hæc ſol omnia incen derat, ſiccaq; & aduſta erant omnia. Quatriduum per uaſtas ſolitudines abſumptũ eſt, tan demq; ad ſedem ſatanæ conſecratam uentum eſt. Incredibile dictu, inter uaſtas ſolitudines locum illum ambientibus, ramis ita contectum, ut uix ſol in denſam cadat umbram. Multi ibi fontes dulcibus aquis paſſim manantibus alunt ſyluas. Cœli quoque mira temperies, uerno tempori maxime ſimilis, omnes anni partes pari & firma ſalubritate percurrit. Ha

Naſamones.



bet hic locus à ſeptẽtrione Naſamones, gens Syrtica, nauigiorũ ſpoliis quæſtuo ſa. Incolæ nemoris Hammonij uocãtur habitantq; tuguriis diſperſis. Habet Am monis nemus in medio fontẽ, aquam ſo lis uocãt, quæ ſub lucis ortum tepida ma nat: medio die cum uehemens eſt calor, frigida eadem fluit, inclinato ad ueſpe ram caleſcit, & media nocte feruida exæ ſtuat. Alexander itaq; ad idolum perue niens, conſuluit an totius orbis imperiũ fatis ſibi deſtinaret. Vates in adulationẽ compoſitus, terrarum omniũ rectorẽ fo re oſtendit. Adiecit quoq; ſacerdos, eum inuictum fore, donec excederet ad deos. Sacrificio deinde facto, dona & ſacerdo tibus & idolo facta ſunt. Hinc ergo Ale xander rediens, condidit Alexandriam inter Mareotim paludem & mare mediterraneum, uel ut alij dicunt, ueterem urbem No re parauit, & ex ſuo nomine Alexandriam appellauit.

AEGYPTI FLORENtiſſimæ regionis deſcriptio.

TOta Africa, quæ in tot & tam uarias diuidit prouincias & terras, non habet nobi liorem, celebriorem, uetuſtiorem atq; fertiliorem regionẽ & quæ pluribus deco rata & culta ſit ciuitatibus, quàm ſit Aegyptus. Ea habetur pro uetuſtiſſimo reg no, quod poſt regnum Aſſyriæ in mũdo emerſit. Nam temporibus Abrahæ, qui plus minuſue 942. annis poſt diluuium generale fuit, Aegypti regio habuit reges, id quod

Pharaones Aegypti. Geneſis liber capite 12. teſtatur, dictiq; fuerunt Pharaones, ſicut Romani ſuos monarchas cęſares appellarũt. Quòd autem Aegyptus præ aliis mundi terris tam cito emerſit creuitq; in potentia, multitudine hominum, ciuitatibus & diuitiis, alia non fuit cauſa tanti eius ſuc ceſſus, quàm incredibilis eius fœcunditas, quam affert Nilus celeberrimus fluuius per me dium eius labens, & ſingulis annis totam terræ ſuperficiem inundans, humectans & addu

cto limo



cto limo impinguans, uti infra oſtendam. Nam raro pluit in Aegypto, imò ut Plato tradit nunquam uiſum eſt pluere in Aegypto, ſed aër perpetuã habet ſerenitatem, atq; ob id for taſſis olim dicta fuit Aëria. Nilus pluuiæ ſerotinæ & matutinæ ſupplet officium, unde tan ta frumenti prouenit abundantia, ut ſæpenumero Aegyptus habuerit copiam frumenti, quando omnes circumiacentes regiones graui laborabant fame, id quod nedum ſacræ ue rum & prophanę indicant hiſtoriæ. Hinc natum eſt prouerbium, Aegyptum horreum eſſe totius mundi. Quàm diu fuit ſub Romanorũ poteſtate, non habuerunt Romani ditiorem ea prouinciam, potiſſimũ ſi ſpectes frumentum, etiamſi non minus fertilis fuerit in paſcuis uino, odoribus & præcioſis floribus. Eadem fertilitas notatur in Aegyptiarum mulierum mira fœcunditate. Nam cum alibi nõ frequens ſit, ut mulieres gemellos edant, apud Aegyptios id nedum frequẽs eſt, uerum multoties fit, ut una mulier tres aut quatuor edat fœtus. Et menſis partus octauus qui apud nos periculo uitæ non uacat apud illos ſalubritatis eſt ſignum. Ob hanc itaque inſignem fœcunditatem, Aegyptij ſibi arrogant prærogatiuam

Aegyptus horreum.

Fœcunditas mulierum.

primæ creationis hominum & animalium. Contendunt quoque apud ſe repertum uſum ſeminandi frumentum, deamq; frumenti quam Romani Cererem ipſi uocant Iſidem, & fratrem eius, qui & maritus eius fuit, appellant Oſirim. Iſis inquiunt à Ioue compreſſa, patris metu acceptis quibuſdam amicis nauem conſcendit, & proſpero uento ex Achaia in Aegyptum uenit. Ibiq; cum reperiſſet rudes populos, illos terram colere docuit, cultæq; ſemina committere & tandem fruges collectas in panem conficere. Eadem dicitur ibi inueniſſe literas & docuiſſe leges.



Aſſerunt quoque Chameſen genuiſſe Oſirim & Iſidem. Cumq; Iſis in campo inueniſſet frumentum ſua ſponte natum, excogitauit modum, quomodo homo eo ad ſui ſuſtentationē frueretur, quomodo idipſum conſeruaret atque per agriculturam augmētaret. Oſiris quoque ab ea diſcedens peruenit in Paleſtinā et multas alias terras inquibus homines habitabant, docuitq; eos agriculturā. Caterū Chameſes qui hic inducitur, fuit tertius filius Noë, quem ſcriptura Cham uocat, cui in ſortem cecidit Aegyptus. Quidam uocant eum Iouem, & filium eius Dionyſium, à quo natum perhibent Herculem.

De Hercule gigante.




Herculis heroica facta.

AB Oſiri, cuius iam fecimus mentionē, quidam perhibent prognatum Herculem fortiſſimum illum athletam, de quo ſcriptores paſſim tam multa nugantur. Fuiſſe tamen multos Hercules, omnes fatentur: quin & omnes qui inſigni robore præſtiterunt, appellati ſunt Hercules, uariis florentes temporibus, omnes heroica uirtute rerumq; geſtarum magnitudine inſignes. Præcipuus uero inter eos fuiſſe dicitur filius Iouis ex Alcmena, cui reliquorū omnium labores tribuuntur, quorum aliquos breuiter ſubijciam. Cum adhuc in cunabulis iaceret, geminos angues à Iunone immiſſos eliſit. Adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppreſſit. Ceruam æripedem aureaq; habentem cornua, in mōte quodam curſu deprehendit atq; interfecit. In Nemea ſylua iuxta Cleonas inuſitatę magnitudinis leonem iugulauit, & detractam pellem pro inſigni geſtauit. Diomedem Thraciæ regem, qui equos ſuos hoſpitum carnibus paſcebat, deuicit, & uictum ipſius equis in pabulum dedit. Anteum gigantē in Libya uictum ſuffocauit. Calpen & Abylam montes antea cōiunctos diuiſit, atq; mare mediterraneum intromiſit. Aurea mala in Heſperidum hortis, interempto prius draccone peruigili qui ea cuſtodiebat, ſuſtulit. Cœlum iam feſſo & ſuccumbente Atlante humeris tulit. Geryonem Hiſpaniæ regem tricorporem bello ſuperauit, eiq; armenta abduxit. Ad inferos deſcendit & Cerberum iter prohibentē triplici catena uinctum ad ſuperos traxit. Primus Hercules circumtuliſſe dicitur clauam ligneam, qua rudem & incultum mundum paulo politiorem & cultiorem reddidit. Tunc enim armis ferreis non utebantur, ſed

ligneis

ligneis tantum. At ſecundus Hercules, Græcus fuiſſe perhibetur, peragrans orbem, uſus dicitur ferrea claua, cum qua & cõſtruxiſſe & deſtruxiſſe dicitur, quod alias nemo potuit. Hæc fabulatores. At fideles Dei uerum nouerunt Herculem, qui ſpiritu fortitudinis Dei ſuffultus, leonem interfecit, portas ciuitatis ex cardinibus ſublatas in præcipitium montis portauit, aliquot millia hoſtium mandibula aſini occidit, domum plenam Philiſtęis, apprehenſis columnis labefactauit &c. Samſon huius Herculis nomẽ eſt, de quo in Iudicũ lib.

De ſitu Aegypti & mirabilibus eius.



AEgyptus regio inſignis, ab oriẽte mari rubro Paleſtinæq; coniungitur, ab occaſu Cyrenem habet, à meridie protenditur uſque in Aethiopiam, & à ſeptentrione clauditur mari Aegyptio. Hæc regio à pleriſq; inter inſulas relata eſt, ita ſe Nilo ſcindente, ut triquetram terræ deliniet figuram, quo contingit, ut à Græcæ literę ſimilitudine ſit à multis Delta cognominata. Eius incolæ omniũ primi duodecim deorum nomina commenti ſunt, aras & ſimulachra delubraq; ſtatuiſſe creduntur, animalia in ſaxis figuraſſe, quæ omnia arguunt eos ab Aethiopibus eſſe oriundos, qui horum omnium fuerunt autores, ut tradit Diodorus Sic. Sunt etiam qui putant totam Aegyptum poſt diluuiũ mare quoddam fuiſſe, quum tota planicies eius profundior ſit circumiacentibus regionibus, ut in Cyrenaica quoq; indicauimus. Sed Nilus ex Aethiopia allatus, hanc profunditatẽ temporũ ſucceſſu, pingui terra & arena nonnihil oppleuit, hominibusq; habitabilem reddidit. Circumdatur etiam undiq; mari ſabuloſo & montibus, ut citra laborem ad eam deueniri non poſſit. Inter mare rubrum & mare mediterraneum exiguum eſt interuallum, ſed mediat inter ea maria mons quidam aſper, quem tranſcendere oportet eum, qui ex Aegypto pedes cupit ire ad Arabiam Petream uel etiam ad Paleſtinam. Ab occidente uero clauditur montibus & mari ſabuloſo, deficiẽteq; arena in Marmarica ſuccedit ei magnus campus paluſtris iuxta Mareotim paludem. Ab auſtro autem deſinit in eminentes, aſperos & ſaxoſos montes, ubi Nilus ex Aethiopia per cataractas & ſcopulos cum magno fragore & ſpuma deuoluitur. Sunt autem cataractę plures, ſed maxima in Aethiopia atq; Aegypti finibus ſita. Hęc itaq; ſaxa, montes, maria, paludes & arenæ quibus circumuallatur Aegyptus ſunt ceu propugnacula quædam & naturales foſſæ atque muri regni Aegyptiaci, ſed quæ non ſemper tutari potuerunt Aegyptum, cõtra hoſtes ſuos, quum nullum unquam in terris regnum tam firmum & munitum arte & natura fuerit, quod non ſua aliquando ſenſerit fata. Si enim homo dominus & poſſeſſor terræ, & popter quem omnia ſunt creata, corruptioni & interitui obnoxius eſt, quid mirum ſi & reliqua omnia quæ ſunt infra hominem, perpetuam integritatem ſeruare nequeant? Concidit regnum Aſſyriæ unà cum potentiſſima urbe Niniue. In nihilum redactum eſt florentiſſimũ Babyloniorũ regnum unà cum magnificentiſſima urbe Babylone. Interiit ferè & Roma cum potentia ſua. Ieruſalem quoque cum inclyto regno humiliata ſedet in terris. Faſtus Tyri abolitus eſt. Superbia Alexandri magni atque Græcorum ſuorum iam dudum finem accepit. Aliud iudicium non habuit Carthago, neq; rex Darius aut etiam rex Cyrus cum regnis ſuis. Quin & Sultani Aegyptij potentia extincta eſt. Nam Turca omnem eius ſibi ſubiugauit ditionem: ſed quæ nec ipſa in æternum durabit, quia non eſt potentia, non conſilium neque ſapientia contra Dei conſilium. Sic itaq; Aegyptũ defendere nequiuerunt naturalia eius munimenta, potentiſſimi eius reges & Sultani, atq; multitudo ciuitatum, quin non raro externo ſubacta fuerit dominio. Nam tempore quo Ezechias rerum apud Iudæos potiebatur, Aethiopes Aegyptum ſibi ſubiecerunt. Et poſtea quum Cyrus Perſa Mediam & Aſſyriam atque bonam partem exterioris Aſiæ ſuperaret, uicit quoq; ſuperbum regem Seſoſtrem & obtinuit Aegyptũ, licet poſtea quum Darius Nothus monarchiam Aſiæ amitteret, Aegyptij rurſum proprios conſtituerint reges, eisq; paruerint uſque ad tempora Alexandri magni.

Aegyptus olim mare.

Cataractæ Nili.

Nihil perpetuum ſub ſole.

Sultanus Aegypti extinctus.

De Africæ regionibus
De regibus Aegyptiorum.




HIc ſcriptores non per omnia ſibi conſentiunt in regum Aegyptiorum ſucceſſionibus, uſq; dum ad Ptolemæos perueniunt. Sunt qui ſcribunt Thebæos primùm imperaſſe Aegyptijs, poſtea Pharaones, ut Pharao Amaſis, Pharao Mephres, Chencres, cuius anno ultimo Moſes eduxit populũ Iſraël, & poſt illum ſubmerſum regnauerunt Acherres, Cherres, Armeus, Remeſſes, Menopes &c. Tempore regni Salomonis imperauit Smerdes & multi alij poſt eum uſq; ad Amaſim, quem Cambyſes Cyri regis filius rex Perſarum ſubiugauit & Aegyptũ in monarchiã Perſarum tranſtulit, & tunc regnum defecit. Fuit autẽ hic Amaſis rex omnium feliciſſimus, quippe qui rem in pace & honore tenuit, mores reſtituit, magiſtratibus per ſuam ditionem mandauit, ut quotannis à quocunque rationem uiuendi exquirerẽt, ut ſi malis artibus degeret, eum puniret, ſi bonis muneraret. Quam legem poſtea Solon ab eis mutuatus Athenienſibus tulit. Negocio ab aurora uſq; in finem tempus tradebat, deinde cibo atque iocis inter conuiuas ſcutram agens atque morionem: mirantibusq; amicis, arcus exemplum propoſuit, qui ſi uiolentius ducitur, facile rumpitur. Interim uero dum rex iſte multa in regno molitur, Cambyſes aduerſus eum mouit, quo tempore Amaſis decedens, metu ne inimicus cadauere potiretur, mandauit in ore ſepulchri apud Memphim ſeruum condi, qui pro domino ab inſcijs caperetur, quod tamen euitare non ualuit. Nam iuſſu Cambyſis reuulſus & ſtilis ob contumeliam confoſſus eſt. Nam cum ducem belli ageret Apriei regis, & rex Cyrenenſibus bellum inferret, ipſe cum inimicis conſpirans, eorum auxilio rex eſt factus expulſo Aprieo. Anno ab urbe condita trecenteſimo quadrageſimo rurſum reges in Aegypto cõſurgunt, uſq; ad tempora Alexandri magni: quo mortuo Ptolemæus Lagi filius primus ex Alexandri ducibus, Aegyptum, Cyprum & Phœniciam obtinuit. Hic Iudæos Ieroſolymis die ſabbati uacantes cepit, captiuosq; ad multa millia abduxit: ex quo ille Ieroſolymis poſtea conuentus Iudæorum ex omni natione, quum apoſtoli in die Pentecoſtes acciperent ſpiritum ſanctum.

Studijs ocium intermiſcendum.

Ptolemæus rex.

Philadelphus.

Huic ſucceſſit Philadelphus filius, per antiphraſin ſic dictus, quòd fratrem Argeum interfecerit, ſororem Arſinoem matrimonio ſibi iunxerit, & alteri fratri bellum intulerit. Sed præſtat horum regum ſucceſſionẽ hic in genealogię formulam redigere. Sic enim omnia dilucidiora erunt. Dicti autem ſunt omnes Ptolemæi, ut Ptolemæus Philadelphus, Ptolemæus Euergetes, Ptolemæus Philopator &c.



2 Phila-

2 Philadelphus iſte pharum apud Alexandriam excitauit, Iudæos liberos eſſe iuſſit, Eleazaro ſacerdoti mandauit, ut ſacros libros in Græcum ſermonẽ uerſos traderet, quos bibliothecæ dedicaret, quam nobiliſſimam aliquot millium uoluminũ Alexandriæ conſtituerat, quæ poſtea periit dum Alexandria à cęſare diripitur, non ſponte, ſed forte ab auxiliariis incenſa. Poſtremo podagra uexatus ac ualetudinarius, ocio ſe tradidit, artes fouendo liberales, accerſitis undecunq; ingeniis. 3 Euergetes rex recuperata Aegypto, deos omnes quos olim Cambyſes rapuit, referre curauit, pro quibus meritis ab Aegyptiis Euergetes eſt dictus. Berenicen ſororem adamatam duxit uxorem. 4 Philopator id cognomentum eſt conſecutus, quòd patrem, fratrem & amicos facinoroſe fecerit occidi, quo totius iniret regnum. Cumq; omnia flagitioſe ageret, regnaſſetq; annis 16. Epiphanes filius eius in regno ſucceſſit, ſub quo & ſucceſſore eius Machabęorum contigerunt geſta. 6 Philometor regnauit cum matre Cleopatra filia Antiochi illuſtris, ſed quam poſtea interficiendo cognomentũ & ipſe per antiphraſim accepit, flagitioſeq; præter omnium ſpem uixit. 7 Euergetes ſecundus filius aut ſecundũ alios frater Philometoris, ob crudelitatem pulſus, Romam uenit à ſenatu auxiliũ petiturus. Idem ſiue ſucceſſor eius Phiſco fuit cognominatus. Hic populum Rom. regni Cyrenaici hæredem reliquit: cui ſucceſſit Ptolemæus Auletes, nonnullis Alexander cognominatus. 9 Auletem Alexandrini non diu paſſi eiecerunt, & è tribus liberis Cleopatram natu maiorem, reliquis eiectis maribus, regno præpoſuerunt. Auletes uero Romam fugiens, obtinuit ut Ptolemæus, cognominatus Dionyſius, admodum puer, cum Cleopatra in tutelam populi Romani reciperẽtur. Dionyſius uero poſtea Pompeium ad eum confugientem per proditionem interfici iuſſit. Cleopatram etiam ſororem eiecit, ſed quam cæſar interfecto Ptolemęo in Aegyptum ueniens reſtituit. Hanc etiam poſt Cęſaris mortem Antonius Aſiam petens, repudiata Octauia, ſibi matrimonio iunxit. 10 Cleopatra ubi nupſerat Antonio, illum autem Auguſtus perſequeretur, Antonius ferro ſeſe uerberans, ſemianimis ad Cleopatram in monumentũ in quod illa ſe condiderat, perlatus eſt. Sed Cleopatra exornata diuerſis ornamentis ad Auguſtum uenit, ſperans eum, ut cæteros, ſua ſpecie ad libidinem illicere. At ille ſe intra ſe coartans, ad eius concupiſcentiam minime inflexus, eam mox cuſtodiri iuſſit. Tunc illa ſe ad triumphum ſeruari intelligens, è cuſtodia elapſa, in præcioſo ſuo ſepulchro iuxta Antonium ſe collocans, ſibi aſpidem in ſiniſtro brachio admiſit, & eius ueneno quaſi ſomno ſoluta eſt, fruſtra etiam Auguſto admouente Pſyllos, qui uenena ſerpentum è uulneribus hominum hauſtu reuocare atque exugere ſolent. Alij ſic hanc recenſent hiſtoriam. Cleopatra incautiorem nacta cuſtodiam, in mariti ſe recepit mauſoleũ, ubi maximo induta cultu, meretricioq; ueſtita ornatu, in differto odoribus ſolio, iuxta ſuum ſe collocauit Antonium, admotiſq; ad uenas ſerpentibus & hauſto ſanguine ueneno eorum, quaſi ſomno morte ſoluta eſt. Sicq; in morte eius tota progenitorum eius linea finem accepit. Sunt autem Pſylli populi Libyæ Naſamonibus confines, qui à quibuſuis feris aut ſerpentibus morſi non læduntur. Eorum inquit Plinius corporibus ingenitũ fuit uirus ſerpentibus exitiale. Vnde Plutarchus ſcribit Catonem iter per deſerta Libyes facientem, ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur, partim ore trahentes uenenum, partim ſerpentes cantibus medicantes.



Alexandrina bibliotheca.

Cleopatra impudẽs mulier.

Pſylli.

Aegyptus

De Africæ regionibus

Aegyptus Sultanos habuit nouiſſime pro regibus.



DVcentis & nonaginta annis Aegyptus Ptolemæos reges habuit moderatores uſque ad Cleopatrã ultimam de illa familia reginã. Quę cum ſibiipſi mortem conſciuiſſet, ſubacta fuit Aegyptus & in prouinciam redacta, habuitq; prȩfectos uſq; ad annum Chriſti 619. Tunc ſub Heraclio Imp. irruentes Saraceni ex Arabia in Africã, Chriſtianos qui paſſim Africæ regiones tenebãt expulerunt & interfecerunt, conſtituerunt q; in Aegypto dominatorẽ, quem lingua ſua, Arabica ſcilicet, quæ in multis Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ conformis eſt, שולטן Sultanum (non Soldanum) appellauerunt. Is itaque Sultanus Aegypti, tam potens factus eſt temporum ſucceſſu, ut & Syriam ſibi ſubiiceret cum omnibus prouincijs, Paleſtina, Phœnicia, Damaſco. Iudæa &c. ut ſupra in deſcriptione terræ ſanctæ multis oſtendi hiſtorijs. Durauitq; eius poteſtas uſque ad annum Chriſti 1517. tunc expugnata fuit à Selymo Turcarum Imperatore Aegyptus & Syria, atque extinctus Sultanus, & loco eius præfectus à Turca in Aegyptum collocatus.


Hiſtoriam habes ſuprà in deſcriptione geſtorum Zelymi Imperatoris Turcarum.

De ciuitatibus Aegypti.

DIcta fuit ab initio Aegyptus Heptapolis, à ſeptem primis urbibus, quatuor uidelicet Thebaidos, quæ ſunt, Panopolis, Antinous, Lycopolis, Hermopolis, & tribus quæ ſunt Arcadiæ, Heraclea ſcilicet, Oxyrinchus & Mẽphis. Sed poſtea ob ſoli eximiam fertilitatem, atque hominum multitudinem, adeo exculta fuit hæc regio, ut decem & octo millia inſigniorum ciuitatum & oppidorũ in ea conſtructa numerarentur. Inter quæ primum habuerũt gradum, Eliopolis, Memphis, Peluſium, Tanis, Alexandria, Paretonium, Heraclium, Buſiris, Thebæ, Bubaſtus &c.

Decem & octo millia ciuitatum.

Heliopolis.




INterpretatur Heliopolis Solis ciuitas, eſtq; poſita in aggere & habet Solis templum, cõſtructa olim à Buſire rege: fuitq; tanta, ut murus per circuitũ complectere tur 140. ſtadia, habens centum portas. Primi Aegypti reges in ea habitauerunt. Græci, ut Diod. Sicul. ait, uocauerũt eã Thebas & Hebręi On, id quod ex Ezechiele notatur propheta. Ptolemęus tamẽ Coſmographus, qui poſt Chriſtũ natũ habitauit in Aegypto, facit ex On & Heliopoli duas ciuitates. Secundum Strabonẽ fuit hæc ciuitas olim, ſacerdotum habitatio, hominũ philoſophiæ & aſtronomiæ deditorũ, qui multa habuerunt priuilegia & libertates. id quod & Geneſeos docet liber. In hac urbe dicitur fuiſſe Dionyſius Areopagita, prȩſul Athenienſ. diſcipulus diui Pauli, quo ſe diſcipline cauſa cõtulerat, cum Chriſtus ſaluator mundi pateretur in cruce. Vnde uidens ſolis eclipſim, quæ nulla ratione tunc fieri debuit, dixit ad Apollophanẽ ſophiſtã præceptorẽ ſuum: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Fuit enim contra mũdi ordinẽ, ut ſol tempore oppoſitionis eclipſaretur.

Dionyſius Areopagita.

Memphiis

Liber VI.
Memphis, Babylon, Cayrum.




MEmphis urbs Aegypti regia uulgo Meſſer dicta, olim magna & populoſa, ſecũda poſt Alexandriã, ubi fuerunt pyramides, regũ ſepulturæ ab Ogdeo uel Ogeloo regeædificata, ambitus ſtadiorũ 150. cuius filia Memphis ei nomen dedit. Hæc ſitum habet in Aegypti loco, ubi ſcilicet Nilus primã accipit diuiſionẽ, & deltæ Δ formam facit: quo fit, ut urbs tanq̃ in Nili clauſtro poſita, aditum præbeat, prohibeatq̃ ad ſuperiora loca nauigãtibus. Quin & ad cohibendã aquarũ inundationẽ uerſus Notum, aggeres ingẽtes oppoſuit. A cęteris uero partibus undique lacus fuit effoſſus ingens ac profundus, qui urbem reddidit munitiſſimã. Vnde & poſteri reges ferè omnes relictis Thebis, regiam habitationẽ in Memphi ædificarũt, poſtea uero ultra Nilum nidificantes, eam urbem inhabitarunt, quam Babyloniam Aegypti atq̃ Cayrum appellauerunt. Habet hæc ciuitas Memphis Nilum ad latus orientale, ubi tamen inter Nilum & urbem ipſam agger magnus factus fuit, qui tempore inundationis Nili coĕrcuit aquas ne ingrederentur ciuitatẽ. E regione eius ultra Nilum ſita eſt magna illa & potentiſſima ciuitas Babylon, quæ noſtro æuo Cayrum & Alcair & à Turcis קיירום Keirum appellatur, & fuit hucuſq̃ ſedes Sultanorũ Aegyptiorũ. De huius ciuitatis exordio ſcribit Strabo in hunc modum: Babylon caſtellum natura munitum à Babyloniis quibuſdam conditum, qui huc ſecedentes, hoc in loco habitationẽ à regibus impetrarũt. Nunc in ea collocata eſt una ex tribus legionibus, quæ Aegyptũ cuſtodiunt. Ab hoc loco uſq̃ ad Nilum iugum quoddã deſcẽdit &c. Talis fuit tẽpore Strabonis facies Babylonis, caſtellum ſcilicet, at hodie eſt maxima ciuitas, habens arcem intra mœnia in edito loco ſitam haud minorẽ ut quidam aiunt, ciuitate Vlmenſi. Subdit autem Strabo: Hinc pyramides quæ apud Memphim ſunt, in ulteriore regione manifeſte apparent. Ergo Babylon ultra Nilum uerſus Arabiam eſt & Memphis citra Nilum ad occidentem, capiunturq̃ pro una ciuitate, licet nullo ponte cõiungant. Excellit tamen hodie Babylon longe Memphim ferè in uicum redactam, ut quidam etiam ſcribant circuitum eius complecti 12. aut 14. milliaria Germanica. Et quamuis innumeram habeat populi multitudinem, abundat tamẽ omnibus rebus, præter ligna, quę ibi in pondere uenduntur. Figura urbis allata & à me deformata, oſtendet olim hæc omnia ad oculũ. Anno Chriſti 1476. graſſante peſte in Cairo ad tres menſes, mortui fuerunt aliquoties una die uiginti millia hominũ, unde magnitudo urbis & multitudo populi æſtimari poſſunt. Sunt circiter octo mllia hominum in ea, qui ſolum in camelis aquam ex Nilo in urbem deferunt, ut illam uendant in uſum hominũ & ad ſpargendum in plateis ad ſopiendũ puluerem pauimenti. Vartomannus tamen ſcribit, ſe hanc ciuitatem fama longe inferiorem inueniſſe, neque Roma maiorem eſſe ambitu licet ſit multo frequentior: ſed fefelllit plures ſuburbanus ager, qui uicis propè innumeris diſpergitur. Memphis apidis templum olim habebat, qui idem eſt quod Oſiris. Erat autem bos qui & Serapis dictus, corpore niger, candida frõte, in tergore alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quẽ certos uitę annos excedere non licebat. Reſponſa dare non ut relíqua oracula ſolitus erat, ſed ſi manu oblatum papulum ſumpſiſſet à conſulentibus, ſecundos euentus atque omnia proſpera decernebat. Si uero abnueret recipere cibum, indubio malo & memorandis cladibus caſura diuinabat.

Cayrum.

Babylon Aegypti.


Apis Aegypti.

Vnde



Vnde cum à Germanico cęsare pabulũm oblatum renuiſſet, funeſtum omen & indubiam necem, quę paulo pòſt ſecuta eſt, prænunciauit. Alebatur autem in ſepto quodam, & ante id ſeptum aula quædam iacebat, in qua erat aliud ſeptum matris eius. In eam aulam nõnũquam emittebatur, præſertim ut peregrinis oſtenderetur. Videbatur autem per feneſtram quandam in ſepto, & extra etiam ſi uellent. Vbi uero paulũ laſciuiebat, rurſum in propriam manſionem recipiebatur.

Pyramides Aegypti.



Stulta diuitiarum oſtẽtatio.

EST pyramis moles q̃dra ta in multam altitudinẽ aſſurgẽs, à fundamẽtis ſenſim ad ſublimitatẽ gracileſcens. Quę uero in Aegypto fuerunt erectæ, turres, inquit Solinus, fuerũt faſtigia tæ ultra excelſitatem omnem, quæ manu fieri poſſit. Hæ ſtabant in montano quodã & ſaxeo ſupercilio ad ſeptentrionalem urbis Memphiticæ plagam, procul ſtadijs quadraginta, ſitæ inter Memphim & Delta. Plures quidem in Aegipto paſſim extiterunt, nullæ tamẽ clariores tribus illis, quæ orbẽ impleuere fama, conſpicuæ undiq; à nauigantibus, quarum duæ ſunt numeratæ inter ſeptem memorabilia opera orbis. Plinius de his ita ſcribit. Pyramides in Aegypto, regum pecuniæ ocioſa ac ſtulta oſtentatio. Quippe cum faciendi eas cauſa à pleriſq; tradatur, ne pecuniã ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberẽt, aut ne plebs eſſet ocioſa. Multa circa hoc uanitas illorum hominũ fuit, ueſtigiaq; complurium inchoatarũ extunc. Vna eſt in Arſinoite nomo, duæ in Memphi non procul à labyrintho: totidem ubi fuit Mœridis lacus, hoc eſt foſſa grandis. Trecenta ſexaginta hominum millia annis uiginti ampliſſimam pyramidem cõſtruxiſſe produnt. Tres uero factæ annis 78. & menſibus 4. Inter omnes uero eos nõ conſtat à quibus factæ ſint, iuſtiſſimo caſu obliteratis tãtę uanitatis autorib. Ampliſſ. 8. iugera obtinet,

net ſoli, quatuor angulorum paribus interuallis, per octingentos & octogintatres pedes. Alij numerant latera pedum geometricorũ 775. Strabo ſcribit ſingulam habuiſſe altitudinem ſtadij, paulo ſcilicet maiorem quolibet latere, id eſt, 25. pedes. Alterius interualla ſingula per quatuor angulos pares, comprehendebant pedes 737. Prior erat incruſtata ſecto marmore, incruſtationiſq; huiuſmodi tabulæ erant late pedũ ſeptenũ, quas Sultani depoſuerunt & tranſtulere ad ſtructurã pontis apud Cairum. Sub tantæ ſtructuræ mole oſtium eſt in latere quod ad ortum ſpectat, quod modico deſcenſu fert in ſpecum, intusq; ſunt duę cameræ, quibus inſunt tumbæ, una grandis, duæ paruæ, ubi reges ſepeliebantur. Tertia minor prædictis ſed multo ſpectatior Aethiopicis lapidibus conſurgebat 362. pedibus inter angulos. Ne quis autem regum miretur opes, hæc tertia pyramis laudatiſſima facta fuit à Rhodope meretricula, quæ maiore miraculo tantas opes meretricio conquiſiuit quæſtu.

Altitudo pyramidum.

Labyrinthus Aegypti.

LAbyrinthi fabrica, opus haud impar pyramidibus & adiacens regis ſepultura eius qui labyrinthũ conſtruxit. Hinc Dædalus ſumpſit exemplar eius labyrinthi quem fecit in Creta, ſed centeſimam tantum portionem eius imitatus, quę itinerum ambages occurſusq; ac recurſus inexplicabiles cõtinet, crebris foribus inditis ad fallendos occurſus, redeundumq; in errores eoſdem. Poſitionem operis, ſingulasq; partes enarrare non eſt, quum fuerit in regiones diuiſum atq; in præfecturas ſedecim, nominibus earum totidem uaſtis domibus attributis. Continuit præterea templa omnium Aegypti deorum. Habuit pyramides complures quadragenarũ ulnarum, ſenos radice muros obtinentes. Feſſi eundo perueniebant ad uiarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cœnacula prius excelſa porticusq; aſcendebantur nonagenis gradibus omnes, intus columnæ de porphyrite lapide, deorum ſimulachra, regum ſtatuę, monſtrificæ effigies. Quarundam autem domorum talis erat ſitus, ut adaperientibus fores, tonitruum intus terribile exiſteret. Maiore autem in parte tranſitus erat per tenebras, aliſq; rurſus extra murum labyrinthi ædificiorum moles. Inde aliæ perfoſſis cuniculis ſubterraneæ domus. Strabo tot uarias manſiones uocat præfecturarum aulas, & uias quæ ad eas tendunt, cryptas multas & longas, quæ inter ſe uias flexuoſas habebant, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam poſſet nec egredi ſine pręeunte duce. Et quod magis mirandum, cuiusq; domus tabulata, ac etiam cryptarum latitudines, ex lapideis pluteis integris & magnitudine excellentibus confectæ erant, nulla uſquam uel ligni uel alterius materię admixtione. Plinius uerè ueſanam illam fuiſſe dementiã ſcribit, quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo, præterea fatigaſſe regni uires, cum tamen laus maior artificis eſſet, id quod & ſuprà in Creta indicauimus. Lemnius quoque labyrinthus ſimilis fuit illis, columnis tantum 140. mirabilior fuit. Extantq; adhuc, inquit Plinius reliquiæ eius, cum Cretici Italiciq; nulla extent ueſtigia. Italicum uocant, quem fecit ſibi Porſenna rex Hetruriæ ſepulchri cauſa.

Labyrinthus in præfecturas diuiſus.

Omnia ex lapide cõſtructa.

De odorifera balſami herba.



IN ſola Aegypto & nullo alio totius mundi loco aiunt naſci herbam quę prečioſum balſamum ſudat. Creuit olim in ſola Hierichunte, ſicut & ſuprà in deſcriptione Iudææ indicaui. Forma eius haud multum abſimilis eſt Maioranæ. Habet ſurculos oblongos cubitum tamen unum aut alterum non excedentes, atque in illis folia maioranæ ſimilia. Dioſcorides ſcribit arbuſculã eius tantum in Iudæa & Aegypto produci, folio rutæ ſimili, candido tamen & perpetuo uirente: lachrymam colligi tam in caudice quàm in parte ſuperna. Vulneratã modicum cultello, & manat nobilis ſuccus è plaga, quem opobalſamum uocant, longeq; ſuperat in ſuauitate balſamum illud, quod ex ramis exprimitur. Semen eius rubicundum eſt, ſicut & cortex ramorũ, redoletq; odorem ſucci. Hortus uero in quo herba

Opobalſamum.

herba ipſa creſcit, diſtat itinere trium horarum à Cairo uerſus Syriam, appellaturq; Matte-

Matterea hortus balſami.

rea, cinctus muro & cuſtode munitus, nec quiſquam intromittitur niſi data pecunia. Qui ante ducentos annos in hoc horto fuerũt peregrini ſcilicet Ieroſolymitani, ſcribunt quinque in eo eſſe fontes quibus irrigatur. In Martio oleum potiſſimum colligitur ex uulnere caudici inflicto. Ex ramuſculis uero ſuperne truncatis & in aqua decoctis colligitur quoque oleum, ſed quod priori in colore & uirtute non reſpondet. Primum balſamum tantæ eſt efficatiæ, ut quamlibet carnem eo perunctam longo tempore à fœtore præſeruet. Noſtro tempore hęc herba Cairi in hortis diuitum ciuium quoque plantari dicitur.

Corallium creſcit in mari rubro.



Gorgonia.

COrallium, ſiue ut Theophraſtus appellat, Curallium, alij Lithodendrõ, partim ex eo quòd in lapidem conuertaẽ, partim quòd arbuſcula ſit, quamobrem & dendrite uocatũ: nam ut res ipſa demonſtrat, frutex eſt ſub aqua marina uiridis & mollis, baccas habens ſimiles cornis natiuis ſpecie & magnitudine, item molles ſed candidas: aut reſectus ſtatim in aëre duratur: quare ſcite Ouidius:

Sic & Coralium in quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Et quia mox ut in aërem profertur ſolet lapideſcere, gorgonia nominaẽ. Etenim Gorgonas in lapides uerſas, fingunt poëtæ. Sic Plinius de gemmis ſcribit. Gorgonia nihil aliud eſt quàm Corallium nominis cauſa, quòd in duritiam lapidis mutaẽ. Non eſt autem Corallio unus color, ſi curi nec alijs lapidibus, qui ex id genus ſucco intra terram cõcreſcunt. Etenim ſi ſuccus fuerit ruber, corallium rubrum naſcitur, ſi candidus candidum, ſi niger nigrum. Omne tamen corallium priuſquam retibus fuerit euulſum aut ferro pręciſum, uiride uidetur eſſe. Vt autem unus lapis ex diuerſorum colorum ſuccis ortus uarios habet colores, ita interdum unius corallij ſtirpes ramiq; partim ſunt rubri, partim candidi, partim nigri. Quantum ad ſaporem attinet, corallium modice aſtringit: quod ad odorem, ferè algæ inſtar olet. Quoddam eſt durum, ut Gallicum, quoddam molle ut Campanum & Erythreum: aliud ſolidum, aliud fiſtuloſum, aliud ſcabrum, quoddam plures habet ramos, quoddam paucos. Naſci-

Corallium naſcitur in multis locis.


tur multis in locis, circa Orcadas inſulas, in Hetruſco ſinu, in Campano ante Neapolim, in Siculo mari circa Drepanum, in Africano circa Erythra, in mari Perſico, in mari rubro circa Troglodıtarum inſulas, quod nigrum eſt. In medicina exiccat & refrigerat atque aſtringit. Cum aqua potum, ſanguinem excreantibus medetur, & torminum malis. Medici eligunt rubrum, quod algæ inſtar olet, quod facile teritur, quod æquabiliter concreuit, quodq; ramoſum eſt.

Peluſium, quæ & Damiata, & Eliopolis.

NIlus fluuius multis oſtijs à prima ſui ſciſſione labitur in mare, ſuntq; ſingulis riuis ſua nomina. Oſtium illud quod propinquius eſt terræ ſanctæ, uocatur Peluſiacum, à Peluſio ciuitate adiacente, quæ noſtro tempore Damiata uocatur: ob quam ante trecentos annos Chriſtiani grauiſſima bella geſſerunt contra Sultanum, ſicut & propter urbem Ieroſolymitanã. Nam anno Chriſti 1219, quum Chriſtiani amiſiſſent Ieroſolymã, Templarij & Hoſpitalarij cum magno exercitu Chriſtianorũ nauigantes contra hanc ciuitatem & oppugnantes, tandem ceperunt, inhabitaruntq; biennio. Habes hiſtoriã ſuprà in deſcriptione Terræ ſanctæ, ſub titulo Noua expeditio in terrã ſanctã.

Arſinoe & Crocodili ciuitas.

SEcundum Strabonem Arſinoe ciuitas, prius Crocodilorũ dicta fuit ciuitas. Quia Aegyptij in ea præfectura mirum in modum colebant Crocodilũ, qui ſacer apud eos in lacu quodam



cu quodam ſeorſum nutriebatur, & ſacerdotibus manſuetus uocabatur. Nutriebatur autẽ pane, carne & uino, quæ à peregrinis afferebantur, ad eiuſmodi ſpectaculum uenientibus. Subiungit autẽ Strabo, qui ſuo tempore beluam iſtam uidit. Hoſpes uir inter alios honoratiſſimus, qui nobis ſacra cõmonſtrabat, ad lacum ueniens, placentulam & carnem aſſam, & quoddam mulſi uaſculum ex cœna attulit. Beluam in ripa lacus inuenimus, & ex ſacerdotibus alij eius os aperuerunt, alius bellaria impoſuit, poſtea carnem, deinde mulſum iniecit. Ille in lacum exiliens, in ulteriorem partem traiecit. Solet hoc animal in Nilo potiſſimum & Gange fluuio Indiæ inueniri, euaditq; ex minimo in immenſum animal. Nam quum oua eius anſerinis ſimilia exiſtant, ex his genitus pullus, ad ſedecim aut octodecim cubitorum magnitudinem excreſcit, longitudine uitæ hominis fermè eſt, lingua caret, licet quidam dicant infrà paruam habere linguam. Corpus mirabile natura munitum. Nam dorſum eius uniuerſum ſquamoſum eſt, duricie præcipua, cauda prælonga: ex utroq; oris latere dẽtes habens perplures, in quibus duo maxime eminẽt. Non ſolum homines comedit ſed & cætera terreſtria animãtia fluminis appropinquãtia, unguibus grauiter diſcerpit, quos habet omni mucrone acutiores. Morſu eſt aſpero tetroq;, ut quod dentibus lacerat, nunquam ſanetur. Eorum ingens eſt multitudo in Nilo & ſtagnis propinquis, tum quia fœcunditate excedit, ſingulis enim annis parit, tum quia perraro capitur. Timidus eſt, ut qui perſequentes fugiat, fugientes perſequatur. Narratur numerus ſexagenarius ei proprius, ut qui ſexagenis diebus oua ſexagena pariat, totidemq; diebus foueat. Annos præterea uiuere & dentes eorum fermè numero habere. Nautis ualde cauendum eſt in Nilo ab iſto animali, ſicut & in littore ambulantibus, præſertim æſtiuo tempore. Hyemali tempore ſexaginta diebus, aliqui dicunt quatuor menſibus, in ſeceſſu ſine cibo quieſcit. Deuoraturus hominem lachrymari dicitur, unde prouerbium natum, Crocodili lachrymæ, quando quis ſcilicet ſolis oculis, ſine corde & abſque compaſſione lachrymatur. Vnum hoc animal, inquit Plinius, ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum. Dies in terra agit, noctes aqua. Gens hominũ huic beluæ eſt aduerſa in ipſo Nilo, Tentirytę, ab inſula, quam inhabitant ſic appellati. Terribilis eſt belua contra iſtos fugaces, & contrà fugax belua contra inſequentes, illiq; ſoli audent aduerſum ire. Quin etiam flumini innatant, dorſoq; equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os claua, dextra ac læua tenentes extrema eius utrinq;, ut frenis in terram agunt captiuos, ac uoce etiam ſola territos cogunt euomere recentiora corpora ad ſepulturam. Itaque ei uni inſulæ crocodili non adnatant, olfactuq; eius generis fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi uiſus. Quidam hoc unum quandiu uiuit creſcere arbitrantur. Nec aliud animal ex minore origine in maiorem creſcit magnnitudinem. Vnguibus eſt armatum, & contra omnes ictus cute inuicta.

Crocodilus ad uiuũ expreſſus

Crocodilus ex ouo gignitur.

Crocodili lachrymæ.

De Africæ regionibus
Alexandria Aegypti.



Tres Alexandriæ.

ALexandria Aegypti magna ciuitas, ante Christi aduentum annis 320. ab Alexandro magno, Iustino atteſtante, condita fuit. Alexãder enim magnus ad Iouem Ammonem pergens, conſulturus de euentu futurorum & de origine ſua, reuerſus ab Ammone Alexandriam condidit & Noppidum antè conſtructum ampliauit, Macedonumq; coloniã caput Aegypti eſſe iubet. Condidit autem tres Alexandrias, unam in Aegypto haud longe ab oſtio Nili, aliam in Aſia, & tertiã in Scythia ſuper Tanaim In prima fuit ſepultus. Mortuus enim in Babylonia, corpus eius per Ptolemæum curiæ ſuæ magiſtrum ductum fuit Memphim, & poſt paucos annos Alexandriam translatum. Vnde Auguſtus cæſar poſt deuictum Antonium Alexandriam ueniens, Alexandri corpus reuerenter aſpexit. Habuit Alexandriæ ſitus chlamydis formam, muniebaturq; undique aut incõmeabili ſolitudine, aut importuoſo mari, aut fluminibus, aut ſyluoſis paludibus. Pulcherrima olim fuit, & nunc quoque bene munita eſt firmis & altis muris & turribus, ſed intus plena eſt ruinis & deſolationibus. Celeberrima idolorum phana habuit, necnon & Chriſtianorum templa adhuc extantia. Multas quoque habuit regias ædes, quæ & multam urbis partem occupabant. Nam quilibet regum illam pro libito uoluntatis aliquo ornamento decorabat. Et ubi aula Alexandri olim ſtetit, hodie columna ex uno lapide præciſa miræ altitudinis, capitellum habens acutum quaſi turris apparens poſita eſt. Aiunt autem hanc urbem in circuitu habere octoginta ſtadia, & duplo fere maiorem eſſe Nurnberga. Quòd autem Alexander ſingulari affectus fuit ad hunc locum fauore, id fecit, ſitus eius delectatus & motus amœnitate. Ab uno enim latere habet mare mediterraneũ, & ex oppoſita parte Mareotim lacum, quem alij Mariã uocant, & eſt ualde magnus. Sunt quoque in eum riui quidã ex Nilo deducti, per quos ab Alexandria licet nauigio uenire uſque Cairum. A Cairo uero patet iter terreſtre uſque ad mare Rubrum, & ex eo mari nauigatur in Arabiam, Perſiam atque Indiam. A ſeptentrione huius urbis pulcherrimum aiunt eſſe maris portum, in ſemicirculi figuram arcuatum, in cuius proſpectu inſula eſt Pharos nomine, quæ ceu propugnaculum eſt ciuitatis. Claudit enim ferè hunc portum, niſi quòd utrinque anguſti euripi ſeu canales ex mari ad ciuitatem tranſeunt, ſed qui ob ſcopulos in fundo latẽtes ualde procelloſi & periculoſi ſunt ad nauigandum. Quapropter Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti ab ea inſulæ parte qua nauigat in Syriam maximis ſumptibus fecit erigi turrim ex candidis lapidibus, quam 800. talentis tradunt conſtitiſſe, cuius uſus fuit, nocturno nautarũ curſui ignes oſtendere, ad nuncianda uada portusq; introitũ, ſicut poſtea tales compluribus locis flagrare cœperunt, ut Puteolis ac Rauennæ ad uitandum periculum etiam in corriuatione. Poſt aliquot annos quum Cleopatra regina rerum potiretur in Aegypto, coniunxit Pharum inſulam ciuitati per firmiſſimum aggerem, qui ductus fuit Heptaſtadion, eo quòd ſeptem ſtadijs, id eſt, octingentis & ſeptuaginta quinque paſſibus

Multæ regiæ in Alexandria


Nauigatur ab Alexand. ad Cairum.



Pharos.

passibus productus fuerit, quòd etiam sicco pede ex urbe licuerit uenire ad Pharũ turrim.

Bibliotheca Alexandrina.



PAulo ante Christum natum, bibliotheca toto orbe terrarum nominatissima, Alexandriæ multis millibus librorum instructa comburitur, cuius supra quoque sub Philadelpho rege mentionẽ fecimus. Fuit Aristoteles primus, ut Strabo arbitratur, qui libros congregauit, & Aegyptiorum reges bibliothecæ ordinẽ docuit. Aristoteles bibliothecã & scholam Theophrasto reliquit. Deinde Theophrastus Neleo tradidit. Ptolemæus quoque Philadelphus maximum numerum librorum, ut diximus, collegit, & hic tantus thesaurus & tam pulchrum regiæ opulentiæ monimentum subita ui ignis conflagrauit. Habuit hęc urbs ad Christum conuerta magnos & egregios uiros & doctores ecclesiasticos, nempe Marcum euangelistam, Amanum episcopum, Clementẽ & Origenem præsbyteros, Athanasium episcopum, Didymum, Theophilũ &c. quorum omniũ diuus Hieron. in lib. de Illustribus uiris meminit.

Alexandria insigne emporium.

DIci nequit quàm hæc urbs post sui exordium propter mercimonia quæ in ea exerceri cœperunt creuerit in diuitijs & potentia. Nam est inter Indiam & Europam intermedium quoddam emporium. Quicquid præciosum crescit in India, aromata & odores, imo & quę contexuntur ibi ex serico, afferuntur ex Indico mari per mare rubrum in Aegyptum, & ex mari rubro modico itineris interuallo uehunt in Nilum, & ex Nilo per riuum hominũ labore factum deducunt in Mareotim lacum, atq; inde Alexandriam. Ab Alexandria uero ultra transferuntur in Syriam, Gręciam, Italiam, Africam, Galliam & Hispaniam. Hæ regiones omnes, imo tota Europa exposuit annuatim maximum uectigal in ciuitate Alexandrina, unde Sultani maximum habuerunt emolumentum atque ciuitas mirum in modum fuit ornata magnificis ædibus & ędificijs: sed temporũ successu hæc Alexandrinorum magnificentia non parum fuit imminuta per bella, seditiones & alias incidentes calamitates, quin & nostro æuo nedum Alexandria uerum & Sicilia atque Venetiæ queruntur sibi non parum detractum in uectigali, quando hæc mercimonia quæ ante tempora nostra per Alexandriam in Europam translata fuerunt, hodie pro maiori parte ex India immediate in Hispaniam per mare transportantur, atque inde in Europæ occidentales partes. Portugallenses igitur & Antwerpiani hodie hoc cõmmodum percipiunt ex mercibus, quod ante tempora nostra Alexandrini leuauerunt, id quod Sultani in Aegypto cito olfacere cœperunt, præripi scilicet sibi magnam prædam per regem Portugalliæ, qui neglecta Alexandria nauigationem alia uia in Indiam instituit. Vnde Sultanus superioribus annis Iulio Romano pontifici ualde minaciter scripsit & querimoniam fecit, per Portugallenses se non parum incommodari. Et si illi hanc iacturam non sarcirent, sciret pontifex, se peregrinis Ierosolymitanis negaturum omnem itineris in sua ditione securitatem. At nihil effecit his minis suis, quin & postea cum uectigali amisit quoque omne regnum suum, sicut supra abunde exposui.

Vectigal Alexandrinum.

Minæ Sultani.


De fertilitate agri Alexandrini.

ORnatur Alexandria extra mœnia amœnissimis hortis & pulcherrimis domibus, ubi uaria arborum & plantarum genera nutriuntur, quę uirorem suum nunquã abijciunt,



Ingenium ad excludendum pullos.

ut ſunt mala punica, limones, citrea poma, ficus, poma Adamica & ſimilia. Habet Adamica pomus folia longitudine quindecim aut ſedecim pedum, & latitudine ſeſqui aut duorum pedum. Inueniũtur ibi multi ſtruthiones, & Arabes ppinqui adferũt multa ſtruthionum oua atq; in foro uendunt, quia ſunt bona ad comedendum. Scribunt in itinerarijs ſuis Felix Vlmenſis, & Breitenbachius Moguntinus decanus, Alexandriæ & alibi in Aegypto parari furnos plenos foraminibus, in quos reponũtur tria aut quatuor millia ouorum anſerinorum, gallinaceorum, columbinorum & anatinorum, & fimo cooperto furno, prunæ à longe ponuntur circum fimum, quarũ lento calore oua ipſa ſenſim per fimum calefiunt ceu ſub gallina, atq; tandem ſimul excluduntur & pulli ex fimo gregatim procedunt, atq; inde ad paſcua ducuntur, & ex paſcuis ad forum.



Ptolemæus aſtronomorum princeps.



Almageſtum.

Geographia.

FVit Ptolemæus iſte natione Alexandrinus, licet alij dicant eum eſſe Pheleudenſem & quòd profecerit Alexandriæ, cuius meridiani in ſuis calculationibus perpetuam habuit rationem. Fuit autem liberalium artium ac Græcarum literarum ſtudijs clarus, uixitq; temporibus Antonini & prædeceſſoris ſui Adriani. In aſtronomiæ ſcientia priorum nulli ceſſit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit, inuentàque ab Hipparcho inſtrumenta clarius monſtrauit. Edidit magnam illam compoſitionẽ quam Almageſtum uocant, in quo tot & tam diuerſorum motuum cœleſtium rationem reddit per ecentricitates, epicyclos & contrarios diuerſorum orbium motus. Oſtendit unde luminarium eueniant eclipſes, cõiunctiones, oppoſitiones &c. Abſoluto autem opere illo cœleſti, uertit acumen ingenij ſui ad orbem terrenũ & cooperante Aegypti præfecto, quem Romani illuc ceu regem deputauerãt, deſcripſit geographiam uniuerſalem, diſtinxitq; in uiginti ſex tabulas particulares, quibus omnem habitabilis & cognitę terræ explicuit habitudinẽ, oſtendens ſingularum regionum populos, montes, flumina, maria, ſyluas & alia id genus quæ in geographia conſiderantur, ſine quorum cognitione, nemo uir doctus cenſeri poteſt, niſi uel ſummis labijs Ptolemæi guſtauerit geographiam, generalemq; orbis & habitudinis eius conceperit imaginationem.

Nili maximi Aegypti fluminis deſcriptio.

NIlus unus eſt ex maioribus totius orbis fluuijs, collectus ferè ex omnibus Africæ amnibus,

nibus, qui omnes in hunc confluunt riuum, concreti ex montium niuibus atque magnorum lacuum & paludum occultis ſcaturiginibus, etiamſi apud ueteres magnum fuerit dubium de Nili prima origine. Nam ſunt qui illum rectà ex Aethiopia aiunt in Aegyptum labi, ſumpta origine ex reſolutione niuium montis Lunæ. Alij aliter ſentiunt. Diodorus Siculus ſic ſcribit. Nilus à meridie ad ſeptentrionem fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus, ad quos propter æſtus intemperiem nullus aditus fuit. Maximum omnium flumen, quum per uarias pluresq; feratur regiones, magnos flexus facit, quandoque ad orientem & Arabiam, quandoque ad occidentem & Libyam fluens. Plinius ſcribit, Iubam regem ortum eius primum deprehendiſſe ex paludibus montium inferioris Mauritaniæ non procul ab oceano, ita ut primo ab occidente in orientem labatur, ac deinde in ſeptentrionem conuerſus ſeptem oſtijs in mare mediterraneum exeat. Incolæ uocant lacum Nidilem. Arguit autem ex certis indicijs, nempe quòd in eo lacu ijdem inueniantur piſces, qui in Nilo ubi pertranſit Aegyptum, quodq; crocodilos nutriat æque ut Nilus in Aegypto. Alij uero qui aſſerunt Nilum ex Aethiopia recta deſcendere in Aegyptum nituntur hoc argumento. Aeſtiuo tempore quando ſol eſt prope ſolſtitium æſtiuale & longiſſime recedit ab Auſtralibus terris, Nilus habet conſuetũ ſuum alueum & curſum: quando uero poſt feſtum Ioannis baptiſtæ ſol reflectitur in meridiem, & æſtas incipit apud interiores auſtrales, reſoluitur nix in montibus, quæ interim quo ſol abfuit è cœlo deſcendit, incipitq; tunc Nilus creſcere & ſenſim inundare, affertq; ſecum ex tam longinquis terris immenſam molem aquarum, miramq; pinguedinis copiam, ut totius Aegypti terra inde ſupra modum fœcundetur & impinguetur, ut paulo poſt fuſius dicam. Huic autem opinioni ſubſcribit Claudius Ptolemæus. Fieri tamen poteſt ut utrique recte ſentiant, nempe quòd Nilus ex interioribus Auſtri & Aethiopiæ rectà uerſus Aegyptum tendat & nihilominus ab occaſu ex Getulia & Libya orientem uerſus alius magnus fluuius cum accurrentibus riuis Nilum priorem petat, illi piſces, crocodilos & alia animalia ſibi peculiaria communicet atque ſuppeditet, ſecq; æquè ut prior fluuius pro Nilo uenditet. In originibus fluuiorum multa pendent ab opinionibus hominum. Habet Rhenus tres celebres amnes, qui omnes ex alpibus ſcaturiunt & quinque milliaribus ſupra Baſileam in unum alueum conueniunt, & tamen uni ſoli datum eſt Rheni nomen, quum reliqui duo, ſinguli tam magni ſint ut eſt amnis ille qui Rheni nomen accepit. Idem iudicium eſt de Danubij origine. Nam in Nigra ſylua ubi initiũ ſumit, multi confluunt torrentes, unumq; iuſtum efficiunt amnem: & quem quæſo illorum ſignabo Danubij originem? Neceſſe eſt ut quem ueteres calculo ſuo uoluerunt eſſe primam ſcaturiginem, illius primordium & ego Danubij fontem deſignem.

Prima Nili origo.

Lacus Nidilis.

In originibus fluuiorum multa dubia.

De Nili incremento & decremento.

SOlus Nilus creſcit tunc quando cætera flumina decreſcunt. Incrementum eius à ſolſticio incipiens æſtiuo, uſq; ad equinoctium, ſemperq; nouũ limum ſecum ferens. Rigat tum cultas regiones tum incultas, quanto tẽpore uelint agricolæ. Aqua enim leniter fluente, facile eam paruis aggeribus arcent, inducuntq; pro cõmodo terrę. Tantam uero fertilitatem infert & agri colendi facilitatem, ut cum ſeuerint aut oues introduxerint in campos ad conculcanda iacta ſemina aut aratro leui terram ſubduxerint, neque niſi quatuor aut quinq; exactis menſibus ad meſſem redeuntes, breui tempore uberrimos fructus abſque ulla impenſa aut damno reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur ac ſumptu: ſoli Aegyptij minima impenſa, labore tenui, fruges fertiles afferunt. Vineæ quoque eodem rigatæ modo, multouino abundant. Terra inculta pecori ad paſtum relicta, adeo exuberat herbis, ut oues bis pariant in anno, bisq; præbeant lanam. Eſt Aegyptus plana & campeſtris. Quum urbes, uici, agricolarum mapalia in aggeribus ſita, aquę inundationem deuitent, quippe quę in altiori loco ſita ſunt, tanquã Cyclades inſulæ in archipelago aſpicientibus apparent. Terreſtres beluæ omnes quæ in campis remanent, ſuffocantur a qua, quæ euadunt ad altiora loca confugiunt. Pecora inundationis tempore in ſtabulis recluſa domi nutriuntur à colonis, ad id antea præparato paſtu. Vulgus remiſſis operibus ruſticis ocioſum epulis indulget ac uoluptati. Et quoniam plurima cura

Habitationes Aegypti in editis locis.

moleſtiaq; olim urgebat accolas Nili inundatio, excogitata eſt in Memphi quædam incremẽti & menſurandi à regibus obſeruatio, atque per epiſtolas urbibus & uicis ſignificata. Incipit Nilus creſcere in nouilunio quod proxime ſequitur introitum ſolis in cancrum nec deſinit creſcere quouſque ſol peruenĭat ad medium aut finem leonis: tunc ſenſim aqua rurſum decreſcit, quoad ſol egreſſus fuerit libram. Tunc enim Nilus concluditur ripis ſuis & terra exiccatur. Strabo ſcribit aquam in æſtate ultra quadrageſimum diem permanere & poſtea paulatim decreſcere quemadmodum prius creuit. In diebus ſexaginta omnino campus denudatur atque exiccatur, & quo citius exiccatur eo citius & aratur atq; ſeritur.

Signa fertilitatis. Signa fertilitatis ex Nili inundatione ſic ſunt deprehenſa. Quando in profundioribus Aegypti locis Nilus ſedecim cubitis in altum aſcendit atque inundat, iuſtum dicitur habere augmentum, unde illo anno magna ſperatur fertilitas. Sin minor fuerit inundatio, tota terra irrigari nequit, quod cultoribus cedit in detrimentum. Quòd ſi inundatio altior fuerit ſedecim cubitis, id rurſum eſt terræ nocumento, quòd aqua ſcilicet tardius in profundioribus exiccetur agris. Quando inundatio minor eſt quàm terra requirat, egrediuntur ruſtici & faciunt foſſas aut ponunt canales per quas aquas deriuant in eos agros qui ſtagnari nequeunt ex Nili inundatione. Inundante itaque Nilo duodecim aut tredecim cubitis tantum, Aegyptij eo anno famem expectant. Sin quatuordecim cubitis excreuerit, exhilarantur non parum terræ cultores, Sed multo maiori afficiuntur gaudio, ſi inuenerint altitudinẽ

L. cubitor. inundatio. eius quindecim cubitorum, certi opimam futuram meſſem. Et his ſi adhuc unus adiectus fuerit cubitus, omnino felices ſe putant. Deficiẽte autem aqua & exiccata terra circa duodecimum octobris diem, ſeminãt agros uſque ad Calendas Nouembres, & tunc in ſequenti Maio colligunt meſſem. Habet ergo Nilus contrariam in ſua inundatione naturam ab aliĳs fluminibus. Siquidem Rhenus aut Danubius inundans corrumpit agros bonos atque ſua alluuione bonum fundum aufert, ſubſtituitq; inertem, & prata non fœcundat, ſed limum inducit peſtiferũ, cuius contrarium facit Nilus. Nam infuſus terrę arenoſæ, impinguat illam, miramq; præſtat illi fœcunditatem.

De oſtiis Nili & inſulis eius.

700. inſulæ in Nilo. NIlus præter eum locum quem à loci forma Delta appellant, ubi in plures ſcinditur riuos, infinitas ferè facit inſulas. Quidam tamen numerauerũt ſeptingentas: & harum quaſdam inhabitare dicuntur Aethiopes, inter quas præcipua eſt Meroe, quæ magnitudine ſua cæteras ſuperat. Ingreſſus uero Nilus in Aegyptum, ualde leniter fluit, multamq; & uariam ſecum fert terram, & in locis humilibus paululum ſtagnans, regionem omnino efficit fertilem: in qua radices multifariam naſcuntur, guſtu uariæ fructuum & olerum natura, quæ multum tum egenis conferunt tum infirmis ad ualetudinem. Inter multa autem magnam affert uim ſaccari. Nam quum iuxta ripas eius mul-

Saccari productio. tæ inueniantur paludes, cannę ſaccari in illis creſcentes, ſuppeditant magnam liquoris ſeu ſucci copiam, melle dulciorem. Is ſuccus in modum ſalis decoctus, uertitur in ſpumam, ac deinde quod melius eſt reſidet in fundum & ſpuma ſuperne innatans tollitur à condenſa-

Delta. tione ſaccari. Delatus ergo Nilus in Aegyptum, in loco qui Delta appellatur, tanquam à uertice ſcinditur in duo fluenta, quæ deſcendunt in mare, alterum ad dexteram Peluſium uerſus, alterum ad ſiniſtram, quod Canopicum appellatur ſeu Heracleoticum, & uulgo Roxetum & Roſetto, inter quæ alia quinq; oſtia ſunt mentione digna, alia uero tenuiora permulta. Duo extremi riui inſulam faciunt, quæ trium ferè millium ſtadiorum ambitum comprehendit. Primum itaque oſtium uocatur Peluſiacum, ſecundum Taniticum, tertium Mendeſium, quartum Phæniticum, quintum Sebenniticum, ſextum Bolbitinũ, ſeptimum Heracleoticum ſiue Canopicum. Alĳ aliĳs utuntur uocabulis. In eorum autem quodlibet urbs eſt ſita, diuiſa flumine, & pontibus iuncta. Et quoniam Peluſiacum oſtium ſeu riuus ille orientalis nõ magno interuallo diſtat à mari rubro, rex Nechao, quem alĳ uocant Pam-

E offa ex Peluſiaco oſtio ad mare rubrum: mitichũ, alĳ Seſtrotem, ſumptuoſo opere conatus eſt foſſam ducere ab uno in aliud, Aſiam Africæ iuncturus, ſed quĩ perficere nequiret, Darius rex Perſarum cœptam perficere conatus, imperfectam reliquit, admonitus à quibuſdam, ſi locus interiacens perfoderetur, futurum ut Aegyptus quum mari rubro depreſſior ſit, ab aquis mergereẽ, & mare Nilo immiſſum


missum aquam fluminis corrumperet, quæ sola potum præbet Aegypto. Deinde Ptolemæus illam perfecit fossam, sed opportuniori loco, summaq; arte. Et cum nauigare illuc cuperet, aperiebat fossam, rursusq; cum usus esset, clausit flumen quod in fossam defluxit. Habet fossa latitudinem cubitorum centum, profundum quantum nauigio satis sit decem millia ferenti. Distat Canopicum ostium à Peluſiaco, spacio centum & septuaginta millium passum, Plinio.

De moribus & ritibus Aegyptiorum.

FVerunt Aegyptij ferè primi, unde reliquæ gentes didicerunt & acceperunt leges, sapientiam, mores atque uiuendi normam. Nam legimus ad eos migrasse discendi gratia Homerum, Dædalum, Solonem, Platonem & multos alios. Quamuis enim gentiles & athei fuerint, studuerunt tamen probitati & honestati, atque hac sua honesta conuersatione alliciebant passim extraneos & bonos quosque uiros ut certatim ad eos confluerent, discerentq; ab eis quod alibi inuenire nequiuerunt. Eorum fœminæ olim negociari, cauponari, institoriaque obire munera consueuerunt. Viri intra murorum parietes texere & onera capitibus gestare, mulieres uero humeris. Illæ stantes mictu rire, hi sedentes: domi uulgo uentrem exonerare, in uijs commessari. Mulierum nulla neque Dei cuiusquam neque deę sacerdotium habuit. Plerique mortalium in funere deglabrant capita & barbam promittunt, Aegyptij contra promittebant capillum & barbam tondebant. Panem pedibus, lutum manibus subigebant. Horum fuit, uirilia circumcidere. Adextera in sinistram Hebręorum more literas digerebant. Sacerdotes tertio quoque die corpora rasitare, ne quid sordis quum sacra faciebant intercurreret. Linea ferre uestimenta, semper recens abluta, fassi munditiæ gratia se circũcisos esse, quia satius sit mundos esse quàm decoros. Vestem sacerdotes lineam tantum gestare & calceos papyraceos. Fabam neque ab eis seri neque alibi natam uesci. Sacerdotibus etiam illa uidere prohibitum, eo quòd immundum hoc legumen sit. Lauabantur quotidie aqua frigida, interdiu ter, nocte bis. Boues mares eosdemq; mundos ac uitulos, uniuersi Aegyptij imolabant: fœminas imolare non licebat, utpote Isidi consecratas. Cibo è farre, quod quidam siliginem uocant, confecto uictitabant. Vino utebantur ex hordeo facto, deerant enim eis uites. Victitabant quoque tum piscibus partim crudis ad solem arefactis, partim salsugine conditis, tum auibus prius sale conditis, item coturnicibus, anatibusque. Eorum quum multi in unum conuenirent & priusquam à cœna discederent, circumferebat aliquis in baculo mortuum è ligno factum, aut pictura & opere maxime imitantem longitudine cubitali aut bicubitali, ostendensq; singulis conuiuarum dicebat. In hunc intuens pota & oblectare, talis post mortem futurus. Vestibus lineis amicieb̃atur circa crura fimbriatis. Mos erat sacerdotum principi, iuxta aram hostijs deductis astante rege magna uoce audiente populo ualetudinem prosperã omniaq; bona precari, regi iusticiam in subdito colenti: narrare insuper paulatim regis uirtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem seruantis, tum illum cõtinentẽ dicere, iustum magnicq; animi, ueracem, liberalem, pœnas insuper mitiores quàm postularent errantis crimina exigentem, reddentem uero gratiam meritis amplioribus, plura his similia orans: tãdem his execrationem in malos exequebatur. Tum regem culpa purgans, omne crimen in ministros, cui regi iniqua suadèrent conijciebat. Quibus actis sacerdos & regem ad felicem dijsq; gratã uitam hortabat & simul ad bonos mores, agendũq; nõ quæ suaderent mali, sed quę ad uirtutem maxime pertinerent. Demũ quum rex dijs sacra feciſſet, sacerdos quędam ex sacris libris clariſſ. uirorũ cõsilia actaq; proferebat, quibus rex monitus, imperio pie ac iuste aliorũ exemplo uteretur. Cibo uescebantur simplici, ut quorum mensæ nihil præter uitulum & anserem inferretur: uini potandi certa statuta mensura erat, qua neque farciri uentrem neque inebriari possent. Mirabile uidetur reges Aegypti non ex uoluntate sed ex lege uitam priuatam egisse, sed multo

Mores naturæ contrarij.


Fabarum execratio.



Sacerdotum officium.

Regum licentia restricta.

multo mirabilius fuit, neque iudicandi neque pecuniam congregandi necꝫ puniendi quen-
quam per ſuperbiam aut iram aut aliam iniuſtam ob cauſam licentiam permiſſam, ſed ue-
luti priuatos teneri legibus. Neque id ægreferebant, exiſtimantes parendo legibus ſe bea-
tos fore. Nam ab his qui ſuis indulgerent cupiditatibus multa cenſebant fieri, quibus dam-
na periculaꝫ ſubirent. Hac uſi erga ſubditos iuſticia reges, omnium beneuolentiam adeo
aſſecuti ſunt, ut non ſolum ſacerdotibus ſed ſingulis Aegyptijs maior regis quàm uxorum
Luctus obre- filiorumꝫ aut aliorum principum ſalutis ineſſet cura. Vita uero his moribus defunctum,
gem defunctũ. omnes communi mœſticia lugebant, ueſtes lacerabant, templis clauſis forum nõ frequen-
tabant, feſta ſolennia non agebant, dies ſeptuaginta duos luto deturpantes capita, ac ſin-
done ſubtus mammas cincti, unà uiri mulieresꝫ ducenti fermè aut trecenti circumambula
bant bis in die, nouantes luctum, atque ad numerum cum cantu uirtutes regis commemo-
rabant. Cibis animantium coctisꝫ ac uino, omniꝫ menſæ apparatu interim abſtinebant.
Non lauacris non unguentis, non ſtratis lectis non uenereis utebantur, ſed tanquam de-
functo filio per eos dies mœrentes luge-
bant. Hoc tempore quæ ad pompam fu-
neris ſpectabant præparatis, poſtremo die
corpus in arca conditũ ante ſepulchri adi-
tum ponebant. Ibi breuiarium in uita à re-
ge geſtorum de more recitabant, uolen-
tiꝫ facultas dabatur defunctum accuſan-
di. Aſtabant ſacerdotes, mortui recta fa-
cta laudantes: populus qui exequias cir-
cumſtabat, applaudebat ueris laudibus, in
reliquis magno reclamans tumultu. Quo
accidit ut plures reges repugnante multi-
dine ſolito caruerint ſepulchri honore ac
magnificẽtia. Is timor coëgit Aegypti reges iuſtè uiuere, ueritos futuram poſt mortem ple
bis iram atque odium ſempiternum.



Iudicia & leges Aegyptiorum.

Vectigalium diſtributio.

AEgypti uectigalibus trifariam partitis, priorem portionem percepit collegium ſa-
cerdotum, magna apud incolas autoritate, tum propter deorum curam, tum pro-
pter doctrinam qua plures erudiebantur. Hanc partem tum ad ſacrificiorum mi-
niſteria, tum ad priuatæ uitæ commoda impartiebant. Altera portio ad reges per-
uenit, quam & ad bella & ad uitæ cultum, tum ad liberalitatem erga ſtrenuos uiros pro me
ritis impendebant. Tertiam percipiebant milites & qui belli erant inſtituti miniſterio, ut
hoc ſtipendio accepto paratiorem haberent animum ad bellorum pericula obeunda. Erat
inſuper eorum politia in tria hominum genera inſtituta, agricolarum, paſtorum & opifi-
cum. Iudicia eorum non caſu fiebant ſed ratione. Exiſtimabant enim rite facta, plurimum
uitæ mortalium prodeſſe. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppreſſis, optimam ad
prohibenda mala facinora uiam putant. Pœnam uero delicti aut pecunia aut gratia tolli,
Leges. exiſtimabant confuſionem uitę communis fore. Aegyptiorum leges antiquæ hæ fuere.
Periuri capite mulctabantˉ, tanquam qui duplici tenerẽtur ſcelere, ut qui & pietatẽ in deos
uiolarent, & fidem inter homines tollerent, maximum ſocietatis uinculum humanæ. Si
quis iter faciens aut hominem à latronibus cædi comperiret aut quamlibet iniuriam per-
peti, neque ſubueniret auxilio ſi poſſet, mortis reus erat. Si auxilium ferre non poſſet, de-
nunciare latrones tenebatur & iniuriam accuſatione proſequi, qui ea negligebat, plagis
Filiorum occi- ad certum numerũ plectebatur, triduoꝫ carebat cibo. Patribus qui filios occiderẽt nõ erat
ſores. pœna mortis indicta, ſed tribus diebus noctibusꝫ continuis edictum, ut circa defuncti cor-
pus aſſiſteret. Non emˉ iuſtum putabant, eum uita priuari, qui uitæ filijs autor fuiſſet, ſed po
Parricidæ. tius cõtinuo dolore factiꝫ pœnitentia affligi, quo cæteri à ſimili facto auerterentˉ. Parrici-
dis exquiſitã impoſuerunt pœnã. Nam articulatim præacutis calamis cæſos iubebãt uiuos
ſupra ſpinarũ aceruum comburi, maximum inter mortales iudicãtes ſcelus, ei mortem per

uim

uim inferre, à quo uitã accepiſſet. His qui ſecreta hoſtibus reuelaſſent, linguam lex iubebat abſcindi. Et qui monetam circumcideret aut pondus uel ſigna immutaret, ambæ amputabantur manus, ut quæ corporis pars peccaſſet, per uniuerſam uitam lueret pœnam. Aſperæ etiam pœnæ circa mulierum delicta ſtatutæ erant. Nam ei qui mulierem liberam uiolaſſet, uirilia execabantur, quoniam uno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet, iniuriam, corruptelam & liberorum confuſionem. In adulterio ſpontaneo deprehenſus, uirgis cædebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Sacerdotibus unam tantum uxorem ducere licebat, reliqui pro uoluntate & facultatibus plures habebãt. Nullus ex eis nec ex ſerua quidem empta genitus, ſpurius habebat. Natos adeo parua educabant facilíq; impenſa, ut uix credi poſſit. Omnis enim ſumptus in pueros quouſq; ad ætatem peruenie/bant à parentibus impenſus, nõ excedebat dragmas uiginti. Hæc lex nõ fuit difficilis propter calidam Aegypti regionem, ubi ob patriæ temperiẽ uitam ducunt maiori ex parte nudi diſcalceatíq;, ac deinde liberos nutriunt radicibus quas ſub cineribus coquunt & caulíbus paluſtribus, quas partim coctas partim aſſas igni, partim crudas pro cibo præbent. Erudiebant ſacerdotes filios & literas quas appellabant ſacras, & alia quæ ad cõmunem ſpectabant doctrinam, ut plurimũ Geometriæ, Arithmeticęq; intenti. Morbos uel ieiunio curabant uel uomitu, idq; aut quotidie aut tribus diebus aut quatuor interiectis. Aſſerebãt enim ex ciborum ſuperfluitate omnes creari morbos: eam ergo ad ualetudinem curam eſſe optimã, quæ morborũ principia auferat. Habuerunt & alias multas leges præter cõmemoratas, nempe de militia, de uendendo & emendo, de uſura atq; furto, ſed quas hic conſultò omittimus. Quomodo uero coluerint uarij gene' s animalia, præſertim quæ terræ aliquã attulerunt cõmoditatẽ, ut ſunt feles, icneumonæ, canes, accipitres, ibides, lupi, crocodili & eiuſmodi plura, hic omittendũ cenſuimus, niſi quòd de ibide aue in hunc modum ſcribunt. Si quis ibidem auem ſponte uel ſecus occiderit, is accurrente turba ſine ulla miſeratione interficiẽ. Ob id autem auis illa tantæ apud Aegptios eſt exiſtimationis, quòd illis magnã adferat utilitatem. Nam uento Africo inuehitur ex uaſtitate Libyæ magna uis ſerpentum alatorum, qui ſingulis annis magnum nocumentum hominibus & agris inferũt, & maius inferrent, niſi ibides potenter illis occurrerent atq; occiderent. Eſt autẽ ibis ciconiæ non abſimilis, diuerſa tamẽ à ciconia. Eſt auis excelſa, rigidis cruribus, corneo proceróq; roſtro, auertens peſtem ab Aegypto, cum angues uolucres interficiunt, id quod & ciconiæ apud nos faciunt, ſerpentes & alia quædam inſecta pullis ſuis afferentes.

Violatio mulierum.

Tenuis uictus puerorum.

Cultus animalibus exhibitus.

DE AETHIOPIA ET interiori Libya.



AEthiopia duplex eſt, una in Aſia & altera in Africa. Quæ in Africa eſt, hodie India dicitur, & ad orientem ſolem Rubro & Barbarico mari alluitur, ad ſeptentrionem Libyæ & Aegypto contigua: ad occaſum interiorem habet Libyam, ac reliqua parte qua auſtro iacet obuerſa, alteri iũgitur Aethiopię, quę maior eſt & auſtralior, ſic appellata ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, ut Plin. ait. Quicquid eius regionis eſt, ſub meridiano cardine eſt. Montuoſa eſt circa occiduum, arenoſa in mediterraneis, ad orientem deſerta. Plurimas habet gentes, diuerſo uultu & monſtruoſo, ſpecie horribiles. Primi omnium mortalium creduntur, ueriſſimíq; indigenæ, & ſeruitutẽ nunquam experti. Semper genti libertas incolumis fuit. Primò deorum cultum apud eos inſtitutum memorant, primaſq; ſacrorum ceremonias. Tantus regibus honor, tantumq; ſtudium ab his tribuebatur, ut ſi quando aliqua

aliqua corporis parte ex quauis cauſa debilitaretur rex, domeſtici homines ſponte ſua eandem partem debilitarent, turpe exiſtimantes, rege claudo ac monoculo, & nõ amicos omnes claudos aut unoculos eſſe. Plures ſyderis propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt, pauci omnino pecorũ ueſtiuntur pellibus. Alij ſubligacula capillis contexta ad medium corpus inducunt. Pecuariam rem uulgo exercent, pecora puſilla admodũ duri hirtiq; uelleris. Canes & ipſi nihilo maiores, cæterum aſperi & pugnaces. Milij hordeiq; frequens uſus unde potum etiam conficiunt. Cæteris carent frugibus præter palmulas, casq; perraras. Quidam herbis uictitant, tenuioribusq; harundinum radicibus, carnibus, lacte, caſeo ueſcuntur. Meroe fuit olim regni caput. Clypei figuram ea inſula imitatur ad tria millia ſtadiorum cum Nilo protenſa. Hebeno abundant, elephantes uenantur & comedunt. Leones habent, rhinocerota, baſiliſcos, pardales, draconesq;, qui multiplici nexu implicitos elephantes hauſtu ſanguinis conficiunt. Hyacinthus & Chryſopraſus ibi reperiuntur, colligitur & cinnamomum. Arcubus utuntur quadricubitalibus ligneis & peruſtis: inſtruuntur bello & mulieres, quarũ pleræq; oris labium æneo traiectum habent circulo. Venerantur quidam eorum orientem ſolem, occidentem diris ſupplicationibus infectantur. Mortuos nonnulli in profluentem deijciunt, alij fictilibus condunt doliis, quidam etiam uitreis conditos domi in annum aſſeruant, religioſeq; interim colunt. Sunt qui tradunt regem ab his potiſſimum declarari, qui forma & alendorũ pecorum peritia roboreq; & opibus cęteros antecellit. India quæ eſt in Aethiopia, eſt circa Nilum flumen, iuxta Virgilij carmen, qui teſtatur Nilum ab Indis fluere. Et Herodotus ait ingentem Indorum multitudinem ex magna illa India, omnium prouinciarũ maxima, in Aethiopia conſediſſe. Horum res procedente tempore adeo creuit, ut mores & nomen utriuſque gentis confuderit, abolitaq; ueteri uoce, pro Aethiopia ſit India nuncupata. Ciuitas Meroe ab antiquis temporibus fuit Saba uocata, & poſtea à rege Cambyſe Meroe denominata. Scribit quoq; Plinius eam regiam fuiſſe atque metropolim Aethiopiæ. Hodie uero amplißimum eſt imperium, & ſi uera ſunt quæ locorum indigenæ prædicant, duobus & ſexaginta regibus eorum Imperator imperitat. In Saba ciuitate manſit tempore Salomonis regina Auſtri, quæ tanta magnificentia & pompa uenit in Iudæã, ubi audierat de regis Salomonis fama & potentia, quam hiſtoriã habes in tertio regum capite decimo. Poſterioribus temporibus mulieres, regiam uſurpantes adminiſtrationem, appellatæ fuerunt Candaces, ſicut & nonnihil in Actis apoſtolorum capite octauo habet. Et quoniam hæc regio cœpta fuit uocari India, factum inde putamus, ut quidam Prætoianũ, quem alij uulgo Preſbyterum Ioannem appellant, locauerint in Indiã Aſię, alij in Indiã Africæ ſeu Aethiopię, ubi etiam noſtro tempore imperare dicitur, ut infrà dicturi ſumus. Vltra regnum Meroe, in interioribus Africæ inueniunt horrendæ & uaſtæ ſolitudines, in quibus propter nimios calores & fontium penuriam pauciſſimi homines habitant, quin magni ibi reperiuntur ſerpentes, qui dracones appellãtur, occupantq; amplam Africæ regionem, quam nemo hominum inhabitare poteſt.

Nudi incedunt

Meroe inſula.

Indi in Aethiopiam conceſſerunt.

Saba regia.



Candaces reginæ.

De uariis Aethiopiæ gentibus.

Rizophagi.

IVxta Aſam fluuium habitant Rizophagi, à radicibus arundinũ ſic dicti, quas ex propinquis locis effodientes & magna cura lauantes lapidibus terunt, quoad molles factæ cohæreant. Deinde placentas ad modum lateris quantum manus capit factas, atq; ad ſolem decoctas mandunt. Quem ſolum cibum ipſi per omnem uitam ſuauem atq; affatim habent, eo quòd pacem continuam ſeruent. Bellantur tamen cum leonibus, qui è deſerto umbræ cauſa, & ut minores uenentur feras egreſſi, Aethiopum multos ex paludibus exeuntes dilaniant. Et iam dudum ea deleta eſſet à leonibus natio, niſi natura eis ſponte præſidium tuliſſet. Nam ſub ortum canis innumera, nullo agitante uento, culicum multitudo ad ea loca aduolat, quæ homines ad paludes fugientes minimè lædunt, leones uero abire ex his regionibus compellunt, tum morſu aculeato tum uocis ſono territos.

His

His propinqui ſunt Ilophagi & Spermatophagi, quorum hi quidem fructus, qui æſtate ex arboribus decidunt colligentes abſq; labore edunt: reliquo tempore herbam in umbroſis naſcentem locis decerpunt, quæ uitæ ſubuenit in egeſtate. Ilophagi uero cum filijs uxoribuſq; ad loca campeſtria accedentes aſcendunt, ac teneras ramorũ ſummitates auferunt, tantam ex continuo uſu ramos aſcendendi peritiam habentes, ut (quod incredibile uidetur) de arbore in arborem uelut aues proſiliant, aſcendantq; tenues abſq; periculo ramos, macilentia leuitateq; corporis nixi: quòd ſi quando pedes labantur, manibus ramis comprehenſis, ſeſe à caſu peropportunè uindicãt. Quòd ſi forte deciderint, nulla in re propter corporis leuitatem læduntur, ita ramis tenerioribus dente exeſis uentrem farciunt. Hi ſemper incedunt nudo corpore, communesq; uxores & liberos habent, pugnant inuicem pro locis armati baculis aduerſus alios ac dominanť uictis. Moriuntur ut plurimũ fame, quum deficiente uiſu corpus priuetur eo ſenſu quo cibum quærebat. Reliquam circa regionem Aethiopes tenent qui Cyneci dicuntur, numero haud multi, uita ab reliquis diuerſa. Sylueſtres enim incolentes patriam & penitus aſperam, rarisq; aquarum fontibus, ſuper arbores ferarum timore dormiũt. Sub auroram ad aquarum decurſus armati prodeuntes ſe abſcondunt inter arborum frondes. Sub æſtu uero ſolis agreſtes boues pardalesq; ac uaria ferarũ genera, quum caloris tum ſitis impatientia ad aquas potus cauſa confluunt. Repletas graueſq; aqua beſtias, Aethiopes ex arboribus deſcendentes adoriuntur, ac lignis aduſtis ſaxisq; & ſagittis occiſas perq; cœtus diuiſas edunt. Impuberes pueros exercent ad certum ſignum iacere, ſolis cibum præbentes his qui ſignum tetigere, ideo iaculatores optimi euadunt urgente fame. Sunt Alij Aethiopes Achęi dicti, habitantes ad ſolis occaſum, qui continuum cum elephantibus habent bellum, uictosq; & ad lapſum impulſos, trucidant eos, & ex poſterioribus corporis reſectas carnes coquunt & edunt. Impellunt autem ad caſum hac induſtria. Habitant in locis ſylueſtribus atque arboribus refertis, & obſeruãt ingreſſus & exitus elephantorum ex altis arboribus. Multos unà incedentes non aggrediuntur, omni uincendi ſpe remota. Iniĳciunt ſingulis manus, mirabili freti audacia. Nam quum incedens beſtia arbori propinquat, ſpeculator in arbore latens & ex ea deſiliens, manibus apprehenſa cauda, pedibusq; ad dextrum fœmur oppoſitis, ſecuri quæ ex humero pendet leui, dextera manu apprehenſa, neruos dextri poplitis crebris ictib. amputat, ſiniſtra uero manu regens agile corpus, beluę conatus magna uelocitate effugit. Elephas neruis abſciſis, quandoq; , quia haud facile ſe uertere poteſt, inclinatus in latus ſaucium, in terram cadit, Aethiopemq; ſecum trahens interficit. Quandoque ad arborem aut ſaxum hominem allidens, ipſo pondere quoad animam exhalat comprimit. Quidam elephantes dolore moti, quum inſidianti obeſſe nequeant, diffugiunt per campos, quoad continuis ſecuris ictibus ab inſidente ęgi, decidant. Tum concurrunt Aethiopum cœtus, & adhuc uiuentis beſtiæ poſterioris partis carnes abſciſas edunt. Nonnulli ex propinquis incolis abſque ullo diſcrimine elephantos arte ſuperant. Conſueuit hoc animal quum à paſcuis plenum redit dormitum proficiſci, plurimum natura ab reliquis quadrupedibus diuerſa. Non enim genu corpus flecti poteſt ad terram, ſed arbori hærens dormit. Arborem elephantis adhæſione tum attritam tum ſorde plenam aduertentes incolæ, iuxta humum ſecant, ut tamen non niſi impulſa cadat. Deinde ſui acceſſus ueſtigia ad ea loca delent, ſubito abeuntes, priuſquam beſtia ad ſomnum redeat. Elephas ueſperi cibo plenus, ad notum cubile profectus, omniq; mole ſecte hęrens arbori, ſtatim unà cum ea ad terram proſternitur, & reſupinus tota nocte iacet, quum ſe erigere nequeat. Aethiopes die ad locum accedentes abſque periculo beſtiam occidunt, tabernaculisq; ibidem erectis moram trahunt quoad animal ſit abſumptum.



Ilophagi. Spermatophagi.

Cyneci ſuper arbores dormiunt.

Achæi.

Aethiopes elephantos ſternunt.

Elephanti ad arborem dormiunt.

Acrido-

De Africæ regionibus

Acridophagi, id eſt, locuſtarum deuoratores.

SVnt Acridophagi deſerto contermini, homines paulo cæteris breuiores, macilenti ac ſupra modum nigri. Veris tempore Zephyrus ac Libycus uenti, infinitum penè locuſtarum ex deſerto ad eos deferunt numerum. Hæ permagnæ ſunt, ſed colore alarum turpi ac ſqualido. Aethiopes ad id aſſueti, in quandam latam longamq; multis ſtadijs conuallem plurimum materiei ex propinquis locis ingerunt, quum ſuo tempore tanquam locuſtarũ nubes à uentis ſupra uallem defertur, materiem cõgeſtam omnemq; loci herbam antea ſucciſam incendunt. Locuſtę uero deſuper uolantes ingenti fumo enectæ, paululum ultra uallem ad terram tanta decidunt copia, ut uictum omni genti abunde præbeant. Has enim ſale ſuperinfuſo diutius ſeruant, cibum guſtu eis ſuauem. Hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum uictus. Necq; enim pecora nutriunt necq; piſces edunt, procul à mari poſiti, necq; ullũ aliud uitæ adminiculũ habent. Corpore leues ſunt, ueloces curſu & uitæ breuis, ut qui longiſſimè uiuunt, quadrageſimũ nõ excedunt annũ. Finis eorũ non ſolũ miſerabilis eſt, ſed & incredibilis. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati non ſolum uiſu uarij ſed ſpecie horridi ac turpes, in corporibus nati, uẽtrem primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primũ ueluti ſcab. ei cuiuſdã pruritu aliectus, corpus ſcalpit, uoluptate ſimul & dolore perceptis, deinde exorientibus pediculis, ſimulq; effluente ſanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus cum magno gemitu lacerat. Tanta uero uermium copia effluit, alijs ſuper alios tanquam ex perforato uaſe ſcaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto ſiue cibi ſiue aëris cauſa, miſerum ſortiuntur uitæ finem. Extremas ad meridiem Africæ partes habitant Cynamimi, qui à uicinis barbaris appellantur Sylueſtres. Habent barbas admodum prolixas, greges ſylueſtrium canum nutrientes, præſidia uitę. Nam ab æſtiuo tropico uſque ad medium hyemis, Indici boues innumera multitudine eorum patriam ingrediuntur. Cauſa incerta eſt, utrumne alias infectantes ſe feras fugiant, an paſtus penuria, an alio naturę (quæ omnia mirãda gignit) impulſu hominibus ignoto acti. His homines cum obſiſtere nequeãt ſuis freti uiribus, ſe canibus tuentur, quibus in uenatione uſi boues permultos capiũt. Et hos quidem recentes edunt, hos ſaliunt ad futurum uſum. Multa inſuper & alia animantia à canibus capta comedunt. Poſtremi qui ad meridiẽ habitant, in hominis forma dicuntur ferarum uitam ducere. Ichthyophagi, ſub Troglodyticã oram in Arabico ſinu habitant, barbaræ gentes. Nudi per omnem uitam degunt, uxores, filiosq; communes habent, beſtijs ſimiles, ut qui neque uoluptatis necq; doloris ullum niſi naturalem ſenſum percipiant, neque turpis neque honeſti diſcrimen norint. Habitacula habent non longe à mari iuxta promontoria, ubi non ſolum profundæ cauernæ ſed conualles immenſæ & anguſtæ ſpelunçę exiſtunt, egreſſu ipſa natura difficili ac tortuoſo. Harum tanquam ad eorum uſum natura factarum aditus incolæ, magnorum congerie lapidum obſepiunt, qua ueluti retibus capiantur piſces.

Homines locuſtis paſcuntur.

Cynamimi populi.

Ichthyophagi.

Troglodytæ, id eſt, cauernarum incolæ.

TRoglodytæ Aethiopiæ populi qui ſub terris in cauernis ob nimios calores agũt, uxores & filios habent communes, excepto tyranno qui unicam tenet & eorum princeps eſt. Huic appropinquanti mulctam tyrannus irrogat, certo pecudum numero. Aeſtu ſolis deficientibus paſcuis ad loca declinãt paluſtria, pro quibus ſolis inuicem certant. Pecora uetuſta aut in morbos cadentia occidunt, exq; his per omne uiuunt tempus. Parentum nomina minime indiderunt filijs, ſed tauri, arietis, ouis, quos & patres ac matres appellant, quòd ab illis non à parentibus quotidianus præbeatur cibus. Vtunt uulgares potu, ſucco arboris paliuri, potentiores ex quodam flore expreſſo. Corpora præter uirilia, quæ pellibus teguntur, nudi. Pudenda Troglodytæ omnes uelut Aegyptij circumcidũt. Arma ferunt, ſcutum ex corio crudo bouis rotundum & ferratã clauam, alij arcus, lanceasq;. Bellantur inuicem pabuli gratia, concertantq; primum iactis lapidibus quoad aliqui uulnerantur, tum arcu, quo admodum exercitati ſunt. Ea certamina dirimunt, quæ ætate præcedunt fœminæ, quibus nullo periculo in medium prodeuntibus, illi-


Tenuis uictus Troglodytarũ.

co à certamine ceſſant. Inualidi ob ſenium armenta ſequi, gutture bouis cauda adſtricto, ui tam ſinunt. Febricitantes aut morbo incurabili correptos, uita priuant, habeturq; id bene ficij loco. Maximum arbitrantur malorum, ab eo uitam diligi, qui nequeat aliquid agere ui ta dignum. Habent tantos calores, ut meridie nemo nudis pedibus ſine aduſtione ſuper ter ram incedere poſſit. Quando ſiti affliguntur illico bibunt, alioquin extinguerẽtur ab æſtu. Coquunt cibos ſuos in ſole ſine igne. Hæc tanta uitæ incommoda plerique cum poſſent effugere, ita patriæ amor quidam ingens, natura ſingulis innatus eſt, & aëris malitiam con ſuetudo à teneris annis cepta ſuperat. *Amor patriæ tolerat multa.*

Libyæ populi & animalia.

ESt duplex Libya, exterior & interior, accepiſſeq; putatur hoc nomen à Libe Mauri taniæ rege, qui in hanc irrumpens regionem, eam ſibi ſubditam fecit. Eſt autem la tiſſima & exuſta regio, habens multum arenæ & multos populos ſuis diſcriminina tos nominibus. Nam inhabitatur à Naſamonibus, Anochitis, Getulis, Garaman tibus & alijs multis. Hodie Naſamones uocantur Mauri, & interiores Libyi Nigritæ. Na ſamones ſunt grandis & dira natio, nauium ſyrtibus inuolutarum ſpoliatores. Sub æſta tem relictis ad mare pecoribus deſcenduut ad locum augilem decerpturi palmulas, quas ad ſolem ſiccantes immaturas maturefaciunt, ac deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxo res plures ſinguli è cõſuetudine habent, & cum his in propatulo coëunt, eodem penè quo & Maſſagetæ modo. Garamantes habitãt in locis ſylueſtribus, & omniũ hominum com mertia aſpectumq; refugiunt, nihil bellicæ armaturę habentes, nec defendere quidem ſeſe audentes. Atlantes iuxta montem Atlantem habitantes, ſolem tranſcendentẽ execran tur, eiq; omnia conuicia ingerunt, quòd torridus & ipſos & regionem perdat. Nullo ani mante ueſcuntur, nec ſomnia ulla cernunt. Naſamones ſepeliunt mortuos ſedentes, ob ſeruantes, ut dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne ſupinus expi ret. Aſbeſtę etiam Libyę populi, habitantes ubi Ammonis eſt oraculũ. Apud eos Cam byſes cum toto exercitu extinctus eſt. Apud eos quoque dicitur eſſe fons Solis, qui frigo ris & caloris momenta ſingulis noctibus & diebus capit: cuius & ſuprà fecimus mentio nem. Omnes Libyci uita ſylueſtri ſub diuo ut plurimum habitant, uictu more ferarũ con tenti, nil domeſticum edunt, nullis ueſtibus niſi caprarum pellibus tegunt corpora. Poten tiores inter eos nullas habent ciuitates, ſed turres aquis proximas, condentes in eis quæ u ſui ſuperſunt. Eorum arma ſunt & regioni & moribus congrua. Nam quum ſint corpori bus leues, patria uero ut plurimum plana, neque enſe ne gladijs neq; armis utuntur in bel lo. Tres tantum ferunt haſtas, lapidesq; in uaſis ex corio factis delectos, cum his certan tes tum in congreſſu tum etiam receſſu, primo ferire hoſtem conantur ad curſum, lapides rectè iaciendos longo uſu edocti. Erga externos nullum ius nullamq; ſeruant fidem. *Naſamones.* *Garamantes.* *Fons Solis.*





Habet Libya quoq; & Mauritania pan theros qui & pardales, eſtq; animal ſæ uum, uelocis curſus, glauci uel cæſij co loris, intermixtis multis maculis, ſimijs & ceruis inſidias ſtruens. Quando ca pit ſimias tali utiẽ aſtutia. Veniente eo inter ſimias, fugiunt omnes ſimię ad arbores. Tunc

pardalis iacens in terra, ſimulat ſe mortuum, claudit oculos atq; retinet anhelitum. Quod uidentes ſimiæ in arboribus, gaudio perfunduntur, ſed non audent deſcendere, quouſq; tandem una cõcepto animo, non tamen ſine metu, deſcendens, clam adit pardalem & rurſum reſilit, ac deinde iterum accedens aduertit oculos & halitum, uitæ ſignum: quo non deprehenſo, annuit & aliis ſimiis ut tutò accurrãt. Quod cum fecerint & cum gaudio circumſilierint, hoſtemq; ſuum humi mortuum iacentẽ exiſtimauerint & aliquãdiu ſic tripudiauerint, pardalis ſubito exurgens diſcerpit quaſdam unguibus, & alias dilaniat dentibus, editq; ex eis quod magis gratũ eſt. Porro quando homines pardales uenari uolunt, aduertunt ubi ſoleant potare, atq; ad eum locum ponunt optimũ uinum, ex quo adeo pardales inebriantur & ſomno opprimuntur, ut ſine labore capiantur. Scripſi & paucula quædã de hoc animali ſuprà in Hyrcania. Habet perniciſſimum curſum eumq; ſine ambagibus rectum. Inueniuntur autem pardales in duplici genere, parui & magni: parui uocantur lynces, inſidiantur eisq; leporibus. Maiores uero inuadunt ceruos & oryges. Non differunt hæc duo genera in forma corporis, habent ſimiles oculos atq; parua capita. In colore tamen differunt. Nam minores habent pellem rubeam, & maiores pellem cæſij coloris oculis uariegatum. De quibus uide ſupra in Hyrcania.

Naturæ in parandis ingeniũ.

Duplices pardales.

De Struthione.



Stoliditas ſtruthionis.

STruthio & Struthiocamelus, qui ex ſtruthione & camelo cõſtat, auis eſt immẽſa, & inuenitur potiſſimũ in Africa. Habet caput pilis minutis tectum, oculis groſſioribus & nigris, non diſſimilis forma & colore camelis, collo oblongo, roſtro breui atque acuto, mollibus pennis, duobus cruribus, pedib⁹ ungula fiſſa, ut terreſtre ſimul uolatileq; animal uideatur. Propter grauitatem neque altius extolli, neque uolare poteſt, ſed uelociter graditur. Plinius dicit Aethiopicum ſtruthionem camelum excedere altitudinẽ equitis inſidentis, nec etiam curſu inferiorem iuuantibus pennis, minimè tamen à terra attolli. Cæterum unguibus ita biſculcis, ut his lapides cõprehendat, quos fugiens in perſequẽtes iaciat. Concoquit quæcunque deuorat, etiã quæuis dura ſine alio delectu. Mira in eo ſtoliditas. Etenim in tanta corporis altitudine, ſi colla frutice occultauerit, latere ſe putat. Oua eius in præcio ſunt propter magnitudinem: parit aũt multa, ſed non omnia ſunt accommoda ad pullorum generationem, id quod auis dictante ſagaci natura nouit, atque propterea ſeparat meliora à ſterilibus, & ſeruat cubatui. Cum uenatores illum inſectantur & uidet ſe non poſſe euadere, arreptos unguibus lapillos proiicit in hoſtes,

ſtes, ſæpeq; illos lædit. Quando occiditur & mactatur, dicuntur inueniri in ſtomacho eius lapides & interdū ferrum, quæ & per digeſtionē longam abſumit. Parat nidum ſuum in foſſa arenę, atque circumædificat propugnaculū in modum muri, quo aquas pluuiales abarceat ne ingrediantur nidum & lædant pullos. Sunt qui ſcribunt illum aut fœmellam oua ſua non excludere, ſed committunt ea calidæ arenæ, quouſque pulli egrediuntur, tunc parentes nutriunt pullos ſuos. Dicitur eſſe ſimplex & obliuioſum animal: nam quàm primū oua edit, obliuiſcitur eorum quouſq; pulli prodeunt.

De mirabilibus & monſtroſis creaturis quæ in interioribus Africæ inueniuntur.

RECenſent ueteres, præſertim Pomponius Mela, Plinius & Solinus, multa mirabilia quæ in interiori Africa ſiue in Aethiopia inueniunt̄, ex quibus aliqua hic breuiter cōmemorabo. Iuxta inſulam Meroe eſt lacus quidam, cuius aquæ ſunt inſtar olei lubricę & ſubtiles, & quicquid in ipſum cadit, quantumlibet leue ſit, cadit ad fundum. Nullum lignum ſed nec arboris folium enatat. Apud Sambales populos, quadrupedia carent auibus. Monſtroſorum multa hominum genera poſt linguarū uarietatem à Deo factam uarijs in locis producta fuiſſe, etiam diuus Auguſtinus 16. de ciuitate Dei cap. 8. commemorat dicens. Deus ipſe cum ſciret, quarum partium ſimilitudine uel diuerſitate cōtexeret pulchritudinem uniuerſi, etiam monſtroſos homines in mundum producere uoluit. Dicuntur reperiri Cynomolgi ſiue cynocephali, quorum canina ſunt capita, caninaq; ora, qui ipſo latratu magis beſtias quàm homines ſe eſſe profitentur. Alij deinde eſſe dicunt̄, Artapathitæ dicti, qui inſtar quadrupedum incedunt per manus & pedes, nec habent propriam manſionem. Et alij qui in media fronte unum tantum habent oculum, monoculi appellati. Alijs aiunt ora non eſſe, ſed per nares ſolo halitu uiuere. Alios ſtatura eſſe cubitales, quos Pygmæos Græci uocant, qui annum octauum uiuendo nō excedunt. Pugnare dicuntur cum gruibus ſed uincunt̄. Horum mulieres quinto anno pariunt & ſeneſcunt octauo, reponitq; eos Plinius in Indiæ mōtibus. At Strabo reponit eos in extremitate Africæ, ſi modo Pygmęi ſunt in rerū natura. Nam nemo fide dignus, inquit Strabo, id ex uiſu narrat. Item aliæ cōmemorantur gentes, in quibus ſinguli ſingula crura in pedibus maximis habent, non flectentes poplitem & tamen mirabilis ſunt celeritatis, quos Sciopodas uocant. Hi Plinio teſte per æſtiuū tempus in terra ſupini iacentes, pedum ſe umbra protegunt. Quoſdam alios ſine ceruice eſſe aiunt, habentes oculos in humeris. Item Plinius ſcribit in Arabia naſci Camelopardalim, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Inueniri aiunt & parandrum animal, magnitudine bouis, habens caput ceruinum cum ramoſis cornibus. Naſcitur quoq; in Africa Hyſtrix, animal ex herinaceorum genere fœtidum, paulo minus lupo. Longi aculei dorſum & latera eius exaſperant. Vulgo uocant ipſum porcum ſpinoſum & marinum, quum tamen animal ſit terreſtre. Quum irritatur intendit cutem & miſſiles aculeos iaculatur in canes ſequentes, lędit̄q; eos in facie. Nugantur quoq; aliqui in Africa eſſe Pegaſum auem, quæ dicitur habere corpus equinum atque aures equi & alas uolucris: & Trogopam aliam auem, in capite inſtar arietis cornutam. Horum tam mirabilium animalium cauſam, ſignat Plinius aquæ penuriam. Nam quum tot diuerſæ animalium ſpecies iuxta aquam cōueniunt, quædam ex aliorum pruritu & ſalacitate: quæ non ſunt ex ſua ſpecie, compreſſa, concipiunt & generant monſtrum, prolem ex diuerſa natura conſtitu-



Cynocephali.


Monoculi.

Pygmæi.

Sciopodæ.

Quare in Africa tot portenioſa animalia.

tam. Vnde & prouerbium apud Græcos eſt natum, Africam ſemper aliquid noui afferre. Et quidem hæc tam mirabilis animaliũ diuerſitas ſine uoluptate uideri non poſſet, nec uul gare Africæ eſſet decus ſiue ſecundum naturã ſiue contra eam generatio eorum fieret, ni ſi inter ea tot nociua inuenirentur animalia, potiſſimũ baſiliſci & catoblepæ, quę parua ſunt



animalia. & tamen ſolo uiſu interficiunt hominem. Eſt & ſcorpius minutum animal, at mihil nocentius habet Libya: ut taceam hic quanta pericula & exitia uiatores incurrant propter uenenatos ſerpentes, ſæuos leones, pardos & alia nocentia animalia. Saluſtius ſcribit animalia in Africa plures interficere homines, quàm morbis intereãr. Abundant etiam Africa interior genere ſimiarum, quæ & quàmplurimæ & prægrandes ſunt. His uenationes capiendis ars ex beluæ ipſius natura excogitata eſt. Sunt enim rerũ quaſcũq; fieri uiderint, imitandi plurimum ſtudioſæ. Quumq; ualido corpore & animi ſagacitate præſtent, haud facile uiribus comprehendi poſſunt. Igitur è uenatorum turba quiſpiam melle ſibi oculos perungere, alius (beluis hęc omnia uidentibus) calciamenta ſibi induere, nonnulli aliį ſpecula capitibus ſolent applicare. Calciamentis innectũtur laquei, atq; ita ea diſcedentes relinquunt. Pro melle uiſcum ſupponunt, & ſpeculis adjiciunt funes quibus attrahi poſſint. Simiæ uero poſt uenatorum abitum conantur ea quæ uiderunt facere & ipſæ ſed fruſtra. Cilia enim quibus oculi teguntur uiſco adglutinantur, pedesq; laqueis impediti & corpora uincta remanent, & ſic capiuntur.

NOVA AFRICA, hoc eſt, recens eius inueſtigatio.

CIrcumnauigatur quidem hodie tota Africa, ab Hiſpania ſcilicet ad Aegyptum, & ab Hiſpania ad Calechut, at mediterranea eius loca non non ſunt uſquequaq; cognita, niſi quantũ conſtat de Preto Ioanne atq; eius regno, quod in interioribus Africę partibus eſſe aiunt. De aliįs uero regnis mediterraneis, quę nõ extenduntur ad Oceanũ nihil aut parum inuenimus ſcriptũ. Vt autẽ ordine quodã nouę Africæ terram deſcribã, incipiã propè Aegptũ & à mari rubro, atq; ſecundũ maris mediterranei littora Africana pergã rectà ad Mauritaniã, quæ eſt è regione Hiſpanię, potiſſimũ Granatæ, atq; hinc gyrabo in meridiem per oceanum, quouſq; rurſus ex auſtri penetralibus rediero ad ſinum Arabicum, qui eſt mare rubrũ. Vltimo uero nonnihil ſcribam de regno Preto Ioannis, qui in interioribus Africę ſuam dicitur habere manſionem. Primum itaq; adjiciemus animum ad Aegyptum ut illam luſtremus ſecundum eius ſitum, ciuitates, fertilitatem, adminiſtrationem reipublicæ &c. Sed quia ſuprà hæc ſatis diligenter & abunde cõmemorauimus, relicta Aegypto & pra terita Barbaria quæ Aegypto ſuccedit, tranſitis quoque regnis Tuneti, Argieræ, Feſs, Marochiorum, quorum omniũ iam mentionem fecimus, migrabimus ad Herculis columnas, ubi ſuperatis Sibillię anguſtijs ingrediemur latiſſimũ oceani campum, reflexoq; in auſtrum greſſu, occurrunt plurimæ inſulæ, inter quas prima eſt, quæ uocatur Sacer portus, eſtq; parua ſed ſupra modum fertilis. Nam profert triticum & alia fru-

Sacer portus.

menti

menti genera: nutrit quoque boues, uaccas & porcos, & tota terra plena est cuniculis. Inuenitur quoque in hac insula sanguis draconis, qui est gummi quoddam, stillans à uulnerata arbore: quod coctum in caldario & repurgatum, fit sanguis draconis. Arbor illa dicitur gignere fructum ceraso haud absimilem, qui suauis est. Abundat denique hic sacer portus optimo melle & cera. Hinc una die nauigatur ad Mederam insulam, quæ nostro quo habitari cœpta est, & antea opaca sylua obducta fuit. Dicta autem fuit Medera secundum linguam colonorum, quasi multa ligna. Habuit quidem antea paucos cultores quousque cognita fuit per Portugallenses: tunc enim multus populus ex Portugallia in eam fuit missus: qui exustis syluis fœcundissimum in ea fundum atque agrum inuenerunt. Quicquid in ea plantatur copiosum profert fructum: unde & saccari arundines in ea plantatæ, fructum proferunt abundantẽ. Quin & maluaticæ in ea plantatæ uites, non minus generosum producunt uinum quàm Candia ipsa. Omitto hic ea quę scribuntur de nobili ligno crescente in ea, & de innumeris columbis qui in syluis ubique inueniuntur, & tamen aspectum humanum non refugiunt.

Sanguis draconis.

Medera.

De insulis Canariis.

A Medera est nauigatio 70. aut 80. milliarium Germanicorũ uersus meridiem ad insulas Canarias, quæ olim Fortunatæ fuerunt dictæ ob nimiam earum fertilitatem. Numerantur autem decem, ex quibus tres incultæ iacent, reliquæ uero inhabitantur, habentque singulæ sua propria nomina, nempe, Teneriffa, Gienera, Palma, Ferro, Fracta lancea &c. In quibusdam notus est Christus & in quibusdam incolæ colunt idola. Abundant autem insulæ onagris & cicuratis iumentis. At uini non sunt feraces, neque ullam habent ciuitatẽ muro cinctam: sed homines habitant in oppidis non clausis, & tempore belli fugiunt ad montes, ubi tutissimi sunt nisi fame cogantur ad deditionẽ. Sunt qui scribunt, singulas insulas suas proprias habere linguas. Teneriffa cœlo sereno eminus conspicitur, adeo ut qui absunt ab ea ad milliaria Germ. 50. non difficulter eam intueantur. Quòd autem tam longe cernitur, id efficit acuminatus lapis adamantinus, instar pyramidis in medio. Qui metiti sunt lapidem aiunt altitudine octo aut nouem miliariorum Germanicorum mensuram excedere ab imo ad summum uerticem. Is lapis iugiter flagrat instar Aetnæ montis. Incolæ præliaturi sæuiunt ut belux, carent armis, quia ferrũ non habent, uerum lapidibus & scipionibus res geritur inter eos. Nam lignis acuminata cornua adfigunt, ut uicem ferri gerãt. Nudi ferè omnes incedunt: tamen nonnulli auersè & aduersè pellibus caprinis teguntur. Carnem inungunt seuo hircino condito herbarũ quarundã succo, ut cutis effecta densior, facilius algorem toleret: licet ibi uix algeant, quoniam ad austrum sunt positi. Domus non habent nec casas, uerum specus & cauernas montium incolunt, hordeo, carnibus & caprino lacte uictitantes. Abundant nonnullis fructibus & in primis ficis: metũt fruges mense Martij & Aprilis. Virgines coniuges prius non accipiunt, quàm à principe deflorentur, & id apud eos ingens decus & honos ducitur.

Teneriffa.



Vnguentum contra frigus.

De Capite albo & insulis proximioribus.

CIrciter centum milliarijs Germanicis à Canarijs insulis abest Caput album, ubi est sinus maris, cui ab insula quadam eiusdem sinus dicta Dargin nomen inditum est. Habet insula Dargin aquam potu dulcem, & terra per circuitum habet arenam albam, ubi nulla herbarum aut arborum uestigia. Sita est hæc regio ultra

Dargin insula.

Sarra montes, citra uero eſt Barbaria Argierana: & meridiem uerſus ſunt Nigritæ Aethiopiæ inferioris. Vaſta eſt hæc regio, adeo ut ſi ex tranſuerſo metiaris, itinere dierum ſexaginta haud conſequaris magnitudinem. Non ſeruat tamen uaſtitatem hanc undequaque. Alluitur autem ab una parte oceano, quę tota eſt alba & arida atque plena arenis. Poſt Caput album in mediterraneis eſt locus quem Hodenum appellant, introrſus ſitus ad dietas ſex, nullo muro clauſus, eſtq; diuerſorium Arabum & ſtatio camelorum, quo appellunt Arabes, qui de Sambut ueniunt. Illac quoque tranſeunt qui ab Nigritis proficiſcuntur & exteriores Babarias inuiſunt. Eius regionis incolę uiuunt hordeo & cariotis, quibus uberrim abundant: potus illis, camelorum & aliorum animalium lac, uino prorſus carent.

Hodenum ciuitas.



Emporium in Dargin.

Boues fœminas habent & capras, uerum paucas, id efficit ſterile ſolum & minime herbidum. Mahumetem colunt & odere Chriſtianos plurimum. Nunquam quieſcunt, ſed uagantur ſemper per deſerta. Camelorum copiam ingentiſſimã habent, quibus comportant æs atque argentum & alia quamplurima. His eſt colos niger, ueſtis alba, laciniis rubricantibus: abſq; tunica interiori ueſtiuntur, eodem habitu & mulieres utuntur abſq; camiſijs. In capite more Maurico peplum gerunt, quo circuoluunt caput. In his arenoſis locis uiſuntur leones & pardi, ſtruthiones quoque, quorum oua ſuauiter comeduntur. Exercentur magna commercia in inſula Dargin, conueniuntq; ibi mercium gratia Luſitani & Arabes aliæq; nationes: & important pannos, telas, argentum, tapetes & id genus alia & in primis triticum, commutantes mancipia cum noſtris mercibus, dant etiam aurum. Eò etiam plura ex ſerico elaborata contextaq; Maurico more, argentum & alia pleraque comportant ex Illiberi, id eſt ex Granata. Afferunt etiam plura ex Tuneto, quod Barbariæ regiam appellant, & pro his omnibus rurſus mancipia & auri copiam maximam conſequuntur.

De Azanegis & Tagaza ſalis minera.

VLtra Caput album ſunt Azanegi homines, qui inter nigrum & ſubcineritium colorem ſunt dubij, ſuntq; pro magna parte contermini Arabibus occidentalibus, & uiuunt hordeo & cariotis atque camelino lacte: & quia proximiores ſunt regno Nigritarum, leguminibus aluntur. Pauco utuntur cibo, eo quòd annonæ caritas eos efficiat inedię patientes. Luſitani hodie cum eis exercent mercimonia. Azanegi gi faſcia linea caput inuoluunt, demiſſo ſindonis capite per frontem, ita ut os totum cooperiant, pudet enim eos oris æque ac inguinis uel cunni, ideo os tectum ut rem pudendam circumferunt, argumento quòd ueluti ſentina quæpiam halitum tetrum ſemper emittat, nec detegunt niſi ſumendi cibi gratia. Magnificant præpingues & obeſas mulieres & in primis eas, quæ proceriores habent mammas & à pectore penſiles hærent. Introrſus ſex dierum itinere locus uiſitur qui denominatur Tagaza, unde aduehitur ſalis petrei ingens copia, quod aſportatur camelis Arabum & Azanegorum ad diuerſa loca, preſertim ad regnum Melli. Ferunt Tagazám à Tambuto abeſſe itinere dierum quadraginta, & inter Tambutum & regnum Melli iter eſſe triginta dierum. Sunt autem Mellitæ nonnihil ultra æquinoctialem, & habent feruentiſſimos æſtus. Fitq; propterea ut ſtatis anni temporibus, eorum ſanguis inficiatur, adeo ut niſi ſibi ſale mederentur, protinus exuerent uitam. Sal uero in glebas diminuitur tantillas, ut uiri unius humeris ſingulæ ferri poſſint, arte quadam ad id non inepta. Et quum ad regnum Melli uenerint, ſingulis camelis duas ſalis glebas imponunt, alij uero, nempe pauperiores & quibus cameli nõ ſunt humeris aut capite hinc aſportãt, primi priuas glebas ferentes, idq; in tanto numero, ut propè ferentiũ uideatur

Os ut cunnus tegitur.

Tagaza.

Salis glebæ.

uideatur iuſtus exercitus hominum peditum, qui per uaſtum iter ſalem conuectant. Et hi pro leuamine laboris & feſſorũ ſolatio, tridentibus quibuſdã utuntur humi infixis, quibus ſalem feſſi imponunt tantiſper, donec uires reuocauerint. Hoc modo ſal prædictum aduehunt uſq; ad quoddam flumen, ubi ſinguli ſingulos ex ſuo ſale monticulos erigunt, inſigniuntq; quodam ſigno. Et ubi receſſerint aduentant alij Nigritæ qui cognoſci nolunt, neque aliorum colloquia admittunt, & accedunt cum ſuis nauibus, uiſoq; ſale pondus quod dam auri prope aceruum ſalis ponunt, prout ſibi congruere commertio uidetur, nec abæquitate abſonum, & mox recedunt, ſalem & aurum relinquentes. Nigritæ uero qui tantiſper receſſerant redeuntes: unuſquiſq; aceruum ſuum inuiſit, & ubi aurum dimiſſum placuerit, auferunt illud, ſalemq; relinquunt & abeunt non reuerſuri. Si uero conditio auri relicti non placuit, utrumq; dimittunt, aurum & ſalem & iterum abeunt, paulo poſt reuerſuri. At Nigritæ qui cognoſci nolunt, rurſus accedunt, & eos aceruos à quibus ſublatum aurum uident, auferunt, aut eis quibus adhuc relictum eſt aurum, addunt nonnihil auri, uel ſuum aurum (ſi ultra addere non libet) aſportant ſale relicto. Et hoc modo ſua commercia exercent, ut alter alterum non uideat ueteri inſtituto.

Commercia abſque uiſu & colloquio.



Eſt autem his Nigritis operepræciũ ſalem ſic conducere & humeris ferre, quoniam quadrupedibus ferè omnibus carent, id quod ſoli efficit inquitas, quòd aut parum fert herbæ, aut ſi fert, id totum eſt peſtilens, atque ideo ſalis modicum aqua liquefactum ſingulo die hauriunt, & hoc eſt eis pro medicina & remedio præſentaneo. Nunquam pluit apud eos niſi in Auguſto, Septembri & Octobri. Cęterum uiri qui ſic ueniunt & commutant aurum pro ſale ſine loquela, dicuntur eſſe nigerrimi & proceræ ſtaturæ, habentes labrũ inferius promiſſum ad pectus uſque, rubrum & introrſus exulceratum perinde ut ſanguis exeat, ſuperius uero paruum inſtar noſtri, fitq; propterea ut dentes omnes appareãt, quos habent noſtris grandiores, duos etiam habent hinc & hinc reliquis eminentiores. Putantúrque eis ſic labra putrefieri ob ardorem torridæ plagę, & ideo ſale ſibi medentur.

De ſinu Senegæ fluminis, & adiacente regione.

INter Azanegos & Nigritas longe ultra Caput album miliariſs ſcilicet Germ. 90. aut 100. peruenitur ad Senegam flumen, quod diſterminat Nigritas ab Azanegis. Separat enim aridam & ſterilem tellurem, hoc eſt, deſertum ab irrigua & feraci terra Nigritarum, influitq; duobus oſtijs in mare. Id autem miratu dignum eſt, quòd trans flumen illud homines ſunt nigerrimi, proceræ ſtaturæ ac habiliſſimi corporis, & omnis illic regio uiret ac uernat pomiferis arboribus referta. At citra fluuium contrarias uices cernas, uidelicet homines ſubcinericij coloris, & ſtaturæ contractioris. Hoc flumen ferunt à Nilo deriuari, eaſdem enim uices habet cum Nilo. Nam ſicut ille Aegyptum, ita hic Aethiopiam reddit irriguam. Regio horum Nigritarum qui primo loco regnum Senegę obtinent, hi ſunt in introitu regni Aethiopiæ. Inopes ſunt ferè omnes incolæ, nullas habent urbes, ruſcula uero & mapalia citius quàm domos, quandoquidẽ calcem non habent, qua parietes ferruminẽtur. Carent lapidibus & anguſta eſt regio. Regi licet tot ducere uxores quot uoluerit. Itidem regulis licet & indigenis omnibus, modo alere queant. Mancipia agros colunt & alia nauant quæ ad rem familiarem ſpectant. Habent boues tam mares quàm fœminas, quibus arant tellurẽ. Non Chriſtum ſed Mahumetem colunt. Nudi propè incedunt. niſi quod pro ſubligaculis corio caprino utuntur, hoc pudenda cooperiũt. At principes & locupletiores omnes camiſijs cotoneis utuntur, quoniã regio pannis huiuſmodi abundat, & ex filis mulierum penſa fiunt. Muleres partem corporis ſuperiorem, id eſt, à capite uſq; ad cincturam nudam circumferunt: inferiorem uero ſindone uſque ad crura media cooperiunt.

Flumen à Nilo deriuatum.

riunt. Pedibus ambulant nudis & aperto capite incedunt: quia ſunt ibi calores eximij, nec unquam magis algent uel bruma, quàm Hiſpani Aprili menſe. Regnum itaque Senegæ Nigritarum introrſus orientem uerſus conterminum eſt regioni dictæ Tuchmoræ, at uerſus meridiem regnum Gambræ contingit, ad occidentem uero reſpicit oceanum: uerſus ſeptentrionem autem Nigro fluuio clauditur, qui ſubcinericios populos diſterminat à primis Nigritis. Tenent incolæ Mahumeti legem, comedunt more Saracenorum & Turcarum in terra. Non creſcit apud eos uinum aut triticum aut hordeum aut auena, ſed milium, faba & piſa, quæ ſeminant in Iulio & paulo pòſt metunt in Septembri, quia menſibus nouem ibi non pluit à menſe Octobriſ uſque in menſem Iulij. Id efficit ut iacta ſemina nõ germinent ob terræ calorem nimium. Quum autem tellus perfunditur uberiori pluuia, tum terram mirum in modum colunt, non amplius quàm trimeſtri ſpacio ſeminant & legunt ſata. Eorum potus eſt ſuccus palmæ, lac & latices. Non autem eſt ea palma quæ fert carios tas, ſed alia eſt arbor, quæ anno continuo ſuccum inſtar lachrymarum emittit. Vt autem uberiorem habeant ſucci prouentum, arbores ſauciant, & ſtatim proſilit ſuccus qui excipitur uaſe aliquo & ſerum lactis præſentat, eſtq; eius incredibilis ſuauitas, & ut uinum inebriat ni aqua immixta fuerit. Qui prima die prouenit ex ſauciata arbore, is eſt dulcior, & omni uino uel perquam dulci præſtat, ſed indies ſuauitatem amittit, fitq; acidum & acre. Mignolum eum ſuccum appellant. Habent præterea fructus multiplices, ſuaues, licet ſint ſylueſtres. Regio eſt patens & aprica, ad omnia producenda propè apta, paſcua ibi plurima & uberrima, atque arbores eminentiſſimæ. Lacus ibi quàm plurimi qui aquam potu non inſuauem propinant, in quibus piſces inueniuntur innumeri. Fert etiam hęc regio miræ naturę oleum, quod pollet triplici uirtute, odorem ſcilicet uiolaceum habens, ſaporem uero oliuæ, & ſi adhibitus fuerit dapibus, eas ut crocus inficit, quamuis ipſum crocum ſuperet uberiori colore. Inueniuntur ibi multiplices animalium ſpecies, præſertim ſerpentum ferè omnium generum, uenenoſi alij, alij innoxij ſunt: duorum pedum menſuram excedunt alas, nec pedes habent ut ſerpentes, alioquin immenſi, & tantæ quidem uaſtitatis, ut integras capras hauriant. Sunt propterea hi Nigritę faſcinatores & incantatores eximij, præſertim ſerpentes faſcinantes. Quando enim ſentiunt ſerpentes uenire ante ouium ſtabula, & audiunt eos ſibilo ſuo ſtrepitum magnum facere, accurrunt & faſcino compeſcunt eos, occurruntq; illi malo incantatione.

Tuchmora regio.

Succus ex arbore extractus inebriatiuus.

Oleum triplicis uirtutis.

De animalibus quæ in regno Senegæ apud Nigritas inueniuntur.

Elephantes

HAbet hęc regio quidem boues, ſed noſtris multo minores. Ex rapacibus uero leones & pardi ſunt ibi frequẽtiores, nec non lupi, capreoli ac lepores propè innumeri. Sunt etiam in ea regione elephantes ſylueſtres quàmplurimi, qui non domantur ut alibi, & ferè gentium ubique efferantẽ, propterea & gregatim incedunt, ut in noſtris nemoribus apri: cicures uix reperiuntur ibi. Hi igitur duos eminentiores dentes habent hinc & hinc inſtar aprorum, uerum ritu contrario, quandoquidem alteri ſcilicet apro in ſuperiora retorti ſunt dentes, at alteri, elephanto ſcilicet demittuntur in terram. nec (uel ſenecta) huic ſunt decidui, uitam concomitantur. Alij tamen aliter ſentiunt ut ſupra diximus. Hominem elephantus niſi læſus non lędit, & ubi lædit, manu, id eſt, promuſcide hominem comprehenſum iacit in ſublime ultra arcus iactum. Emittit & retrahit promuſcidem pro ſuo arbitratu, nullusq; inueniẽ tantę pernicitatis, quem ſuo inceſſu non cõprehendat, licet gradatim ſolum ambulet effœtus: magis ſęuiunt dum pauent ne catulis uis inferatur: & quatuor ad ſummum pariunt uno partu. Maribus uix eſt cura ſobolis. Arborum foliis uiuunt & fructibus, promuſcideq; arborem deuaſtant, adeo ut ſi ſtipitem promuſcide complexi fuerint, quantumcunque magnum ab arbore diſpartiant. Habent autem promuſcidem in inferiore maxilla, quam exerunt & retrahunt pro libitu. Hac cibum capiunt & hauriunt potum omnem & ori adminiſtrant ſuo. Os habent in pectore: frequentia incolunt nemora, ac luto plurimum ut apri oblectantur. Sunt & alia ingentia animalia in hac regione, uerum ſylueſtria. Scatet præterea regio pſitacis, quos Nigritæ plurimum oderunt, quoniam totam plagam ferè circumuolitantes, fruges & præſertim legumina deuaſtant. Diſtinguuntur colore triplici, ſubcinericio, uiridi ac ueneto. His mirum eſt inge-



est ingenium & solertia nidificandi. Nam excelsissimam quærunt arborem, quæ surculos habeat subtiles ac tenues, cuiusuis pōderis ferè impatientes. Horum cacumini alligant dependentem surculum, cui nidum mira industria fabricatum suspendunt, instar pilæ rotundum, relicto solum foramine admodum angusto, quod ostij uicem suppleat. Aiunt autem id efficere alitem, ut serpentum fallat astutias. Nam nidum pensilem petere nequeũt, quippe qui surculo tam tenui nusquam seipsos crederent, mole grauati corporea. Igitur his artibus tuta est à serpente auis, licet parua, sagaxq; natura specierum rebus conseruandis nunquam deesse deprehenditur.

De emporio Nigritarum Senegensium.

Merces Senegensium.

COnueniunt Senegenses Nigritæ die Lunæ & Veneris in pratis quibusdam, à duobus uel tribus milliaribus circumstantis regionis, atque nundinis suis atque uilibus mercibus ostendunt quàm indigi sint multarum rerum & quàm profunda laborent egestate. Sunt autem merces eo rum cotoni, id est, panni bombicini elaborati mulierum pensis, nec eorum ingens est copia. Insuper legumina, oleum, milium, & pelues ligneæ, storiæ palmarum foliis complicatæ & alia complura usui illorum non inepta. Hęc mulieres uendunt: at uiri arma & auri nonnihil. Permutant omnia, pro re altera rem alteram consequuntur. Pecuniam signatam non norunt. Equos ibi magni pendunt, quandoquidem difficulter eò ducuntur, nec nisi è Barbaris exteriboribus per Azanegos & Arabas illuc ducũtur. Nec facile ibi aluntur ob aridam tellurem. Nam torrida est plaga, quę pabula non producit, facitq; æstus nimius ut equorum inguina intumescant, et uix meiere possint. Pro fœno utuntur faxiolorum laceramentis sole siccatis, id uicem fœni supplet, & loco auenæ succedit milium, quo mirum in modum pinguescunt.

Arundines eō cisse loco fœni.

De Capite uiridi & regno Gambræ.

NOn longe à regno Senegę est regnum Gambrę, auri feracissimum. In eo aut non procul ab eo est Caput uiride, promontorium scilicet consitum arboribus densissimis, eisdemq; uiridibus ac uirentibus anno ferè continuo. Est hoc Caput eminens admodum & uisu pulcherrimum, exitq; inter duos montes, & tandem in mare prominens uaste uariisq; rusculis Nigritarum & mapalijs septum undequaq;, ab ea parte præsertim quæ respicit oceanum. Degunt paulo ulterius bini populi, Barbazini & Serreti. Sunt Nigritæ, uerum regi Senegę non parent nec habent principem. Colunt idola, legem nullam habent, & sunt uiri truculentissimi: arcu utuntur ac uenenatis sagittis. Regio frequens est nemoribus, irrigua fluminibus, ideo ferè inaccessa. Hinc uersus meridiem occurrit ostiũ Gambrę fluminis, quod patet latitudine unius milliarij Germanici, cuius littora cõserta sunt arboribus pulcherrimis hinc & hinc, fluuius uero ipse ut Meandrus aliquis implicatur orbibus & recessibus. Ab hoc fluuio regnum Gambræ habet denominationem, & subest regi Melli, qui magnus Imperator Nebeorum dicitur. Incolę idola colunt, & quidam etiam Mahumetem uenerantur. Vescuntur oriza & carnibus, uestiunturq; bombicinis. Inueniuntur ibi arbores tantæ magnitudinis, ut earum ambitus sit pedum decem & septem, sed eminentia altitudinis non quadrat magnitudini. Fert quoque hæc regio elephantos syluestres, qui cicures ibi non fiunt: sed habitatores uenantur eos in nemoribus, ubi cœni plurimum cernit. Nam id genus animaliũ, ut iam diximus suapte natura

Gambra alter Meandrus.

ut ſues in cœno uolutantur creberrime. Hi itaque Nigritę pone arbores deliteſcunt, ac prę
Elephantorũ uenatio. tereuntibus elephantis ſagittas & uenabula infigunt, ſaliuntq́ miro modo de loco ad lo-
cum, ab una arbore ad aliam, donec feriant elephantum: qui quum maxima mole prægraue
tur, nequit inſidiantes ictus uelociſſimos deuitare. Si tamen id tentarent in locis apricis &
patentibus Nigritæ, ubi ſcilicet nullæ ſunt arbores non euaderent uires elephantorũ, quan
doquidem nullus homo tantæ pernicitatis inuenitur, quem mox elephas non comprehen
dat etiam non currens, ſed gradatim incedens, id efficit animalis uaſta magnitudo. Vbi ue-
ro uſu euenit, ut irato omine elephas hominem conſequatur, promuſcide circumamplexu
corripit, & adeo iacit ceu funda quadam in ſublime, ut ſæpenumero correptus hoc modo,
Promuſcis. prius efflet animam quàm terram contigerit. Hæc elephantis promuſcis non multum eſt
abſimilis labro ſuillo, niſi quòd ei eſt ad nutum uolubilis, ut modo uibret, modo pro libito
retrahat. Non efferantur niſi prouocati, nec hominem lædunt niſi prius iniuriam intulerit
ipſe. Maiores natu habent tantæ magnitudinis dentes, ut uicem poſtium ſuppleant, & pro
palis ſepes muniant, teſte Plinio, & nonnullis eò amplitudinis creſcunt dentes, ut duode-
cim palmorum menſuram excedant, habetq́ unus elephantus plus carnium quàm quinq́
aut ſex tauri noſtri. Habent Nigritæ in cibatu elephantos gratiſſimos. Non aſſuetis uero
inſuauis eſt guſtu & aſperrima illa caro, duraq́ nimium.

De Capite bonæ ſpei & adiacente regione.

LOnge ultra Caput uiride & regnum Gambræ, peruenitur ad Caput bonæ ſpei: &
eſt promontorium, quod Pomponius frontem Africæ appellat, ubi ſcilicet Africa
ſe cuneat & faſtigiatur admodum, reflecturq́ ſenſim in ſeptentrionem & orien-
Finis Africæ. tem. Hic enim continentis Africæ finis eſt, ad quem tamen Ptolemæus non perue-
nit. Eſt in ea regione incultum hominũ genus, nigricantis enim ſunt coloris, libris arborũ
obſcœna uelati, cætera ſunt nudi. Mulieres uero frondibus auerſè & aduerſè pudenda ue-
lant: capillũ non promittunt, ſed calamiſtro criſpant: labra uero gemini digiti craſſitudine
habent, latiſſima ſunt fronte, prægrãdibusq́ dentibus, eiſdemq́ inſtar niuis albicantibus.
Sunt ibi perplura elephantorum armenta, quibus flagrantibus facibus eſt occurrendum.
Nam pauent ſuapte natura ignes elephanti. Inter Caput bonæ ſpei & regnum Melli mul-
ti & uarij ſunt populi, ſed qui non omnes cogniti ſunt. Nam quidam ſunt tam feroces, ut
externi neque beneficijs neque maleficijs cum ipſis paciſci queant. At qui in Pſitacorum
Pſitacorum re- regione habitant, humani ſunt: ubi inueniũtur pſitaci incredibilis proceritatis, utpote qui
gio. brachium & dimidium longitudine excedant, multijugi coloris. Incolæ nudi incedunt ſine
uerecundia, & conficiunt panem ex radice quam igname uocant. Sunt coloris qui eſt inter
nigrum & album, capillum promittunt, barbam uero & oculorum palpebras uellunt, &
nibi depingunt uaria colore multiplici, ut albo, nigro & cœleſti, nec non rubeo, & ferunt
labrum oris inferius perforatum, & in foramine huiuſmo
di ponunt lapillos, ut uideatur labrum gemmatum. Do-
mos habent ligneas, quas foliijs & ramis arborum coope
riunt, ſuffulciuntq́ eas innumeris columnis, & in medio
earum ad parietem collocant rete bombicinũ appenſum,
in quo homo inuoluitur, & rurſus rete aliud, quoad con-
tinenter plura in ordine diſponant: interq́ ea rogos accen
dunt, efficiuntq́ ut in cœnaculo uaria cubicula & retia pa
rietem ſuppleant. Nam retibus diſcreta ſunt eorum habi-
tacula. Abundat regio omni genere auitiorum. E pennis
auium pileos & birreta conficiunt. Cœli eſt ſaluberrimi,
& incolæ retia habent ferè innumera, quoniam omne uitæ
ſuæ tempus terunt piſcando. Inter cæteros piſces qui ibi
eminent, quidam dolium non mediocri craſſitudine exce
dunt, atque longitudine duo dolia ſuperant, ſuntq́ formę
obrotundæ, caput habent inſtar ſuis, oculos paruos, ca-
rentq́ dentibus: ſed aures longitudine & latitudine brachij menſuram excedunt. In infe-



riori

rſori parte corporis duo habent foramina: cauda eſt illis oblonga, eademq; lata ſupra brachij menſuram. Hæc omnia ſunt citra Caput bonæ ſpei. At ultra caput illud eſt regnũ Melindæ & Zaphala auri mina. Eſt autem Zaphala inſula quæ aurũ fert & paret regi Mauro, qui in alia inſula habitat nomine Choloa. Sunt in inſula Zaphala montes, ubi aurifodinæ ſunt quàmplurimæ, eſtq; in eis auri uis ingentiſſima, unde tota India & Perſis aurum ſuum haurit & nauibus auehit. Habitatores Melindę utunt ſcriptura et lingua Arabica, à quibus non ualde abſunt. At interiores Nigritæ, qui ſubſunt Preto Ioanni confines ferè Melindæ regno, proprios habent characteres, & eſt lingua eorum nonnihil affinis Arabicæ linguę, ut paulo poſt oſtendemus. *Auriſodinæ.*

De regno Preto Ioannis, quem uulgo preſbyterum Ioannem uocant.



NOn procul à regno Melindæ incipit regnum potentiſſimi regis Preto Ioannis, quem alij uocant Preſto Ioannem, alij præcioſum Ioannẽ, & uulgares Preſbyterum Ioannem, non quòd ſit preſbyter aut ſacerdos cum ſit rex, ſed quia error eſt in nomine. Haud abſimilis error eſt, quando quidã in tabulis ſedem eius collocant in Aſia, ignorantes duplicem eſſe Indiam, Aſianam & Aethiopicam. Regnum itaque Preto Ioannis confine eſt regno Soldani Aegyptij ab una plaga, & ab alia regno Melindæ: ab occaſu uero pertingit ad Nigritas ſiue Aethiopes interiores. Porro ab oriente regnum eius coniungitur mari rubro, ut ſcribit Emanuel rex Portugalliæ in epiſtola ad Leonem decimum pa- *Vbi regnum Preto Ioannis.*
pam. Colit hic rex Chriſtum & habet euangelium, ſed in ceremonijs diſſidet à Romana ecclesia. Miſit anno Chriſti milleſimo quingẽteſimo triceſimo quarto aliquot doctos uiros in Portugalliam, qui diſcerent linguam Hiſpanorum atque religionem eorum ſtudioſius obſeruarent. Et poſtquam linguam utcunq; didicerunt, explicarunt Hiſpanis tenorem religionis ſuæ, ceremonias, uſum ſacramentorum, conſuetudines regni &c. Aſſerunt in primis, Philippum apoſtolum apud eos prædicaſſe euangelium. Deinde dicunt conſtitutum à ſanctis apoſtolis in ſynodorum libris, quos ſe habere dicunt, clericos uxores poſſe ducere, id quidem poſtquam cognitionem aliquam habuerint rerum diuinarum. Deinde *De ſacerdotibus.*
inito matrimonio in ordinem preſbyterorũ recipiunt, in quem niſi poſt 30. ætatis annum nemo recipitur, ſed nec ſpurij ad eundem ordinem recipiuntur. Ordines autem non dantur niſi à patriarcha ſuo. Mortuo tamẽ prima uxore, epiſcopi aut clerici aliam nõ ducere poſſunt, niſi patriarcha diſpenſauerit, nec habere concubinam, niſi ſe uoluerint à ſacris abdicere. Quòd ſi deprehenderint epiſcopum aut clericum filium habere nothũm, is ab omnibus beneficijs ac ſacris ordinibus abdicatur, quorum bona, ſi ſine legitima prole diſceſſerint, ad Preto Ioannem & non ad patriarcham ueniunt. Monachi uero uxores nõ ducunt.

De baptiſmo eorum & aliis ſacramentis.

IN memoriam baptiſmi Chriſti, baptiſantur iſti Chriſtiani ſingulis annis in epiphania domini, non quòd credant ad ſalutem neceſſarium, ſed propter ſaluatoris laudem ac gloriam. Habent etiam, ut aiunt, à temporibus reginę Saba circumſionẽ, quam in hunc uſq; diem ſeruant. Eadem quoq; regina, quæ Maqueda fuit proprio nomine uocata, uoluit quòd & mulieres circumciderentur, deducta ad id ea ratione, ut quemadmodũ uiri præputium habent, eodem modo mulieres etiam quandam glandulosam carnem, quam nympham uocant, in genitalibus habent, non ineptam characteri circũciſionis accipiendo: id quod fit tam in maſculis quàm in fœminis ad octauum diem. Cęterum poſt circumciſionẽ maſculi baptiſantur ad quadrageſimum diem, mulieres uero ad octogeſimum, niſi aliqua interuenerit ęgritudo, ut opus ſit feſtinatione. Ea etiam die qua baptiſantur, accipiunt corpus domini ſub exigua ſpecie panis. Hæc omnia dicunt ſe habere ex libris ſynodorum apoſtolorum. Credunt quoque quòd infantes Chriſtianarum mulierum electi & conſecrati *Mulieres circumciduntur.*

ſecrati ex corporis & ſanguinis Chriſti communicatione. Nam fœminæ grauidæ cum aſſumunt corpus Chriſti, infans capiens inde nutrimentum fit ſacratus. Quoniam ſicut infans exiſtens in utero, ex eius matris affectibus contriſtatur ac lætatur, ſic etiam ex matris nutrimento nutritur. Hęc illi, niſi interpres errauerit. Confirmationem & extremam olei unctionem non habent pro ſacramento, neque comedunt ex lege ac apoſtolorum inſtituto cibos immundos. Confeſſionem habent & à confeſſore pœnitentiam accipiunt. Statim autem ut peccauerint, currunt ad pedes confeſſoris, & illic accipiũt corpus Chriſti & ſanguinem eius ſub utraq; ſpecie. Non conſeruant ſacramentum euchariſtiæ in templis, nec ægroti corpus dominicum accipiunt niſi dum conualuerint, quia nemini datur niſi in templo. Preſbyteri & monachi & omnes eccleſiæ miniſtri apud eos ſuo labore uiuunt, quia eccleſia nullas habet decimas, habet tamen prouentus & agros, quos clerici & monachi fodiunt nec alias habent eleemoſynas, pręter eas quę gratis in templis offeruntur pro exequijs mortuorum & alijs pijs rebus. In templis eorum ſingulis diebus una tantum celebratur miſſa, nec plures celebrare licet, & non oſtenditur ſacramentum ut Romæ fit (ſic loquuntur illi,) nec pro remiſſione animarum fit miſſa, ſed mortui cum crucibus & orationibus ſepeliuntur. Sanctificant etiam ſabbatum ſicut Iudæi. Patriarcham eligunt monachum ordinis diui Antonij hæremitæ, cuius præcipuũ eſt officium ſacros ordines dare, quos nemo pręter illum dare aut auferre poteſt. Is nullum epiſcopatum aut eccleſiæ beneficium in ullos confert, ſed id ſolum ad Preto Ioannẽ ſpectat, qui omnia pro ſuo arbitrio diſpenſat. Ipſi uocant patriarcham Abunam & imperatorẽ ſuum Ioannem Belul, id eſt, præcioſum ſeu altum Ioannem, ſi interpres nos hic non fallit. Regnorum & imperij ſucceſſio non in filium maximum natu tranſmittitur, ſed ad eum in quem pater id uult conferre. Non habent monetam pręter peregrinam aliunde inuectam, ſed aurum & argentum pro pondere datur atq; accipitur. Imperator ipſe dicitur ſemper in caſtris & tentoris uerſari, ſicut & nobilitas eius continuo ſe in rebus militaribus exercet. Sunt & in hac re ſuperſtitioſi, quòd non datur poteſtas adeundi templum niſi nudis pedibus. Dicuntur undiq; habere hoſtes fidei cum quibus pugnant.

Sacramentum euchariſtiæ.



Sabbatum obſeruant.

QVID HEBRAEI MODERNI in ſua lingua ſcribant de Preſto Ioan. Excerpſi autem ea ex libello quodam Conſtantinopoli impreſſo, & ad me Munſterum huc Baſileam ex Cairo Aegypti allato.

טרפט

יואן לפיפיור ברומאה ׃

אֲנִי פְּרִישְׁטִי יוֹאַן מוֹדִיעַ לָכֶם בְּאַהֲבָתֵינוּ שֶׁיֵּשׁ לָנוּ עִמָּכֶם בְּיִ פְּעָמִים רַבּוֹת אֲמָרוּ לָנוּ שֶׁאַתֶּם אוֹהֲבִים מְאֹד לִרְעֹת מִמֶּנּוּ וּמֵאַרְצֵנוּ י וּמֵאוּמָתֵינוּ וּמַהֲיוֹתֵינוּ וְטֶבַע אַרְצֵנוּ ׃ תְּחִלַּת דְּבָרֵינוּ אֲנוּ מוֹדִיעִים לָכֶם בְּי לְבַעֲבוּר שֶׁשָּׁמַעְנוּ שֶׁאַתֶּם אוֹמְרִים שֶׁאֵין אֲנוּ כָּל בַּךְ נוֹצְרִים טוֹבִים ב בְּמוֹ הֱיוֹתֵיכֶם רָאוּי לָנוּ לְהוֹדִיעַ לָכֶם שֶׁהִרְעוּ שֶׁאֲנוּ מַאֲמִינִים בַּאֲמִיתוּת ׃ וְהִנֵּה אֲנִי מוֹדִיעִים לָכֶם אֶת עִנְיָנֵינוּ וְעִנְיַן אַרְצֵנוּ מִן הַבְּהֵמוֹת וְחַיּוֹת וְחַעֲיִפּוֹת בְּמוֹ שֶׁנִּבְּיר עַתָּה וְאֵו הֲבִינוּ כָּל דָּבָר בַּאֲרִיכוּת ׃ וְאִם יֵשׁ אֶת נַפְשְׁכֶם לָבֹא בְּאַרְצֵנוּ הַבּוֹאוּ בְּשָׁלוֹם וּתְקַבְּלוּ בְּבוֹד מִמֶּנִּי וְאֶעֱשֶׂה אֶתְכֶם אֲרוֹנִים וְשָׂרִים בְּמַלְכוּתִי אֲחֲרֵי בִּי רַבַּת חִיא וְתִרְאוּ רַבְּרֵי גְּרוֹלִים וַעֲצוּמִים וְעוֹד אֲנוּ מוֹדִיעִים לָכֶם שֶׁאַרְצֵנוּ חִיא מְעוּלָה מִכָּל חָאֲרָצוֹת וַעֲשִׁירַת מִכֻּלָּם וְזָהָב וַאֲבָנִים טוֹבוֹת יוֹתֵר מִכָּל הָעוֹלָם וּמְרִינִית וְעָרִים גְּרוֹלוֹת ת חָחַת יָדִי ׃ בְּמוֹ כֵן רְעוּ שֶׁיֵּשׁ לִי אַרְבָּעִים נְסָכִים מְלָכִי חָחַת יָדִי וּמְשׁוֹעֲבָרִים לְמַאֲמָרִי וּמֵהֶם מְלָכִים שֶׁאֵינָם מִשָּׁרִים וְהֵם עוֹבְרִים לִי בְּכֶסֶת וְזָהָב שָׁנַת בְּשָׁנָה ׃ וְגַם בֵּן אֲנִי מוֹדִיעֲכֶם שֶׁכָּל הָעֲנִיִּים שְׁבָּאִים לְאַרְצִי אֲנִי עוֹשֶׂה צְדָקָה עִמָּהֶם בֵּין גֵּר בֵּין תּוֹשָׁב בְּאַהֲבַת הָאֵל ׃ וְכֵן אֲנִי מוֹדִיעַ לָכֶם שֶׁאֶתֵּן לָכֶם אֲמוּנָה שֶׁלֵּמוֹת לְחַלֵּחֶם עִם אֶרֶץ חַקְרִישָׁה בְּמְקוֹם קְבוּרַת יֵשׁוּ הַנְּצְרִי וְכֵן רְעוּ בִּי בְּאַרְצִי נִקְבָּר גּוּף טוֹמָאש אַפּוֹשְׁטוֹלוֹ ׃ גַּם יֵשׁ בְּאַרְצֵנוּ גְּמַלִּים לְבָנִים וְחַיּוֹת אֲחֵרוֹת שֶׁיֵּשׁ לָהֶם שִׁבְעָה קְרָנִים בְּמִצְחָם וְרוֹבְים לְבָנִים וְיֵשׁ לָנוּ אֲרָיוֹת מֵאַרְבַּע מִינִים וְרוֹקִים וְצְחוֹבִים לְבָנִים וּשְׁחוֹרִים . וְגַם יֵשׁ ע עַמִּנוּ סוּסִים שֶׁיֵּשׁ לָהֶם שְׁתֵּי קְרָנִים קְטַנּוֹת בְּמִצְחָם וְהֵם רָצִים יוֹתֵר מִס מִסּוּסִים אֲחֵרִים ׃ גַּם יֵשׁ בְּאַרְצֵנוּ עוֹפוֹת שֶׁמּוֹלִיכִין בְּרַגְלֵיהֶם שׁוּר אֶחָד אוֹ סוּס אֶחָד לַחַת לָאֲבוֹל לְבָנֵיהֶם ׃ וְשׁוּר אֲנוּ מוֹדִיעִים לָכֶם בִּי בְּקְצָה הַמִּדְבָּר יֵשׁ אֲנָשִׁים שֶׁיֵּשׁ לָהֶם שְׁתֵּי קְרָנִים קְטַנּוֹת בְּמִצְחָם וְיֵשׁ לָהֶם עַיִן אֶחָד בְּפָנִים וְשִׁתַּיִם לְאָחוֹר וְהֵם אוֹכְלִים בָּשָׂר בְּלְתִּי מְבוּשָׁל וְאוֹכְלִים בָּשָׂר וְדָם וּבְשַׂר בְּהֵמוֹת וְחַיּוֹת וְלִפְעָמִי יֵשׁ לָנוּ מִלְחָמָה עִמָּהֶם בִּי אֵינָם נוֹצְרִים וְאֵין לָהֶם פָּחָד הַמִּיתָה וּבְשָׁאֲבוֹתֵיהֶם קְרוֹבִים לָמוּת שׁוֹחֲטִין אוֹתָם וְאוֹכְלִין אֶת־ב בְּשָׂרָם בְּלְתִּי מְבוּשָׁל וְאוֹמְרִין שֶׁהוּא דָּבָר חָשִׁיב וּבָשָׂר טוֹב שֶׁהוּא מִשְׁ־חָ אֶת הַלֵּב וְאוֹמְרִין שֶׁהוּא כְּפָרַת עֲוֹנוֹתֵיהֶם ׃ וְגַם יֵשׁ בְּאַרְצִי מְאוּמָה אַחַת שֶׁיֵּשׁ לָהֶם רַגְלֵיהֶם עֲגוּלוֹת כְּמוֹ רַגְלֵי הַסּוּסִים וְיֵשׁ לָהֶם אַרְבַּע עֲצְבְּעוֹת־ת בְּעָנְיָן סוּסְטִים וּבְנוֹת הָעָנְיָן נַלְחָמִים וְאִישׁ לֹא יַעֲמוֹר בְּפָנֵיהֶם כְּבַל כְּלִי זַיִן יֵחֶם נוֹצְרִים הַשּׁוּבִים ׃ וְגַם יֵשׁ לִי אֶרֶץ אַחַת וְיֵשׁ בָּהּ נָשִׁים לָבָן יוֹתֵר יָפוֹת שֶׁבְּכָל הָעוֹלָם וְיֵשׁ ג׳ מַלְכִיוֹת דּוּקִיס וְקוֹנְטִיס נָשִׁים וְיֵשׁ לָהֶן מְרִיגוֹרַת וּ וְעָרִים בְּצוּרוֹת וְאֵין רְשׁוּת לְשׁוּם אִישׁ לָשָׁבֶת שָׁם יוֹהָר בּוּט׳ מָוֶת ׃ וּבְשֶׁאֲלוּ חַג׳ מַלְכִיוֹת חוּלְבוֹת לַמִּלְחָמָה מוֹלִיכוֹת עִמָּהֶן שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אַלְפֵי נָשִׁים רוֹכְבוֹת עַל סוּסִים מְווּיָנוֹת בְּכָל כְּלִי זַיִן מִלְבַּר חֲנָשִׁים הַמְשָׁרְתוֹת וְהָאָרֶץ חִיאַת חִי־א מְסִיבָּבֶת מִגַּחַר שֶׁיּוֹצֵא מִגַּן עֵדֶן שֶׁקּוֹרִין אוֹתוֹ פִּישׁוֹן וְחִיא בַּל בַּךְ גָּדוֹל שֶׁאֵנָם יְכוֹלִים לַעֲבוֹר עָלָיו אֶלָּא בַּאֲנִיּוֹת וְכָמוֹךְ לָאָרֶץ חַיאַת יֵשׁ אֶרֶץ אַחַת שֶׁקּוֹרִין אוֹתָהּ פַּסְמִיאַת וְאַנְשֵׁי הָאָרֶץ חַיאַת הֵם קְטַנִּים כְּמוֹ נְעָרִים מִשְׁבָּעָה שָׁנִים אוֹ שְׁמוֹנָה וְהֵם נוֹצְרִים חֲשׁוּבִים וְהֵם שׁוֹבְרִי־ם חָאֲרָמָה בְּשָׁלָח שֶׁלֹּא יֵשׁ מִי שֶׁיַּזִּיק לָהֶם אֲבָל בָּא עֲלֵיהֶם בְּבֶל שָׁנָה קְלָלָח בְּשֶׁהֵם קוֹצְרִים וּבוֹצְרִי בָּאִים עֲלֵיהֶם עָנָן אֶחָד מֵעֹרְמוֹת וְאוֹכְלִים אֶת פְּרִיָם

וּבְשׁוּאָה

Copia literarum quas misit Presti Ioan ad Rom. pontificem, in quibus tamē multa uana scribuntur, atq; ob id nolui ista omnia de uerbo ad uerbum interpretari.

Scribunt Aethiopes sub Presti Ioan uiuentes, se bonos esse Christianos.

Regnū Presti Ioan ampliß.

Excellit terra eius in diuitijs auro, argento & lapidibus præciosis alias terras.

Quadraginta reges obediūt imperatori Presti Ioan: ex quibus tamen quidā sunt tributarij.

Magnus eleemosynarius Presti Ioan.

Promittit se pugnaturū pro terra sancta.

Thomas apostolus sepultus in regno Aethiop.

Animalia habentia septē cornua in fronte.

Cameli & ursi albi.

Equi cum duobus cornibus.

Aues ungulis abducunt bouē uel equum ad pascendū pullos.

Homines cornuti & monoculi à facie, à tergo uero duos habentes oculos.

Antrhopophagi parricidæ et occisores senio laborantium.

Homines habent pedes equinos & rotundos.

Mulieres seorsum habitant, & habent tria regna, ducatus & potentia.

Tres reginæ Amazonū procedunt ad bellum cum trecētis millibus mulierum.

Item Pison qui est Nilus fluit per imperium Presto Ioan.

Pygmæi in Africa sunt boni Christiani & sunt ubiq; tuti.

Rex Pygmæorum procedit in bellum cōtra aues perdentes fructus, abiguntq; eas uocibus suis.

וּבְשֶׁרוֹאֶת מֶלֶךְ חַאַרָץ וָח הוֹלֵךְ עִם אַנַשָׁיו מְזוּיָנִי לְהִלָּחֵם עִם אִלּוּ הָעִפּוֹת
וְנוֹתְנִים קוֹלוֹת וּמַקְרִיחִים אוֹתָם בְּמִקוֹמָם ׃ וּשְׁנֵי חַיָּי אִלּוּ הָאֲנָשִׁים
מֵאתַיִם שָׁנָה וְשֹׁעֶר וְקְנֵיהֶם חוֹ לַבָּן כַּל וְיָמֵי חַיֵּיהֶם יוֹקְנָם אֲרוּכָה עַד כ
בְּרִכֵּיהֶם וְשֹׁעֶר נְשֵׁיהֶם מוֹלִיכוֹת עַל רַגְלֵיהֶם ׃ גַּם בְּאַרְצֵי אֲנָשִׁים שֶׁהֵם
מִמַּרְאֵת מֵיתָנָיו וּלְמַעֲלָה כְּמַרְאֵת אָדָם וּמִמַּרְאֵת מֵתָנָיו וּלְמַטָּה כְּמַרְאֵ
סוּס וּמְכִיאִים קְשָׁתוֹת וְחִצִּים בִּירֵיהֶם וְהֵם רַצִּים מִכַּל חֲיָה וּבְעוֹר שֶׁהֵם
רַצִּים הֵם מוֹרִים בְּקֶשֶׁת וְאֵינָם נָחִים מִלָּרוּץ כַּל הַזְּמַן וְאֵין אָדָם שֶׁיִּשְׁמַע
לְשׁוֹנָם וְאוֹכְלִים בָּשָׂר בִּלְתִּי מְבוּשָׁל וְשׁוֹכְבִים בְּלַוְלָח עַל חַאִילַנְיוֹת מִפַּחַד
חַנְחָשִׁים וְחַדַּרְקוֹנִים ׃ גַּם יֵשׁ בְּאַרְצָנוּ חַאוּנִיקוֹרְנִיס שֶׁיֵּשׁ לוֹ קֶרֶן גָּדוֹל ב
בְּמִצְחוֹ וּבְשָׁאוּנִיקוֹרְנִיס רוֹאֶה חָאַרְיֵה מֵרָחֹק אֹתוֹ כָּמוֹהוּ לְאִילַן וְאוּנְקוֹרְנִס
רוֹצָה לְחַבּוֹת לְאַרְיֵה וְחָאַרְיֵה מְנַעֲנֵעַ מִמְּקוֹמוֹ וְחָאוּנִקוֹרְנִיס נוֹתֵן בְּקַרְנוֹ
עַל חָאִילַן וְנִכְנָס קַרְנוֹ כָּל כַּךְ בְּאִילַן שֶׁאֵינוֹ יָכוֹל לְהוֹצִיא אוֹתוֹ וּבָא חָאַרְיֵ
וְמַמִּית אוֹתוֹ וְלִפְעָמִים לְחֻכָּה ׃ גַּם יֵשׁ בְּאַרְצָנוּ הָעֲנָקִים וְהֵם בְּקֹצֶר
מַמְרֵבָּר וּבְזְמַן קַרְמוֹן חַיְתָה סוֹמֵתָם שִׁבְעִים אַמָּה וְעַצְמוֹתֵיהֶם אֵין לָהֶם בִּי אֹ
שְׁלֹשִׁים אוֹ לֹ אַמָּה וְאֵינָן וְכוֹלִין לַצֵּאת שֶׁאֵין רְצוֹן הַשֵּׁם שֶׁיֵּצְאוּ שֶׁאִם
חַיּוּ יוֹצְאִים אֵין דָּבָר שֶׁיַּעֲמֹד בְּפָנֵיהֶם ׃ גַּם יֵשׁ בְּאַרְצֵי עוֹת אֶחָר יוֹתֵר נָפָה
שֶׁבְּעוֹלָם וְלֹא יֵשׁ אֶלָּא אֶחָר בְּכָל חַעוֹלָם וְחַיֵּי שְׁנֵיהֶם שֶׁל שֵׁשׁ מֵאוֹת וּלְכוֹת
ש שָׁנָה עוֹלֶה לְצַר חַשָּׁמַיִם כַּל כַּךְ גָּבַהּ שֶׁחַשֶּׁמֶשׁ שׁוֹרֶת אוֹתוֹ וְאָחֹר כַּךְ
יוֹרֵד וּמַכְנִיס עֶצְמוֹ בְּסִן שֶׁלּוֹ וּלְשֵׁם נִשׁוֹרֶת כּוּלּוֹ וּבְאֹפֶן שֶׁנַּעֲשֶׂה מִמֶּנּוּ
מִתְיַלֵּד תּוֹלַע אֶחָר וְנַעֲשֶׂה עוֹת וְצוֹרָתוֹ בְּצוּרַת חָעוֹת שֶׁנִּשׁוֹרֶת ׃ גַּם חַפִּלְפֵּל
נַעֲשֶׂה בְּאַרְצָנוּ אֲבָל חַשֵּׁקֶר הוֹא מֵעֵבֶר לַיָּם חָאֲבָנִים וְזֶה חַפִּלְפֵּל אֵינוֹ נ
נִזְרָע לְעוֹלָם אֲבָל נַעֲשֶׂה בְּרְצוֹן חָאֵל יִתְעָלֶה וְהוּא בְּיֵעֶר אֶחָר שֶׁהוּא מָלֵא
נְחָשִׁים וַעֲקַרְבִּים וּכְשֶׁבָּא זְמַן חָאָסִיף מַשִּׁימִי אֵשׁ בְּיֵעֶר וְנִשְׂרְפִין חַנְחָשִׁים
וְחָעֲקַרְבִּים אֲבָל חָעֵצִים שׁוֹמְרִים וְאַחַר שֶׁכָּבְתָה חָאֵשׁ מְאַסְפִים אוֹתוֹ וְזָרִין
אוֹתוֹ לְרוּחַ בְּמוֹ מֵחֵטָה וּמְבִיאִין אוֹתוֹ לְבָתֵּיהֶם וְאַחַר כַּךְ רוֹחֲצִין אוֹתוֹ וּמ
וּמְיַבְּשִׁין אוֹתוֹ לְשֶׁמֶשׁ וּבְזֶה עוֹלֶה חַפִּלְפֵּל שָׁהוֹר ׃ גַּם בְּקֹצֶר חַמְּרַבָּר יֵשׁ
שָׁנִין מְאוּמָה אַחַת שֶׁיֵּשׁ לָהֶם גּוּף אָדָם אֲבָל חָרֹאשׁ שֶׁהִיא כְּמוֹ רֹאשׁ כֶּלֶב
וְהֵם רַבִּים חֲשׁוּבִים שִׁשִּׁבִין יוֹם אֶחָר בְּסָרָטָע חַמִּים וְיוֹצְאִים בְּרַגְלִים ר
חָרְבָּה ׃ גַּם בֵּן יֵשׁ בְּאַרְצֵנוּ אוּמָה אַחַת שֶׁהֵם גְּדוֹלִים חָרְבָּה וְלָהֶם חָרֹאשׁ ל
לָהוּךְ חַחַזֶה וְיֵשׁ לָהֶם חַכְּתֵפִים גְּבֹהִים חָרְבָּה וְרַגְלֵיהֶם כִּרְגְלֵי חַסּוּסִים וְהֵם
חֲזָקִים מְאֹד וְאֵינָם אוֹכְלִים אֶלָּא שְׁעֹרָה וְשׁוּתִין מַיִם וּמְאֹלוּ אֲנָחְנוּ עוֹשִׂין
שְׁלַיְחֵינוּ שָׁמוֹלִיכוּ כְּתָבֵינוּ וְאֵינָן לוֹבְשִׁין אֶלָּא עוֹרוֹת שֶׁל גְּמַלִּים וְחַאֲנָשִׁים
חָאֵלּוּ הֵם חֲכָמִים גְּדוֹלִים לְבַקֵּשׁ חַנָּחָב וְחַכֶּסֶף בָּאָרֶץ ׃ וְהֵם מַכִּירִים ס
סְגֻלַּת חָאֲבָנִים חַיְקָרוֹת וּבָעֲבוּר אֵלּוּ חַדְּבָרִים אֲנִי מְנִיחִים אֹתָם בְּאַרְצָנוּ ׃

Monstra que supra lumbos sunt homines, & infra equi.

Quomodo unicornes apud Aethiopes à leombus capiantur & interficiantur.

Gigantes olim 70. cubitorũ, hodie uero triginta aut 35. cubitorum inueniuntur.

Fœnix 300 annorũ comburitur à soie & generat aliam sobolem.

Piper colligitur in sylua scatente serpentibus & scorpionibus.

Cynocephali insignes piscatores.

Homines habentes faciem in pectore, fortes, boni cursores & inuestigatores auri & argenti.

MVltas alias id genus nugas Iudęi in memorata epistola de Presto Ioannis regno ponunt, quas nolui hic omnes recensere, sciens qualem censorem in Damiano & sue farinę hominibus habiturus essem, etiamsi hæc scribendo magis luserim & facetiarum loco eaipsa adscripserim. Nolui propterea uerbotim ea latine reddere, quo iniquorum calumnias declinarem. Capita tamen rerum indicaui per marginales annotationes, ut hi qui Hebraicæ linguæ phrasim gustarunt, uiderent formam quam Iudæorum genus in Cosmographia obseruant.

Totius

Totius operis huius Cosmographici conclusio.

DEscripsimus tibi hactenus, amice lector, totius orbis gentes & nationes, earum studia, sectas, mores, consuetudines, leges, religiones, ritus, regna, principatus, mercimonia, antiquitates, terras, terrænascentia, animalia, montes, fluuios, maria, stagna, lacus & alia huiusmodi, quæ ab Historiographis & Cosmographis passim sunt celebrata, & potissimũ quæ potuerunt aliqua sui excellentia & dignitate ad cognitionem nostram peruenire. Non enim sumus ignari, terrarum comprehensionẽ esse latissimam, & ipsam frequentia impeditam, ut non liceat eam ubique lustrari, adeoq; supra hominis unius esse ætatẽ & uires, omnia totius terræ latibula scrutari & quæ in ea sunt scitu digna inuestigare, quæ dñs mira sua sapientia & potentia in inferioribus elementis formauit. At si secundus tantundem addiderit & tertius, sicq; per plures procedat inuestigatio, perficietur tandem opus par nobilitati rerum, expectationiq; fiet satis. Quapropter si non omnibus assumptus probatur labor, argumentum saltem posteris pro patria laborandum probet. Fateor permultas adhuc esse in latissimo orbe res, quæ à me aut prætergressę sunt aut parcius attrectatæ, quum de illis scribere plura nõ potuerim quàm quę scriptores in manum tradiderunt. Damiano tamen Lusitano prohibente, neque ista fuerant promulganda, quantumlibet à magnis uiris prodita, nisi ipse inuisissem prouincias & terras. At cum ipse descripserit Indorum mores, ceremonias & consuetudines ut à Legatis Preto Iohannis, qui ex Aethiopia in Lusitaniam missi fuerãt ad illius regni Serenissẽ. Regem, accepit, easq; in mundum sparsit, permittat & mihi cum Strabone, Pomponio, Plinio, Curtio, Iustino &c. & cum multis recentioribus scriptoribus referre, quæ ego non uidi, sed à uiris illis fidedignis desumpsi. Sed relinquantur ista. Non mirandum si homines uariam inter se non solum fortunã sed etiam naturam, mores & uiuendi ritus sunt consequuti, quum uidea mus regiones & loca eam quoq; uarietatem adepta, postquam una natio lacteos quidem pariat homines, alia subalbidos, alia fuscos, alia prorsus adustos. Sic statuit Deus, ut homines quoq; uarij ingenij & multiformis animi ac industriæ, quemadmodum & cætera, nascerentur, atque ut unusquisq; sua contentaretur sorte, ut alteri suam exprobraret conditionem, formam aut fortunam.

Errata insigniora inter legendum deprehensa.

PAg. 10. linea 34. quingentos passus pro 50. orgyas. Pag. 52. lin. 48. patrẽ non fratrem. Pag. 78. lin. 32. quod sub se. Pag. 58. lin. 14. Iulia regia. Pag. 114. lin. 23. ubi scribitur, Nicolaus episc. Metensis, hic Nicolaus primũ designatus fuit episc. sed uidens deficere stemma suæ familiæ, relicto episcopatu factus est comes Vademontanus, genuitq; Ioannẽ, Antonium, Elisabeth &c. id quod interim me monnit uir quidam doctus Lotharingus. Pag. 126. lin. 29. nouem liberos. Pag. 217. lin. 25. milites non fore. Pag. 324. lin. 2. Liuoniam. Pag. 384. lin. penult. Ostendit uterq;. Pag. 406. lin. 2. lege, & cypras. Pag. 444. lin. 16. supererãt erigeretur. Pag. 500. lin. 23. ea loca. & lin. 40. de quo uide. Pag. 582. li. 41. Angliæ. Pag. 666. lin. 20. Hæc Frisæus. Pag. 752. lin. 7. Ad Aamasum usq; fl. Quod attinet ad ducatus Geldrensem & Cleuensem, Iuliacensem & Montensem, monui in tempore proceres illarũ terrarum, ut si quid esset in scriptis meis (ipsis oblatis) quæ ex uarijs libris, maximè Gerardi Nouiomagi insignis historici, & quem olim singulariter ob dictorũ ducatuum instructionem conueni, & non ex uaga relatione in unum congessi, mutandum aut corrigendũ, aut si quid ueritate non esset subnixũ. citius de hoc me certiorem redderent. Expectato autem trimestri tẽpore & amplius, nulloq; dato responso, opere uero nostro properãte ad finem, subiecimus quoq; & ea prelo, quæ tam diu sepositueramus. Quibus absolutis, tandem illi denunciant sibi non uacasse ad cribrandũ mea, quæ de dominijs eorũ iam inseruerã libro. Differendũ negociũ in aliud tempus, sed q̃d iam neglectũ erat, non mea sed illorũ culpa.

BASILEAE APVD HENRICHVM PETRI,
MENSE MARTIO ANNO SALVTIS
M. D. L.



E. V.
II. 1.

Seb. Münster
Cosmographiæ
universalis.
Exempl. Bonif. Amerbachii.

Basel:
Henricpetri
1550.